C.21.P1.2.

37
30 G
6

Ans 1481

THEOPHILI

RAYNAVDI

SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

EVCHARISTICA.

VIDELICET

I. Candelabrum Sanctum septiluſtre.
II. De Apparitionibus Sacramentalibus.
III. Exuviæ Panis & Vini : De veris Accidentibus, non Corpuſculis, in Euchariſtia remanentibus.
IV. Sacrum Chriſtianum Acathiſtum.
V. De Prima Miſſa, & Chriſtiana Pentecoſte.
VI. De Communione pro Mortuis, à S. Congreg. Indicis recognitus.

TOMVS SEXTVS,

CONSTAT OPVSCVLIS NON ANTEHAC EXCVSIS, aut vbique ab Authore emendatis & auctis.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

LVGDVNI,
Sumpt. HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXV.
Cum Approbatione, & Permiſſu Superiorum.

SERENISSIMO, POTENTISSIMOQVE

PRINCIPI AC DOMINO,

D. FERDINANDO MARIÆ

S. R. I. ARCHIDAPIFERO, ELECTORI, vtriusque Boiariæ, & Palatinatûs Superioris Duci, Leuchtembergæ Lantgrauio, Domino &c.

MAGNVM & pretiosum Tibi munus affero (PRINCEPS SERENISSIME.) Et Principi quidem, *regalem alimoniam:* Bellatori, *militiæ Christianæ stipendium*; Triumphatori, *canticum novum immissum in os nostrum.* Sic enim Eucharistiam viri sapientes appellant; Neque potui aut mensam religiosi Principis delicatiore cibo instruere: aut strenui Bellatoris militiam nobiliore honorare stipendio: aut Triumphantis animo concinnius carmen suggerere, quo victoriæ præsidi Deo gratias ageret, quàm Eucharisticum istud. Et verò sicuti Bellatori necessarium simul ac suave est exhaustas militari labore vires epulis reparare cœlestibus: ita honorificum Principi divinis militaré stipendiis: ac summopere gloriosum, bello quæsitam gloriam in suam originem refundere; cum inde longè purior ac velut ex Dei conatu perennior in Principes triumphantes redeat.

Pretiosum igitur dixi munus, solâ cœlestis argumenti fiduciâ; non commendatione laboris, & officij mei: si quidem metuo ne materiæ divinæ pretium styli atque ingenij culpâ detriverim: & satis scio me in officij solutione, beneficium maximum petere, dum maximi Principis ambio patrocinium, quod tamen sine ambitu meo mihi non ita pridem humanissimè oblatum esse, atque etiam exhibitum obstupui, dum sensi victricem illam Tuam manum tam procùl esse beneficam. Cùm ad me nempe P. Leopoldus Mancinus literis suis indicavit Serenitati Tuæ non ingratam fore vnius è novemdecim Voluminibus meis mancipationem, quę omnia Regiæ Sabaudorum Principum familiæ planè volui consecrata; Ex quo Antiquissimo, ac in Annalium retrò memoria Celebratissimo sanguine, cùm originem ducat Electrix Serenissima Celsitudinis Tuæ coniux, quæ etiam eidem Patri,

non ſine honorifico tenuitatis meæ Elogio, cuius ſine tubore meminiſſe haudquam poſſum,non ſemel ſignificavit lætari ſe,quòd invictiſſimi Fratris ſui ſubditus narus eſſem,& ab Parente Auguſto,Avóque immorrali,habitus aliquo in numero;addetem certè defectui Pietatis erga Principes meos, notam ingrati animi, niſi Sanctiſſimo eotum nomine, quàm ſæpiſſimè liceret,voluminum meorum limina coronarem. Ego certè obſcurus homo,ſed beneficio Tuo iam aliquanto clarior,diu cum Gratiis meditatus,an adeo inſignem grariam in me collatam poſſem è tenebris in lucem dare, & beneficentiſſimi Principis nomini iam vbique terrarum clariſſimo aliquid adhuc ſplendoris affundere; cum illud ex ingenio meo ſperare non deberem,exiſtimavi me Religionem piiſſimi Principis, Fortitudinem Bellatoris invictam,& Gloriam Triumphatoris maximam, bono poſiturum in lumine, ſi collocatem eas propè Candelabrum Septiluſtre,vnde fons ſempiternæ lucis radios multiplices ſpargit, vt Divino illius lumine colluſtratæ nullum poſſent vnquam latere mortalium.

Accedit ad has rationes illa etiam Sereniſſimæ genti Tuæ peculiaris, quod Societarem noſttam, cuius Avus ac Parens Tuus triumphantis memoriæ,amore ſuò ac cura ſingulari veluti parentes extiterunt, Tu eorum in nos voluntatis,vt reliquarum virtutum hæres, tam impenſa caritate complecteris, vt non vnius Germaniæ anguſtis limitibus, verùm totius Orbis, quantus quantus eſt,finibus,noſtra ob tot ac tanta beneficia grati animi ſignificario coërceri poſſit.Atque inter Tomos,Ev CHARISTICVM eo poſſimum nomine Tuum eſſe pronuntiabunt omnes, quibus non ignota eſt, & Bavaræ Domus,& Auſtriacæ, cui vſque adeò arctis neceſſitudinis ac conſanguinitatis vinculis adiunctus es, Pietas Gentilis & à Maiorum Tuorum Religione ad Ser. Celſ. Tuam deducta, quod in ASCETICO meo volumine pluribus à me demonſttatur. Nullum igitur grati animi mei munus acceptius futurum cenſui, quàm ſi fortiſſimi olim & à Deo militiam edocti Ducis Gedeonis offerrem gladium,in iſto ſubcinericio pane,qui cœlitus in Madianitarum caſtra delapſus,vallum deiecit, evertit munimenta,tabernacula diſturbavit, & cæſo numeroſiſſimo exercitu, ſtrage omnia complevit & ſanguine,trecentis tantùm viris militari clamore intonantibus, *Gladius Domini, & Gedeonis.* Vidit is qui dixit eſſe *Sacramentum quo triumphatus eſt mundus,*Bucellam panis Euchariſtici Tyrannorum comminuiſſe capita, Idolorum munimenta labefeciſſe :atque inſtar gladij totâ tertâ volitantis omnia errorum vbicunque tandem laterent ac vitiorum monſtra confeciſſe, Cœlitibus ad Euchariſtiæ laudem inclamantibus *Gladius Domini.* Hoc initiatus & obſtrictus Sacramento (PRINCEPS SERENISSIME) inſtructus hoc gladio præliare ſecurus victoriæ;nec tam bella ſuſcipe,quàm triumphos.Cum populis Tibi applaudenribus non Epinicium tantùm, ſed & Euchariſticum æternum dicet,

SERENISSIMÆ CELSITVDINI TVÆ

DEDITISSIMVS
THEOPHILVS RAYNAVDVS
ex Societate IESV.

CANDE

CANDELABRVM SANCTVM SEPTILVSTRE,

DIVINÆ MENSÆ ILLVCENS,

PRÆDELINEATVM IN SYNAgoga, expreſſum verò in Eccleſia, exhibitione corporis & ſanguinis Domini.

TRACTATIO

R. P. THEOPHILI RAYNAVDI
Societatis IESV Theologi.

SVRSVM CORDA.

INITIVM mihi ab inclamatione ex vetere formula, cuius iam ab Apostolorum ætate vsum fuisse in procinctu Sacerdotis ad inchoandum sacrificium, multis testimoniis firmant Pamelius ad librum S. Cypriani de Orat. Domin. num. 85. Feuardentius ad librum 1. Sancti Irenei cap. 1. num. 34. & ad librum 4. cap. 34. num. 29. Stephanus Durantus lib. 2. de Rit. cap. 31. num. 5. & Scortia lib. 4 de Missa cap. 6. num. 3. Et quisque demum sit sanus & Catholicus adeò sacri inuitamenti sensus, etiit hîc peropportunus. Nam illam aliam æquè à vero auersam atque blasphemam eiusdem sacræ formulæ obtorsionem quæ fert admoneri plebem fidelem, etiam super sacrificium, Christum in cœlo non in altari quærendum, vt Coquus Pseudocurio, adhibitus ab Ecclesiæ proditore & Episcopo & Cardinale, cuius memini in Tractatione de Iuda cap. 15. num. 16. insusurrabat Regi Christianissimo Francisco. 1. Eam inquam sacræ formulæ de qua agimus deprauationem, cum omni detestatione missam facio. Qui ergo eam formulam Catholicè sunt interpretati, SS. Patres, nonnulli, indici per eam collectum & à vagatione coërcitum animum censuerunt; iis iunctis affectibus, de quibus Acta Henrici Susonis c. 11. alij admirationem & auulsionem à quibusuis terrenis præstupore tot mirabilium Dei in hoc mysterio: aliqui etiam dimissionem & humilitatem Deo per omnia subiectam. Omnes commodè in rem nostram, & peropportunè ad præsens institutum.

Attentam & collectam mentem ea commonitione indicis S. Cyprianus autor est lib. de Orat. Dom. n. 84. his præter cætera. [Quando stamus ad orationem, (Fratres dilectissimi,) vigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quicquam tunc animus quàm id solùm cogitet quod precatur. Ideò & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat fratrum mentes, dicendo; *Sursum corda*, vt dum respondet plebs, *habemus ad Dominum*, admoneatur nihil aliud se quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium, pectus: & soli Deo pateat; nec ad se, hostem Dei, tempore orationis adire patiatur. Obrepit enim frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras, à Deo auocat; vt aliud habeamus in corde, & aliud in voce, quando intentione syncera Dominum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare.] Exscripsit hunc locum S. Eligius hom. 11. in cœna Domini. Haud aliter formulam de qua agimus accepit S. Cyrillus Hierosol. catech. 5. mystag. Sic enim habet.] Postea clamat Sacerdos, *Sursum corda*. Verè enim circa illam maximè tremendam horam, sursum ad Deum corda leuare necesse est, & non deorsum ad terram, terranáque negotia deprimere. In hanc igitur sententiam omnibus præcipit Sacerdos; curas scilicet vitæ huius omnes, & domesticas sollicitudines illa hora relinquere, & cor in cœlo habere apud Deum generis humani amatorem. Vos deinde respondetis *habemus ad Dominum*, assentientes ei profitendo. Nullus autem consistat, vt ore quidem dicat, *habemus ad Dominum*, mente

te verò circa vitæ huius curas vagetur. Ac ſemper quidē Dei meminiſſe debemus, ſed ſi id propter infirmitatem humanam fieri non poſſit, illa tamen maximè hora, ſtudioſè iſtud enitendum eſt.]

Anaſtaſius Sinaïta Orat. de Synaxi perpulchrè in eandem ſententiam ſic diſſerit [At enim cum Sacerdos ſit mediator inter Deū & homines, Deúmque pro peccatis multitudinis propitiet, cōſidera oro, quo pacto omnes præmuniat, & obteſtetur, his quaſi verbis populum alloquens; Quandoquidem chariſſimi, me inter vos ac Deum, ad hanc myſticam menſam mediatorē conſtituiſtis, etiam atque etiam moneo, vt mecum parem diligentiam adhibeatis. Abſcedite à cunctis vitæ huius cogitatis. Vale dicite omni corporearum rerum curæ, Tempus enim eſt non vanæ occupationis, ſed attentæ & intentæ orationis. Auſcultate quid Diaconus vobis acclamet. State decenter, ſtate cum timore. Attendamus ad ſanctam eleuationem. Inclinemus ceruices. Occludamus cogitationes, occludamus linguam, impleamus mentem, ad cœlum aſcendamus. Surſum leuemus animum & corda. Oculos animæ ad Deum extollamus. Tranſeamus cœlum, tranſeamus Angelos, tranſeamus Cherubin, & ad ipſum Domini thronū accurramus. Ipſos Chriſti immaculatos pedes apprehendamus: ploremus, & ipſius miſericordiam quaſi cogamus. Confiteamur in ſancto, cœleſti & intellectuali illius altari. Hæc vobis denunciat, hæc vos obteſtatur Sacerdos, cum ait, *ſurſum habeamus corda*. Et quid ad hæc nos reſpondemus? *Habemus ad Dominum*. Quid ais? Quid agis? Mens ad caduca hæc & mortalia ſuſpenſa hæret, pecuniiſque & opibus, & voluptatibus, & litibus forenſibus vacat, & dicis, *habeo ad dominum*? Attende oro, ne fortè non habeas ſurſum cor ad Dominum, ſed deorſum ad Diabolum.]

Bellè hoc cadit quod ex Magno Euthymio prodirum eſt in eius Actis à Cyrillo Monacho apud Surium 20. Ianuar. [Aiunt eum aliquando dixiſſe quibuſdam Fratribus qui cum eo ſeorſim verſabantur, quod ſæpè videret terribilem Angelorum viſionem, vnâ ſecum Deo miniſtrantem & ſacra contrectantem: Et quod in Dominici corporis ſumptione, aliquos quidem ex iis qui accedebant, videret ab ipſa illuminari, aliquos autem velut obſcurari & morte affici, quicunque ſcilicet erant indigni ea luce & ſplendore. Quamobrem non ceſſabat teſtificari fratribus, & illud Apoſtoli oprimè admonere, vt vnuſquiſque attendat & ſeipſum probet, & ſic cum tremore ſumat panem & calicem, cùm benè ſciat is qui accedit quod iudicium ſibi comedit & bibit, qui ea indignè ſumit. Propterea enim ſtatim quoque cum hoc primùm offert Sacerdos ſacrificium, multitudinem veluti præmunit, & iubet vt caueat, ſurſum habeamus corda, eis acclamans, & cum ab illis promiſſum acceperit, ſic audet deinceps offerre oblationem.]

Eodem planè modo accipit Syneſius lib. de Inſomniis illud in ſacris libris proclamatum, *ſurſum corda*.

Non peſſum inclines mundi in depreſſa nigrantis
Cui fundus ſemper ſubſtat maleſidus, & Orcus,
Sordidus, obſcurus, ſimulachris latus, ineptus.

Ibi Nicephorus Gregoras eos ſacros libros accipit de Oraculis Chaldaïcis, & eo ipſo ſenſu quem ſacræ huic formulæ ſubiecimus, pronunciatum eo oraculo affirmat vt ſurſum habeamus corda. Agnouit ergo ex ſua & Syneſij mente, illum ipſum ſenſum eſſe ſubſternendum formulæ huic liturgicæ quam eiſdem verbis eſſe conceptam non ignorabant.

Itaque de horum Patrum ſententia, admonet Sacerdos, accedentem ad diuinum hoc myſterium, collecta & attenta mente, non per varia malè diſtracta, ſed in hoc vno negotio fixa, eſſe oportere. Quod ipſum monitum, accedenti, ad diſputatio-

nem de Eucharistia est congruentissimum. Ea quippè est huius mysterij profunditas, vt non remissam ac perfunctoriam, sed planè attentam ac peruigilem animi applicationem deposcat.

Supra collectionem animi & ablegationem quarumcunque secularium cogitationum, in procinctu ad incruentum sacrificium, denuntiari ea sacra formula quam retulimus, admirationem tot ac tantorum Dei mirabilium, præ quibus auulsum à terra, cœlo affixum hærere necesse sit, censuit sacrorum illius formulæ interpretum non nemo. Et hic quoque illius moniti sensus est nobis in aditu ad hanc tractationem peropportunus. Quam enim cum mentis collectione & ablegatione secularium quarumcunque cogitationum, admirationem, in omni de rebus sacris disputatione exquirit Sanctus Chrysostomus homil. 46. in Ioan. eandem mox, (& meritissimò quidem,) adhibendam præsertim esse in disputatione de Eucharistia, contestatur. Tot enim tamque insolita admirationis argumenta diuinum hoc mysterium subministrat, vt nullum sit in diuinis operibus quantumcunque eximium, quod cum isto possit de admirabilitate contendere. Ne Incarnationē quidem excipio, & eidem coniunctam ex intemerata Virgine natiuitatem, & in cruce mortem; quæ *mysteria clamoris*, denominauit Ignatius Theophorus; quod eum omnem à quo considerantur attentiùs, defixum admiratione, cogant erumpere in contentum clamorem. Ne hæc inquam, Cardinalia fidei nostræ mysteria, excipio. Quicquid enim in his mysteriis potest occurrere accommodatum ad inferendam admirationem, (& occurrunt innumera,) cernitur adunatum in augustissimo hoc mysterio, & quidem cumulatum insignibus accessionibus, vt in Tractationis decursu manifestum erit. Itaque in tanta mirabilium diuinorū & granditate & multitudine hîc addensata, mirum esse non debet, exigi ab eo qui ad hanc considerationem aggrediatur, supra collectionem animi, admirationem altipetam, ex auulsione à sensibilibus existentem. Nam cor graue vt S. Chrysost. disserit in Psal. 4. cor inquam terrenis affixū, per luteos & terrenos affectus degrauatur atque deprimitur; ita vt non possit alatum esse, & sursum afferri ad diuinorum mirabilium suspectionem. Quare est in hoc negotio perneccessaria auulsio à materialibus & sensibilibus, quam ipso nomine *Ecclesiæ* diuino huic mysterio addictæ, præferri, notauit S. Methodius apud Photium Cod. 235. Ecclesiam statuens dictam, ἁγίαν ἀναπαυσιν τῶν αἰώνων. Refert eò quoque Iobius Monachus lib. 6. cap. 25. referente eodem Photio Cod. 222. agitationem flabellorum circum sacram mensam per Diaconos. Existimat enim, ea flabellorum circumactione, significari, cum quomodolibet ad diuinum hoc Sacramentum acceditur, subducenda esse corporeis oculis inferiora omnia, vt seiunctus ab vniuersa materiæ concretione animus, purus ac nitens in diuini operis adeò admirabilis cogitatione & admiratione defigatur. Adduci item eò potest, quod Paschasius lib. de Sacram. cap. 21. animaduertit, de cœnaculo in quo Eucharistia est instituta. Erat enim in loco edito, ad quod conscendendum erat. Quod Paschasius ad subuectionem & ascensionem necessariam accessuro ad Eucharistiam, refert, & præiuerat S. Ambrosius Epistola ad Episcopos Æmiliæ.

Tertius sensus, isque peropportunus, sacræ formulæ quam proposuimus, duci potest ex illis D. Augustini verbis lib 14. Ciuit. cap. 13. [Bonum est sursum habere cor non tamen ad seipsum, quod est superbiæ, sed ad Dominum, quod est obedientiæ, quæ nisi humilium non potest esse. Est igitur aliquid humiliatis, miro modo quod sursum faciat cor: & est aliquid elationis, quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videatur, vt elatio sit deorsum, & humilitas sursum. Sed pia humilitas, facit subditum superiori. Nihil est autem superius Deo: & ideò

exaltat

exaltat humilitas, quæ facit subditum Deo. Elatio autem quæ in vitio est, eò ipso quod respuit subiectionem, cadit ab illo quo non est quicquam superius, & ex hoc erit inferius, & fit quod scriptum est, *deiecisti eos dum extollerentur* : Non enim ait, *cum elati fuissent*, vt priùs extollerentur, & postea deiicerentur, sed cum extollerentur tunc deiecti sunt. Ipsum quippè extolli, iam deiici est.]

Itaque sursum corda habent, & Sacerdotis monito se conformant, qui humilitatem circa hoc mysterium, studiosissimè consectantur. Ab huius enim sacrificij humilitate, longè abesse typhum ac cothurnum sapientum superborum, ac per hoc nec verè sapientum, disertè tradit S. Augustinus Epist. 57. ad q. 1. Est verò in hoc mysterio, seges immensa argumentorum humilitatis. Submittenda quippe est ceruix humanæ arrogantiæ, verbo Christi; & quamuis tam noua, tam sensibus incomperta, tam superantia humanum captum, proponantur credenda; tamen demissè atque humiliter captiuandus est intellectus in Christi obsequium, recogitando quæ sursum sunt: hoc est, potentiam Dei maiorem corde nostro, & attollendo animum ab iis quæ sensus feriunt, sursum ad Deum, cui subest cum voluerit posse. Sic intellexisse videtur sacram formulam propositam Concilium 1. Nicænum eo Canone quem exscribam in Onomastico V. *Agnus.* admonens, ne in diuina mensa, abiiciamus animos ad ea solùm quæ proposita sunt, & oculis patent: sed sursum corda attollamus, fide intelligentes adesse Christum, specie mactati in sacra mensa. Quem Concilij locum expressisse videtur S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. admonens ad exerendam demissè fidem circa hoc mysterium.

In procinctu igitur ad Tractationem de Diuina Euchatistia æquè ac in procinctu ad incruentum sacrificium, admonemur colligendum esse animum, & à terrenis abducendum, figendumque in humili admiratione, & demissa suspectione tot diuinorum mirabilium, posito typho infidelitatis, quæ superbiæ soboles maximè abhorret ab hoc (vt D. Augustinus in Onomastico adducendus, aliquoties nominat,) *mysterio humilitatis Domini:* Sícque sursum corda habebimus, & aprata ad eam subuectionem, quam ad accessum quemcunque huius mysterij, perneccssariam esse præmisimus.

Verùm quia limosa catena, humi afficit, quantacunque vi sua erepere nitentem intellectum, de quo Gregorium Theologum carm. aduersus carnem, suo malo edoctum, gemere memini; aduocandæ sunt de cœlo suppetiæ, interposita precatione, cuius est sursum subuehere, & attrahere, ac sustollere precantem, vt Philosophatum Magnum Dionysium legere apud eum est libro de Diu. nominibus, *ferè initio.* Et verò Rogerus Monachus in vestibulo Dialogi primi quem cum Guitmundo Auersano de Eucharistia contra Berengarium contexuit, disertè admonet, orationem comitem esse oportere disputationis de Eucharistia. Quò autem aptiùs ac fructuosiùs, quam ad ipsammet diuinam Eucharistiam dirigi possit oratio? Non enim vt in aliis Sactamentis, materia inanima ac proinde ad preces nostras surda, externis tegminibus sensum ferientibus, obducitur; sed viuus & verus Dei filius ipsa Patris sapientia, idemmet qui petitiones nostras obsignat aut repellit in cœlo, hîc delitescit. Itaque fidenter Magnus Dionysius lib. de Eccles. Hierar. c. de communione, aggrediens ad tractationem Eucharistiæ, lucem sibi ab ea sic apprecatur. [Sed ô tu diuinum sanctissimumque Sacramentum, obducta tibi per signa, obscuritatum quasi vela & integumenta, patefacta perspicuè nobis ostende, mentisque nostræ oculos, singulari & quæ obtegi non potest, luce comple.] Non dissimiliter Franco Abbas Tomo 10. de Gratia. Sed piissimè his verbis Laurentius Iustinianus serm. de Euchar. n. 3. [O memoriale salui-

ficum,

ficum, ô ſacrificium ſingulare, ô hoſtia acceptabilis Deo Patri, panis vitæ, pabulum ſuaue, refectio iucunda, ſaginate vitule, immaculate Agne, melliſluum manna, quis dignè poteſt te ſumere, ſufficienter laudare, ad plenum intelligere, ſyncero affectu venerati, & totis deſideriorum ſuorum præcordiis tenere? Deficit cor meum cogitando de te, non valet lingua mea loqui de te, nec quantum cupio, ſufficio magnificare te. Da mihi Domine eruditum ſenſum, linguam magniloquam ad tui Sacramenti promenda magnalia. Non enim quanta ſunt, humanus valet explicare ſenſus, neque Angelicus intellectus. Solus ille nouit iſta qui ſolus voluit & potuit facere tanta & talia.]VOTVM ſanctum, & congruentiſſimum inſtituto, quod proinde meum facio.

SYLLABVS

SYLLABVS OPERIS.

SVRSVM CORDA.

PROTHEORIA
DE COLLECTIONE ANIMI, ET AVVLSIONE
à terrenis, ac humilitate, neceſſar. Tractaturo de Euchariſtia.

SECTIO I. *Paraſceuaſtica. Literalis & myſtica multiplex candelabri ſancti interpretatio.*

CAP. 1. *Candelabri ſtructura & partes, compendio expoſitæ ad literam.*

2. *Candelabri expoſitio phyſiologica, de cœlo, & homine, ac Deo naturæ moderatore.*

3. *Tropologia Candelabri ſancti, ſpectans viros miſericordiæ, Doctores ſacros, & quoſcunque propter Iuſtitiam malleatos.*

4. *Allegoria Candelabri Moſaïci de Eccleſia, & primariis Eccleſiæ membris, B. Virgine atque Baptiſta.*

5. *Candelabri allegoria de ſancto ſanctorum Chriſto Domino viſibiliter conſpicuo, maximè in Cruce.*

6. *Germaniſſima & maximè accommodata, candelabri ſeptemplicis ſacræ menſæ illucentis, allegoria, de Chriſto Domino in myſterio Euchariſtiæ.*

SECTIO II. *De Duplici myſterij Euchariſtiæ ſubſtantia, exhibita in compage candelabri ſancti ſeptiluſtris.*

CAP. 1. *De Ratione ſacrificij Euchariſtiæ, in candelabro Moſaïco adumbrata.*

2. *De Ratione Sacramenti, altera myſterij Euchariſtiæ ſubſtantia, in candelabro ſancto prædelineata.*

SECTIO III. *Septem candelabri ſancti lucernarum accommodatio, ad totidem primarias Chriſti Dei & hominis perfectiones, in Euchariſtia micantes.*

CAP. 1. *Lucerna prima, Amor Chriſti in Euchariſtia.*

2. *Chriſti ſapientia, lucerna altera, ſplendent in myſterio Euchariſtiæ.*

3. *Potentia in Euchariſtiæ myſterio ſplendens, tertia candelabri ſancti lucerna.*

Claſſis 1. *Mirabilium diuinæ potentiæ in Euchariſtia, penes Chriſtum reproductum, replicatum, inextenſum, penetratiuè poſitum, modo eſſendi Spirituum donatum, manducatum & inconſumptum, immolatum ac viuum.*

2. *Mirabilium diuinæ potentiæ in myſterio Euchariſtiæ, penes abſceſſum ſubſtantiarum panis ac vini, & accidentium per ſe exiſtentium, ac vim non patiendi tantùm, ſed & agendi, conſimilem.*

3. *Speciminum diuinæ potentiæ in Euchariſtia, penes tranſſubſtantiationem.*

Corollarium ex tot tantiſque diuinæ potentiæ in Euchariſtia ſpeciminibus,

4. *Lucerna Candelabri quarta, confeſſio & magnificentia, rutilans in myſterio altaris.*

5. *Humilitas Chriſti in myſterio Euchariſtiæ, lucerna candelabri quinta.*

6. *Lucerna candelabri ſexta, Chriſti patientia, fulgentiſſima in myſterio Euchariſtiæ.*

7. *Chriſtus Sacramentaliter conſtitutus, exemplar conſiliorum Euangelicorum, lucerna candelabri ſeptima.*

SECTIO IV. *Heptas lucernarum candelabri ſancti, ad effectus Euchariſtiæ accommodata.*

CAP. 1. *Septenarius lucernarum, ad vberem lucem intelligibilem ex Euchariſtia promicantem, relatus.*

2. *Eadem*

Syllabus Operis.

2. *Eadem lucernarum candelabri heptas, ſymbolicè Euchariſtia lucem trium virtutum Theologicarum, & quatuor Moralium Cardinalium, nec non ſeptem donorum Spiritus ſancti, profundens.*

§. 1. *Euchariſtia Sacramentum fidei.*
2. *Euchariſtia Sacramentum ſpei.*
3. *Euchariſtia Sacramentum charitatis.*
4. *Euchariſtia panis vitæ & intellectus, cibus illuminans.*
5 *Euchariſtia Sacrificium Iuſtitiæ, Eſca Iuſtitiæ.*
6. *Euchariſtia panis fortium, cibus in cuius fortitudine pertingitur uſque ad montem Dei.*
7. *Euchariſtia, animæ temperatrix & manſuetaria.*

CAP. 3. *Euchariſtia, lucerna eptamychos, contra ſeptiformes peccati tenebras. Alia ſeptem candelabri ſancti lucernarum accommodatio, ad tenebrarum ſeptem vitiis capitalibus illatarum, depulſionem per Euchariſtiam.*

§. 1. *Peccata tenebræ intelligibiles. Earum per Euchariſtiam depulſio, uniuerſæ.*
2. *Euchariſtia contra Superbiam.*
3. *Euchariſtia contra Auaritiam.*
4. *Euchariſtia contra Luxuriam.*
5. *Euchariſtia contra Gulam.*
6 *Euchariſtia contra Inuidiam.*
7. *Euchariſtia contra Iram.*
8. *Euchariſtia contra Acediam.*

CAP. 4. *Communia illationi lucis, & depulſioni tenebrarum per Euchariſtiam.*

SECTIO V. *Ad candelabri coronationem, panacea ſelectorum Euchariſtiæ titulorum ac nominum, ex ſcripturis, Conciliis, & Patribus carpta & ſeriatim digeſta in Onomaſticon Euchariſticum, non ſine congruis illuſtrationibus.*

SECTIO VI. *Illata ex tanto candelabri ſancti ſplendore.*

CAP. 1. *Quanta luſcioſitas non valentium conſpicere lucernam Domini. Iiſdem ocularia atque collyrium.*
2. *Monita Sacerdotibus Lychnuchi.*
3. *Lychnuchis communicantibus, paræneſis.*

CANDELABRVM

SECTIO I.

PARASCEVASTICA.

De Candelabro typico ad literam.

LITERALIS ET MYSTICA MVLTIPLEX Candelabri Sancti interpretatio.

VIA fundamentum cui allegoriarum subſtructio inædificanda eſt ſtabiliter ac ſolidè, eſt ſenſus germanus literæ, (ludunt enim qui vanas allegorias deſtructo & euerſo literæ cortice conquirunt, in quo plerique Patres Originem ingenioſæ nugacitatis inſimulant;) operæ pretium eſt ante omnia, totius tractationis ſolidum fundamentum iacere, propoſita literali expoſitione candelabri ſancti, cui ſubnectemus magis vulgares paſſimque decantatas eiuſdem allegorias: ab eis tranſitum facturi ad aliam maximè germanam, quæ eſt de myſterio Euchariſtiæ.

CAPVT I.

Candelabri ſtructura & partes, compendio expoſitæ ad literam.

VInifrodi fuerit candelabrum, quòd primùm in Moſaïco tabernaculo, tum in templo Salomonis collocatum eſt, diſquirunt magna accuratione interpretum plerique; præſertimque Ribera, lib. 2. de templo cap. 12. Villalpand. lib. 4. in Ezech. à cap. 58. Salianus & Torniellus anno mundi 2554. Cornelius & alij Exodi 25. Alcaz. in cap. 1. Apocal. verſu 12. notat x. Barrad. t. 2. Concord. lib. 3. cap. 21. Fernandius viſione 32. Scaechus Mytothecio 1. cap. 7. & Mytothecio 2. cap. 45. & 46. Lorinus in cap. 24. Leuit. ad verſ. 1. & ante hos omnes Richardus Victorinus lib. de Tabernac. Fœder. cap. 4. Res vertitur in legitima intelligentia paucorum verborum, quæ extant cap. 25. Exodi, vbi Deus in hunc modum Moyſi præcipit. *Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo. Haſtile eius, & calamos, & ſcyphos, & ſphæerulas, ac lilia ex ipſo procedentia.* Similia repetuntur cap. 37. eiuſdem libri.

Candelabri materia, remota & proxima;

2. Attingitur his verbis, materia remota & compactio candelabri. Materia autem eſt, & quidem mundiſſimum, ſiue vt inferiùs dicitur *puriſſimum. Omne pondus* (inquit) *candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis: habebit talentum auri puriſſimi*, Hoc talentum Alcazar in cap. 1. Apocal. verſu 12. notat 10. & Villalp. lib. 4. in Ezech. cap. 58. ſtatuunt ponderis libratum Romanarum, centum ac quinque ſupra viginti. Nec mirum, candelabrum tam multis partibus conſtans, non fuiſſe grauius, ponderiſque ampliotis. Erat enim ductile, & malleatione formatum; atque adeò cauum, (ſaltem quoad haſtile,) non maſſa fuſa & ſolida; quanquam ita viſum Rabbi Salomoni apud Villalpandum ſupra, necnon Stephano Durantio lib. 1. de ritib. cap. 8. num. 2. & quod multo plus mouet, Gregorio Nyſſeno lib. de vita Moſis. Ait enim [Candelabrum deinceps, baſi quidem vnicum, in ſeptem autem ramos in cacumine diuiſum, ſeptem lucernas per ramos ſuſtinebat. Huius candelabri materia, putiſſimum erat aurum, non concauum, nec ligno ſuſtentatum, ſed ſolidum.] Verùm pondus quod Scriptura vniuerſo candelabro aſſignat, euincit contrarium. Futurum enim fuiſſet multo grauius candelabrum, niſi laminis malleo dilatatis conſtitiſſet. Nec obſtat quod cap. 37. Exodi, haſtile candelabri quod ibi *veſtit* ac *ſtipes* appellatur, iuxta 70. dicatur eſſe ex auro ſolido. Hoc inquam non obſtat. Nam ῥάβδος non modò poteſt ſignificare ſolidum, contrapoſitum concauo, ſed etiam ſpiſſum ac validum: Et in eo ſenſu, videtur ibi ea vox adhibita à 70. qui tantum ſignificare voluerunt, partem illam candelabri cui innitebantur calami, fuiſſe ex ſpiſſiore & validiore materia, vt poſcebat calamorum ſuperſtructio: quamuis ea quoque pars haſtilis, concaua eſſet, & malleatione producta, non fuſilis.

Sect. I. Cap. I.

Partes candelabri, diſſimilares.

3. Ex ea materia remota conflabatur proxima variis contexta diſſimilaribus partibus. Pede videlicet, è baſi ſua ſurrecto ad dimidiam circiter altitudinem, & trunco reliquo, ac calamis tanquam ramis ex haſtili prodeuntibus: & quidem duo per additionem, & appoſitionem extrinſecùs factam ad haſtile, ſed per conſertionem & continuationem haſtilis ac calamorum. Et ſic accipienda ſunt illa quæ ſubduntur in textu, *ſex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.* Candelabrum quippè factum, non erat κύλικτον ſiue compoſitiuum, quale erat militare candelabrum de quo Athenæus lib. 15. *ſub finem*, vt eſſet exportatu facilius, ſed erat vnius compagis. Egreſſio porrò calamorum tanquam ramorum ex ſtipite, eiuſmodi erat, vt biui quique calami, mole & extenſione æquales prodirent ex haſtili: ſed qui ſuperiores erant; non æquabant inferiores, ſimúlque omnes conſtituebant tres ſemicirculos extenſione inæquales, terminatos ad eandem diametralem lineam ad quam haſtile terminabatur.

Subiungitur in textu, & haſtilis, & cuiuſuis calami, ex variis ſuis partibus compactio. *Tres ſcyphi, quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphæruláque ſimul lilia. Hoc erit opus ſex calamorum qui producendi ſunt de haſtili. In ipſo autem candelabro, erunt quatuor ſcyphi in nucis modum ſphæruláque per ſingulos, & lilia.* Hæc poſtrema verba, ſpectant ad haſtile: quod appellatur *candelabrum*, quia erat eius truncus & ſtipes. Hoc haſtile, à pede rectum ſurgebat, vſque ad ramorum ex ipſo propagationem. Ex quo autem cœpta erat calamorum ex eo protenſio, non ſurgebat deinceps rectum & æquale, ſed viſebantur in eo quatuor ſcyphi floruleuti ſiue liliati, quali forma interdum videmus calices ſacros, aſperos ſignis & radiaros. Per ſingulos ſcyphos, erant ſphærulæ ſuperpoſitæ, ſuprâque ſphærulam, ſurſum versùs vltimam, lucerna. Fuerunt, qui lilia ſoli ſupremo candelabro apponerent ſub lucernis. Ita Philo lib. quis rerum diuinarum hæres, & pauci alij. Sed contra Scripturam, quæ ſphærulas ſimul & lilia collocat, non lilia omnino ſeorſim, & vno dumtaxat ſupremo loco. Sic habuit compoſitio haſtilis. Quilibet calamus, vno minus ſcypho liliato conſtabat, tribus videlicet ſcyphys, totidémque ſphærulis per ſingulos ſcyphos ſuperpoſitis, quarum ſphærularum vltimæ, ex ſuperiori parte committebatur lucerna. Non enim conferebatur ſiue continuabatur ſphærulæ vel haſtili, ſed erat exemptilis, vt bene notauit Scacchus Myrotheçio, 1. cap. 7. Et pater ex cap. 24. Leuit. & ex 25. ac 27. Exodi. Aiebat enim Deus cap. illo 24. de lucernis. *Ponet eas Aaron à veſpere vſque in mane, coram Domino. Super candelabrum mundiſſimum ponentur ſemper in conſpectu Domini.* Rurſus cap. illo 25. *Facies & lucernas ſeptem, & ponet eas ſuper candelabrum.* Ac denique cap. 27. allegato. Et *collocabunt eam*, lucernam, *Aaron & filij eius, vt vſque mane luceat coram Domino.* Quæ omnia manifeſtè ferunt, lucernas amoueri ſolitas à reliquo candelabro, atque adeò fuiſſe exemptiles. Earum numerum, pro haſtilis & ſex calamorum multitudine, ad ſeptenarium excreſcebat quanquam in Zachariæ imaginario candelabro, quod aliqui planè caignnt ad candelabrum tabernaculi, fuiſſe octo lucernas, contendit Fernandius viſione 3a. ſect. 5. Hic non niſi ſeptem fuiſſe lucernas certum eſt, vna de candelabrum lucerna ἐπτάμυξος. Committebantur porrò ſphærulæ ſupremæ, per locellum eidem conſertum & infiaum. Nam ſphærulam ſubjaeuiſſe immediatè lucernæ, ex contextu liquet: nec circa hoc variant interpretes, quamuis circa ſitum reliquarum partium, ſit varietas nonnulla ſententiarum. Cornelius enim in cap 25. Exodi vers. 33. lilia ſuperponit ſphœrulis, has verò ſcyphis. At Villalpandus & Salianus, à ſcypho in florem progreſſi, hærent denique in ſphærula, cui lucerna infigeretur. Torniellus autem, primo loco ſtatuit, tum ſcyphum, exinde ſphærulam. Nobis., quod diximus, videtur contextui conuenientiùs. Vtcumque verò quis ſtatuat de alijs partibus, ſphærulam ſupremam lucernæ immediatè fuiſſe ſuppoſitam, non videtur ambigendum. Quomodò verò ſphærulæ inferiores ſe habetent ad calamos, liquet ea verbis illis, *Sphærula ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex ſiunt, procedentes de haſtili vno.* Senſus eſt: inter quatuor ſcyphos liliatos ac ſphærulas, haſtile ramos iam profundens compingeotes, tria loca fuiſſe deſignanda, in quibus calami conſererentur haſtili. Primi quippè duo calami, procedebant ex haſtili ea in parte in qua primùm habebat ſcyphum liliatum & ſphærulam. Nam inter primùm ſcyphum occurrentem versùs baſim ac ſphœrulam, procedebant vtrinque primi duo calami. Creſcente deinde poſtmodum haſtili, rurſus occurrebat ſcyphus florulentus & ſphœrula: ac denuò, ſcyphum inter ac ſphœrulam ſecundam, prodibant ea haſtili, duo calami ſecundi: ſicque conſequenter prodibat tertium per calamorum: & ſuper ſphœrulam ſupernè vltimam, imponebatur lucerna. Hoc eſt quod textus ait, ſphœrulas ſub duobus calamis fuiſſe conſtitutas per tria loca, ſicque calamos in prodeuntes fuiſſe ſex ſimul, vt aſſeritur verbis propoſitis.

4. Præterijt Scriptura baſim candelabri, ita vt tametſi adeò ſollicitè reliquas candelabri partes quaſi diſſimilares expreſſerit, baſis tamen nuſquam meminerit, quam tamen certum eſt deeſſe non potuiſſe, & quidem amplam, vt calamis veluti ramis, non mediocriter in latum fuſis reſponderet. Vnicam ſtatuit Ioſephus, ac Nyſſenus loco ſupra annorato ex libro de vita Moſis. Geminam præfert Titi candelabrum, cuius effigies in obeliſco cernitur, & exhibetur à Gulielmo de Choul, lib. de relig. veter. Rom. *fol.* 10. vbi etiam equi marini in piſcem deſinentes, habentur inſculpti, luſus) vt videtur) artificis. Probabilius Villalpandus lib. 4, in Exech. cap. 59. Cherubinorum formas appinxit, quibus candelabrum, æquè ac reliqua templi ſuppellex, decentet exornaretur. Nec mirum eſſe debet, Titi candelabrum eas formas exhibere, quæ meritò videantur repudiandæ. Nam Ioſephus lib. 7. de bello Iuda cap. 24. admonuit, Titi candelabrum forma diſcrepaſſe à verò Iudaico candelabro. Triangulâne, an quadrangula fuerit baſis candelabri, quis certò definiat? Triangularem formam

præ

prælegunt Torniellus atque Salianus anno mundi 2544. quod stabilirati ac firmitati opportuniot sit forma triangula. De maioribus, ac veluti heterogeneis, & dissimilaribus candelabri partibus, pro instituto satis.

Partes candelabri, similares.

5. Attingendæ nunc obiter sunt, partes quasi similares; scyphus videlicet, sphærula, lilium, atque lucerna. Scyphos, aliqui efformant in lances, alij in campanulas. Vulgatus post 70. adscribit illis formam nucum. Quanquam oomen *nucis*, in Scriptura omnibus fructibus duro cortice constantibus enmmunc est; vnde aliqoi pro *nuce* vertunt *amygdalum*, iuxta quos scyphi fuerunt forma amygdalina cuspide angulisque recisis, qualem formam præferunt in Titi candelabro. Itaque quamuis forma calicis, vt plurimùm sit rotunda, tamen iuxta hæc, candelabri calices, siue scyphi erant amygdalati: nec plana superficie constabant, sed distributa in concauam & conuexam superficiem, cuiusmodi est amygdalatum. At Iosephus lib. 3. rerum Iudaïc. cap. 8. formam calicis quæ in aurea Pontificis corona viscbatur candelabri calicibus conformis, describit in hunc modum. [In aurea corona Pontificis in triplicem fabricata serièm, calix germinat aureus, ad Imitationem herbæ, quæ apud nos *Daccharus*, dicitur, apud Græcos tei herbatiæ peritos, *Hyoscianos*. Herba est altitudine trium palmorum. E caulibus siue ramis, emittit calicem fastigio continuatum, quem putamen ambit, quod sua sponte detrahitur, eum ad fructum transierit. Calix magnitudine est intermodij minimi digiti, figura crateri similis, vt globus in dúas partes sectus, In quo altera sectura secundùm fundum, est à radice rotunda, altera secundúm labium sed caua intercapedine, sensim à radice decenter dilatata.] Quæ descriptio calicis Pontificiæ tiaræ, quomodo cadat in calices candelabri, & quorsum nexam vtrotumque calicum formam dixerim, intelligetur ex infra diceodis.

Sphærulas, Hebraicè *caphtorim* (quidam *globulos* vertunt;) plerique omnes censent fuisse pomа, seu mala, quæ Iosephus & alij discrtè aiunt fuisse mala punica. Spectato tamen vocis Hebraïcæ cortice, aliud non significatur, quàm quid rotundum. Vnde cum rotunditas salua sit in orbiculo non globoso, nihil est quod cogat aguoscere, has in candelabro rotunditates scyphis immissas, fuisse plusquam orbiculos, non in modum pilæ globosos, sed absque globositate rotundos, (cuiusmodi sunt hostiæ nostræ ad incruentum sacrificium;) non tamen tenues aut graciles, sed firma satis concretione & spissitudine, cuiusmodi sæpè visuntur in nostratibus candelabris tornatilibus, segmenta rotunda alicuius spissitudinis, nexa cum partibus globosis supetioribus ac inferioribus. Flotes sphærulis appressos, Vulgatus secutus 70. atque Iosephum, vertit *lilia*. Quod aliqui, de floribus cucurbitæ ad lilia accedentibus, intellexerunt. Philo l. quis rerum diuin. hæres *ἀβάμα* vocat. Aliqui rosas verterunt, vt notauit Villalp. lib. 4. in Ezech. 59. Neque sanè solùm lilia visebantur in candelabro, sed & rosæ, vt Lippomanus nominatim aduertit; & cytini iuxta Alcazarium fusè id confirmantem notatione illa 10. Sunt autem cytini, primi flores malorum granatorũ, quorũ præcipua in Canticis mentio. *De Candelabri typico ad literam.*

6. Lucernæ, perpetam in plerisque effigiatis candelabris, exhibentur forma in altum acuminata, quasi flammam in altum emittentes cuiusmodi illa lucerna in pompa Isidis apud Apuleium, aureo cymbio, medio fili patore flammam susestans longiotem. Non fuit hæc forma lucernarum candelabri, sed vt ex Scriptura apertè habetur, lucernæ candelabri erant acuminatæ versús Boream, & in eam partem lucem emittebant ex parte Australi, in qua erat candelabrum. In ea quippè templi parte quæ extra sanctum sanctorum ac velum erat, viscbantur tria mysterijs refertissima opera; in medio quidem, aliare thymiamatis, ad Septentrionalem vetò domus partem mensa panum propositionis; ad dexteram denique siue ad partem Meridionalem candelabrum, quod versùs mensam ad Septentrionem positam obuersum erat, vt mensæ illuceret. Et hoc est quod Scriptura ait de lucernis candelabri, *vt luceant ex aduerso*. Hebr. habetur *contra faciem mensæ*, siue *versùs latus mensæ*. Clariùs Exod. 26. v. 35. *ponesque contra mensam candelabrũ in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte Aquilonis.* Item num. 8. v. 2. *Cum posueris septem lucernas, candelabrum in Australi parte erigatur. Præcipe, vt lucerna contra Boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis.* Rupertus bene in hac patie philosopbatus est lib. 4. in Exod. cap. 8. & scitè Caietan, cuius hæc sunt verba. [Candelabrum sic erat locatum, vt omnes septem lucernæ, ex æquo respicerent mensam illam, è regione ipsius. Et hinc habetur, lucernas non fuisse in forma lampadis quæ æquè lumen circumquaque diffundit. De bis autem lucernis mandatur, vt ad certam partem, lumen emittant.

Quandonam arderent lucernæ.

7. Erat igitur quælibet lucerna tanquam habens rostrum in vna parte In qua ardebat, quódque versùs mensam conuersum erat.] Optimè ilita Caietanus. Qui tamen repudiandus est, eum ait, lucernas candelabri, & diu & noctu arsisse: quo trahit illud ex cap. 27. Exodi *vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij*; vbi Lippomanus subscribit sententiæ Caietani. At Tyrinus atque Bonfrerius, ibidem partem Incernarum de die fuisse extinctam, noctu autem omnes illuxisse arbitrantur. Sed noo sunt audiendi. Scriptura namque Exodi 27. vers. 31. mandans offerri oleum ad vsum luminis in candelabro, ait, *vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum quod oppansum est testimonio*: ac ne quis cum Caietano, de perpetua incensione id acciperet statim subdit. *Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram Domino.* Itaque *ardere semper*, in prioribus verbis, est ardere tempore constituto quod erat nocturnum dumtaxat, siue *vsque mane*, vt benè ad hunc locum obseruat Cornelius & Sancius 1. Reg. 3. n. 1. Concinitque locus ex 1. Reg. 3. vbi Heli dicitur *non potuisse videre lucernam Dei antequam extingueretur*, hoc est de nocte, Interim dum Samuel dormiebat intra tabernaculum, vbi erat arca, vt ibidem dicitur. Rex quoque Abia 2. Paral. 13. exprobrans

Sect. I. Cap. II.

brans Ieroboami copijs necessum à patrijs institutis, air præter cætera. *Est apud nos candelabrum aureum, & lucerna eius vt accendatur semper ad vesperum.* Non distinguit de lucernis, sed absolutè *lucernam*, id est candelabri lucernas ad vesperum accensas, & vsque mane luxisse prodit Scriptura; lucernam nominans singulariter, ob collocationem septenarij Lychnorum in vno candelabro. Nam etiam apud Martialem, Lychnus polymicus vna lucerna vocatur, eo disticho,

Illustrem cum tota meis comitia flammis,
Tóque geram myxos, vna lucerna vocor.

Nec dissimiliter 70. Exodi 25. v. 31. candelabrum Mosaicum vocant τὴς λυχνίαν. Et idem habet Apostolus Hebr. 9. quanquam vulgatus vertit in plurali, *candelabra*: singulos calamos habens pro candelabris, vnum totale septifidum candelabrum integrantibus; Erasmus ibi, vertit *lucernas*. Inhærendo autem cortici literæ Apostolicæ, numerus singularis adhibendus erat: Sed sensus est idem, iuxta proximè dicta, quæ fusius elucidant Ribera Hebr. 9. & ibid. Tena difficult. 2. ac Sherlogus Anteloq. 9. in Cant. sect. 5. num. 54. Hæc igitur est illa lucerna ardens semper in tabernaculo, & incensa semper ad vesperam: septemplex inquam lampas, ab hastili & calamis vnius roralis candelabri, denominata *lucerna vna*, de nocte tantùm illucens mensæ, propter rationes quas his verbis eleganter complexus est Philo l. de victimas offerentibus. [Amplius præcipitur, vt à vespere, ad mane vsque, lumina intra velum in sacro candelabro luceant, multis de causis. Vna, vt diurnæ luci succedant illustratura sacrarium expers semper tenebrarum, ad stellarum similitudinem. Nam & hæ post Solis occasum lucem suam proferunt, non deserentes stationem quam in mundo sortitæ sunt. Altera, vt noctu quoque ad Dei cultum fiat oblatio, à diurnis non aliena; nec interrumpatur gratiarum actio, nocturno tempori maximè idonea. Est enim genus quoddam sacrificij, clarissimus hic splendor in penetralibus. Tertia verò valdè necessaria. Quoniam enim non solum vigilantes, verùm etiam dormientes iunamur diuina beneficentia relaxati à diurnis laboribus & leuati curis, animo in seipsum secedente à turbis sensuum, & sibi ipsi vacante; meritò lex æquum iudicauit, gratiarum actiones ita distribui, vt sacra fiant pro vigilantibus: pro somno verò, & prouenientibus inde commodis, accendantur sacra lumina.]

Instrumenta, candelabro extrinseca, dimissa.

8. Non sum hîc sollicitus, de emunctorijs & vasis in quibus extingui absque putore possent, quæ emuncta erant à lucernis. Hæc enim erant planè extra candelabrum, nec vnum eum eo componebant. Tametsi de eis latum est præceptum, simul ac de candelabro, atque lucernis. Quo item consilio, missum facio oleum lucernarum, de quo multa Villalp. lib. 4. in Ezech. cap. 62. & Scaccus Myrothecio. 1. præsertim per prima 15. capita. Apud Zachariam cap. 4. memorantur insuper septem infusoria, quæ lecythos fuisse vult Ribera, fistulas Arias. Nec plura de candelabro ad literam. Nunc quoniam omnia apud Iudæos typica erant, cuius rei typus fuerit candelabrum, superest inuestigandum.

CAPVT II.

Candelabri expositio physiologica, de cælo, & homine, ac Deo naturæ moderatore.

1. QVod circa ptiseam Theologiam fabulis differtam, præstitisse Ethnicorum sapientes, latè persequitur Fabius Paulinus l. 7. Hebdom. cap. 7. nimirum eos ad physiologicam veritatem retulisse, quæ attento solo cortice, speciem commenti præferebant, siue quod suos maiores ad aeuendam posterorum diligentiam inuolucris illis obuoluisse veritates physicas, persuasum haberent, vt philosophatur Iulianus Apostata orat. 5. siue quod erubescerent de priscæ Theologiæ turpitudine, vt censuit Eusebius 2. præpar. cap. 10. & toto l. 3. & S. Augustinus 4. Ciuit. cap. 10. & l. 7. à cap. 27. Hoc ipsum non pauci antiquorum, de plerisque rebus Hebræorum præstiterunt: quas tametsi non dubitabant sanctas, & ex diuini Spiritus afflatu institutas esse, censuerunt tamen non alterius assurgere, quàm ad veritatis alicuius naturalis expressionem, vt notum est de vestitu Sacerdotali, quem Scriptura ipsa suffragante Sap. 18. ad expressionem orbis terrarum retulerunt Philo l. 2. de vita Mosis, ac Iosephus l. 3. Antiq. cap. 8. aliàs 11. & ex parte S. Hieronymus Epist. ad Fabiolam, ac Beda lib. 3. de Tabernac. cap. 3. Idipsum ergo, circa non minimum tabernaculi ornamentum, hoc est candelabrum sanctum, fecere nonnulli, quibus visum est, fuisse symbolum diuini alicuius opificij ordinem naturæ non transcendentis, puta cœli, aut hominis, vel certè ipsumnet Deum exhibuisse, sed tantùm vt naturæ moderatorem, quas interpretationes iuuat attingere hoc capite.

Candelabrum septiluſtre, typus cæli.

2. Primò itaque non pauci, existimarunt candelabrum fuisse typum cœlestis machinæ, quod tradit Iosephus l. 3 Antiq. l. cap. 7. & scitè Philo l. 3. de vita Mosis, cuius hæc est oratio. [In confinio quatuor & quinque tabulatum, quod propriè dici potest templi vestibulum, velo exteriore interiorèque inclusum, ex prædictis, tria vasa fuerunt posita; medium altare odoramentorum, per quod significatur debita pro terrenis aquaticisque rebus gratiarum actio? (Nam hæc elementa mediam mundi regionem obtinent;) ac candelabrum austrum versus subindicans motum syderum luminarium. (Nam Sol Lunáque cum cæteris longè à Septentrionalibus partibus deflectentes, magis obuersantur australibus. Hinc factum est, vt remi rami, producti sint ex medij candelabri vtroque latere, ad numerum septenarium. In summitatibus eminebat septé lucernulæ figuræ planetarũ vt voeât Physici. Sol enim tanquã lucerna inter illos sex medius lucet, quartus à summo pariter ac infimo, temperans

temperatus musicum illud & verè diuinum organum.) Versùs septentriones autem mensa, & in hac panes cum sale; quoniam septentrionales venti, vegetant maximè; & quia è cœlo terráque alimenta prouenium, altero pluente, altera semen pluuijs rigatum ad maturam frugem perducente. Et erant in proximo, figuræ cœli terræque, sicut ostendimus; cœli candelabrum, rerum verò terrestrium vnde vapores prodeunt, illud quod ex te, appellatur thymiaterium.] Idem l. quis rerum diuinarum hæres candelabrum cum septem lucernis, esse cœli & septem planetarum imaginem, his verbis tradi. [Vnum in præsenti dixisse sat erit, quod septem erraticorum syderum cursus, simulachrum sit, hoc sacrum candelabrum, cum septem lucernis superpositis. Quomodò, rogabit aliquis. Respondeo, quia sicut lucernæ, sic & planetarum quisque prælucet. Cum enim plus splendoris habeant, lucidissimos ad terram vsque mittunt radios, sed præcipuè Sol, eorum medius. Medium autem voco, non solùm quia iuxta multorum opinionem in medio situs est, sed quia meritò vtrinque stipatur tali satellitio, pro dignitate sua & magnitudine, atque vtilitate, quam terrenis rebus omnibus exhibet. Cæterum homines qui non possunt in solidum percipere horum sydetum ordinem, (quid enim illi certò intelligunt in rebus cœlestibus?) conjectutas suas sequuntur. Nec malè conjicere mihi videntur qui Soli medium locum tribuunt, tres super eum totidem infra locando. Superiores phænonia, Phaëtonta: Pyroenta, deinde Solem: Post Ipsam verò Stribonta, Lucifernm, & Lunam vicinam aëri. Itaque volens artifex, imaginem cœlestis sphæræ septilustris apud nos effingere instie pulcherrimum hoc candelabrum affabre fieri.] Ita Philo de candelabri significatione. Neque hic omittit, quod priore loco iam adducto notatum ab eo est, de candelabro in symbolum gratitudinis pro cœli fabrica constituto, sicut mensam, pro terrenis subsidij vitæ, altare pro quatuor elementis, statutum arbitratur. Addit denique, idcirco mensæ & altaris mensuras fuisse in Scriptura proditas, candelabri verò mensuram esse prætcritam, quod elementa & eis inexistentia quorum figuræ sunt mensa & altare, dimensa sunt cœlóque terminata: cœlum autem, cuius typus est candelabrum, mensuris nobis incognitis circumscribitur, nec nisi sub diuinam dimensionem cadit,

3. Non est hæc candelabri de cœlo interpretatio, Iudæorum tantùm. E nostris enim nonnulli, & quidem ex primarijs, eam adhibuerunt. [Candelabrum (inquit Clemens Alexand. 5. strom. cap. 3.) erat situm in australibus partibus thuribuli: per quod declarati sunt motus septem luminarium, quæ Australes faciunt conuersiones. Ex vtráque enim parte candelabri, tres inserti sunt rami: & in ipsis lucernæ: quoniam sol quoque, tanquam candelabrum, collocatus in medio aliarum errantium, & ijs qui sunt super ipsum, & ijs qui sunt sub ipso, diuina quadam Musica lucem indit.] *Thuribulum* vocat interpres, locum illum templi, in quo cum candelabro erat altare thymiamatis, quæ Clemens, etiam spectato situ quem tenebant, ad Physiologiam accommodat. S. Hieronymus in Epistol. ad Fabiolam, de vestibus Sacerd. cum vniuersum tabernaculum mundo totí, tum distinctè septem candelabri lucernas, septem errantibus astris, atque adeò candelabrum cœlo aptat. Id quod etiam habet Gennadius addictus in Catena Græca in Exod. cap. 25. & videtur astipulari S. Chrysostomus hom. 8. ad pop. *initio*: vbi Solem ac Lunam, tanquam duo mundi lumina, immissa cœlis vt candelabris, homini ad terram veluti ad mensam suam sedenti, illucentia repræsentat, quod imitatus est, & pulchrè amplificauit, Petrus Cellensis lib. de panibus cap. 2.

Candelabri Physiol. de cœlo, & homine, ac Deo.

Candelabrum septemplex, typus hominis.

4. Alia huius ordinis, (hoc est Physiológica,) candelabri interpretatio est, qua terrestre cœlum, id est homo iuxta Philonem leg. quis rerum diu. hær. candelabro Mosaico exprimi dicitur. Huius rei gratia, aduertendum est, hominem à nonnullis Patribus, cum candelabro conferri. Habet eam comparationem S. Methodius leg. de castitate, defloratus à Photio Cod. 237. in explicatione parabolæ decem Virginum. Quanquam candelabrum nostrum, quinque duntaxat lychnis instructum, proponit, quinque inquam externis sensibus. Verùm non ignorabat Methodius, alias præterea facultates cognoscitiuas homini inesse, in quas æquè conuenienter cadat nomen lampadis, eidem candelabro humano commissæ. Vnde censeri potest, quinque illas lucernas externas tanquam maximè obuias recensuisse, non exclusis alijs duabus, nempè facultate sensitiua interiore, & intellectu. Atque ita pro septupli illa notitia quæ in homine cernitur, septem lucernæ candelabri humani, æquè ac Mosaici, distingoi possunt, non repugnante, (tametsi silente,) Methodio. Isidorus quoque Peluseota lib. 2. Epist. 112. lucernam corporis, quam Christus oculum esse dixit, candelabro hominis commissam considerat. Nam cum oculus habeat rationem lucernæ, nec lucerna ponatur sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, congruè profectò homo cum candelabro componitur, in cuius vertice collocatur lucerna oculi. Quod verò Christus, lucernam corporis dixit esse oculum; consentaneè ad formam antiquam lampadum; quæ olim oculum humanum referebat, dictum agnoscit Arias leg. de arcæ fabrica. Ideò sanè, *lucernæ*, nomine *oculorum* dictæ sæpè leguntur in Scripturis, vt cum Zach. 4. de septem candelabri lucernis dicitur, *septem isti, sunt oculi Domini*. Nec dubito quin hoc ipso loquendi modo, viri præstantes qui Ecclesiæ lucem affudetunt, dicti interdum legantur *oculi*, id est lucernæ. Sic Naz. orat. 23. de S. Athanasio ait, [sanctissimus orbis oculus, & sacerdotum Antistes, sublimis vox, fidei columen, secunda Christi lucerna.] Idem de S. Basilio in eius epitaphijs, ait eum fuisse veritatis vocalissimum nuncium, Clarissimum Christianorum oculum animæ multiplici pulchritudine lucentem.] Isidorus item Pelus. lib. 1. Epist. 156. de S. Ioanne Chrysostomo, ait: [Sapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres Ioannes, Byzantinæ Ecclesiæ, atque adeò Ecclesiarum omnium, oculus.] Cum igitur lumen quod

Sect. I. Cap. II.

in homine lucet, (id est faeultas cognoscitiua quæ cum luce proportionem habet,) rectè cum lucerna conferatur, congruè homo totus cum candelabro componitur. Et quia est in homine septuplex notitia, æquè ac sepruplex lucerna in Mosaïco candelabro, non malè homo, & lucerna illa Heptamyxos, conferuotur. Nec abborret ab hac ioterpretatione Origenes homil. 2. in Cant. vbi candelabrum Mosaïcum auteum totum, ait sibi videri exhtbere naturalem legem, io qua lux scientiæ babetur. Ea quippè lex naturalis homini implanata, aliud non est quàm ipse homo, provt intellectu dijudicans bonum & malum, cui luceinæ primariæ, hastile rationali substantiæ nostræ decoranti, si alias quasi calamorum, id est organorum eidem substantiæ eonsertorum, lucernas adjunxeris, existet candelabrum septilustre, Mosaico proportionale.

Alia candelabri physiologia, de Deo naturæ autore.

5. Pertinet tertiò, ad hunc ordinem physiologicarum caodelabri Mosaïci interpretationum, ea expositio, qua candelabrum dicitur esse imago Dei, provt naturæ moderatoris. Pro qua expositione adduci potest Theodoretus, quatenus candelabrum Zachariæ, exponit de dioina prouidentia, etiam naturali. Ad candelabrum Zachariæ objectum, fuisse eiusdem formæ cum Mosaïco, desetipto Exodi 25. autor est S. Cyrillus lib. 9. de adorat. & subscribit Lyranus Zach. 4. Candelabrum itaque Zachariæ, Theodoretus ad cap. illud 4. interpretatur diuinam prouidentiam, quæ cœlestia simul & terrestria administrat, cui insunt septem lucernæ, respondentes numero, septem hebdomadæ diebus, quia diuina prouidentia, assidoò omnibúsque sine intermissione diebus curat res nostras. Et est sanè non modica, candelabri tanta luce conspicui, consensio cum diuina prouidentia. Nam per omnia peruadit æquè ac lux candelabri per vniuersum sanctum: & nullius sunt adeò lippientes oculi, vt eos summa fulgor inde promicans præterire possit. Maximè verò conspicua est hæc prouidentia, in instructione mensæ qua Deus suppeditat omnibus cibum in tempore; vt propterea candelabrum, obuersis ad mensam lucetnis splendentibus, statui tuberetur. Quare haud incongrua videri potest, candelabri & diuinæ prouidentiæ, facta à Theodoreto eomeniio. Quia tamen Theodoretus sistit in candelabro per visum objecto Zachariæ; nec omnino apud omnes ratum est, an hoc eandelabrum fuerit idem eum Mosaïco, cuius interpretationem suscepimus, præstat audire Philonem.

Philo igitur l. quis rerum diuin. hæres, tametsi illam aliam Mosaïci candelabri interpretationem adhibet quam iam memorauimus; nempè qua candelabrum, cum cœlo Planetarum componitur: Tamen aliam quoque ibidem præmittit candelabri interpretationem, de Deo naturæ modefatore, quæ huc planè facit. Profert eo loco quàm plurima, qoibus æqualitatis in duo diuisæ, autore Deo vbiuis in natura conspicuæ, decora pandit; disputans de diuisione trium animalium facta per Abrahamum. Tandem verò subdit. [Nunc illud quoque videtur non prætereundem silentio, quod dimidiatæ partes trium animalium diuisorum, sex factæ sunt: vt septimus sit sermo ille incisor, dirimens tetniones, & seipsum in medio statuens. Cui simile opinor, quod manifestè memoratur desacto candelabro. Sic enim fabricatum est, vt sex cauliculos habeat, terona vtrinque; ipsum existens in medio, tetniones dispescit & dirimit. Est enim ornatile opus, diuinum, insigoi arte factum ex auro purissimo. Nam illud vnum solum syncerum ens, hebdomadam sine matre ex seipso solo genuit, oulla ptorsus adhibita materia. Cæterum inter laudes auri multas, duæ referuntur præcipuè. Vna quod non sentir rubigiuis iujuriam: altera quod in tenuissimas bracteas, sioe scissura diducitur. Meritò igitur maiorem naturam significat, atqoe diffusa & protensa vsquequáque tota per totum plena est, aptissimè eontexeos ecetera. De hoc candelabro ipse artifex disserens, rursum dicit, quod cauliculi vtrinque terni procedebant, pari proceritate, habentes in sommo lucernas nucibus similes in floris speciem lucernam sustineotes, extaote in summo caodelabro, flore septimo, ex auro solido, & superimpositis septem lucernis auteis, vt multis probabile fiat, seuionem in duos tetniones diuisum, mediante sermone illo septimo, sicut & hodie. Totum enim candelabrum, cum sex præcipois suis partibus, compactum est, è septem cauliculis, septem flotibus, lucernis totidem: Diuiduntur autem sex lucernæ, interueniente media septima: Similiter & flores & cauliculi eminente septimo in medio. Caoliculi autem illi compares, è medio septimo stipite proueniunt.] Vides Philooem, Deum cum candelabro aureo ita componere, vt naturam voiuersam ad immortalis diuinitatis per omnia pertinentis influxum refetat; quæ est Pbysiologia cui hoc capite insistendum suscepeiamus.

7. Triplicem de cœlo, homine, ac Deo physiologiam in candelabro expressam, simol & ex parte paulo aliter complexus est Gulielmus Paris. l. de legibus addito insigni embolo quo aptè obsignabo hoc caput. [Candelabrum (inquit) Deus cum septem lucernis suis præcipit erigi à parte meridiei contra Aquilonem, seenndùm Iosephum, in figura septem planetarum. Mensam verò propositionis cum panibus ad partem Aquilonis ex aduerso, quia populatio ad partem Aquilonis est in mundo isto. Et propter hoc fertilitas terræ quæ significatur in panibus. Pars enim Australis terræ nostræ habitationi opposita babirabilis est. Alijs verò visum est, quia fons vitalis caloris & luminis, in parte cœli metidionali est, & ideò in designationem huius, candelabrum ignis & luminis stare præcepit ad partem illam. Ex aduerso verò ad partem Aquilonis poni præcepit mensam, & panes propositionis, videlicet quia esca nutrimentum est vitalis caloris, & hæc in parte mundi Aquilonari maximè abundat. Sed hæc quid proderant intuentibus, & non intelligentibus? Hæ igitur causa fuit inxta literam, vt offerentes & adorantes in Dei tabernaculo, & in eius altaribns, ab ipso vitam lucem, & nutrimenrum se obtinere cognoscerent, & ex eius seruitio quod in eodem tabernaculo fiebat, ista sperarent. Amplius.

Inter

Inter largitionis diuinæ beneficia exteriora, ista maxime salubria maximéque necessaria sunt, lumen videlicet & esca. Horum igitur datorem se per candelabrum luminis, & mensam propositionis, designare voluit Dominus, & etiam polliceri: ac si diceret, cultoribus & adoratoribus meis, ista polliceor & largior. Voluit etiam ostendere quia in domo eius ista fluunt & abundant, sicut legitur Baruch. 3. *Disce vbi sit longitudo vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax.* Longitudo vitæ & victus, in panibus propositionis & renouatione eorum, lumen verò in candelabro luminis, facile erat intelligi. Vel voluit hoc ipso insinuare, se esse Deum cui septem planetæ seruiunt, & quia ipse est dator escæ non Ceres, & propter hoc non eis, nec huic, sed ipsi soli seruiendum.]

CAPVT III.

Tropologia candelabri sancti, spectans viros misericordiæ, Doctores sacros, & quoscunque propter iustitiam malleatos.

1. VNdecumque profectum nostrum in moribus extare cupiens Deus etiam in candelabro sancto, quæ in eum finem conducunt proposita voluit. Attingo oonnulla, ex mente Patrum.

Viri misericordiæ, candelabro Mosaico expressi.

Agens de candelabro sancto Origenes, déque eius oleo, sic disserit hom. 13. in Leuit. [Lux æterna erit illis semitis, per quas in futuro sæculo vnusquisque pro meritis incidet. Sed de his in suo loco sufficienter pro nostris viribus, dictum est. Nunc ergo quoniam vespere est & nox, vsque ad consummationem sæculi, & vsquequo nouus dies futuri sæculi & nouæ lucis effulgent, ardet vnicuique nostrum lucerna hæc; in tantum splendorem luminis præbens, quantum olei copia vbertate operum fuerit ministrata. Denique & Iob in quodam loco cum bona opetum suorum exponeret, addidit etiam hoc. *Cum splenderet* (inquit) *lucerna super caput meum.* Splendet ergo vnicuique nostrum lucerna hæc, quantum oleo bonorum operum fuerit accensa. Si autem malè agamus, & opera nostra mala sint, non solùm non accendimus, sed extinguimus nobis istam lucernam, & completur in nobis illud quod Scriptura dicit, *quia qui malè agit, in tenebris est*, & *qui odit fratrem suum in tenebris ambulat.* Extinxit enim lucernam charitatis, & ideo in tenebris ambulat. An non tibi videtur extinxisse lucernam, qui lumen charitatis exstinxit? Qui ansem diligit fratrem, in charitatis luce perdurat; & cum fiducia potest dicere, *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei*; & *Filij eius sicut oliuæ nouella in circuitu mensæ eius.* Oleum ergo offerri iubetur à populo, & oleum non qualecumque, sed mundum: & non ex quibuscumque seminibus; vt fieri diuersis interrogationibus moa est, sed de oliuis expressum, in quibus iudicium pacis extenditur. Neque enim accepta possunt esse Deo opera tua, nisi in pace peragantur, sicut & Iacobus Apostolus dicit: *Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur.* Idcirco credo etiam quod Dominus discipulis suis tradebat fidele depositum, dicens, *pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis.* De hac ergo oliua oleum premamus operum nostrorum, ex quo lucernæ Domino possit accendi, vt non in tenebris ambulemus. Hæc quidem à nobis dicta sint quantum ad lucernam candelabri, & oleum eius spectat.] Itaque Origenes, viros misericordiæ quorum iustitiæ obliuiouem non accipient, adumbratos censet in candelabro sancto. In eundem sensum Petrus Cellensis lib. 6. Epist. 15. Lundensem Archiepiscopum, hominem in paupetes beneficentissimum, & Christianæ misericotdiæ germanum exemplar, exhibet specie lucernæ candelabri, perfosæ multiplici oleo; vnde multæ areolæ Ecclesiarum, Episcoporum, pauperum, viduarum, tam suauiter quàm abundanter irrigarentur. Id quod etiam celebrat lib. 5. Epist. 5. & lib. 1. Epist. 23.

Trop. Candelab. de miser. Doctor. malè vexatis.

Itémque sacri Doctores.

2. Doctores sacros, qui misericordia & charitate pleni, lucent in domo Domini verbis & factis, tenebrasque errorum & vitiorum, luce sua effugant, candelabro Mosaico esse expressos, affirmat Ribera lib. 2. de templo cap. 21. ac minutissimè toto cap. 23. & materiam, & formam, & partes omnes candelabri, illis accommodans. Breuiùs S Gregorius sub nomine *prædicatorum* quoscumque sacros Doctores reptæsentans, & *prædicationis* nomine omnes Doctorum Ecclesiæ functiones significans, sic disporat homil. 6. in Ezech. [Hastile, candelabri, ipsa Ecclesia debet intelligi, quæ corpus eius est, quia inter tot aduersa, libera stat. Calami autem qui de hastili procedunt, prædicatores sunt, qui dulcem sonum io mundo ediderunt; videlicet canticum nouum. Scyphi autem vino repleri solent. Quid ergo mentes Auditorum nisi scyphi sunt, quæ sanctis prædicantibus, vino scientiæ replentur? Sphærulæ autem quid est aliud, nisi volubilitas prædicationis? Sphæra autem ex omni parte voluitur. Et prædicatio quæ nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus elenatur, sphæra est. Et inter aduersa fortis, & inter prospera humilis; nec timoris habet angulum, nec elationis. In cursu ergo suo figi non valet, quia per cuncta se volubiliter trahit. Vt autem hoc quod exempli causa protulimus, exequamur; benè post calamos, scyphos, & sphærulas, in candelabro lilia describuntur: quia post eam quam diximus prædicationis gratiam atque volubilitatem, illa virens patria sequitur, quæ animabos sanctis, id est floribus vernat æternis. Sphærulæ ergo ad laborem pertinent, lilia ad retributionem.]

Expressit hunc S. Gregorij locum, Hugo Victorinus serm. 81. qui est de ipso S. Gregorio. Expressit etiam Beda lib. 2. de tabernac. cap. 8. & 9. ac lib. de Templo Salom. cap. 24. Quod autem ab Hugone Victorino citra Sanct. Gregorium præstitum dixi, accommodato ad eum candelabro Mosaïco, ab alijs citra alios

Doctores sacros æquè est præstitum. Sic enim Laur. Iustinianus serm. de B. Petro & Paulo, eos supremos fidei Doctores, cum candelabro cumponit S. Paulinus Epist. 41. collaudans B. Augustinum, his eum verbis affatur. [O lucerna dignè supra candelabrum Ecclesiæ posita, quæ latè Catholicis vrbibus de septiformi lychno pastum oleo lætitiæ lumen effundens, densas licet hæreticorum caligines discutis, & lucem veritatis è confusione tenebrarum, splendore clarifici sermonis ennubilas.] Nec dissimiliter Secundinus Manichæus Epistola ad ipsum D. Augustinum, suspicit lucernam in cordis eius candelabro, à veritatis dextera collocatam; quanquam non agit expressè de candelabro Mosaico; vt neque Hildebertus, cum acceptis à Mathilde Regina candelabris ad vsum sacrificij, referens ei gratias Epist. 16. ait, se inde commonitum ad præstanda boni ac nauti Doctoris Ecclesiastici officia, & omnibus verbo & exemplo prælucendum, Eodem referas, quod aliqui in honorem SS. Apostolorum qui fuere primatij Ecclesiæ Doctores, 12. candelabra; in honorem verò discipulorum septuaginta duorum, totidem candelabra ante altare præcipuum collocasse in festis solemnibus referuntur, vt habent Acta S. Meinmergi.

Exod. 1. cap. III.

3. Quia verò superiorum nominatim est, subiectos docere, eisque prælucere doctrinæ facibus, idcirco S. Nilus, in libello Ascetico, agens de idoneo Cœnobiarcha, eum confert cum candelabro Mosaico, quod notat solidum fuisse atque tornatile; aliter accipiens vocem *ἐπίστομον* adhibitam à 70. quàm supra monstratum sit, accipiendam videri. Supposita autem ea vocis prædictæ notione, sic accommodat candelabrum, ad idoneum spiritus præfectum. [Candelabrum, solidum atque tornatile est. Ac candelabrum quidem, indicat, qui cæteros illuminare profitetur, omnibus esse partibus solidum, & nihil leue, nihil inane habere aut vacuum oportere, omniáque supernacanea atque inutilia vinculpatæ vitæ exemplum inuentibus præbeat excumcidere & amputare.] Meritò. Prælatum vt si verè candelabrum sanctum, vrget ad exempla vitæ sanctæ. Nam est planè exemplum bonum, species doctrinæ, eóque efficacioris, quo plus mouent facta quàm dicta. Itaque Petrus Cellensis l. 2. Epist. 7. informans Abbatem Molismensem, eique accommodans cum aliam tabernaculi ac templi suppellectilem, tum nominatim candelabrum, sic eum affatur. [Sis in templo Domini, basis argentea per patientiam; sis columna marmorea, per inflexibilem iustitiam; sis capitellum habens sculpturam liliorum, per contemplationem assiduam; sis arca Testamenti, per abundantem gratiam; sis virga Aaron, per disciplinam; sis uncia Domini, per doctrinam; sis candelabrum de auro mundissimo, per bonam famam; sis propitiatorium, per misericordiam; sis tabulæ testamenti, per veteris & nouæ legis scientiam; sis cortina per charitatem; sis saga cilicina, per humilitatem; sis templum Domini, per continentiam & castitatem.

Nec non malleati propter Iustitiam.

4. Consulans simul atque collaudans S. Thomas Cantuariensis patientiam tandiu exercitam, & malè imò pessimè habitam Petrus Cellensis lib. 1. Epist. 10. aduocat candelabrum tabernaculi. Gauisus ergo, quod vir sanctus acceptiorem haberet mallei fetientis percussionem; quàm esset percussoribus, profectus ex irrogata eidem vexatione, sic habet præter cætera. [Ferrum ferro acuitur, & de malitia Regis Angliæ, virtus vestra inuincibilis, clariùs illustratur. Quo fortiùs premit torcular oliuam, eo profusiùs oleum producit. Candelabrum ductile de auro purissimo, non facit Beseleël in tabernaculo Domini, nisi productis laminis contritione limæ & mallei. Nondum contritus est malleus vniuersæ terræ: adhuc est necessarius, vt supplcat quæ desunt passioni Christi in corpore vestro.]

Aliter, constantiam S. Victricij in aduersis, ingesta candelabri mentione celebrauit S. Paulinus Epist. 27. quæ est ad ipsum S. Victricium. [Tua verò sanctitas, (inquit) non solùm de abusione licitorum, & abstinentia commodorum visibilum, Christianæ paupertatis diuitem gloriam tenet; sed sicut etiam comperi, etiam de multitudine aduersantium, & tolerantia tentationum, quoniam insurrexerunt in te testes iniqui & mentita est iniquitas sibi. Sed nodus in scypo, & nævus in lumine, non potuit inueniri. Non enim sub modio latebat lucerna tua, quæ eminet, & splendidè fulget supra candelabrum sanctum, vt luceat omnibus qui in domo sunt, & multis Domino accendendis luminaribus fomes existat. Et ideò inconcussum & stabile permansit candelabrum tuum, quia manibus humanis impellebatur vt caderet. Non autem mereberis, vt illius manu in ruinam commoueretur, qui habet septem stellas, & ambulat inter septem candelabra aurea, habens in ore gladium bis acutum, quo armauit dexteram mentis tuæ, vt vtrlusque Testamenti face, cadentia inimici iacula victor extinguas, & cadant à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, tibi autem non appropinquent, quem inexpugnabili scuto teget veritas Dei, vt arcus eorum infirmentur, qui in te dicuntur acuisse linguarum machæras.]

CAPVT IV.

Allegoria Candelabri Mosaici de Ecclesia & primarys Ecclesiæ membris, Beata Virgine atque Baptista.

1. CAndelabrum Mosaïcum, quod non nisi noctu & intra ædem lueret, de synagoga allegoricè exponit Origenes homil. 13. in Leuit.

Ecclesia prædelineata in candelabro.

Multo plures tamen, accipiunt de Ecclesia Christiana, nominatimque Egesippus in Anacephalæosi librorum de excidio Hierosol. distinguit lucernam nunc super septemplex candelabrum positam, à lucernâ prius sub modio posita. Hanc, ait fuisse lucem spiculam legis Mosaicæ. Ecclesiam autem, confert splendori candelabri, quod heptamyxon lumen diffundit quaquauersum, nec fulgor eius intra mensuram

ſuram legis concluditur. Sed & S. Irenæus l. 5. cap. 20. Eccleſiam vocat lucernam ἐντόμυξον, in ſimilitudinem Moſaïci candelabri. Nec diſſimilia Chtomaïus in cap. 5. Matth. tractans illud, *ſed ſuper candelabrum.*

Fuſiùs ac pleniùs Hugo Victorinus ſerm 81. tractans illud ex cap. 11. Lucæ, *nemo lucernam accendit & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum*, eandem allegoriam tradit, his præter cætera. [Candelabrum eſt Eccleſia, quia candelabrum malleis extenditur, & inſtrumentum luminis efficitur: & ſancta Eccleſia, tentationibus probata, tunſionibus perſecutionum attenuata; ardet igne ſapientiæ cœleſtis, & lucet opere charitatis. Candelabrum ſuper tres pedes ſtabilitur; & ſancta Eccleſia, ſuper fidem ſanctæ Trinitatis fundatur.] Et mox. [Sancta igitur Eccleſia, candelabrum ductile & aureum eſt. Candelabrum, quia ſuper fidem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis fundata, & ad continendum verum diuinúmque lumen inſtituta. Ductile, quia variis perſecutionum tunſionibus, ſecundùm ſucceſſionem & proliaitatem temporum, ad incrementa virtutum, augmentúmque fidelium ſuorum producta. Aureum, quia charitatis intimæ fulgore præclara. Candelabrum, & quæ de ipſo procedebant, erant ductilia: quia quicunque volunt piè in Chriſto viuere, perſecutionem patiuntur. Erant aurea, quia cuncta ſanctorum iuſtitia: ſiue flamma charitatis perfectæ, ſiue luce ſapientiæ, probarur eſſe profulgida. Per haſtile candelabri, quod in ipſo conſtat eſſe fortiſſimum, maximom, & intimum, nec ſolùm rectum ſed & erectum, coouenienter intelligimus viros in S. Eccleſia, in operibus fortiſſimos, in virtutibus præcipuos; in interioribus deditos, ad ſuperna contemplanda ſublimiter erectos & elevatos, nec ad exteriora negotia tractauda, deatrà leuàque deflexos. Iſti enim sùt coram diuinis aſpectibus præcipui, & optimi, qui optimam partem elegerunt quæ non auferetur ab eis. Vnde & in haſtili candelabri, quatuor ſcyphi, ſphærulæ & lilia fieri præcipiuntur: cum in calamis ex ipſo procedentibus, non niſi tres ſcyphi, ſphærolæ, & lilia fuiſſe deſcribantur; vt cer hoc, contemplatiuorum merita, actiooram vitam tranſcendere demonſtrentur.]

2. In huius allegoriæ illuſtratione, diligentiam probauit Alcaſarius in cap. 1. Apoc. v. 5. notat. 10. obſeruans, menſam panibus calicibuaac pateris ad vina libanda refertam, fuiſſe ſymbolum doctrinæ ſactæ ea S. Dyou. Epiſt. 9. quia in Scriprura ptoponirur pania Dei, panis viræ & iutellectus, & indidem bibitur vinum dilutum, quod ipſe Deus miſcuir, ioata concinnam Iſidori Peluſiotæ obſeruationem l. 2. Epiſt. 3. & 5. Menſæ igitur quæ eſt ſymbolum doctrinæ ſactæ cibantis & potantis animas, tungitur ea aduerſo candelabrum: quod ego conſequentes ad propoſitam ex B. Dyoniſio doctrinam, acciperem de luce Eccleſiaſtici iudicij, ſiue regulæ viuæ ſuper Eccleſiæ verticem locatæ, indéque illucentis fidelibus, ad ſecurè dignoſcendum quæ ſit vera & probata doctrina ſacta, reficiens animas. Auror tamen cuius diligentiam laudauimus, candelabrum ex aduerſo menſæ locatum, refert ad ſanctitatem; quod ea demum ſit vera ſanctitas, quæ cum ſacra Scriptura conſentit, & eam reſpicit, vt illi conformetur. Septem candelabri lucernas, Petrus Damian. ſerm. de Cœna Domini, refert ad varietatem populorum. compingentium vnam Eccleſiam. Ab Heſychio autem in cap. 24. Leuit. referunrur ad virtutes ſeptem Cardinales, morales quatuor, & tres Theologicas. Nec abluder, qui ſecutus Idacium lib. 3. contra Varimadum, ſeptem lucernas retulerit ad ſeptem diuinas perfectiones attributales, effulgentes in mirabili ſanctitate fidelium; è quibus integrarl diuinam prouidentiam tectricem inſigniter ſplendentem in directione fidelium ad omnem ſanctitatem, latè proſequitur Alcaſarius in cap. 1. Apocal. ad verſ. 4. notat 5. Idem, flores candelabri, ad ſanctos Martyres; lilia ad Virgines; vel ad glorioſam Eccleſiæ exaltationem; ſphærulas ſeu poma aurea, ad pretioſiſſimos fructus iuſtitiæ in Eccleſia exuberantes accommodat: ſicut calices ſeu ſcyphos, ad mortificationem, & veluti proluſionem ad martyrium; quod nomine *calicis* ſignare ex vſu Scripturæ eſt. Hæc & alia in eam ſententiam; idem Autor verſu illo 12. notatione 10. allegata. De Eccleſiæ allegoria lo Moſaïco candelabro, genetatlus ſaris.

Allegor. candelabr. de Eccleſ. Deip. atque Bapt.

3. Nunc attingenda ſeorſim ſunt, ſpecialia quædam Eccleſiæ membra primaria, quorum cum candelabro Moſaïco conſenſionem, quidam Patres tradiderunt, nimirum B. Virginis, quæ io Eccleſiæ corpore eminentiſſimum ſub Chriſto capite membrum eſt, & eum cum cognatione, tum ſanctitate, præter ferè cæteros omnes contingentis, B. Ioannis Baptiſtæ. Poteram quidem, aniuſuis ſigillatim iuſti cum tabernaculo conſenſionem perſequi, & candelabri Moſaici imaginem in vnoquoque iuſto obſeruare, cum Gulielmo Pariſienſi in Prologo Operis de Clauſtro animæ minori, quod opus ante annos centum circiter quadraginta, à Clyctouæo editum, in vulgaribus operum Gulielmi editionibus eſt prætermiſſum. Quauquam vt hoc obiter dicam, non ea duntaxat lacuna io Gulielmi operum editionem irrepſit, vt videre eſt apnd Coluenetium in Notis ad librum t. de Apibus Cantiptat. pag. 12. Eo igitur quod diai opere, Gulielmus Pariſienſis, in Prologo, tabernaculum Moſaïcum, ioternum & externum, & vtriuſque ſupellectilem vnioerſam, accommodans ad hominem iuſtum, air, candelabrum ſignare gratiam diſcretionis. Nam [candelabrum eſt geſtorium luminis, & diſcretio eſt lucerna interioris hominis.] Móxque ad candelabrum pertinere ait ſtudioſam meditationem, qua ad ſanctificationis arcam pertingi docet; multúſque eſt in menſæ quoque, & altaris thymiamatis, ac holocauſtorum, & arcæ, accommodatione ad hominem iuſtum. Sed huic candelabri allegoriæ, non vacat diutius inſiſtere, quod non de iuſto toto, ſed de aliqua tantum eius gratia candelabrum accipiat & à Gulielmo ibidem, nec non à Petro Cellenſi in Allegorica eapoſitione tabernaculi, ſufficienter ſit propoſita. Quare ſat erit, primariorum illorum qoos diai inſtotum, conſenſionem cum candelabro Moſaïco, hîc recognoſcere.

Candelabrum Moſaicum, typus Deiparæ.

4. Beatam itaque Virginem, candelabro Moſaico

Sect. I. Cap. IV.

saico fuisse adumbratam, tradiderunt Gregor. Nicumed. orat. de Præsent. Andreas Cretens. orat. de Annunc. & breuitet verbis illis S. Epiphanius in Deiparæ laudatione. [O candelabrum Virgineum, quod illustrauit tenebris inuolutos. O candelabrum Virgineum, repellans tenebras, & lucem splendere faciens. O candelabrum Virgineum, quod ignem & oleum inseparabile ad illuminandum intulit. O candelabrum Virgineum, quod ab altissimo throno accepit tet lucidum ignem, vnum, inextinguibilem, consubstantialem, & ad illustrandam terram resplenduit. O candelabrum Virgineum, de quo per Prophetam Deus inquit. *Illuc producam cornu Dauid, parani lucernam Christo meo.*] Cadit ergo beliissimè in Deiparam, illud Siracidæ cap. 26. *sicut Sol oriens mundo in altissimis Dei; sic mulieris bonæ species, in ornamentum domus eius: lucerna splendens super candelabrum sanctum.* An hinc voluit S. Theodorus Studita in Canone, Oda 5. cum dixit. [Instar lucernarij auro exornati, te veneramur sancta Dei Genitrix, quæ lumen intellectuale mundo peperisti, & tenebrosam nebulam dissipasti.

Si candelabrum Zachariæ obiectum idem fuit cum candelabro Mosaico, vt non paucis visum est, habemus apud Anastasium q. 53. in script. accommodationem accuratam illius ad B. Virginem. Verba Anastasij sunt. [Quod est ergo candelabrum? Sancta Maria. Cur autem candelabrum? Quoniam materiæ expertem lucem gestauit, Deum Incarnatum. Cur autem totum aureum? Quoniam post partum mansit Virgo. Dicit enim, *hæc porta erit clausa, & nemo intrabit per eam, sed Dominus Deus solus intrabit & sedebit. Quoniam ipse est Dux, & egredietur, & claudet portam post se.* Quod autem vterus sit porta, testatur Iob dicens, *cur non conclusisti portam vteri matris meæ!* Quid est autem lucernula? Deus Verbum, Incarnatum. Dicit enim Esaias *propter Sion non tacebo, & per Ierusalem non transibo, donec egressa fuerit tanquam lumen iustitia mea. Saluator autem meus, tanquam lucerna ardebit.* Quænam sunt autem septem lucernæ? Septem leges singulares. Dicit enim, *lucerna pedibus meis lex tua.* Et *lucerna, mandatum legis & lux.*]

Subijcit sigillatim Anastasius, septem illas leges attestatas Deiparæ, eiúsque partui. Tum addit aptationem septem infusoriorum candelabri Zachariæ, ad septem Spiritus sancti dona Virgini communicata; & duarum oliuarum circum candelabrum collocatarum, ad duo Testamenta, quæ B. Virgini sunt attestata & in eam tanquam in medium ac centrum, & negorium omnium sæculorum, (vt S. Bernardus, loquitur serm. 2. de Pentec.) respexerunt quotquot in vtroque Testamento, oleaceam diuinæ gratiæ pinguedinem perceperunt aliquando, vel ad metam vsque mundi percipient: quia sic visum est Deo, qui omnia bona in nos defluere voluit per Mariam. Aperte Anastasius ex S. Pralo profecit orat. 2. de Incarnat.

Ioannes Baptista, adumbratus in candelabro Mosaico.

5. Ioannem Baptistam, cum Mosaïco candelabro scitè confert S. Cyrillus lib. 10. de adorat. Secernit ibi S. Cyrillus, tabernaculum interius ab exteriore. Vocat interius tabernaculum, & eam tabernaculi partem in qua erat arca, in quem locum semel in anno adibat summus Sacerdos; & eam etiam partem tabernaculi, in qua erat mensa & candelabrum. Huic interiori tabernaculo, S. Cyrillus nomen imponit *Sancta Sanctorum*, Exterius verò tabernaculum, quod appellat *Sancta*, apud S. Cyrillum, est illud quo continebatur altare sacrificiorum, ac labrum æneum. Eóque semper ingrediebantur Sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes, cum in tabernaculum interius, siue secundum, quoad partem eius pentiorem, in qua erat Arca Fœderis, solus Pontifex semel in anno ingrederetur, non sine sanguine, quam pro sua & populi ignorantia offerebat, vt Heb. 9. primum & secundum tabernaculum discriminans Apostolus produnciauit. In primo & exteriore tabernaculo non minús quàm in secundo seu interiore, candelabrum quoque ac mensam cum nuodecim panibus agnoscit S. Cyrillus, eo accommodans quod Leuit. 24. de candelabro & mensa panum præcipitur. Statuit autem hos duodecim panes fuisse typum duodecim Apostolorum qui verba vitæ præbentes & ad pietatem nutrientes, famem animæ à Iudæis depulerunt quantum in ipsis Apostolis fuit. Candelabrum autem eiusdem exteriotis tabernaculi, ait fuisse imaginem B. Ioannis Baptistæ quem illuxisse Hebræis per exterius hoc tabernaculum expressis, indéque à Psalte dictum esse lucernam Christo paratam, neminem latet.

6. Duo hæc candelabra; quorum vnum, Christo, (id scilicet quod statuit in tabernaculo interiore,) alterum in exteriore tabernaculo locatum Baptistæ confert; sic discriminat S. Cyrillus. [In interiori tabernaculo, septem lucernæ lucent, quæ manè accenduntur, atque copiosum ingredientibus lumen immittunt. Ac lucerna quidem, vt in figura, tursus Christus erat, qui multo copiosóque lumine, in sancta sanctorum ingredi volentes illustrat. *Accedite* enim (inquit *ad eum & illuminamini.* Quinetiam quod manè accendebantur lucernæ, designare poterit ipsum Incarnationis tempus. Tum enim veluti dies quidam illuxit, & spirituale lumen effulsit, quod nostræ vetetis ignorantiæ tenebras dispulit, illámque caliginem quæ noctis instar, vniuersorum cordibus erat offusa, dissipauit. Sic enim tempus quo Saluator aduenit, Propheta, quóque longè ante vocauit, dicens, *Mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi, & videbo.* Quando enim acceptæ fuissent vniuersorum preces, & nos olim errantes, per coniunctionem nimirum spiritualem, & obedientiam, ac fidem, astatemur Deo, nisi nobis illud è cœlo lumen, id est], Christus affulsisset? Igitur in interiore quidem tabernaculo, copiosum ac purum septem illatum lucernarum lumen erat. Sed in primo tabernaculo, lucerna erat lucens, quo declarabatur (vt opinor) ne ipsos quidem qui in lege instituebantur, esse diuini luminis expertes. Nam lex quoque Moysi, ex multorum Deorum cultu, vocabat ad agnitionem eius qui naturâ veréque Deus est, ac veteres illos homines abducebat à colenda creatura, potiùs quàm creatore; suadebátque, vt rerum omnium conditori adhererent. Id verò in eorum animis qui illis imbuebantur institutis, non sine spirituali lumine perficiebatur. Igitur vt id

repetam

repetam quod paulo ante dixi, copiosa est ac plena illuminatio quæ a Sancta sanctorum ingredientibus, à Christo tribuitur, minor autem eorum erat, qui in lege viuebant; idque verissimum est. Neque enim illa legis vmbra, cum Euangelicis institutionibus, illuminatione spirituali æquari vllo modo potest. Hæ namque vniuersum orbem terrarum illustrant, illa autem soli Israëlitarum generi nota erat.] Hactenus S. Cyrillus, qui candelabrum exterioris tabernaculi expressisse Baptistam, mox ita docet. [An ignoras ijs qui in lege & per Iudæam erant instar lucernæ præeuntis, Beatam illum Baptistam, ac de illo à Deo & Patre prædictum esse, *præuii lucernam Christi?* Quinetiam ipse Saluator hoc idem testatus est, cum Iudæorum Doctoribus de illo dixit, *ille erat lucerna ardens & lucens; vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Vide enim quemadmodùm is qui in lege peritus erat, propemodùm ad memoriam reuocat lucernam illam quæ erat in primo tabernaculo. Inextinctam enim seruari lucernam, Legislator præcepit his verbis; *& accendent eam Aaron, & filij eius, à vespera vsque mane, ingiter in conspectu Domini.* Sed Iudæi, cum tempore admodùm exiguo de illo gauisi fuissent, (hactenus certè dùm ad baptisma illius accurrunt & illum admiratione maxima prosequuntur,) tandem mortis somno dederunt, ac propemodùm ingiter luceurem illam lucernam, extinxerunt. Nam licet Herodi illud facinus tribuatur, at is certè de Israël genus ducebat, *&c.* Lux igitur ac lucerna per similitudinem, Christique participationem, Beatus quoque Baptista fuit ijs qui in lege ac per Iudæam erant.] Subtexit S. Cyrillus duodecim panum eiusdem primi tabernaculi accommodationem ad duodecim Apostolos: Tum addit, [Sed cuius rei gratia, non in Sanctis Sanctorum, sed in primo tabernaculo Sancti illius Baptistæ, ac sancti esse possunt, sed extrinsecus quodammodò & submissione gradu.] Seiuncta namque sont diuina ac separatim posita, & longè diuersa ratio, à diuinis rebus humana distinguitque naturarum proprietatem differentiámque gloriæ, tantam esse demonstrat, vt conferri inter se nullo modo queant. Deinde quia ex Iudæis orti, & ex illa legali obseruatione fuerunt, ob eam causam locus illis quodammodò decens tributus est, nempè primum tabernaculum in quo figuratiuum illud sacrificiant altare, situm erat.] Liquet ex hactenus recitatis. S. Cyrillum accepisse candelabrum tabernaculi, de S. Ioanne Baptista. Non præsto; quæ de duplici candelabro, & duplici panum mensa affirmat. Candelabrum quippè & mensam, dumtaxat in ea tabernaculi parte quæ objacebat Sancto Sanctorum habuisse locum, videtur esse ex Scripturis explotatum. Tantùm itaque retuli S. Cyrilli mentem, & candelabri de Baptista interpretationem ab eo traditam.

CAPVT V.

Candelabri allegoria de Sancto Sanctorum Christo Domino, visibiliter conspicuo, maximè in cruce.

1. Dictum est de allegoria Candelabri Sancti, spectante Ecclesiam & illustria quædam eius membra. Permulti candelabrum accommodare maluerunt ad caput Ecclesiæ, Christum Dominum, siue absoluiè illum spectando, siue prout in cruce sublimem. Vtroque enim do Christus Dominus, adhuc degens in terris, fuit [bonus lychnus, inducens lucem ac fidem hominibus,] vt ait Clemens Alexand. in protrepti. Audiamus variorum Doctorum iudicia, de candelabri Mosaïci correspondentia cum Christo, considerato vtrolibet illo modo. *Candelabri expositio de Christo visibili.*

Christus simpliciter, in Mosis candelabro adumbratus.

De Christo simpliciter spectato, candelabrum exposuit Clemens alexand. 5. Strom. verbis illis. [Habet autem aliud quoque ænigma, aureum candelabrum, signi Christi: non figura sola, sed eo etiam quod lucem immittat multisfariam: multisque modis, in eos qui in ipsum credunt, sperant, & respiciunt per ministerium eorum quæ sunt primò creata.] Eandem candelabri expositionem tradidisse S. Pachomium, refetunt eius Acta cap. 30. & placuit etiam Nysseno l. de vita Mosis, vbi rorum tabernaculum Mosaïcum Christo accommodans, ait nominatim de candelabro. [Cum verò de lychnis id est lucernis audis quod septem partito ex vna basi ac radice candelabri sustentabantur, vt lux abundanter vndique perluceret; iure multiformes Spiritus fulgores in hoc tabernaculo perfulgere intelliges: septempartito enim radios, etiam Esaïas partitur.] Sensus est, in Christo requieuisse septem Spiritus Domini vt Isaias prænunciauit. Eos autem spiritus, septem candelabri lucernis respondisse ob lucem & calorem.

2. Fusiùs in hac allegoria est S. Cyrillus l. 9. ac 10. de ador. Strictius l. 4. in Ioan. cap. 28. verbis illis. [Candelabrum vniuersum terrarum orbem illuminans, Christus est. *Ego* (inquit) *sum lux mundi.* Septem vero lucernæ in candelabro sunt, quia multis ac variis modis, per gratias sancti Spiritus, credentium animas Christus illuminat: quæ omnia ex auro fiunt purissimo, quia nihil (vt diximus) pretiosius Christo. Solidum verò hastile fit, quoniam nihil concauum, nihil leue in Christo est. Lilia enim fiunt propter sanctificationis odorem. *Ego enim* (inquit) *sum flos prati, & lilium vallis.* Duos autem ramos in candelabro videri, Zacharias Prophetia dicit, vt duorum intelligas populorum, Deum misertum fuisse, quos & filios appellauit. Vnde clarè patet, Christum candelabro figuratum fuisse, qui obedientia & fide, Iudæorum gentiúmque populos, assistere sibi fecit.]

Sanctus Gregorius hom. 6. in Ezech. tametsi ad caput membra quoque adiungit in huius allegoriæ accommodatione, id quod etiam facit Beda lib. 2. de tabernac. cap. 8. & 9. & lib. de templo cap. 24. Tamen vtertque principaliter in candelabro Christum perspexit. Et quia Beda ex S. Gregorio profecit, vnus satetit S. Gregorius. Quis (inquit) in candelabro, nisi Redemptor humani generis designatur, qui in natura humanitatis, infulsit lumen diuinitatis, vt mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine, omnis peccator in quibus iacere tenebris videret? Qui pro eo quod naturam nostram sine culpa suscepit, candelabrum tabernaculi ex auro purissimo fieri iubetur. Ductile autem faciendo producitur,

Sect. I. Cap. V.

citur, quia & Redemptor noster, qui ex conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo extitit, passionum dolores pertulit; & sic ad resurrectionis gloriam peruenit. Ex auro ergo mundissimo ductile candelabrum fuit, quia & peccatum non habuit, & tamen eius corpus, per passionis contumelias, ad immortalitatem profecit. Nam iuxta virtutes animæ, quibus percussionibus potuisset proficere, omnino non habuit.]

3. Rupertus, fusè ac diligentèr, candelabrum de Christo exponit lib. 4. in Exod. cap. 8. [Sed iam (inquit) quia sunt exemplaria cœlestium; cœleste ex ipso speculemur candelabrum; id est Christum Incarnatum, cuius septem lucernæ, septem Spiritus Dei sunt, quorum exemplares septem lucernæ fuerunt: quæ sicut sequentia docent, super illud materiale candelabrum positæ sunt. *Facies* (inquit) *& lucernas septem, vt luceant ex aduerso.* Christus ergo super quem requieuit Spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis; spiritus scientiæ, & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris Domini, ipse est candelabrum cœli, candelabrum & lux mundi, septem eiusmodi semper lucens inextinguibilibus lucernis. Qui propter incarnationis mysterium, per arcam; propter passionis & sanguinis sui pretium, per propitiatorium; propter corporis & sanguinis sui Sacramentum, quod nobis in cibum & potum tradidit, per mensam ipse propter septiformem spiritum qui super eum requieuit, quémque gloria & honore coronatus, & ad dexteram Patris residens hominibus dedit, per candelabrum septem locernarum rectè figuratus est. Quare autem sex calami, de lateribus candelabri, id est maioris hastilis egrediebantur? Videlicet quia huius nostri candelabri prima claritas, quam nouimus, ex eo est, quod per illud, senario dierum numero cuncta fecit Deus. Tres ex vno latere, & tres ex altero calami egrediebantur, quia videlicet tribus primis diebus, per Verbum suum mundi fabricam explicuit Deus: diebus autem reliquis tribus, impleuit illum creaturis mobilibus atque sensibilibus. Quare & tres scyphi quasi in nucis modum, per calamos singulos, sphœrulæque, & lilium? Videlicet quia & hoc ad claritatem candelabri huius pertinet, quod nos scientiæ vino inebriat, vt quæ amamus mundi delectamenta, obliuiscamur. Sphœrula quæ ex omni parte voluitur, volubilitatem prædicationis quam accepimus, ex quo candelabrum istud illuxit, significat: quia nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, sphœrula est. Et benè post scyphos & sphœrulas in candelabro lilia adscribuntur, quia post hanc prædicationis ebrietatem atque volubilitatem, illa virens Patri sequitur, quæ animabus sanctis quasi æternis vernat floribus. Itaque scyphi & sphœrulæ ad laborem, lilia ad retributionem pertinent. Igitur quia & sex diebus omnia per Verbum facta sunt, septimus autem dies in quo requieuit Deus, Ipse est Filius, sicut in exordio præsentis operis diximus: rectè de vno hastili: ideò de vno candelabro, sex calami egrediebantur. Et quia quando Verbum ipsum caro factum est, quando egressa est virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit, requieuit super eum septiformis spiritus Domini, rectè nihilominus super candelabrum septem lucernæ dinumerantur: *vt luceant* (inquit) *ex aduerso*, id est, contra mensam. Hoc enim postmodùm exprimit dicendo, *Et contra mensam candelabrum pone, in latere tabernaculi meridiano.* Mensa enim stabat in parte Aquilonis. Per hoc mysticè innuitur, quia lux candelabri nostri, ideò Euang. gratia Dom. nostri Iesv-Christi Filij Dei, ab Austro, id est à magna charitate Dei Patris in nos effulsit, qui eramus in parte Aquilonis, illius videlicet de quo Diabolus, *sedebo* (inquit) *in monte Testamenti in lateribus Aquilonis*; nobis inquam qui eramus Aquilonarij, id est infidelitate frigidi, mensa prædicta proposita est: & à meridiana charitate Dei, cœlestis sanctuarij candelabrum Christus effulsit. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis, (id est eum emunctorijs, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur,) habebit talentum auri mundissimi. Talentum maximum, centum librarum est & viginti. Magnum pondus, grande significat talentum mundi, quod appensum in libra crucis, appositam lancem prægranando excussit, & peccata nostra in mare projecit. Quod quia mundissimum aurum est, ideò quia Deus ab omni sorde mundissimus Christus est, tota in pondere eius redemptio nostra peracta est. Et quia eum perfectus Deus & homo sit passionum dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit; rectè candelabrum, ductile fuit.]

4. Hugo Victorinus serm. de S. Gregorio, (habetur t. 2. estque 81. inter sermones,) ita de candelabro ad Christum aptaro philosophatur, vt directè solum hastile Christo accommodet; sic tamen vt reliqua ad candelabrum pertinentia ad Christum quoque referantur. Ita enim habet. [Possumus per hastile quod est in candelabro fortissimum, principale, & medium, & ex quo cætera procedunt, & in quo habent fundamentum, Christum intelligere; qui Sanctorum omnium est fortitudo, principium, & fundamentum, & in quorum medio est sicut ipse testatur dicens, *vbi fuerint duo congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum:* Ex quo veraciter procedunt, quia quicquid boni faciunt, ex ipso percipiunt. Hinc est enim quod ipse dicit, *ego sum vitis, vos palmites.* Quasi dicat, ego sum hastile, vos calami. *sicut non potest palmes fructificare nisi manserit in vite*, & sicut calamus non potest se erigere ad supportandum lucernam nisi manserit in candelabri stipite, *sic & vos, nisi in me manseritis*, non potestis lucem veritatis & fidei ferre. Hastile igitur Christus: Cætera quæ ab hastili procedunt cuncti fideles sunt. In hastili, quaternarius scyphorum & aliorum quæ sequuntur describitur, eum in calamis non nisi ternariùs reperiatur, vt per hoc manifestè pateat, bonum quod in Christo est per plenitudinem, in eius fidelibus non esse nisi per solam plenitudinis participationem. Calami procedentes de hastili, & qui in candelabro post hastile fuere præcipui, Sancti Apostoli & vniuersi prædicatores sunt; qui rectè dicuntur calami, quia Spiritu diuino repleti.] Postmodum idem Hugo, non hastile modò candelabri, vt hactenus ab eo factum, sed singula in eo notata à Scriptura, de Christo accipit, dicens. [Si quis autem quærit, quomodo mysticè hastile quod Christum significat, scyphos, & sphœrulas, & lilia continebat, prudenter animaduertat, quod Christus

Christus non solùm electis suis virtutum scientiam, operationem, & remunerationem tribuit, sed etiam in scipso scyphi figuram ostendit, cum se plenum Spiritu sancto declarauit; & sphœrulæ, cum exultauit vt gigas ad currendam viam. Lilij quoque, cum apud Patrem glorificatus est. Vltimus autem, ideſt supremus scyphus, sphœrula, lilium, in hastili altiora calamis eminent, quia dona quæ Christo Deus contulit, omnem transcendunt modum humanæ capacitatis. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundùm mensuram donationis Christi. In ipso autem habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.]

5. Guerricus Abbas serm. 1. de SS. Petro & Paulo, candelabrum Zachariæ, cuius eandem fuisse, & Mosaïci formam plerique tradiderunt, his verbis ad Christum aptat. [De candelabro, quod viderat totum aureum, & septem lucernas eius super illud, intellexerat Propheta, sed nec nobis dubitare iam licet, cum in lumine eius ambulemus, & in lumine eius videamus lumen. Hoc lumen cum alia demonstret, seipsum ignorari non patitur, sed testimonium perhibens de seipso loquitur, *ego sum lux mundi*. Lux ex diuinitate, candelabrum ex humanitate. Et ipsum totum aureum, non auratum; quia siue diuinitas, siue sapientia, siue charitas auro significetur, hæc omnia Christus, non per participationem, sed per substantiam. Nos cum simus natura plumbei, vel magis lutei, gratia & participatione ipsius, non aurum vel aurei, sed vt multùm aurati. Septem lucernæ super ipsum, septem Spiritus, septem oculi Domini, qui discurrunt in vniuersam terram.]

Richardus à Sancto Laurentio lib. prim. de Deip. capite 7. *sub finem.* [Christus (inquit) rectè dicitur candelabrum, quia Ioann. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ductile, non fusile, quia non semine homini transfusum, sed opere sancti Spiritus deductum. Ex auro mundissimo, ideſt ex putissimo virginis sanguine; qui fuit aurum mundum in sanctificatione; mundius in Spiritus sancti superuentione, mundissimum in Filij Dei conceptione, qui ignis consumens est. In Filij enim Dei conceptione, ita perfectissimè purgata est mater, vt nec etiam venialiter postea posset peccare. Ideo caro eius & sanguis; dicuntur aurum mundissimum. *Et pones in eo septem lucernas*, ideſt septem dona Spiritus sancti, quæ requieuerunt in Christo Domino.] De Christo absolutè & simpliciter spectato, per candelabrum adumbrato, plus satis.

Candelabrum Mosaicum, typus Christi in cruce.

6. Ad eundem Christum cruci confixum, candelabri typum refert, Sanctus Hilarius can. 4. in Matth. quanquam expresse non meminit candelabri Mosaici; sed simpliciter candelabri, cui imponenda [lucerna Christi, non tecondenda sub modio est, neque operimento occultanda synagogæ, sed in ligni passione suspensa; lumen æternum est in Ecclesia habitantibus præbituta.] Eodem modò, Christum crucifixum eum candelabro absolutè sumpto comparat Sanctus Augustinus serm. in dedic. Eccles. dicens candelabrum esse, gloriari in cruce Domini. Et pulchrè tract. 117. in Ioann. de Christo crucem suam portante, ait; [Grande spectaculum; sed si spectat impietas, grande ludibrium, si pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, grande ignominiæ documentum; si pietas, grande fidei munimentum. Si spectet impietas videt Regem pro virga regni, lignum soi portare supplicij: si pietas videt Regem bajulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixorus fuerat etiam in frontibus Regum: in eo spernendus oculis impiorum. in quo erant gloriatura corda Sanctorum. Dicturo enim Paulo, *mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri IESV CHRISTI*, ipsam crucem suam suo gestans humero commendabat, & lucernæ arsuræ, quæ sub modio ponenda non erat candelabrum ferebat.] Præterea apud eundem Augustinum, Autor orationis de quinque hæres. *sub finem*, increpans S. Petrum, quod voluisset Christum in tabernaculo Taborino abscondere, ait præter cætera. [Vides tenebras mundi, & tu lumen abscondis? *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Ista domus, totus est mundus. Lucernæ accensio, Verbi est Incarnatio: Candelabrum autem, crucis est lignum. Lucerna in candelabro luceus, Christus in cruce pendens. *Nemò accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Vides tu, videamus & nos.] Non dissimiliter de crucis candelabro sanctus Bernardus serm. 15. in Cant.

Candelabr expositio de Christo visibili.

7. Hæc omnia, tametsi de candelabro vniuersè ac simpliciter prolata; quia tamen non excludunt Mosaicum, ad illud quoque pertinere possunt. Diserte verò agens de antiquo candelabro Chromatius in cap. 5. Matth. sic habet, post aliam candelabri expositionem de Ecclesia. [Potest autem & aliter intelligi; quia multiplex; intelligentia spiritualis est, vt in lucerna, ipsum Dominum significare noscamus, propter assumpti corporis humilitatem. Hic quidem non solùm secundùm gloriam diuinitatis sol iustitiæ nuncupatus, sed secundùm assumpti corporis Sacramentum, etiam lucerna ostenditur, quia cum Deus esset gloriæ & maiestatis æternæ, humilis in hoc mundo tanquam lucerna apparuit. Et non sine causa tanquam lucerna per noctem lucere consueuit. Idcirco itaque in hoc mundo humilis tanquam lucerna appatuit, vt tenebras erroris de cordibus nostris, & ignorantiæ noctem depelleret, qui in hoc mundo velut in nocte positi degebamus. Huiusmodi ergo lucerna, id est Incarnatio Christi, ostensa à lege ac Propheris, iam non obscura prædicatione legis tanquam modio tegitur, nec infidelitate Scribarum ac Pharisæorum, velut quodam vase perfidiæ operitur: Sed in cruce, velut in candelabro constituta, omnem Ecclesiæ domum illuminat. Secundùm mysterium itaque Incarnationis, lucerna est? secundùm gloriam verò diuinitatis, sol iustitiæ est. Denique in ipso crucis candelabro, tanquam sol resplenduit; cum per Apostolorum prædicationem, quasi per quosdam radios, vniuersu orbi clarissimum lux cognitionis lumen intexit Dominus & Saluator noster, qui est benedictus in secula.]

Sect. I. Cap. VI.

8. Omnino ad Christum cruci fussixum, candelabrum Mosaicum retulisse videtur Mathildis Regina, aut qui candelabro ex munere eius fabrefacto, adscripsit epigrapben. Rem ex Chronico Cluniacensi, in rebus S. Hugonis primi, iuuat referre. Sic ergo ibi habetur. [In ista Basilica Cluniacensi, ante eius magnum altare, est candelabrum cupteum, mirae magnitudinis & excellentiae, desuper torum deauratum, opere fusorio & mirifico operatum, lapidibus crystallinis & beryllinis ornatum altitudinis in hastili decem & octo circiter pedum, & in modum traditum Moysi à Domino in Exodo 25. cap. factum. Hastile enim eius & calamos, scyphos, & sphaerulas, ac lilia ex ipso proeedentia, & caetera quae ibi habentur, ad modum illius diuini candelabri; facta sunt in isto nostro candelabro magno, quod ex dono Reginae Mathildis habemus. In hoc siquidem nostro candelabro, inscripti sunt versus sequentes.

Ad fidei normam voluit Deus hanc dare formam,
Quae quasi praescriptum doceat cognoscere Christum:
De quo septena sacro Spiramine plena
Virtutes manant, & in omnibus omnia sanant.

Cur hoc Cluniacense candelabrum similiforme Mosaico dicam relatum videri ad Christum crucifixum, facit versus secundus, memorans *Christum praescriptum*: quo loquendi modo vsus est Apostolus ad Galat. 3. Christum crucifixum exhibens specie imaginis aut libri, in quo Christus sanguineis apicibus exaratus & depictus extaret, vt benè ibi ex S. Chrys. prosequitur Cornelius. Candelabrum ergo docens cognoscere Christum praescriptum, idem esse videtur ac repraesentans & referens Christum crucifixum. In Actis Sancti Benedicti Anianensis *pag* 16. & 17. referuntur septem lampades Salomoniacè conflatae: id est instar septem lucernarum candelabri Salomonici constructae. Sed ad septiformem gratiam Spiritus sancti, insinuandam pertinuisse dicuntur Itaque aliò relatae sunt, quam quo candelabrum Cluniacense.

CAPVT VI.

Germanissima, & maximè accommodata candelabri septemplicis sacra mensae illucentis allegoria, de Christo Domino in mysterio Eucharistia.

1. PRopositae hactenus candelabri sancti interpretationes mysticae, & bonae & piae sunt, sed quantum video, minùs congruentes quàm illa ad quam illustrandam accingimur. Sanè prima, quae de coelo, aut homine, aut Deo naturae moderatore accipit candelabrum, depressior est ac humilior, cum sistat intra naturae terminos. At verisimillimum est, vt caeteram tabernaculi suppellectilem, ita & istam è praecipuis vnam, spectasse mysterium aliquod ordinis gratiae, exhibitum in lege Euangelica. Caetera verò allegoriae, quae ad aliquod Christianum mysterium pertinent, minùs quadrant, quàm ista ad quam aggredimur. Multa quippè sunt in candelabro sancto, vel circum illud, quae vel nullo modo, vel aegerrimè, ac violenter dumtaxat, nobis possunt ad mysteria Christiana, quibus repraesentandis candelabrum addicunt illae aliae interpretationes: Cum mysterio autem Eucharistiae, omnia bellissimè consentiunt, extra obtorsionem ac violentiam. Monstrabo id primùm de structura & partibus candelabri, tum de eius circumstantijs.

Eucharistia, in candelabro sancto, adumbrata, quoad eius compagem, & partes singulas.

2. Candelabri sancti compagem, pertinere ad Eucharistiam, subindicat Prosp. 2. de promiss. cap. 2. *in fine*, dicens de Christo. [ipse Sacerdos & victima, panem sanctificatum, suum sceratum corpus in sua mensa conficiens. Cui lucerna septiformi spiritu accensa, toti lucet tabernaculo, quoniam fulgur illius vt lumen; atria verò huius spiritualis tabernaculi corda piorum; scilicet confitentium & laudantium Deum de quibus dicit Propheta Dauid, *Atria eius in hymnis, confitemini ei.*] Consentit ex parte Emmanuel Sa Exodi 25. num. 31. vbi post expositam ex Scripturae mente structuram candelabri, eiúsque partes, subdit. [Puto ego hîc magnum latere mysterium. Esse enim candelabrum Ecclesiae figuram, scyphum & sphaerulam Eucharistiae, scilicet calicis & hostiae, lilium autem humanitatis Christi, & lumen, diuinitatis. Iam septenarium numerum, perfectionem significare.] Quanquam accommodatio multarum è propositis candelabri sancti partibus, potest aut etiam debet, commodiùs institui, quàm ab hoc Autore instituatur, tamen eatenus confert ad hoc negotium interpretatio ab eo adhibita, quatenus in candelabro, agnoscit, expressè repraesentari Eucharistiam, etiam quoad vtramque speciem. Sed dicamus aliqua distinctiùs, quoad structuram & partes, candelabrum sanctum ex Dei praecepto compingentes.

3. Dictum est cap. 1. candelabrum fuisse compositum ex hastili & calamis: vtrobique autem intercurrisse scyphos liliatos, siue in conuexa superficie flosculentos, ac sphaerulas. Supra hastile quoque, & sex calamos, constitutas fuisse lucernas septem exemptiles, nec consertas candelabro in quo habebant loculamentum suum. Haec omnia, concinnè respondent mysterio Eucharistiae. Nam hastile rectum & nullatenus inflexum, sanctam Christi animam, in quam tortitudo & cornitas non cecidit; nec cadere potuit, conuenienter repraesentat. Et potest etiam ad corpus referri, adjunctis calamis, veluti artibus trunco corporis consertis per naturalem sympbisim. Et quod hastile ac calami, opificia erant ductilia, bene accommodatur sanctissimo Christi corpori, tunsionibus varijs & incommodis malleato. Iam calicum siue scyphorum habitudo ad Eucharistiam, est per se perspicua; & figura nucis qua constabat, non vacat mysterio, qualc aperuit Sanctus Paulinus Natali 9. S. Felicis, vetsibus illis, quibus reddit rationem eius quod praemiserat, *in nuce Christus.*

Virga

Virga nucis Christus, quoniam in nucibus cibus intus;
Testa foris, & amara super viridi cute cortex:
Cerne Deum nostro velatum corpore Christum,
Qui fragilis carne est, Verbo cibus, & cruce amarus.
Dura superficies, Verbum Crucis, & Crucis esca est,
Celestem Christi claudens in carne medullam:
Sed cruce dulcis item quia protulit arbore vitam.
Vita Deus noster, ligno mea vita pependit,
Vt staret mea vita Deo.

4. Quod si vt Prosper 2. p. de promiss. cap. 10. disserit, in nucibus virgæ Aaron geminantis, Sacerdotium Christi per quatuor orbis terræ vniuersi partes diffundendum præmonstratum est, ne hoc quidem ab Eucharistia est alienum: cum hæc sit illa munda oblatio offerenda Deo in omni loco, effractis angustis repagulis, quæ antiquis pecudum sacrificijs inter Hebræos erant fixa diuinitùs. Verùm quod de quorundam sententia, nuces candelabri, in quarum formam efficti erant eius scyphi, essent amygdalinæ, dimissa compage nucis vulgatæ, quam ad institutum suum considerabat Prosper, spectanda erit amygdalus, cum S. Augustino serm. 99. de temp. vbi amygdalinam nucem, vocat *Pontificalem fructum*, constantem cortice externo amaro, & testa confringenda, ac denique nucleo. Eo fructu diues virga, simul cum lebete succenso Hieremiæ exhibita, iuxta S. Augustinum, vitam & mortem ante faciem nostram repræsentat. Nam [vita quidem Christus in Sacramento nucis; mors autem Diabolus, in figura lebetis succensæ.] Scilicet idem Sacramentum, pro diuersa sumentium dispositione, mors est malis, vita bonis; & sicut alijs discipulis in prima Eucharistiæ perceptione, Christus Sacramentaliter sumptus fuit cibus ad vitam, ita in Iudam qui iudicium sibi manducauit & bibit, intrauit Satanas. Tametsi enim iuxta sententiam quæ in tractatione de Iuda cap. 9. à num. 19. verisimiliot nobis visa est, quod Iudas perceperit Eucharistiam, est extra dubium, quod verè subiuerit in eum Christus, tamen infructuosè subiuit, & cum damno maximo: quod mox cumulatum est reali energumenismo, perfidæ ac sceleratæ communioni tepenso, post buccellam intinctam à Christo porrectam, postquam introiuit in eum Satanas. Nucini huius calicis formam, Iudæi olim & cidaris Pontificiæ postico, (nam ab antica parte exaratum erat nomen Dei,) & vnæ, quæ monumentum erat mannæ populo collatæ, insculpebant. De cidari testis est Iosepus lib. 3, antiq. cap. 8. quod non dubito referendum ad præsignificationem Sacrdotij secundùm ordinem Melebisedech, adumbrati in Sacerdotio synagogæ, vt proximè ex Prospero diximus. De vna, testantur Ioan. Eaber Ord. Prædicat. lib. 4. de Missa cap. 30. & Genebrardus in explicatione Liturgiæ cap. 11. ac Antonius Augustinus Dialogo 2. Antiquit. ex Numismatis, *initio*, qui tradunt, in siclo cuius ab omni æuo vsus erat in synagoga, insculpi solitam ex vno latere imaginem vnæ in formam nostratium calicum sacrorum, addito lemmate *sicli Israel*; ex altero autem latere ramum nucinum, qualis floruit in virga Aaron, cum illo lemmate. *Hierusalem sancta.* Vnum huiusmodi nummum, in cimelijs Ferdinandi primi, Imperatoris, assetuatum memorat supra Faber: & alium addit abs se visum, apud Præpositum Augustanum Marquardum ab Stain. Visum abs se quoque eiusmodi nummum, cum insculpta vna in formam calicis, scribit Theodotus Beza in cap. 17. Matth. Alium eiusmodi nummum abs se visum, quem confecere liceret cusum esse tempore Dauidis, scribit Rabbi Moses Nahmani, sub finem expositionis Deuteronomij. Plures similes ad se perlatos, & à se expositos, scribit supra Genebrardus; nempè vnum quem exhibuerat Doctor Colas Parochus Parisiensis, & tres qui erant Procuratoris Regij D. Petri Bullioud viri Hebraicè scientissimi & de Catholica religione optimè meriti, quod eius in Euangelia lucubrationes demonstrant. Existimarim coniunctionem hanc calicis & mannæ, pertinuisse ad præsignificandam existentiam Christi totius, sub specie panis, ac etiam totius sub vino specie, iudicata per formam calicis. Hanc ipsam verò, calicis & mannæ calice contentæ formam, ideireo consuetim suisse impressam sicio siue nummo, vt constaret hoc esse debere nauium transuectionis nostræ ad gloriam, qua de re infra in Octonastico. Vide *corona.*

Germaniss. candelabri intelligentia de Eucharist.

5. Lilia, aut etiam alios flores, scyphos candelabri vel exornantes vel implentes ex parte, iuxta varia placita, facile est accommodare ad Christum in Sacramento Eucharistiæ contentum, cuius corpus est flos campi, & lilium conuallium: flos de virginali stirpe pullulans, & exsiccans venas mortis, vt philosophatur Sanct. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani, notans nominatim insignem illum Christi in Eucharistia effectum, exsiccandi fontes libidinum: quia è virginali terra deserta, inuia, & inaquosa, hoc est inuia viro nec perfusa virili semine, progenitus est in modum floris in campis enati, absque cultura: de qua comparatione floridè Sanct. Bernardus serm. 2. de Aduen. Dom. Quod si cum nonnullis post Iosephum 3. Antiq. cap. 7. (iuxta Græcum eius Codicem non locunosum,) placeat lilijs adiungere cytinos, qui sunt flores malorum granatorum, & vt tradunt Patres ac interpretes Cant. 4. significant martyres; erunt hi flores, appressi vel impositi Calici Eucharistico, luculentum symbolum fortitudinis conciliatæ martyribus per Eucharistiam: patratam aduersùs tribulantes. Tametsi enim omnis generis flores mystici, hinc hausere vim, venustatem, ac fragrantiam suam, est tamen id maximè verum de Virginibus atque martyribus, vt in sequentibus liquebit.

6. Nucibus, seu scyphis florulentis, adiungebantur in candelabro spbœrulæ, seu vt alij expoount poma, de quarum sphærulatum ad nnces Sacerdotales appositione in horto nucis, agit obiter supra Sanct. Augustinus optimè verò facit ad rem nostram, quod Gregorius Nyssenus hom. 4. in Cant. Christum quem in Sacramentum comedimus, docet esse verè pomum, [Pomi autem gratia (inquit) tribus sensibus aptè & conuenienter distribuitur; vt quæ & oculos delectet specie aspectabili, & bono odore odoratus sensum recreet, & effecta nutrimentum, dulcedine afficit sensum gustus. Rectè

Sect. I. Cap. VI.

ergo vidit sponsa, quæ sit sui à Domino differentia; quoniam ille quidem & nobis sit lætitia oculorum, vt qui eis sit lux; & vnguentum odoratui, & vita comedentibus. Nam qui eum comederit, viuet, sicut dicit Euangelium. [Clarè designat cap. 6. Ioannis vbi sermo est de Eucharistia. Rursus optimè ioseriùs ad illud *stipate me malis.* Ipse legit, *sternite mihi thorum in malis.* [Qui in ooſtræ naturæ sylua germinauit, propter suam in homines beneuolentiam, ex eo quod fuit particeps carnis & sanguinis, factus est malum. Ad vtcumque enim eorum, licet videre in hoc fructu, per colorem assimilationem. Nam quodam quidem candore, imitatur carnis proprietatem. Ei autem illios rubor, per suum testatur speciem, se quandam habere cognationem cum natora sanguinis. Quod ergo *verum diuinarum* delicijs se oblectans anima, ea iotra tecta aspicere desiderauerit, hoc ænigmate erudimur.] *Res diuinas*, vocat Nyssenus, Corpus & Sanguinem Christi, conformata in pomum edule quod gustamus Christiani in Eucharistiæ mysterio. Quod si sphœrula scypho adiuncta, non fuit quod vox *sphæra* sonat, seu globosum corpus, sed dumtaxat fuit orbiculus super scyphi labia extans, iuxta ea quæ cap. 1. sunt disputata, non est cur exponatur, quomodò is orbiculus super scyphum forma, referens hostias nostrates pertineat ad Sacramentum Eucharistiæ, cum ea rotunditas non aliter se habuerit ad scyphum candelabri, quàm hostia ad calicem, super cuius labia extat maiore sui parte in vulgaris Eucharistiæ, pictutis, & ei ipsa in sacro, post recitationem, orationis 50. leinnis. Rotundam porrò illam formam, speciei panis, esse perantiqoam, monstrabo in Onomastico V. *corona* ex SS. Epiphanio, Cæsario Gregorio, & alijs.

7. Lucernas, hastilis & calamorum summitati superpositas, fas est accommodare ad Eucharistiam, vel tanquam symbola amoris à Christo exhibiti in hoc mysterio, (vt mox dicam exponens locernarum obuersionem ad mensam) vel tanquam notas septenarij perfectionum Christi in hoc mysterio, vel denique vt tesseras vbertimæ lucis ex Eucharistia promicantis, vt infra plenè tractandum est. Itaque à candelabri summitate, transeo ad basim, in qua statoebam cap. 1. sacra Cherubin, iacentia videlicet stupore defixa in consideratione huius mysterij, cui astaot cum borrore & extasi, siue cum cooficitur, siue extra confectionem. Idque in Scripturis tradit; affirmat Petrus Blesensis carm. de Euch. cap. 24. versibus illis.

Terribilis res est, & quam multùm verearis,
Corpore qui Christi Christo præsente ciberis,
Nam si forte fidem Scripturis vis adhibere,
Quæ nos sæpe solent de Christo vera docere,
Tempore quo Christus geniteri visitima charæ,
Presbyteri manibus sublimi fertur in ara,
Sanctorum polus omnis adest, polus hic reseratur,
Præsentemque Deum grex Angelicus comitatur.

Conferat Lector hanc Poësim cum illa alia à Hieronymo Vida depacta carm. de Eocharist.

Nam simul ante aram verba illa augusta Sacerdos
Protulit ore premens, cælo dilapsus ab alto
Christus adest, vinóque epulis se corpore miscet
Illa crediderim cæli ardua tecta, sub horæ
Feruere, stellatáque fores atque ostia pandi,
Plumipedésque acies læto descendere Olympo;
Et terras petere atque suam se examina circum
Fundere, cælestique dapes sepire corona;
Ee totum effundi tanta ad spectacula cælum;
Dum numen se se terrenis inferat escis.

Dixit hoc ipsum soluta oratione, eadem sententia, Idem Blesensis sub initium Epistol. 123. [Scio, & apertè profiteor, tempore immolationis, in ipsa hora incensi, cœlos ad vocem Sacerdotis aperiri, Angelos præsentes assistere, vnom & idem ex visibilibus & inuisibilibus fieri, & operatione sancti Spiritus terrena cœlestibus iungi. [Expressis Blesensis S. Gregorium, cuius illa sunt 4. Dialog. cap. 58, *in fine* [Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora, ad Sacerdotis vocem, cœlos aperiri in illo IESV-CHRISTI mysterio, Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnum quoque ex visibilibus atque inuisibilibus fieri?] Seuerus Alexandrinus in Ordine Missæ, idem his verbis tradit. [Panem & vinum introdocit Sacerdos in Sancta Sanctorum, viuum corporis & sanguinis Filij Dei Sacramentom. Mors IESV & etucifixio eius, sibi commemoratur. Tum operti currus, omnésque aduenium Spiritus, sese oblectent.]

8. Confirmat idipsum recitato diuino viso Sanct. Chrysostomus lib. 6. de Sacerd. *ante medium.* [Per id tempus, (inquit) & Angeli Sacerdoti assistunt, & cœlestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus, in illius honorem qui immolatur, Angelorum choris plenus est. Id quod credere abundè licet, vel ex tanto illo sacrificio quod tuoc peragitur. Ego veto commemorantem olim quendam audiui, cum diceret, seoem quendam vitum admirabilem, ac cui reuelationum mysteria multa diuinitùs fuissent derecta, sibi narrasse se tali olim visione dignum habitum à Deo esse; ac per illud quidem tempus de tepentè Angelorum multitudinem conspexisse, (quatenus aspectos humanus ferre poterat) fulgentibus vestibos indutorum altare ipsum circundantium. Denique *sic capite inclinatorum, vt si quis milites præsente Rege stantes videat.*] An de seipso in tertia persona loquitur? Nam testatur S. Nilus Epistola ad Anastasiom Episcopum, visa esse Beato Chrysostomo super sacrificium, beata agmina cœlestium Spirituum splendidissimè amictorum, deiectis vultibus, atque nudipedum, magna cum reuerentia atque tremore assistentium dioinæ mensæ. Idque ipse Chrysostomus homil. de Sacra & diuina mensa ac de iudicio, Christianos super sactificium irreuerentes contestatur, de taota Angelorum circa hoc mysterinm reuerentia, mortalium verò irreuerentia, expostulans. Splendidè Paschasius, ex hac Angelotum præseotia, vrget ad sanctè ac dignè communicandom l. de Sactam. c. 8. & Laut. Iustin. serm. de Euchar. num. 11. & qui inde occasionem accipit; excitandi fideles ad concipiendum pium affectum erga sanctos Angelos, vt nobis exorent quem adeò experunt sanctum & pium accessum nostrum ad

sacram

sacram mensam, Turrectemata tract. de Euchar. c. 14. illato 11. In hoc puncto, multus est. Turrianus l. x. de Euchar. cap. 2. & Espencæus L. 1. de ador. Euchar. cap. 4. Recitat Petrus Damiani in Apologetico pro dimisso Episcop. siue opusc. 20. c. 6. Exemplum pij primùm Presbyterij cuius sacrificium astans Angelus assumere solebat offerendum Deo, iuxta petitionem illam in Canone, *iube hæc perferri per manus S. Angeli tui*; postmodùm verò lapsi & ab adueniente de more Angelo expressa spongia toto corpore purgari ante sacrificium, eo autem consummato ptioribus sordibus expressa denuò spongia coinquinati. Quæ esset ea expressio detergens, & rursus inquinans, diuinent quibus valet.

Germaniff. candelabri intelligentia de Eucharift.

Adiuncta candelabri, ad Eucharistiam relata.

9. Monstrasse non incommodè videor compagem vniuersam candelabri Mosaici, spectasse Eucharistiam. Nunc monstrandum restat, non minùs cum ea congruere adiuncta candelabri, puta quod collocatum esset in sancto, non autem vel in atrio, vel in Sancto Sanctorum; quod esset collocatum ex aduerso mensæ panum propositionis, & sacrorum calicum ad libamina; quod ex parte Australi versùs Boream lumen emitteret; quod noctu dumtaxat, non autem de die illuceret. Hæc omnia optimè cadunt in Eucharistiæ mysterium. Nam tanto Sacramento, locus debetur omnino sanctos, & quo profanitas accessum non habeat, cuiusmodi erat quod dicebatur *Sanctum*. Cur autem non esset in sancto sanctorum, quod etiam sanctius erat, mox attingam circa postremum adiunctum. Obuersionis candelabri ab Austro, qua ex parte locatum erat, ad mensam in Aquilonari parte constitutam, optima ratio erui potest ex Ruperto l. 4. in Exod. cap. 4. nempè quod ea obuersio, significarit incensissimam Dei in meridie cubantis charitatem erga frigidos mortales, qui erant ex parte Aquilonis, vbi Diabolus principabatur. Quis verò assequi cogitatione possit, amorem quo Christus in finem dilexit suos, cum Eucharistiam vetè Sacramentum amotis instituit? Hunc amorem volebat innotescere, qui myxos lucernarum, non amplo patore quaquauersum radios diffundere voluit, sed versùs mensam, in qua panes propositionis & crateres libaminum propositi erant. Et voluit etiam Spiritus sanctus, intendi fidelium interiores oculos in mensam, cui tantum lumen affusum volebat, vt conspicari liceret mirabilia Dei, & insignes perfectiones Christi Dei & hominis, in eo mysterio contentas. Nec refragabor, si quis præterea, obuersionem septem luceruarum ad mensam, referat ad copiosam lucem per hoc Sacramentum affusam, vel ad septem primarios huius mysterij effectus, aduersùs septem capitalia opera tenebrarum, per cœlestem hanc lucem depellenda.

10. Tandem quod noctu dumtaxat arderet candelabrum, eodem referendum est, quo candelabri collocatio extra sancta sanctorum. Cuius adiuncti ratio inde petenda est, quod Eucharistia (vt & reliqua sacramenta,) non sit futura in cœlo empyreo & loco beatitudinis, cuius symbolum est sanctum sanctorum, vt bene nouit Petrus Cellensis lib. de Panibus cap. 1. In æternitate enim, vbi Deus se fruendum præbebit absque integumentis symbolicis Sacramentorum, non erit locus mysterio Eucharistiæ, cuius totus vsus, impenditur hominì viuenti ac viatori, tanquam subiecto idoneo. Eadem portò ratio est, cur candelabrum de die non arderet: quia per solam huius viæ noctem, locus est Sacramentis. Nominatimque hanc ob causam, de agno qui erat luculentissimus Eucharistiæ typus, præceptum erat ne quid de eo relinqueretur vsque mane. [Hoc nunc agitur, (ait S. Augustinus l. de Cataclysmo cap. 4.) Comeditur enim agnus per noctem huius sæculi, vt cum mane illud venerit quod vesperum non habebit, non iam offeratur sacrificium imaginis Agni, sed ipsum Agnum quem quotidie immolamus, comedimus, & cuius sanguinem bibimus, inueniamus eum illic Sacerdotem perfectum, quem constat hic pro nostra salute occisum.]

Optimè quoque S. Cyrillus l. Glaphir in Exod. tractans idemmet præceptum de comedendis nocte Agni carnibus. [Præcepit, vt in hac nocte caro comedatur, hoc est in seculo iustanti. Ita enim hoc Paulus vocauit, dicens, *nox præcessit, dies autem appropinquauit*. In his apertè innuit seculum futurum, quod ipse Christus illustrat. Comedat ergo carnem in hoc seculo, ait: Nam quoad sumus in hac vita, Christo communicabimus per sanctam carnem & pretiosum sanguinem, pinguiore loquentes modo. Cum autem occurrerimus in die potentiæ & virtutis eius, sicut scriptum est, atque in claritatem sanctorum ascenderimus, tum rursus alio modo sanctificabimur, quem nouit futurorum bonorum distributor atque donator. Alias autem communicatio sanctæ ipsius carnis, atque irem poculum ex salutari ipsius sanguine, habet confessionem mortis Christi, quæ propter nos patefacta est. Ita enim ipse alibi ait, suis amicis leges de hoc mysterio præscribens. *Quoties enim* (ait) *manducaueritis panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciabitis*. In hoc igitur præsenti seculo per participationem eorum quæ modò enumerata sunt, meritò annunciabimus mortem ipsius. Cum autem iam fuerit in gloria Patris, non opportunè de passione confessionem edituri sumus, at potiùs eum agnoscemus putè tanquam Deum facie ad faciem, vt Paulus ait: *Glorificabimus autem illum* (ait) *tanquam Dominum. Semel enim mortuus est, nec amplius moritur, mors ei amplius non dominatur* iuxta vocem Pauli. Ideóque & idem alibi air. *Etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc non amplius cognoscimus*. Tunc enim non ex ijs ex quibus est homo, sed ex quibus est Deus verus, euidentiùs cognoscemus, cum iam expleta consummataque fuerit ipsius Incarnatio.] Hoc aliter dixit exercitus Cyprianus serm. de cœna Domini verbis. [Panem Angelorum sub Sacramento manducamus in terris. Eundem sine Sacramento, manifestiùs edemus in cœlis: non ministerio corporali sæpè repetitis actionibus ad eundem reuertentes, sed consummato Sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabilis, implens & reficiens non sufficientia, qua profetet se palam, absque vllis integumentis, omnibus conspicabilis summi præsentia Sacerdotis.]

Sect. I. Cap. VI.

11. Petrus Cellensis l. 3. Epist. 2. id præsignificatum docet ab Esaia cap. 7. cum dixit. [*In die illa nutriet homo vaccam boum, & præ ubertate lactis, comedet butyrum.* Quæ quamque est vacca boûm, nisi anima consors naturæ & glotiæ cœlestiium spirituum; Quam homo Christus nutriet, non sicut nunc in vmbra Sacramenti veritate, sed in declaratione vetitatis & in detectione referati per clauem Dauid, mysterij de mensa corporis & de vino pretiosi sanguinis, de vestimentis glotiæ & de lacte matris gratiæ, quod præ vbertate miseticurdiarum vertitur in butyrum dulcedinum: quia omni fluxibilitate & morralitate de medio sublata, omnimoda commutatione, transformabitur à claritate in claritatem, & sic in Deum. Tunc enim erit Deus omnia in omnibus.

Guitmundus l. 1. contra Beteng. eodem accommodat quod Matth. 4. habetur de IESV non agnito à discipulis quamdiu in mari fuerunt, donec pertingerent ad terram. [Quid igitur? (inquit Guitmundus) Numquid putandus est, eos jocularitet delusisse? Absit. Ipse enim vbique idem erat, ipse vbique veritas erat; ipse vbique sapientia erat. Sed nobis per hæc oportebat ostendi, quoniam quamdiu cum Maria flente velut ad monumentum Domini stamus, nosmetipsos morrificando, & mortem Domini donec veniat annunciando; quamdiu in via positi peregrinamur à Domino; quamdiu in mari huius sæculi laboramus, & venius nobis tentationem contrarius est; quamdiu ambulamus per fidem & non per speciem, quamuis plorantes ad monumentum sunni semper Dominus consoletur, quamuis in via positis semper Scriptutas exponar, quamuis turbatus in mari tranquillet, quamuis præsens nobiscum sit semper in naui sanctæ Ecclesiæ vsque ad consummationem sæculi, non tamen habemus eum cernere, nisi in peregrina specie, maximè oculis carnis, licet non aliud quam ipsum, habeamus in his Sacramentis.]

12. Algeri denique ratiocinatio circa hoc punctum, est luculenta lib. 1. de Sactam. alt. cap. 8. Adducto enim B. Augustino, qui panem cœli de quo Psal. 104. exponit Eucharistiam quia de ea reficimur in Ecclesia sicut Iudæi pasti sunt manna subministrato de cœlo, addit Algerus. [Nec solùm comparatur Sacramentum corporis Christi cæteris Sacramentis consignificando, sed & in corpore Christi æternalitet non permanendo. Quamuis enim panis substantia, mirificè, vt dictum est, in curpus Christi conuersa esse credatur, forma tamen in Sacramento remanens, non in corpore Christi manere perpetualiter, sed post hanc vitam omnino desinere creditur, sicut & cætera Sacramenta. Cum enim scriptum sit, *panem Angelorum manducauit homo* quia eodem Christo reficitur homo in via credendo, quo saiantur Angeli in patria, eum sicur est videndo, eum eodem fruuntur vt viuant sine Sacramento, quo & nos ne moriamur cum Sacramento: quando erimus sicut Angeli Dei, numquid eum quem Angeli sine Sacramento vident reuelata facie, sicur est, videre poterimus, nisi oblata vmbra Sacramenti? Quomodò enim facies sua vel nostra, erit reuelata, nisi omnis veli vmbra reiecta, & nos appareamus filij Dei quod sumus, & ipse nobis appareat quod est, sicut est Deus. Frustra oraremus, vt quod nunc specie geritur, rerum veritate capiamus, si ibi etiam huius Sacramenti haberemus vmbram, vbi facie ad faciem, sicut est, videre speramus Christi gloriam. Quæ enim remuneratio esset nobis in alia vita, si vmbra Sacramenti contegente, veritas glotiæ Christi, nunqum nobis fieret manifesta? Vnde Ambrosius lib. 1. de offic. cap. 48. Illa igitur suut nobis expetenda, in quibus veritas est. Hîc vmbra, hîc imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cœlestibus. Anta agnus offerebatur & vitulus, nunc Christus offertur quasi recipieus passionem, & offert se ipse quasi Sacerdos, vt peccata dimittat. Hîc iu imagine, ibi in veritate, vbi apud Patrem quasi aduocatus pro nobis interuenit. Iu quo notandum est, quia in veteti Testamento, dedit Deus tantùm figuræ vmbram, in nouo veritatem cum figura, in futuro dabit vetitatem, non cum figura, sed manifestam, vt tali profectu temporum, nos perfectæ veritati viciniores ostenderet, quibus post vmbratam veritatem, nihil nisi tandem manifestam dari restaret. Verus enim Testamentum, veritatem promisit non dedit; nouum dedit, sed non ostendit. Quid restat, nisi vt eadem veritas, in alia via manifestetur?]

13. Quod ait Algerus, orari hîe à nobis, vt quod nunc per Sacramenta specie gerimus, iu cœlo deniqne certa veritate capiamus, à Betengario peruertebatur, ad infitiationem Catholicæ veritatis de præsentia Christi in Eucharistia, quasi specie gerere & suspirare ad veritatem certam cuius in ea collecta Ecclesiastica, fit mentio, puguatet cum reali existeutia corpotis Christi, nec nisi imaginariam & typicam præsentiam sonaret. Sed absurdè sic blaterabat Betengatius: cum *certa veritas*, aliud ibi non sit, quàm perspicua & euidens manifestatio Christi, nunc sub specie, id est sub Sacramentalibus tegminibus delitescentis, vt Lanfrancus l. contra Berengarium demonstrat. Quanquam addit quoque alium seusum, quem ait à nullis adhibitum; iuxta quem, certa veritate capimus quod nunc specie gerimus, quando Sacramentum habet in nobis suum effectum; estque nobis corpus & sanguis Christi, gratiæ ferax, vt est in Canone Missæ, quod non habet circa indignè sumentes, quibus Sacramentum licet in se contineat corpus Christi, non est tamen corpus Christi salubri efficientia, sed tantùm essentia, vt interpretatur Lanfrancus, subscribitque S. Anselmus de Sacr. Altar. p. 2. cap. 11. Glossa Guitmundi, argumentum Berengarij ex ea collecta Ecclesiastica enodantis lib. 2. *in fine*, oprima est. [Supra lam diximus & B. Apostoli Pauli verbis approbauimus, quod diuina Sacramenta, vnitatem corporis Christi quæ est Ecclesia, designarent; & hoc est quod significando continent. Hoe igitur rogat Ecclesia, dicens, *perficiant in nobis quæsumus Domine, tua Sacramenta quod continent*; id est perficiant, vt nos verè simus vnum Christi corpus, vna Ecclesia, quod videlicet significant: *vt quod nunc*, id est dum manducamus corpus Filij tui, *specie gerimus*, ideſt figura tanti Sacramenti significamus; hoc *rerum veritate capiamus*, id est reuera vuum Christi corpus & vua Ecclesia simus.]

SECTIO

De nostri sacrificij adumbratione in candelabro.

SECTIO II.

De duplici Mysterij Eucharistiæ substantia, exhibita in compage candelabri sancti septilustris.

1. AVSPICABOR Cassiodori verbis lib. de anima c. 2. [Editum est quasi parturiale ouum, vbi vita futuræ auis, pennarúmque grata varietas continetur. Nunc aperiatur in partes, quia hominum consuetudo est, facilius discere, quæ diuisa possunt facilius elucere.] Monstratum inquam hactenus est, sed ferè non nisi vniuersè ac generatim, candelabrum sanctum fuisse diuinæ Eucharistiæ imaginem. Nunc vt id dilucidius euadat, consideranda sunt, quæ ad substantiam & effectus mysterij Eucharistiæ pertinent, & quomodo vtraque per candelabrum sanctum sint exhibita, in particulari est demonstrandum, initio ducto à substantia mysterij, & iis quæ per Eucharistiam de Christo innotescunt, tum ad effectus progrediendo. Substantiam mysterij Eucharistiæ, nomino: rationem sacri ritus & religiosæ ceremoniæ, latè accepto *ceremoniæ* nomine, pro quovis nexo cum cultu Dei, & diuina institutione. Quo pacto, duplicem sacrum ritum in mysterio Eucharistiæ distinguere licet. Concurrit enim in hoc mysterium, & ratio sacrificij, & ratio sacramenti, Stupidè autem Vicleffus, cúmque secuti quidam Sectarij apud Alanum l. de Missa c. 1. existimarunt hæc duo inconciliabiliter se excludere. Vnde quia Eucharistiam admittont esse sacramentum, negant esse sacrificium. Sed absurdissimè ita censent, cum nihil sit, vnde verisimiliter colligi possit, rationem Sacramenti & rationem sacrificij, non posse simul cohærere. Agnoscítque eam cohæsionem S. Thomas 1. 2. q. 101. art. 4. Imo in antiqua lege sacrificia pro peccatis, erant certò sacramenta. Estque verissimillimum quod ait Philol. 3. de vita Mosis, Agnum Paschalem fuisse veram victimam, ex peculiari Dei concessione ab omnibus Patribus familias immolatam; cum tamen simul esset insigne sacramentum, & eximius Agni Eucharistici typus, vt dicendum est suo loco. Ex duobus illis sacris ritibus in mysterium Eucharistiæ concurrentibus, prior est ratio sacrificij: est enim confectio sacramenti. At productio, est vita ad effectum, & illo prior. Quare inde ordiemur.

CAPVT I.

De ratione sacrificij Eucharistiæ in Candelabro Mosaico adumbrata.

2. NOlo veritatem sacrificij Eucharistiæ hîc stabilire, sed supponere vt ex fide certam, ac in Concilio Tridentino definitam sess. 22. cap. 1. Luderem enim operam, si veritatem in Scripturis manifestissimam, & apud Patres decantatissimam; à grauissimis verò scriptoribus contra Misoliturgos immensis voluminum molibus disseusam, agitare hîc denuo aggrederer. Obiter tamen, quantum fines nostri ferent, Christianam in hoc puncto doctrinam, & alia hîc æquè supponenda, infra commonstrabimus. Nunc illud duntaxat tractandum est, quæ sit in hoc sacrificio victima, & qua actione immoletur. Virumque enim, ad exponendam Christiani sactificij in candelabro sancto adumbrationem, est necessarium.

Hostia sacrificij incruenti, Christus ipse.

Victimam in Eucharistiæ sacrificio oblatam & immolatam, non debemus aliam agnoscere, quàm Christum ipsum. *Pascha* enim *nostrum*, id est victima Paschalis Christiana, *immolatus est Christus*, vt ait Apostolus 1. Cor. 5. quem locum latè in hunc sensum exponit Turtianus l. 2. de Eucha. cap. 3. Idem habet Hippolitus allegatus à Theodoreto, Dialog. 2. Ibi ergo Apostolus, nostri & Iudaici Pascharis, hanc statuit differentiam, quod Iudæi, agnum materialem sacrificarent nos autem pro re sacrificata, siue victima, vel (vt S. Augustinus epist. 86. loquitur,) pro pecore & oue noui testamenti, habeamus ipsum Agnum Dei, qui hîc immolatur: æquè ac ipse est, qui est immolatus in cruce. Nam eadem in vtroque sactificio est res oblata, eadémque victima quæ vtrobique immolatur, vt docet Cone. Trident. sess. 22. c. 2. Adducit in eiusdem veritatis confirmationem Iansenius cap. 131. Concord. verba illa Lucæ 22. *Hic calix nouum Testamentum in sanguine meo qui pro vobis fundetur.* Græca enim non habent verbum futuri temporis, sed præsentis. Sic quippe Lucas. τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Ex quibus Græcis verbis, liquet, verbum *effundetur* quod legitur in vulgata, referri ad *poculum*, seu ad sanguinem prout in poculo contentum, atque adeò prout offertur in sacrificio incruento per effusionem tunc factam; non autem vt in cruce faciendam, quando primùm peractum est sacrificium incruentum; Et ita apertè legit, & verba proposita Lucæ intelligit

Sect. II. Cap. I.

telligit Ambrosius l. 4. de Sacram. c. 6. Nec aliter accipienda sunt verba illa eiusdem Lucæ, in consecratione panis. *Hoc est corpus meum quod pro vobis datur* Apostolus 1. Cor. 11. habet *quod pro vobis tradetur*. Græcè κλώμενον in præsenti tempore, *quod frangitur*; id est immolatur pro salute vestra & multorum. Nam si de fractione ad comedendum ageretur, dicendum esset *frangitur vobis*, non autem *pro vobis* & quidem sicut de calice apud Matthæum c. 26. dicitur, *pro multis*, id est quoad sufficientiam pro omnibus, quoad efficaciam verò pro cunctis electis, qui verè multi sunt, & longe plures quàm Apostoli, Christo in suptema mensa assistentes. Et tamen constat, in vltima cœna distributionem panis aut calicis non esse factam pro multis, extra eos qui adetant. Igitur traditio illa & effusio in Græco expressa per verbum præsentis temporis, spectat ad sacrificium corporis & sanguinis Domini, quod tunc est oblatum ante-sacrificium eruentum. Ita ex eo loco argumentantur, Iansenius supra, & obiter Canus 12. de locis c. 13. vers. *Atque argumenta*, Bellarminus lib. 1. de Missa c. 12. Scottia l. 1. de Missa c. 4. n. 1. estque argumentatio non inverisimilis, quicquid in contrarium contendat Vasquez 3. p. d. 199. c. 1. & 2.

3. Quidquid verò sit de eo textu non vsquequaque aperto, habemus indubitatam & expressam traditionem pro immolatione Christi in hoc sacrificio. Passim enim Patres, Christum Dominum hîc offerri, & immolari, aut esse victimam & hostiam docent. Ita disertè Concilium 1. Nicænum can. 6. apud Alfonsum Pisanum l. 3. asserens [in mensa altaris positum esse Agnum Dei incruentè à sacerdotibus immolatum.] Idem habet Concilium. 2. Nicænum actio 6. cum improbat insanientes, (sic enim ibi vocantur,) dicendo Eucharistiam esse imaginem aut figuram corporis Christi, exclusa vero eius corpore. Christum enim ipsum, incruentè immolari in hoc sacrificio, disertè ibi traditur. Quæ item verba adhibet Concilium Toletanũ 12. can. 5. & explicatissimè quoque Concilium Tridentinum sess. 22. c. 2. Acta S. Andreæ omni fide conscripta, Beatum illum Apostolum, referunt contestantem, se immolare Christum quotidie. Hippolitus martyr. ornt. de consummat. mundi inducit Christum hæc affantem Sacerdotes. [Qui purè mihi sacrificium die noctúque obtulistis, ac preriosum corpus & sanguinem meum, immolastis quotidie.] S. Ambrosios l. 1. offic. c. 48. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus. nunc Christus offertur.] Et lib. 1. in Luc ad c. 1. [Non dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, Christus immolatur. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.] S. Augustinus loco quem Lanfrancus l. contra Berenq. egregiè expendit, hoc est epist. 23. [Nonne semel immolatus est Christus in seipso, tamen in sacramento non solùm per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die, populis immolatur? Nec vtique mentitur qui interrogatus, eum respondet immolari.] Lib. 9. Confess. c. 13. ait, ex altari dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis; nempe Christum ipsum. Lib. 17. Ciuit. c. 20. pro omnibus antiquis oblationibus & sacrificiis, corpus Christi nunc offerri, siue sacrificari affirmat. S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. præfatus inenarrabilis amoris signum fuisse quod olim admisitet sacrificia brutorum, addit. [Hic autem multo admirabilius & magnificentius sacrificium præparauit: & cum sacrificium communicaret, pro brutorum esu de seipsum offerendum præcepit.] S. Hieronimus epist. ad Damasum de filio prudigo. [Virulus saginatus qui ad pœnitentis immolatur salutem, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, cruore potamur.] Et mux [Quotidie Pater Filium recipit, semper Christus credentibus immolatur.] Quę verba vsurpauit S. Eligius hom. 8. quæ est de filio prodigo. S. Gr. l. 4. dial. c. 58. [Christus licet resurgens ex mortuis iam non moritur & mors ei vltra non dominabitur, tamen semetipso immortalitet atque incorruptibiliter viuens pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur.] Quæ verba fecit sua, Petrus Blesensis epist. 123. *initio*. Puto hæc pauca, ex innumeris Patrum locis quæ congeri possent, satis supérque esse debere, ad intelligendum, certam traditionem esse, quod Christus ipse immoletur in mystetio Eucharistiæ, sítque omnium Sacerdotum hostia vt ait S. Paulinus epist. 5.

Panis & vinum, exclusa à ratione hostiæ nostræ.

4. Aiebam verò, victimam in Euchristiæ sacrificio oblatam, non esse aliam agnoscendam quàm Christum ipsum; vt excluderem quod aliquibus visum est de pane & vino, quæ sunt materia, remota Eucharistiæ & adhibentur ad sacrificium nostrũ. Nam quod nugiuendus quidam, inde putauit se confodisse ac excidisse sacrificium ab Ecclesia Catholica, quod adhibeat pro materia remota prioris consecrationis, quam vocamus hostiam, à ratione veri panis alienam, næ ille plurimùm abetrauit. Probat portrò hostiam nostratem non esse verum panem, argumento indè ducto, quod neque Hebræi, neque Græci, neqoe Latini, quam dicimus *hostiam*, panem vocent, aut ad vllum panis genus referant: neque id sit communissimum nutrimentum factum ex sufficienti materia ad suam formam ac finem ordinata, nec habeat partes panis integrantes: non pinsatur, non subigatur, non probè coquatur vt panis: nec odore aut sapore panis polleat, non adhibeatur esculentis ordinariis, non nutriat, non roboret, non confirmet cor hominis, non sit ἄρτος ἐπιούσιος, non denique vsurpetur in medicinâ, quæ tamen omnia de vero pane dicuntur. Non est igitur hostia verus panis atque adeò deficit Pontificis vera remota materia prioris consecrationis quæ ad sacrificium essentialiter exigitur. Ita Theophilus à Bega, integro libro, *quod hostia Pontificiorum non sit verus panis*, edito Hanouiæ, anno 1618. Sed est ineptissima cauillatio, quam sensus ipse reuincit falsitatis: vt non sit necesse in refellendis sigillatim tam inanibus probationibus, tempus conterere.

Potetat sanè instaurator iste hæreseos Phoris, & Marci Ephesij, Michaëlis Corularij, aliorúmque peruiacium Græcorum, aientium panem azymum non esse verum panem, atque adeò non esse veram prioris consecrationis materiam, poterũt esse inquam itidé responso ad suas cauillationes petere, vnde eas desumpsit: Nimirum ex nostrorum libris contra prædictos hæreticos.

reticos, præsertimque ex Humberti Episcopi Syluæ eannidæ Dialogistica disputatione de Azymo contra Græcos & ex S. Anselmi Opusculo de Azymo; item Algeri l. 2. de Euch. c. x. Ruperti l. 2. de Officiis c. 22. Hugonis Etheriani l. 2. de hæresibus à Græcis in Latinos deuolutis c. 17. Gennadis defensione Concilij Flor. c. 2. Anonimi Tract. contra Græcos parte 3. (t. 15. bibl. Colon.) Probant hi DD. panem azymum esse verè panem, quia Dauid dicitur accepisse panes à sacerdote qui tamen cum essent panes propositionis, erant azymi ex Leuit. 2. & ex Philone l. de vita supplicum. Item duo discipuli dicuntur agnouisse Christum in fractione panis Emmaus; eum tamen duante tunc festo Azymorum, apud Hebræos non vsurparetur alius panis quàm azymus. Synodus Florentina subscribentibus Latinis & Græcis vtrumque panem (azymum scilicet & fermentatum) agnouit esse validam consecrationis prioris materiam, atque adeò esse verum panem. Vnde & magna pars hodiernorum Græcorum, inhærentium Photio & aliis hæreticis adductis necnon Hieremiæ Constantinopolitano in Censura c. X. sordet hæresi in hac parte. Ex eo enim errore Laonos arcent ne in suis templis sacrificent: Etsi quando Latinus quispiam apud eos sacrificarit, lauant altare aqua benedicta tanquam inquinatum & pollutum ea immolatione in Azymo, vt refert Franc. Richardus l. de Sacra expedit. ad insulam S. Trenes c. 12. addens in ipso eorum timali in Officio Iouis sancti, haberi illud spurciloquium; *Erubescant & confundantur, qui panem azymum offerant in sacrificio.*

Suppositio, igitur tanquam dogmate fidei; quod panis azymus sit verè panis, & valida priotis consecrationis materia, dubitatio tamen occurrit, an hic panis æquè ac vinum sacrificentur. Perpulchrè in hanc rem Philosophatus est Rupertus Lib. in Genes. c. 32. exponens immolationem Isaaci per Abrahamum patrem quam statuit esse symbolū immolationis Christi per Sacerdotem. Ait enim [Pulcherrimum opus atque sanctissimum est, persentiscere quemadmodum & vsque hodie in monte visionis, id est in S. Catholica Ecclesia, extra quam nemo vnquam Deum videbit, offeratur iugiter filius Deo Patri, vt tamen immortalis perseueret atque impassibilis. Etenim huic immolationi iuré assimilatur sacrificium Patriarchæ pij ac fidelis, quia videlicet sicut illic, ita & hic non sanguis funditur filij trucidati manibus crudelium; sed viuus atque integer permanens Deo Patri, filius idem & manibus præsentatur, & ore sumitur fidelium, &c. qui si (vt iam dictum est) vbi duo vel tres, congregati fuerint in nomine eios illic est; quandò in tali congregationis causa non adest? Imo adest; totus sancto incumbit altari, non vt iterum pariatur, sed vt fidei cui præsentia sunt omnia, præterita eius passio memoriter repræsenterur. Ita Christus & iterum immolatur, & tamen impassibilis permanet & viuos, quemadmodum illic Isaac est immolatus, & tamen gladiò non est attactus. Frangitur pro illo panis & comeditur: sed licet illæ panis iam sit ipse Christus; Christus tamen integer permanet ac viuus. Quomdò inquis, panis qui videtur, est Christus? Ad hæc inquam; Quandò quælibet metalli species, V. G. aurum siue argentum validò igne conflatum atque resolutum, reuera & aurum est, & ignis quoque dicitur, & est: Etenim aurum videtur & est quod erat: & tamen verissimè ignis dicitur & est quod non erat. Sic omnino panis admotus vel immensus terribili atque ineffabili mysteri passionis Christi adhuc panis videtur esse quod erat: & tamen in veritate Christus est quod non erat, &c. Verùm de hac re multum tractare locus non est. Hoc solum ad præsentem causam pertinet, quod sicut Isaac illic immolatus non tamen occisus est; sic & Christus hîc immolatur quidem, sed impassibiliter sacrificatur & immortaliter.] Aliqua ex dictis hîc à Ruperto, egeut condimento, quod alibi adhibere memini. Sed ad rem præsentem sufficit, Isaaci immolati & tamen superstitis, comparatio cum Christo hîc viuo, non obstante immolatione. Nunc inhæreamus disputationi propositæ. Gaspar siquidem Casalius l. 1. de Sacrif. c. 20. affirmauit, duo esse sacrificia Euchatistiæ, vnum panis & vini, alterum corporis & Sanguinis Domini. Quam sententiā Bellarminus lib. 1. de Missa c. 27. propos. 3. damnat improbabilitatis, admittit tamen propos. 1. [negari non debere, panem & vinum aliquo modo in Missa offerri, & proinde pertinere ad rem quæ sactificatur.] Quod probat ex eo quod, panis ante consecrationem, dicatur *immaculata hostia* in Liturgia Sacra. Itémque ex eo quod plerique Patres, tradant offerri Deo sacrificium ex pane & vino, & sæpè dicant, offerri panem. Verùm sicut rectè negatur, esse nuoe inter Christianos aliud sacrificium quam vnicum illud & singulare omnibus cruentis sacrificiis animalium præcellentius, quod in corpore & sanguine Christi peragitur; ita negandum quoque videtur ad rem in illo vno sacrificio immolatam pertinete panem & vinum; desinentia in Christi immolatione. Quod rectè statuit Valentia l. 1. de Missa c. 3. ad 1. Herbrandi, & Alanus l. de Missa c. 19. ac Ægidius Coninck 3. p. q. 83. num. 77. Estque in hanc rem argumentum optimum, quod iuxta Concilium Tridentinum, in sacrificio crucis, & io sacrificio Eucharistiæ, eadem sit res oblata, siue immolata. Atqui est per se euidens, panem & vinum nullo prorsus modo pertinere ad rem oblatam in sacrificio crucis. Neque igitur pertinent ad rem oblatam in sacrificio Eucharistiæ. Patres quoque, semper dicunt, in sacrificio incruento immolari Christum, vel corpus & sanguinem Domini: neque similiter dicunt, immolari saltem ex parte aut seeundariò, panem & vinum: Nisi si interdum ita loquuntur, per ordinem ad terminum paulo post subrogandum substantiis panis & vini: qui terminus, est res tota quæ hîc immolatur, nempe Christus Dominus, Qua ratione exponenda sunt illa verba Sacræ Liturgiæ ante consecrationem, *suscipe sancte Pater hanc immaculatam hostiam.* Interdum verò Patres dicunt, offerti panem & vinum, quia Christus in hoc sactificio non offertur vt existens in propria speeie sed sub accidentibus panis & vini. Vnde quamuis neque substantiæ panis & vini, neque earum exuuiæ, pertinent quoquomodo ad rem in hoc sactificio oblatam, vt eius constitutiua directè aut partialiter; tamen quia immoluuntur siue connotantur per statum in quo Christus immolatur; idcireo interdum dicuntur offerri. Hee tunc, *offerri*, idem est quod

De mistis sacrificiis admixtione in candelabro.

sacrificari

BIBLIOTECA NACIONAL

Sect. II. Cap. I.

sacrificari vel immolari, sed exhiberi, ad conficiendum in re sub eis collocanda sacrificium.

Immolatio Christi, sita in binis consecrationibus.

5. Pergo ad sacrificationem rei immolatæ in hoc sacrificio, quod est alterum, cuius illustrationem aliquam supra receperam. Missos autem facio Græcos qui agnoscunt fieri sacrificium è præsanctificatis. Quod meritò rejicit Humbertus sub finem libri contra Nicetam, nec rectè impugnatur à Genebrardo ad Liturgiam præsanctificatorum. Aut ab aliis qui feria 6. in Pataſceue inter Occidentales, censent fieri verum sacrificium quos rejiciunt alij apud Couarruuiam in c. *alma mater* p. 1. §. 5. n. 6. & meritò vt ex dicendis patebit. Inter varias ergo sententias Doctorum, de actione qua Christus hic immolatur, eam censeo verisimiliorem, quæ affirmat Christum sacrificari & immolari in sacrificio Eucharistiæ, per consecrationem duplicem; quarum altera corpus seorsim à sanguine, vi sola verborum spectata, seu habita tantùm ratione efficaciæ verborum consecrationis: altera verò sanguis seorsum à corpore, collocatur. Nam eo ipso quod corpus, spectata vi formæ, & efficacitate verborum secundùm directam suam significationem consideratæ, constituitur absque sanguine; & sanguis seorsum à corpore; Christus vi verborum statuitur vt mactatus & immolatus. Qua verborum formula, statum Christi in Eucharistia describunt Nyssenus orat. 1. de resurr. Cyrillus cat. h. 5. mystago. Chrysostomus homil. 51. in Matth. & homilia de Eucharistia in Encœniis, & hom. 8. in ad Rom. ac homil de prodit. Iudæ Paschasius l. de Sacram. c. 18. & Rabanus l. 1. instit. Clerico. c. 31. Pulchrè verò Nyssenus orat. illa 1. de resurr. Hasychius l. 1. in Leuit. c. 4. & 8. Athanas. orat. in 5. feriam & Iudæ prodition, adducti de Christi Sacerdotio, idem expressérunt, dicentes, Christum in cœna vltima, præueniſſe cædem patratam à Iudæis in cruce. Nec dissonant illa Ruperti lib. 2. in Exod. c. 6. [Quarta decima die ad vesperam, vbi illum Paschæ veteris agnum comedit cum discipulis suis, tunc ipse noui sacrificij agnus, continuò capiendus & ducendus ad immolandum, iam in angustia passionis agonizans, priùs propriis manibus Deo Patri semetipsum immolauit, accipiens panem & vinum, & mira atque ineffabili sanctificationis potentia, transferens hæc in corporis sanguinis sui Sacramentum.]

6. Per binas itaque consecrationes, Christus Dominus, in statu immolati atque mactati constituitur; hinc corpore, inde sanguine, quantum est ex vi verborum, seorsim positis. Sic enim Christus, ex se & iure præbabiti esse, hostia viuens, offertur Patri tanquam mactatus gladio diuini verbi, tametsi ob naturalem concomitantiam, anima reipsa non recedat à corpore, & sanguis idem immaneat. Quod voluerunt quidam Patres, qui dixerunt, hanc immolationem Christi, non esse veram; ideſt non esse cruentam, & cum actuali separatione sanguinis à corpore. Esse *quodammodo immolationē*, ait S. Bernardus ser. 6. in vigil. Nat. Dom *Effigies salutifera Dominicæ immolationis*, dicitur in Gothico Missali in Præparat. ad Missam. *Immolationem mysticam, & non vero sed imaginario actu passionis ac mortis factam*, vocat Algerus lib. 1. de Euchar. c. 16. eodem accommodans quod à S. Gregorio dictum est 4. Dial. c. 58. hoc sacrificium, semper imitari passionem Christi. Quod Algerus expendit dictum, quia hoc sacrificium, passionem vnigeniti non operatur verè, sed imitatur imaginariè. Idipsum priùs ibidem dixerat, [eundem Christum, in cruce semel, in altari quotidie, alio modo immolari, & offerri: ibi in veritate passionis qua pro nobis occisus est, hîc in figura & imitatione passionis ipsius, qua Christus non iterum verè patitur, sed ipsius verè memoria passionis quotidie nobis iteratur.] Similiter prolatum S. Gregorij locum accepit Lanfrancus l. contra Bereng. addens, mortem Christi in cruce, *figurari* per fractionem panis ac diuisionem in salutem populi; atque adeò passionem Christi in hac immolatione esse tantùm *figuratam*. Qua ipsa voce, eam donat Algerus citato c. 16. eo quod Christus, [semel passus in cruce, in manifesto corpore suo; non manifestè sed inuisibiliter in Sacramento quotidie est, non passus, sed pati repræsentatus. Vera etenim passione Christum iterum immolari, nullateuus congruebat; tum quia impossibile erat iuimortalem occidi, tum quia crudele erat, in sacrificio Ecclesiæ hominem more bestiarum sacrificando laniari, deuotibúsque votari. Quia itaque in Deum non poteramus simul esse crudeles & deuoti, incruentum esse congruebat quod plum erat fidelibus Christi vt non vera Christi passione & morte, ab eis immolatio compleretur, in qua Christus propitiationem suam exequi omnibus dignaretur. In quo enim meliores essemus bis qui eum crucifixerunt, nisi pietate & deuotione differremus ab eis qui eum perdere præsumpserunt?] Hæc omnia Algerus, negans vt vides veram Christi passionem in hoc sacrificio; non tamen veram immolationem, nisi quatenus vox *immolationis vera*, sonaret veram passionem, & cruentam Christi sacrificationem; quæ hinc exulat, quamuis adsit vera sacrificatio, ac proinde etiam vera immolatio, consistens in illa temporis Christi positione seorsim à sanguine, & sanguinis seorsim à corpore, quantum est ex vi significationis & efficientiæ verborum vtriusque consecrationis; etiam si per accidens ea efficientia impediatur quoad sepositionem corporis à sanguine, & sanguinis à corpore; Deo per miraculum, naturali concomitantiæ corporis & sanguinis seruiente; nec sinente eam abrumpi. Ex quo efficitur, Christum quidem non occidi reipsa, sed virtualiter duntaxat: immolationem tamen esse veram & actualem: quia ad hoc, satis est poni actu & reipsa sacrificationem, siue actionem, vi cuius absque accessione vllius alterius, Christus immolaretur cruentè, & occideretur, nisi Deus efficacitatem illius actionis præpediret, adiuncto per aliam actionem corpori sanguine, & sanguini corpore. Quanquam propriè, non præpeditur efficacia actionis respondentis veritati verborum: quia verè fit totum quod verba in sua directa significatione fuernut; sed efficitur aliquid vltra id quod ferunt verba, excluditúrque status in quo Christus per verba poneretur, si nihil præterea, vltra verborum exigentiam, fieret.

Immolatio

Immolatio Christi, exigit essentialiter, binas consecrationes, seorsim.

7. Geminæ ergo consecrationes, & seorsim factæ, ad rationē sacrificationis & immolationis Christi, in hoc mysterio interueniunt, & exigunrur essentialiter. Non dico, binas consecrationes in tatione consecrationum esse nexas essentialiter, ita vt vna absque alia nihil efficiat. Contrarium enim rectè assentitur à S. Bernardo epist. 69. rectequè confitmatur ab Alano l. de Missa c. 40. & à Suarez t. 33. p.d.43. l.a. & patet ex vsu Ecclesiæ, quo proponitur adorandum corpus sub speciebus panis delitescens, priusquàm vinum consecretur: quia Ecclesia probè intelligit, cum primùm verba prioris formæ sunt completa, atque adeò habent suam formalem veritatem, debere dari veritatem objectiuam et correspondentem, ponique in rerum natura corpus Christi sub speciebus, etiam si sanguis nondum ponatur sub speciebus vini, vel etiam si per defectum Ministri, aliámve ob causam, futurum esset, vt calix noo consecraretur, nec sanguis poneretur sub vini speciebus. Non igitur assero, binas consecrationes esse essentialiter connexas, quatenus præcisè sunt consecrationes; aut voam non posse absolutè esse validam absque alia: sed tantùm dico, binas consecrationes exigi essentialiter ad rationem sacrificij: quia si alterutra deesset, Christus non proponeretur sub ratione mactati; hinc constituto corpore, inde sanguine: sed ad summum poneretur corpus vi verborum, exacque & examine; aut vi consecrationis calicis poneretur solus sanguis; quorum neutrum, excluso altero, sufficit ad exhibitionem hominis prout mactati, verámque eius immolationem. Vnde quia ex Christi institutione & præcepto, sacramentum Eucharistiæ non potest confici oisi sacrificando, (iussit enim, Sacerdotes facere quod ipse fecerat, qui sacrificauerat adhibita vtraque consecratione;) affirmandum est, consecrationis vtriusque nexum, non modò esse iuris Ecclesiastici, vt affirmant Major in 4. d. 9. q. 3. ad 3. Sanctesius tepetit. 10. c. 3. Alanus l. de Missa c. 20. & Hentiques l. 8. cap. 13. num. 2. Sed etiam esse ioris diuini, vt rectè agnoscit Vasquez 3. p. d. 2 a 3. c. 4. Bellarminus 4. de Euchar. c. 2 a. Suarez t. 3. 3. p. d. 43. s. 4. & d. 75. sect. 6. Ægidius 9. p. q. 83. n. 102. & 103. Val. 3. p. d. 6. q. 10. p. 4. Scottia l. 1. de Missa c. 6. Bonac. q. 2. de Eochar. p. 3. qui consequentes docent, nec Ecclesiam dispensare posse, vt vna consecratio fiat absque alia, quæcunque obrendarur necessitas; ac etiamsi allegaretur omnimodus defectus alteurrius materiæ; in qoo euentu Albertus Magnus Tract. de corp. Christi, (non obscurè fauente, certè non reclamante Turrecremata tract. de Eucharistia c. 8. *ratione* 4.) censuit dispensati ab Ecclesia posse, atque etiam debere, ne fideles careant diuino hoc munumento ob alteurrius materiæ inopiam; puta ob defectum vini in quibusdam regionibus Borealibus. Et de facto, eam ob causam, Innocentium 8. indulsisse Norvegis, vt in sola materia panis consecrarent, refert Volaterranus Cardinalis l. 7. Geogr. tit. *de Saxonibus & Cimbris*. Verum hanc narrationem falsitatis insimulant Bellarminus in recognitione libri 4. de Pontif. c. 14. & Suarez t. 3 3. p. d. 43. s. 4. Pontificem autem nihil tale posse contra institutionem sacrificij à Christo factam, debet esse planè ratum, quia in exercitio ritus alicuius Sacri, sua substantialia habentis ex Christi institutione, non habet locum humana dispensatio.

De nostri sacrificij adumbratione in candelabro.

Explosa duplex Gottherum abusio quoad consecrationem.

8. Quod addebam de gemina consecratione seorsim facienda, vt Christi mactati exhibitio congrua sit, & qualem Christus ipse in vltima cœna vsurpauit, traditur ab Alexandro 3. Epistola ad Archiepiscopum Vpsallensem, eiusque suffraganeos, damnante abusum quem non sine cordis amaritudine se referre testatur; quorundam scilicet Sacerdotum, contra Apostolicas institutiones, cum sicca fœce vini, vel cum micis panis vino intinctis, Missam celebrantium, contra quos sic agit Alexander. [Cum omne crimen, atque omne peccatum, oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cœtero pro delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? Cum enim Magister veritatis, discipulis suis Sacramentum commendaret nostræ salutis, non siccam fœcem vini, non micas panis vino intinctas accepit, sed panem & calicem, & benedicens dedit discipulis suis. Quia igitur secus agere, Euangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ penitus est aduersum, Apostolica prohibemus auctoritate, & cum sicca fœce vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo quàm Dominus instituit, nullus de cœtero sacrificare attētet: sed secundùm formam sactosanctæ Ecclesiæ Romanæ, quam vos in omnibus imitari oportet, solum panem & vinum aqua mixtum, in sacrificio corporis & sanguinis Domini offeratis.]

Prior consecrantium fœcem siccam vini.

9. Hæc abusio, quod attinet ad attentatam consecrationem fœcis siccæ vini, sordebat errore intolerabili. Neque enim fœx illa, qualem videmus adhærere doliis post din asseruatum in eis vinum, est reuera vinum; atque adeò non est materia secundæ consecrationis. Estque id longè certius, quàm quod aqua congelaciata non sit baptismi materia quamdiu riget, perstátque concretio, nec denominatur simpliciter aqua: Nam tametsi reuera non est valida baptismi materia, tamen quia substantialiter & physicè manet aqua; & abeunte concretione rectè potest ad baptizandum adhiberi, posset aliquis minore cum improbabilitate comminisci, quod aqua manens astricta, sit valida materia baptismi. At de fœce vini planè siccata, non potest verè dici quod maneat substantialiter vinum. Itaque deber haberi exploratum quod inualidè assumatur ad consecrandum, Aliud tamen esset, si ea fœx vini esser vinum concretum, cum non pauca fœculentia admista, non tamen tanta, quæ rationem veri liquoris ex se potabilis ac fluidi excluderet. Nam vinum concretum quamuis cum aliqua fœcum admistione haudquaquam notabili, nec rationem vini tollente, posse consecrari validè, problema est, cuius negantem partem tametsi tradunt Alanus l. de Sacram. Euch. c. 11, & Pesantius. 3. p. q. 74. art. 8. disp. 1. concl.

Sect. 11. Cap. 1.

concl.2. affirmanti tamen subscribunt benè multi, vt Suarez t. 3. 3. p. d. 45. ſ. *in f.* Vaſquez 3.p. d.175. n. 16. Valent. 3.p.d.6. q.2.p.1.Ægid.3.p. q.74. n.126. Bonac.q.2. de Euchar. p. 2. *in fine.* Et cur tale vinum in ſtatu congelationis poſſit validè conſecrari, ratio eſſe videtur, quia ex ſe eſt potabile, ſempérque manet verum vinum, & habebit vini effectus ſi trajiciatur. Quod autem in eo ſtatu potari nequeat, eſt per accidens ob concretionem: quæ tamen non obſtat potabilitati vini concreti, nec rollit naturam vini, atque adeò ſalua manet eius conſecrabilitas. Sicut panis valdè induratus, ita vt comedi non poſſit niſi mollefiat affuſo humore, non definit eſſe valida materia conſecrationis, quia tanta durities comeſtionem impediens, non expulit naturam panis. Eſtque latum diſcrimen inter aquam congelatam reſpectu baptiſmi, & panem induratum, vel vinum glaciatum, reſpectu Euchariſtiæ. Nam proxima Baptiſmi materia, eſt ablutio, cui inepta eſt aqua congelata. At Euchariſtia non conſiſtit in vſu actuali; puta in eſu aut potatione, ideòque non poſtulat materiam de facto potabilem aut comeſtibilem, ſed ſufficit quod ex ſe ſit potabilis aut edulis. Quia igitur fœx vini, planè ſicca, ne ex ſe quidem eſt potabilis, & planè caret natura vini; rectè conſtitutum eſt, talem materiam poſteriotis conſecrationis eſſe planè nullam, & qui attentabant eam conſecrare, non modò illicitè & ſacrilegè, ſed etiam inualidè id attentaſſe.

Poſterior, conſecrantium panem vino perfuſum,

10. Quoad conſecrationem micarum panis vino intinctarum, quæ erat pars altera de qua Alexander tertius Gothos ſugillabat, optimè inprimis Pontifex vrgebat Chriſti factum, & quod tanti eſſe debeat, non peccare in iis per quæ ſperanda eſt peccati remiſſio. [Quod ſi (vt ſimiliter argumentatus eſt in hac ipſa conſecrationis materia S. Cyprianus epiſt. 63.) nec minima de mandatis Dominicis licet ſoluere; quanto magis tam magna, tam grandia, tam ad ipſum Dominicæ paſſionis & noſtræ redemptionis Sacramentum pertinentia, fas non eſt infringere, aut in aliud quàm quod diuinitus inſtitutum ſit, humana tradirione mutare: Nam ſi IESVS Chriſtus Dominus & Deus noſter, ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, ſacrificium Patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit, vtique ille ſacerdos vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur: & ſacrificium verum & plenum tunc offert in Eccleſia Deo Patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundùm quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe.] Cum igitur ea ratio conſecrationis, qua micæ panis vino intinctæ conſecrabantur à Gotthis Sacerdotibus, abhorreat planè à facto Chriſti, meritò eſt à Pontifice improbata. Deinde vel ij Sacerdotes alterutram tantùm conſecrationis formam adhibebant ſuper eam materiam, vel vtramque ſucceſſiuè: ſi primum, liquet ex dictis eos non ſacrificaſſe, atque adeò feciſſe contra Chriſti inſtitutionem, qua præſcriptum eſt, ne quis conſectet niſi ſacrificando, & vtramque ſeorſim materiam offerendo, ſi autem ſucceſſiuè adhibebant vtramque formam conſecrationis, videnrur quidem validè per vtramque conſectaſſe, non tamen abſque immani ſacrilegio. Nam quod validè conſecrauerint per formam panis, eſt extra dubium, cum panis licet vino affuſo, ſit verus panis, & ſic denominetur. Quod item validè conſecratint per formam vini (tametſi ambigi poſſe videtur, quia vinum illud non videtur eſſe poculentum, ſed eſculentum duntaxat; Neque enim oſſa illa dicitur potari, ſed comedi:) Tamen videtur longè verius, quia vinum quod intra panis cauernulas & poros abditur, eſt actu & formaliter vinum, & ex ſe eſt potabile priuſquam exſiccetur. Quamuis ergo vtraque conſecratio validè à Gotthis illis adhiberetur ſuper illam materiam, tamen magno cum ſacrilegio adhibebatur; tum quia contra vſum Eccleſiæ, & Chriſti factū quod pro norma eſſe debet, ſic conſecrabant tum quia conſecrationes illæ non videntur conflaſſe ſacrificium: ſine quo tamen, nefas eſt & ſacrilegum conſecrare. Nam ſacrificium exurgit ex duplici conſecratione, hinc corpus inde ſanguinem ſeorſim ſtatuente: Vnde fit, vt Chriſtus exhibeatur tanquam mactarus, & violenter nec ſicca morte peremptus. Hi verò non ſeorſim, ſed ſimul ac conjunctim corpus & ſanguinem exhibebant: atque adeò valdè probabile eſt, eos non ſacrificaſſe ſic conſecrando; ſed duas conſecrationes abſque nexu peregiſſe: non ſecus ac ſi alicubi panem, & longè procul abſque morali ad panem propinquirare, vinum conſecraſſent; vel ſi hodie panem perendie vinum, aut viceuerſa conſecraſſent, quæ fuiſſent duæ conſecrationes non integrautes vnam ſacrificationem.

11. Quare meritò abuſio propoſita, à Pontifice exploſa eſt, nec vſpiam tolerata aliquando legitur: ſicut alicubi quandoque contigit tolerati inrinctionem ſpecierum panis in ſpeciebus vini ad vſum Euchariſtiæ. Sic enim Concilium Turonenſe can. 4. Sanxit, vt ſacra oblatio morientibus porrigenda, intingeretur in ſanguine Chriſti, vr veraciter dicere poſſit Presbyter infirmo, *Corpus & ſanguis Domini, proficiat tibi* &c. Ita referunt Iuo & Buchardus. De Græcis quoque hæc habet Humbertus l. contra Græcos? Calumn. cum de azymo. [Sanctum panem vitæ æternæ, in calice intritum, cum cochleari ſumere conſueſtis.] Et quanquam Humbertus, hoc improbat, [quandoquidem nemini diſcipulorum, niſi Iudæ proditori intinctum panem à Domino porrectum inuenimus, ſignificante quod eum eſſet traditurus.] tamen Romana Eccleſia videtur id tolerauſſe in Græcis. Nam decretum Iulij Papæ quod ex eius epiſtola ad Epiſcopos Ægypti, refert Gratianus cap. *cum omne* de conſecr. diſt. 2. non ſpectabat Græcos qui non laborabant errore impugnato à Iulio; quod ſcilicet communio ſub altera tantùm ſpecie eſſet completa, nec totum Chriſtum contineret. Vnde manifeſtum videtur, Iulij decretum nunquam ad Græcos peruaſiſſe, aut cauſa deficiente apud eos exoleuiſſe illius decreti vigorem; cum in ram multis contentionibus circa fermentatum & azymum nunquam legatur Romanam Eccleſiam edixiſſe Græcis vt vſu illo intingendi Euchariſtiam abſtinerent: Toleratur ergo in illis talem vſum, ramerſi ipſa eum nunquam probauit, extra ſacrificium; vbi ad deſignandam corporis & ſanguinis redintegrationem per Chriſti reſurrectionem, jubet fieri à Sacerdote commiſtionem

commistionem & intinctionem partis hostiæ, quam postea sic intinctam consumit. At quoad communionem laicam, Romana Ecclesia nunquam probauit eam intinctionem: imo reprobauit, cum contigit eam vsurpari contra veritatem præsentiæ totius Christi, sub alterutra specie. Tunc enim interdixit ea intinctione, vt notauit Petrus Comestor in Historia Schol. c. 151. Plura de hac intinctione in Tract. de Iuda cap. 9. num. 41. & in Heterocliticis circa Eucharistiæ sumptionem. Abusio ergo proposita, consecrandi micas panis intinctas, minùs tolerata est, quàm communio cum intinctione. Hæc enim potuit vsurpari absque vllo errore & sacrilegio; potuitque habere pro colore fructum maiorem ex sumptione dupliei. At consecratio micarum intinctarum, spectans solos Sacerdotes quibus æquè communicandum esset sub vtraque specie, sacrilegium inseparabiliter adjunctum habet, ob exclusam rationem sacrificationis & immolationis Christi, sitam in constitutione corporis seorsim, sanguinis quoque seorsim, tanquam effusi: atque adeò cum morali inter vtramque speciem propinquitate, quamuis cum abjunctione, qua de re perpulchre disp. Algerus lib. 2.

De adoratione Sacram. Euch. in Candelabr.

Binis consecrationibus, nexis, ac seorsim factis, nihil deest ad Christi immolationem.

12. Sic adhibitæ geminæ consecrationi, nihil deest ad veram & genuinam rationem incruentæ immolationis. Concurrunt quippe in consecrationes quales proposui, omnia quæ & vniversè ad rationem sacrificationis, & in particulari ad immolationem Christianæ sacrificationi propriam, exiguntur. Nam vniversè quidem; sacrificium in fieri, siue sacrificatio, est signum sensibile à potestate publica deputatum, ad diuinam excellentiam, & debitam ei ab homine subjectionem significandam, per alicuius rei Deo immediatè oblatæ immutationem; qua contestamur, Deum à nobis agnosci vt vitæ & mortis autorem. Qua ex causa, eam mutationem materiæ sacrificatæ, debere esse plusquàm moralem, affirmant passim DD. & nominatim Canus l. 12. de locis c. 13. *initio corporis*, Vasquez 3. p. disp. 220. c. 3. Alanus l. de sacrific. c. 3. Lessius l. de Iust. c. 38. num. 13. & Malderus 2. 2. tract. 10. c. 3. dubio. 1. Nihil horum deficit binis consecrationibus. Nam & sensibiles sunt; & à Christo Pontifice maximo tanquam Christianæ Reipublicæ capite, deputatæ sunt, vt essent signum supremi cultus Deo debiti, per rei sacrificatæ, (quæ hîc non est alia quàm ipsemet Christus,) immutationem in honorem Dei: quæ immutatio hic non desideratur. Nam vi actionis, provt à verbis ad Christum terminatur, Christus, (nisi diuina vi per aliam actionem statueretur viuus & illæsus,) acciperet reipsa statum hominis mactati, cuius sanguis sit effusus infixo gladio, aliòve violento modo: in quali statu, per species cum morali propinquitate disiunctas, repræsentatur. Ea verò Christi immutatio, quamuis ob actionem concomitantem diuinitus interpositam, non sit actualis destructio Christi, & effusio sanguinis eius; tamen quantum est ex vi actionis circa Christum provt dimanantis præcisè à verbis quatenus veris; ponitur actu & formaliter, quod eam physicam immutationem Christi operaretur: quod satis est ad immutationem materiæ ex generali ratione sacrificij necessariam. Nihil ergo eorum quæ genetica sacrificationis ratio poscit, desideratur in binis consecrationibus, ad modum sæpè propositum adhibitis. Quod verò ex speciali ratione sacrificij Christiani desiderari potest, in eas quoque concurrit. Nimirum repræsentatio sacrificij eruenti ab ipsomet Christo in cruce oblati. Nam sicut Deus voluit sacrificium crucis in omnibus antiquis sacrificiis præfigurari, juxta Prosperum 2. p. de Promission. cap. 5. post S. Augustinum l. 1. contra aduers. c. 18. & 17. ciuit. cap. 20. ita huic quoque sacrificio, quod vnum abrogatis quibusuis aliis superesse voluit, & ad finem vsque seculi frequentari, adiunxit significationem mysticam sacrificij eruenti, quæ valdè luculenta est in duabus consecrationibus, tam liquidè & expresè hinc corpus mactatum, inde effusum ex eo sanguinem, repræsentantibus. Nihil ergo desideratur in gemina consecratione, quominus veram incruenti sacrificij rationem sortiatur. Et ita rectè Alanus lib. de sacrific. c. 13. & 19. ac 20. & Sebastianus Oxomensis tract. de sacrific. c. 11. & 14.

Tantum potest superesse dubitatio nonnulla, an ordo consecrationum sit essentialis sactificationi. Ex vna quippè parte certum est consecrationem panis esse independentem à consecratione vini. Vt disertè tradit S. Bernardus epistola 69. Et constat ex præcepto Ecclesiæ de hostia adoranda priusquam vinum consecretur. Cum autem forma secundæ consecrationis habeat per se & independenter ab alia suam veritatem, non videtur etiam dubitandum, quin si peruertatur ordo, vinum validè consecretur ante panem. Et idem contingeret si per errorem substantialem bona fide consecrario prior esset irrita & procederetur ad secundam. Valeret enim secunda consecratio absque prima. Id quod videri potest insinuasse Scriptura cum interdum præmittit calicis consecrationem, vt Lucæ 22. & 1. Cor. 10. Ex altera verò parte videtur affirmandum, subjunctionem consecrationis calicis esse essentialem sacrificio, cum de essentia sacrificij nostri sit exhibitio Christi vt immolati, hinc corpore, inde sanguine seorsim ab inuicem constituti. Non potest autem sanguis exhiberi vt eductus à corpore nisi corpus præjaceat. Hæc sunt quæ vtrinque in difficultatem prædictam proponi possunt. Nihilominus statuendum videtur, sicut non careret immani sacrilegio qui sciens ac volens inuerteret ordinem consecrationum, quia in re tanta nihil ex proprio cerebro, nouandum est, nec vllus defectus debet leuis videri vt S. Bernardus epistola illa 69. rectè admonuit: Ita ordinem consecrationum non esse sacrificio essentialem, quia eo inuerso, repræsentatio Christi mactati, maneret reipsa eadem. Videtur esse in hac sententia Iobius l. 3. de Verbo Incarnato c. 18. Apud Photium Cod. 22. obseruans S. Lucam præmisisse consecrationem calicis consecrationis panis, & idem fecisse aliquàdo Apostolum. Et in eiusdem rei typũ Moysem abluisse primùm aqua eos quos cõsecrabat, tum oleo vnxisse & sãguine aspersisse, sicq; denique

Sect. II. Cap. II.

denique ad panis sumptionem adduxisse. Addit etiam congruentiam, ex anteriore in nobis procreatione sanguinis quàm carnis, cum caro fiat ex sanguine. Quamuis fatetur ordinem consuetum consecrationum imitari modum mensæ communis, & ideò esse vsu receptum. At S. Fulgentios ad q. 5. Ferrandi & ipse Ferrandus in propositione quæstionis, pro certo habere videntur calicem esse à Christo subjunctum consecrationi panis siue anterius porrectus esset alius calix à Christo, siue tantum per anticipationem ita sit narratum quod secundum videtur omnino verum.

Adumbratio sacrificij incruenti in candelabro sancto cernitur.

13. Ex dictis nullo negotio demonstratur, rationem sacrificij Christiani quæ vna est ex substantialibus mysterio Eucharistiæ, adumbratam esse in candelabro Mosaïco. Nam sacrificium Christianum, reale ac verum, tametsi incruentum, cernitur in Eucharistia, spectata vi actionis sacrificatiuæ: hinc statuentis corpus seorsim ab anima ob effusum sanguinem, & inde collocantis sanguinem è mactato corpore prolicitum: quod fieri virtualiter & repræsentari expresè monstrauimus, cum hostia seorsim, & calix seorsim, consecratur. At hoc manifestissimè exprimitur in candelabro Mosaïco, in quo calix & hostia ita sejunguntur, vt tamen sint moraliter propinqua. Appatent autem ista perpetuò in Ecclesia, apparebuntque ad finem vsque seculi, donec finiantur lux & tenebræ, iuxta Christi præceptum, vt mors eius sic annuncietur donec veniat, quod prædelineabat vespertina lucernarum candelabri accensio, vt in tenebris quibus sanctum offundebatur, apparere possent hæc mysteria.

CAPVT II.

De ratione Sacramenti, altera mysterij Eucharistiæ substantia, in candelabro sancto prædelineata.

1. IN mysterio Euchatistiæ cernl rationem Sactamenti, extta dubium est, non Catholicis duntaxat, sed & Hæretícis; qui tametsi numetum Sactamẽtorum nouæ legis valdè accisum dederunt, Euchatistiæ tamen nomen Sacramenti abnegete ausi nou sunt. An vt proauo suo, Berengario adscribereotur? Bercugarius enim ex nomine Sacramenti ttibuto Euchatistiæ, blasphemè intulit Christum non subesse speciebus Sacramentalibus, teipsa & substantialiter vt tefert Lanifrancos sub initium consutationis Berengarij: quem testatur, iussum esse retractate quod dixerat, post consecrationem, esse in altari *solummodò Sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini: nec id posse sensualiter, nisi solo Sacramento, manibus Sacerdotum tractari, vel, frangi, aut fidelium dentibus atteri.* E contrario autem, adactus est Berengarius à Nicolao Papa in Concilio Romano, ex formula ab Humberto Episcopo conscripta, ptofiteri, *panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem, non solum Sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri* IESV *Christi esse: & sensualiter non solum Sacramento, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi & fidelium dentibus atteri.* Tantum ergo abest, vt Berengarius, eiúsque exemplo perfida Sacramentariorum progenies, neget Euchatistiæ rationem Sacramenti, vt ponùs ei inædificet somnium suum, de Chtisti præsentia non imaginaria, in hoc mysterio.

Discussus Lantfrancus, circa rem cujus Eucharistia est Sacramentum.

5. At Ecclesia Catholica, vt infetius ttadit Lantfrancus, [sic panem in carnem, vinum credit conuerti in sanguinem, vi tamen salubritet etedat, & vetacitèr recognoscat, Sacramentum esse Dominicæ passionis, diuinæ propitiationis, concordiæ & vnitatis, postremò assumptæ de Virgine carnis & sanguinis, singula suis distinctisque modis.] Non apertit distinctiùs eo loco Lanifrancus, hæc Sacramenta mysterio Euchatistiæ diuinitùs conserta. Quanquam insteriùs reliquo opere, variis locis monstrare satagit, qua ratione in Euchatistia sit Sacramentum Dominicæ passionis. Nam [dum frangitur hostia (inquit) dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiúsque sanguinis de latere effusio designatur? Alioqui Sacramentum non esset.] Ex SS. Augustino atque Gregotio, ista confitmat paulo post. Quomodò item Euchatistiæ mysterium, sit signum diuinæ propitiationis, & nati ex Virgine Christi, ex dictis citea passionem est manifestum. Nam passio, nisi in vera carne ex Virgine per Verbum susceptа, obiri non potuit; pétque passionem in ea carne exceptam, Deus propiriatus est, eóque veluti coagulo sanguineo, (vt dixit Nazian. orat 42.) astricti inuicem & deuincti sumus, qua de re luculenter D. Augustinus l. 10. Ciuit. cap. 6. in fine. Omnia ista ingerit mysterium Euchatistiæ, tanquam Sacrum eorum signum, iuxta Lantfrancum, cui præiuisse alios Patres infra videbimus: addenùsque alia item, quorum mysterium Euchatistiæ est signum, ac nominatim fruitionis Dei in patria, ac æternæ Societatis IESV, juxta S. Dyonisium insta adducendum.

Nihil in his omnibus à Lantfranco dicitur, quod vel falsitate labotet, vel aliorum Doctorum suffragatione non muniatur. Optiméque præter cæteros Algerus l. 1. contra Bereng. c. 7. causam hinc repetit, cur panis & vinum in Euchatistia, non sint prorsus abolita, sed signum visibile ex eis sit relictum. [Si enim (inquit,) pane murato nihil visibile reseruaretur, minuerent fidei meritum: vel pro eoidenti miraculo, quia in consecratione Sacramenti panis omnino euanescetet, vel quia oblitione sopita fidei deuotio torperet: cum in tanto mysterio, signum aliquod vnde memoria admoneretur, non superesset. Non enim superesset aliquod visibile, citca quod mystica passionis signa, & crucifixionis Christi, in Missa possent celebrati; nec vnde in perceptione corporis & sangoinis eius, incorporatiooris suæ, & nostræ, mysteria compleri, vel infirmis viaticum dari nec cæteta quæ visibiliter & salubriter per ipsum in sancta Ecclesia fiunt, valerent administrari.

Non

Non enim frustra dixit Dominus, *Hoc facite in meam commemorationem*, Sacramentum exhibens, sicut verum fidei ; sic verè visibile excitandæ commemorationis : vt quod fidei certum est, mentem pascat : quod visui certum est, deuotionem accendat. Quia enim illum secundùm carnem cœlos oportuit penetrare, vt illud confidentiùs tenderemus, reliquit nobis carnalius huius Sacramenti visibilem figuram, & characterem corporis & sanguinis sui, vt suæ passionis memoria incitati, constantiùs hoc faceremus.]

3. Benè ista & consentaneè ad Lantfrancum proximè adductum, rationem signi visibilis mysterio Eucharistiæ vendicantem. Vnum tamen est, quod aduersùs eam Lantfranci doctrinam videtur facere. Nempe quod, cum rectè agnoscat, Sacramentum, (vt fert vulgata definitio) esse rei Sacræ inuisibilis visibile signum, eámque rem Sacram inuisibilem, omnes fateantur esse gratiam signo Sacramentali correspondentem ; ipse tamen Lantfranc⁹, eo significato Eucharistiæ planè tacito, semper monstret Eucharistiam esse Sacramentum, penes illa alia significata inuisibilia quæ ex eo retulimus ; nempe Incarnationem, Passionem, concordiam & vnitatem fidelium, aliáque huiusmodi. At receptissimum est, Sacramenta quæ verè & propriè eo nomine donantur, non penes aliud significatum denominari signa Sacramentalia, quàm penes rem sacram inuisibilem nos sanctificantem : hoc est penes gratiam facientem, iuxta S. Thomam 3. p. q. 60. art. 1. & 2. gratiam gratum facientem, cuius sententia est longè communissima & vetissima, dummodò ea significatio gratiæ sanctificantis per Sacramentum, intelligatur de sanctificatione immediata interuentu gratiæ significatæ, tanquam formalis causæ immediatè applicatæ humanis vsibus. Sic enim gratiam significare necesse, est, quæ dicuntur propriè Sacramenta, vt ab aliis plerisque, remotè aut mediatè significantibus gratiam fieri possint: quod benè notauit Alanus l. de Sacram. in genere c. 6. & 7. Vnde quia gratia interna ad eum modum sanctificans hominem, ratione iuris moralis ad varia auxilia actualia quod consertum à Deo habet, potest ad sanctificationem hominis multipliciter conferre, erata est multiplicitas illa Sacramentorum propriè dictorum, quam Catholica Ecclesia admittit. Vt quid ergo Lantfranc⁹ eum quo agimus, rationem signi sacri in Eucharistia, non ad gratiam gratum facientem, per hoc mysterium suo proprio & peculiari modo collatam refert, sed ad illa alia sacra significata quæ ex eo commemorauimus?

4. Non est dubium, quin Lantfranc⁹, vir S. Anselmi iudicio doctissimus, & teste Edinero *in Anselmo*, lib. 1. summæ in vniuersa Ecclesia suo tempore autoritatis, quodque eius lucubrasio contra Berengarium perspicuè demonstrat: in D. Augustini, præcipuorúmque Patrum doctrina versatissimus, agnouerit Eucharistiam esse signum internæ gratiæ, collatæ ad peculiarem huius Sacramenti finem ; vt haber receptissima doctrina de ratione Sacramenti, hausta ex D. Augustino. Sed Lantfranc⁹ videtur egisse quod agebat ; nec sollicitus fuisse de exigenda ad seueritatem Theologicam ratione Sacramenti ; sed in eo collocasse operam, vt infringeret argumenta, quæ aduersùs sub-

De admiratione Sacram. Euch. in Candelabro.

stantialem Christi in Eucharistia præsentiam à Berengario intentabantur, ex quibusdam locis D. Augustini peruersè detortis, quibus S. Doctor ea Sacra mysteria distincta a gratia sanctificante, significari per Eucharistiam asserebat. Vnde Berengarius concludebat, Eucharistiam esse Sacramentum talium rerum sacratum, & quidem modum, absque vera corporis & sanguinis Christi præsentia. E contrario ergo Lantfranens, insequens aduersarium, totus est in demonstrando, & Eucharistiam, & Christum ipsum sacris specierum tegminibus opertum, significata illa mystica à D. Augustino memorata repræsentare, sed absque exclusione veræ Christi præsentiæ, vt Berengarius de suo addebat : abutens Sacramenti nomine, tributo Eucharistiæ à D. Augustino, per ordinem ad illa alia inuisibilia significata Eucharistiæ, quæ ex Lantfranco supra protulimus. Eorum potrò nonnulla, gratiam sanctificantem aperte inuoluunt, vt vnitas & concordia qua inter nos vnum sumus, quia sumus vnum cum Deo: Videbis Algerum l. 1. c. 3. ex Augustino ser. de Sacramentis fidelium.

Eucharistia, Sacramentum simili formæ, signans refectionem.

5. Itaque non abjecit Lantfranc⁹, communem doctrinam, de vera ratione proprie dicti, constituenda penes significationem gratiæ sanctificantis, per Sacramentum conferendæ: eaque Sacramenti ratio, in Eucharistiam quoque eadit. Est enim signum sanctificationis nostræ, & tale signum, nempe per modum conuiuij reficientis ac nutrientis vitam spiritualem, quam. ob causam sub symbolis panis & vini institutum est. Omnia quippe externa quæ à Deo deputata sunt ad significationem practicam gratiæ in Sacramentis, habent analogiam aliquam & similitudinem imperfectam cum effectu gratiæ quem conferunt. Quod spectauit D. Augustinus epist. 23. cum dixit, Sacramenta similitudinem aliquam habere earum rerum quarum sunt Sacramenta qua similitudine si careient Sacramenta non essent, idest non fuissent de facto assumpta à Deo ad hujusmodi significationem. Eodem sensu Græci Sacramenta vocant *antitypa* hoc est *similis formæ* vel *similiformia* eum re significata, provt eam Græcam vocem vertit vulgatus Interpretes 1. Pet. 3. cuius genuina notio est, rem ita exprimere aliquid aliud, vt eum eo quasi certare videatur de forma, prout Bened. Iustinianus ad eum Petri locum fuse prosequitur, attigerátque ante eum Bellarminus l. 1. de Sacram. in gen. c. 9. ac proinde Sacramenta vocare *antitypa*, idem est ac dicere, corticem externum ac sensibilem cui implantata est ratio signi, habere maximam similitudinem ac proportionem cum gratia significata, & esse eius similitudinem aptam, vt dixit D. Augustinus epist. 119. Egregiè id exposuit Algerus lib. 3. contra Berengar. c. 4. vbi præfatus, materias Sacramentorum prouisas à Deo esse vilis pretij ; [nisi quod dum naturali similitudine sua, effectus Sacramentalis prætendunt vmbram vel imaginem, ad similem Sancti Spiritus gratiam percipiendam, magis accendunt & certificant fidem] Subdit postmodum, id magis exponens : Deus, [in Sacramentalibus

Sect. II. Cap. II.

speciebus, non quæsiuit dignitatem, sed aptitudinem. Quia enim aqua extinguit, mundabat, & candidat præ cæteris liquoribus; etiam in baptismate, carnis incentiua extinguit, peccatorum tam originalium quàm actualium labem abluit, innocentiæ candorem reducit, & dum sic cœlestis Patris imaginem reformat, filios adoptionis tegenerat. Oleum verò quia athletis est congruum, incendio & lumini obnoxium, vt contra spiritnales nequitias humana fragilitas fortiùs muniatur oleo chrismatis & in baptismate & in confirmatione perungitur, vt sic datus Spiritus geminæ dilectionis, animam fide illuminet, dilectione inflammet, spe cœlesti muniat & roboret. Quia verò panis & vinum homini incorporatum, vita est temporalis; ideò Christus hoc Sacramento nobis tanquam caput membris incorporatus, fit vita æterna fidelibus.] Attigit ista quoque perpaucis Lanfrancus l. contra Bereng. c. 13. docens, necesse semper esse, in Sacramento, & in re sacramenti, reperiri similitudinem, [sicut (inquit) in baptismo & fide, (hoc est in ablutione externa & interna) Vtrumque enim lauat purgat, pirrificat; illud carnem, hoc mentem.]

6. Est igitur in Euchatistiæ mysterio, germana propriè dicti sacramenti ratio, circa quam doceri eos qui catheclizantur, mandabat S. Augustinus l. de catech. rud. c. 16. De eo namque qui catecheſi imbutus fuerit, nec ad audita surdum se præstiterit, subdit [signandus est, & Ecclesiæ more tractandus. De Sactamento sanè quod accepit, cum ei benè commendatum fuerit, signacula quidem rerum diuinarum esse visibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari, nec sic habendam esse illam speciem benedictione sanctificatam, quemadmodum habetur in vsu quilibet. Dicendum etiam quod significet, & sermo ille quem audiuit, quid in illo condatur, cuius illa res similitudinem gerit.] Nimirum similitudinem getit refectionis internæ, quam hoc Sactamentum reuera præstat ex proprio munere ac fine. Est enim destinatum ad nutritionem animæ. Non quod anima more corporum nutriatur, & esca indigeat, ne substantialiter deficiat, quod Sectariotum Poppæ, malignè obtiudunt plebeculæ, vt refert Petrus à S. Ioseph tractat. de lacte myst. dissert. 6. Quis enim adeò bardus est, vt animam corruptibilem esse statuat, & idcirco, admoueri ei fingat nutrimentum ad sarcienda dispendia illata per calorem natiuum, vt corpori accidit? Exsibilanda sunt ista, non excutienda. Non igitur Euchanstiam nutriendæ animæ addictam dicimus, quod anima nutriatur more corporum; sed quod proportione, idem præstetur corpori per escam materialem, quæ corpus fulcit & defectu prohibet, ac vitam conseruat, perducitque ad debitum augmentum. Idipsum ergo præstat animæ gratia per cibum Eucharisticum collata; & propterea Euchanstia dicitur nutrire animam, quod optimè exposuit S. Anselmus l. de Sactam. Altar. p. 2. c. 5. eámque nutritionem & refectionem proportionalem animarum per gratiam à se collatam, significat Euchanstia sub specie terum quibus corporaliter reficimur. [Vnde (inquit Algerus l. 2. contra Bereng. c. 5. quia cibo & potu ita viuimus, vt alterutro carere nequeamus, vtrumque in Sacramento suo esse voluit (Christus:) ne si alterutrum deesset, quasi imperfecto vitæ signo; ipse non plena, sed imperfecta vita signari videretur.] En cur binæ species ad hoc mysterium sint adhibitæ. Est enim animæ refectio, eamque à se causatam significat. Plena autem refectio, nec cibatione tantùm, nec tantùm potatione, sed ex vtriusque cõcursu constituitur.

An altera, an binæ tantùm species, Sacramentum.

7. Hinc dijudicanda est lis quæ inter aliquos Doctores agitatur, circa vnitatem vel pluralitatem Sacramenti in mysterio Euchanstiæ. Nonnulli enim vtramque speciem seorsim, donant *Sacramenti* nomine, alioqui sequeretur, laicos qui sub vna tantùm specie communicant, non percipere Sactamentum Euchanstiæ. Ita Gabriel in 4. d. 8. q. 2. art. 1. & 2. & Bellarminus lib. 4. de Euch. c. 22. propos. 3. qui censet hanc sententiam esse definitam in Concilio Tridentino sess. 21. cap. 3. vbi statuitur, sub vna specie non solùm sumi Christum totum, sed etiam verum Sacramentum. Nec deest significatio refectionis internæ. Nam etiamsi neutra species solitariè accepta, significat refectionem spiritualem sub symbolis plenæ refectionis corporeæ; tamen ad veram Sacramentitationem, satis est, quod vnumquodque externum symbolum, panis videlicet seorsim, ac vini seorsim significet aliquam refectionem spiritualem, eámque reuera efficiat. Neque tamen hîc Autor, admittit binas species cum simul sumuntur, vt fit à Sacerdotibus, esse bina Sacramenta, sed vnicum; quia ad vnam refectionem ordinantur, & vnam rem significant, & vnum effectum producunt. Ob quam etiam causam, cum quis simul accipit plures particulas eiusdem speciei, non dicitur accipere nisi vnum Sacramentum, quamuis quælibet particula verum Sactamentum contineat. Ex quo denique efficitur, perperam Sectarios expostulate cum Ecclesia, de mutilato ac dimidiato quoad laicos Eucharistiæ Sactamento, negata eis altera specie. Insusta enim est hæc expostulatio, quia vnica illa species quam accipiunt laici, est integrum ac verum Sacramentum. Et è contrario Sacerdos vtramque speciem accipiens, non accipit duo integra Sactamenta sed vnicum; quia binæ species simul spectatæ, non constituunt nisi vnicum Sacramentum. Alij verò DD negant in alterutra specie seorsim accepta, cerni rationem Sactamenti, provt hæc vox designat symbolum analogum sanctificationis nostræ, à Deo institutum. Sic enim Euchanstia, est Sacramentum per modum conuiuij reficientis, quod symbolis cibi & potus, adunatis, non autem alterutro duntaxat, constituitur. Est in hac sententia Gabriel Vasq. 3. p. d. 168. n. 3. & Alanus l. de Enchatistia c. 2. & 42.

8. Aiebam, hanc litem dijudicandam esse ex antedictis circa scopum in quem collimauit Christus instituens Euchanstiam sub speciebus panis & vini. Voluit enim per hæc externa refectionia corporum symbola, significare internam refectionem animæ, per gratiam in hoc Sacramento collocatam. Sicut ergo plena & integra hominis refectio, non consistit in solo pane, aut in solo vino, sed in vsurpatione amborum, ita integra & plena significatio refectionis

fectionis internæ, non præſtatur per alteram duntaxat ſpeciem, ſed per vtramque conjunctim. Non dico, refectionem internam præſtari duntaxat per ſumptionem binarum ſpecierum: id enim falſum eſt, quia quælibet ſpecies, cum totum Chriſtum contineat, eundemmet effectum præſtat qui ab vtriſque ſimul conferri poteſt. Quod igitur dico, illud eſt; ſumpta altera tantùm ſpecie, non adeſſe externum ſymbolum ſignificans plenam & integram refectionem internam: ſed ſicut ſymbolum refectionis externæ non eſt niſi dimidiatum, ita ſignificationem internæ refectionis, nón eſſe plenam & integram, ſed dimidiatam tantùm. Vnde laici qui ſub ſola panis ſpecie communicant, dicendi quidem ſunt accipere verum Sacramentum, vt rectè dixi Concilium Trideotinum: non tamen plenum & integrum, ſi *Sacramenti* vox adhibeatur ad deſignandum externum ſymbolum Sacrum immediatè ſanctificans, vt nunc à nobis ea vox adhibetur, quia hæc eſt propria eius notio, juxta quam numerus Sacramentorum arctatur ad ſeptenarium: Tametſi alterutra ſpeciea, poſſit dici integrum & plenum Sacramentum, voce *Sacramenti* latiùs aceepta, pro quocunque ſymbolo rei Saetæ inuiſibilis: qualeş cum Lantfranco propoſuimus ſupra nounullas, quæ plenè & integrè ſignificantur per alterutram ſpeciem.

9. Cæterum quamuis iuxta proximè dicta, poſterior ſententia ſuperiùs ptnpoſita, exactiùs loquatur: tamen quoad rem ipſam, quarenus ex ea præcideudæ ſunt quærelæ Sectariorum aduerſus Eccleſiam, non præbentem laicis niſi vnam ſpeciem, vtraque ſententia propoſita eodem recidit. Nam quamuis ratio ſigni gratiæ internæ, ſit pleniot & extenſiuè perfectior in vtraque ſimul ſpecie qnàm in vna tantùm, tamen nutritio ipſa & refectio animæ per gratiam, æquè obtingit per vnicam ſpeciem, ac per binas. Non enim Sacerdos quia vtrámque ſpeciem percipit, plus idcireo gratiæ haber quàm laicus qui ſpecie vini priuatur, vt rectè ſentit D. Thomas 3. p.q.80.artic. 12. ad 3. & Opuſc. 58.c.29. ſubſcribúntque Turrecremata tract. de Euchariſtia c. 9. ad 3. Caietanus 3. p. q. 80. artic. 12. Gabriel lect. 84. in Cano. *ſub finem.* Alanus lib. de Euch. c. 43. Sanctesius repetit. 6. cap. 3. Bellarminus l. 4. de de Euchar. c. 23. Henriq. l. 8. cap. 44. num. 5. Suares t. 3. 3. p. d. 61. ſ. 6. Salmeron tomo 9. tract. 36. Scortia l. 4. de Miſſa c. 27. n. 5. & alij quos iſti adducunt. Et ratio eſt perſpicua. Sub vtralibet irem ſignificat gratiam & vnionem cum Chriſto. Non eſt ergo vnde detiuetur major gratia pro ſimultanea ſumptione vtriuſque ſpeciei, qualem adhibent Sacerdotes quia ſacrificaut, & debent participes eſſe altaris ſeu rei ſacrificatæ iuxta Apoſtolum; quàm pro ſumptione vnius tantùm ſpeciei in communioue laica. Eſt quidem in ſumptioue ambarum ſimul ſpecierum, expreſſior, ac eatenus perfectior ſignificatio refectionis, attento modo ſignificandi: quia refectio animæ diſtinctiùs exprimitur per proportionem ad refectionem corpoream, eiculentis ſimul & poculentis conſtantem. Ea tamen major perfectio ſignificationis ex parte modi ſignificandi, nihil plus confert ad quantitatem effectus Sacramentalis, dummodò res ſignificata ſit eadem, vt hîc contingit. Sicut quamuis trina merſio expreſſiùs exhibeat triduanam Chriſti mortem quàm vnica, non tamen plus gratiæ confert quàm vna merſio. quæ eandem rem ſignificat minùs diſtinctè & minùs expreſsè. Itaque Sectarij gratis expoſtulant de ſubducta laicis vini ſpecie, quam nullus maior fructus, præberi extra ſacrificium poſtulanit; & multæ grauiſſimæque cauſæ ſubduci ſuaſerunt, præſertim ad multiplices tanti Sacramenti inhonorationes anertendas, vt benè proſequuntur Turrecr. Tract. de Euchariſtia c. 7. Toletus in cap. 6. Iuann. annot. 27. Sanctesius repet. 10. c. 4 & Bellarminus l. 4. de Euchar. c. 24. & 28. Quod ſi aliquando, Eccleſia laicos vtramque ſpeciem ſumere præcepit, non id feeit quod plus vtilitatis ex ſumptioue ſimultanea vtriuſque, percipientibus obuenturum crederet, quàm ex præceptione vnius tantùm; ſed quod auertendus eſſet aliquis error. V. G. Manichæorum teſte S. Leone ſerm. 4. de Quadrageſima cap. 5. abhorrentium à vini ſpecie, tanquam à re mala. Quo pacto accipiendus eſt Gelaſius, damnans grandis ſacrilegij diuiſionem vuius eiuſdémque myſterij, vt videre eſt cap. *comperimus* de conſec. diſt. 2. Sic Gelaſium præter cæteros expoſuit Lindamus l. 4. panopl. c. 56. & Baronius anno 496. num. 22.

De adumbratione Sacram. Euch. in candelabro.

Num Chriſtus quoque, & verba, ad Sacramentum pertineant.

10. Dijudicari præterea ex dictis poterit, litigiolum quod aliquos diſtinuit, quid ſit in Euchariſtia, cui ratio Sacramenti competat, num Chriſtus, num ſpecies, aut aliquid præterea aliud. Nam Valdenſis tomo 2. c. 22. negauit ſpecies eſſe de ratione Sacramenti Euchariſtiæ, fortè vt commodiùs rejiceret Vvicleffum, quem Vvidefordus impugnans primum eius articulum, *in fine*, refert cenſuiſſe ſolas ſpecies eſſe Sacramentum, & idcireo dixiſſe, *ſterens ratbonis* cum ſit ſubſtantia *eſſe aliquid melius Sacramento Romana Eccleſia*, quod non eſt niſi accidens, de ipſius Romanæ Eccleſiæ ſententia. Alij dixerunt, Chriſtum connotariuè, ac per modum termini habitudinis ſpecierum contiuentium, eſſe quidem de ratione Sacrameuri: directè tamen & in recto, ſiue vt veram partem, Chriſtum non eſſe de ratione Sacramenti. Ita Soto in 4. d. 8. q. 1. art. 1. qui ibid. q. 2. ad 2. multo magis idem affirmat de verbis quibus conſecratio perficitur. Annuúntque Sanctes. reper. 4ic. 12. Alanus l. de Eucbar. c. 3. Vaſq. 3. p. d. 167. c. 3. Ægid. 3. p. q. 73. num. 8. Sunt tamen qui & Chriſtum, & verba conſecrationis, de ratione Sacramenti Euchariſtiæ eſſe contendant. Imo Chriſtum eſſe ſubſtantiam huius Sacramenti, ait Algerus lib. 2. c. 1. Addítque Aureulus in 4. d. 8. q. 1. art. ſumptionem quoque Euchariſtiæ, eſſe partem eius eſſentialem. Sed hoc poſtremum nemo alius admiſit, nec eſt ſauè admittendum. Nam Sacramentum Euchariſtiæ eſt aliquid ſtabile, nec poteſt ſtatui in vſu, qui eſt actio perbreui durans.

11. Reliquarum ſententiarum dijudicatio; facilè poterit inſtitui ex dictis de ratione huius Sacramenti, quam eſſe diximus, ſignum immediatum gratiæ nos ſanctificantis, Inde enim

Sect. II. Cap. II.

erui potest, & species, & Christum, & verba, ad rationem Sacramenti Eucharistiæ pertinere; Christum quidem ac species, per modum materiæ, verba verò per modum formæ. Et species quidem esse de ratione huius Sacramenti, est extra dubium, cum sint id per quod Eucharistia ex aliquid sensibile, quod est intrinsecum Sacramento, æquè ac esse signum. Christum verò pertinere ad hoc Sacramentum, agnoscit diserte Stephanus Eduensis l. de Sacrament. abar c. 17. & inde perspicuum videtur, quod Christus opertus speciebus, est efficax signum gratiæ, suique ipsius in statu visibili. Itaque habemus duplicem huius Sacramenti materiam nempe species, & Christum, saltem inadæquatè, hoc est ratione corporis pro specie panis, & ratione sanguinis pro specie vini. Quanquam è duplici illa partiali Sacramenti Eucharistiæ materia, species per comparationem ad Christum, habet rationem formæ. Et Christus tamen, & species eum operientes, habent se vt materia, substrata verbis consecrationis, tanquam formæ moraliter perseuerantí, quamdiu species perstant incorruptæ, pergúntque moraliter affici à verbis semel prolatis, vt optimè attigit S. Cyrillus epist. ad Calosyrium, refellens eos qui negabant perseuerantiam Christi sub speciebus immutatis; ac explicatiùs Aureolus in 4. d. 8. q. 1. artic. 1. conclus. 1. Malè autem id inficiatur Ægidius 3. p. q. 73. num. 10. Atque ita valet respectu Eucharistiæ, quod vniuersè dixit Eugenius in Concilio Florentino, Sacramenta nouæ legis, è rebus ac verbis coalescere.

Sacramenti Eucharistiæ adumbratio in candelabro eruitur.

12. Perspicuum denique est, ex dictis circa hanc alteram substantialem mysterij Eucharistiæ rationem, eam fuisse prædelineatam & expressam in candelabro sancto. Nam cum ratio Sacramenti Eucharistiæ provt Sacramentum est, contineatur signo integro ac pleno refectionis internæ, sub symbolis corporeæ refectionis plenæ & integræ; hæc autem cibatione & potatione perficiatur; manifestum est, adumbrationem eius præessisse in candelabro; quo & calix, symbolum potus, & orbiculus ei superpositus seu pomum edule, pro imagine cibi exhibitum est; & quidem seorsim calix à pomo, quod ad distinctionem plenæ refectionis imaginem facit. Quanquam in pomo, notatam à Nysseno esculentam simul ac poculentam materiam diximus s. 1. c. 6. consentitque quod Philostratus epistola ad Diodorum p. 886. de quibusdam malis inebriantibus scriptum reliquit.

SECTIO III.

Septem Candelabri Sancti lucernarum accommodatio ad totidem primarias Christi Dei & hominis perfectiones in Eucharistia micantes.

1. MONSTRATVM hactenus est, nihil cerni in substantia mysterij Eucharistiæ, siue provt sacrificij, siue provt Sacramenti, quod non fuerit adumbratum, imo satis perspicuè expressum in candelabro Mosaïco, in quo symbola Christi mactati, & binarum plenæ refectionis corporeæ partium, imagines visebantur. Nunc aptandæ supersunt lucernæ, quæ cum essent exemptibiles, vt dictum est sect. 1. cap. 1. ac proinde non pertinerent ad candelabri compagem, congruè referentur ad aliquid situm extra mysterij Eucharistiæ, substantiam; nimirum ad heptadem eximiarum Christi perfectionum in Eucharistia micantium, & ad luculentos eiusdem mysterij effectus, in dispellendis per vberem lucem quam infert, multiplicibus peccati tenebris. Hæc posterior accommodatio, per se obuia est. Prior autem firmari potest exemplo spectri septem candelabrorum, Ioanni in Apocalypsi exhibitorum: quæ graues Intetpretes ad septem diuinas perfectiones aptauerunt. Affinem itaque septenarium illustriorum Christi in Eucharistia perfectionum, quibus manifestandis, septem lucernæ versùs mensam in qua erant panes & calices obuerti iussæ sunt, principio dabimus: quaternis theandricis, (vt ita dicam,) quia in Christum, & vt Deum, & vt hominem ceciderunt, amori, sapientiæ, potentiæ, liberalitati, subnectontes ternas perfectiones soli humanitati respondentes, humilitatem, patientiam, & quas pro vnica habeo, consiliorum Euangelicorum Antistitas.

CAPVT

CAPVT I.

Lucerna prima, amor Christi in Eucharistia.

2. Disputaturus de præcipuis Christi in Eucharistia perfectionibus Ioannes de Ragusio, orat. de Communione sub vtraque specie habita in Conflio Basileensi, ab omnipotentia hîc micante, auspicandum duxit. Mihi satius visum, ordiri ab amore, qui radix prima, ac veluti primum principium totiùs huius diuini inuenti fuit, supráque omnia decora splendet ac fulget in hoc mysterio, *in quo Saluator, diuitias diuini sui ergà homines amoris velut effudit*, vt loquitur Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2.

In Eucharistia, amor in finem.

Videor porrò, autorem initi à me ordinis laudare posse B. Ioannem, qui descripturus vltimam Christi cœnam, in qua diuinum hoc mysterium institutum est, orditur à celebratione amoris Christi erga suos quos cum dilexisset anteriùs, tunc tamen in finem dilexit. Sensus est, luculenta quidem amoris Christi erga nos argumenta antecessisse; ei tamen dilectioni, veluti colophonem appositum esse, per Eucharistiæ institutionem. Glossa est Guerrici serm. de Ascensione, vbi præfatus, Christum quamdiu in terris hæsit passibilis atque mortalis, parciùs dulcedinem suam & amorem in filios prodidisse, addit. [Cum autem tempus quo ab eis recessurus erat, instaret, tunc veluti vinci tenero eorum affectu visus est, vt magnam multitudinem dulcedinis suæ quam eis absconderat, dissimulare non posset. Hinc illud est, *cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Tunc enim propemodùm omnem vim amoris effudit amicis, antequam etiam ipse, sicut aqua effunderetur pro inimicis. Tunc eis Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit, & celebrandum instituit, nescio virtute an charitate mirabiliori, hoc nouum genus mansionis adiuenientes in consolationem recessus sui, vt si discederet ab eis specie corporis, maneret non solùm cum eis, sed etiam in eis virtute Sacramenti.] Est igitur (vt aiebam) per Eucharistiam appositus colophon amori Christi erga nos: quandoquidem in Eucharistia, qualia nunquam priùs acceperamus collata sunt à Christo, amoris incensissimi argumenta.

3. Erit cui primo loco inter ea amoris argumenta recensenda videantur quæ ex adjunctis iustitutionis Eucharistiæ in extrema Christi vita, cum mors horrenda instaret, perpendit S. Chrysostomus hom. 27. in 1. ad Cor. circa illud, *Dominus Iesvs in qua nocte tradebatur, accepit panem.* Ait enim ad hæc, os aureum. [Et cur nobis tempus reuocat in memoriam, & vesperam illam, & proditionem? Nam abs re, neque sine ratione aliqua: sed vt supra modum compungeret, etiam à tempore. Nam etli quis sit planè lapis, si illius noctis illi venerit in mentem, quomodò erat tristis cum suis discipulis, quomodò fuit traditus, quomodò vinctus, quomodò abductus, quomodò iudicatus, quomodo cætera omnia quæ sunt secuta passus est: fit cera mollior, & à terra recedit, & ab omni animo obuorsante illius visione. Propterea ea omnia nobis reuocat in memoriam per tempus, & mensam, & proditionem, nos pudore afficiens, & dicens; Dominus quidem tuus seipsum pro te tradidit, tu autem fratrem tuum pro teipso ne cibis quidem impertis.] Potens omnino charitatis in egentes incentiuum, ductum à tanta charitate Christi, ergà nos, & quidem tam suaui, támque dulcedinis referto mysterio testata, exprompto inter summas Christi amaritudines, cum iam iam admouenda ori suo fella præsentiret, & flagra, spinas, clauos, crucem, lanceam, & reliquum mortiferæ insuauitatis apparatum, imminentem & veluti pro foribus instantem videret.

Amor Christi i Eucharistia.

Dulcedo amoris in Eucharistiæ institutione, ex tanta tunc acerbitate in Christi pectore.

4. Mitabilis omnino, & vel ipsos beatos Spiritus apta in extasim abripere, consociatio tantæ dulcedinis charitatis Christi, & tantæ amaritudinis quarta perfundebatur, cum hoc Sacramentum institueret. Quod enim supra ex Athanasio, Nysseno, Hesychio & Ruperto diximus, Christum instituendo Eucharistiam, præuenisse passionem ac mortem à Iudæis mox inferendam, ita vt hæc fuerit passio ante passionem, non modò valet in sensu ibi expositò, quem S. Gregorius ibidem adductus, rectè aiebat esse imitationem passionis Christi; & à S. Cypriano intentus est, cum mysterium Eucharistiæ vocauit passionem Domini epist. 63. sed valere æquè, aut etiam multo magis videtur, ratione anticipatæ præsensionis instantium cruciatuum & mœstitiæ inde voluntariè admissæ; quam aliqui ob vigorem & claritatem præsentionis tantoperè extulerunt, vt censuerint nihil acritudine differe passe à morsu angoris ex præsenti irrogatione tormentorum. Abéstque ea opinatio, ab illa alia verè temeraria, & Scripturis non congruente insulsitate quam refellunt Gerso epist. de susceptione humanitatis, & Gabriel initio Tractatus de Passione Domini, nempè quod Christus à vitæ crepusculo, & per vniuersam vitam, illum ipsum acerrimum dolorem senserit, quem per tempus passionis expertus est. Longè inquam abest ab hac insulsitate, illa alia quorundam opinatio quam dixi, ex aggerati & incensi præter morem, sub tempus passionis, & iam cœnæ vltimæ tempore, doloris in Christo, ex vicinia tormentorum, & flagrante iam tunc ad eorum irrogationem, truculenria inimicorum quæ Christium non latebat, imo ei distinctissimè, & particulatim obuersabatur. Nam quanquam æstus ille doloris, velut effractis repagulis, erupit maximè & vehementiùs quàm antea in horto post cœnam suprernam vbi propterea dictus est cœpisse pauere & tædere: Tamen anteriùs quoque, id est ingressu triumphali in Hierusalem, prima Sabbathi, viguisse in Christo præter morem, & multo fortiùs quam priùs sensum illum, nec remisisse per reliquam vitam, imo pro maiore ad mortem vicinia fuisse acriorem, verisimiliter dicitur, suauissimo Domino, ac benignissimo curatore sa-

Sect. III. Cap. I.

lutis noſtræ, hac anteoccupatione dolorum, & acciro mœſtitiæ ſupetpondio, copioſam nobis redemptionem apparante. Nimirum iuxta Nazianzenum orat. 2. in Iulia, quod quis pati extimuit, hoc paſſus eſt. Chriſtus autem, tametſi ea triumphali vtbis Hieroſolimitanæ additione, quam deductio Agni quinta ante immolationem die adumbtabat, eximiam fortitudinem prodidit, in qua conturbati ſunt montes iuxta S. Baſilij interpretationem Pſalmo 45. conturbati inquam ſuni, & conterriti, Spiritus iniqui & monies peſtiferi: Tamen admirabili coniugatione, vt ſummo ſemper ac beatifico gaudio, dolorem; ita fortitudini hoſtibus extimeſcendæ, pauorem ac mœrorem de appropinquante per horrendos cruciatus exceſſiuè vita, volens ac lubens ſociauit, ab eo tempote quod notaui: & nominatim ſuper cœnam vltimam, cum diuinum Euchariſtiæ myſterium inſtituit.

5. Tali igitur ac tanta perfuſum amaritudine in ea vitæ clauſula Chriſtum Dominum, tam dulces cibos appoſuiſſe ſuis, inter quos parricida vuus, Magiſtri optimi cruorem ſitiens, iámque de eo erudeliſſimè pactus, nec ignorata ſimili deinceps perfidorum & bonorum conuiuarum miſtura, ſuauiſſimum epulum, per gytos ſeculorum ad orbis vſque metam continuandum diſpoſuiſſe; mirabilem planè (vt dicebam) conſociationem dulcedinis pluſquàm felleæ ex acore malorum impendentium, voluntateni acerbiſſimè afficientis, oſtentat: qualem eontrariorum conſecrationem, nullibi vſpiam eſt repetire, tametſi luſiſſe perſæpè natura, & miras contrariorum coniugationes affectaſſe viſa eſt: vt in Apono fonte, vbi pacificus mixtis ignis anhelat aquis; ae, ne pereat Nymphis Vulcanus, mergitur illis, vt ſeitè eecinit Ennodius. Similiſque fons ab Ariſtotele celebratur, imo à Theophraſto, nam ipſe eſt germanus Operis Autor) l. de Admir. audit. cap 109. Eſt & alius ad Gratianopolim, euius D. Auguſtinus meminit 21, Ciuit. cap. 7. Aquæ & ignis coalitum in concha margaritifera, ad vnionis efformationem, S. Ephrem tract. de margarita pretioſa, agnoſcit & demitatur. Sieut etiam S. Chryſoſtomus in nube (quæ quid aliud quàm aqua?) Sociatum aquæ ignem, per fulgur exilientem concelebrat, ad illud Pſalmi 134. *fulgura in pluuiam fecit.* Quid ſimultanea hyemis & æſtatis, pacifice in eadem arbore per æquas partes iugatio, apud Indos Occiduos, quàm procul à eommento abeſſe, Ioſephus à Coſta lib. 4. hiſtor. Ind. cap. 32. ſcripris prodidit? Nam quæ de lumjnis ſimul ac tenebrarum, noctis ac diei conſociatione, in eodem aere apud Ægyptios Hebræis tunc infeſtos, Theodotus Ancyranus homil. de Nat. Saluat. tantoperè ſuſpicit; vt veta eſſe admitterentur, non ad naturæ opificium, vt cœtcræ mirabiles anteriùs addictæ conſociationes, ſed ad diuinam manum ſupra natutæ fines operantem, eſſent referenda. Tandem iu media Oceani ſalſugine, fontes aquæ puriſſimæ, abſque omni ſalis amaritie ſcatutire varijs planè locis, Autor eſt Georgius Agricola lib. 3. de Effluentibus ex terra cap. 2.

6. Nihil hæ omnes extraneorum vel pugnantium conſociationes, ad illam, tantæ dulcedinis quantam hæc charitas prodidit, & tantæ amaritudinis ex obiectu inſtantium cruciatuum, in Chriſti pectore per tempus ſupremæ cœnæ. Perinde quippè feciſſe videtur Chriſtus in facto illo epulo, ac ſi paſſionis acerbitatem, eum ſuauitate conuiuij nexuiſſet. Et verò an non hoc ipſum eſt, quod D. Auguſtinus conc. 1. in titulum Pſalmi 33. obſeruauit; nectens Euchariſtiæ inſtitutionem cum extenſione in etuce & clauifixione? Tractans enim titulum Pſalmi quo inſinuatur factum Dauidis, mutantis vultum ſuum, vt habent 70. 1. Reg. 21. 13, eam mutationem vultus pertinere ad Euchariſtiæ myſterium, metitóque additum eſſe, quod Dauid *affectabat & tympanizabat ad oſtia ciuitatis, & ferebatur in manibus ſuis, & procidebat ad oſtia porta, & ſaliua decurrebant ſuper barbam eius.* Affectaſſe enim Chriſtum, iuxta S. Auguſtinum, nihil aliud fuit, quàm factum eſſe eximio & extraordinario affectu charitatis & miſericordiæ erga mortales: & ad oſtia ciuitatis æternæ, (corda inquam noſtra peccato obſerata,) tympanizaſſe per ſui corporis extenſionem in ligno. Vt enim tympanum fiat; caro, ideſt corium, in ligno extenditur, ac proinde dictus eſt Chriſtus tympanizate, quia crucifigebatur, & in ligno extendebatur. Neque hoe in Golgotha, aut in paraſceue Paſchæ, ſed in cœnaculo & pridie paraſceues, anteoccupara voluntariè externa illa paſſione, quando ferebatur in manibus ſuis: quod alij eniuis impoſſibile, in Chriſto comptobatum eſt vetum; cum commendans ipſum corpus ſuum dixit, in eœna vltima, *hoc eſt corpus meum*, geſtans ſe manibus ſuis, & delibutus barbam ſaliuis ſuper eam decurrentibus, verbis inquam illis in ſpeciem infantilibus & infirmis, (vt quidem iueredulis ad primam auditionem viſum eſt, hodiéque videtur,) virtutem eius tegentibus. Tunc igitur affectabat: Chriſtus, & tympanizabat. Infoſſam quippè præ conceptæ paſſionis amaritudinibus voluntatem, affectione mellitiſſima duleiſſimæ erga nos charitatis ſcatentem, oſtentabat. Nuſpiam enim, etiamſi mole acerbitatum veluti obtetererur, maiorem charitatis dulcedinem, ab optimo ac ſuauiſſimo Saluatore habemus. Vt propterea meritò idem S. Auguſtinus inferiùs, citca illum eiuſdem 33. Pſalmi verſiculum, *guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*, in hunc modum diſſerat. [Apertè modò de ipſo Sacramento vult dicere, quod deferebatur in manibus ſuis, *guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Nònne aperit ſe Pſalmus, & oſtendit tibi illam quaſi inſaniam & furorem conſtantem, ſanam inſaniam, & ſobriam ebrietatem illius Dauid, qui figuratè Sacramentum Dominicum oſtendebat, quando illi miſeti coram Rege Achis dixerunt, *Quomodo eſt?* Quando dicebat Dominus, *niſi quis manducauerit carnem meam & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam.* Et illi in quibus regnabat Achis, id eſt error & ignorantia, quid dixerunt? *Quomodò iſte poterit nobis dare carnem ſuam manducare?* Si ignoras, guſta & videquam ſuauis eſt Dominus.]

7. Nec abs re antiqua Eccleſia, vt hanc in Chriſto ſuum corpus præbente amoris ac ſuauitatis emphaſim, ex adiuncto illo ſummæ amaritudinis qua tunc occupabatur, ſapidiorem inter communicandum redderet fidelibus, induxit in vſum decantandi ſub rempus communionis, hunc Pſalmum 33. vt haberur ex Clemente Romano 8. Conſtit. cap. 3. vbi Turrianus, & Stephanus Durantus lib. 2. de Ritib. cap. 55.

num

num. 20. Ex particula totum insinuauit Cyrillus Hierosol. catech. 5. mystag. cum dixit, sub tempus distributionis Eucharistiæ decantatum esse diuina quadam melodia, *gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Quod de Christi Domini, sub panis ac vini exuuijs delitescentis, gustu & dijudicatione, non per palatum corporeum, sed per fidem certam omnisque dubitationis expertem, eique subjunctam per pios sensus suauiationem, accipiendum admonet. Iustum namque fuit, eum gustum & visionem dulcedinis Christi deposcere, ne res ex se suauissima & sapidissima; expers dulcedinis fatuáque appareret. Qua in parte, vt benè post Albertum obseruauit Turrecr. tract. de Eoch. cap. 12. *in decima causa*, idem contingit circa Eucharistiæ cibos dulces, quod circa cibos corporeos, quos aliqui immausos nec dentibus vllatenus attritos tanta festinatione deglutiunt; vt in eis tamersi sapidissimis, nullum saporem deprehendant. Non dissimiliter igitur, nisi dentes intellectus in hunc vitæ panem profundè agantur, per meditationem, & ei subiunctum voluntatis affectum, quod est dulcem Domiuum gustare & videre, obrunderur eius suauitas, planéque euaneíceet sapor dulcedinis uuspiam alibi tantæ; tamerti in summa Christi acerbitate apparatæ.

Amor Christi in Eucharistia.

Contentio dulcedinis amoris, in Incarnatione, & Eucharistia exhibiti.

8. Nolim hyperbolicè dictum videri, quod assero nuspiam alibi tantam dulcedinem à Christo exhibitam, nec vllum esse Christianum mysterium, quod æquè præferat suauem Dominum, & dulcem Deum, *dulcedinis genus generalissimum* nominat creditus Bernard. ser. 1. super *Salue Regina.* Scio quæ de terra Christi, lacte & melle manante, habet Tertull. lib. de Resurrect. cap. 26. & quæ de 10trentibus mellis ac butyri, in mysterium Incarnationis cortiuatis, disputat S. Gregorius 15. Mor. cap. 9. circa illud Iob. 20. *non videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri*, quod ad Christum accommodat in Incarnatione. [Mel quippè ex aëre, butyrum verò ex carne est. Summi autem Patris vnigenitus, cum sit Deus super omnia, homo factus est inter omnia. Qui cum nos dulcedine diuinitatis suæ, & mysterio Incarnationis repleuit, melle nos patitet & butyto satiauit.] Apparuit planè in eo mysterio, benignitas & humanitatis Saluatoris nostri Dei, vt dicitur ad Titum 3. vbi S. Thomas, *benignitatem* refert ad *bonam ignitatem*: id est bonam amoris in dulcedinem liquantis flammam, quæ in mysterio Incarnari Vesbi exarsit maxima. Ad quod etiam S. Augustinus sem. 8. de verbis Apostol. aptat illud. 1. Tim. 1. *Humanus sermo*, (sic enim legit,) *& omni acceptione dignus, quia Christus* Iesvs *venit in hunc mundum.* Prædicati meritissimò Verbi humanitatem ea in parte, ait D. August. Nam [non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur, *humanus*, qui se exhibet hominem, & maximè qui hospitio suscipit hominem. Si ergo *humanus* dicitur, qui in domo sua suscipit hominem, quàm humanus est, qui in seipso suscipit hominem? Erga humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christvs Iesvs venit in mundum, &c. Prorsus nunquam sic apparet benignitas gratiæ, & liberalitas omnipotentiæ Dei, quàm in homine mediatore Dei & hominum, homine Christo Iesv.] Miraculum charitatis, agnoscit in eo mysterio S. Chrys. homil. 27. in Genes. [Misertus (inquit) genus nostrum, misit ad nos animarum corporúmque medicum, vnigenitum suum filium, ex paternis suis finibus exurgentem, fectique susceptæ seroi formæ è Virgine nasci, & nobiscum conuersari, & omnia nostra ferre, vt genus nostrum peccatis oppressum iacens, à tertis in cœlum subuehere posset. Et hoc obstupescens tonitrui filius, considerásque charitatis diuinæ excellentiam quam erga genus nostrum declarauit, clamabat & dicebat, *sic enim Deus dilexit mundum.* Vide quanto miraculo plena hæc dictio. *Sic* (inquit) magnitudinem expendens quam dictutus erat, propterea ad hunc modum exursus est, *sic dilexit*, Die igitur nobis Beate Ioannes, quomodò *sic*? Dic mensutam, dic magnitudinem, doce eos excellentiam. *Sic Deus dilexit mundum vt Filium suum Vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vidisti causam aduentus Filij, hanc esse, vt per fidem in illum, ij qui perituri erant, salutis occasionem inuenirent?] Hæc & alia, abyssum (vt ait) diuinæ erga nos charitatis & beneficentiæ constituentia, omnes cogitationes mortalium, omnem humanam linguam transcendere, contestatur S. Chrysostomus, & annuunt passim Patres reliqui, quoties Verbi propter nos carne circumdati meotio incidit; summam Dei charitatem, & expromptam dulcedinis in eo mysterio vberratem, supra quàm alibi vspiam deprehendi valeat, suspicientes.

Præfertur Eucharistiæ.

9. Ausim tamen nec trepidè asserere, quod Verbum iam carne circumdatum susceipi in homine per Eucharistiam voluit, anctius quadamtenus ac dulcius diuinæ erga nos charitatis atque dulcedinis argumentum suppeditare, quàm quod Verbum sit caro factum. Sanè Laurentius Iustinian. lib. de Casto connubio Verbi & animæ cap. 24. parem nobis charitatem ex Sacramentali præsentia, ac ijs qui Christum in forma visibili palam conspexerunt, exhibiram contendit: & ratiocinationem adhibet non inefficacem, quam eiusmet verbis præsento. [Nequaquam (inquit de Christo,) definit quin nostrum quotidie erga se succendat amorem. Sub quippè nos ditanit præsentia, qua amantis animus vehementi vtitur charitate. Pro dono namque, hoc, nobis præstitit singulari. Nam profecturus ad Patrem, & ab his carneis oculis amphùs non videndus, cum in vltima cœna eum discipulis recumberet suis, tanquam singulare visibilis præsentiæ corporalis solatium, quam subtrahebat de mundo & inferebat cœlo, corporis & sanguinis sui Sacramenta reliquit; sub quibus, non corporeis sensibus, sed spiritualibus, cognoscibilem se fecit; quoniam tota ibi est præsentia corporalis. Poterant quippè tunc nimiùm contristari de illius tam cita absentia, qui eum ipso fuerant conuersati, si non hoc roborarentur mysterio. Poterant quoque posteri, (nec abs re) diffidere, si & ipsi essent dulci eius fraudati præsentia. Cunctos in vna eadémque pacis stabilitate firmauit. Vniuersis dedit seipsum, præsentibus

Sect. III. Cap. I.

præſentibus & futuris. Præſentibus ſe palpabilem viſibilémque exhibuit, futuris autem ſub accidentium velamine ſe minimè denegauit. Non tamen minùs iſtis quàm illis contulit. Vnus enim idémque Chriſtus, qui in corpore paſſibili cum Apoſtolis conuerſatus eſt, & qui ſub panis & vini accidentibus, vniuerſæ ſe præbuit frequentandum Eccleſiæ Catholicæ. Diſpar modus, & vnus Emanuel; inæqualis viſio, ſed æqualis fides. Ambo per fidem ambulauerunt. Non verò minùs beati ſunt, qui non viderunt & crediderunt, quàm qui viderunt & crediderunt. Non autem beati qui viderunt & crediderunt de eo quod viderunt, ſed dè eo quod credidérunt. Aliud viderunt & aliud crediderunt. Quot viderunt in carne Verbum, & tamen non credentes perierunt? Non enim vitam dabat quod apparebat, ſed quod latebat. Idcò diſcipuli beati, quia in eo quod latebat, credebant. Super hoc ſententiam veritatis audiamus. Cum autem ſemel interrogaſſet Dominus à diſcipulis, *vos quem me eſſe dicitis?* Et Petrus voce omnium reſpondiſſet, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*, illico audiuit, *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis.* In fide vtique beati efficiuntur, quotquot iuſtificantur in Chriſto: nec cuiquam profuit quia in humana Chriſtum vidit carne, ſi non credidit in verbi abſconditi diuinitate. Omnis enim iuſtus, inquantum iuſtus, ex fide fit. *Iuſtus* autem, (ſicut Apoſtolus ait,) *ex fide viuit.* Quoniam verò ſic apparuit in viſibili ſpecie, Dei ſapientia, vt complcio diſpenſationis ſuæ miniſterio tegrederetur ad Patrem, vnde venerat, & à quo non diſceſſerat; congruum fuit vt taliter ſe exhibcret, quatenus nec quos elegerat præſentes relinqueret, nec venturis ſe negaret: ſed cunctos pari ſe oſtenderet dilexiſſe charitate. Quod quidem optimè præfecit, cum ſe ſub modica panis vinique ſpecie, tealiter communicauit.]

10. Nec ſi per viſibilem Chriſti adhuc viatoris præſentiam, prodiga eſt eximia eius erga nos charitas, ob perpeſſiones & incommoda quibus ſe obnoxium feci, maximéque quia erga ingratiſſimos profundi à ſe tantam dulcedinem aotmaduerticbat; deſtituimur ijſdem charitatis incenſiſſimæ argumentis ex Sacramentali præſentia ducibilibus. Notauit hoc quoque idem Iuſtinianus inferiùs eodem capite. [Solùm memorans, (ioquit) illam quam erga homines in hoc Sacramento expteſſit viſcerum eximiam charitatem. Hanc nemo oiſi qui incredulus & inexpertus eſt, ſe propalare confidet. Quis non ſtupeat, quis non miretur, cum gaudio, & exultet præ admiratione, cum Regem maieſtatis, & Deum gloriæ, ſic tegi voluiſſe, ſic cogitauerit ipſi placuiſſe abſcondi? Non tantùm abſcondi, verum etiam humano in corpore reclinari? Non à ſolis bonis & iuſtis, ſed etiam ab iniuſtis ſcelcratiſque peccatoribus, quorum vita in luxuriæ fœtore ducitur, in ſeculi volnpratibus nutritur, in ludis, comeſſationibus, ebtietatibus, fraudulentijs, tixis, contentionibus, æmulationibus, obſcœniſque conſumitur actibus; ſe permittat tractari manibus, laniari dentibus, & ore contingi. Nam ſi hoc ſanctis concederet, magnum vtique foret. Quid autem, ſi hoc etiam tribuit ijs à quibus blaſphematur indeſinenter? ſemel ptetio traditus eſt in carne, ſed millies in Sacramento. Die vna, ſuæ pertulit ludibria paſſionis; quotidie verò ab infidelibus miniſtris ſuper menſam altaris. Semel in etuce pendens expirauit, quotidie autem quoties per myſterium immolatur. *Hæc* (inquit Verbum) *quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis*]

11. Nolo prætetitum ſenſum pietatis, in quem ex tantæ in oos, támque cumulatæ Chriſti charitatis atque dulcedinis conſideratione, erumpit continemèr idem Autor, velut extra ſe factus, ptæ amoris in nos exprompti magnitudine. [O memoriale ſaluificum! (inquit,) ô ſacrificium ſingulare! ô hoſtia acceptabilis Deo Patri! Panis vitæ, pabulum ſuaue, refectio jucunda, ſaginate vitule, immaculate agnus, melliſluum manna! quis dignè poteſt te ſumere, ſufficienter laudare. ad plenum intelligetc, ſyncero affectu venerari & totis deſideriotum ſuorum præcordijs tenere? Deficit cor meum cogitando de te, non valet lingua mea loqui de te, nec quantum cupio, ſufficio magnificare te. Da mihi Domine eruditum ſenſum, linguam magniloquam ad tui Sacramenti promenda magnalia. Non enim quanta ſunt, humanos valet explicare ſenſus, neque Angelicus intellectus. Solus ille nouit iſta, qui ſolus voluit & potuit facere tanta ac talia. Non tamen ab eius debet laude ceſſare etiam peccator, quamuis impat etiam iuſtiſſimi, ſit omois illius laudatio.]

Per Euchariſtiam, Dei cum ſingulis mortalibus conjunctio.

12. Adhuc in valle hæremus, nec dum conſcenſo monte; perſtamus in littore, nec dum in altum progreſſi. Temperandum ergo eſt ſtupori concepto ex ea benignitate, quam corpotalis præſentia inuiſibilis, ſubrogata ptæſentiæ viſibili ſubminiſtrat. Subeamus vbertùs, charitatis Chriſti veluti montem, & in hac abyſſo bonitatis, feliciter defecturi prooehamnt: illud in primis conſidcrantes, quod à Damaſceno egregiè ponderatum eſt 4. de Fide cap. 14. in Euchatiſtiæ myſtctio, omnem illam ſuauitatem & charitatem Dei exhibitam eſſe, quæ in myſterio Incarnationis ſplendet luculentiſſimè; ſed hìc pleniotem ac vbetiorem & multipliciter cumulatam proſtate. Per Incatnationem ſiquidem, vnica indiuidua humanitas, ad conſortium Verbi Dei cuecta eſt, incomparabili ſanè in omnes nos charitate: quandoquidem noſtri cauſa, & vt nobis bene eſſet, ſacroſancta illa humanitas diuino vnguine delibuta eſt, & ad Verbi ſubſtentiam euecta. Idque vt illi, dignè Deo obuenirer, ſpiritu non ad menſuram, conſequenter ad diuinam perſonationem donata eſt, & ab omni labe peccati protſus ſequeſtrata. At in Euchariſtiæ myſterio, protenſior & diffuſior Dei benignitas quoad ſubiecta elucet. Omnibus enim humanæ naturæ indiuidnis: commune factum eſt hoc admirabile Dcitatis commercium; eum prius illud in Incarnatione factum, ſtiiſſet in primitijs naturæ ooſtræ. Sic enim ſecutus Scriptutas Damaſcenus, humanitatem Chriſti, *velut reparata liba natura* nuncupauit. Itaque quod per Incarnationem in vnica indiuidnè humanitate factum eſt, vt ad conjunctionem cum Deo eueheteturi per Euchariſtiæ myſterium obrigir omnibus. Præiuerat Damaſceno Chryſoſtomus hom. 83. in Matth. præfatus, nos per Euchariſtiam

charistiam, in vnam cum Christo massam reduci, & corpus vnum, ac vnam carnem fieri, subdit. [Considereмus autem. Ex nostra genetatus est substantia. Sed nihil hoc (inquies) ad omnes pertinet. Imo ad omnes. Nam si ad naturam nostram descendit, patet quoniam ad omnes. Sed quomodo non omnes inde luctum consecuti suot, inquies? Id certè, non illius causa, qui maximè hoc optat, accidit, sed eorum culpa qui eum suscipere nolont. Quod si ad omnes, & ad vnumquémque profectò. Singulis enim fidelibus per hoc mysterium se commiscet: & quos peperit, non alij nutriendos tradit, sed ipse studiosissimè alit, hac etiam re tibi persuadens, carnem illum tuam assumpsisse. Tanta igitur charitate atque honore affecti, non torpeamus.] Sic restitui locum, qui in plerisque vulgaribus Codicibus luxatus & interpolatus est, interturbatione quorumdam verborum, eadem tamen semper sententia. En igitur, vnicuique fidelium, coniunctum Dei Verbum per Eucharistiam, quod per Incarnationem, vnicæ humanitati obrigerat.

13. Rupertus in eandem sententiam egregiè Philosophatns est lib. 2. de Offic. cap. 11. describens vtilitates mysterij Eucharistiæ, his præter cætera. [Vni & soli qui descendit de cœlo, Filio hominis, quia vna persona est cum Filio Dei, cum Verbo Patris, quod de cœlo descendit, & de corde Patris in vtetum venit Virginis; vni inqnam & Soli, Filio Dei, Filióque hominis, tanqnam suo capiti cuncta membra corporis annectuntur, omnes qui in fide huius Sacramenti, in plenitodinè huius charitatis, suor recepti: Et sic vnum corpus, vna persona, vnus Christus, caput cum suis membris in cœlum ascendit, dicítque gratulabundus glorioſam Deo assignans Ecclesiam. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Et ostendens, se atque illam, in personæ conuenisse vnitatem; *Et erunt* (inquit) *duo in carne vna.* Magnum hoc Sactamentum est. Caro Christi quæ ante passionem solius etat cato Verbi Dei, per passionem ita creuit, adeò dilatata est, ita mundum vniuersum impleuit, vt omnes electos qui fuerunt ab initio mundi vel futuri sunt vsque ad vltimom electum in fine secnli, noua conspersione huius Sacramenti, in vnam Ecclesiam faciat Deum & homines æternalitet copulati.]

Desiderium flagrantissimum quo Christus Lucæ 22. contestatus est se desiderare Pascha postremum manducare cum discipulis, in hanc tem addncit Paschasius ferè in fine expositi in narrationem Cœnæ Domini ex cap. 26. Matth. [Assumpserat enim hominem in Deum, quando Verbum caro factum est, vt per cum essemus in illo. Sed necdum ille, admiscuerat se per carnem suam nobis, vt SINOVLI membra, in illo vnum essemus corpus. Quia etsi caro nihil prodest per se, Spiritus Sanctus est qui viuificat corpus, vt in nobis omnibus, vnus sit Christus. In vno eodémque viuificamur Spiritu, & manemus in illo, per hominem quem assumpsit; sicut & ipse, per hoc mysterium corporis & sanguinis sui, in nobis. Et ideò nostræ salutis summa, qnia in isto consistit Sacramento, desiderlo diu desiderans adimpleuit, vt cum suis antequàm pateretur, hoc verum manducaret Pascha, quatenus per hoc, antequàm se daret in pretium, nos lo tollo, & ipse in nobis vnum essemus corpus.] Et inferiùs, negat salem aut mel adijciendum huius mysterij confectioni, sednmnia conficienda ait ex ritu ab eo constitnto [quatenus per hoc ille in nobis concorpotatus maneat, sicut & nos in illo per hominem Deum quem assumpsit.]

Amor Christiin Eucharistia.

14. Idipsum idem Paschasius l. de Sacrament. cap. 11. insinuatum putat permistione illa aquæ modicæ cum vino, in Saetamenti confectionem. Quamuis enim dicat, non legi (vtique in Scripturis) Christum Dominum, in Natali calicis, id est in suptemæ nocte cœnæ quando hoc Sacrameotum est institutum, vino consecrando aqnam admiscuisse; censet tamen Apostolos plenè intelligentes Eucharistiæ mysterium, mandasse admiscri tantillam aquam vino, in calice benedictionis; vt constaret præter cætera, aquam: (quo elemento Angelus in Apocalypsi populos expressit) per Eucharistiam adjungi Christo; id quod etiam fluxus aquæ cum sanguine, de perfosso Christi latere, designauit. [Et ideò (inquit Paschasius,) tectè prouisum est, quia simul cum sanguine fluxit, vt hoc in mysterio veri sanguinis admisceatur: quatenus & nos in illo simus, & per hoc salutis Sacramentum diuinis obiutibus illico vniti, mystícè offeramur. Nam si vinum sine aqua offeratur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si autem aqua sola, iam plebs videtur esse sine Christo. Quando autem vtumque miscetur & conjungitur, tunc rectè mysterium Ecclesiæ spiritualiter perficitur. Nulli igitur liquores sic se coüniunt, quomodò vinum & aqua: profectò, quia illud ex aqua per vitem, sicut Christus ex caroe per Mariam nascitur. Sed longè excellentiùs vinum quam aqua. Quas decoique aquas Dominum idcirco commutasse legimus, vt insipientia nostra euacuata, vinum iucunditatis in nobis exuberaret. Hinc sponsa in Canticis. *Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Ac deinde. *Exultabimus & lætabimur in te, memores uberum tuorum.* Exultant ergo fideles, dum se intelligunt ad tantam vnitatem Christi Christi socios per gratiam, & ad tantam flagrantiam charitatis proiectos. Et ideò quàm bene in hoc mysterio, nostra figura per aquam admittitur; vt vnusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in melius transmutatum?] Similia vel potiùs eadem, alijs tantùm ex parte verbis Algerus lib. 1. contra Bereng. cap. 19, allegato Iulio Papa Epistola ad Episcop. Ægypti. Idémque attigerat S. Cyprianus Epist. 63. Estque ea rstio, frequens in Concilijs & Patribus, cum tationem reddunt, cur vinum aqua mixtum assumatur ad sacrificium. Videbis varia loca quæ adducit Durantus lib. 2. de Rit. cap. 27. & Coccius Tomo 1. lib. 6. art. 13. Aiunt ergo passim DD. eam aquæ modicæ cum vino mixturam, fieri ad insinuationem nostræ cum Verbo conjunctionis per Eucharistiam.

15. Piè hanc conjunctionem meditans, pius Scriptor Iacobus Gornicius, qui ineunte superiore seculo claruit, sic exclamanit in Exercitijs Passionis Christi. [O admirabile mysterium! ô celsissimum Sacramentum! ô vos omnes quotquot Deum amatis, venite properate, videte, admiremini, obstupescite, laudate, annunciate, magnificate numen Domini. Tale namque támque admirandum opus operatus est in oobis Dominus, vt quisquis hoc voluerit intellectu perscrutari,

Sect. III. Cap. I.

perscrutati, non possit non & Spiritu contabescere, & deficere intellectu; imo & cunctis viribus præ admiratione destitui. Quamuis enim magnum & admirabile opus fuerit, quod Deus omnipotens humanam assumere naturam, nostróque mortali contegi sacco dignatus est: hoc tamen opus cuncta illius opera multis post se reliquit inextuallis. In illo namque opere, nostram in se recepit humanitatem: In isto verò, suam nobis largitur diuinitatem humanitati conjunctam atque vnitam, vt eam intra nos sumamus. In illo nostram ipse humanitatem, in isto eius nos induimus diuinitatem. O quis infinitam abyssum altissimæ charitatis huius, vllo possit intellectu contingere, quam Deus nobis in hoc sublimi & admirabili voluit declarare Sacramento? Et id quidem fecit in extremo vitæ suæ tempore, vt esset summa quædam, & clausula, perennísque memoria cunctorum operum suorum. Summum ille & perfectissimum bonum est & quia nihil melius excogitare potuit, seipsum nobis dedit, vt nobis bonitatem & cordis sui demonstraret amorem.]

16. S. Cyrillus lib. 11. in Ioann. cap. 16. & lib. 1. Glaphyr. in Genes. cap. *de Adam* ait hoc ipsum esse, quod Apostolus Ephes. 3. tanquerè suspicit; gentes factas esse Christo concorporales, & vt addit Algerus lib. 1. de Euchar. cap. 19. non concorporales dumtaxat, sed etiam consanguineas. In quam rem eruditè disputat Turrianus lib. 2. de Eucher. cap. 6. Et hanc ob causam Isidorus Thessalon. homil. in Deip. annunc. semel & iterum (pag. mihi 86. & 96.) ait, B. Virgineum summoperè expetere, vt carne Christi satiemur; eo quod conscia sit, hoc pacto fieri in vobis proportionalem Christi conjunctionem, cum ea quæ facta est, quando humanitas est Verbo coniuncta: qui fuit finis prædestinationis ipsius Deiparæ; & ob quem Christus nos Deo conjunctutus missus est in mundum. Expetit ergo, gaudétque Deipara, cum in nobis interuentu Angeli Domini hoc est Sacerdotis, proportionale mysterium peragitur, & tam luculenter refricatur memoria Incarnationis in ea diuinitus peractæ, adhibito Gabriele. Quia verò S. Cyrillus insigni planè ratiocinatione hunc locum illustrat eodem lib. 11. in Ioan. cap. 26. nec tantùm vnicuiusque nostrum ennjunctionem cum Deo per Eucharistiam confirmat, pro quo hactenus solliciti fuimus; sed etiam vnionem inter nos ipsos, ex vnione singulorum cum vno tertio per hoc mysterium facta, egregiè ejuit; placet eius disputationem tametsi longiusculam adscribere. [Considerandum est (inquit) si ad vnitatem consensus & voluntatis, naturalem etiam inuenire possumus per quam nos inter nos, & omnes Deo colligemur: Fortassis enim etiam corporali vnione coniungimur, licet adeò disseparati simus, vt vnusquisque seorsum, & subsistat & circumscribatur. Nam si Petrus & Paulus vnum vnitate in Christo sint, Petrus tamen Paulus non est. Age igitur cum Trinitas vnum natura sit, consideremus quomodò etiam nos ipsi inter nos, corporaliter. & cum Deo spiritualiter vnum sumus. Ex Dei Patris substantia Vnigenitus prodiens, & totum in sua natura genitorem possidens, caro factus secundùm Scripturam est, séque ipsum naturæ nostræ ineffabiliter conjunxit, atque vnjuit. Qui enim natura Deus est, verè homo factus est, non Theophorus, id est Deum in se per gratiam habens, vt mysterij vim ignorantes conijcudunt, sed verus Deus simul & homo est. Sic quæ inter se plurimùm secundùm naturam distant, in vno seipso conjunxit, & naturæ diuinæ participes nos effecit. Communicatio enim Spiritus & vt ita dicam, mansio, primùm in Christo fuit, & ab eo in nos penetrauit, cum homo factus ipse, templum suum proprio Spiritu perunxit atque sanctificauit. Otigo igitur & via qua Spiritu sancto participamus, & Deo vniti sumus, Christi mysterium est: Omnes enim in illo sanctificamur. Vt igitur inter nos & Deum, singulos vniret, quamuis corpore simul & anima distemos, modum tamen adinuenit consilio Patris & sapientiæ suæ congruentem. Suo enim corpore, credentes per communicationem mysticam benedicens, & secum & inter nos vnum nos corpus effecit. Quis enim eos qui vnius sancti corporis vnioue in vno Christo vniti sunt, ab hac naturali vnione alienos putabit? Nam si omnes vnum panem manducamus, vnum omnes corpus efficimur. Diuidi enim atque sejungi Christus non patitur. Idcirco etiam Ecclesia corpus Christi facta est, & nos singuli membra Christi, secundùm Paulum. Vni enim Christo per corpus suum conjuncti, quoniam in nobis illum qui est indiuisibilis accepimus, ipsi potiùs quàm nobis membra nostra accommodatur, &c. Quod autem corporalis hæc vnio ad Christum, participatione carnis acquiratur, ipse rursus Paulus de mysterio pietatis disserens testatus. *Quod alijs* (inquit) *generationibus non est agnitum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis. in Spiritu, esse gentes coheredes & concorporeas, & comparticipes promissionis in Christo.* Si autem omnes inter nos in Christo vnum sumus corpus; nec inter nos solùm, verùm etiam cum eo qui per carnem suam ad nos transiuit; quomodò vniuersi, & inter nos, & in Christo vnum non erimus? Christus enim est huius vnionis vinculum, quia Deus simul & homo est. Sed de vnioue corporali satis.]

Cujusmodi sit Dei nobiscum per Eucharistiam vnio.

17. Bene ista, & commodè ad perspiciendom Christi in nos ex diuina Eucharistia amorem, sua singularim nobiscum admistione & conjunctione testatum. Tantùm salebras ipsi in plano feciisse videri possumus, huius cum vnoquoque nostrum conjunctionis contentionem facientes, eum hypostatica & substantiali conjunctione Verbi & indiuiduæ Christi humanitatis. Quid enim rerum in suis terminis persistentium, conjunctioni per localem dumtaxat propinquitatem, cum Physica & maximè reali vnione humanitatis Christi, ad Verbi personam? Nonnulli quidem vnionem aliquam Physicam, inter corpus Christi, & eum à quo suscipitur, commenti sunt. Sed communis sensus Doctorum eam intelligentiam explosit, vt videre est apud Hentiq. lib. 8. cap. 36. & 37. Itaque cum amor æstimetur penes vnionem, iuxta Platonis Apologum de Vulcano, amantes conflante in vnum, nec desint qui formaliter amorem aliud non esse statuant quàm vnionem, quantum decidit veritati & perfectioni vnionis Christi nobiscum

per

per Eucharistiam, præ vnione quæ in mysterio Incarnationis intercuenit; tantum amor in Incarnatione exhibitus, præcellit amori nobis præstito in Eucharistia, & in receptione Christi per hoc mysterium.

Amor Christi in Eucharistia.

Non est Physica.

18. In hac re vtrò dandum est, coniunctionem Christi nobiscum per Eucharistiam, non esse vnionem physicam, id quod egregiè dixit creditus Cypr. serm. de Cœn. Dom. verbis illis. [Panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro; & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas; ita Sacramento visibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, vt esset religioni circa Sacramẽta deuotio, & ad veritatẽ cuius corpus & sanguis Sacramenta sunt, syncerior pateret accessus, vsq; ad participationem Spiritus. Non quod vsque ad consubstantialitatẽ Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius, hæc vnitas perueniss. Solus quippè Filius Patri consubstãtialis est; nec diuisibilis est, nec partiabilis substantia Trinitatis. Nostra verò & ipsius coniunctio, nec miscet personas, nec vnit substantias; sed affectus consociat & confœderat voluntates. Ita Ecclesia corpus Christi effecta, obsequitur capiti suo; & superius lumen in infectiota diffusum, claritatis suo plenitudine à fine vsque ad finem attingens, totum se omnibus commodat, & caloris illius idẽritas ita corpori assidet, vt à capite non recedat. Panis itaq; hîc azymus, cibus verus & syncerus, per speciẽ & Sacramentũ nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat.]

Suffragatur Damascenus otat. 3. de Imag. vbi recensens hominum sanctorum prærogatiuas supra Angelos, ait præter cæteta. [Non diuinæ naturæ participes & socij facti sunt Angeli, sed actionis & gratiæ. Homines verò participes & socij fiunt naturæ diuinæ, quicunque sanctũ Christi corpus sumunt, & pretiosum eius sanguinem bibunt. Per hypostasim enim siue personam diuinitati conjunguntur; duæque naturæ, in Christi corpore quod à nobis sumitur, persona conjunctæ sunt sine distractione. Itaq; duplicis naturæ participes efficimur, corporis ratione corporea, diuinitatis autẽ, ratione spirituali. Imo verò vtriúsque, per vtrámq; rationẽ. Non secundùm personã idem sumus, quippè qui eum prius essemus, postea coniuncti fuimus, sed per corporis & sanguinis concretionem.] Cur non igitur maiores Angelis sunt, qui syncerã hanc coniunctionẽ, mandatorum obseruatione tuentur atque conseruant? Natura quidem nostra, propter mortẽ & crassam corporis constitutionẽ est Angelis minor, sed benignitate conjunctionéq; Dei, major Angelis facta est.] Conjunctioné Dei, vocat concretionẽ eum Christi corpore & sanguine, in Eucharistia perceptis. Potrò hæc concretio siue cõmixtio, & vt Græca habeus συγχρασιν corporis & sanguinis Christi cũ sumẽte, non est intelligenda de agglutinatione substantiali & quãtitatiua, qualis fit inter cibum & materiam & quantitatem cibi qui assumitur, cum materia & quantitate viuentis qui cibo assumpto alitur. Neque enim Christi corpore physicè nutrimur, quicquid somniasse videantur Æthiopes, è quorum mente Zagazabo in sua fidei Confessione, tradit infantem Christianæ prægnantis, sanctificari per cõmunionem matris, in cuius ac patuuli substantiam supponit transire corpus Christi. Hæc iudicta sunt & pugnantia cum incorruptibilitate corporis Christi, vt per se liquet. Vnio igitur corporis Christi per Eucharistiam perceptam, cum carne nostra, non est vt cibi corpus cum alito; nec talẽ intendebat his verbis Pascasius l. de Sacr. c. 19. [Totus homo qui ex duabus constat substantijs redimitur; & ideò carne simul Christi & sanguine saginatur. Denique non sicut quidam volunt, anima sola hoc mysterio pascitur, quia non sola redimitur morte Christi & saluatur, verùm etiam & caro nostra per hoc ad immortalitatem & incorruptionẽ [illegible] Carni quidẽ caro spiritualiter conuiuificata [illegible] matur, vt & Christi substantia in nostra [illegible] inueniatur, sicut & ipsum nostrum, in [illegible] stat assumpsisse Deitatem.] Hæc carni Christi conuiuificatio spiritualis cum carne nostra [illegible] Paschasium, & vt mox addit, hæc Christi [illegible] carnem nostram spiritualiter facta refusio, long[illegible] alia est à corporea & physica vnione: qualem item non somniauit Algerus l. 2. de Euch. cap. 8. cum *animas nostras & corpora, animæ Christo & corpori vnori* per Eucharistiam dixit. Nam sicut vnio nostræ animæ ad animam Christi non potest esse physica, eum id repugner spiritualitati animæ, ita vnio corporis cum corpore, quam eodem verborum tenore admittit Algerus non est substantialis & physica.

Non est purè per fidem, vel charitatem.

19. Neque tamen est putè affectiua. Tametsi enim ereditus Cyprian. serm. de Cœn. Dom. hãc esse ait [quandam quasi incorporationem, subjectis obsequijs, voluntatibus iunctis, affectibus vnitis.] Tamen certũ est, eum non agere de vnione Christi nobiscum per Eucharistiam, purè affectiua; vel per solam fidem viuam, qualitantùm vnione admissa, Nestorius mysterium Incarnationis euertit. Nam contra eam vnionem Christi nobiscum per hoc mysterium, putè affectiuam, siue per fidem etiamsi viuam, conclamant nominatim grauissimi Patres, vt Chrysostomus homil. 83. in Matth. [Nos secum (inquit) in vnam, vt ita dicam, massam reducit, neque id fide solùm, sed reipsa nos corpus suum effecit.] Nec minus expressè S. Cyrillus l. 10. in Ioan. c. 13. impugnans Arrianum, abnitentem similitudine vitis & Agricolæ è Christo adhibita Ioan. 15. [Vetùm (inquit) quoniam nulla nos ratione humanitati Christi posse ista attribuere arbitratur, quoniam fide atque dilectione, non carne, illi conjungimur; age pauca de hoc dicamus, ac peruersè ab eo sacrarum literarum sensum exponi ostendamus. Non tamen negamus, recta nos fide, charitatéque syncera, Christo spiritualiter conjungi. Sed nullam nobis coniunctionis rationem secundùm carnem eum illo esse, id profectò pernegamus; idque à diuinis Scripturis, omnino alienum dicimus.] Et paulo post, expensis in eam rem Apostoli primùm, tum Christi verbis, subdit S. Cyrillus. [Vnde considerandum est, non habitudine solùm quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verùm etiam & participatione naturali. Nam quemadmodum si quis igne liquefactam ceram, alij cetæ similiter liquefactæ ita miscuerit, vt vnum quid ex vtrisque factum videatur: sic communicatione corporis & sanguinis Christi, ipse in nobis est, & nos in ipso. Non poterat enim aliter, corruptibilis hæc

Sect. III. Cap. I.

natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci, nisi naturalis vitæ corpus, ei conjungeretur.] Nihil potuit aduersùs phantasticam Caluini communionem per fidem, quam ille malignus omnium euersor in voluntate statuit, dici luculentiùs; vt possit breuis S. Cyrilli disputatio, abundè esse ad eam impietatem ex ipsis terminis pugnanten, fundituis exscindendam, præter ea quæ fortissimè & latissimè addensat Valentia 3.p.d.6.q.3.p.1.§.7.9.12. & 17.

20. Non est igitur Christi per Eucharistiam coniunctio nobiscum, putè effectiua, vel per solam fidem viuam aut charitatem. Patres grauissimi, confirmant esse vnionem naturalem, & conjunctionem substantiarum; cámque talem, vt vi eius, & vnum cum Deo, & vnum inter nos euadamus. Ideiteo enim ab Apostolo 1. Cor. 10. vnum corpus dicimur, quia scilicet omnes cum vno tertio naturaliter nobis conjuncto vnum sumus, atque adeò etiam vnum sumus inter nos ipsos, vt S. Cyrillus l. 10. in Ioan. cap. 13. ex eo Apostoli loco argumentatur. Ex eodem loco argumentatur in hanc rem S. Chrysostomus hom. 45. in Ioan. dicens. [Vnum corpus sumus, & membra de carne & ossibus eius (Initiati autem ea quæ dicuntur, diligenter considerent & sequantur: Vt autem non solùm per dilectionem, sed reipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur quem nobis largitus est. Cum enim suum in nos amorem indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè est. Hoc Iob significabat de seruis à quibus maximè amabatur qui suum amorem præ se ferentes, dicebant. *Qui dare nobis vt eius carnibus impleremur?* Quod Christus fecit vt maiori nos charitate astringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantùm videri permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & dentes carni suæ infigi, & desiderio sui omnes impleri.]

Quomodo à Patribus, dicta vnio naturalis.

21. Idem Chrysostomus hom. 15. in 1. ad Timoth. *in fine*, inducit Christum sic affantem Christianum hominem, & inter alia pignora amoris exhibita, adducentem istud. [Vniui te mihi atque conjunxi. Dixi, me comede, me bibe: & in cœlo te habeo, & tibi in terra conuector. Non tibi satis quod primitias tui in cœlo habeo? Non id consolatur affectum? Rursus ad inferiora descendi; non vtcunque commiscetor tibi, sed connector, comedor, & in frusta concidor, vt summa conjunctio & commistio atque vnio fiat. Quæ enim vniuntur, in suis terminis manent. Ego tibi contexor, nihil iam esse medij volo: vtraque vnum esse decerno.]

Fulbertus Carnot. epist. 3. egregiè eandem Christi nobiscum vnitatem per Eucharistiam agnoscit, & his præter cætera explicat. [Quia corpus suum quod semel pro nobis offerebat in pretium, paulo post à nostris visibus sublaturus fuerat in cœlum, ne sublati corporis fraudaremur præsentia nunimine, corporis nihilominus & sanguinis sui pignus salutare nobis reliquit, non inanis mysterij symbolum, sed compaginãte Spiritu sancto corpus Christi verum, quod quotidiana venetatione, sub visibili creaturæ forma, inuisibiliter virtus secreta in sacris solemnibus operatur. De quo sub hora passionis suæ ipse familiaribus suis ait *Hoc est corpus meum.* Et paulo post, *hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis fundetur.* Et alibi. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo* Qua vi Magistri autoritate animati, dum corpori & sanguini eius communicamus, audenter fatemur, nos in corpus illius transfundi, & ipsũ in nobis manere. In nobis ipsum manere dico, non solùm per concordiam voluntatis, sed etiam per naturæ vnitæ veritatem. Si enim Verbum caro factum est, & nos verè Verbum carnem cibo Dominico sumimus, quomodò non naturaliter Christus in nobis manere existimãdus est; & qui naturã carnis nostræ iam inseparabilẽ sibi homo natus assumpsit, & natorũ carnis suæ, ad naturã æternitatis sub Sacramento nobis cõmunicandæ carnis admiscuit? Ita ergo in Deo sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est.]

22. Fusè ex S. Hilario l. 8. de Trin. naturalem hanc nostram cum Christo conjunctionem per Eucharistiam, confirmat Guitmund. lib. 2. contra Bereng. qui *vniri naturaliter*, idem esse docet quod *vniri substantialiter.* Hoc est vniri plusquàm per fidem & affectum. Qua ratione exponit S. Cyrillus in Apolog. aduersùs Orient. defens. 3. & ad Eunoptium refut. 3. quod dixerat, conjunctiooem humanitatis ad Verbum, esse naturalem. Imo S. Hilarius, hanc naturalem conjunctionem Christi nobiscum per Eucharistiã, adeò altè euehit eo l. 8. de Trin. vt etiam audeat illã conferre cum ea sublimissima circuminsessione, per quam in diuinis, iuxta D. Augustinum singula in singulis existunt, & omnia in singulis & omnia in omnibus, & vnum omnia. Locus est longiusculus, sed cuius vel vnũ apicẽ præterire religio sit, adeò potenter rem conficit. Cum ergo Arriani, cõtra quos ibi disserit Sanctus Hilarius Patris & Filij naturalem vnitatem diffiteretentur, [Eos nunc sic illos impetit Sanctus Hilarius qui inter Patrem & Filiũ voluntatis ingerũt vnitatẽ, interrogo, vtrũmne per naturæ veritatẽ hodie Christus in nobis sit, an per concordiã voluntatis? Si enim verè Verbum caro factũ est; & nos verè Verbũ carnẽ cibo Dominico sumimus, quomodò non naturaliter manere in nobis existimãdus est, qui & naturã carnis nostræ iam inseparabilẽ sibi homo natus assumpsit, & naturã carnis suæ ad naturã æternitatis sub Sacramẽto, nobis cõmunicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes vnũ sumus, quia & in Christo Pater est, & Christus in nobis est. Quisquis ergo naturaliter, Patrem in Christo negabit, neget priùs nõ naturaliter vel se in Christo, vel Christũ sibi inesse, quia in Christo Pater, & Christus in nobis, vnum in his esse res faciunt. Si verè igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & verè homo ille qui ex Maria natus fuit, Christus est, nósque verè sub mysterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus quia Pater in eo est, & ille in nobis, quomodò voluntatis vnitas asseritur, cum naturalis per Sacramentum proprietas, perfectum Sacramentum sit vnitatis?]

Rursùs in eandem sententiam hæc mox Sanct. Hilarius. [De naturali in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo discimus, stultè atque impiè dicimus. Ipse enim ait, *caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum,*

in

in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguiis, non relictus est ambigendi locus. Nunc aim & ipsius Domini professione, & fide nostra, verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc acepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Annè hoc verè non est? Contingat planè his verum non esse, qui Christum Iesvm, verum esse Deum negat. Est ergo In nobis ipse per carnem, & sums in eo, dum secum hoc quod nos sumus In Do est. Quod autem in eo per Sacramentum communicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur dicens, *Et hic mundus iam me non videt. Vos autem me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis, quoniam & ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Si voluntatis tantùm vnitate vtelligi vellet; cur gradum quendam atque ordinem consummandæ vnitatis exposuit, nisi vt cùm ille in Patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rursum in nobis per Sacramentorum inesse mysterium crederetur? ac sic perfecta per mediatorem vnitas, doceretur; cum nobis in se manentibus, ipse maneret in Patre; & in Patre manens maneret in nobis, & ita ad vnitatem Patris proficeremus, cum qui in eo naturaliter secundùm natiuitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturalis hæc vnitas sit, ipse ita testatus est, *qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo* Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit eius tantùm in se assumptã habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autem huius vnitatis Sacramentum, superiùs iam docuerat, dicens, *sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducauerit meam carnem & ipse viuet per me.* Viuit ergo per Patrem, & quomodò per Patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Concludit vniuersam disputationem S Hilarius, verbis illis. [Hæc idcirco à nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantùm inter Patrem & Filium, vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebantur exemplo, tanquam nobis ad Filium, & per Filium ad Patrem, obsequio tantùm ac voluntate religionis vnitis, nulla per Sacramentũ carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cum & per honorem nobis datũ, Dei Filij; & per manentem in nobis carnaliter Filium, & in eo nobis corporaliter & inseparabiliter vnitis mysteriũ veræ ac naturalis vnitatis sit prædicandum.]

Componitur cum diuinarum personarum inexistentia mutua.

23. Non potuit S. Hilarius, altiùs subuehere coniunctionem fidelium cum Deo per Euchatistiam: quandoquidem contulit illam cum ea inexistentia mutua, & immeatione diuinarum inter seipsas personarum, qua nulla inter distinctas personas intelligi potest major vnitas. Idque ne S. Hilarius de suo cerebro commentus existimetur, præiuit ipse Christus Ioan. 6. Nam præmissis verbis illis quæ S. Hilarius allegauit, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo?* Subdit ad eam proportionalem circuminsessionem monstrandam. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, viuet propter me.*

Amor Christi in Eucharistia.

Vtrúmque locum, optimi Interpretes Ioan. 6. ad hoc institutum perbellè accommodant; & communicanti Eucharistiam, ex conjunctione cum Christo, viram diuinam & transitum quodammodò in Deum, obtingere docent.

24. S. Damascenus in versibus Anacreonticis quibus conuenientem aptarionem ad dignè communicandum sibi apprecatur, hanc vitam diuinam hominis percipientis Eucharistiã eiúsque veluti transitũ in Deum, his verbis exhibet, ex illis Christi verbis *in me manet & ego in eo.*

Sumam sacram synaxim,
Qua viuit, & Deus fit,
Quicumque corde puro.
Edat, bibitque Sermo
Hic namque fluxit à te:
Quisquis bibet cruorem
Meum, meámque carnem
Edet, manebit in me.
In bócque rursus ipse
Manebo. Verus hic est
Sermo Dei supremi.
Nam qui sacram synaxim,
Eiúsque suscipit vim,
Non solus ille, non iam
Est ille solus, inquam,
Sed magnę Christo secum,
Qui lumen es trifulgens.

In Horologio Græcorum, idem in Deum transitus per Eucharistiam, traditur versibus sic Latinè sonantibus.

O homo, diuinum sacro in cratere cruorem
Qui Domino præstante vides; horresce videndo.
Est fax, est homines exurens cærbo malignos,
Est corpus Domini, quod viscera in ista receptũ est.
Mo quoque (fingendi detur si audacia verbo.)
Diuificat, maiúsque aliquid mortalibus escis
Dat mihi, & ipsorum me collocat arce Deorum.

Hoc planè est, hominẽ per Eucharistiam viuere propter Christum, vt ipse viuit propter Patrem.

Vnio cum Dei per Eucharistiam, summa.

25. Quare meritissimò S. Dyonisius, vnionem Dei nobiscum per Eucharistiam, affirmat esse κατάκρον; idest ad summum verticem proiectam. Sic enim ille in Eccles. Hierar. interpretans quid ænigmaticè significet hostiæ in Missa ostensio atque partitio. [Deus Verbum, sua bonitate & singulari erga homines charitate motus, cum esset alioqui simplex & inaspectabilis, sine vlla sui mutatione factus est compositus & aspectabilis. Factus verò homo, communionem beneficè instituit, quæ cum eo nos in vnum coniungeret, & ipse ea quæ naturæ nostræ suut humilia & infima, cum suis diuinissimis summa vnione copularet; si modò non tanquam membra cum eo, similitudine vitæ sanctæ coagmentati compactique simus, ac non potiùs peccatis mortui, cum diuinis eisdémque sanctissimis mẽbris, neque coniungi, neque conglutinari, neque vitæ eius participes esse queamus. Oportet enim si communionem participationémque eius cupimus, In vitam eius quam in carne vixit, intueri, & imitatione atque similitudine sanctitatis, ad habitum diuinæ & incorruptæ virtutis recurrere. Sic enim nobis vt sui similibus, sui participationem aptè & appositè largietur.]

En, iudice S. Dyonisio, summam nostram cum Deo vnionem, κατάκρον: quæ tametsi longè depressior est quàm illa verè non vnio sed vni-

Sect. III. Cap. I.

tis,quæ cernitur in diuinis:habet ramen aliqualem cum ea proportionem,ipso Christo Iudice, vt vidimus. Et quamuis minor etiam est , quam vnio hypostatica illius indiuidnæ humanitatis , quæ ad Christi compagem pertinet: est tamen perfectior ea vnione cum Deo,quam cæteræ indiuiduæ humanitates sunt assecutæ , in tanta subuectione vnius singularis naturæ,suæ speciei & essentiæ.Longè quippè proximiùs & intimiùs Deum singuli contingimus per communionem Eucharistiæ,quàm per humanitatis Christi assumptionem ad subsistentiam Verbi , quæ non nisi per denominationem extrinsecam ab affini nobis natura, vnumquemque nostrũ contingit. In summa, eiusmodi est intimitas & coniunctio Dei ad nos per Eucharistiam , vt inter duo indiuidua in suis terminis perseuerantia , cogitari maior intimitas non possit. Hoc vnum voluerunt,qui cum negarent,vnionem Christi nobiscum per Eucharistiam , esse purè per affectum, itémque esse Physicam vinculationem qualis est inter materiam & formam,vel inter duas aquæ partes appositas ; dixerunt tamen , esse veram vnionem substantiæ carnis Christi & carnis nostræ. Multos sic opinatos adducit & sequitur Salazar Iságoge in Cant. c. 6. §. 3. post Vasq. 3. p. d. 204. c. 4. intelligendi verò sunt hi DD. de vnione per solam intimitatem propositam.

Frustra ergo ad deterendam perfectionem amoris per hoc mysterium à Christo exhibiti , allegabatur imperfectio vnionis cum Deo collatæ per hoc mysterium , præ vnione quæ collata est per Incarnationem. At monstratum est , si rectè institueretur comparatio , hoc est si vnio vniuscuiusque nostrum cum Deo , conferretur cum vnione quam singuli item nostrum ad Deum acquisituimus per Incatnationem , multo perfectiorem esse vnionem siue coniunctionem illam cum Deo, quæ nobis obtingit per mysterium Eucharistiæ. Quod proinde argumenta amoris diuini in nos subministrat nihilo perfectiora , imo etiam illustriora , quàm Incarnatio, quantum quidem est ex parte vnionis,penes quá solam Eucharistia cadere causa dicebatur,in contentione de præcellentia amotis à Deo nobis exhibiti in alterutro mysterio. Atque ita cõcludere meritò licet,Eucharistiã esse Sacramentũ charitatis,(vtiq; diuinæ in hominẽ;) de qua nomenclatione huius mysterij,consulendus S. Thomas, adductus in Onomast.V.*Sacramentum charitatis.*

Vicissim quantus amor Deo debitus ob Eucharistiam.

26. Si tanta Dei erga nos charitas , tantáque amoris flagrantia in hoc Sacramento ; quantam à nobis vicissim charitatem , quantum amorem in Deum, ex hoc mysterio existere consentaneũ est:illatio est his verbis concepta à S. Chrysost. homil. 24. in 1. Cor. [Hoc corpus nobis dedit comedendum, quod fuit imminensæ dilectionis. Nam quos amamus, etiam mordemus sæpiùs. Quãobrem Iob quoque, seruorũ suorum amoré in ipsum indicans,dicebat;quod sæpè illi, ipsum valdè amantes, dicebant , *quis dederit nobis impleri eius carnibus?* Sic etiam Christus , nobis dedit vt impleremur eius carnibus(ad maiorem nos attrahens amicitiam. Accedamus ergo ad eum , cum feruore & ardente charitate.]

Eiusdem Chrysost. monitum est homil. 45. in Ioan.Si rectè caput nostrum intelligimus, & quam in nos præ se tulit charitatem,fugendum nobis esse à Sacra mensa, ignẽ spirandoque præferendo leonũ ardorẽ.Quo spectans S.Cyill.l.2. Glaphir in Pent.*c.de hostia agni*,tractans ex carnes Agni nõ esse comedẽdæ nisi assæ igni,respondet ; causam esse,quod oporteat esse nos inflammatos spiritu,& charitate in Deum flagrantissima successos,qui ad communionem corporis Christi accedunt,& vt apud Paulum Rom. 12. dicitur , *Spiritu feruere.* Talem,S. Franciscum erga Eucharistiam exhibet S. Bonauenturam eius Actis c. 9. verbis illis. [Flagrabat ergo Sacramentum Dominici corporis , feruore omnium medullarũ,stupore admirans permaxime illam charissimam diguationẽ & diguantissimã charitatem:Sæpè communicabat, & tam deuotè vt alios deuotos efficerer,dũ ad immacilati agni degustationem suauem , quasi Spiritu ebrius,in mentis,[vt plurimum) rapiebatur excessum.]

27.Debet hæc charitas in Deum,ob communicatam Eucharistiã,non modò flagrans & succensa esse, sed etiam perennis & indissociabilis. Quod Euseb. Gallican. hom.5.de Pasc. *ad finem*, præclarè in hunc modum eruit,ex materia Eucharistiæ pane inquam & vino. [Dum in Sacramentis vino aqua miscetur, Christo fidelis populus incorporatur & iungitur, & quadã ei copula perfectæ charitatis vnitur , vt possit dicere cum Apostolo,*quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio , & reliqua.* Deus autẽ homini susceptæ sanctificationi miscetur, quando fides in ipso pectore , affectu iustitiæ,misericordiæ,pietatis infunditur.Etiam in hocipso quod numerosis tritici granis conficitur nouimus , vniratem constat assignari populorum. Sicut enim frumentum quod solita purgantis sollicitudine præparatum , in candidam speciem molarum labore perficitur ac per aquã & ignem in vnius panis substantiam congregatur ; sic variæ gentes, diuersæque nationes in vnam fidem conuenientes, vnum de se Christi corpus efficiunt : & Christianus populus, quasi tritici innumerabilia grana,à facrilegis nationibus fide purgante atque cribrante discernitur, & in vnum quasi infidelium lolio pertranseunte colligitur;& duorum Testamentorum instructione velut frumentum gemino molarum opere cutatum nitescit ; & in illam primæ originis digniratem natiuo candore mutatur,ac per aquã baptismi, vel per ignem Spiritus sancti , æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo separati grana ab illius confecti panis adunatiane non possunt, & sicut aqua ad propriam redire substantiam vino permixta iam non potest : sic & fideles quique atque sapientes,qui redemptos se Christi sanguine & passione cognoscunt , ita debent quasi inseparabilia membra capiti suo, fidei conseruatione & adunatissima religione sociati ; vt ab eo non voluntate, non necessitate sejungi , non vlla terrenæ spei ambitione , non denique ipsa possint morte diuelli.]

Gaudium amori commensum,intuitu eiusdem mysterij , concipiendum.

28.Amoris fructex,est gaudium.Et hoc Laur. Iustin. serm.de Euchar. num. 23.ex tanti Sacramenti participatione , tantique erga nos diuini amoris vsura , existere eximium debere , his verbis tradit, agens de Verbi nobiscum connubio. [Huic castissimæ sponsæ, nedum in Virginali

nali adhæsit vtero, vt esset duo in carne vna, verùm etiam in corporis & sanguinis sui Sacramento, quatenus sint duo in vno Spiritu: si tamen spiritualiter manducetur; quoniam qui adhæret Deo, vnus Spiritus sit eum eo. Eia igitur nunc lætare mater Ecclesia, & cum vniuersis filijs tuis, exultationis & gaudij conuentum age, quoniam meruisti fieri mater & filia, nupta & Virgo, fœcunda & casta? ita vt qui fecit te, nasceretur ex te, & habitaret in te; adeò vt cum omnium admiratione, veraciter dicetes, *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Meruisti inquam, Dei & Domini, præceptoris & sponsi, fratris & redemptoris tui, saginari carnibus, & sanguine debriari eum sobrietate Spiritus & amoris temperantia. Quamobrem de te Psaltes eximius, sponso Christo ecemit dicens, *vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensæ tuæ.* In circuitu planè mensæ altaris, Filij tui, quos per Verbum veritatis genuisti Deo, saetatissimi corporis Domini pascuntur edulio; tam piè, tam deuotè, vt in voce Psalmi, in exultatione mentis, in fidei confessione, epulantium festiuus in aula cœlesti concrepet sonus, singulare prorsùs dilectionis accepisti pignus, in huiusmodi participatione mysterij, certámque de sponso tuo præsentiam, cui optimè tui amoris æstus aperire, vota persoluere, fundere orationes, gratias agere, decantare hymnos, ingeminare preces, exhibere laudes, atque suauissima vales piæ deuotionis depromere carmina.)

Sunt & illa gaudij ineentiua omnino fortia, quæ num. 26. suggetit ex tantis partieipatæ Eucharistiæ bonis. [Memoria etenim in oblatione hac agitur, illius quam in sua passione Dei Filius, excellentissimæ nobis charitatis notam fecit; qua nulla maior, nulla vtilior, nulla amabilior, nullaque oculis diuinæ maiestatis est gratior, dum honorem Deo, Angelis contubernium, exulibus cœlum, religioni cultum, iustitiæ debitum, normam sanctitati, obedientiam lepi genitibus fidem, lætitiam mundo, credentibus gaudium, vnitatem populis, Sacramentis legalibus finem, initium gratiæ, vittuti robur, hominibus pacem, lucem mentibus, spem laborantibus, peregrinantibus viam, petuenientibus tribuit speciem. Nempè dolores mediatoris nostri, irrogata conuicia, exeepta flagella, aceti & fellis poenula, elauotum & lanceæ vulnera, ex rediuiua sacrificij huius celebratione memorantur. Offertur æterno Patri, Nati assumpta humanitas, quatenus agnoscat ipse quem genuit, quémque pro hominum salute immisit in terras, vt interuentione ipsius, delinquentibus veniam, lapsis manum, & iustificatis præroget vitam.] His impulsa incentiuis vetus Ecclesia, tantam ex pereepta Eucharistia gestientis aoimi per externæ signa lætitiam expromebat, vt non posset maiorem. Omnes autem mœtoris & corporeæ afflictationis materias, studiosè per idem tempus remouebat, vt acceruatis eam in rem varijs priscis vsibus tradit Albaspinæus lib. 1. obseruat. 12. addens nominatim obseruat. 14. de Ieiunio qua die Eucharistia partieipabatur, primis Christianis seculis, interdicto. Ea certè ex causa Concilium Turonense 2. cap. 18. sancit, vt Monachi Augusto mense, quia quotidie Missæ Sanctorum sunt, habeant quotidie prandium, atque adeò Monachos non debere ieiunium tunc seruare. Ieiuoij quippè obseruatio, præodium remouet. Eandem rationem habuit Laodiceenum Concilium c. 51. statueodi, vt in Quadragesima festa Sanctorum (præterquàm festum Anounciationis Deiparæ, quod ipsi vocant festum *Euangelismi*) differentur in Sabbathum, aut Dominicam: qui dies apud Græcos erant à ieiunio immunes, & lætum exigete diem fas erat, Missæ celebratione in sanctorum booorem quorum agebatur memoria: quod præstare vigeote lege ieiunij, ducebant incongruum. Canon Trullanus 52. æque vetabat; tota quadragesima, dempto die Euangelismi, & Sabbathi ae Dominicæ, celebrari mysteria: Cuius vsus baoc rationem reddit Balsamum ibi. [Statutum est, vt ieiuniorum dies, luctus & compunctionis dies sint, ad sua vniuscuiúsque expianda peccata. Deo autem sacrificium offerre, est festum celebtare; festus autem dies, nihil est aliud quàm gaudium. Quomodò ergo potest quis simul & mœrere, & lætitia diffundi? Et ideò statuerunt Patres, oon fieri sacrificium, tota quadragesima præterquàm Sabbatho, & die Dominico, & die Annunciationis. In his enim festum agere, non deflete vel ieiunare, vel genu flectere, iussi sumus. Præsanctificatorum autem mioisterium, incruentum sactificium non dicimus, sed oblationem potiùs oblati & perfecti sacrificij, sacríque mysterij.] sicut apud nos ministerium præsanctificatorum quod in paraseeue obitur, non est verum sacrificium, vt supra tactum est sect. 2. cap. 1. num. 5. Æuo Caroli Magni, festum cuiuslibet sancti, vocabatur *Missa eius.* Vnde condiecbarur ad Missam S. Ioannis, id est ad S. Ioannis festum diem, vt videre est apud Aymoïnum lib. 3. cap. 34. & alibi passim, necnon apud Flodoardum in Chrooico anno 921. & alibi non semel. Quod bene firmat, sacrificium esse festi & lætitiæ argumeotum.

Amor Christi in Eucharistia.

CAPVT II.

Christi sapientia, lucerna altera, splendens in mysterio Eucharistiæ.

1. INgeniosus est amor. Itaque sicut summus est erga mortales à Cbristo proditus in Eucharistiæ mysterio, ita adinuentiones planè mirabiles in eodem diuino Saeramenro exbibuit, quibus seruiter eommodis nostris. Eas adinueotiones, quas Isaias euulgate, & in populis ootas faeere admonet, persequemur hoc loeo, consequenter ad amorem, qui illas per Sapientiam excogitauit & ptotulit.

Præsentia Christi perennis, & fructuum præsentiæ visibilis perpetuatio, specimen diuinæ sapientiæ in Eucharistia.

Esto igitur ordine ptimum, & vtilitate per maximum diuinæ sapienriæ specimen circa hoc mysterium, quod per illud collatim nobis est, vt Cbristus qui visibili & corporali specie adesse sempet præsens noo poterat, digressus præstituto tempore, perstater oobiseum; nec mioori sibi curæ esse generatiooem venturam quam fecit ei Dominus, quàm tunc præsentem, & vi-

Sect. III. Cap. II.

sibili visibiliter potientem, demonstraret. Desexit Christi in hac parte sapientiam, Laur. Iustinianus l. de Casto conoubio Verbi & animæ cap. 24. n. a. verbis illis. [Quoniam verò sic apparuit in visibili specie Dei sapientia, vt cotupleto dispensationis suæ ministerio, regrederetur ad Patrem vnde venerat & à quo non discesserat, congruum fuit vt taliter se exhiberet, quatenus nec quos elegerat præsentes derelinqueret nec ventutis se negaret, sed cunctos pati se ostenderet dilexisse charitate. Quod quidem optimè perfecit, eum se sub modica panis viniqne specie realiter communicauit. Meritò enim tale opus diuinæ conuenit sapientiæ, nullique nisi Verbo sempiterno, huiusmodi debebatur elargitio charitatis.] Hue respexisse Christum Matthæi vltimo, cum in procinctu conscendendi in cœlum dixit discipulis, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi*, censuis Turrecrem. tract. de Euch. cap. 5. Similitérque eum locum de Eucharistia accipiunt Nicolaus Methon. Opusc. contra hæsitantes, & Clemens V. cum Concilio Viennensi, Clementina vnica *de reliq. & veneral. Sanctor.* & Sanct. Franciscus Admonitione ad omnes Fratres cap. 2.

Sapientissimè item prouisum est, vt Sacramentalis huius Christi præsentiæ, ijdem proportione fructus essent qui præsentiæ visibilis. Cum enim à Christo visibiliter præsente, consecuti simus intelligentiam & redemptionem; (docuit quippè nos necessaria scitu mysteria, & satisfecit pro nobis,) hoc mysterio præstitit, vt doctrina semel tradita perenniter perstaret, nec vlla vnquam obliuione intercideres: placatio autem Deo data, instauraretur quotidie; id est cum apud Deum semper vigeres, tum in erogasionem liuri nobis in Christi morte comparati dispensaretur opportunè, & pro quotidianis morbis quotidianum remedium, sanguinis in cruce fusi efficacitate grauidum, præsto esset. Euoluamus ista paulo distinctiùs, & quanta sapientia circa huius mystetij finem, ad modum, à Christo eius autore sit prodita, patefaciamus.

Doctrina à Christo viatore tradita, vigens semper per Eucharistiam memoria, specimen insigne sapientiæ.

2. Hominis peculiare & damnosissimum malum, est obliuiositas, vt propterea Psalmo 8. homo, *Enos* id est *obliuiosus* denominatus sit versu illo, *Quid est homo* (Hebræa habent, *quid est Enos*) *quod memor es eius*; vbi excellentem contrapositionem memotis Dei ad immemotem hominem suspici à Psalte, admonuit Eosebius 51. præpar. cap. 4. cuius hæc est de ea nominis *Enos* & hominem & obliuiosum significantis notionis obseruatio.

Quanquam idem 7. eiusdem operis cap. 8. aliter de eius nominis notatione philosopharur, post Philonem l. qnod deterius potioti insidietur, & lib. de Abraham. *Enos* exponens *sperantem bene, sicque bona spe sustinentem.* Vt vt sit, hominem esse obliuiosissimum, diffiteri non licet. At sicut [memoriam sacra Scriptura *Ephraim* nominat, quam vocem fertilitatem fructuum interpretati licet;] Verba sunt Philonis l. de congressu quærendæ erudit gratia. Ita obliuionem, sterilitatem eiusvis boni. & omnium malorum feracitatem, liceat dicere. Hic est vnus de tribus magnis & immitibus gigantibus, qui nunquam intermiserunt bellum in genus humanum ex quo Adamum prostrauerunt in Patadiso, vt ait Nicolaus in rescripto ad Marcum exercitatotem, agens gratias pro transmissis ab eo præceptis salutaribus, in quorum ealce sic de illis gigantibus philosophatus erat idem Marcus. [Sunt qui robusti gigantes illius maligni-nominantur, ante iam dicta ignotatio, malorum omnium mater, obliuio quæ est eius soror adiutrix & socia, & quæ tenebrosum atræ nubis amictum, & velamen subtexit animæ socordia, quæ fulcit & confirmas ambas, eisque præbet vt subsistant, efficiens vt in anima negligentissima, vitium immoretur. Nam ab ignania, obliuione, & ignorantia, teliquotum affectuum fulcimenta firmantur & crescunt, quia se mutuo iuuant, & vna reliquis absentibus subsistere nequit. Potens aduersarij vires, & validi Principes illius maligni demonstrantur, vtpotè quorum opera vniuersus exercitus spitituum nequitiæ subingreditur, suffulcitur, & quæ excogitauit petagere potest; sine quibus proposita cõsistere nequeunt. Si velis igitur aduersùs affectiones antedictas reportare victoriã, & aciem alienigenarum intelligibiliũ facilè fugare, precibus & auxilio diuino roboratus, tam in teipso, quàm in profundo cordis, inuestigato hosce tres potentes Diaboli gigantes, obliuionẽ inquam, ignauiam, & ignorationem Hoc est præsidium alienigenarũ intelligibiliũ; vnde reliqui vitiosi affectus subingressi; agunt, viunnt, & valent in animis homiuũ, voluptatibus & vanæ gloriæ deditorũ.]

3. Obliuionem igitur adeò damnosam, vetéque totius iuiquitatis fontem, obstructurus Christus Dominus, Eucharistiam iosigni sapientiæ suæ innento exhibuit, vt esset nobis *memoriale saluificum*, iuxta modum loquendi Laurentij Iustiniani l. de casto connub. verbi & animæ cap. 24. vel qnod inxta Psaltem varij vsurpant, *memoria mirabilium Dei*. Nam ipse quoque Christus Dominus, hoc mysterium abs se institutum profitetur in sui commemorationem, quod est dicere ne exciderent magna illa & excelsa mysteria quæ in Christo gesta erant, vel per Christum Magistrum patefacta, institutum esse hoc *Sacramentum memoriæ*: quo mirabili epitheto, diuinum hoc Sacramentum insignit S. Aug. 20. contra Faust. cap. 21. Obliuiosiati nostræ curandæ institutum esse hoc remediũ notauit optimè Rupert. l. 2. de offic. c. 10. Dixerit copiosè de hoc huius Sacramenti bono & fructuosissima obliuioois pet illud exclusione, Magnus Albert. tract. de Euch. serm. 2. qui nomine S. Th. circumfertur opusc. 58. c. 2. tripertito digerens ea capita, quæ nobis debent obuersari perpetuò in memoria de Christo; præteritæ videlicet charitatis qua redemit nos factus homo & passus pro nobis; præsentis inspectionis qua nunc quoque prospicit per cancellos specierum, stans post parietem carnis nostræ, vel post species sensibiles, vt interpretatur Turrecr. tract. de Eug. c. 5. ac denique futuræ bonorũ & malorũ discretionis, in iudicio extremo. Hæc porrò omnia à Christo dũ aduineret tradita, reuocari nobis in memoriã per Eucharistiam, (quod Albert. ibi præterijt,) non difficile est agnoscere; cum Incarnatio Verbi, (atque adeò etiam Trinitas, per Verbum consignificata,) & passio, expressissimè exhibeantur per Eucharistiam de quo iam actum est

sect.

sect. præced. c. 1. Estque id adeò perspicuũ ex fine institutionis huius mysterij, vt nihil sit exploratius. Albertus supra, hùc aduocat illud Threno 3. *recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthij quoque, ac fellis*: quorum primum, commodè ad Vrbi Incarnationem referrtur, secundùm verò ad passionem. Incarnatio enim fuit transgressio Verbi, à sinu Patris ad vallem miseriæ nostræ, fuitque verè paupertas Christi, iuxta modum loquendi Nazianzeni orat. 20. & 38. Augustini in Psal. 101. Fulgentij lib. contra serm. Fastid. c. 19. & multorum aliorum Patrum, qui adducti sunt tractando dominium proprietatis Christi, juxta quos, Christus cum dives esset, egenus factus est, quia carnis nostræ mastrucam superinduxit trabæ diuinitatis. Absynthium verò Christi amaritudo & felfuit passio crucis. Iubet ergo nos hæc recordari per hoc mysterium, quod Adelmanus Epist. ad Bereng. propterea dixit institutum in commemorationem charitatis & obedientiæ Christi. Nam charitas qua Deus dilexit mundum, enituit in Incarnatione; sicut obedientia teste Apostolo, in morte crucis. Denique judicij vlrimi imaginem in hoc mysterio præbuit, cum mors est malis, vita bonis; & his salutem perceptione sua, illis mortem coociliat. Dieuotut ista & verè & piè, sed paulo indistinctiùs, quæ juuat capitatim excutere.

Sapientia Christi in Eucharist.

Sigillatim quæ mysteria à Christo tradita, refricentur per Eucharistiam. Trinitas.

4. Cardinalia fidei oostræ mysteria, quæ Christi aduentu innotuere, sunt Trinitas personarum diuinarum, personæ Verbi corporatio, eiusdem in carne passio, tesurrectio à mortuis, & ascensio in cœlum, vnde in fine seculi regredietur, beaturus æterna sui societate qui piè vixerint, multaturus verò ingratos diuinis miserationibus. Viget in nobis, huius totius diuinæ doctrinæ memoria per Eucharistiam. Trinitatis mysterium, Ioannes de Ragusio sub initium orarionis de communione sub vtraque specie; allegato Alberto in Tractatu de Officio Missæ, monstrari ac recoli ostendit, cum præmisisset has esse vias sapientiæ Dei quas Salomon Prouerb. 30. Sibi absconditas confessus est, nobis autem reuelauit Deus & per hoc mysterium recolendas disposuit. Ait ergo Ragusinus in Concilio Basilensi. [Valdè pulchrum est considerare, qualiter cœlestis altitudo consilij disposuit, vt sicut tres sunt personæ in vnitate diuinæ substantiæ, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; ita tres essent substantiæ, in vnitate personæ scilicet diuinitas, corpus, & anima. Et sicut Christus secundùm naturam diuinam tribus modis existit io omoibus, per essentiam, præsentiam, & potentiam in solis instis per gratiam & gloriam, in homine assumpto, per vnionem: sic voluit, vt idem ipse secundùm naturam humanam, tribos modis in tebus existeret, scilicet localiter in cœlo, personalitet in Verbo, Sacramentaliter io altari. Sicut enim secundùm diuinitatem, totus essentialitet est in omoibus, ita secundùm humanitatem, totus Sacramentaliter est in omnibus locis in quibus conficitur & celebratur.]

Accedit eiusdem augustissimæ Triadis mysterij semouata memoria, ex perceptione Eucharistiæ, ob certam fidem de immeatione inseparabilique inexistentia motua personarum; vt proinde immisso in nos per diuinum cibum Dei Verbo, Pater & Spiritus sanctus, deesse non possint, ac ne cogitatione quidem sint dissociabiles. En igitur *doctrina nostra fidesque caput*, vt Naz. orat. 1. nominauit, en *clauem fidei*, juxta Synodum Syrmiensem apud S. Hilarium l. de Synodis, cujus saluberrimam recordationem, mysterium Eucharistiæ exeludere nun patitur.

Incarnatio.

5. A summa Trinitate, progredior ad aliam non personatum sed substantiarum Trinitatem Ita incarnationem describit S. Bernardus serm. 3. de vigil. Natiu. Dom. [Sicut enim (inquit) in illa singulari diuinitate, Trinitas est in personis, vnitas in substantia: sic io ista speciali commixtione, Trinitas est in substantiis, & in persona voitas. Et sicut ibi personæ non scindunt vnitatem, vnitas non minuit Trinitatem; ita & hìc, persona non confundit substantias, nec substaotiæ ipsæ, personæ dissipant vnitatem: summa illa Trinitas, hanc nobis exhibuit Trinitatem, opus mirabile, opus singulare inter omnia, & super omnia opera sua. Verbum, enim, & anima & caro, in vnam conuenere personam: & hæc tria vnum & hoc vnum tria, non confusione substantiæ, sed voitate personæ.]

Hæc ergo Trinitas, cuius notitia & iugis recordatio tanti est, expressissimè ingeritur memoriæ nostræ per Eucharistiam; non modò, quia hìc denuò peragitur Incarnati Verbi mysterium per Christi reproductionem; sed etiam quia structura Christi est admodum affinis structuræ huius mysterij. Sicut enim Christus ex Deo abscondito, & humanitate extrinsecùs patente compingitur: sic Euchatistia ex abdita Christi substantia, & specierum inuolucro componitur. Quo alludens S. Irenæus l. 4. c. 34. ait, Eucharistiam esse quid cumpositum è re terrena & cœlesti, nempe ex speciebus & corpore Christi Addit Petrus Celleosis lib. de panibus c. 1. *in fine*. [Gratia naturæ vsum & cursum transiliens, sicut carnem Virginis in carnem Christi sanctificando creauit, & creando sanctificauit; similitudinem quidem carnis peccati conformans Verbo Dei, sed ad purum exeoquens naturam humanitatis, ne esset cato peccati: Sic de pane, mirabili eonuersione efficit corpus Christi, contegens specie panis, id quod veritate, non similitudine, est verus panis qui de eœlo descendit; similitudine, autem oon veritate, panis qui de clibano venit. Ecce gratia, ecee potentia, quæ ornant, sed & informant mensam istam.

Ad hæc Hugo Lingonensis epist. ad Bereng. [Quid tibi quæso, vile est (inquit) in ipsa quæ in Christi corpus transiit creatura? Nam & corpus quod Christus sumpsit ex Virgine, per naturam quidem corruptibili, etsi non corrupta per coitum, ex eodem extitit elemento ex quo fructus Sacramentorum processerunt. Ex hac ipsa materia, ipsos quoque Sacramentorum fructus nouimus procreari, quos Catholicè oblatos, secretâ Deitatis potentiâ per sanctum & indiuisibilem Spiritum, carnem Christi & sanguinem fieri confitemur. Sieut enim Verbum Dei in carne ioulsibile fuit, mansit tamen quod


image
not
available

Quamuis ergo eæ prædicationes idcirco tantùm fiant de Christo, quia valent circa species; tamen cum non sint nisi Metaphoricæ & impropriæ, nulla physica, nedum personalis, specierum ac Christi conjunctio, inferri inde debet, aut potest, vrsatis monstratum est]

Sapientia Christi in Eucharistia.

Germana per Eucharistiam excitatio ad memoriam Incarnationis, ac etiam Natiuitatis ex Virgine.

8. Neque tamen idcirco destituimur analogia conuenienti inter Eucharistiæ & Incarnationis mysteria, Alias quippè analogias inter ea mysteria præter eas quas iam ipsi superius hoc capite proposuimus, Patres sæpè celebrant, vt videre est apud Sanctesium tepetit. 2. cap. 5. In eandem sententiam plurima habet S. Hildegardis lib. 2. reuelat. visione 6. à num. 7. Addo & illa ex credito Bernardo serm. de Dignit. Sacerd. alloquente Sacerdotes. [Repentina conuersione seipsum inuenit homo propter infirmitatem iacentem in stabulo, Stabulum quid est? mundus est. Et propter pecorinam similitudinem, indigens erat fœno. Ea propter cibus cœlestis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Panis enim Angelorum, factus est fœnum. Vnicus Patris, filius hominis. Verbum quippè caro factum est. Et iuxta Prophetam, *omnis caro fœnum.* Comedunt igitur Angeli Verbum de Deo natum, comedunt homines Verbum fœnum factum. Paue suo viuunt, Angeli in cœlis, & beati sunt: fœno suo viuunt homines in terris, & sancti sunt, Fœnum quippè istud de prato Virginalis vteri collectum, factum est refectio jumentorum: Verborum vt fœnum fieret, laruit in Virgine, Sol in syderes, artifex in opere. Hoc autem liberalioris excellentiæ donum, contulit nobis primo in loco sacrosancta Verbi Patris Incarnatio, & vos secundariò de die in diem nobis exhibendo ministratis ex collatæ potestatis officio.] Quod assumit hic Autor de fœno carnis nostræ, pulchrè à vero Bernardo traditur serm. 3. de Circumcis. & à S. Ambrosio in Psalm. 43. ad illud *in te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Aliam Analogiam Eucharistiæ & Incarnationis penes conjunctionem Christi cum vnoquoque fidelium, proposuimus & ex varijs Patribus illustratam dedimus supra c. 1. tractantes amotem Christi in Eucharistia, eúmque componentes cum amore exhibito in Incarnatione.

Et Incarnationis in Virgine, & Natiuitatis ex Virgine, memoriam refricari per Eucharistiam, vt proximè significabat creditus Bernardus; argumento est, quod plerique Patres adducendi cum de lucerna septima, componunt altare cum præsepi, & stabulo in quo Christus natus est. Negat quidem Autor Mictologi, commemorari. Natiuitatem Christi in mysterio Eucharistiæ, sed fortassis tantùm vult reprehendere temeritatem eorum qui de suo cerebro, in Canone Missæ, verbis illis post consecrationem, quibus recoluntur mysteria Mortis, Resurrectionis, & Ascensionis, addebant in actu signato *Natiuitatem.* Ea enim additio facta priuato indicio, iure reprehenditur; quamuis reuera Natiuitatis Christi in actu exercito, non minùs hic recolatur, quàm Incarnatio. Argumentum verò quod ab Autore Mictologi; petitur in hanc rem ex Apostolo, docente annunciandam hic esse mortem Domini, non est idoneum. Est enim ab authoritate negatiua, quod genus argumentandi, nemo nescit imbelle esse. Ait igitur Apostolus; per Eucharistiam commune fieri hominem mortis Christi, nec idem dicit de Natiuitate: nun tamen idcirco id inficiatur.

9. Præclarè S. Damascenus libello de corpore & sanguine Domini nexuit ingestam nobis passionis Christi ac sepulturæ memoriam per Eucharistiæ mysterium, eximio diuinæ sapientiæ artificio ad id institutum, eum memoria Incarnationis & ortus ex Virgine per idem mysterium, (vt hactenus ostendimus,) renouata. Ibi (inquit de Incarnatione Verbi,) erat Sancta Virgo, mensa quæ materiam corporis Christi habet. Deinde sicut Angelus dixit, *Spiritus sanctus superuenit in eam*; & tunc virtus altissimi obumbrauit ei, Deus scilicet Verbum, persona diuina; & assumpsit ex ea carnem: Sic hic tanquam in vtero Virginis, in mensa mystica, posita est materia, panis, & vinum aqua mixtum. His enim mater nutriebatur, & materiam corporis infanti præbebat. Sacerdos vt [Angelus dicit, vt supeueniens Spiritus sanctus, sanctificet & faciat hunc panem corpus Christi, & hunc calicem preciosum, sanguine Christi. Et non per naturalem dispositione, sed per supernaturalem, ad consummationem corporis Dominici, fit vnum corpus, & non duo. Deinde eleuatur in manibus Sacerdotis in crucem, & frangitur, ac distribuitur, & in nobis sepelitur, & facit nos secum à corruptione liberos. Hic enim est finis aduentus sui in carne. Non corrumpitur in nobis, sicut non est corruptum corpus Domini in sepulchro. Quousque verò à nobis sumatur, omnia quæ sunt mortis, sustinet, & frangitur à nobis honorificè & fideliter. ac sæpenumero sceleratis manibus fœdè tractatur, & proijcitur; Et à muscis & à soricibus; non tamen corrumpitur, neque interitum capit. Christus dixit; *hoc facite in meam commemorationem: quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Memoria autem mortis, memoria dissolutionis est; mors enim dissolutio est, & non corruptio permanens.]

Reliqua Cardinalia mysteria per Eucharistiam, memorata.

10. Passionis, & mortis, & sepulturæ Christi, memoriam per Eucharistiam ingeri, vt ex prædictis non liqueret, innumera inferiùs varijs locis proferenda monstrabunt. Nec omittenda quæ sectione superiore c. 1. sunt proposita, tractando rationem sacrificij. Vbi vidimus, Christum vi verborum, in sacrificio incruento statui immolatum, & mortuum non sicca morte; hinc posito corpore, inde sanguine tanquam effuso. Idem fetunt illa S. Greg. hom. 37. in Euang. docentis Christum in mysterio altaris iterum pari, & immolari. Quibus affinia sunt, quæ habet 4. Dial. c. 58. & quæ Nyssenus orat. 1. de Resurr. & Hesychius l. 2. in Leuit. cap. 8. habent de anteoccupatione mortis in cuce subeundæ, eiúsque præuentione in sacrificio oblato per tempus cœnæ supremæ. Merito igitur S. Leo serm. 7. de Pass. c. 4. Eucharistiam vocat

Sect. III. Cap. II.

eat *Sacramentum Passionis ac mortis Domini.* Et Beda in cap. 14. Marci ad illud, *& primo die Azymorum*, ait Christum Luna 15. crucifixum; quarta-decima tamen qua agnus immolabatur, quia carnis suæ & sanguinis mysteria tradidit, ipsius immolationis, hoc est passionis suæ, exordium factasse profitetur. Demum recoli in hoc mysterio mortis & sepulturæ Christi memoriam, inde licet colligere, quod Gregorius Nyssenus orat. 1. de Resurr. cum non posset commodè expedire triduum & trinoctium commorationis Christi in corde terræ, eo deuenit, vt diceret, tempus illud à subitione Christi in discipulorum pectora esse numerandum. In qua sententia videntur etiam esse S. Augustin. l. 1. qq. Euang. q. 7. & Nicolaus 1. ad Consulta Bulgar. cap. 5. Quicquid enim sit, an eorum expositio quadret verbis Christi, (de quo alias) tamen apertè suffragatur veritati quam hîc intendimus. Non patitur itaque Eucharistia, passionem & mortem Christi in cuius commemorationem instituta est, nobis excidere; cuius adeò expressam imaginem, præfert objicitque fidelibus.

Resurrectionem Christi commemorari in Eucharistia; optimè docuit S. Cyrillus l. 12. in Ioan. cap. 58. verbis illis. [Iure, Sanctæ Congregationes die octauo in Ecclesijs fiunt, & foribus subtiliore modo clausis, visibiliter simul atque inuisibiliter, Christus omnibus appareat; inuisibiliter quidem vt Deus, visibiliter autem in corpore. Præbet enim nobis carnem suam tangendam, vt firmiter credamus, quia templum verũ suum suscitauit. Quod autem mysticæ benedictionis communio, resurrectionis Christi quædam confessio est, verbis ipsius probatur. Fractum enim panem distribuebat dicens, *hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur in remissionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem.* Participatio igitur mysterij, vera quædam confessio & commemoratio est, quod propter nos, & pro nobis, Dominus & mortuus sit & resurrexit, & diuina nos benedictione propter hoc replet. Fugiamus igitur infidelitatem post tactum Christi, & firmi atque stabiles ab omni longè ambiguitate inueniamur.]

11. Iungunt memoriæ resurrectionis, & anteriorum mysteriorum, memoriam quoque Ascensionis & regni Christi, varij Patres Mierologi Autor, Ambrosium & Augustinum in hanc rem adducit cap. 13. Ioans S. Ambrosij habetur l. 5. de Sacram. cap. 4. disertè idem habet Blesensis caim. de Eucb. cap. 15. & Damasc. epist. & homil. de Corp. Dom. & S. Anselmus l. de Sacr. Altar. p. 2. cap. 11. Astipulatur Concilium Ephesinum verbis illis. [Necessariò & hoc adijcimus. Annunciantes enim sicut secundùm catnem mortem Vnigeniti Filij Dei, idest IESV CHRISTI, & Resurrectionẽ eius, & in cœlos Ascensionem patiter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesijs sacrificij seruitutem: Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omniom nostrum Redemptoris, effecti.] Hæc verbatim habentur in Epistola S. Cyrilli ad Nestorium de Excommunicatione. Olim decima erat.

Eorundem ac reliquorum mysteriorum ad æternum vsque in cœlo regnum per Eucharistiam, pulchrè his versibus docet Hildebertus in expositione metrica Officij Missæ; post expressionem consecrationis.

Et quoniam quoties libauerit ista Sacerdos,
Christus eum memorem præcipit esse sui.
Hoc Sacramento nos commemorare fatemur.
Quod mortem tulerit omni creator homo.
Quod surgens cœlos ascenderis, hæc tria sanè
Qualem sacrificem vult cibus ille notant.
Scilicet vt carne moriatur, mente resurgat;
Ter quinis gradibus templa superna petat.
Sic memores passi, surgentis, ad astra volantis,
Et nos, & pariter plebs tua. Magne Deus.

Et inferiùs in calce carminis.

Fit cibus hic cuis in ligno, leo fortis in vrna.
Ales ad astra volans, Rex super astra sedens
Nèue putes illi, tumulúmve, crucémve deesse:
Ipse calix tumulum denotat, ara crucem.
Ara crucis, tumulique calix, lapidisque patena,
Sindonis officium, candida byssus habet.

12. Indidem sermone ad Pastores in Synodo, infert Hildebertus agens de triplici diæta, ad quantam vitæ sanctimoniam aspirare debeant Sacerdotes; quorum opere Passio, Resurrectio, & Ascensiò Christi commemoratur. Scribit Eugenius Roblesius agens de ordine officij. Mozarabum cap. 28. hostiam ex eorum instituto dispesci in nouem partes, in memoriam nouem præcipuarum fidei nostræ mysteriorum. Primum est corporationis, quod mox glossa ibidem subiecta accipi docet de Incarnatione, Secundum, Natiuitatis Domini. Tertium, Circumcisionis; Quartum, Apparitionis siue Epiphaniæ; Quintum, Passionis; Sextum, Mortis; Septimum, Resurrectionis; Octauum gloriæ siue Ascensionis, & additionis aula cœlestis; Nouem regni æterni, post iudicium, & malos à bonis discretos, consecutiri. Atque ita vides, aut absurdè Hieremiam Constantinopolitanum in Censura Lutheranorum cap. 13. affirmatè & latè exponere, totam Oeconomiam, idest omnia Christi mysteria, in sacra liturgia repræsentari ac commorari. Idem asserit Seuerus Alexandrinus in ordine Missæ.

Diuersitas in excitanda mysteriorum memoria per Eucharistiam.

13. Cæterum secernenda sunt, quæ Eucharistia ex vi suæ institutionis, & autoris Christi intentione repræsentat, atque commemorat; ab ijs quæ per sacros ritus ab Ecclesia in huius mysterij celebrationem insertos refricantur; vel quæ pia cuiúsque affectio, ex speciali Spiritus sancti afflatu concepta, de varijs Christi mysterijs ioter participandum Eucharistiæ, in memoriam reuocat. Nam ex vi institutionis, sola Christi passio directè commemoratur: inditectè verò ac veluti præsuppositiuè, mysteria quæ mortem antecesserunt. Neque enim Deus Verbum mori potuisset, & exhiberi tanquam pro nobis mortuum atque mactatum, nisi præcessisset Incarnatio atque Natiuitas; quæ proinde saltem implicitè recusrunt animo, quoties passio, & immolatio cruenta pro nobis excepta, reuocatur in memoriam, cætera verò mysteria, vel passioni non præsuppositæ necessariò, vt Epiphania, Baptismus, ac similia; vel passionem subsecuta, vt Resurrectio & Ascensio, hisque vlteriora, ne indirectè quidem commemorantur,

tur ex vi substantiæ huius sacrificij. Vnde Resurrectio quæ cernitur repræsentari per hostiæ prius diuisæ commistionem cum speciebus vini, possit non commemorari absque dispendio substantiæ sacrificij: si videlicet, hostiæ fractio prætermitteretur, vt sanè in S. Basilij Liturgia prætermittitur. Disertéque S. Thomas 3. part. q. 83. art. 6. negat sacrificium fore imperfectum, (omittum quoad substantiam & integritatem suam,) si fractio hostiæ non adhibeatur: atque adeò dissidet à S. Thoma Canus 11. de locis cap. 13. ad 4. affirmans, fractionem speciorum esse de sacrificij substantia. Quæcunque ergo per Eucharistiam repræsentari & commemorari diximus, præter mortem eique præsuppositia mysteria, non reuocantur in memoriam vi institutionis mysterij Eucharistiæ; sed vel per aliquam additionem Ecclesiasticam, vel ex speciali affectu per Spiritum sanctum immissio inter celebrandum hoc mysterium, iuxta illud Fulberti Epist. 1. *sub finem.* [De fide interioris hominis, procedit diuini gustus saporis: dum certè per saluatoris Eucharistiæ insusionem, influit Christos in viscera animæ sumentis: quem diua mens castis penetralibus in ea videlicet forma suscipit, qua sub ipsa recordatione mysterij, reuelante sibi, præsentem inuenit; infantem videlicet materno in gremio, aut cunis puerilibus iacentem, aut ara crucis immolatum, aut sepulchro quiescentem, aut certè calcata morte resurgentem, siue supra cœlos euectum, in gloria Patris sublimem. Iuxta quas species, Christus gratiæ communicantis intrans habitaculum, tot (vt ita dicam,) suauitatis odoribus mentem reficit, quot formis intimæ renelationis, oculus meditantis eum meruerit intueri.]

Insigne sapientiæ specimen, in commemoratione mysteriorum, applicatis Christi meritis, locupletandæ.

14. Quantoperè seruitum sit fulciendæ immemotiæ ostiæ per Eucharistiam, quamque per hoc mysterium, sapientia Dei sategerit arcere à nobis obliuionem mysteriorum quæ Christus superstes docuerat, hactenus satis est demonstratum. Noluit verò Christus eam memoriam esse nudam recordationem, infertilem fructus spiritualis. Et hoc ipsum insignis fuit sapientiæ, excogitare medium, quo satisfactio supra doctrinam à Christo superstite impensa, in dies singulos dispensaretur; sicque idem nobis esset, & monimentum, & munimentum, atque remedium. Insigne artificium diuinæ Christi sapientiæ, deprehendit Rupertus lib. 12. de victor. Verbi Dei cap. 12. in abscondenda vtilitate (vt ait) mortis & Resurrectionis Christi, in hac propria & singulari Passionis Christi commemoratione. Rationem reddit. [Nam illis qui mortui fuerant fidelibus, miro modo illa specie qua pependit in Cruce, factus vel datus est cibus: ita vt anima eius ad animas illorum in inferoum, & corpus eius ad corpora illorum, descenderet; essétque tribus diebus & tribus noctibus io corde terræ, in eodem ventre terræ, quo recepta vel assumpta fuerant corpora illorum.]

Explicatiùs, & ad Intelligendam diuinæ Christi sapientiæ vim; in abscondenda vtilitate mortis Christi, sub hac commemoratione mortis eius accommodatiùs idipsum apertiùs l. 3. de Oper. Spir. sanct. cap. 20. [Verè (inquit) rem mirabilem satis digne admirari non possumus. Nam quia mortui venire non poterant ad manducandum hunc panem Angelorum, iuit ad eos ipse, vt quomodò à mortuis manducari poterat, manducaretur panis Angelorum, vita viuentium, resurrectio mortuorum. Dissipari erant mortui. Etenim animæ quidè ad inferos descenderant, corpora verò in ventrem terræ recondita fuerant. Dissipari ergo voluit & ipse panis vitæ. Et anima quidem cum Verbo Deo, descendit ad inferos, ad animas eorum: Corpus verò non sine potentia Verbi eiusdem vbique præsentis, in ventrem terræ ad corpora eorum. Tale remedium illis inuenit, quomodò sapientia Dei, aliquo modo viuentibus. Et nobis victuris, qui nondum etamus, prouidendum erat, quia nimirum ad nos eo modo non erat vltra descensurus. Resurgens enim ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quærendum illi erat, imo iam sciit illum nobis expediebat, quo pacto nos illum dum viuimus, in animas & corpora nostra itasumere possemus. Quia sicut iam dictum est, postquàm mortui essemus, fieri non poterat quod semel factum est; vt scilicet rursus moreretur, & anima eius nostris in inferno animabus, corpus eius nostris in terra corporibus conjungeretur. Ergo & nobis, tam sapienter quàm misericorditer, idem in alia specie remedium prouidit, quomodò sapientia Dei. Fecit enim nobis Sacramentum, per quod & corpus eius in nostra corpora, & vita corporis eius, ideft Verbum Deus, in nostras animas infunderetur, & ipse tamen integer permaneret & viuus.]

Sapientia Christi, in Eucharistia.

15. Hæc ita vniuersè dicta, subobsè riora sunt, & aliquam affusionem lucis deposcunt. Hildebertus serm. ad Pastores in Synodo sic exponit, quomodo ministerio altaris placetur Deus transgressione originali, frequenter offenditur actuali. Illa semel commissa, delera est semel in Christo in cruce passo. Hæc acta quotidie delentur, Christo quotidie io altari immolato. Vt illa euacuaretur, missus est in mundum Christus Deus & homo, hostia & Sacerdos: vt euacuaretur ista, Ordinatus in Ecclesi ministerium altaris, non Deus sed homo, non hostia sed Sacerdos. Est itaque professionis vestræ, cœlesteoi sacrificijs placare indignationem. Vestrum spectat ministerium, per mysterium Dominici corporis, peccatores in diuinam reuocare gratiam.] Hæc tamen accipienda sunt cum graoo salis. Neque enim Passio Christi, solum originale peccatum obliterauit, vel actualia peccata alio expiamento quàm Passionis Christi abstergunturt. Idcirco itaque Hildebertus, soli Christi Passioni, deletioocm culpæ originalis attribuit, quia ea culpa deletur per baptismum ante Eucharistiam susceptam, quæ nemini non initiato communicatur. Baptismus aotem est veluti mare rubrum sanguine Christi passi purpuratum, in quo aduersatij omnes uostri, demerguntur. De qua comparatione Patribus frequenti, dicta sunt oon pauca tract. de cereo Agno cap. 8. num. 19. Actualium verò peccatorum remissio, tribuitur ministerio altaris, non excludendo passionem Christi, quæ est causa vniuersalis meritoria cuiusvis remissionis peccatorum, iuxta illud

hue

Sect. III. Cap. II.

huc ab Apostolo aptatum *sine sanguinis effusione non fit remissio.* Itaque suppositu, non autem exclusa Passione Christi, tribuitur ministerio altaris remissio transgressionum actualium, quia Eucharistia quatenus Sacramentum, liberat à venialibus, & præseruat à mortalibus, iuxta doctrinam Concilij Tridentini sess. 13. cap. 1. quam de effectu Eucharistiæ ex opere operato; & quamuis minùs præcipuo, tamen per se ac ex eius institutione intento, accipiendum esse, docet Suarez t. 3. 3. p. d. 63. s. 10. eadem vetò Eucharistia quatenus sacrificium, liberat à quibusvis culpis mediatè; nempè impetrando dispositiones ad id congruentes, quibus homo admissa peccata detestando, vel vsurpando Sacramenta ad effectum remissionis peccatorum destinata, consequatur nitorem animæ, vi meritorum Passionis Christi, per incruentum hoc sacrificium applicatorum.

16. Ad hunc ergo modum, per Eucharistiam Passio Christi & viget in memoria, per quotidianam repræsentationem obuersans oculis, & fructus eius in Sacramento maximè ac sacrificio altaris, nunquam exaresceute diuinæ benignitatis profluuio præter cœtetus eliees gratiæ, ad nos corriuatur. Optimè id ita attigit Eusebius Gallicanus homil. 5. de Pasch. *initio.* [Materiam de nostra mortalitate suscepit, vt de suo immortalitate collata, mori posset pro mortuis. Et ideo quia corpus assumptum ablaturus erat ex oculis nostris, & sydcribus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die Sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium: vt quia quotidiana & indefessa eurtebat pio hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio; & perennis illa victima viueret in memoria, & sempet præsens esset in gratia.]

Vsurpauit ipsa huius Auoris verba, eiúsque doctrinam habuit tatam, creditus Bernardus serm. de dignit. Sacerd. sic dissetens. [Voluit Christus vt ingiret coleretur pet mysterium, quod semel offerebatur in pretium; & illa pereunis victima viueret in memotia, & semper præsens esset in gratia. Quod & ita est. Licet enim recrudescat peccatum in multis, generalitas tamen otiginalis culpæ ita prorsùs ablata est, Leuiathmen vera venenato, io virtute fulgurantis hastæ mortis Christi, Iesv transfixo, vt ad expiationem eorum quæ quotidie admittuntur, Christum Deum non oporteat etueifigi: imo sit omnium sufficiens medicina, si per fidem & imitationem, præteritæ mortis habeatur memoria. Christe Iesv, mortis tuæ memoria, taoquam opus pigmentarij, quasi thus redulens in diebus æstatis, quasi regio aromatum qoam purgat æstus solis, & quasi flores rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ.]

Eundem sensum faciunt illa Fulberti Epist. 1. quæ est ad Adeodatum vbi de huius *potentis mysterij*, (sic enim appellat,) secreto, hoc tantùm fidem renere docet, [quia quicquid inter homines Deos egit aut perrulit, causa seruandi humani generis vel reparandi gratia fuit; in quo beneficia sua quæ ab initio dederat si semper dilexit, vt nostris malis licet offensus, promior semper ad indulgentiam forer, quàm ad vindictam. Inde est, quod damnationis nostræ proscriptionem, quam primi parentis transgressio miserabiliter in posteros transfuderat, euacuare dispondos; carnis nostræ mortisinium susceptt, per quam immortalis moriendo, capriuitatis nostræ causam soluisset. Inde est, quod reparatam humanæ originis dignitatem, sciens semper Diabolum inuidere, & nequitiæ suæ arte quærere qualiter hominem à sui voluntate conditoris euerteret, & antiquæ perditionis si fas esset obnoxium redderet; defectum nostræ fragilitatis miseratus, aduersùs quotidianas nostræ prolapsionis offensas, sacrificij placabilis ptouidit expiamenta, vt quia suum corpus quod semel pro nobis offectebat in pretium, paulo post à nostris visibus sublatutus fuerat in cœlum, ne sublati corporis fraudaretur præsenti munimine, corporis nihilominus & sanguinis sui pignus saluiare nobis reliquit.]

17. Omnium optimè rem hanc expressit Petrus Cellens. l. de Panibus c. 1. *sub finem*, agens de tertia Christi mensa. [Est ierum (inquit) mensa Domini, in qua non iam visibiliter apud mortales, sed Sacramentaliter, inuisibiliter apud fideles vsque ad consummationem seculi epulatur. Est autem mensa altaris, vbi veritate corporis & sanguinis Domini existente, sed sub specie visibilis panis & vini latente, memoria Dominicæ passionis cum effectu oostræ redemptionis, si adsit integritas fidei: quotidie tam vtiliter quam fideliter recolitur. Totum enim fides dignè sumentibus ibi operatur, quod exhibitione certissima credentibus exhibuit in cruce mors Christi, nisi quod illud ad omnium hoc ad singulorum quandam pertinet restauratione; & nisi quod istud, est subsecutiuè cooperatiuum eius rei, cuius illud non solum præcessiuum, sed coëffectiuum etiam nunc est. Ibi mors Christi, omnium salutem; hic memoria mortis illius, similiter nostram noo desistit operari saloationem Sacramentaliter.]

Subtiliter & solidè, Eucharistiæ fructum exponit his verbis Cellensis. Monstrat enim vniuersalem causam salutis nostræ, & omnium spiritualium bonorom nobis collatorum diuinitus esse Christi Passionem, cuius fuit infinita vis metitoria & satisfactoria pro oobis, Christo tunc adhuc viatore, ad eum finem perpessiones suas destinante, ex pacto eum Patre. Quod autem per eam genetalem merendi & satisfaciendi causam, in ordine ad omnes fideles comparatum à Christo est, nunc cum Christus non est amplius viator, dispensatut & nobis singulatim applicatur, cum per Sacramenta, tum per sacrificium incruentum, quod provt nunc à Christo principali offerente exercetur per Sacerdotes, neque meritorium, neque satisfactorium est; (tametsi tale fuit in nocte cœnæ, cum primùm à Christo tunc adhuc viatore est institutum, & primò executioni mandatum;) nunc autem est tantú vtile per applicationē fructuum sactificij eruétii in hoc incruento sacrificio factum. Quod Cellensis aiebat, hoc mysterium esse *subsecutiuè cooperatiuum eius rei, cuius sacrificium crucis, non solùm præcessiuum est, sed nunc quoque coeffectiuum*: per meritū scilicet mortis Christi etiamnú manens, sempérq; mansurú in diuina acceptatione, vt ad finem vsque mundi; fructus eius, per Sacramenta & incruentum sactificium erogentur.

Nec

plura de Chriſti ſapientia, micante in excogitatione viæ, qua fructus & merita myſteriorum, quorum per Euchariſtiam viget memoria, applicari nobis ſigillatim poſſent, & opportunè diſpenſati.

Sapientia Chriſti in Euchariſt.

Modus bona hactenus expoſita conciliandi per Euchariſtiam, ſapientiæ refectiſſimus, excogitata quàm aptiſſima, Dei nobiſcum conjunctione per cibum.

58. Nunc tranſeundum eſt ad modum, quo conſtitutum à Chriſto eſt, obuenire nobis per Euchar. tot & tanta bona, quanta inferri neceſsè eſt, vigenti recordatione myſteriorum cæterorũ & applicatione ſingulari pretij nobis per ea genetarim & vniuerſè comparati. Splendet enim in eo modo, Chriſti ſapientia, micátque fulgentiſſimè. In hanc rem, jaciendum iuprimis eſt fundamentum, quo Gregorius Nyſſenus in oratione magna Catechet. c. 37. neceſſitatem communicandi corporibus noſtris Chriſti corporis, vt medela illis fieret & immortalitate donari poſſent, ſtabiliendam putauit. Vt enim totus homo qui anima & corpore conſtat, ſalutem adipiſceretur, qui erat ſcopus Chriſto propoſitus, haudquaquam ſatis eſſe potuit, ſi Deus qui vita eſt, cum anima ſola iungeretur, quod fieri potuit per ſolam fidem viuam & flagrantem dilectionem; ſed neceſſe fuit ſicut animam, ita ſimul & eadem opera, vt totus homo beuè haberet, ipſum quoque corpus fieri vitæ particeps: quod non aliter contingere potuit, quàm ingeſto intra corpus cibo quopiam ſalutifero. [Quomodò enim (inquit Nyſſenus) qui veneoum ſumpſerunt dolo & ex inſidiis, alio medicamento exringuunt vim quę affert interitum. Oportet autem ſicut extiale, ita etiam ſalutare medicamentum admitri intra viſcera homiois, vt per illa diſtribuatur in vniuerſum corpus virtus eius quod fert opem. Ita cum guſtauerimus id quod noſtram diſſoluit naturam, rurſus neceſſe eſt; vt opus habeamus eo quod cogit ac conciliat id quod erat diſſolutum: vt cum intra nos fuerit hoc ſalutate medicamentum, veneni damnum quod corpori fuerat inditum, per contrariam tepellat affectionem. Quid hoc ergo eſt? Nihil aliud, quàm illud corpus quod & morte oſtenſum fuit eſſe potentius, & noſtræ vitæ fuit ioitium. Quomodò enim parum fermenti (vt dicit Apoſtolus) ſibi aſſimilat totam conſpetſionem, ita corpus à Deo morte affectum; cum fuerit iotra noſtrum, totum ad ſe tranſmutat & transfert. Quomodo enim eum quod eſt exitiale, miſtum fuerit cum ſano, quicquid eſt contemperatum ſimul redditur inutile: ita etiam corpus immortale cum fuerit intra cum qui ſumpſit, vniuerſum quoque tranſmutat in ſuam oaturam. Sed fieri non poteſt vt ſit uliquid aliter intra rorpus, niſi per eſum & potionem miſceatur viſceribus. Neceſſe eſt ergo, eo modo quo natura poteſt, ſpiritus viuificam ſuſcipere virtutem.]

59. Mooſtrant iſta euidenter, congruentiſſimum, & eatenus neceſſarium fuiſſe vt corpus Chriſti, ſub ratione cibi eotpora ooſtra ſubiret. Hoc vetò quomodò fieri potuerit, cum Chriſti ſorpotis viſibilis immiſſio, grauiſſimis laboratet incommodis, incomprehenſæ ſapientiæ fuit excogitare. Nyſſenus egregiè, ſed diffuſiùs & ſubobſcutiùs id proſequitur reliquo capite. Ego idem expono paucis illis ex S. Anſelmo mutuatis l. de Sacram. altat. p. 2. c. 5. [Oportebat vt ſicut cum neceſſaria nobis fuit viſibilis eius præſentia, inuiſibile in ſuis, viſibile factum eſt in ooſtris Verbum caro; ſic cum res exigit noſtræ ſalutis vt manducetur caro eius, quod non eſt ipſa caro in natura ſua, fiat in aliena manducabilis. Quod in nullis rebus aptiùs fieri potuit, quàm in eis quæ inter omnia victualia humani corporis quodammodò tenent principatum, quæ ſunt panis & vinum. Nam & ad literam, ptæ cunctis cibis panis cot homiois confirmat, & vinum lætificat.]

Hic Anſelmi diſcurſus, tefertiſſimus eſt ſpeciminum diuinæ ſapientiæ in hoc myſterio quarte reguſtandus eſt ſigillatim. Non potuit caro Chriſti, iuxta Anſelmum, tametſi ad ſalutem noſtram omnino manduranda erat, manducari in natura ſua, hoc eſt in ſua ſpecie viſibili. Quis enim Chriſtum glorioſè apparentem, (vt ſanè nunc appatere opotteter iampridem rediuiuum, & corpote quoque glorioſum,) appetere morſibus, & dentium infixione ſuſtineret: Benè Galfridus Opuſc. de corp. & ſang. Dom.] ſi illa glotioſiſſima caro, & ſacratiſſimus ilie ſanguis, non in ſpecie panis & vini, ſed in ſua proptia natura homiuibus apparerent, præ ſui magnitudine homines illa ferte non poſſent: quod ſi fieri poſſet, fidei meritum noo haberent. Sed ſi SS. Apoſtoli, Petrus, ac Iacobus, & Ioannes, Dominum in terra adhue mortalem, & eorruptibilem carnem portantem, transfigurarum non potuerunt aſpicere; iam iocorruptibilis & glotificati eorporis illius tantam claritatem, alij homines quomodò poſſent ſuſtinere? Illis ſiquidem Sanctia diſcipulis, non naturam diuioitatis, (vt quidam exiſtimant) Dominus oſtendit, ſed ſpeciem poſtea glorificandæ carnis exhibuit.)

Accedit horror antropophagiæ viſibilis & cruentæ, quam rationem benè cum præcedenti nectit, aliiſque adjunctis locupletat Algetus l. 5. contra Bereng. c. 3. verbis illis. [Egregium & ſuper omnia excellens Sacramentum nobis prouidit Deus in ſacrificio ſuo, quo corporis & ſanguinis ſui veritatem, panis & vini qualitatibus tectam abſcondit: digna cauſa, ne ſcilicet infidelibus pateat & eorum blaſphemiis vileſcat, néve nos iudicent inhumanos & erudeles, vtpote humani corporis comeſtores & ſanguinis bibitores. Fidelibus autem quibus parauit ad ſalutem, in panis & vini ſpecie & ſapore, ſumendi fecit aptitudinem, ne vt ſuperiùs dictum eſt, ſi carnis & ſanguinis humaoi colotem videret, ſaporemque ſentiret, humana pietas abhorreret; ſplẽdore autem eius, ſi intolerabili peſtringeretur, ſtuporem menris incurreret; ſi glotioſo demulceretur, bonorum operum torpore hebeſceret. Sieut enim carnalem nobis occupationẽ abſtulit, extitpata multitudine ſacrificiorum veterum, vt mentem ſpiritualibus expediter; ita inſitatis quibuſlibet ſacrificij ſui circunſtãtiis, impedire uoluit, quo ſpiritualiùs & liberiùs nos ſibi in ſuo Sacramento vnitet. Ne ergo in ſolita viſione mens turbaretur, conſuetam ſuo Sacramento reliquit ſpeciem, vt ad intetiora contemplanda, puriorem fidei ditigeremus aciem.]

Sect. III. Cap. II.

Difficilis in speciem Augustini locus, de ipso & non ipso Christo manducato in Eucharistia, enodatus.

20. His ita se habentibus, necessarium fuit, Christum apponi manducabilem sub aliena specie; ita vt ipse quidem Christus sumeretur, aliquatenus tamen non ipse; quatenus in sua substantia, sed sub exttauea forma proponitur manducandus. Quæ fuit mens S. Augustini, loco pereelebri in Psal. 98. cum induxit dicentem Christum. [Non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis; & bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent] Hæc verba Berengarius iam olim aduersus veritatem præsentiæ Christi in Eucharistia intorsit id quod hodiéque faciunt assecłæ Berengarij. Sed malignè ac neqniter; nam mens S. Augustini ea est quam attigi. Id quod optimè prosequitur Iuo Epistola ad Haimericum Abbatem, his præter eœtera, post adductum D. Augustini dictum. [Quod sic (inquit) eonuenienter intelligi potest quia & ipsum est, & non ipsum: Ipsum quidem materiali essentia, sed non ipsum, visibili forma. Vnde & subditur. Etsi necesse est illud visibiliter celebrati, neeesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ipsi enim qui recessetant à Domino, putabant quod carnes Domini viuentis, bestiali more essent in frusta seissuri, & aut elixas vel assas in verubus eomesturi: quod si nollent, non possent eius posse discipuli. Nos aurem sic immolatum Christum mandueamus & bibimus, vt iutegrum eum ad dextram Patris mauere etedamus. Et eum semel in distinctione membrorum suorum, in manifestatione eorporis sui se obtulerit hostiam viuentem, passibilem, & mortalem, quotidie tamen sub velamento panis & vini à S. Ecclesia immolatur, & non in partes seissum neque etuentum eorpus eius, fidelium ore peteipitur. Et hoc est quod dicitur. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis.]

Totidem ex parte verbis, mentem S. Augustini enodat S. Anselmus l. de Sacram. altar. p. 1. c. 13. præmissa tamen insigni eautione, quam iuuerit non præteriisse. Præfatus enim, Augustinum cum in aliis materiis seeutè ptiusquàm errores eirea eas sueereuissent esse loeuium, tum nominatim circa Eucharistiæ mysterium; ideóque factum esse, vt aliqua eius dicta eontra veram tanti Patris mentem obiotqueiétur, subdit. [Sed qui errare vult, vel etrorem docere, nihil est tam benè dictum, quod non possit prauo intellectu deprauare. Nam vt alia omittam, quis concedere possit, virum eruditissimum edidisse in scriptis suis, quod ignarus quilibet si scripsisset, prima facie respuendum & eonspuendum non dubitaret? Quid magis ignarum, quàm in vno loco, eontraria sibi edere? Nam cum Psalmum tractatet 98. *De carne* (inquit) *Maria, carnem accepit & in ipsa carne ablactauit, & ipsam carnem nobis mandendam ad salutem dedit.* Statimque post pauca. *Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, vel bibituri illum sanguinem quem effusuri sunt qui me crucifigent.* Quid magis contrarium? Sed prudens Lector, & qui ea beneuoleutia, Eeclesiastiea legit, vt à secularibus seculatia leguutur; inter quos plurimùm laudatur ille, qui quemlibet autorem doeere poterit meliùs dixisse, non ambigens quòd ipse potiùs errate diceretur, si persuadere voluerit in aliquo illum errare: Qui sic inquam libtum Eeclesiastici Doctoris legetir, si quid in eo quasi dubium & scrupulosum inuenerit, non statim istud exeteendo inuadit, sed inspicit, & discernit, & tetractat ex eiteunstantiis, & ex scriptis eiusdem autoris: & ad vltimum priùs eligit se ignorare & non intelligere, quàm illi erroris notam impingete. Illud B. Augustini intelligendum est, quia ipsum est corpus & non ipsum. Ipsum quidem est materiali essentia, non ipsum visibili forma.] Eadem (vt vides) etiam verbo renus, responsionis summa, & apud Iuonem, & apud Anselmum adde etiam apud Algerum l. 1. contra Bereng. c. 9. in fine, vbi eundem Augustini locum exeutit. Lautfraneus verò l. eontra Bereng. tametsi aliis verbis, eundem tamen sensum expressit, dieens asseri ab Augustino, ipsum & non ipsum Christum, visibiliter & in Eucharistia spectamm. [Ipsum quidem quantum ad essentiam vetæque naturæ ptoprietatem, atque virtutem; non ipsum autem, si spectes panis vinique speeiem.] Quę diffusiùs prosceutua est, eadem sententia prædictum Augustini loeum enodans Guitmundus l. 2. eontra Bereng. *sub finem*, non sine sale & aceto, de obtorsione illius loei expostulans. Ipse igitur Christus exhibetur manducandus quamuis sub alia specie & forma.

Sapientia in delectu panis & vini, ad Eucharistiæ confectionem.

21. Non potuisse autem Christum, sub alia speeie aptiùs exhiberi manducabilem, quàm sub speciebus panis & vini, vt S. Anselmus affirmabat, multa persuadent, quæ addensauit Algerus lib. 2. c. 5. [Aliis (inquit) speciebus, non potuit aptiùs significari in nobis vnitas suæ incurporationis, quàm eis in eommunibus eibis & potibus familiatiùs & vetiùs solent ineorporari nobis. Item ipsius Eeclesiastici corporis vnitas ad inuiceem, aptiùs signatur, quia sieut panis ex multis granis, & vinum ex multis aciuis; sic Eeclesia ex variis personis colligitur. Item quia panis & vinum ptopriè, proptius cibus & potus est, non bestiarum sed hominum. Ideò Christus vtriusque est vsus mysterio, vt singularis & propria hominum crederetur refectio.]

Adhibuit quoque postremam hanc rationem Cabasilas in expos. Liturgiæ eap. 3. eò reduceens rationem illam quæ petitur ex adhibitis ad hunc vsum pane & vino, quia sunt primitiæ vitæ nostræ. Decuisse enim primitias vitæ nostræ ad hoc Saetamentum assumi, inde confirmat, c. 4. [Quod Deus vitam nobis pro his muneribus remuncrarut: & pat etat, munus à remuneratione non omniuo diserepate, sed aliquid cognatum habere: & illius existentis vitæ, ipsum, quoque esse quodammudò vitam, & maximè quoniam ipse est & doni legislaror, & remunerationis suppeditator: qui iustè judicat, & omnia lauee & statere pouderat. Ipse iussit panem & vinum offerre. Ipse pro eis tetribuit panẽ viuentẽ, & calicem uitæ æternæ. Vnde quemadùm Apostolis pro pisеatione pisеatioué reddidit, pro pisеatione pisciũ pisеationé hominũ; & diuiti qui de tegno interrogauerat, pro terrenis diuitiis eœlestes diuitias pollicitus est; At eontra his quibus vitam æternã erat daturus, (dico autem

autem viuificum sanm corpus & sanguinem,) eis offerre instit ea quæ breuis & momentaneæ vitæ causæ sunt, vt pro vita vitam reciperemus, pro temporali æternam; & gratia gloriæ sit retributio,& nostri misericordia habeat etiam aliquid justitiæ; & impleatur illud eloqnium, *ponam misericordiam meam in sbarere.*] Cum igitur ob has causas,decentissimum fuerit vitæ nostræ primitias vsurpari in huius Sacramenti materiam remotam;quod panis & vinum sint primitiæ vitæ humanæ, monstrat Cabasilas citato c.3.adhibita ratione quam vltimam ex Algero prorulimus.Fructus enim quorum primitias offerebant antiqui, siue è terra, siue è gregibus, aut armentis petitos, negat Cabasilas dici posse vitæ humanæ primitias.[Nihil enim illorum est propriè nutrimentum humanum:Commune est enim aliorum animalium. Hæc quidem volucrum & eorum quæ herba vescuntur, illa verò ferarum,quæ carnem deuorant.Humanum enim illud dicimus, quod ad solum hominem pertinet. Confectione autem panis opus habere vt comedat, & vinum conficere vt bibat,est solius hominis proprium.]

22.Præterea adhibitio ad hoc Sacram. panis & vini speciebus/quod Ioannes Ragusinus oratione de comm. sub vtraque specie, in Concilio Basilienſi habita,considerauit, allegato Innoc.l. de Offic. Missæ) commodè manudncimur ad agnoscendam refectionem animarum,cum videmus earum rerum sensibiles formas interuenire, quarum vsus est ad reficienda corpora. Nam cum homo sit de terra terrenus, & quasi terræ carne ac sanguine alatur, fermentaceo inquam pane & vino, quæ terræ carnem & sanguinem scitè nominat Magnetes l.3.contra Theostenem adductus à Turriano l.1.de Euchar.c.17.vt animam ali & refici Christi corpore & sanguine, tanquam proportionalibus & simili formibus cibo nostrati communissimo potuique, ostenderet Christus Dominus, sapientissimè sub huiusmodi speciebus diuinam Eucharistiam instituit.Sic enim affecturus oprimè est, quod in aliis Sacramentis æquè ab eo captatum notauit egregiè Algerus l. 3. contra Bereng. c. 4. vt scilicet [dnm Sacramenta naturali similitudine sua,effectus sacramentalis prætendunt vmbrá vel imagine,adsimilem sancti Spiritus gratiam percipiendam magis accedant & certificent fidem.] Id qnod in Sacramento nominatim esse scriptum, mox demonstrat,[qnia panis & vinum,hominí incorporatum vita est temporalis,ideò Christus hoc Sacramento nobis tanquam caput membria incorporatus, sit vita æterna fidelibus.]

23. Neque verò hæc panis & vini specierum vsurpatione ad hoc Sacramentum, eaclnditur concinna illa ratio à plerisque Patribus adhibita, ad demonstrandam Dei in hac parte sapientiam, qni venenum in genus nostrum potni vetiti esu illapsum, corporis sui ac sanguinis in cibũ & potum appositione,depulerit:quasi vt seruaretur apta correspondẽtia,præstiterit vsurpari ad huius Sacramenti confectionẽ, species pomi aut saltẽ cum aliquibus apud Mosem Barceph. in Opere de Parad. parte 1.c.19. fingend sit,arborem cuius fructus nos perdidit, fuisse frumenti spicam vel vitem,vt idcireo Christus in pania & vini speciebus hoc Sactamentum instituerit iuxta prædictos à Barcepha prolatos. Non inquam deest idcirco, contrapolitio conueniens. Sufficit enim generalis ratio cibi,in qua & panis & pomum conueniunt. Et eatenus eam rationem vsurpauit atque diffudit Ioannes de Ragusio orat. de commun. sub vtraque specie, in Concilio Basilienſi,& Petrus Damiani serm.10. verbis illis.] Saluator, terreni panis ac vini speciem in sui corporis & sanguinis. Sacramenta conuertit:suisque discipulis, vitalis alimoniæ pabulum ministrauit. Cibus enim ille ventus, quem primus homo intumescente superbia, & gula prurieute percepit, per vniuersa eius viscera vitiorum omnium ac mortalis corruptionis venena diffudit.Contra hoc igitur letbale virus, antidotum à Christiano populo sumitur, per quod spiritualis morbi pestilentia, salubriter enomatur. Hulus noui Sacramenti virtute, fermentum illud condemnatæ vetustatis expellimus, vt de seruitute ad libertatem spiritus,& ad nona regenerationis azyma transeamus.]

Sapientia Christi in Eucharistia.

Consentit Guitmnndus l.1.contra Bereng.sic scribens. [Sicut oportuit Dominum IESVM Christum in ligno suspendi, vt mors quæ per lignum venerat, per lignum Crucis vincetetur; ita oportet reuera Christum manducari:vt quia veteres homines, non vmbram fructus, sed ipsum fructum ligni vetiti verè comedendo,mortem susceperunt; noui homines, non vmbram, sed ipsum qui in ligno pependit obedientiæ, ideſt Crucis,verè comedendo.mortem euadant, & vitam sumant.] Rupertus fusissimè id prosequitur sub finem libri quarti in Cant. ad illud, *comedite amici*, Breuiùs l.de sapientia qui est tertius de Operibus Spir. sancti cap. 24. instituens Christi & serpentis verbotum contrarium. Eius libri cap. 1. iure assumit hoc Sacramentum & cunctum ordinem in eo instituendo seruatum, adscribi diuinæ sapientiæ, nec nisi per spiritum sapientiæ edocto, fas esse aduertere, quantæ fuerint in hoc sacramento partes sapientiæ. Hæc verò executurus à c. 18. eiusdem libri sigillatim varia diuinæ sapientiæ specimina in hoc Sacramento exhibiturus, præmittit Sacramentum Euchatistiæ non esse vtcunque testimonium datum à tribus testibus in terra de cujusmodi testimoniis eo vsque egerat circa illud 1.Ioan.5. *tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & sanguis*, sed esse ipsum vitæ & salutis nostræ Testamentum. Additque [hoc testimonium,testimonio quod aduersùs nos habebat Diabolus quadam oppositione propria oppositum esse, quia videlicet contra cibi vetiti culpam, cibus & potus gratiæ est;contra serpentis venenum,sancti Spiritus antidotum est, habens à D. N. Iesv Christi passione, venæ suæ principium.] Concludit verò vniuersum caput his verbis. [Pulcher & tationabilis ordo salutis, vt ptins supradictorum testium, scilicet Spiritus, sanguinis, & aquæ, Sacramento baptizati, maculam veteris cibi lauatemus:& tunc demum eidem edulio mortis, contrarium hunc cibum & hunc potum salutis perpetuæ perciperemus.]

Ioannes Zonaras Epist. 32.qnæ est de Christi incorruptione in Eucharistia, & repræsentatur à Bouaventura Vulcanio in Notis ad librum S.Cytilli contra Antropomorphitas.[Animaduerte (inquit) hinc Dei ergà homines benignitatem. Cum enim versutus ille Draco per gustum nobis immiserit mortem, per gustum rursus eius curatio est excogitata. Quocirca qui seipsos quomodocunque à sancta Christi communicatione submouent, atque alienant, vi-

Sect. III. Cap. II.

uentibus accenseri in vniuersom non possint.]

Tandem. Vrbanus quartus, adductus à Clemente V. in Concilio Viennensi Clement vnica de reliq. & venet. SS. sic philosophatur in hanc rem. [Dedit igitur nobis se in pabulum, vt quia per mortem homo corruerat, & per cibum ipse releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum; releuatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto pependit vitæ alimentum: Illius esus metuit læsionem, istius gustus intulit sanitatem. Gustus sauciauit, & gustus sanauit. Vide quia vnde vulnus est ortum, prodiit & medela; & vnde mors subiit, exinde vita euenit. De illo siquidem gusto dicitur, *quacunque die comederis, morte morieris:* de isto verò legitur, *si quis comederit ex hoc pane, viuet in æternum*, Hic cit cibus qui plenè teficit, verè nutrit, summéque impinguat non corpus sed cor; non carnem sed animam, non ventrem sed mentem. Homini ergo qui spirituali alimonia indigebat, Saluator ipse misericors de nobiliori & potentiori huius mundi alimento, pro animæ refectione, pia dispositione prouidit.]

Item sapientia in permodica panis & vini quantitate ad confectionem Eucharistiæ, præscribenda.

24. Rectè ait, hunc cibum non ventrem sed mentem reficere. Et hoc vt animaduerteretur, interposuit sapientia Christi industriam suam. Inprimis enim eam ob causam, quum est institutum Eucharistiæ Sacramentum, voluit procedere cœnam, & communem & legalem, queis corpore saturatentur discipuli. Notauit hoc Goffridus serm. 8. verbis illis.] Nemo hæsitet super hoc, quod Christus carne sua discipulos cibauerit suos; cum cibus iste, animarum sit potiùs intelligendus, quàm corporum. Nam si caro Christi, animatum tantum cibus non esset, post cibos corporum, Christus eam discipulis nequaquam dedisset. Morte suæ carnis redemit suos; suorum etiam animas, eadem carne spiritualitet pauit.]

Eandem item ob causam, prouisum est, vt Eucharistia in exigua quantitate præberetur. [Propter hoc enim, neque multum accipimus, sed parum, vt sciamus quod non saturati sed sanctimoniæ sumimus.] Verba sunt Concilij Nicæoi, recitata à Gelasio Cyzyceno l. 2. de Actis Nic. Syn. c. 30. tit. *de diuina mensa.* Au idipsum voluit Eusebius Gallicanus hom. 5. de Pasch. negans attendendam hic esse quantitatem; & docens, hanc hostiam fide non specie esse æstimandam; nec exteriori censendam visu, sed interioti affectu. Concinitque Fulber. epist. ad Adeodatum dicens, de Eucharistia, non esse pronunciandũ iuxta ea quæ apparent [Est enim mysterium, fide non specie æstimandum; non visu corporeo, sed Spiritu intuendum.] Optimè & fusè in hanc rem disserit Ropettus l. 3. in Exod. c. 17. expendens quod de manna scriptum est; *nec qui plus collegerat, habuit amplius.*

25. Obseruant verò insuper Patres, in ea modica specierum quantitate sub qua corpus Domini exhibetur, alia insignia sapientiæ Christi specimina. Quale illud est, quod habet Algerus l. 3. de Euch. c. 4. Inde intelligi Eucharistiam esse rem soltus Dei & ipsum solum eam instituisse, perque eam operari; cum res tantula si quantitatem externam spectes, operetur effectus ad quos tes adeò exiguæ molis, vi sua nunquam assurgeret, si id priuilegium esset quantitatis. Item hæc paucitas quantitatis, seruit excludendæ venalitati & appreciabilitati temporali. Quis enim micæ panis, in qua tamen tota Christus est, pretium statuat? Itaque (vt rectè ait Algerus,) Panis & vinum in Sacramento, ita paucitate sua effugiunt pretij quantitatem, vt nullam nisi in spirituali gratia sibi vendicare videantur vtilitatem. Quod tamen non ideò fecit Deus, vt quia Sactamenta sua specie reuus venalitati non sunt idonea, magis vilia videantur & abjecta; sed magis gratuita, vt dum in eis nihil videtur valere nisi quod suum est, omnes de eis sibi soli haberentur gratiæ; qui io suis beneficiis nostram abstulit expensam ne grauaremur, suam contulit incomparabilem gratiam vt hilatiùs iuuaremur. Si enim io quibuslibet pretiosioribus speciebus Sacramenta sua Deus instituisset, quæ natura & quantitate sua ita essent pretiosa, vt mundos totus non sufficeret ad ea comparauda: non quidem Sacramentorum esset digna comparatio, sed difficilis & onerosa pauperibus ad ea fieret accessio. Ideòque vt gratia Dei omnimodo esset gratuita, in Sactamentalibus speciebus non dignitatem, quæsiuit sed aptitudinem.]

Ea item tatione, seruitum est facilitati perceptionis. Quis enim ad tantulum cibum, cuius vel vna mica satis est, nauseet, aut inappetentiam causetur? Quod si ne vna quidem mica, quia sicca est, ttaijci potest, prouisum est, vt vna gutta sufficeret. Olim quippè priusquam subortæ circa vtriusque speciei necessitatem hæreses, induxissent Ecclesiam ad interdicendum communione calicis extra sactificium, vsus fetebat, instillari ægris & infantibus tantillum sacti sanguinis. Quod statutum esse quoad iofantes, mox ab initiatione per Baptismum, ait Radulphus Ardens serm. iu die Paschæ, ad illud *itaque epulemur.* Nec obscurè idem vsus iosinuatur apud S. Cyprianum l. de lapsis o. 88. cum de patuula cootagio idolothytorum pollnta, cui violenter ingestum est à Diacono, tantillom sacri liquoris è calice: & haud obscurè insinuatur, non patticipasse de pane. Aliàs in euodem facilioris ttaiectionis finem, modica portio specietum panis porrecta legitur, sed lnfincta & madefacta. Sic enim apud Eusebium 6. histot. c. 36. Dyonisius Alexandrinus referr, Serapioni in extremis constituto, *exiguam in Eucharistia partem madefactam, in os infusam.* Et Prosper. in dimid. tempo. c. 6. scribit, puellæ Arabissæ quæ nihil glnnire solidum poterat, *breuem corporis Domini particulam, tinctam, à Sacerdote* esse porrectam, & calicé salutaté gutturi admotum. Tantam facilitatem à diuina sapientia in huius Sacramenti perceptione prouisam, attendens Rupertus l. 2. de offic. c. 10. hoc Sacramentum sub altetutra specie vocauit *liquamen & forbitunculam*, quibus nihil faciliùs hautitur, præsertim in permodica quantitate, qualis hic omnino sufficit. [Magna igitur, (inquit,) charitatis arte, pigmenta sua Dei sapientia composuit, quibus lethargicam magni ægtoti mentem, renouata quotidie suæ salutis commemoratione percelleret, & infantilium edentulam plebem animatum, quæ Verbi antiqui & æterni principij solidum non potetat tenere & rominare cibum, dulcissimo hoc liquamine confecto, Verbi eiusdem diuinitatem in panis & vini Sacramento soibillare consuescetet.]

Sapientia

Sapientia in promouenda per Euchariſtiam, fide.

26. Sed nulli magis tei ſeruitum eſt à Chriſti ſapientia, tam modica quantitate in huius Sacramenti vſu præſcripta, quàm fidei exercitio. Tantulam enim entitatem quanta eſt in perexiguo ſpecierum fragmento, abditum occulere Chriſtum Dominum, cum tota ſua quantitate, & membrorum omnium diuerſitate, inſignem continet fidei exercitationem, quæ celebrata ſummopere eſt in S. Annone Colonienſi Antiſtite, vt habent eius Acta l. 2. c. 14. cum ſummum prodidit dolorem, ex eo quod celebrante illo, poſt diuiſam iam hoſtiam, muſca impetu tuens, ereptam morſu particulam auolans exportauit. Nemo non videt, quàm exiguum eſſe poſſet, quod muſca irruens, è conſtinuis panis ſpeciebus, potuit ore legulo populati. Et tamen vir ſanctus, qui Sactæ hoſtiæ atomum non mole ſed te contenta penſabat, quia fidei erat ocularitſimæ; Deum fatigate precibus non deſtitit, donec impudens animalculum, abteptam propè punctalem particulam refettet; quaſi iu tapine pœnam ſuper altare tuens exanimis, cadauer ignibus abſumendum relinquens, ptovt decernente ſancto Antiſtite confeſtim eſt factum. Nimitum enituit in eo perſpicacia fidei, aliquid panis noſtti in terram decuti, vel aliter quàm pto Dei inſtitutione tractari, anxiè patientis; vt de qui ſui Chriſtianis teſtatus iam olim eſt Tertullianus l. de cor. milit. c. 3. alioqui enim tantulæ particulæ diſpendium quanta morſu minuti animalculi carpi potuerat, non fecitſet viſum tanti. Diuina itaque ſapientia, exercitio fidei, per eam modicæ quantitatis neceſſitatem ad Sacramenti Euchariſtiæ vſum ſeruiuit.

27. Quanquam ſi Patres audimus, vniuerſus æquè huius Sacramenti apparatus, & omnia in eo intetuenientia, idem fidei exercitium ſpectatum. [ſi quos mouet (inquit Adelmannus Epiſt. ad Berengarium,) cur hoc Sacramentum non viſibiliter tranſmutetur in ſpeciem carnis & ſanguinis, attendant quod Apoſtolus ait, *per fidem ambulamus, & non per ſpeciem*, eſt autem fides ſicut ipſe definiuit, *ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.* Si enim id quod intùs ſunt, foris Sacramenta oſtendetent, fides ex qua iuſtus vitit, non ſolùm otioſa, verùm nulla omnino eſſet. Vt etgo fides exerceatur credendo quod non appatet, vitale Sacramentum ſub ſpecie corporea vtilitet latet, vt anima in corpore.] Algerus l. 2. c. 3. agens de Chriſto ſpeciebus obducto, ejuſque obductionis vtilitate addit. [Quod tamen Eccleſiæ ſuæ Deus voluit eſſe tam fructuoſum, nun omnimodo voluit eſſe otioſum: quia dum in myſterio quod non eſt appater, quod eſt occultatut, fidei lucta proponitur vt meritum augeatur; dum cõtta hoc quod videtur, credens quod non videtur, de credita intus veritate, de ſuperata exteriùs falſitate, duplicem aſſequitur gratiam. Cætera enim Chriſti miracula cum ſint infidelibus in ſignum, vt conuertantur, hoc ſolum fidelibus datur ad meritum, vt illo eruditur. In illis enim datur quæ Deus in extrinſeca materia fecit, toboramr fides; in hoc autem ſolo quod ex ſeipſo facit, fides exercitatur, vt victa & inuicta, feliciùs coronetur.]

28. Creditus Bernardus ſerm. de dignitate Sacerdotum, quanquam ſuperſtites panis & vini exuuias quibus Chriſtus nobis palliatur atque velatur, telatas à Chriſto docet ad ſenſuum fomentum, quos exhibitus hîc Chriſtus ſub viſibili ſpecie mandeudus, perculiſſet: addit tamen, per odoris ſpeciei, ſaporis, ponderis, permanentiam, ita condeſceuſum eſſe imbecillitati ſenſuũ, vt tamen ſimul omnia ſenſuum iudicia hîc obterantur, vigente duntaxat fide. [Sie itaqua (inquit) corpus & ſanguinem ſuum ſumenda propoſuit, vt ſenſus in vno foueterut, in altero fides ædificaretur. Fouetur enim ſenſus in vno, dum ſolita tantùm & conſueta proſpicit: ædificatur fides in altero, dum oculo carnis vidente aliud exteriùs oculus cordis aliud ſentit & teuetemr interiùs Aliud enim latet, aliud patet. Poſuit enim tenebras latibulum ſuum. Quemadmodùm enim ſpecies illic videntur, quorum tes vel ſubſtantiæ, ibi eſſe non cteduntur; ſic res veraciter & ſubſtantialiter creditur, cuius ſpecies non eernitur. Videtur enim ſpecies panis & vini & ſubſtantia panis & vini non creditur. Cteditur autem ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti, & tamẽ ſpecies non cernitur] Hic *Specie* eſt ſumenda latè, pro obiecto extrinſecùs feriente ſenſus: ſicut etiam *cerni*, idem hîc ſonat, quod pet ſenſum externum, etiam à viſu diſtinctum attingi, ſicut verbum *videndi*, iudice D. Auguſtino 10. Conf. c. 35. ad exteenos quoſcunque ſenſus aptatur; eorúmque functiones paſſim deſignat. Iuſtitiam ergo, vel putiùs vaſtitas omnibus hîc externis ſenſibus infertur, vt fides exerceatur. Solus auditus, qui fidei ſenſus eſt, hîc admittitur, iuxta illud Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Euchar. n. 8. [Tale profectò munus decebat vt tribueretur Eccleſiæ, quæ ſummæ inniitut veritati, ardenter diligit; ſperat promiſſa, inuiſibilibus paſcitut, futura credit, quærit cœleſtia; atque ſempitetno Dei verbo, fidei aſſenſum præbet, quemadmodum de ea per Prophetam Dommus inquit; *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obdiuit mihi.* In ſulo quippè auditu auris Verbo obedit ſancta Eccleſia de gentibus congregata, cum hoc Sactamentum ſimpliciter ctedit. Non exviſu, guſtu, odoratu, vel tactu petcipitut fides, ſed ex auditu tantùm] } Auditu inquam pet verbũ Chriſti ſic erudito, perſpicimus; (deluſis licet, viſu, guſtu, odoratu, & tactu, quibus etiam olim impoſitum eſt in Sancto Iſaac, ſolo auditu eius non hallucinatos;) prouidè ſine ſubſtantiæ decolotatione, vt loquitut Paſchaſ. l. de Sact. c. 10. vt fides in intellectu eniteat, myſtetiũ hoc, planè intetnè perfich

Sapientia Chriſti in Euchariſt.

Specierum poſt deſtructas panis & vini ſubſtantias, eadem actio & paſſio; opus ſolius ſapientiæ ad fouendam fidem.

29. Neque duntaxat Chriſti ſapientia ad fidei exercitium voluit ſpecies exteriùs perſtare quales erant ſuperſtitibus ſubſtantiis, ſed eadem quoq; pati & agere, quæ præſentibus ſubſtantiis patetentut aut agetent. Quod pletique ad Dei omnipotẽtiam teferunt quæ id exequatut quod abſque magnis multiſque miraculis perfici nequiuit. Tanti fuit exetcere fidem noſtram, & per eius exercitium petfectionẽ noſtram ptomouete: vt eius rei gratia, ne mitaculis quidem non vulgaribus ad finem vſque mundi perperuandis, & magna numeroſitate multiplicandis, parcitum voluerit. Eſto verò, quæ hac fiæt ſupra naturam;

Sect. III. Cap. II.

qualia sequenti capite multa profetemus, & nominatim quæ hîc consideramus circa species similiter actiuas & passiuas post seclusionem substantiarum, ac in earum præsentia; non soleant denominari *miracula*, quia iuxta S. Thomam 1.p. q.105.art.7.& 3.a.q.111.art.10.plus aliquid requiritur ad rationem miraculi, quàm vt sit à Deo supra naturam. Tamen certum est, pleraque in hoc negotio diuinitus fieri ad exercitium fidei nostræ, quæ longè operosiora & sublimiora sunt multis operibus *miraculi* nomine passim donatis; & sunt reuera talia, vt nisi ex stata lege fierent, miracula haud dubiè audirent. Talia itaque esse dicunt aliqui, quæ contingunt in speciebus panis & vini, post consecrationem eadem patientibus & agentibus quæ priùs patiebantur & agebant, cum adessent substantiæ panis & vini.

30. Ego tamen hæc omnia ad solam sapientiam refero, quæ excogitare valuerit rationem, qua natura rerum in hoc negocio seruitet fidei absque alio opere supra cursum causarum naturalium, quàm eius quod præjacet in per se positione quantitatis. Vtrumque breuiter aperio. Ac primùm in perpessione consimili spacierum, vera sententia non agnoscit aliud mirabile, quàm quod species conseruentur seorsim à substantia. Supposita enim earum conseruatione, nullum est miracalum, (etiam latè accepto vocabulo prout quiduis supra naturæ cursum contingens complectitur,) quod eædem mutationes & alterationes fiant in quantitate, cum reliquis sensibilibus accidentibus sibi inhærentibus remanente, quæ naturaliter est immediatum subjectum omnium illarum mutationum, siue alterationum. Itaque sapientiæ tantum opus fuit, non potentiæ, quod quantitas iam miraculo per se constituta, ad tegendum mysterium addicatur naturali suo muneri æquè ac priùs obeundo. Alitet statuit ac in parte Lessius l.12. de diuin.perfect.n.112. qui ex falso principio de immediato qualitatum materialium subjecto, quod censet esse materiam primam; infert calorem & frigus, similésque impressiones extrinsecùs immissas, (vt vulgo censent,) speciebus: non recipi reuera in illis vt in subjecto, sed duntaxat in illis, vt commistile in commiscibili, aut sicut penetrans in penetrabili, quia ita speciebus penetratiuè commiscentur, & mutuo nexu implicantur, ac si in eodem communi subjecto reciperentur. In quam sententiam allegat Hurtadium disp.6. phys. à n. 71. Additque Lessius, nihilominus eas alterationes non esse creationes accidentium sic productorum & speciebus aduenientium, quia non sunt productiones formarum connaturaliter existentium absque subiecto. Negat etiam plus virtutis exigi ad eas formas sic producendas quam educendas è subjecto: quia omnis vis quæ idonea est ad formam ex subjecto producendam, est etiam idonea ad illam producendam extra subjectum, si Deus æquè exhibeat concursum suum vtrobique. Cæterùm quia enim nihil est in tali forma per se existente, quod superet vim causæ per quam priùs educebatur ex subjecto. Vnde si Deus velit dispensare in lege semel à se lata, de non concurrendo cum agentibus naturalibus vt agant extra subjectum, æquè fiet per ea agentia similis productio, ac si subjectum adesset. Ita Lessius cui non adscribor. Mihi namque hæc omnia videntur petobscura, & difficillima intellectu. Neque enim satis capio, quomodò alterationis factæ sine subjecto vero & proprie dicto, non sint creationes cum non sint eductiones. vt aduersarius etiam agnocit; iisque tota ratio creationes belle quadret, quæ sita est in effectione absque subiecto. Sed nequa illud satis capio, quomodò creatio non exigat in causa, plus virtutis quàm eductio. Alioqui enim ignis posset creare ignem, quantum est ex vi causæ, quod omnino falsum est, cum creatio ex vi causæ sit propria solius Dei. Nec refert, quod sit eadem res producta. Nam diuersus ille modus producendi, exigit vim causæ producentis, majorem & robustiorem. Itaque vt ratum pono, in perpessionibus quas species sacramentales subeunt post consecrationem, & quas Deus vt fides locum habeat, sapientissimè edixit peragi eodem renote quo priùs, nihil accidere, præter conseruationem quantitatis extra substantiã. Cum enim quantitas sit immediatũ omnium illarum perpessiouũ subjectum, ea conseruata quæcunque ipsi immediatè aduenire solebant, æquè connaturaliter obeuntur ac priùs; nec alterationes illæ aliud sunt, quam eductiones naturales. Quod si alterationes quantitatis ita crescant, vt si substantia panis & vini superesset, forma substantialis à gremio materiæ extrudanda esset per accessum nouæ formæ & genetationem nouæ substantiæ; tunc vt seruiatur fidei exercitio nec latens mysterium euulgetur, ea fiunt vetè mirabilia, de quibus infra agetur, cum de micante in hoc mystetio potentia. In ipsa autem specierum alteratione, ad fidei exercitium & mysterij occultationem simili modo facienda, (quam vnam nunc spectamus,) solius sapientiæ machinationem agnosco, qnę naturam rerũ, vno præsuppositio miraculo, ad finem suum, & fidei nostræ profectũ adeo bellè aptauit & adhibuit.

31. Æquè solius sapientiæ machinationem, agnosco in eadem specierum Sacramentalium actiuitate, post abscessum substantiæ. Ex eo enim quod præmisimus, accidentia panis & vini, quibus ea actiuitas insidet, subjectari in quantitate vt in subjecto immediato; perspicuè habetur, species Sacramentales seclusis quibusvis diuinæ potentiæ supra naturalem cursum agentis suppetiis, posse accidentaliter agere, & alterare æquè ac priùs. Tota enim ratio agendi, respectu huiusmodi actionum, est forma accidentalis, inexistens quantitati; quæ forma supponitur eadem in se ac immutata manere. Æquè igitur obit quæ suarum sunt partium, nec vllus circa eam extraordinarius potentiæ interuentus, est necessarius. Atque ita solius sapientiæ Christi fuit, quod præscius actiuitatis nariuæ specierum, eam sibi ipsi quasi permissam, tegendo mystetio, & promouendæ pet fidei exercitium saluti nostræ, subseruire voluerit.

Sunt porrò insignia omnino commoda, quæ Christi sapientia, in tam studiosè quæsito fidei per hoc mysterium exercitio captauit, præter bonũ ipsius exercitij fidei, quod est planè magnũ; cum splendeat tantoperè in co actu diuina gloria, vt non semel in Scripturis, *fides* nomie *gloriæ* Dei designetur, de quo alibi. Ea commoda, quæ hîc fidei exercitio adjuncta, & sapientissimè à Christo mysterium occultante captata dico, complexus est his verbis Pascbasius l. de Sacram.

Sactam. cap. 13. [Nihil rationabilius, vt quia iam nos ſimilitudinem mortis eius in Baptiſmo accepimus, ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus, & ſimilitudine pretioſi ſanguinis potemur; ita vt veritas non deſit in Sacramento, & ridiculum nullum fiat Paganis, quod cruorem occiſi hominis bibamus. Auidiùs enim requiritur quod latet, & ptecioſius eſt quod cum fide quæritur. Ideò quoque ſic debuit hoc myſterium temperari, vt & arcana ſecretorum celarentur infidis, & meritum creſceret de virtute fidei, & nihil deeſſet interiùs verè credentibus, promiſſæ veritatis. Inſuper & quod majus eſt, per hæc ſecretiùs præſtita ad illam tenderent ſpeciem ſatietatis, vbi iam non pro peccatis noſtris quotidie Chriſtus immolatur, ſed ſatietare manifeſtationis eius, ſine vlla corruptione, omnes ſine fine fruemur.

Synopſis ſpeciminum ſapientiæ Chriſti in Euchariſtia.

31. O igitur (vt de totius denique capitis ſcopo liqueat in hac meta,) ô profundiſſimam, Chriſti Dei noſtri in huius Sacramenti inſtitutione ſapientiam, quæ tam congruè tam aptè, omnia in eo diſpoſuit, vt viſibilis Chriſti præſentia, quantum fas erat nobiſque expediebat, inuiſibili iſta per Sacramentum præſentia ſupplereturr, eſſéntque proportionalitet ijdé vtriuſque præſentiæ fructus, tum quoad doctrinam myſteriorum jugi iſta illorum memoria ſine intermiſſione renouatam, & auerſam eadem opera obliuionem, quam malorum noſtrorum quorumcunque ſcaturiginem peſtiferam, fas eſt appellare. Tum etiam quoad quotidianam applicationem fructuum, per priorem ſiue viſibilem Chriſti præſentiam comparatorum; quæ applicatio maxime perficitur interuentu huius myſterij, & ſub ratione ſacrificij, & ſub ratione Sacramenti. Nec penes ea tantùm capita ſpiendet micantiſſimè in Euchariſtiæ myſterio Chriſti artificis ſapientia, ſed illuſtriſſimè inſuper fulget in modo quem adinuenit, vt tanta bona per hoc myſterium obuenirent; delecta ad id viſibili ſpecie cibi & potus communiſſimi, & hominum ptoptij, ſaltémque genericè cibo mortifero antiſtrophi, quod in quantulacumque quantitate ſufficeret; vnde cum eius effectum ad Deum autorem relatio, tum gratuita & facilis parabilitas, & fructuoſiſſima exercendæ fidei ſementis poſſet exiſtere. [ô mira Dei diſpenſatio! Quantis inſtruimur diſciplinis, & fruimur exemplis, ſi non ſit mens ingrata de tantis beneficijs, & dubia de tam immenſis promiſſis.] Verbum Paſchaſij eſt l. de Sacram. cap. 20. Chriſti in hoc negotio ſapientiam demirantis. Quod quia eſt Verbum verum, meum quoque eſſe volo.

CAPVT III.

Potentia in Euchariſtia myſterio ſplendens, tertia candelabri ſancti lucerna.

1. SI à S. Chryſoſtomo homil. de vno Legiſlat. verè dictum eſt Euangelium Chriſti eſſe *Euangelium potentiæ*, non alia ex parte magis comprobare id rectè licet, quàm ex Euchariſtiæ myſterio, in quo omnia alibi ſparſa diuinæ potentiæ ſpecimina, ſimul omnia adunata cernuntur: & quidem cum nouorum & huic myſterio ſingularium admirabilitatum ſuperpondio.

Potentia. Claſſis 1. Euchar. penes termin. ad quem.

Synopſim omnium exhibuit Ioannes Raguſinus in Concilio Baſileenſi, otat. de comm un. ſub vtráque ſpecie, *ferè initio*, verbis illis. [Et quidem diuina omnipotentia oſtenditur, dum diuino Verbo ad elementum accedente, hæc tettena materies, remanentibus accidentibus, in Chriſti ſubſtantiam, ſubitò, & in inſtanti conuertitur; dum ipſa panis & vini accidentia præter naroræ otdinem, abſque ſubjecto relinquuntur; dum eis modus exiſtendi ſubſtantiæ tribuitur, ita vt omnia poſſint agere & pati, ſicut ſi eiſdem adeſſet ptopria ſubſtantia, dum non mutans locum, nec cœlum deſerens Chriſtus, totus, verus & integer, ſub hoc incipit eſſe Sacramento. Et non ſolùm totus ſub toto, ſed totus ſub qualibet, parte & quantumuis ſpecies diuidantur, ſtangantur, dentibus maſticentur, ſiue in plutibus locis vt vbique tertarum mnltiplicentur; ipſe tamen Chtiſtus totus & iuteger ſub qualibet particula diniſionis perſeuerat. idémque & vnus in cœlo, & in omnibus locis in quibus hoc ſacrificium celebratur aut exiſtit, non multiplicatus manet: idem penitus qui ex Virgine natus, qui in mundo conuerſatus, qui in vltima cœna ſeipſum diſcipulis hoc Sacramentum inſtituendo tradidit, qui in cruce pependit, qui mottem pro nobis pertulit, lanceam militis ſuſtinuit, in ſepulchro iacuit, tertio die de ſepulchto glotioſus reſurtexit, in cœlum aſcendit, Apoſtolis Spiritum ſanctum miſit, ſedétque nunc ad dexteram Patris; ipſe vnus inqnam, idem & totus atque integer eſt, & apud Patrem in cœlo, & nobiſcum in altari, & vbicúnque hoc diuionm myſterinm celebratur. Et ſicut non eſt alius & alius hic & ibi Chriſtus, ſed vnna, verus, & totus in omnibus altatibus; ſic nec hoc aliud ab illo, ſed hoc & illud & omnia, vnum, verum, & immaculatum ſacrificium. Hæc & innumerabilia quæ in hoc continentur Sacramento mitabilia, fiunt omnipotenti virtute Dei. Cum enim Sacerdos illa Chriſti verba ptonunciat, *Hoc eſt corpus meum*; & *Hic eſt ſanguis meus*, panis & vinum in carnem & ſanguinem conuertnntur, illa Verbi virtute qua Verbum cato factum eſt & habitanit in nobis, qna dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt.]

Hæc ille; de micante in hoc myſtetio Chriſti potentia, vniuersè. Quæ placet telegere atque digerere, teuocatis ad ttia capita omnibus diuinæ Chtiſti potentiæ in boc myſtetio admitabilibus; & ijs ſcilicet quæ ſpectant terminum ad quem huius mutationis, ſiue Chriſtum; & ijs quæ ſpectant ad terminum à qno, panem ſcilicet & vinum, earúmque ſubſtantiarum exuuias; & ijs denique quæ ad mutationem ipſam pertinent. Placet enim orditi à termino ad quem, non modò quia eſt longè præſtantiſſimus, & incomparabilitet nobiliot termino à quo; ſed etiam quia eſt præcipuè intentus, & eius induction fotmalitet extrudit terminum à quo, vnde ſicut generatio eſt priot corruptione, ita hæc inductio termini ad quem, eſt priot depulſione termini à quo trahitur.

Sect. III. §. Cap. III.

CLASSIS PRIMA.

Mirabilium diuinæ potentiæ in Eucharistia penes Christum reproductum, replicatum, inextensum, penetratiuè positum, modo essendi spirituum donatum, manducatum & inconsumptum, immolatum & viuum.

2. CHristus Dominus, qui in mutatione per quam hoc mysterium conficitur habet rationem termini ad quem, reperitur reuera in hoc mysterio, sed aliena specie, & vt dixit S. Bern. feria 2. Paschæ serm. de disc. comitibus in Emaüs, exhibet se hîc habitu peregrini. Quod perpulchrè quoque in hunc modum expressit Algerus l. 2. contra Beteng. cap. 5. *in fine* dicens. [Cibus mortalitatis videri voluit exteriùs in Sacramento, cum interiùs verè vita æterna sit. Nostro contemperauit mysterio, vt quia eodem suo Sacramento interiùs renouamur ad vitam, nec tamen exterius immutamur ad immortalitatis gloriam, ita in suo Sacramento nihil exteriùs immutaretur, sicut & in nobis nihil exteriùs innouaretur: cum tamen interiùs idem hoc in nobis inueniremus, quod de ipso crederemus, quia vitam de vita reciperemus. Quia igitur nos necdum apparemus quod sumus, ideò Christus noluit apparere quod est, vt sit desiderabilior qui tunc quidem apparebit quod est, quando nos apparebimus quod sumus, vt sit glorioſior. Vnde D. Ioan. in Epistola sua, *Filij Dei sumus, & nondum apparuit quod erimus.* Et Paulus; *Cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria.* Sicut ergo in Emaus, peregrinis à fide peregrinus apparuit in specie, sic nobis peregrinis in mundi exilio, peregrina & extranea sibi specie apparet in Sacramento, vt quia quod de nobis exteriùs apparet, mortale est, mortalitatis cibus ipse exteriùs videatur, cum tamen per ipsum qui immortalitatis est alimonia, intùs verè & inuisibiliter, mors æterna sanetur,] S. Anselmus parre priore libri de Sacram. altar. idem illis alijs verbis dixit. Est igitur in mysterijs vera Dominici corporis substantia, sed absque visibili specie sua. Et est vera species visibilis panis, sed absque substantia sua. Vnde B. Augustinus. Quod (inquit) videtis in altari, panis est & calix, quod nobis renunciant oculi nostri. Quod autem fides postulat instruenda, panis corpus est Christi: & calix, sanguis est Christi. Et B. Ambrosius. Vt sint quæ erant: sint, & in aliud commutentur.] Sint scilicet, visibili apparentia, reuera autem non sint sed commutentur in Christi corpus. De quo germino sensu loci illius Ambrosiani infra accuratiùs.

In Eucharistia confectione, producitur Christus, lucalentiore potentia specimine, quàm in Incarnatione.

3. Recoluisse ista oportuit, vt intelligeretur, potentiam auroris Sacramenti, multo hîc micare luculentiùs quàm in visibili Christi productione quando & vis vniuersa ad eam Christi positionem requisita, hic intetuenire debet, & insuper exiguntur alia non modica potentiæ specimina, in occuleudo Christo sub sensibilium accidentium tegmine. Cernitur itaque in primis in hoc negotio, idem porentiæ opus, quod in confectione mysterij Incarnationis: quàm esse singulare specimen diuinæ potentiæ, nemo non videt. Nam æquè Encharistiæ mysterio producitur Christi humanitas, & ambæ eius partes. eædémque inter se narurali vinculo copulatæ, Verbo Dei personaliter conjunguntur. Iuxò materia Corporis Christi, quæ in Verbi Incarnatione non est producta, quia præexistebat, sed tantùm collecta est & adunata, atque tali conformatione affecta, hîc non adunarur; sed de nouo producitur per veram creationem, æquè ac anima Christi. Itaque illud ipsum, quod semel factum, omnes Sanctorum anteriorum ac posteriorum intellectus stupore, defixit, hîc quotidie & innumeris propè locis repetitur; sdditúrque insuper peculiaris creatio vnius partis physicæ substantialis, quæ creatio in' ptioic illo tantæ porentiæ opificio non intetuenerat.

Quod autem cumular potentiæ hac in parte decus, fiunr ista omnia à Christo per homines, saltem moraliter, id est ad eorum saltem nutum, ita vt vel sint ipsi, causæ physicæ tanti operis, sustollenre Deo imbecillitarem eorum, vel iuxta illud S. Chrysostomi homil. 85. in Ioan. *ad finem* [Sacerdos dat linguam, Deus est qui operatur] ipsemet Christus Deus ac Dominus noster, obediens voci hominis, ad voluntatem ritè institutorum Sacerdotum, debitam materiam & formam præscriptam adhibentium, ea opereiur quorum ipsi Sacerdotes, iure ac verè dicanrur causæ morales; liceátque hic quoque exclamare. Benedictus Deus qui dedit potestatem talem hominibus. Allatrarunt quidem hanc potestatem, Bigardi, quos per iocum solitos nominare Sacerdotes Christianos, *Deifices*; scribit Conradus de Monre puellarum, in opere contra Begardos. Sed has sannas despuimus Catholici, quibus frons cruce armata & munita est ab initiationis principio, ne linguam timeamus alienam siue iocantem siue motdentem, vt S. Augustinus sæpè admonet, citea derisores sanctorum operum, quanto magis fidei, in cuius substannarionc, diuina ipsa auroritas cui innitimur, exsibilarur? Vt autem specimen diuinæ potentiæ, quod proferimus, solidè & qua par est firmitate stabiliatur, attingendum inprimis est quid citra dubium fieri potuerit, deinde quid reipsa sit factum ex Chtisti Institurione ac voluntate.

Non repugnat, Christum hîc Physicè, à seipso vel à Sacerdote, reproduci.

4. Ad Sacerdorum itaque nutum, produci in hoc mysterio Christum non est aliquid quod videri debeat contradictionem inuoluere. Nec enim audiendi sunt, qui negant rem iam præexistentem (cuiusmodi est Chtistus cum hoc mysterium efficitur,) posse simul reproduci vt diuina. Sicur enim idem numero effectus, iuxta sententiam longè communissimam, diuina vi potest simul effici à pluribus causis totalibus, eo quod de rarion' causæ toralis, non sit, vt sola det totum esse, sed vt det quicquid est necessarium ad extractionem rei de non esse ad esse, siue præterea aliqua alia causa det idemmet esse, siue non det: Ita nihil vetat, ab eadem

dem totali causa, potentissima & innumeris causis totalibus creatis æquiualente, uempè à Deo; vnum & idem esse simul effici per varias actiones, siue ibidem & absque rei replicatione, siue in pluribus locis: quia idem esse, potest habere rationem termini respectu plurium illarum actionum; quarum quamliber non est necesse poni vbicumque est effectus, quia quælibet actio habet suum locum determinatum; eum scilicet in quo manat ab agente, quod vel est virtutis finitæ, atque adrò non potest actionem vnam vbiuis elicere; vel est infinitæ virtutis; & quamuis possit vbiuis agere, non adigitur tamen ad agendum, nisi vbi placet. Itaque diuina vi, illud simplex esse quod hìc pendet à causa efficiente per vnam actionem, potest alibi per aliam actionem pendere. Hoc autem potest duplicitèr contingere. Nempè primò, per simultaneam inceptionem vtriusque actionis, quod ratio proposita euicit vacare contradictione. Secundò, vna actione adueniente post aliam. In quo euentu, difficultatem aliquibus ingerit, quod sequi videatur, eandè rem per secundam actionem extrahi de non esse ad esse: (id enim est munus actionis,) & non extrahi, quandoquidem præexistebat per actionem anteriorem. Sed facile est nodum illum extricare, dicendo, vi secundæ actionis posteriùs tempore aduenientis, rem extrahi de non esse virtualiter præexistente. Nam etiam conseruatio, est actio qua effectus producitur: qui tamen iam præexistebat, nec extrahitur de noo esse simpliciter, sed de non esse quod præextitisset, nisi prior productio iam dedisset esse effectui. Quare ad hoc vt conseruatio & productio habeant rationem verarum productionum, satis est, quod ex se habeant vim sufficientem extrahendi effectum de non esse ad esse, idque exhibeant ex parte sua, quod ad eam effectus extractionem exigitur: quamuis ob beneficium aliunde iam collatum, res iam recesserit à non esse. Nihil itaque proferri potest, quod persuadeat, rei iam existentis iteratam productionem ineolumi productione anteriore, non esse possibilem; quod rectè agnoscunt Molina 1. p. q. 8. art. 1. disp. 2. Mouæus disp. 10. Selecta cap. 15. & 16. Suares t. 3. 3. p. d. 49. sect. 1. & alij mox adducendi; ac proinde negandum est, repugnare, Christum in Eucharistiæ confectione produci.

5. Quinetiam negandum est, repugnare, Christum hìc physicè reproduci à semetipso præexistente. Contrarium statuunt Vasquez 3. p. d. 181. cap. 7. Moncæus disp. 10. selecta cap. vltimo, Gillius l. 3. commentat. Theolog. tract. 5. cap. 3. n. 4. Albertinus coroll. 3. de Quantit. dub. 3. n. 13. & Hurtado disp 9. phys. s. 13. à n. 154. à quibus multa adducuntur, quæ reuera non enincunt intentum. Quid enim vetat, idem prout iam habens esse, concurrere ad iteratam productionem illiusmet esse? Repugnat quidem, aliquid ad primam sui productionem concurrere, quia si res non existens influeret in productionem. Item sic, idem esset prius natura seipso omnimodis considerato, quæ sunt manifestè impossibilia. Vt autem aliquid præexistens, noua productione causet seipsum, nullam inuoluit contradictionem. Non enim ratio causæ infert necessariò distinctionem realem eius à causato; quamuis verum sit quod Aduersarij assumunt, causalitatem continere relationem transcendentalem ad causatum, atque adeò actionem reipsa differre à termino producto. De causa autem efficiente de qua nos agimus, aliter est statuendum, etiamsi de causa materiali & formali, verum sit, eas non posse esse sui ipsarum causas io proprio genere, quia materia est incapax materiæ, & forma formæ, non item causa efficiens est incapax causæ efficientis Itaque neque hoc censeo repugnare in præsenti negotio, vt Christus qui iam præexistens supponitur, reproducet seipsum in hoc mysterio, vi diuina.

Potentia Christi, in Eucharistia penes terminum ad quem.

Tandem neque illud repugnare censeo, vt Christus per verba Sacerdotia physicè efficiatur in Eucharistiæ confectione. Nam vt verborum entitas, qualiscúmque est, sustollatur obedientialiter à Deo ad productionem iteratam Christi, nullam inuolnit contradictionem; iuxta veriorem sententiam, quæ statuit quidlibet vi diuina posse assumi, vt physicum instrumentum ad productionem cuiuslibet alterius. Quam sententiam non sum neseius repudiari à permultis, inter quos Vasques 1. p. d. 176. cap. 3. & 4. & 3. p. d. 57. & 132. Carthagena disp. 3. de Sacram. in genere Ragusa 3. p. tomo 1. d. 107. Lorea disp. 4. de charit. à n. 21. Ægidius Coniuck. 3. p. q. 62. à n. 112. Becanus 3. p. cap. 10. & qui sententiam propositam ridiculè insimulant Pelagianismi Asturicensis q. 6: de grat. Christi & Cabrera 3. p. q. 13. art. 2. disp. 4. §. 7. eo quod ex ea sententia sequatur, vim naturalem & congenitam posse esse principium actus supernaturalis, puta consensus liberi in actum Deo supra naturam excitante procusum. Quamuis igitur hi Autores sententiam propositam repudiant, & quamcumque entitatem posse à Deo sustolli ad cuiusvis alterius rei effectionem diffirentur: tamen alij neque onmero neque autoritate inferiores, agnoscunt id esse possibile, ac nominatim S. Thomas 3. p. q. 13. & 62. quantumcunque Ragusa supra §. 5. & Ægidius à n. 136. tergiuersentur. Sequuntur S. Thomam, Valentia 3. p. d. 3. q. 3. p. 1: Pesantius 3. p. q. 62. art. 1. disp. 1. & seqq. Alanua l. de Sacr. in gen. cap. 36. Bellarm. l. 2. de Sacram. in gen. cap. 11. Henriq. l. 1. cap. 16: & 18. Albertinus 2. princip. compl. coroll. 1: Hurtado disp. 9. phys. s. 14. Suares t. 3. p. d. 31. s. 6. & t. 3. d. 9. s. 1. & 2. qui alios bene multos proferunt. His ascribor, atque adeò nego, repugnare Christum in Eucharistia physicè produci per verba Sacerdotis, Deo eam entitatem sustolleute ad talem productionem.

Reproducitur reuera, sed à Deo solo, vt causa physica, per Sacerdotes, vt causas morales.

6. Hæc quamuis ita habeant, spectando potentiam Dei absolutam quæ solo contradictionis interuentu arctari potest; non intendo tamen potentiam In Eucharistia splendentem celebrare, sine ex effectione Christi per ipsummet entitate sua creata influentem in sui ipsius reproductionem, siue ex eadem reproductione Christi per entitatem physicam verborum Sacerdotis diuinitùs euectam ad operationem adeò sublimem. Nihil quippè video, quod vrgeat ad cumulandum noua hac difficultate mysterium Eucharistiæ. Sunt enim in ea assumptione

ptione entitatis humanæ Christi ad sui ipsius reproductionem, & in eucctione verborum ad causandum physicè Christum, implexitates; in quas gratis se induere, censeo a prudenti Theologo alienum. Qua item ratione, philosophari soleo circa concursum physicum Sacramentorum, in productionem gratiæ: & circa causalitatem humanitatis Christi, in miracula à Christo edita: & circa ignem corporeum, torquentem Spiritus. Tametsi enim existimo non implicare contradictionem, quominus omnes illæ entitates assumantur diuinitùs ad physicè causandos effectus ad quos vi sua natiua non assurgerent;, tamen nego de facto assumi ad sic operandum; quia eatenus sufficienti fundamento, ad concedendum fieri de facto, quod fatemur esse possibile.

7. At quoad reproductionem physicam Christi, per diuinam Christi autoris potentiam, ad verba Sacerdotum tanquam causatum morale, operantem adeò mirabilem effectum, alitet statuendum est, agnoscendúmque, ita de facto fieri: & hinc primùm celebrandum susceptio Christi potentiam in hoc mysterio splendentem, quia multa sunt quæ euincunt tem de facto ita se habere, vt rectè asserunt Gabriel Lect. 40. in Cano. *Litera* P. & Lect. 47. *Litera* B. Suares 3 p. t. 3. disp. 49. & 50. Lessius l. 12. de Diu. pers. num. 119. Ægid. 3. p. q. 75. n. 152. Pesantius ead. q. art. 4. disp. 1. Et quantum arbitror, suffragantur varij Patres, qui disertè produnt, Christi corpus effici aut creari in hoc mysterio. Sic loquitur præres cæteros credimus Cyprianus serm. de Cœna Domin. n. 22. [Dominus vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit.] Hieronymus Epist. ad Heliod. [Absit vt de his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt.] Rursus epist. ad Euagrium. [Quis patiatur mensarum & viduarum ministet, vt supra eos se rumidus efferat, ad quorum preces, Christi corpus sanguisque conficitur?] Et in caput 1. ad Titum. [Non solùm ab opera immundo abstineat, sed etiam à iactu oculi & cogitationis errore, mens Christi corpus confectura, sit libera.] S. August. l. de Sacram. aliar. (vt quidem allegatur ab Algero l. 1. contra Bereng. c. 16. & à Gratian. cap. *vtrum sub figura* de Consecr. dist. 2.) [Voluit Dominus hunc panem & vinum in mysterio, verè caroem suam & sanguinem sumi, consecratione Spiritus sancti potentialiter creari & quotidie pro mundi vita mysticè immolari, vt sicut de Virgine per Spiritum sanctum, vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini mysticè idē corpus Christi consecretur.] Habet hæc ipsa verba Paschasius l. de Sacram. cap. 4. qui rursus optimè cap. 12. [Non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & virtute Spiritus sancti; vt caro Christi & sanguis, non alia quàm quæ de Spiritu sancto creata est, vera fide credatur, & spirituali intelligentia degusteur. Si enim in merito esset Sacerdotis, non ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Quis enim alius in vtero creare potuit, vt Verbum caro fieret? Sic itaque in hoc mysterio credendum est, quod eadem virtute Spiritus sancti, per Verbum Christi, caro ipsius & sanguis efficiatur, inuisibili operatione.] Rursus inferiùs.] Si attendis Sacerdotem, attende Christum Verbum Patris, quod caro est: & quod semel factum est, quotidie fieri non dubites, dum per hoc caro & sanguis cibus noster efficitur; ad hoc quippè vt & nos, corpus eius simus. Vnde Sacerdos non ex se dicit, quod ipse creator corporis & sanguinis esse possit, quia si hoc posset; quod absurdum est, creator creatoris fieret.] Negat dumtaxat Paschasius, Sacerdotem esse causam Christi physicam, vi sua naturali operantem. Id quod optimè explicant, & veritatem pro qua satagimus bellè confirmant, illa eiusdem c. 55. [Hoc Sacramentum non meritis, nòn verbis humanis, sed proculdubio diuinis efficitur & consecratur mandatis. Creatur enim ex aliquo ibidem, non qualiscumque, sed noua salutis creatora, caro & sanguis Christi: veluti in baptismo, homines noua efficiuntur creatura, & corpus Christi. Idcirco non æstimandum est, quod alterius verbis, quod vllius meritis, quod potestate alicuius ista fiant; sed verbo creatoris, quo cuncta creata sunt visibilia & inuisibilia. Cuius ergo potentia creata sunt priùs, eius vtique verbo ad melùs recreantur; quia nemo creator alicuius rei aut recreator, nisi vnus Deus catholicè prædicatur. Propterea veniendum est ad verba Christi, & credendum quod in eisdem verbis ista conficiantur.] Apertè tot locis agnoscit Paschasius, Christum hîc confici & creari vt diuina, sicut productus & creatus est in Virginis vtero. Adelmannus Epist. ad Beteng. idem pronunciat. [Christus (inquit) per manum & os Sacerdotis, corpus & sanguinem suum creat.] Hugo Lingonensis Epist. ad Bereng. [Sicut semel accipiens formam serui pro nobis, sic quotidia hanc pro nobis in se suscipiens creaturam, faciens suum corpus occulta quadam recreando potentia.] Philippus Abbas l. de Dignit. Clerico cap. 2. [Presbyteri, corpus Christi, sacro ore conficiunt.] Quæ ferè verbatiterar l. de contin. Clerico. cap. 107. [Presbyter cuius est sacro manus vncta liquore, in altari corpus Christi, conficit sacro ore.] Concilium Romanum contra Berengarium sub Gregorio VII. [Per sacræ orationis verba & Sacerdotum consecrationem fit connetsio.]

8. Liquidò confirmant hi Patres, Christi corpus in Eucharistiæ consecratione, effici atque (Rupert. l. 6. in Genes. cap. 32. non dubitauit Sacerdotem Abrahamum, Christum verò dilectum eius Isaac dicens) creari vi diuina. Nam quod interdum dicunt id fieri per Sacerdotes, sensus est, eos interuenire vt causas morales, ad quorum preces, ideſt ad quorum sacra verba, (phrasis est varijs Patribus vsurpata, vt trado in Heterocliris Spir. cum de forma absolutionis Sacramentalis;) conficiatur & creetur Christus, solo Deo totam physicam efficientiam præstante, vt ferunt illa D. Augustini l. 3. de Trin. cap. 4. [Corpus Christi & sanguinem dicimus, illud tantùm quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, ritè sumimus ad salutem spiritalem, in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus hominum ad illam visi-

bilem

bilem ſpeciem perducitur, non ſanctificatur vt ſit tam magnum Sacramentum, niſi operante inuiſibiliter Spiritu Dei.] Iuuat ad huius quoque rei illuſtrationem proferre Theophanen. Nicæoum Epiſt. 3. quæ eſt ad ſuos Sacerdotes de Sacerdotij præcellentia. Ibi præfatus num. 15. qui ſit ſcopus communis diuinæ Euchariſtiæ, nempè conjunctio fidelium cum Chriſto tanquam membrorum cum capite, ſubdit num. 16. [Quoniam opus erat, tale verificationis noſtræ inenarrabile myſterium perperuò exerceri in ijs qui in iſtam ſucceſſuri eſſent homines, vſque ad conſummationem mundi, hoc eſt regenerationem ipſorum per ſacrum baptiſmum, & conjunctionem cum Chriſto quæ per communicationem Dominici corporis & ſanguinis fit, perpetuam eſſe atque ſumiſſimam: Opus autem erat vt & Dominus poſt Paſſionem & Reſurrectionem in cœlos aſcenderet; atque ad dexteram throni Majeſtatis aſſideret, ideò opificem illam Spiritus ſancti gratiam per quam & ſecunda creatio & regeneratio eorum qui ſunt & qui erunt vſque ad conſummationem ſeculi fieri debebat, ſuis Apoſtolis abundè largius eſt & ſuum ipſius munus & officium ab illis efficiendum ipſis attribuit: ac propterea creauit eos veluti Deos & Creatores, potentes virtute omnipotentis Spiritus, maximu diuinæ virtutis effieere opera. Et verò ex ijs multiformis Dei ſapientia & virtus præcipuè appatet, & inueſtigabiles bonitatis ipſius deteguntur diuitiæ: Ideóque B. dicebat Paulus, Dei cooperatores ſumus. Etenim omnium nperum tam Spiritualiũ quàm corporeorum quæ Deus fecit, muximum eſt incomparabili excellentia, ſacra unima & caro Dominica. Quid enim maius eſt, quam noſtram naturam, ſecundùm vnionem hypoſtaticam fieri naturam Verbi Dei? Quantum ergo præſtat humanitas Saluatoris, ipſis Cherubin & Seraphin, (præſtat autem quantum ſeruo Dominus,) tantum etiam diuinæ carnis generatio ſuperat creationem cœleſtium poteſtatũ. Hoc ergo eximiũ opus Apoſtolis quoque, exercendum dedit & per illos eorum ſucceſſoribus, & deinceps reliquis vſque ad conſummationẽ hulus vitæ. Panem enim & vinum accipientes, virtute Spiritus ſancti in corpus & ſanguinem Domini eum (ô rem admirabilem!) tranſmutant: ſoluendi etiam & ligandi peccata, quod quidem ſolius Dei eſt opus, ipſi poteſtatem acceperunt. Sed & homines per ſacrum baptiſma regenerant, atque in Dei filios, Deóſque ſecundùm gratiam reformant, non aliter quàm ſi quis equum in naturam hominis tranſmutaret. Imo verò multo maiora hæc ſunt, omnibus ijs quæ hactenus dicta ſunt. Maius enim eſt panem & vinum in corpus tranſmutare diuinum, hominémque Deum efficere ſecundùm gratiam, quàm cœlum & Angelos creare. Hanc igitur ô chariſſimi, opificem & Deificantem ſancti Spiritus gratiam & virtutem, quæ in ictu neuli creare poteſt maxima quæque creaturarum, (ô amorem & beneficentiam erga nos Verbi Dei!) ſiue dubio accipit Sacerdos. Nam & ille ſimiliter panem & vinum accipiens per inhabitantẽ in ſe mediante Sacerdotij voctione ſacram virtutem, in carnem & ſanguinem commutat Dominicum, maius propterea exercens opus, quàm ſi Angelos & Cœlos creare poſſet. Deinde mortalem accipiens hominem; per ſanctum baptiſmum, Dei filium, Deúmque ſecundum gratiam efficit, majus efficiens opus quàm ſi mortuos ſuſcitaret, & luxata ac mutila corporis membru ſanitati & integritati ſolo verbo reſtitueret. Si igitur inter nos homo eſſet qui Angelos cœlóſque verbo creare poſſet, ſuſcitare mortuos, & inuurabilibus morbis mederi, qualem eum eſſe oporteret. Quàm purum & vitæ probitate ante omnes excellentem. Nempe vt hanc Dei virtutem atque potentiam ſuſciperet, fierétque poſt Deum alter creator? En quò Theophanes ſacerdotem ſuſtollit, vt creatorem quendam eſſe agnoſcat, & dicat eum Chriſti corpus ex ipſa producere, ſed virtute Dei.

Potent. Chriſti in Euchariſt. penes terminum ad quem.

Suffragio Patrum, adjungenda eſt ratio, quæ Chriſtum verè reproduci vi diuina in hoc myſterio, non inefficaciter perſuadet. Nihil enim proferri aptè poteſt, quo Chriſtus qui priùs panis & vini accidentibus non ſuberat, nunc ſubſit, quàm ſi dicamus, formam quæ ad id præſtandum omnino neceſſaria eſt, & vi cuius formaliter ponitur hîc Chriſtus qui priùs non ponebatur, tranſubſtantiato pane & vino in corpus & ſanguinem eius, eſſe nouam Chriſti productionem, à verbis Sacerdotis vt mutatibus cauſis manantem. Noua quippè denominatio abſoluta, ſupponit nouam formam abſoluram à qua petatur. Eam formam aliqui in hoc negotio, dixerunt eſſe formam illam internam qua cenſent rem permanenter locari alicubi. Vnde non aliam hîc agnoſcunt actionem, quam productiunem formæ illius internæ; vi cuius productiunis, corpus Chriſti in cælo manens, abſque fluxu per medium ſiſtitur ſub ſpeciebus, & inde extrudit panem ac vinum; quod aliter dicitur, corpus Chriſti poni in Euchariſtia per adductionem, Sicut aſſerit Scotus in 4. d. 10. & 11. eum ſchola ſua vniuerſa: ſequitúrque Vaſques 3. p. diſp. 181. n. 135. & 147. & diſp. 182. *in fine*, & Scortia libro 4. de Miſſa c. 16. n. 3. Alij agnoſcunt hìc formam vnionis, qua Chriſtus ita conjungitur ſpeciebus, vt circa illas obeat idem munus quod præjacentes panis & vini ſubſtantiæ obibant, non quidem ſubſtando illis paſſiuè: (neque enim Chriſtus ſubjectat ſpecies,) ſed effectiuè ſuſtentando ſpecies interpoſita Chriſti ad illas vnione, proportionali ei adhæſioni qua ferrum ſine adhæſione vlla à magnete ſuſpendirur. In hac vnione, tametſi variè à variis explicata, conſentiunt Henriq. l. 8. c. 22. Bellarm. l. 3. de Euch. c. 18. Valent. 3. p. d. 6. q. 3. p. 3. Alanus l. de Euchar. à c. 34. Moncæus diſp. 11. Selecta c. 14. Albertiuus coroll. 1. de quant. dub. 8. & coroll. 3. dub. 6. Tandem alij, formam quam quærimus, dixerunt eſſe reproductionem Chriſti intuitu verborum conſecrationis. Nulla portò harum ſententiarum, æquè veriſimiliter ac commodè de hoc negotio ſtatuit ac poſtrema, vt facilè eſt oſtendere.

Excluditur productio ſolius præſentiæ, vel vnionis ad ſpecies.

9. Et primam quidem, qua dicitur produci de nouo ſola modalis entitas præſentiæ Chriſti ſub ſpecibus, fusè refellunt Leſſius l. 12. de diu. perfect. à n. 116. & Ægidius 3. p. q. 75. à n. 79. Nominatim ex eo quod, modus præſentiæ non poſſit imprimi rei, niſi iam indiſtanti per aliam anteriorem

Sect. III. Cap. III. Classis I.

anteriorem actionem. Sed hoc est telum imbelle. Nam sicut actio imprimitur effectui, extrahendo illum de non esse; ac etiam latio imprimitur fluenter subjecto mobili, non præexistenti vbi imprimitur motus, sed ibi primùm fluenter posito per motum, ita etiam facilè diceretur de hoc modo præsentiæ. Mihi satis est dicere, eam modalem præsentiam Christi, siue nudam, siue cum ordine ad species quibus Christus tanquam vestimento subest, non esse accommodatam ad expeditionem huius negotij. Vera enim sententia philosophica, nullum tale vbi internum permanens agnoscit, qua ista sententia comminiscitur, exponens transsubstantiationé per adductionem Christi, siue per huius modalis præsentiæ permanentis inuectionem. Nec forma intrinsecè terminans motum localem, probat dari tale vbi permanens & internum: sed tantùm probat, dari entitatem transeuntem, cui tanquam terminus productus, seu res facta, adjungitur vbi internum fluens, vt aliàs cum Capreolo philosophati memini. Hoc autem mundali fulcro conuulso, reliqua substructio ei inædificata euertitur. Accedit, quod ea ratione daretur hîc tantum translocatio absque prioris loci desertione, non autem vera substantialis conuersio; qualem hîc admitti oportere, infra videbimus, & latè tradit Val. 3. p. d. 6. q. 3. p. 3. coroll. 10.

10. Non dissimilia vrgere licet, aduersùs vnionem ad species, eiúsque productionem. Vnio siquidem non facit formaliter rem præsentem & correspondentem loco, sed præsentem supponit: vnde vt anima rationalis vniri possit corpori, fit ei præsens per actionem naturâ anteriorem, nempè per creationem intra corpus. Talis igitur quæpiam forma, ad vnionem Christi ac specierum prærequiritur, nec potest in sola vnione sisti, vt faciunt aduersarij. Deinde omnis vnio effectiua inter Christum ac species, commentitia est. Si enim ea vnio inuehatur ad causandum efficienter species, absurdè inuehitur; cum nihil sit quod suadeat, Christum causare species Sacramentales effectiuè. Sanè substantia, (cuius influxum Christus supplere dicitur hac in parte iuxta aduersarios,) cum superstes erat, non causabat accidentia sua effectiuè, sed subjectiuè; cuius causalitatis Christus in Eucharistia est incapax, vt rectè dicitur cap. *in quadam* de celebr. Missar. traditque etiam S. Anselm. l. de Sacr. alt. 2. p. c. 7. Influxum verò illum subjectiuum, supplet Deus, effectiuè creatis accidentibus, vt infra exponam. Necesse itaque est, vt vnio effectiua quæ hîc inuehitur ab aduersatijs, alia non sit quàm tractiua, per impressionem impetus: cuiusmodi tantum vnio intercedit ferrum inter ac magnetem. At hæc vnio, in re præsenti parùm commodè obtruditur. Vel enim ea vnio teneret se ex parte Christi solius, cum terminatione tamen ad species; vel tantum ex parte specierum; vel ex parte Christi simul ac specierum. Non primum quia sic Christus non moueretur ad motum specierum, cum contingit circumferri aut eleuari hostiam, sed species moueretur ad motum Christi, quod tamen certum est falsò esse affirmandum. Ex parte verò specierum, non est fingenda Christi tractio per impressionem alicuius qualitatis, ei consimilem quam magnes exercet erga ferrum. Indecorum quippè videtur, Christi corpus glorioſum eo modo trahi, & tali tegmini corruptibili, ac sordidis vestibus deuinciri. Quod si vis illa tractiua, neque Christo neque speciebus insidet; concludiunt tertium quoque diuisionis propositæ membrum esse expungendum; nec eam vim insidere simul ambobus. Et reuera nihil est quod talem vnionem admittere oadam suadeat, cum motus Christi ad motum specierum, cuius solius gratia videtur cum aliquo colore inuehenda huiusmodi vnio, optimè exponatur per solum nexum adamantinum Christi & specierum, vt verborum, species quamdiu incorruptæ perseuerant Christo indissociabiliter nectentium, citra omnem physicam impressionem. Ad extremum, huiusmodi vnio est merè accidentaria; cum terminetur essentialiter ad accidens, siue ad indistantiam atque præsentiam localem. Incommodè igitur adhibetur ad hoc negotium, in quo deposcitur actio substantialis, fundans conuersionem substantialem, vt præmissum est, & infra distinctiùs intelligetur.

Vera hîc Christi productio concluditur; Potentia hîc, & in Incarnatione æquiparatur.

11. Quare meritò affirmabam: nihil proferri apiè posse quo Christus sub panis & vini speciebus sistatur, accommodatè ad exponendam conuersionem substantialem hîc intercedentem; præter reproductionem Christi, factam diuinitùs ad nutum Sacerdotis, tanquam causæ moralis, verba ad id à Christo præscripta proferentis. Quam sententiam Scotus in 4. d. 10. q. 4. eatenus insinuat, quatenus ait hoc mysterium potuisse ante Incarnationem institui cum eadem virtute: Tuncque fore, vt Christus haberet esse substantiale iuxta species, quo extra eas caruisset. Hic enim dicendi modus, planè pugnat cum adductione, inferrque productionem substantialem Christi, quàm agnoscimus. Quæ verò aduersùs hunc dicendi modum opponuntur ab Aluare 3. p. d. 13. n. 6. nullo negotio eneruantur. Ait enim, corpus Christi non posse de nouo produci, cum præexistat (Bella profectò impugnatio, opponentis idipsum dumtaxat, quod impugnandum suscipitur. Nam quod præterea opponit Aluares, de ipsius Christi, & verborum sacrorum influxu effectiuo in Christum reproductum, tametsi petitum est, & nullo negotio dissolubile; tamen ad nos non pertinet, qui nullum talem influxum de facto admittimus, quamuis esse possibilem non inficiemur. Vasques 3. p. disp. 181. c. 6. 7. 8. & 9. & disp. 182. c. 4. ac Valent. 3. p. d. 6. q. 3. p. 3. coroll. 4. & Fonseca 9. Metaph. c. 1. q. 4. & 6. ac Rubius 2. Physico. tract. 7. q. 2. & Albertinus coroll. 3. de vbi dub. 3. num. 19. alia quædam obijciunt, quæ ex dictis euanescunt, aut ex ijs quæ mox subijcienda sunt, per se concident. Grauat item Henriques l. 8. c. 23. num. 9. sententiam nonnullis incommodis, quæ eam ptovt à nobis traditam non assectantur, ideóque in illis non immorot.

Enigitur solidè stabilitum quod initio affirmabam, de splendore diuinæ potentiæ in Eucharistia per comparationem ad Incarnationem hîc instauratam. At quanta potentia in mysterio Incarnationis emicuerit, cum alibi fusè demonstratum

ſtratum eſt, tractando titulum illum Chriſti *facies Dei*; tum breuiſſimè euinci poteſt, ex tanta diſtantia extremorum, quæ in eo myſterio copulata ſunt, præter innumera eximia opera in humanitatis Chriſti compactione & exornatione adhibita, ſupra vim & curſum naturæ. Sanè S. Baſilius tractans illud Pſalmi 44. *ſuper femur tuum potentiſſime*, præfatus per *femur* inſinuatam eſſe Chriſti generationem ex Virgine; ſubdit meritò additum eſſe *potentiſſime*. [Quoniam maximæ potentiæ demonſtrationem habet, poſſe Deum in natura eſſe humana. Nam cœli & terræ conſtitutio, matis, & aëris, & maximorum elementorum generatio, & ſi quid ſupra mundum intelligitur, & ſi quid ſubtus terras vſquam reperitur, non hæc vſque adeò euidenter exprimunt diuini Verbi potentiam, quantum diſpenſario aſſumptæ carnis, & ad humilitatem vſque debilitatémque noſtram ſuſcipiendam condeſcenſio.]

Potent. Chriſti in Euchariſt. penes terminum ad quem.

Imo excedit hîc potentia. Ac primùm, ab replicationem.

12. Verùm ſunt in hoc myſterio, (vt initio aiebam,) variæ cumulationes ſpeciminum diuinæ potentiæ, ſupra ea quæ in Incarnationis myſterio elucent, vt replicatio, inextenſio quantitatis Chriſti, & partium eius inter ſeipſas ac cum quantitate ſpecierum compenetratio, modus eſſendi definitiuus (vt loquuntur,) id eſt, quo corpus, perinde ac ſi eſſet Spiritus, conſtituitur totum in toto & totum in qualibet ſpatij parte, manducatio corporis abſque conſumptione & corruptione aliáque huiuſmodi quæ quiſquis vel perfunctoriè conſideranerit cogetur exclamare ad Deum, magnus es tu & faciens mirabilia. To es Deus ſolus. Quod omnium huiuſmodi mirabilium, diuinæ potentiæ maximè propriorum, ac curata diſcuſſio, ſpiſſis voluminibus impendis par foret; contrahendæ erunt habenæ; quare libatis obiter magna eum temperatione ac patcitate præcipuis quibuſque cætera præteribimus.

Replicatio, adeò ſtupendum ac diuinæ omnipotentiæ proprium opus eſt, vt plerique errones humanis viribus eam metientes, & captui ſuo innixi, non cenſuerint eſſe poſſibilem, præſertim quia inferre putant diuulſionem eiuſdem à ſeipſo, quam nemo non videt repugnare. Nec mirum, carnali modulo iſta metientes, ſic hallucinari. Tranſcendont huiuſmodi myſteria, ſenſuum & iudiciorum noſtrorum ſenſibus alligatorum, craſſitiem. Scitè Sanctus Anſelmus l. de Sacrament. alt. part. 1. nomerat inter ea quæ ſola fides attingit, quomodo Chriſtus in Sacramento altaris. [Et vno quoque momento, & in dextera Patris ſedeat in cœlis, & ſacrificetur in menſa altaris. Itémque vno eodémque momento, à ſolis ortu vſque ad occaſum, ab Aquilone ad Auſtrum, præſto ſit omnibus fidelibus hoc quod tradidit ipſe, in ſui memoriam celebrantibus fidelibus. Quod de corpore, cogitare non poteſt, aliquis qui ſit in corpore.]

13. Sed quamuis qui incraſſatum habent animum, & quaſi corporatum iuxta modum loquendi Origenis homil. 2. in Pſalmum 38. fingant ſibi repugnantiam in ea veritate, nec eam reipſa aſſequantur, tamen certum eſt, replicationi corporis nullam ſubeſſe repugnantiam, nec excedere fines diuinæ potentiæ, vt fusè præter cæteros proſequuntur Bellarminus lib. 3. de Euchariſt. cap. 3. Maldonatus in Opere de Sacrament. quæſt. hypother. de Euchariſt. hypotheſi 2. Valent. 3. part. d. 6. quæſt. 3. part. 1. à §. 23. Suares t. 3. 3. part. d. 48. ſ. 4. & Boſius l. 14. de ſignis cap. 9. qui aceruant varia Patrum loca, ſimultaneam eiuſdem corporis poſitionem in pluribus locis aſtruentia. Addunt etiam exempla, quibus idem corpus varijs ſimul locis fuit. Eiuſmodi eſt exemplum Chriſti, qui cum cœlum ad finem vſque mundi non ſit deſerturus, vt Aduerſarij non conſtanter ſed pertinaciter aſſerunt, tamen Actor. 9. & 22. apparuit Sancto Paulo, quod tamen argumentum non præſto vt certum: ſed dumtaxat vt veriſimile cum Suare 1. 2. 3. part. d. 51. ſ. 4. & Vaſq. 1. part. d. 189. cap. 8. ac Thyræo de appar. Chriſti imperſonal. cap. 8. Similia narrantur de Beatis Ambroſio & Seueto Rauennate: quorum ille Beati Martini, hîc Beati Geminiani Motiuenſis Antiſtitis exequijs interfuit, neuter interim abſens à ſede ſua. Idem ſcribitur de Sancto Frontone Epiſcopo Petragoricenſi, eodem tempore viſo apud ſuos, & Tarraſcone vrbe ſejunctiſſima, vbi S. Martha Chriſti hoſpita exequijs interfuit. Sanct. Bonaoentura idem refert de Sanctis Franciſco, & Antonio Patauino. Nec non Bernardus Iuſtinianus, de Laurentio gentili ſuo Venetorum Patriarcha primo. Eadem de Sancto Xauerio habet Turſellinus l. 5. vitæ cap. 2. His verò dimiſſis, ad ſimultaneam in pluribus locis præſentiam, diuinæ potentiæ non negandam, ſatis ſuperque eſſe debet, quod impoſſibile hactenus fuerit aduerſarijs, quantumuis fruſtra conniſis, vel vmbram contradictionis oſtendere in tali vnius corporis replicatione, ſiue corpore vtrobique locato circumſcriptiuè, vt rectè aſſerit Albertinus coroll. 2. de Quant. dub. 2. & Suares tom. 2. diſp. 48. ſ. 4. malè reclamante Vaſque 3. part. d. 189. cap. 5. Siue quod nobis nunc ſatis eſt, vno loco circumſcriptiuè, alibi definitiuè conſtituto. Quod enim diuulſionem neſcio quam corporis replicati à ſeipſo, comminiſcuntur; ex ingenij obeſitate procedit, qua impediuntur aduertere, corpus replicatum non diſtrahi aut diuelli à ſeipſo, ſed in multiplici dumtaxat loco conſtitui; vnde efficitur, vt quoad prædicatorum cæteroqui pugnantium varietatem, æquinaleat totidem corporibus, quot ſunt loca in quibus replicatur; non modò ſi ſermo ſit de prædicatis relatiuis & locum conſequentibus, quod vnum concedit Bellarminus l. 3. de Euchariſt. cap. 4. *in fine*; ſed etiam ſi agatur de prædicatis abſolutis, & independentibus à loco; ac etiam ſi ſermo ſit de actibus immanentibus oppoſitis, quod diffitetur Suares tom. 3. 3. part. d. 48. ſ. 6. Annuit autem rectè Valentia 3. part. d. 6. quæſt. 3. p. 1. §. 27. pronunciato 2. & Ægid. Coninck. 3. part. q. 75. num. 129.

14. Ex eo igitur quod corpus Chriſti in cœlo circumſcriptiuè collocatum, tót locis replicetur, quot ſunt in quibus Euchariſtia conſiſtit,

Sect. III. Cap. III. Claſſis. I.

citur, habemus ſtupendum diuinæ potentiæ in hoc myſterio interuentum, de quo rectè Hugo Victorinus l. de Sacram. p. 8. c. 11. [Mirum eſt, ſed non ideò falſum eſt. quia mirum eſt. Et verum eſt quia mirum eſt; Nec tamen ſit mirum, quia opus Dei eſt. Non eſt mirum, ſi mirabilis mirabilia operatur. Quomodò (inquis,) corpus vnum, eodem tempore in diuerſis locis eſſe poteſt? Hîc eſt, ibi eſt, & totum vtrobique eſt, & multis in locis ſimiliter. Noli mirari. Qui locum fecit, corpus fecit, & locum in corpore, & corpus in loco. Et qui fecit vt corpus vnum in loco vno eſſet, fecit ſicut voluit; & ſi voluiſſet, aliter facere potuiſſet. Nam & quando vult, aliter facit, & eſt ſicut ipſe vult ſemper. Quia autem ſic ipſe fecit vt corpus vnum in loco vno eſſet, tu quod factum eſt, vidiſti. Idcirco miraris, quando aliud vides vel audis, quàm videre & audire conſueuiſti. Ipſe autem non miratur, quando aliud facit quàm quod facere conſueuit: quia quando illud fecit, ſciuit & tunc, quod aliter facere potuiſſet ſi voluiſſet. Idcirco cum quid mirari cœperis, & dixerit fortè tibi cogitatio tua, quomodò hoc eſſe poſſit, cogita facientem & deſinet eſſe mirabile quicquid illud fuerit. Et ſi fortè mirabile eſſe non deſierit, tamen incredibile non erit. Si factor omnipotens cogitatur, non erit impoſſibile quicquid erit.] Eo ipſo tamen liquet de magnitudine diuinæ potentiæ in illa eiuſdem corporis replicatione; quod tranſcendit cogitationes noſtras, quomodò poſſit fieri, quod mirum eſſe, támque præter ac ſupra naturæ motem fateri cogimur. Arnobium l. 6. contra Gent. n. 22. id vniuerſæ naturæ negantem, & Origenem 6. contra Celſum iactatam Pythagoræ replicationem ad ſpectra Magica referentem, adducere memini in Natur. Theolog. diſt. 4. num. 279. Verque autem replicationem veram, ſolius Dei potentiæ opus eſſe, pro comperto habeto habet: & annuit Deltrio 2. Mag. q. 17. & Thyræus l. de Apparit. viuorum alibi degentium.

15. Vt autem conſtet, quomodò hoc ſpecimen diuinæ potentiæ ſe habeat ad ſpecimen primum ſupra iam propoſitum, ſtatuendum eſt replicationem fieri per nouam rei replicatæ reproductionem, quando eſt ſermo de replicatione per ſe primò intenta, & non conſequente ad aliam anteriùs factam. Quod dico, propter euentum in quo hoſtia iam conſecrata, diuidatur in duas partes. Tunc enim corpus Chriſti inuenitur cõplete & integrè ſub quolibet fragmento ſeparato, cum ptiùs non eſſet niſi ſemel ſub omnibus partibus copulatis. Quem geminum Chriſti modum eſſendi in nouo loco ſeparato, non abiecta occupatione prioris; ſi cui libeat vocare replicationem, meritò ſubjunget, replicationem non fieri per reproductionem nouam, ſed tantùm per nouum modum eſſendi à reproductione longè diuerſum, quia reproductio tendit tantùm ad eſſe, abſtrahítque à correſpondentia cum ſpatio; cum è contrario, replicatio ſpectet ſpatium, & tendat ad modum accidentarium quo formaliter confertur coaptatio & correſpondentia cum loco, agendo de communiter dicta replicatione, non autem de noua exiſtentia punctali extra locum priorem. At replicatio facta per ſe primò, & ſpectans nouam correſpondentiam & coextenſionem cum loco, fit per reproductionem nouam: & numericè ſaltem diſtinctam à prima rei productione; vi cuius nouæ actionis, res ſiſtitur alibi, ibique accipit à modo extenſionis ſuperaddito, talem & tantam cum loco correſpondentiam. Vt autem ſola actio prima, ſiue productio rei abſolutè dicta, replicetur; nec res de nouo & per actionem numericè diſtinctam producatur, fieri non poteſt: quia vt noua hæc denominatio *replicati*; ſiue *alibi poſiti* exurgat, debet aliquid variari circa id quod eam denominationem de nouo ſubit, & vbi eam ſubit. Nihil autem poteſt hîc circa eam fieri de nouo, niſi priùs ſit in hoc loco. At excluſa forma interna vbicante, quàm ſuppono nullam eſſe, res non poteſt intelligi hîc eſſe, niſi per nouam productionem hîc elicitam. Quæ argumentatio conuincit, tot multiplicari reproductiones, quot ſunt replicationes per ſe factæ. Nam cum replicatio ſit conſequenter ad anteriorem poſitionem in aliquo loco continuo, cui poſtea correſpondetur diſcontinuè ob interpoſitam fractionem vel diuiſionem, facile eſt intelligere replicationem fieri abſque noua rei reproductione, per ſolam productionem extenſionis modalis. Hinc ergo conſtat, replicationem eſſe productionem, cum connotatione alterius loci, cui res alibi correſpondeat, toties multiplicaram numero, quoties multiplicatur replicatio. Qua in re, nouum ſemper & auctius diuinæ potentiæ robur expauditur.

Item ratione inextenſionis quantitatis corporis Chriſti, Sacramentaliter conſtituti.

16. Aliud & quidem luculentum diuinæ potentiæ in hoc myſterio ſpecimen, eſt inextenſio corporis Chriſti, & partium eius inter ſeipſas ac cum, quantitate ſpecierum compenetratio. Vt intelligatur quàm id ſit potentiæ Dei proprium, obſeruandum eſt, corpus Chriſti in Euchariſtia, totam ſuam quantitatem obtinere qua præditum fuit cum viſibiliter ſuperſtes eſſet. Explodunt enim communiter DD. illam, vel remerariam vr pronunciat Suates tom. 3. 3. part. diſp. 51. ſect. 2. vel erroneam, vt cenſet Valentia 3. part. diſp. 6. quæſt. 4. part. 1. Durandi opinationem in 4. diſp. 10. quæſt. 2. qui licet quantitatem reipſa diſtinguat à ſubſtantia, negat tamen Chriſtum in Euchariſtia habere ſuam quantitatem: nixus eo fundamento, quod effectus formalis quantitatis, ſit extenſio ſitualis actualis, qua Chriſti corpus hîc deſtituitur. Et quia quantitas eſt fulcrum immediatum cœterorum accidentium materialium, æquè negauit Durandus, corpus Chriſti in Euchariſtia, eſſe præditum qualitatibus corporeis quantitati naturaliter affixis, quantùmvis corpori humano connaturalibus, vt calore, frigore, colore, aliiſque huiuſmodi. Communiſſima autem Doctorum ſententia, etiamſi rationem formalem quantitatis conſtituit in debito extenſionis externæ ſeu ſitualis; negat tamen, huiuſmodi extenſionẽ actualem, eſſe effectum formalẽ quantitatis. Ac proinde etiãſi quãtitas Chriſti in Euchariſtia nullam profundat ſitualem extenſionem, quod ita ferat occultatio myſterij; reperitur tamen reuera

reuera in Christi corpore ; quod alioqui esset monstrosum, quippe destitutum organizatione & temperie corpori humano consentanea, in qualitatibus quantitatem immediatè afficientibus, fundato. Vt autem quantitas, hæc præstare queat corpori Christi, necesse est quantitatem reipsa inhærere corpori, non autem dumtaxat intimè præsentem esse absque vnione & effectus sui formalis collatione, vt aliqui territi difficultate quæ Durandum oppressérat, commenti sunt, meritò rejecti à Suare t. 3. 3. part. d. 48. s. 1. ad 1. induunt enim se in easdem pedicas quibus irretitus est Durandus, & corpus Christi in Eucharistia esse in statu monstroso, fateri coguntur. Nam perinde est carere quantitate & inhærentibus ei qualitatibus, ac illam habere adjacentem tantùm, non inhærentem.

17. Igitur corpus Christi in Eucharistia, est præditum sua quantitate : quæ non est modica, fuit enim Christus staturæ conuenienter procerè, ad quatuor pedes & dodrantem excrescentis, vt monstrat Malonius ad Palæotum de Sacra Syndone cap. 3. num. 3. ex Nicephoro 1. histor. cap. 40. & ex Epistola Lentuli ad Senatum Romanum, relata ab Eutropio, nec non ex S. Birgitta l. 4. reuelat. cap. 70. ac denique ex tabula Lapidea Romana, ac ex effigie sacræ Syndoni impressa. Tantæ itaque molis corpus, salua sibi entitate tota quantitatis, redigi ad incatensionem, & illo veluti frutice qoantitati naturalitet cohærente priuari, contra exigentiam quantitatis, nulla vi agentium creatorum superabilem ; specimen est divinæ potentiæ omnino luculentum. Nam quamuis extensio situalis, pro varietate temperamenti naturaliter possit esse major aut minor, vt notum est ex condensatione : tamen vt quantitas prorsus spolietur externa extensione, nulla vi naturali effici potest. Est enim naturalis proprietas quantitatis, eique ex necessitate debetur, tanquam verus modus illius, vt expressè tradit Ocham in 3. quæst. 4. *Litera* G. & alij apud Durandum in 4. d. 34. quæst. 1. num. 8. Et peruadit quidem etiam ad substantiam quantitati substratam, vt agnoscit Capreolus in 2. d. 18. ad 2. Ochami, contra primam conclus. Non affecit tamen substantiam nisi per quantitatem, à qua tanquam à radice, profunditur communicatúrque substantiæ. Itaque vis naturalis, non plus posset situalem extensionem à quantitate superstite prorsus auellere, quàm calorem ab igne, aut frigus ab aqua, vel ab homine intellectum aut voluntatem. Ac proinde diuinæ potentiæ effectus est omnino eximius, quod Christi corpus magna instructum quantitate, diffusionem magnam deposcente, statuatut inexteusum.

Ac etiam ob compenetrationem partium Christi inter se, ac cum speciebus.

18. Non minus ad diuinam potentiam referenda est, compenetratio partium quantitatis corpotis Christi eum quantitate specierum, ipsarúmque intet se partium : quam compenetrationem hîe interuenire, perspicuum est ex defectu extensionis situalis, de quo proximè. Cum enim sit hîc tota quantitas corporis Christi eum omnibus suis partibus, eæque loco non coextendantur ; necessarium est fateri eas coexistere eidem loco, quod est se compenetrare. Quamuis autem hi duo diuinæ potentiæ effectus se concomitentur, sunt tamen reuera distincti, & spectant exclusionem duarum quantitatis proprietatum planè diuersarum ; nempè extensionis situalis, & impenetrationis. Hoc vt perspicatut, recolendum obiter est ex philosophia, in quantitate locum suum occupante, secernendam esse entitatem quantitati essentialem, ab extensione situali quam modaliter à quantitate interna distingui vidimus, insuperque ab alia quantitatis passione, quæ est alius verus & peculiaris modus. Ideò quippè admittimus extensionem modaliter distinctam, quia videmus quantitatem posse non occatendi loco. Cum autem effectus *ille* non possit non conferri per aliquam formam, assignatur entitas modalis quantitati superaddita, per quam conferatur. Atqui eodem modo, videmus quantitatem vnam excludere aliam è loco suo. Assignanda igitur est aliqua formalis causa huius effectus, quæ neque est quantitas, neque modus extensionis situalis : cum fidea doceat, nascente Christo, vel prodeunte è sepulchro intemerato, aut clausis ostris subeuote ad discipulos iutus sedentes, duas quantitates extensas non se excluisse. Tametsi enim non admissio, quam vnum quantum exercet erga alterum, respectu eiusdem loci, sit aliquid negatiuum : tamen eum aliquando fiat, aliquando non fiat, debet habere fundamentum positiuum ; siue causam qua posita ponatur, & ablata tollatur ; alioqui semper fieret aut semper non fieret. Itaque cum posita entitate quantitatis eiúsque extensione, interdum non ponatur exclusio alterius quantitatis ; manifestum est, formam positiuam quæ fundat non admissionem alterius quanti, differre & à quantitate, & ab extensione eius modali : ac esse peculiarem entitatem modalem quantitati superadditam, eiúsque veram proprietatem. Nam quod naturalis incompossibilitas inter qualitates contrarias, absque modali entitate qualitatibus superaddita obeatur, parum refert ; quia ea incompossibilitas, potest reuocari ad vim subjecti finitam. Incompossibilitas autem quantitatum extensarum in eodem loco, non potest aliò reuocari quàm ad modum peculiarem, & quantitati & extensioni externæ superadditum : quem rectè admiseruot aliqui apud Rubionium in 4. d. 50. quæst. 3. artic. 1. vocantes *corpulentiam & grossitiem*. Consentit Lessius l. 3. de summo bono cum, 86.

19. Haue igitur quantitatis peculiarem proprietatem ab ea auellere, opus est diuinæ solius potentiæ. Nam naturaliter quantitas non plus potest ea sua connaturali affectione ptorsus cani, quàm extensione. Et idcirco Aristoteles 4. phys. t. 27. suffragante perpetuo experimento, negat penetrauonem quantitatum posse admitti ; vtique spectatata vi solius naturæ creatæ, ne Angelica quidem excepta. Nam Angelis quoque, vim causandæ corporum penetrationis, rectè negat Delrio 2. Mag. q. 17. & alij quos profero in Natur. Theolog. dist. 4. num. 280. & 281. qui id confirmant testimouto ipsarum sagarum, ingenuè professarum, nunquam se in felium aut mutium

Potentia Christi in Euchar. penes termin. ad quem.

Sect. III. Cap. III. Classis I.

modum contractas, penetrasse domos conclusas; sed dæmonem præcedentem, ostijs vel fenestris latenter reseratis, moxque post earum intromissionem denuò clausis, vel subita lapidum è pariete, quot ad subeundum sufficerent, exemptione ac repositione, ementitum esse penetrationis imaginem. Multo magis autem negandum est, inferiores naturas posse efficere penetrationem quantitatum, quod absurdè concedit & ex inanibus argumentis probare conatur Petrus Ioannes Oliui quodlib. 3. q. 7. Rectè porrò Scotus in 4. d. 40. *Litera* E. explodit aliquos, quibus visum est panem & vinum affusum se penetrare, nec non ferrum candens & ignem. Quod item alijs visum est de carbone succenso, vt refert Gul. Paris. 1. primæ de Vniuerso cap. 23. Hæc metirò explodantur, cum tantum liceat dicere, io panis ac ferri poris, latere vinum & ignem, & solas vtriusque qualitates diffundi per solidam panis ac ferri substantiam, vt prætet Scotum admonet Capreolus in 4. d. 44. q. 3. ad 5. contra 2. ex Paludano. De carbone autem, veram censeo sententiam Richardi in 4. d. 44. artic. 2. quæst. 4. existimantis, carbonem etiam in partibus solidis esse totum ignem, contra Scotum in 4. d. 47. quæst. 2. *Litera* B. Mox enim restincto igne, supereſt tantum cadauer viuentis igne corrupti, non ita in ferro. Nusquam igitor oratora, vim habet causandæ penetrationis quantitatem: sed id est proprium solius Dei, naturæ autoris, cuius potentiæ nulla naturalis proprietatum & causarum connexio, potest frænos injicere. Atque adeò agnoscendum est, penetrationem partium quantarum corporis Christi, & ioter seipsas, & cum supetstite panis & vini quantitate, esse specimen diuinæ potentiæ, omnino eximium.

Nec non penes modum essendi definitiuum, hic Christo tributum.

20. Illam verò corporis Christi sub speciebus productionem cum modo essendi definitiuo, quo totum corpus, totis speciebus, & totum singulis earundem partibus subest, nemo non videt adeò abhorrere à genio corporum, vt omnino faceodum sit, esse argumentum diuinæ potentiæ supra omnem naturæ cursum operantis: quandoquidem hac ratione, corpus quantum, donatur prærogatiuis spirituum. De hoc stupendo diuinæ potentiæ specimine, quia multo obscurius est præcedeutibus, agendum est paulò distinctiùs, vt Deum hîc suspicere, & eius magnalia in sacris mysterijs celebrare, assuescamus. Modus ergo essendi impartibiliter ac definitiuè in loco, qui spiritum proprius est; vel spectarur provt communicatus corpori Christi ante discontinuationem vllam specierum, vel provr afficiens corpus Christi post diuulsionem specierum, quæ continuæ fueraot cum consecrationem terminarunt.

Priore modo, Christum esse totum sub singolis specierom partibus adhuc vnitis, non est apertè definitum ex fide; est tamen Theologicè adeò certum, vt contrarium vel sit erroneum iuxta Valentiam 3. part. d. 6. q. 4. part. 2. vel sit errori proximum; vt tradit Suares t. 3. 3. p. d. 52. s. 2. qui ad id multas rationes accumulat: sed illa est optima, quod iuxta contrariom placitum, aliquæ Christi partes, per monstrosam condensationem aut penettationem tedigerentur ad eondem locum; aliæ autem loco inter se abjungerentur. Similitérque, si panis corpore Christi protensior consecraretur, oporteret corpus Chtisti rarefieri, ad coexistendum omnibus illis partibus transmutatis in Christi corpus. Itaque cum forma consecratoria æquè primò cadat in omne quod est panis aut vinum; & partes integrantes æquè sint panis & vinum, ac tota quibus insunt; necesse est fateri, singulas consecrari æquè primò & sub singulis patticulis, etiam autequàm sejongantur, esse totum Christum.

21. Posteriore modo proposito, hoc est post discontiouationem specierum quæ in consecratione erant continuæ, Christom totum esse sub qualibet parricula iam discontinua, vel esse totum sub qualibet parricula ante consecrationem discontinua, si contingerit plures particulas discontinuas eidem consecrarioni substare, certom est ex fide contra errorem Gabrielis Philadelphiensis l. de Sacramentis qui particulas panis etiamsi in dispositas vnà cum pane integro, negat cunsecrari. Sed contrarium est planè certum. Ita enim definirum est ab Eugenio in Concilio Florentino, & in Concilio Tridentino sess. 13. cap. 3. & can. 3. Habetúrque apertè ex Scripturis, docentibus, Christum non membratim discerptum ac dilaceratom provt venditor caro in macello, sed totum & integrum datum esse cuiois Apostolo, in noctis supremæ cœna. Cúmque singuli Apostoli, singula fragmenta panis cooiecrari acceperint, & singuli è calice consecraio, totidem haustus, portigente & admonente Christo biberint; fateti omnino oporter, totom Christum sub singulis fragminibus sacri panis, & totum item sub singulis haustibus sacri calicis extitisse. Hoc ex Eosebio Gallicano, Gregotio, Ambtosio, Basilio, Augustino, Eutychio, Chrysostomo, Samona atque Guitmundo, confirmatum est, refellendo inanem pietatis heterocliſim, eorum qui communicaturi grandiorem hostiam expetunt; perinde ac si plus accipetent, quàm porrecta hostia minore. Nunc addo paucos alios.

Sanctus Cyrillos l. 12. in Ioann. cap. 32. [In quatuor partes vestimenta diuisa sunt, & tonica solùm indiuisa remansit, quod mysticæ cuiusdam tei signum fuisse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salotem reductæ, indumentum Verbi, id est carnem eius, impartibiliter inter se partiti sunt. Io singulos enim partibilitet transiens Vnigenitus, & animam atque corpus eorum per carnem suam saoctificans, impartibiliter atque integrè io omnibus est, cum vnus vbique sit, nullo modo dioisus, sicut Paulus ait. Huius mysterij vim, legis quoque figura obumbrat. Agnum enim tempore congruo accipere iubebat, ooo per singula capita vnum, sed per singulas domos atqoe familias. Sic diuidi quodammodò Agnus videbatur. Sed vt rursus quasi integer atque indiuisus remaneret. *Una in domo comedetur*, (inqoit) *non exportabitis de carnibus eius.* Sic partibiliter quantum ad siogula voios familiæ capita,

&

& impartibiliter quoniam in vna domo atque familia, vnus in omnibus Agnus, inueniebatur.]

a 2. Euſebius ex ore crediti Hieronymi, verboſa apoſtrophe ad Euchariſtiam pro viatico porrectam. [O magnum & inſcrutabile myſterium! Panis accidentia franguntur per partes, & tamen in qualibet permanes particula, totus & integer Chriſtus, ſicut eras antea. O humanorum illuſio ſenſuum. Franguntur illa quæ humanis ſenſibus in te videntur accidentia, & tamen frangeris, nec contumperis. Te dentes videntes maſticare, veluti materialem panem; & tamen nunquam maſticaris. O nobile conuiuium, in quo ſub panis & vini ſpecie, totus Chriſtus Deus & homo ſumitur: ita totus in ſpecie panis & qualibet eius particula, & in vini ſpecie cum qualibet gutta, ſicut in pania totius & vini ſpecie ſimul. Nam totus perfectus & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub qualibet quantumcunque minima continetur particula. Et idem totus in vini ſpecie, & in qualicumque gutta permanet.]

Ecberius ſerm. 11. contra Cathar. [Vbi dicit Euangeliſta quod fregit Dominus panem quem diſcipulis porrigebat, de quo dixit eis vt manducarent; in illa fractione & illa comeſtione, non hoc intelligendum eſt, quod intelligitur cum dicitur de alio communi pane, quod frangatur & quod manducetur. Nam in iſta fractione & comeſtione panis, pars vna omnino ab alia ſeparatur, ita vt non maneat aliqua integritas, in pane qui frangitur & manducatur. At poſtquàm panem illum Dominus benedixit, non erat ibi vera ſubſtantia panis, ſed ſpecies panis; & ſub illa ſpecie verum corpus Chriſti, & non erat illa fractio in ſubſtantia corporis Domini, ſed in illa viſibili ſpecie panis quæ adhuc immutata permanebat; ſicque manducabatur corpus Chriſti, vt tamen integrum permaneret & inconſumptum. Illa ergo manducatio qua corpus Chriſti manducabant, non erat ſimilis comeſtioni qua alios communes cibos manducabant. Quod enim ore ſumebant, fide & dilectione intus in anima manducabant, & ibi virtute illius panis, ſanctificati ſunt. Similitudinem quandam huius rei attendite. Cum docet ſpiritualis Magiſter in Eccleſia populum, vnam dicit aliquando ſententiam, quam ſuſcipit vnuſquiſque corporali aure, & tranſit ad corda ſingulorum tota; & ita quodammodò diuiditur inter eos, & tamen integra manet apud eum qui docet. Ita etiam diſcipuli Domini, ſanctum cibum corporali quidem ore ſuſcipiebant, & ita tranſit totus ad ſingulorum corda: & hoc modo diuidebatur inter eos, vt tamen integer maneret apud eum qui dabat.

a 3. Paſchaſius l. de Sacram. cap. 17. *initio.* [Si figura iſtius Sacramenti in manna illo cœleſti præceſſit, verè & huius rei ratio exinde apertè monſtratur, quod dicitur, *qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus pauxerat, inuenit minus.* Non eſt omnino quantitas viſibilis, in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus Sacramenti ſpiritualis. Sicut nec quantitas hominis Chriſti, metienda in corpore, ſed virtus in eo & diuinitas conſidetanda. Nam plus retulit mulier illa in Euangelio quæ fimbriam veſtimenti eius tetigit, quàm turba quæ totum corpus preſſit; quia plus cum mente concepit & fide credidit. Idcirco cogitandum à nobis eſt, non quantum dente premitur, ſed quantum fide & dilectione capitur.] Idem ferunt illa in calce capitis. [Hoc myſterium dum communicas, dilata ſinum mentis tuæ, emunda conſcientiam & percipe, non quantum mica exhibet, ſed quantum fides capit.]

Potentia Chriſti in Euchar. penes termin. ad quem.

Vulgatiſſima ſunt quæ adducuntur à Gratiano de conſecr. diſt. 2. cap. *vbi pars* ex Hilaro Papa & cap. *ſinguli* ex Hieronymi ſerm. de Dominica V. poſt Epiphan quæ proinde alicuius alterius ſunt quàm S. Hieronymi, cuius nullos habemus vel fuiſſe accepimus ſermones in Dominicas. Poſſumus verò S. Hieronymo ſufficere Tertullianum; & Origenem, quatenus ſingulas diuini panis micas, auxiè à fidelibus olim cuſtoditas docent, quippè conſcijs totum Chriſtum cuilibet earum ſubeſſe. Tertullianum ex cap. 3. de coro. milit. infra adducam. Origenes homil. 13. in Exod. ſic loquitur. [Noſtis qui diuinis myſterijs intereſſe conſueſtis, quomodò cum ſuſcipitis corpus Domini, cum omni cautela & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat; ne conſecrati muneris aliquid delabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Circa corpus eius conſeruandum, tanta vtimini cautela, & meritò vtiminl.] En *corpus Domini* vocat, *parum quid* ex ſpeciebus.

24. De modo ergo eſſendi definitiuo, quo res eſt tota in toto, & tota vbilibet in ſpatio quo continetur, attributo corpori Chriſti in Euchariſtia, dubitare non licet. Quis verò in ea corporis ſubuectione ad modum eſſendi ſpirituum proprium, non agnoſcat diuinam potentiam, naturalibus proprietatibus, eique ordini quem rerum natiua conditio poſceret, non alligatam? Eſtque id, ſpecimen diuinæ potentiæ longè maius, quàm quod demirabamur in priuatione extenſionis ſitualis, connaturaliter debitæ corpori. Ea quippè redactio ad punctum, fit per meram negationem modi aduentitij, quo quantitas ſitualiter extenderetur, ſi eum profundere fineretur: Nec eſt neceſſe cum Albertino quæſt. 7. de vbi num. 3. poſcere nouam formam realem, ſupra entitatem quantitatis inextenſæ; vi cuius formaliter ſtatuatur in puncto, cum ſe ſola correſpondeat ſufficienter puncto ſpatij. At vt quantitas, & res quælibet creata diffundatur cum impartibilitate, exigitur forma modalis ſuperaddita ſubſtantiæ, vt circa Intelligentias probatum eſt in Natur. Theolog. diſt. 4. à num. 197. & facilè euincitur quoad corpus Chriſti, cui in Sacramento talem modum eſſendi tribuendum eſſe, contendimus. Cum enim huiuſmodi corpus, connaturaliter poſtulet aliter ſe habere per ordinem ad locum, ſicut reuera ſe habet in cœlo, vbi tota extenſione ſua finitus; neceſſarium planè eſt, vt hîc aliquid aliud habeat, à quo ducatur denominatio, ſe habendi definitiuè in loco. Nihil autem aliud aſſignari poteſt, præter formam modalem, ſubjectiuè quidè & entitatiuè corporeâ, cuiuſmodi eſt corpus quod affecit; in ſuo autem effectu formali, proportionalêm modo eſſendi ſpirituum, & ſi ſic totum totum corpus in toto loco, & totum in qualibet eiuſdem loci parte. Nullámque eſſe repugnantiam in ſubjectione corporis ad

talem modum essendi, pulchrè probat Ocham tract. de Sacram. altar. c. 6. Communicatio itaque huius positiuæ entitatis disseuranex corpori cui communicatur, est multo maius argumentum diuinæ potentiæ, quàm priuatio extensionis debitæ corpori: quia multo maior vis & potentia exigitur, ad confetendam dotem superiori ordini debitam, quàm ad subtrahendam proprium. Modus autem essendi de quo agimus, est spirituum proprius, vt est perspicuum.

Modus essendi definitiuus Sacramentalis, sublimior Angelico.

25. Quinetiam modum essendi definitiuè, corpori Christi, Eucharistia communicatum, esse sublimiorem modo essendi proprio spirituum, facile probari potest: iuxta communissimam sententiam, ex qua multo magis diuina potentia in commonicatione huius formæ facta corpori Christi, elucescit. Duobus quippè modis potest concipi, corpus Christi statui definiriuè sub speciebus. Primò sicut anima est in corpore cui coextenditur. Est enim tota in toto corpore, & tota in singulis corporis partibus; nec tamen idcirco est pluries in corpore, sed semel tantùm. Similiter ergo Christus, concipi potest esse totus in tota hostia, & totus in singulis hostiæ partibus: non tamen nisi semel dumtaxat. Cum enim prius natura intelligatur quasi punctale, omnisque & quaslibet partes suas habens simul, beneficio modi essendi spiritibus debiti quasi euolvitur, & ita explicatur, vt correspondeat totum integro ambitui speciem, & totum quoque singulis eiusdem ambitus particulis. Secundò concipi potest corpus Christi, & totum in toto specierum ambitu, & totum sub singulis partibus eiusdem ambitus: non tamen semel tantùm, sed totaliter, (vt loquuntur) in singulis partibus prædictis, qui est longè sublimior essendi modus, quàm is quem in Angelo & rationali anima agnoscimus. Anima enim, tametsi est tota in toto corpore quod informat, & tota in singulis eius membris; tamen in nulla peculari corporis parte, est totaliter. Sic enim esset pluries in corpore, quod nemo dixerit: quandoquidem præcisa quapiam corporis parte, anima non perstat in ea. Ex quo inferri solet, cum essendi modum respectu cuiusvis partis non totalem, sed partialem: siue entitatiuè siue quoad effectum: & habuisse essentialem connexionem cum modo essendi afficiente reliquas partes corporis vitam retinentes, à quibus abjuncta pars præcisa, desijt informari ab anima; quod non contigisset, si anima fuisset totaliter in quacunque corporis parte, & is quem dixi nexus modi essendi animæ in vna corporis parte, cum modo essendi in alijs partibus, defuisset. At cum contingit hostiam priùs integram frangi post consecrationem, totum Christi corpus est in quolibet hostiæ fragmento. Itaque non fuit dumtaxat totum in tota hostia, & totum in qualibet hostiæ parte, sed etiam fuit in qualibet parte totaliter, qui modus essendi est longè admirabilior modo essendi spirituum. Continet enim vniuersam perfectionem modi essendi animæ & Angelorum, insuperque addit excellentiam illam præsentiæ totaliter multiplicis, qua prærogatiua non gaudet modus essendi creatorum spirituum proprius. Tribuunt corpori Christi in Eucharistia, hunc admirabiliorem essendi modum, Suares t. 3. 3. part. d. 48. s. 1. Vasq. 3. part. d. 188. cap. 3. Lessius l. 12. de Diu. perfect. num. 126. Et hac ratione multo magis splendere videtur diuina potentia in hoc mysterio, quandoquidem confert corpori modum essendi, entitatiuè quidem prout materialem Christi partem afficit, materialem atque corporeum: specificè autem admirabiliorem modo essendi Angelico, & supernaturalem secundùm substantiam, cum nulli creaturæ sit connaturalis. Ex quo sequitur, eum non esse naturaliter Angelo peruium, vt docent qui illum esse secundùm substantiam, supernaturalem, profitentur; Molina 1. part. quæst. 57. art. 5. disp. 1. *in fine*, Suares l. 2. de Ang. cap. 29. à num. 16. & t. 3. 3. part. d. 53. s. 5. Granado 1. part. tract. 6. disp. 2. & Albertinus 1. princ. compl. coroll. 13. dub. 3. coroll. 1. de quant. dub. 6. num. 15.

Num inde sequatur, Christum esse actu infinities sub quauis hostia.

26. Premit tamen hanc sententiam, grauis omnino difficultas inde petita, quod asserendum consequentet sit, Christum esse sub vna hostia infinities, ac infinities; & quidem actu, non autem tantùm in potentia, vt ait S. Thomas 104. d. 10. quæst. 1. art. 3. quæstiooe 3. ad 1. sequitúrque Suares t. 3. 3. part. d. 48. s. 1. *in fine* & d. 52. s. 2. Esse enim actu infinities, inde euinci videtur, quod toties actu sit Christus sub hostia, quot sunt hostiæ partes ab inuicem separabiles: sed hæ sunt infinitæ, vt constat ex compositione continui. Igitur Christus est sub vna qualibet hostia, infinities. Nec eneruat hanc argumentationem quod ait Lessius l. 12. de Diu. perfect. num. 126. nempè Christum non esse infinities in vna hostia, quia non est completè in omnibus hostiæ partibus, sed tantùm sub quouis minimo naturali, hoc est sub quanis particula ita parua, vt si à toto separata existens diuidatur, non possit naturaliter conseruari: quæ minima, non sunt infinita in continuo. Vnde Christus non est completè infinities sub vna hostia; sed tantum pro numero partium illarum minimarum. Vel certè pro numero partium hostiæ sensibilium, quandoquidem materia Eucharistiæ est panis sensibilis. Nam etiam Vasques 3. part. d. 171 num. 12. negat posse dari partem panis prorsus insensibilem, quæ maneat panis. Ex quo colligit, non posse deueniri ad hostiæ species insensibiles, quibus Christus subsit. Dici denique posset eum Ægidio 3. parte quæst. 76. à num. 41. *in prima editione*, Christum non esse infinities sub vna hostia; quia non est completè, nisi in partibus designabilibus, & naturali aliqua potentia etiam Angelica superabilibus. Nam hîc Autor, etiam Angelis certos fines diuisibilitatis corporum statuit, tum quoad realem, tum quoad mentalem separationem. Verùm hoc pacto corpus Christi non posset completè ac totaliter sub singulis hostiæ partibus, vt fert sententia quam excutimus; sed tantùm sub minimis, vel sub sensibilibus, aut separabilibus vt creata, non item sub alijs specierum

hostiæ

hostiæ partibus, sub quibus Christus erit tantùm incompletè. Deinde illa minima naturalia, in quanto homogeneo, eiusmodi est quantitas hostiæ, fictitia sunt. Partes verò sensibiles & per nos designabiles, perperam dicuntur solæ continere Christum totaliter: quia quandiu partes insensibiles sunt intra continuum, Christus subest illis: nam quatenus aliis partibus coniunctæ, sunt sensibiles, & terminant formam consecrationis. Ex quo autem Christus, vi formæ sub eas inductus est, manet sub illis totus, quantumcunque deueniatur ad partes insensibiles; quæ licet non potuissent primùm consecrari si solæ fuissent, quia materia consecrationi substans, debet esse sensibilis, tamen ex quo semel ob conjunctionem cum cæteris consecrationem terminarunt, retinent Christum, vt salua sit vetitas formæ, quæ semel circa eas valuit. Adhæc, ægrè probabitur realis illa partium sejunctio Angelicæ facultati negata; & multo minùs inficiatio sectionis continui in plures partes per cognitionem Angelicam intuitiuam. Insuper inuerisimilis esse videtur certus numerus minimorum aut partium vi creata diuisibilium, ne si tantillum plus minúsvè materiæ suppetat, negandum sit, Christum iam nunc ibi reperiri: quod Vasques 3. p. d. 188. c. 3. *in fine*. & Albertinus coroll. 1. de quantit. dub. 3. conclus. 2. meritò improbant. Cogitur denique hæc sententia, admittere, non posse contingere vt in ipso continuo tales vllæ partes secentur in medio: Sic enim Christus non foret sub segmentis; post diuisionem; imo nec ante diuisionem ptæfuisset. Eodem quippè modo subest hostiæ ante diuisionem & seiunctionem partium, quo subeerat aotę factam eatum disruptionem. Ob hæc incommoda, Ægidius, in posteriori editione, suam illam priorem sententiam emendare adactus est, n. 48. & 53.

27. Quare cum Christus in quacunque hostiæ parte sit separabiliter ab alia, & ob infinitatem partium actu continoũ compingentium sit ibi infinities actu, non obstãte insensibilitate partiũ, earúmve iudiuisibilitate ad quam breui deueniunt spectando vim creatam; insuperque cum existentia separabilis, sit argumentum existentiæ completæ: euincl videtur, Christum infinities actu completè reperiri sub quauis hostia, vt ferebat difficultas, contra sententiam quæ perfectionem essendi modum corpori Christi in Eucharistia tribuit, quàm eum qui animæ nostræ aut Angelis est connaturalis. Quæ difficultas multo auctior erit, si quod plerique eiusdem sententiæ Autores admittunt, Christus non partibus tantùm specierum, sed etiam punctis, per punctales replicationes infinities infinitas, quot sunt hostiæ puncta, completè coëxistat. Modus enim essendi Christo communicatus, debet esse continuus in correspondendo; alioquì non esset vnus, sed infinities discontinuus, & respectu quoad omnem partem, si in speciebus locis correspondentibus admitterentur puncta & indiuisibilia infinita intermixta partibus diuisibilibus; eáſque finientia & continuantia, quibus modus ille essendi non corresponderet. Quod valet saltem, de punctis & indiuisibilibus quæ inerant hostiæ, cum consecrationem terminauit. Nam de illis quæ fracta hostia enascuntur, est alia ratio; quia forma consecrationis, non secidit nisi sub materiam quæ præsens erat cum verba proferrentur: vnde laico frangente hostiam, Christus non est sub punctis illis, & indiuisibilibus quæ ad eam fractionem enascuntur, quicquid dicat Suares t. 3. 3. p. d. 52. sect. 3. De punctis autem & indiuisibilibus quæ inerant hostiæ cum consecrationem terminauit, tametsi non per se primò excipiunt Christum, quia indiuisibilia & puncta substantialia panis quibus quantitatiua respondent non sunt panis, sed tantùm substantiales termini & complementa substantiæ panis, tamen necessaria consecutione excepisse Christum censeri debent, ne ea quam dixi inter fectio modi essendi, tantáque lacunositas existentiæ Christi sub hostia, quæ vetè incommoda esset, admittatur. Hoc dico, iuxta sententiam quæ subscudes illas intra continuum agnoscit. Nam mihi quidem, qui nullis huiusmodi minutalibus continuum interim, nihil tale inducendum est circa corporis Christi existentiam sub punctis & indiuisibilibus specierum. Qui tamen puncta & indiuisibilia in continuo admittunt, videntur admittere debere, Christum illis subesse, ne existentia eius sub speciebus, infinitis interpolationibus & discontinuitatibus biet. Et ita de Christi existentia sub punctis & indiuisibilibus specierum, Val. 3. p. d. 6. q. 4. p. 3. & Albertinos coroll. 1. de quant. dub. 5. refragante tamen Vasq. 3. p. d. 180. c. 4.

Potentia Christi, in Eucharistia penes terminum ad quem.

An Christus sit actu semel tantùm sub quauis hostia, sed infinities virtualiter.

28. Hæc sunt, quibus dicebam premi doctrinam illam de modo essendi corporis Christi sub speciebus, longè sublimiore quàm sit modus essendi animæ rationalis in corpore, & Angelorum in spatio; cuius communicatione corpori facta, admodùm extollitur vis diuinæ potentiæ in hoc mysterio. Quod si cui opertosum videatur, extricate difficultates propositas; in promptu est alia expeditio, quæ vim diuinæ in hoc mysterio potentiæ, alia ratione aperiet. Videtur autem inita ab Alberto in 4. d. 13. art. 11. & à S. Bonau. in 4. d. 10. art. 1. q. 5. dicere ergo poterit, Christi corpus, sub vnica hostia, semel duntaxat esse, completè & totaliter: sicut dicitur de Angelo, respectu spatij quod occupat; & de anima rationali, respectu corporis cui inexistit. Hoc tamen differt modus essendi Christi, à modo essendi Angeli, & animæ, quod iste nec formaliter & actu, nec virtualiter, multiplex est completè & totaliter, vt rectè supra monstratum est. At modus essendi quo Christus subest speciebus Sacramentalibus, est virtualiter multiplex: non in se, sed in sua origine, seu in verbis formæ consecrationis, quatenus si hostia frangatur, vel species vim diuidantur aut commisceantur, mutatur modus essendi Christi; ita vt deinceps Christus speciebus nouo modo terminatis subsit, per omnino nouum modum essendi totaliter. Quia enim verba formæ super totam hanc materiam ceciderunt, & eorum efficacia perstare debet, quamdiu accidentia perstabunt in statu accommodato substantiis panis & vini; (qualia reuera perstare supponuntur non obstante fractione, aut commistione;) tenendum planè est, Christum sub fragmentis, aut sub speciebus post mixturam, perstare. Cum ergo

modus eſſendi quo potiebatur cum hoſtiam integram occupabat, non poſſit vltra vſui eſſe, (alioqui enim modi illius partes ante fractionem hoſtiæ fuiſſent totales, contra ſuppoſitionem) infertur perſpicuè, ſubſtituendum eſſe prion illi eſſendi modo quo Chriſtus non niſi ſemel totaliter & completè correſpondebat hoſtiæ, alium nouum eiuſdem rationis, pro multiplicitate fragmentorum multiplicem. Subſtituitur autem vi prioris conſecrationis; eodem modo quo iuxta aliquos, vi formæ anteriùs prolatæ, Chriſtus ſubeſt indiuiſibilibus de nouo enatis, per ſpecierum fractionem aut diuiſionem. Vel eadem ratione, qua vi anterioris conſecrationis, mutatur Sacramentalis modus eſſendi Chriſti, cum ſpecies Sacramentales condenſantur, aut rarefiunt. Tunc enim neceſſe prorſus eſt, vt modus eſſendi Chriſti, aliquam mutationem ſubeat vi prioris conſecrationis; & vel noua pars entitatis addatur, vel forma præjacens modificetur, vel nouus ioteger modus exoriatur: non vi nouæ conſecrationis, quæ deeſſe ſupponitur, ſed vi primæ. Non incongruè igitur affirmamus, vi conſecrationis quæ anteceſſit, ſi fractio aut diuiſio ſpecierum Sacramentalium poſtea aduenias, ſuccedere nouum planè modum completè & totaliter eſſendi, vnicum ſub quovis fragmento ſpecierum vi cuius Chriſtus ei fragmento correſpondebit, abſque noua reproductione ſubſtantiæ Chriſti: ita vt cum prius quando fragmenta conjuncta erant, Chriſtus non ſubeſſet vbique, niſi incompletè & partialiter; hoc eſt cum vi modi eſſendi quo tunc potiebatur, non poſſet eſſe niſi ſub tot ſimul partibus, nunc poſt fractionem hoſtiæ, interuentu noui modi, ſubſit cuius fragmento ſeiunctim, & iodependenter à reliquis.

29. Hanc tamen integri modi ſubſtitutionem, non exiſtimo neceſſariam, cum modus eſſendi Chriſti variandus eſt, ob rarefactionem vel condenſationem ſpecierum quibus ſubeſt; vt facilè poteſt accidere circa ſpecies vini in calice contentas. Tunc enim videtur ſuffiecre additio aliquarum partium, ſimilis majori diffuſioni Angelicæ. Et ipſarum quidem ſpecierum rarefactarum aut condenſatarum vniuerſa extenſio entitatiuè mutatur, & alia planè noua ſubſtituitur, vi ſuppooo ex philoſophica tractatione de raritate & denſitate: ipſius autem Chriſti extenſio, non item; quia ſufficit quod Chriſtus fiat correſpondens toti ſpatio ſpecierum, quod rectè præſtari poteſt per ſolam illam additionem; cum deſit vnio formalis, Chriſti ad ſpecies, nec ſit neceſſe, iis totis per rarefactionem aut condenſationem localiter moris, & prorſus noua totali extenſione donatis, Chriſtum moueri, alitérve extendi io toto ptiore ſpatio ſpecierum. Nam motis localiter ſpeciebus, niſi priorem locum prorſus deſerant, non eſt opus Chriſtum moueri localiter, vt iofra exponam exemplo hoſtiæ circulariter motæ in eodem loco.

Obſeruatum præterea velim, quod modom eſſeodi Chriſti ſub quovis fragmento dixi eſſe vnicum, accipiendum eſſe per comparationem ad modos eſſendi ſub reliquis fragmentis obuenientes Chriſto, quamuis reuera ille vnicus modus ſit multipliciter compoſitus: nam & pro duplici Chriſti parte phyſica eſſentiali, duplex eſt: Vnus corporeus & materialis, corpori ioexiſtens: qui cum ſit pluſquàm pontalis, debet admitti entitatiuè partibilis, contra Albertinum coroll. 1. de quant. dub. 7. n. 9. Fateor Chriſtum totum, ſubeſſe incomplete quibuſvis modi illius partibus: aio tamen in entitate illius modi eſſendi, eſſe compoſitionem intrinſecam & entitatiuam, ob materialitatem & corporeitatem ſuam, quam haurit à modificato cui adhæreſcit. Neque qui eum ſecondùm ſubſtantiam, ſupernaturalitate donant, repugnare hac io parte debent: cum etiam voio hypoſtatica corpori Chriſti inexiſtens, quæ eſt modus ſupernaturaliſſimus ſecundùm ſubſtantiam, ſit tamen aliquid corporeum, & entitatiuè partibile. Alter modus Sactamentalis inexiſteos animæ Chriſti, & cum ea correſpondeos ſpeciebus, eſt ſpiritualis, nec ſupperit ratio eum ſtatuendi entitatiuè partibilem: quamuis nonoolli modi ſpirituales, non careant entitatiua compoſitione, vt liquet de Angelica latione, ſeu fluxu per ſpatium. Idem de Angelica coëxtenſione ad locum, latè confirmaui in Natur. Theol. diſt. 4. à n. 100.

30. Nec aliter pronunciandum eſt de vnione animæ rationalis ad corpus, apud eos qui vnionem ſe tenere ex parte animæ, eique vt modificato adhæreſcere cum terminatione ad corpus, agnoſcunt. Argumenta tamen quibus ad modorum illorum entitatiuam partibilitatem admittendam adigimur, non habent locum in re noſtra: quia facta quacunque mutatione, totus iſte modus perit. Nam ſi partialiter maneret, Chriſtus eſſet totus ac totaliter ſub qualibet eius parte: atque ita Chriſtus ante diuiſiooem vnius hoſtiæ, eſſet ſub ea infinities, totaliter, atque completè. Cum ergo modus eſſendi afficiens animam Chriſti ſub ſpeciebus, ratione modificati ſui non poſtulet partes, (ſicut eas poſtulat modus afficiens corpus; qui ita eſt materialis & entitatiuè partibilis ac compoſitus, vt tamen non ſtatuat corpus Chriſti, extenſè & partibiliter correſpondens ſpeciebus:) Et aliunde non habeamus, vnde probemus modo illi eſſendi qui in Sacramento afficit animam, tribuendas eſſe partes entitatiuas ex quibus coaleſcat, fatendum eſt, eum modum eſſe entitatiuè incompoſitum, atqoe adeò valdè differre à modo extenſionis, quo anima Chriſti, corpori eius viſibili coextenditur. Hunc enim ſuo loco monſtratum eſt, & eſſe patribilem, & eſſentialiter reſpectioum, ſaltem omnium illarum partium corporis, qua anima exigit vt informet: quorum nihil cadit in modum de quo agimus, quia & entitatiuè planè ſimplex eſt, & coextendit tantùm animam integris vnis ſpeciebus. Quæ accipi volo de modo extenſionis animæ Chriſti ſub ſpeciebus, vi poſitionis primò factæ ſpeciebus. Nam per rarefactionem ſpecierum, hic quoque modus poſſet recipere additionem, quæ conjuncta priori extenſionis portioni remanenti, efficeret vnam integram extenſionem, entitatiuè multiplicem, ob ſuc ceſſiuum eius exortum.

Quomodocumque definitiuus eſſendi modus, hic Chriſto tribuatur, ſpecimen continet ſummæ potentiæ, quale in Incarnatione non eſt exhibitum.

Cæterum vtramuis ſententiam hactenus diſcuſſam, de modo eſſendi Chriſti in Euchariſtia amplectamur, habemus inſigne in hoc myſterio diuinæ potentiæ ſpecimen. Nam ſi dicamus modum hunc eſſendi eſſe ſubliminem Angelico, & intelligibiliter ac completè ſiſtere Chriſtum totum ſub quacumque parte ſpecierum antequam diuidantur; nemo non videt quàm ille modus eſſendi ſit prodigioſus, & ad diuinam omnipotentiam ſupra quemcumque naturæ ordinem expromptam, pertinens. Si autem ineamus poſteriorem viam propoſitam, iuxta quam vnica eſt totalis & completa Chriſti exiſtentia ſub quauis hoſtia non diuiſa, & planè nouus eſſendi modus totalis ac completus per ſingula fragmenta aduenit cum hoſtia diuiditur: ſic quoque diuina potentia, maximè ſplendet in hoc myſterio; tum ob communicationem modi eſſendi ſpirituum proprij, factam corpori Chriſti tota ſua quantitate fruenti; ac tributum etiam animæ Chriſti, modum eſſendi diuerſum ab eo quem connaturaliter poſtulat inexiſtens corpori: Tum inſuper ob ſubſtitutionem noui modi eſſendi à ſola diuina potentia communicabilis, quoties fit fractio aut diuiſio Sacramentalium ſpecierum.

Micat ſanè in hoc negotio ex multis capitibus Chriſti potentis longè luculentius quàm in multiplicatione panum, vt vel tenuiter attentus Lector facilè perſpicit, præſertim ob totalitatem ſub quouis fragmento hoſtiæ qualis deerat in fragmentis panis multiplicati. Et tamen Patres paſſim tantam potentiam in ea panum multiplicatione agnoſcunt, vt fateantur luſcinioſos oculos noſtros eam peruadere non poſſe. Repræſento nonnullos vt contentio fiat potentiæ quæ hîc & illic cernitur. S. Hilarius l. 3. de Trinit. [Incrementis (inquit) quinque panum quinque millium virorum & innumerabilium mulierum ac puerorum fames vincitur. Fingit oculos ſenſus noſtri, operis intelligentia. Quinque panes offeruntur & franguntur. Subrepunt in frangentium manibus quædam fragmentorum procreationes. Non imminuitur vnde perfringitur, & tamen ſemper perfringentis manum fragmenta occupant. Fallunt momenta viſum, dum plenam fragmentis manum ſequeris, alteram ſine damno portionis ſuæ continetis: inter hæc fragmentorum cumulus augetur. Perfringentes in miniſterio ſunt, edentes in negotio ſunt, eſurientes ſaturi ſunt duodecim cophinos replent reliquiæ. Non ſenſus, non viſus, profectum tam inconſpicabilis operationis aſſequitur. Eſt quod non erat, videtur quod non intelligitur, ſolùm ſupereſt vt Deus omnia poſſe credatur.] S. Paulinus epiſt. 33. [Euangelicæ benedictionis vbertate, populus quinque panibus & duobus piſcibus, panis ipſe verus, & aquæ viuæ piſcis Chriſtus expleuit, non vſitato more creaturam cibis hominum, ſed nouo munere iam paratos hominibus cibos gignens, cum operta manus diuino ſuggeſtu epulas miniſtraret, & in alimenta corporea, ſpirituali fœcunditate profluere, ineſſabilibus panis & carnis fontibus in ſpem ieiunarum adhuc gentium, eſurientes fidem populos carnaliter ſarisns, & ſpiritualiter irrigans; indeprehenſis auctibus comeſta ſupplens, edenda ſuppeditans, & ad morſus edentium fragmina ſubſtitua deprimens: vt inter manus vel in ore ſumentium creſcentibus cibis, ſentirent potiùs eſcarum ſuarum copiam quàm viderent: morſibus redeunte conſumpto, & dentibus ſubeunte ſumendo.] Caſſianus l. 6. de Incarn. c. 1. [Legimus in Euangelio appoſitis iubente Domino quinque panibus, innumeram Dei plebem eſſe ſaturatam. Et Quomodò id tamen factum ſit, nec enarrare ſermo, nec colligere æſtimatio, nec intelligere ſenſus poteſt. Tanta & incomprehenſibilis diuinæ vis poteſtatis eſt, vt cum habeamus in nobis facti ipſius conſcientiam, impoſſibile tamen nobis ſit, facti ſcire rationem. Primùm enim quis comprehendere queat, quomodò tam exiguus panum numerus, non dicam ad eſum ac ſaturitatem, ſed etiam ad diuiſionem ipſam appoſitionémque ſufficeret, cum plura multo millia hominum fuerint, quàm panes ipſi: plura penè conuiuia quàm de tot panibus fragmenta eſſe poſſunt? Nata eſt ergo ex verbo Domini rerum copia. Creuit in actu opus, & cum parum eſſet quod videbatur, factum eſt inæſtimabile quod dabatur. Nullus ergo hîc conjecturæ, nullus humanæ æſtimationi aut rationi locus. Solum eſt quod in talibus, fidelium ac ſapientum menti ſcire liceat, vt quàmlibet magna ſint quæ à Deo fiunt atque inæſtimabilia, etiamſi ea ipſa ſenſu non capiant, impoſſibilia tamen Deo nulla eſſe cognoſcant] Baſilius Seleuc. ntat. 33. potentiam Dei in panibus panes parientibus & ſubindè ex Chriſti manu efflorescentibus magnificè celebrat, ſed diffuſiùs quàm vt hîc exſcribi poſſit. En igitur, vnde diuina potentia in tanto admirabiliore Chriſti in hoſtia, multiplicatione deprehendi citra longam expenſionem poſſit,

Potentia Chriſti in Euch. penes termin. ad quem.

Aliud potentiæ ſpecimen, Chriſtus hîc manducatus & conſumptus.

31. Numerabam poſtremo loco, inter mirabilia diuinæ potentiæ in hoc myſterio, penes Chriſtum; quod manducetur & non conſumatur; immoletur & perſeueret viuus ac integer, vt S. Andreas profeſſus eſt, cum vrgeretur ab impio Proconſule ad ſacrilegum ſacrificium. Et concedo quidem, Chriſtum cum ſpecies quibus ſuberat corrumpuntur, ſubire veram mutationem; nec qualemcunque, ſed ſubſtantialem, quod malè inficiatur Suares t. 3. 3. p. d. 54. ſect. 1. & ſuppoſita ſententia de Chriſti reproductione in Euchariſtia, Valentia 3. p. d. 6. q. 4. p. 3. corpll. 1. Sed rectè contrarium aſſerit Ægidius 3. p. q. 76. n. 101. patérque ex eo quod Chriſtus, ponitur in Euchariſtia per actionem ſubſtantialem nouam, terminatam ad eſſe ipſius Chriſti. Ea verò actio, cum ſpecies corrumpuntur, ceſſat eſſe. Igitur ea ceſſante, Chriſtus ſubſtantialiter mutatur, longè aliter quàm Angelus cum ex loco diffuſiore contrahitur ad angustiorem; qui ſolum mutationem accidentariam ſubit, quia non coëxtendebatur ampliori loco per actionem ſubſtantialem peculiarem, cujuſmodi eſt actio qua

Chriſtus

Sect. III. Cap. III. Classis. I.

Christus positus fuerat sub speciebus, quibus cessat subesse cum corrumpuntur. Neque tamen idcirco Christus amittit absolutè suum esse, aliquámve eius partem. Nam totus absque imminutione conseruatur alibi: amittit tamen dependentiam illam substantialem qua positus fuerat sub speciebus; ita vt nisi alibi vi diuina acciperet esse, consecutura necessariò esset eius desitio, sed inhibetur ob continuatam alibi conseruationem. Talem mutationem subiret substantia pendens à pluribus causis efficientibus totalibus, si causarum illarum vna, desineret influxum suum præbere ei substātiæ. Verum quippè tunc esset, talem substantiam retinere suum esse, nec absolutè perire, vel secundùm partem sui, ob perseuerantem aliarum totalium causarum influxum. Et tamen rectè diceretur subire mutationem substantialem priuatiuam, ob subductionem vnius dependentiæ substantialis.

32. Hinc habetur, cum species Sacramentales corrumpuntur, Christum non corrumpi; tum quia absolutè non desinit esse, ob continuatam alibi conseruationem Christi, tum quia esse Christi non pendet à speciebus vt à dispositione, qua subtracta perire debeat; etiamsi tabescentibus aliterve destructis speciebus, Christus desinat illis subesse, ob semotam causam sub illis perseuerandi: ineorruptionem scilicet specierum, qua perstante, veritas verborum quam semel determinarunt, exigit Christi sub speciebus perseuerantiam. Intercuenente autem specierum corruptione, & semota causa illis substandi, Christus abscedit: id est desinit ibi esse; declinanda enim videtur homonymia verbi *abscedit*, ne videamur cum quibusdam recentioribus apud Suarem t. 3. 3.p.d. 54. s. 1. asserere, eum species corrumpuntur, Christum è Sacramento in cœlum subuehi motu continuo, & acquitere in cœlo præsentiam toties repetitam quoties corruptæ sunt species post Eucharistiæ institutionem; quod perridiculum est, & cum multorum miraculorum nullo prorsus fundamento subnixorum, multiplicatione ita conjunctum, vt non sit dubium quin sit exhibilandum. Quod ergo interdum dicitur, Christum corruptis speciebus abscedere, exponendum est, non de abscessu locali, sed de desitione sub speciebus; quæ non est vocanda Christi corruptio, ob perseuarantem alio loco Christi existentiam. Itaque non est crudè admittendum, quod Anastasius Sinaita c. 23. ἀρχῆ *initio*, ait Christum corruptis speciebus corrumpi. Conatur id ibi mollire Gretserus in Obseruatione toti operi ad calcem subtexta. Reueta autem est locutio valdè impropria, quia sonat, mutationem speciebus aduenientem afficere corpus Christi, quod falsum est. Eius itaque locutionis sensus debet esse, Christum desinere ibi esse, quod verum est absque Christi corruptione: Sicut anima non corrumpitur, quando corrupto brachio desinit illud informare, & ei præsens esse. An verò Christus diei possit conuerti in substantiam succedentem, V. G. in ignem, si species combuntantur; aut in vermem si tabescant species, & vermis subnascatur, attingemus infra in classe tertia mirabilium huius capitis, tractando mutationem. Nunc satis est eruere ex doctrina proposita, quàm verò dicatur, Christum magno hîc diuinæ potentiæ opere, manducari, neque consumi, sed semper perseuerare integrum.

Item semper immolatus, & viuus.

33. Nec minùs certa est diuinæ potentiæ operatio in hoc mysterio, dum Christus & semper immolatur, & semper viuus perseuerat. Quod velut implexum, proponit & expedit Paschasius, Expositio in Matthæi caput 26. *sub initium.* [Ideò (inquit) in cœnaculo hoc Pascha agitur, quia nisi qui ascenderint, ista non capiunt, vt comedant & bibant quod effusum est in remissionem peccatorum, & tamen integrum manet. Hinc quoque ipsa veritas, *bibite* (inquit) *quia hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quod si effusus est, iam quomodò nunc rursus effunditur? Et si caro consumpta est, quomodò adhuc manet integra & comeditur? Ecce quod bibitur, quotidie & effunditur; & quod semel immolatum est, adhuc quotidie immolatur. Non ergo immolatur, nisi quod vnum est. Bibitur quidem in remissionem peccatorum, & effunditur. Si autem quæris, quomodò effunditur vt maneat quod effusum est, intellige quomodò charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, & manet integra charitas, scilicet Spiritus sanctus; sic forte cognoscere poteris, quod est ineffabile quicquid Spiritus sanctus operatur.]

Clara & enodis responsio est, quam supra expressimus, agentes de ratione sacrificij, ideirco Christum immolari & viuum perseuerare, quia quamuis si sola vis verborum spectaretur, corpus Christi, poneretur seorsim à sanguine; atque adeò vita abscederet, tamen Deus, quia non fuit iustum mortem Christo tediuiuo vltra dominari, per suam omnipotentiam non ponit corpus sine sanguine, neque sanguinem absque corpore, suppletque efficacitatem formalem verborum, quæ vnum seorsim ab altero collocaret, nisi omnipotentia concomitantiam causaret. Hac verò diuinitùs posita, & Christus verè immolatur, quantum est ex vi verborū, quia ponitur id vi cuius interueniret cruenta immolatio, & positio Christi in statu mactati, corpore seorsim & rursus seorsim è regione locato sanguine: Et vetè præterea additur, Christum perseuerare viuum, quia realis sejunctio sanguinis, atque adeò etiam animæ & vitæ impeditur diuinitus, propter concomitantiam.

Adumbratum in Isaaci per Abrahamū partem immolatione, hanc Christi viui simulac immolati statum, obseruat præclarè Rupertus l. 6. in Genes. c. 32. assumens demonstrandum initio capitis, vsque hodie in monte visionis, id est in S. Catholica Ecclesia extra quam nemo vnquam Deum videbit, offerri iugiter Filium Dei, visum cœlorum in quem desiderant Angeli prospicere, & tamen immortalem ac impassibilem perseuerare. In hoc ergo sacrificio Christiano quod cum Ecclesia perennabit, & ad seculi vsque metam durabit, Abraham immolans, Exhibet Sacerdotem qui est patet multarum gentium; quia per ministerium paternitatis eius, regenerantur qui Filij Dei fiunt. Sacerdos itaque pro hominibus assumptus, vt

offerat

offerat sacrificium, iubetur offerre filium suum quem diligit; ipsum inquam Christum, qui non confunditur pro Fratre, Sorore, & Matre habere eum qui voluntatem Patris fecerit. Vnde Sacerdos, cuius & in corde per fidem Christus habitat, & ex cuius prædicantis ore, Christus in anima audientium concipitur, pro Filio habere Christum dicitur. Et ad eum immolandum ex Dei iussu se accingens idem sacerdos, asinum suum sternit imitatione Abrahæ ad sacrificium demandatum abeuntis; quia omnia occulta dedecoris abijciens premit & subiugat omnem irrationabilem carnis suæ motum. Ducit & duos pueros secum, id est verus pariter ac nouum recipit testamentum, vt proferat de thesauro suo noua & vetera. Portat quoque ignem & gladium, quia sine igne Spiritus Sancti, nemo dignus est ad tantum accedere mysterium; & sine gladio verbi non immolatur hoc saluris holocaustum. Adest Christus præsens, tanquam Isaac: duo pueri iussi subsistunt: etenim in hora sacrificij voces vtriusque Testamenti quæ canendo atque legendo comitatæ fuerant, conticescunt; vt Christi passio sic per solum sacerdotem celebretur, sicut Christus suis omnibus fugientibus relictus est solus, iuxta illud, *Torcular calcaui solus.* Ita Christus & iterum immolatur, & tamen impassibilis permanet & viuus. Quemadmodum illic Isaac immolatus, & tamen gladio non est attactus. Frangitur pro illo panis, & comeditur. Sed licet ille panis iam sit ipse Christus.; Christus tamen integer permanet & viuus.] Hactenus ex Ruperto paucis eius verbis resectis.] Sed in iis quæ subijcit, fuit qui aliquid subodoraretur minùs consonum Catholicæ Doctrinæ de panis ac vini transubstantiatione, in qua Rupertum alibi malè audisse, dicetur suo loco. Subdit ergo Rupertus. [Quomodò (inquit panis qui videtur est Christus? Adhæc inquam; quomodò quælibet metalli species, V. G. aurum siuè argentum valido igne conflatum atque resolutum, reuera & aurum est, & ignis quoque dicitur, & est. Etenim aurum videtur & est quod erat, & tamen verissimè iguis dicitur, & est quod non erat. Idcireo sic omnino, panis admotus vel immersus terribili atque ineffabili mysterio passionis Christi, adhuc panis videtur esse quod erat, & tamen in veritate Christus est, quod non erat.] In hac comparatione fuit qui tineret latentem impanationem eo quod in metallo candefacto per ignem admorum perseueret substantia metalli, vt ex eo patet quod affusa aqua, rursus obuersatur oculis substantia metalli, quæ affusione aquæ non est de nouo producta. Non puto tamen esse in verbis propositis timendam impanationem, præsertim eo sensu quo alibi iuxta aliquos eum insinuauit Rupertus, hoc est per vnionem hypostaticam panis per consecrationem assumpti, quia ne vmbra quidem talis assumptionis panis, occurrere videtur in propositis Ruperti verbis. Esto igitur, comparatio metalli igniti, & panis consecrati, non sit ad summum vigorem exigenda; sicut neque vllæ similitudines, quas aliqua semper ex parte claudicare neminem latet. Simpliciter tamè spectata ea comparatio, provt attenditur tantùm quod externo sensui objicitur; (qua ratione in recitatis Ruperti verbis attenduntur panis & vinum) nihil incongruum & à fide dissonum in illis deprehenderetur; & reuera eo duntaxat spectarunt, ex autoris mente expressa in fine capitis, vt intelligatur. [Quod sicut Isac ille immmolatus, & nun tamen occisus est, sic & Christus hîc immolatur quidem, sed impassibiliter sacrificatur, & immortaliter.]

Potentia Christi, in Eucharistia penes terminum à quo.

CLASSIS SECVNDA.

Mirabilium diuinæ potentiæ in mysterio Eucharistiæ, penes absessum substantiarum panis & vini; & accidentium per se existentiam; ac vim non patiendi tantùm, sed & agendi consimilem.

34. AGredior aliam seriem mirabilium diuinæ potentiæ in Eucharistia, penes terminum à quo mutationis in huius mysterij confectione superuenientis, nempe substantias panis & vini, quibus prorsùs expulsis ad Christi præsentiam, sola earum sensibilia accidentia, ad occultationem mysterij perseuerant. Quibus paucis verbis, multa & magna diuinæ omnipotentiæ opera perstringuntur sensim euoluenda, ac proponenda distinctiùs, absessus scilicet substantiarum panis & vini, accidentium perseitas, & par actiuitas ac cum substantiæ panis & vini perseuerabant. Quæ omnia sigillatim expendenda erunt iacto eo firmo fundamento, quod Catholica Ecclesia contra Impanatores & Oenopotas iam olim iecit, de substantiarum panis ac vini exclusione ad positionem Christi, in Eucharistia, vt luculenter docuit S. Anselmus opusc. de Sacram. Altar. p. t. verbis illis. [Cum ad benedictiones mysticas, operante inuisibiliter verbo Dei corpus, substantia mutata sit in substantiam; sicut in mensa nuptiali, aqua in vinum mutata, solum affuit vinum in quod aqua mutata erat: sic immensa altaris, solum adest corpus Domini, in quod verè mutata est vera panis substantia; nisi quod de aqua, nihil remansit in mutatione illa: De pane verò, mutato ad peragendum sacri institutum mysterij, sola remanet species visibilis. Vnde S. Ambrosius; ne (inquit) horror cruoris fieret; ideò in similitudinem accipimus Sacramentum. Nam panis substantiam post Domihici corporis consecrationem in altari supereſſe, semper abhorruit pietas Christiana; nupérque damnauit in Berengario Turonensi, eiúsque sequacibus. Nam si hoc admitteretur, iam verbum non incarnatum tantùm, sed etiam (si dici potest) impanatum diceretur; si sicut ille dicebat, panis sic in corpus Domini transiret, vt tamen panis esse non desineret.]

Ait S. Ambrosius, & ratum habet S. Anselmus, Sacramentum accipi in similitudinem; quia quod accipimus, simile est pani secundùm externam formam, quia perseuerant eius accidentia: reipsa tamen & substantialiter, non est panis. Perseuerat autem tectorium illud & similitudo panis, (idem est de vino quoad calicem,) ne horror comestæ carnis, & hausti cruoris humani fieret, si nuda caro humana & sanguis, in propria specie proponerentur sumenda. Nec ferret sanè humanus obturus Christi iam glorioſi fulgorem. Quod aliter

dixit

Sect. III. Cap. III. Claſſis II.

diair Gofftidus Vindoc. Opuſc. 1. [Priùs quidem panis & vinum, ſupet altare ponuntur. Sed ſicut ante conſecrationem nihil aliud prætet propriam panis & vini naturam habeni: ita poſt cõſecrationem, nullam naturam nullam materiam panis vel vini retinent, niſi quãtum ad ſaporé, ſpeciem, & odorem. Hoc tamen propter infirmitatem hominum & imbecillitatem. Nam ſi illa glorioſiſſima caro, & ſacratiſſimus ille ſanguis, non in ſpecie panis & vini, ſed in ſua propria natura hominibus apparerent; ptæ ſui magnitudine; homines illa ferre non poſſent. Quod ſi fieri poſſet, fidei meritum non haberent. Sed ſi SS. Apoſtoli, Petrus, Iacobus, & Ioannes, Dominum in tetra adhuc mortalem & corruptibilem carnem portantem, transfiguratum non potuerunt aſpicere; iam incorruptibilis & glorificati corporis ipſius tãram claritatem, alij homines quomodo poſſent ſuſtinere?] Quia ſcilicet percellerentur propoſitis corpore Chriſti ac ſanguine in propria ſpecie, & viſibili forma nunc glotioſa.

Abſceſſus omnimodus ſubſtantiarum panis & vini, poſt conſecrationem, primum diuinæ potentiæ ſpecimen in hac ſerie.

35. Tota igitur panis & vini ſubſtantia, hoc eſt & forma & materia eorum, & quicquid in eis eſt ſubſtantiale, etiam ſubſiſtentia & exiſtentia, (ſi ab entitate actuali ſecernitur, vt volunt aliqui,) abſcedit adueniente Chriſto. *Abſceſſum* intelligo, deſtructionem per tranſitum in terminum ſubſtantialem ſuccedentem. Luſerunt enim qui referente Cameracenſi in 4. qu. 6. *litera E.* fabulati ſunt, panis & vini ſubſtantias aliò migrare; cum fides docet conuerti, & tranſire in ſubſequentem Chriſti ſubſtantiam, cuius aduentu expelluntur formaliter: quod eſt dicere in momento in quo finitur extrinſecè prolatio verborum, Chriſtum intrinſecè incipere ſub ſpeciebus: panis autem ac vini ſubſtantias vi inductionis Chriſti ſub ſpecies, deſinere intrinſecè: quia quamuis ſubſtantiæ illæ non deſinant per partes, ſed totæ ſimul, tamen deſinunt cum motu locali quo verba proferuntor: quem motum, liquet in vno aliquó extrinſeco inſtanti deſinere. Et ita apertè habetur ex S. Thoma 3. p. q. 75. artic. 7. *in corpore.* Conſentiúntque ea quæ habet t. 2. q. 113. art. 7. ad 5. Fallontur autem, qui ea falſis fundamentis philoſophicis, metientes hanc ſubſtantiarum panis & vini deſitionem ad normam deſitionis multarum formatum materialium, quæ ob ſucceſſiuum formæ aduenientis eorum deſinunt intrinſecè; inferunt hic quoque, panem intrinſecè deſinere, & cum corpore Chriſti quod intrinſecè item incipit, quia incipit ſimol totú, cohabitare tranſeunter ſub iiſdem accidentibus per vuũ illud inſtãs. Hos dico impingere, & falli, quia non conſiderant totam rationem cur ſubſtantia panis ad Chriſti aduentum deſinat, peti ex veritate verborum: quæ cum à verbis ipſis provt prolatis non differat, conſummatur in inſtanti extrinſeco terminante motum qno verba producuntur: ac proinde neceſſarium eſt, vt in illo inſtanti quod eſt motui prolationis extrinſecũ, Chriſtus incipiat, & panis non ſit; quamuis immediatè antea fuerit. Vtrumque enim fert veritas formæ; quæ ſi vel ad momentum compateretur permanentiam panis cum aduentu & admiſſioe corporis Chriſti ſub ſpecies, æquè eam compateretur ad omnia tempora, ipsámque æternitatem. Sed nimirum, Chriſtus ne ad momentum quidem mentiri potuit: atque ita ne per vnum quidem iuſtans, ſubſtantiæ panis & vini perſeuerant ſub accidentibus cum Chriſti corpore & ſanguine; ſed corpore ac ſanguine ſubeunte, ſubſtantiæ formaliter expelluntur: non ſecus ac vna quantitas per aliam, ex eodem loco; & tenebræ per lucem, ea eodem aëre; quibus nec momentanea eſt conſenſio, vel conuentio, iuxta Apoſtolum.

36. Aiebam porrò expelli totam panis & vini ſubſtantiam; tam materiam ſcilicet, alias nunquam eatorbabilem, quàm formam, & quicquid in eis eſt ſubſtantiale; etiamſi modale tantum, & infirmiſſimæ entitatis: cuiuſmodi eſt non modò ſubſiſtentia, iuxta veram ſententiam, ſed etiam iuxta aliquos, exiſtentia: Hanc enim cenſent differre à parte rei ab entitate actuali. Vnde in panis & vini forma ac materia, actuali & extra cauſas poſita, agnoſcunt entitatem ſubſtantialem ab illis partialibus ſubſtantijs actualibus differentem, quàm hîc poſt conſecrationem ſupereſſe, nec expelli per Chriſti aduentum, arbitrantur. Ita cenſuit Bannes 1. part. quæſt. 4. *in* 1. *editione.* Nam in ſecunda quidem editione, hoc correxit; ſed ita tamen, vt affirmet id eſſe probabile. At eſſe prorſus improbabile & nullo modo ferendum, rectè ſtatuunt Suares t. 3. 3. p. d. 49. ſect. 4. Vaſques 3. p. d. 111. cap. 10, Ægidius 3. p. q. 75. num. 63. & eſſe damnatum ab Innocentio VIII. affirmat Albertinus coroll. 3. de Quant. dub. 5. num. 11. Et ſanè eo ipſo quod Patres & Concilia, toties & tam explicatè confirmant, totam panis ſubſtantiam ad Chriſti ingreſſum ſecedere, nihil reſeruant, ſed quicquid eſt ſubſtantiale, funditus deſtrui profitentur. Naturalis item ratio, ſuppoſita deſtructione ſubſtantiæ ſimpliciter dictæ, id ſatis perſuadet. Nam vt taceam, implicare in adjecto quod ſubſtantia actualis deſtruatur, (vt fides docet circa panem & vinum fieri,) & tamen perſeueret eius actualitas; perſpicuum eſt hanc actualitatem, ſi eſt entitas modalis & infirma, vt infert ſententia diſtinguens à parte rei actualitatem ſeu exiſtentiam à re actuali, iuxta Molinam 1. part. q. 3. attic. 4. diſp. 2. non poſſe perſeuerare ſubducto modificato, cui inſeparabiliter & eſſentialiter adhæreſcit; æquè ac omnes alij modi affiguntur indiſſociabiliter modificatis ſuis.

Lux illata Scripturis & Patribus, aliquam panis & vini perſeuerantiam poſt conſecrationem inſinuantibus.

37. Pereunt ergo ſubſtantiæ panis & vini, ſubeunte Chriſto ſpecies; & perennt penitus, ita vt nihil quod ſit ſubſtantiale, perſeueret vna cum Chriſto. Non enim ſi Scripturæ & Patres, etiam poſt conſecrationem, adhibent aliquando *panis* aut *vini* nomina, ſenſus eſt, eas ſubſtantias manere. Nam præterquàm quod vix vnquam hoſtiam conſecratam vocant *panem* ſimpliciter, ſed ſemper ſolent cum additio denominate

denominare, vel *panem hunc*, vel *panem de cœlo*, aut *panem Angelorum*, vel *panem quem frangimus*, quæ additamenta satis innuunt, mentem loquentium non esse agere de pane communi; præter hanc inquam additi restringentis appositionem, perspicuum ex adjunctis est, habitam esse ratione externæ speciei panis, quæ remanet: aut spectari præsentem, etiam si nunc funditus eliminatam panis substantiam, vel alludi ad similes cum pane materiali panis mystici effectus. [Corpus Christi, (inquit Lantfrancus sub finem libri contra Berengarium,) vocatur *panis*, vel quia ex pane conficitur, sen quia intuentiū oculis cum caro sit, panis videtur: siue quod corporali & visibili pani, similitudine quadam cōjungitur. Nam sicut iste materialis panis discretè sumptus humanam carnem nutrit & sustentat; sic spirituale & invisibile corpus Christi, animā dignè sumentis alit & vegetat.] Videsis Toletum in c. 6. Ioan. anno tom. 3. 1. Aliquo ergo ex modis prædictis accipiēda sunt loca omnia, siue scripturarū siue Patrum quibus significari videtur, post consecrationem perseuerare panem & vinū. Estque ea expositio planè necessaria, ne ipsi Partes intra pauca verba secum pugnent. Solent enim addere panem & vinum trāsmutari vel conuerti in Christum. Quomodò verò transmutarentur, vel conuerterentur, si perstarent? Conuersio quippè, finis est pristini, vt est apud Tertullianum l. de carne Christi, c. 3.

38. Ita signatim exponenda sunt loca quædam celebriora, vt Ambrosij, & Gelasij, ac Ioannis Constantinopolitani. Nam S. Ambrosius l. 4. de Sacram. c. 4. tradens luculentissimè transmutationem panis in corpus Christi haber hæc verba; præfatus, sermone Christi creara initio esse cœlum & terram. [Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesv, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis, operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur?] Vbi intra eandem lineam esset manifesta repugnantia, nisi illud *sint quæ erant*, spectet præjacentem, nunc verò destructam, nec nisi apparentem, panis & vini substantiam. Et hanc esse prorsùs necessariam interpretationem Ambrosiam huius loci, optimè prosequitur Algerus l. 1. contra Bereng. c. 7. Eundem sensum substruit S. Ambrosio Hincmarus Opusc. 2. §. 12. vbi exscribens locum de quo agimus paucis de suo additis sic habet. [Antequam consecretur, panis & vinum aquâ mixtum est: vbi autem Verba Christi accesserint, corpus & sanguis est Christi. Aduertimus igitur maioris esse gratiam quàm naturam. Quòd si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum: De totius mundi operibus Clegicti quia ipse dixit, & facta sunt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potuit quæ sunt in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas dare res, quàm mutare naturas.] Manifestè Hincmarus locum Ambrosij quem ferè verbatim tacito licet Ambrosio exscribit, legit & accipit, eo sensu quem proposui. Quanquam si admittamus illius loci lectionem quæ haberur apud Lantfrancum l. contra Bereng. & in editione operum S. Ambrosij per Sixtum V. colligitútque ex libro de initiandis c. 9. vbi eadem sententia resumirur, euanescit difficultas. Sic enim eum locum legi in quibusdam codicibus, discrtè testatur, Berengario hinc argumentanti respondens Lantfrancus, *quanto magis operatorius est, vt quæ erant in aliud commutentur?* expunctis duabus illis particulis, quæ vel Librarij oscitantia obrepserant, vel malignitate cuiuspiam intrusæ erant in ea lectione *sint quæ erant &*; Quæ lectio, intolerabili, (vt ait Lantfrancus) expositioni tolerabiliter dictorum ab Ambrosio, colorem aliquem submministrat. Ea tamen lectione gratis admissa, sensus Ambrosij est, panem & vinum esse quæ erant in speciem, ac secundùm apparentiam, propter permanentiam accidentium; transmutari autem reipsa in Christi substantiam, ac proinde reipsa prorsus expelli. Alia eius loci lectio, quæ æquè persundat Berengarium, & difficultatē inde petitam planè euacuat, submministratur à Durando Troarnensi l. contra Berengar. parte 4. Sic enim allegar illum Ambrosij textum. [Si ergo ranta vis est in sermone Domini, vt inciperent esse quæ non erant (nempe in rerum creatione) quanto magis operatorius est, vt sint quæ non erant, & in aliud commutentur.] Non legit vt cœteri, *sint quæ erant*; neque vt Lantfrancus, *vt quæ erant in aliud commutentur*; sed inrerserir negationem, dicens, sermonem Christi operatoriū esse, vt quæ erant aliquid, (puta panis & vinum) *sint* id est *euadant* aut *fiant quæ non erant*, & transubstantientur in aliud. Et sic legens Durandus, iure ait ea sententia riola, liquidò destrui errorem Berengarij, [Qui creaturam vt fuerat omnino permanere, aliquam virtutem spiritualiter propter benedictionem inde Domini corpus vocetur, habere; nec in aliud quàm fuerat demutari rerum veritate] contendebat, contra expressissima Ambrosij eo loco verba. Vult ergo Durandus mentem Ambrosij esse, verbo Christi effici, vt panis & vinum mutentur substantialiter, nec remaneant quod priùs erant, salua externa speciem. Eusebius Gallicanus sub finem Homiliæ quintæ de Pascha te, apertè proficiens ex Ambrosio, videtur astipulari Durando, cum enim monstrasset primarias creaturas (sic nominar panem & vinum) narua potentiæ, præsentia maiestatis, in Dominici corporis transire posse nauram, ait post nonnulla: [Quando benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ, sacris alraribus imponuntur, antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vini: post verba autem Christi corpus & sanguis est Christi. Quid mirum autem est, si ea quæ verbo creare potuit, possit creara conuertere? Imo iam minoris videtur esse miraculi, si id quod ex nihilo agnoscitur condidisse, iam conditum in melius valeat commutare.] Hæc est manifesta verborum S. Ambrosij de quibus agebamus, expressio, absque patrocinio permanentiæ panis & vini. Idem necessariò est sensus Gelasij, siue Cyziceni, vr volunt Bellarminus l. de Scriptoribus in Gelasio & Baronius anno 496. siue Cæsariensis, vt malunr alij; siue Romani Pontificis, qualem eum agnoscit S. Fulgentius ad q. 2. Ferrandi allegans ex eo libello plagulam. Et quamuis hoc postremum sit minùs verisimile, ob ea quæ à Bellarmino loco annotato proferuntur. tamen quisquis demum fuerit autor libri illius de duabus naturis, è quo locus Gelasij de quo nunc agirur de promptus est,

Potent. Christi in Euchariſt. penes terminum à quo.

Sect. III. Cap. III. Claſſis. II.

negandum non eſt fuiſſe grauem & Catholicum Scriptorem. Nam præter S. Fulgentium Ioannes a. Epiſtola ad Auienum, producit ex eo Gelaſij libello, teſtimonium tanquam authoris Catholici. Cum ergo Gelaſius ibi diſertè tradat panis & vini ſubſtantias mutari in diuina, hoc eſt in corpus & ſanguinem Domini: aut dicendus eſt ſecum ipſe in eodem loco collidi, aut fatendum mentē eius duntaxat fuiſſe ſubſtantias panis & vini, poſt conſecrationem manere ſpecie tenua, ſiue quoad corpulentiam apparentem; reipſa autem abolitas eſſe. Idem eſto iudicium de conſimili loco Ioannis Conſtantinopolitani, Epiſtola ad Cæſarium Monachum; quem tamen Autorem non eſſe S. Chryſoſt. pridem monuit Turrianus l. de Euch. c. 18. Paſſim quoque ceſetur in hac re difficultatem facere Theodoretus eo quod apud eum Dial. 2. Orthodoxus reſpondens Eranistæ Hæretico, ita agnoſcit per ſacra verba formæ, aduenire Chriſtum, & panem ac vinum non eſſe amplius, quod priùs erant, etiam ſi appareant quod etant; vt tamen addat, panem & vinum manere in propria ſubſtantia, forma, & figura. Verùm Theodoretus non eget expoſitionibus propoſitis. Nam vitio duntaxat interpretis, allegatur pro permanentia panis & vini poſt conſecrationem. Græca ſi quidem habent. μένει γὰρ ἐπὶ τῆς προτέρας, οὐσίας, καὶ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ εἴδους. Quod Interpres vertit, *manet enim in priore ſubſtantia, & figura, & forma.* Cum vertendum fuiſſet, *manet enim in prioris ſubſtantia & figura, & forma.* Quod veritatem Catholicam nullomodo collidit. Imo ſi locus apud eum integer legatur, explicatiſſimam exhibet fidei noſtræ hac in parte expreſſionem, & panis ac vini ſubſtantias, per conſecrationem euanuiſſe plane docet.

Vis diuina potentiæ in abſceſſu prædicto, ob materiæ deſtructionem.

39. In hoc totali abſceſſu, & deſtructione omnimoda ſubſtantiarum panis & vini, oſtentat ſe magnificè diuina potentia. Nam ſi hæ ſubſtantiæ ſecundùm ſe totas pereūt ergo pereunt etiam quoad materiam primam, quæ vtrique formæ ſuberat ante ingreſſum Chriſti, ſub ſpecies. At materiam primam nulla vi naturæ deſtrui poſſe, extra dubium eſt; quia eſt ſubjectum vltimum, vel vt Ariſtoteles definit. 7. Metaph. tex. 8. *ſubjectum primum.* Explicatiùs 1. phyſ. t. 82. vocat materiam ſubiectum primum vniuſcujuſque, ex quo inexiſtente aliquid fit, non per accidens & in quod vltimum, ſi quid corrumpitur, reſoluitur. Nimirum materia eſt primum, & ſimpliciſſimum eſſentialiter, atque adeò planè irreſolubile fundamentum totius eſſe ſubſtantialis corporei è partibus eſſentialibus, phyſicis compacti: proindéque quamuis corpora naturalia poſſint aliquibus reſolutionibus non vltimis ſubjacere; tamen vltima eorum reſolutio, eſt in materiam primam; ad quam cum peruentum eſt, non poteſt reſolutio progredi vlteriùs, vt rectè attigit Autor Theologiæ Ægypt. l. 8. c. 7. Qui etiam ob hanc cauſam l. 12. c. 6. vocat materiam, *ſubjectum vltimum.* Inde ergo perſpicuè habetur, materiam primam eſſe incorruptibilem corruptione propriè dicta, ſiue per annullationem à ſubjecto ſuſtentante: quo pacto formæ materiales ſunt corruptibiles. Materia autem, cum nulli vt ſubjecto inexiſtat, non poteſt à ſubiecto disjungi: atque adeò neque corrumpi, vt plenius proſequuntur. Hangeſtus l. 5. de cauſis *circa* 1 x. *proprietatem materiæ*, & Soto l. 1. phyſ. q. 6. dub. 4. Agens verò naturale, nihil deſtruit niſi eo modo. Nam cum careat vi creandi, non poteſt præbere, atque adeò neque ſubducere influxum creatiuum quo producenda eſt res ſubiecto carens, & eiuſdem ſubductione, deſtruenda. Itaque materiam primam ſola Dei omniporentia quæ eam creauit, poteſt deſtruere. Cum igitur in hoc myſterio, & materia prima panis, & materia prima vini, aboleatur, ad Chriſti ſub ſpecies aduentum conſummata prolatione verborum; perſpicuè liquet, eam deſtructionem materiarum, eſſe opus omnipotentiæ Dei, quale nuſquam alibi exercet, vel exercuit vnquam. In cæteris quippè tranſmutationibus quibuſcunque, ſalua ſemper fuit materia prima, velut hoſpitium commune pluribus formis ſibi intra illud ſuccedentibus, pro varietate diſpoſitionum, nunc hanc, nunc illam formam immitti materiæ depoſcentium. In hac ſola mutatione, per robuſtiſſimam Dei manum, etiam materia extruditur.

Eiuſdem materiæ reparatio, vi item diuina, cum ſpecies corrumpuntur, & aliquid inde enaſcitur.

40. Nouo tamen, prorsúſque neceſſario diuinæ potentiæ ſpecimine, cum ſpecies Sacramentales ita corrumpuntur; vt ſi formæ panis & vini cum ſuis materiis ſupereſſent, deferendum eſſet formis hoſpitium, ob conſentaneorum diſpoſitionum quibus ſouerentur abſceſſum; cum inquam eo deuenitur materia prima denuò ſubſtituitur quantitati, quæ ſola inter omnes diſpoſitiones exterminari non poteſt, ob eaſdem rationes, ob quas materiam primam cui coæua eſt, & ſecundùm curſum naturæ indiſſociabiliter nexa, incorruptibilem eſſe præmiſimus. Quia enim rabefactis vel corruptis ſpeciebus, ita vt non retineant ſtatum ſouendis panis ac vini formis, ſi adeſſent, conſentaneum, veritas formæ conſecrationis non depoſcit amplius perſeuerantiam Chriſti, ſub ſpeciebus, in quas forma deinceps non cadit moraliter; ideò Chriſtus definit eſſe ſub ſpeciebus, atque adeò ceſſat neceſſitas continuandi miraculum perfectaris accidentium, ad myſterij occultationem. Imo occultatio myſterij quod illhuc vſque præjacuit, poſtulat poſita diſpoſitione vltima conuenienti ad certam formam, (V. G. vermis, aut muris, vel hominis, per aggenerationem ex nutritione) intromittatur noua illa forma. Hanc verò certum eſt, non poſſe induci in nudam quantitatem: quicquid viſus ſit velle S. Thomas 3. p. q. 77. art. 5. aſtipulante Ferrarienſi 4. contra Gent. c. 66. Valdè autem variantibus reliquis Thomiſtis, vt latè refert Suares ad articulum illum 5. & Vaſques 3. p. d. 195. c. 2. Vt vt verò ſenſerit D. Thomas, extra dubium pono, quantitatem nudam, cum ſit duntaxat accidens, eſſe improportionatam ad excipiēdam formam ſubſtantialem nouam, per modum ſubjecti incompleti,

incompleti, ab ea substantialiter perficiendi, compacturi cum tali forma, vnum per se. Igitur necessariò substituenda est quantitati materia quæpiam, & quidem producta de nouo. Nam alia quæuis materia præexistens nec anteriùs destructa; ob quantitatem quam haberet, esset incompossibilis in eodem luco cum quantitate panis, & vini superstite, & immediatè subiectante dispositiones accidentarias, quæ exigunt inductionem nouæ formæ substantialis in subiectum ipsi formæ proportionatum, atque adeò substantiale. Vel ergo substituēda est quantitati panis & vini materia quæpiam de nouo creata absque vlla quantitate, vel certè reproducenda est materia panis & vini, destructa cum Christus subiit species Sacramentales, quod significat Inn. l. 4. de Missa c. 17. & alij, qui dicunt alteratis speciebus quantum necesse esset ad nouam generationem vel aggenerationem non destructo prius pane, substantiam panis redire; nempe quoad materiam solam; non autem secundùm se totam, vt malè exponit Vasq. 3. p. d. 195. c. 1. In ea igitur, & ex ea materia, aut tunc primùm producta aut reproducta, fit generatio vel aggenetatio, consentanea dispositioni inductæ in quantitatem specierum. Miliúque verisimilius videtur, reproduci materiam panis & vini iam destructam, ne conuellatur illud quasi effatum, de omni planè materia quæ nunc est, iam producta à mundi initio; vt videre est apud Sotum 1. Physic. q. 6. dub. 4. coroll. 5. Eam priorem materiam quæ sub panis accidentibus antea fuit, Deus in eo momento quo alteratio in quantitate consummatur, genetatetúrque nouum compositum si materia præfuisset, supponit quantitati panis superstiti, educens est materia sic substituta nouam formam materialem, V. G. ignis aut vermis, si id ferat dispositio. Vel si homo sit nutriendus ex speciebus, anima rationalis in posteriori instanti naturæ, extenditur ad illam materiam partialem, eodem temporis momento diuinitùs reproductam. Quæ est legitima enodatio huius rei, dimissis duodecim aliis magnam partem parum accommodatis, quas proponit Vvidefordus ad articulum. 1. Vvicleffi *circa tertium argumentum.*

Nec quod aduersùs hanc doctrinam opponit Alfonsus à Spina, Autor Fortalitij fidei lib. 3. considerat. 6. impossibili 17. est reocta solidum. Ait enim. Substantia panis & vini, conuertitur in substantiam corporis Christi. Quod autem est conuersum in aliquid redire immediate non potest, nisi è conuerso illud aliquid conuertatur in ipsum. Atque ita si substantia panis in Christum conuersa est, Christo abeunte rediret, fatendum esset, Christum conuerti in panem, quod absurdum est. Adhæc, vel substantia panis rediret manentibus speciebus panis, vel illis iam destructis. Neutrum verò dici potest. Non primum, quia Christus perstat quamdiu species panis perseuerant. Christo autem perstante; panis non reuenit. Non item secundum, tum quia substantia panis non est absque propriis speciebus, tum etiam quia destructis speciebus panis, iam generata est alia substantia, ad cuius generationem asserebatur redire substantiam panis. Hæc summatim Autor prædictus, apud quem substantia panis rediens, non est adæquata seu tota panis substantia, sed sola materia; alioqui nullo modo ad rem faceret eius doctrina. Posito autem quod sola materia redeat, & quidem absque quantitate sua, vllisve accidentibus quantitati immediatè inhærentibus, vt asseruimus vniuersa Aduersarij argumentatio labat, vel etiam anteriùs euersa est. Neque enim vrgemur argumento ex secutura conuersione Christi in panem, quia forma panis non succedit Christo sub accidentibus vllis panis, & in eorum materia antiqua reproducta: sed forma cineris, aut ignis, vel vermis, aut hominis, ex quibus materiæ adjunctis existet compositum, in quod num Christus possit dici conuerti, infra attingemus. Nunc enim satis nobis est, quod Christus non conuertatur in materiam redeuntem, de qua est argumentum aduersarij propositum. Nun conuertitur autem Christus in materiam reducem, quia conuersio non fit nisi inter tota, vt Aristoteles ipse tradit, desinens generationem in ratione conuersionis. Atque ita conuictum manet primum Aduersarij argumentum. Neque secundum est firmius. Redit enim materia post destructas species panis; non quidem quoad quantitatem, quam præmissi non destrui, sed destructas quoad reliquum speciei rum, id est quoad qualitates quantitati immediatè inhærentes, quæ adeò mutatæ sunt, vt si forma panis superesset, cogeretur materiam sibi adeò malè congruentem deserere. Sic igitur affecta quantitate, redit materia absque quantitate, & vllis qualitatibus; fruitura deinceps pristina quantitate & qualitatibus ei immissis cum quantitas per se esset, quæ qualitates non priùs consummatæ sunt in mensurà necessaria ad Christi abscessum, quin forma noua sit subinducta, ita vt huius formæ subinductio, atque adeò materiæ substitutio, sit prior abscessu Christi, quandoquidem ratione eius Christus abscedat, est inductio formæ quæ non fit absque materia in priori naturæ substituta, quamuis quoad instans temporis neutra sit cum Christo.

Potentia Christi, in Eucharistia penes terminum à quo.

Vanus quorundam timor, circa tabem specierum, & exortam inde substantiam.

41. Itaque inanis planè est disputatio vniuersa Autoris prædicti, aduersùs doctrinam propositam. Eam verò doctrinam, nonnulli aliunde insimulant indecentiæ ac dignitatis, quatenus admittit species Sacramentales posse nutrire, vel mutem, vel hominem, aut tabescendo mucidas fieri, vel putescere posse: cum è contrario Algerus l. 2. de Euch. c. 1. ista non modò neget posse cadere in corpus Christi; quod redintiuum ex mortuis iam non moritur, sed etiam neget cadere in species, quibus Christus ad fidei exercitium obtegitur. [Nec solùm (inquit) corpori Christi; sed & ipsi Sacramento visibili, eadem causa, mucorem negamus & putredinem, qua superiùs digestionem: quia cum illæ species sine panis & vini substantia fiat, quomodò mucescere & putrescere, magis quàm digeri possint, non facilis paret causa. Ipsis verò speciebus, cum non sint æternæ, defectum negare non possumus. Sed ipsum defectum ita dicimus simplicem, vt nullam fœditatis admittamus corruptionem; Possunt tamen videri mucidæ & putridæ, quamuis ita non sint. Sicut Christus hostiarum

Sect. III. Cap. III. Classis II.

& peregrinus, provt erant iuuentium mentes. Sed hac visione, cum eis quibus fit, ita agitur, vt supradictæ causæ in eis compleantur. Quod autem ventrem distendere vel inebriare dicuntur, ne hoc quidem suum esse approbamus: Sed quando ista facere videntur, eisdem supradictis causis id fieri credimus.] Eodémque modo fetè in fine capitis, philosophatur de combustione specierum, quæ interdum consulto aut fortuito fit. Ait enim species deficere, aut disparere in igne, absque omni fœditate, vt dixerat de mucidis vel putrefactis speciebus. Superiùs quoque eodem capite, proposito argumento de subjecto accidentium panis post consecrationem, quæ accidentia sit formæ panis, id est quantitati accidentariæ inexistere, negat species emitti in secessum, quantumcumque sint consumptæ, & immissæ in stomachum. [Cum (inquit) in tanto Sacramento non sit quæ corrumpi possit panis & vini substantia, sed tantùm panis & vini; quæ deficere quidem, sed ita defœdari non potest cum suis qualitatibus forma qua etiam operta creditur, corporis Christi quæ est incorruptibilis substantia; non est ibi de stercore suspicandum, vbi non est aliqua huius fœditatis natura, sed tantummodò diuinæ virtutis miraculum.] Ex quo infert iuste Græcos abstinere communione in diebus ieiuniorum, ne per sumptionem specierum, soluant ieiunium. Ridet quoque simplicitatem eorum qui post communionem abstinent cibis communibus, donec species sint digestæ. Negat iusuper, in piis vitis sola ad longum tempus communione cibatis, egestiones quarum interim vsum habebant, ad species sacras esse referendas, multo minùs ad Christum, vt fert hæresis fœda Stercoranistrarum, de qua iuitio capitis. Atque ita egestionem illam miraculo factam, non ex speciebus, sed ex carne ipsa piorum illorum quamuis inconsumpta, exortam affirmat. Eadem fetè legere licet apud Guitmundum *initio libri secundi*, tametsi non absque implexitate magna quoad putredinem, corrosionem, & incensionem specierum. Nunc quippe eas affectiones etiam circa species non nisi apparentes statuere videtur, mox autem reipsa factas admittere. In sola egestione specierum per secessum, inficianda, constans est, quantæcunque sumantur species, ac vel si ex eis solis, vita ad longum tempus protogetur, quod malitiosè ab Hæreticis tentatum ad fidem huius Sacramenti infringendam magna cum detestatione refert: Illud addens, si contigerit Eucharistiam in magna quantitate ad hæc impia experimenta esse consecratam, ac verè nutrire, & in secessum aliquid inde emitti, vt assolet circa cibos communes, ambigi posse, an Christum præbuerit communicanti, verèque consecrauerit, qui sic se gessit. [Non enim (inquit) nisi apud eos qui verba Christi per virtutem diuinam tantæ rei operatoria esse credunt, panem & vinum in carnem & sanguinem Domini transire necessariò credimus. Apud eos autem qui fidem huius rei tenent, hanc mutationem per verba Christi necessariò fieri, & credimus, & confirmamus.] Quod si Catholicus per simplicitatem ad similem consecrationem sit aggressus, admissa vera consecratione, negat Guitmundus secutum inde secessum sed secuturum ait ex pane per Angelos bonos aut malos, priusquàm Euch. intra comedentium ventres inferretur, suppositos sacra Euch. Angelico ministerio inuisibiliter ablata, vt Tarsicio Martyri contigisse narrant S. Stephani Papæ ac Martyris Acta, & Martyrologia 15. Aug. Eodem modo philosophatur Ebrardus, admittens nutritionem per haustas pluimas species Sacramentales, secessum autem ex eis faciendum negans vlla ex parte; ita inquam in hac re, Ebrardus l. contra Vald. c. 8. referens hæc argumenta, proposita sibi esse apud Duillacum, déque eis ita pronuncians; [abominabilia quidem sunt hæc dictu & auditu, & cum magna horripilatione recitanda.]

43. Hi DD. trepidauerunt timore vbi non erat timor, frustráne ob apparentia incommoda, quæ ipsos implexitatibus, nec paucis, ocre exiguis inuoluerunt, doctrina superiùs proposita insimulatur vllius indecentiæ vel indignitatis. Nam si quæ est indignitas, certum est, nec hi DD. diffitentur, eam procul esse à Christo, qui tam rediuiuus & gloriosus, non est obnoxius vlli inquinationi aut fœdationi nostrati. De speciebus verò, siue rodantur à muribus, siue comburantur, siue ad nutriendum in magna quantitate assumantur, & pars earum aliqua in secessum vadat, siue in cineres aut vermem transeant, non debemus esse solliciti, quasi inde fides Catholica dedecoretur si re vera talia contingant, abscedente Christo & substituta loco eius vera materia communi, vt mysteriom præcedens occultetur & fides habeat locum. Sapienter enim allegato D. Augustino S. Anselmus l. de Sacr. Altar. p. t. [Sicut dicit B. Augustinus, visibiliter necesse est celebrari, quod tamen inuisibiliter necesse est intelligi. Ad quod necessaria est species illa, ad mysterij ritum, ad gustus suffragium, necessario & pio consilio quasi perfunctoriè admittitur. Quo pacto in accipiendo Sacramento consumitur. Consumptibilis enim erat & obnoxia corruptioni, quod esse non potest secundùm id de quo Propheta, *non dabis*, (inquit) *sanctum tuum videre corruptionem.*] Hoc est Christus totus latens, & hac visibili forma opertus, non corrumpitur: tegmen tamen istud visibile corrumpitur, & intra uos cum perceptum est Sacramentum, & variis modis priusquàm percipiatur. Quanquam interdum, præter communem vium aliqua accidere circa prædicta, negari non potest. V. G. Berengarianum quendam, qui alio pane quàm consecrato vesci nolebat, vt nudum esse panem inde firmaret; iusto Dei iudicio non potuisse inde nutriri, ideóque per atrophiam breui emarcuisse, & extinctum esse, scribit Gul. Paris. tract. de Euchar. c. 1. *in fine*. Species Sacramentales in seruentem ollam conjectas ollam refrigerasse, ac ne madefactas quidem fuisse, narrat Ioan. Moschus in Limon. c. 29.

Triplex diuinæ potentiæ specimen, in prædicto exortu nouæ substantiæ.

44. Sed hæc diuinitus præter morem patrata, missa faciamus, insistétes expensioni diuinæ potentiæ, in iis quæ iuxta communem vsum, Deo nobis prospicicute contingunt. Triplicem in ea substitutione materiæ, diuinæ potentiæ operam notare licet. Nam creatur materia, qui modus producendi

producendi superat vires creaturæ, estque Deo proprius Deinde præter communem legem est, quod eadem quæ præfuerat reproducatur, quod æquè proprium est solius Dei. Nam quamuis agentibus creatis data sit vis producendi;non tamen reproducendi;sed quod semel destructum, est, nunquam reparatur vi naturali; quia Deus à quo pendet determinatio effectus quoad indiuiduum, nunquam determinat causas naturales ad eundem numero effectum qui iam præfuerit : & ipse quoque Deus cum solus operatur, non reuocat ad esse, effectum qui iam desiit esse, quia fixit legem vniuersalem, de nouorum semper effectuum productione, vt per multiplicationem numericam rerum, seruiret decori vniuersi. In sola resurrectione generali, eosdem homines reuocabit ad vitam, vt recipiat vnusquisque quod in corpore gesserit, siue bonum, siue malum. Hic ergo reproducens materiam eandem numero quæ euanuerat, facit præter communem legem, de non iteranda ante mundi finem eiusdem rei productione : atque ita elucet eius potentia nullis coërcita legibus. Tandem est quoque contra legem communem, quod materia producatur absque quantitate cui suapte natura inseparabiliter adhæret. Et quanquam eodem temporis momento quo materia reproducitur, accipit quantitatem suam superstitem, tamen non profundit eam ex se, vt fert natura materiæ hac tantùm parte actiuæ; sed quantitas præexistens, & illuc vsque creata, vnitur materiæ, deinceps educenda ex ea, & efficienter per eam causanda, tanquam vera proprietas.

Accidentium panis & vini perfectas abscedentibus substantiis; secundum diuinæ potentiæ opus in hac classe.

45. Perfectas accidentium, existentia inquam eorum extra subiectum, quam in hoc mysterio expendendam secundo loco sumpsi, adeò mirabile diuinæ potentiæ opus est, vt non defuerint, qui censerent accidentia panis & vini verènon superesse, sed tantùm apparenter remanere, Deo oculos contuentium fascinante ad seruiendum mysterio. Ita refert Algerus l. 1. contra Bereng. c. 7. qui ait, inductos esse vt sic assererent, quia apud Patres legerant, *quod post consecrationem iam non est panis, sed corpus Christi.* Tribuit hoc ipsum Cameracensi, Suares t. 3. 3. p. d 56. s. 1. Sed non rectè. Nam hic Autor in 4. q. 6. *litera* I. disertè agnoscit, accidentia panis & vini perstare in Eucharistia post consecrationem. Addit tamen, eum qui hoc negaret, non fore hæreticum. Qua in parte hallucinatur Cameracensis. Nam non modò ex definitione Concilij Tridentini, tempora Cameracensis subsecuta; fide sanctum est, accidentia panis & vini perstare post consecrationem, sed etiam constanti Patrum omnis terrò Christiani seculi traditione, consignata à Gratiano de consecr. dist. 2. variis capitibus : quæ destructis prorsus panis & viui substantiis, sola earum accidentia perseuerare profitetur. Et ita esse affirmandum, vt interueniat conuersio panis in corpus ac vini in sanguinem, quam fides hic agnoscit, monet S. Thomas 4. contra Gent. c. 63. Rationem præterea aliam, ad confirmandam veritatem superstitum panis ac vini accidentium, adhibet Algerus ex parte idoneam, ex parte infirmam, [Absit (inquit) vt perfecta veritas, phantasiæ fallacia astruatur : maximè cum ipsi Angeli, & ipse Spiritus sanctus, in columba vel linguis igneis, quoties apparuisse leguntur, non phantastica sed vera corpora in aëre assumere astruantur : & in cæteris omnibus Sacramentis noui Testamenti & veteris, nihil phantasiæ, sed omnia vera inueniantur. Absurdum enim reuera est, vt quod non verè est, veritatem approbet; & quod de se fallit æstimationem, de alio veram exhibeat fidem. Phantastica enim illusio, Magicis congruit, & diabolicis fraudibus; veritatis autem assertio; diuinis sanctionibus. Ne ergo phantastica species, Sacramento Christi aliena prorsus & indigna superinduci credatur, quæ magis nouit fallere, quàm veritatem astruere.] Hanc rationem dico ex parte esse idoneam, quatenus scilicet à Dei negotio, spectra perennia & perpetuas deliusiones vult remoueri. Quamuis enim in ratò quodam euentu ad tempus visa diuinitus edita non fuerint solida : tamen vt quamdiu religiò Christiana durabura erat, tot locis, perpetuum præstigium à Christo adhiberetur ad mysteria à se instituta, nullo modo consentaneum fuit. Id quod mox ex S. Anselmo confirmabo. Eatenus tamen displicet ratio Algeri, quatenus in ea assumitur, nulla vnquam merè apparentia; in Dei vel Angelorum apparitionibus esse agnoscenda. Est quidem omnino verum, corporum ab Angelis, aut à Deo ipso extra Incarnationem assumptorum, maximam partem esse solidam, vt contra Rabbi Moysem, statuit D. Thomas q. 6. de poten. artic. 7. & contra Vdaricum Cartusianus in 2. d. 8. q. 1. & disertissimè tradit S. Augustinus 13. Ciuit. c. 23. damnans contrarium summæ impudentiæ. Plenè idipsum confirmant Delrio l. 2. Magic. q. 27. Leloye l. 1. de spect. c. 5. & l. 3. c. 1. Thyræus l. de appar. Spir. c. 6. Suares l. 4. de Angelis c. 33. à num. 5. docens esse doctrinam certam : igitur ratum esse debet. Tamen nihil est necesse, planè semper ita accidere. Et quamuis daremus, corpora quæ sic assumuntur, esse vera & realia; tamen in particulari specie corporis quam præ se ferunt, plerunque non est nisi apparentia, vt Suares supra c. 34. fatetur, & in particulari de columba, in cuius specie apparuit super Christum Spiritus sanctus, idem habet t. 2. 3. p. d. 27. s. 2. Hoc autem sufficit ad infirmandum Algeri argumentum. Quod etiam enervari potest, ex plerisque actionibus non nisi apparentibus, quas Angelos in speciem tantùm operatos legimus, vt quod conuiuati sint apud Abrahamum. Nam S. Athanasius serm. 16. contra diuers. hæres. pronunciat; prodigiosè mentiri eos, qui censent Angelos illos plusquàm apparenter esse epulatos. Neque in ea re cerni falsitatem, demonstrat S. Thomas 3. p. q. 76. artic. 8. ex doctrina S. Augustini l. 2. qq. in Euang. q. vltima.

Potent. Christi in Euchariſt. penes terminum à quo.

Est igitur, (vt cum S. Anselmo concludam, l. de Sacram. alt. p. 1.) inquam [in mystiris, vera Dominici corporis substantia, sed absque visibili specie sua : Et est vera species visibilis panis, sed absque substantia sua.] Hoc probat ex SS. Augustino & Ambr. Subdit verò. [Nihil enim falsum, factum putanduri

Sect. III. Cap. III. Classis II.

est in sactificio veritatis, sicut fit in Magorum præstigiis, vbi delusione quadam falluntur oculi, vt videatur illis esse, quod non est omnino. Sed vera species visibilis, quæ fuit in pane, ipsa facta præter substantiam suam, quodammodò in aliena peregrinatur, continenteeum qui fecit eam, & ad suum transferente corpus.]

Occulta panis & vini accidentia, num perseuerent problema.

46. Neque tamen intendit S. Anselmus, vel per ea quæ hactenus adducta sunt de vera accidentium panis & vini, permanentia, euincitur; omnia planè substantiarum illarum accidentia permanere. Veritas enim verborum formæ, cadens in aliquid sensibile, designatum pro nomine demonstratiuo *hoc*; & ratio Sacramenti, siue signi visibilis, cuius structuræ, & occultationi mysterij, seruit permanentia accidentium post destructas panis & vini substantias; tantùm fert ex necessitate, permanentiam accidentium sensibilium panis & vini. Si quæ autem præterea inerant pani & vino accidentia occulta, ad modum proprietatum latentium, ne per effectum quidem perceptibilium, & nullatenus sensibilium; ea nihil est necesse asserere remanere, destructis panis & vini substantiis. Concilia namque & Patres, quicquid in contrarium statuat Vasques 3. p. d. 194. c. 1. non curarunt de permanentia talium accidentium, nihil collatura ad obtegendum mysterium, & exercendam in eo fidem. Esto, si dantur talia aliqua accidentia, probabilius sit ea perstare, infixa quantitati qua mediante afficiebant panem & vinum, vt rectè censuit Ægidius 3. p. q. 75. num. 170. Sed aliud est, quod probabilius sit huiusmodi accidentia (si dantur in pane & vino,) perseuerare post destructas substantias; aliud quod sint comprehensa in numero illorum accidentium, quæ Ecclesia & Patres docent perstare post substantias prædictas. Reuera enim non esse comprehensa, colligi videtur ex nominibus quibus Patres appellare solent accidentia Sacramentalia. Ferè enim sunt nomina accidentium sensibilium. A Cyrillo Hierosolim. catech. 4. mystag dicuntur *figura*, aut *typus panis & vini*. A S. Augustino l. de catechiz. rud. c. 26. dicuntur *externa panis & vini forma*. A S. Macar. hom 27. *qui videtur panis*. Cyrillus Alex. hom. de myst. cœnæ Dom. vocat *velut ipanem*. *Similitudines panis & vini*, appellat S. Amb. l. 4. de Sacr. c. 4. *Sensibilia* Odo Cametac. in exposit. Canonis Missæ. *Qualitates occultantes Christum inuisibilem, licet præsentem, ipsa visibiles*, nominat Hugo Episcopus Lingon. Epist. ad Berengarium. Passim vocant *species Sacramentales*; quæ vox apud Goffridum Vindocin. opusc. 1. & in celebri loco Prosperi ex sententiis Augustini, arctatur, ad accidentia visum terminantia, sine sint sensibilia propria, siue communia. Nec mutauit eam notionem vocis *species* S. Ambrosius l. de initiandis c. 9. cum dixit, ante benedictionem diri *species* quod postea dicitur *corpus Christi*. Sensus enim est, dici id quod præferunt species, siue accidentia visibilia. Hæc itaque accidentium superstitũ nomina, non obscurè docent, inter eas panis & vini exuuias accidentales quas Ecclesia credit superesse, non comprehendi nisi sensibilia accidentia.

Inter sensibilia panis & vini accidentia, quantitas sola sit per se.

47. An verò omnia sensibilia accidentia panis & vini, ita supersint, vt fiant per se, pendet ex quæstione philosophica de subiecto accidentium. Nominales enim qui non distinguunt reipsa quantitatem à substantia, & assignant quibusuis accidentibus suam propriam quantitatem, consequenter censent, quantitatem identificatam substantiis panis ac vini destructis, euanuisse eum eis: remanere autem quantitates accidentium, quas aiunt ita excludere quantitatem terriam vt ipsæ secum sint compossibiles ac penetrabiles, neque habeant pro subjecto communi, quantitatem omnibus aliis materialibus accidentibus substantem, quod latè contendit Ocham tract. de Sacram. Altar. c. 21. Hunc modum philosophandi de quantitate, omni suspicione erroris liberat Ægidius 3 p. q. 77. num. 43. Eo tamen admisso, ægrè exponitur, quomodò quantitates illæ specie differentes, vt constat ex identitate cum accidentibus specie discrepantibus, possint adinuicem vniri; quod tamen negari non potest, vt patet ex simultaneo omnium accidentium remanentium motu, qui supponit colligationem eorum adinuicem. Item nisi hæc accidentia habeant vnum commune subjectum, vndenam calor adueniens, expellet frigus speciemue? Est præterea in ea doctrina explicatu difficile, quomodò quantitates accidentium, sint adinuicem penetrabiles; neque tamen possint penetrari cum quantitatibus externis, & quomodò quantitas identificata substantiæ, sit penetrabilis, non item quantitates accidentium. Itaque exerceat cui placuerit, in illius paradoxi defensione ingenium. Mihi solida & pluribus probata philosophia arridet, quæ quantitatem statuit vnum peculiare accidens, suapte natura impenetrabile & à substantia, & à quibusuis accidentibus distinctum, eorúmque commune subjectum immediatum, quod in hoc mysterio solum & vnicum auellatur à substantia, tanquam à suo subjecto inhæsionis. Nam cæteta accidentia præter quantitatem, non puto inhærere substantiæ immediatè, sed tantùm mediante quantitate. Quam sententiam Ægidius 3. p. q. 77. n. 48. nonnullis difficultatibus grauari putat: nimirum quod accidens suapte natura indigum alienæ sustentationis, sustentet suapte natura qualitates: itémque quod qualitates non perficiant immediatè substantiam sed solam quantitatem, cui soli dicuntur inhærere: quasi propter illam solam perficiendam, & non propter substantiam, essent instituta: ac denique quod quantitas, cum sit accidens, sit totaliter forma, atque adeò non possit esse subjectum, cui connaturale sit informari ab aliis accidentibus. Hæc tamen leuia sunt, & æquè pugnarent contra subjectationem cuiusuis alterius accidentis, in alio accidente: V. G. scientiarum, aut fidei, in intellectu; spei & charitatis, in voluntate; figuræ in quantitate. Quare tatum esto, cæteta accidentia materialia, influxum subjectiuum immediatum non accipere, nisi à quantitate substantiæ in qua colligantur omnia, vt minùs

mirum

mirum sit, subducta substantia, si supersit quantitas eius, perstare cohæsionem & vnitatem præjacentem qualitatum, essèque locum nouis alterationibus, perinde ac si substantia superesset. Nihil quippè circa alia accidentia mutatum est, per substantiæ destructionem: ac ne actio quidem, qua ptiùs è quaotitate educebantur, variata est, contra Albertinum disp. 1. de Quantit. quæst. 3. oum. 7. Si statuatur accidentia effectiuè à Deo solo pendere (vt multis placet) nec esse conseruata per influxum effectiuum substantiæ connaturalis cum supereresset. Sed quantum quidèm est ex parte concursus subjectiui, & suppositia accidentium conseruatione anteriore à solo Deo, nihil mutaretur. Nam ea actio, solam quantitatem respiciebat vt subjectum inhæsionis adæquatum, & qualitates vt terminum productũ. Quæ duo cum perseuerent, non est cur actio, ab eodem agente ad eundem effectum, ex eodem passo causandum terminata, dicatur variari ob variationem factam io passo immediato per se posito. & in passo mediato, quod erat subjectum denominationis, prorsus destructo.

Potentia Christi in Euchar. penes termin. à quo.

Quomodò quantitas, per se fiat, & quantum ea in re splendeat diuina potentia.

48. His ita constitutis, perspicuè sequitur, ex sensibilibus panis & vini accidentibus, solam quantitatem fieri per se, & in ea sola fieri totam variatiooem hic interuenientem circa accidentia remanentia è pane & vino. Non quod circa quantitatem fiat mutatio aliqua, vt possit deinceps post subductam substantiam subjectare accidentia; nam ad hoc habet ex se vim sufficieutem suaptè natura, vt rectè asserit Vasques 3. part. d. 194. *in fine*; sed quod variatio fiat in quantitate, quoad suam entitatem: quæ priùs ioerat substantiæ, ounc autem est absque subjecto iuhæsionis. Chtistus enim qui successit substantijs panis & vini, non subjectat quantitarem panis & vini remanentem, vllâve earum accidentia; iuxta illud S. Anselmi l. de Sacram. altar. p. 1. [Species visibilis panis, translata ad corpus Domini, non eo modo se habet ad illud, quomodò accidens ad substantiam; quia corpus Domini in substantia sua, nec album efficit albedo illa, nec rotundum rotunditas, sicque de reliquis.] Idem itetat 2. part. cap. 6. Itaque quautitas panis & vini, destituta subjecto passiuè seu materialiter influente in eius causationem, terminat solius efficientis influxum, quod est fieri, siue accipere esse per se. Hoc verò fieti non potest absque physica muratioue concursus quo quantitas priùs conseruabatur in materia. Impossibile quippè est, motatis principijs quomodoliber influentibus io priorem illam actionem, eam non mutati: Quare mutatur, & quæ priùs erat eductio, fit creatio, iam oon pendeos à subjecto, sed à sola causa efficiente vt rectè affirmant Suares tom. 3. 3. part. d. 56. sect. 2. concluf. 3. Ægidius 3. part. quæst. 77. à num. 19. Albertinus disp. 1. de Quant. quæst. 3. oum. 5. & 6. contra Lessium l. 2. de Summo bono à num. 49. & l. 12. de Diu. perf. num. 111. qui eductionem accidentis, (quæ apud me est modus ipse iohærentiæ,) malè confert cum eotitate substantiæ: quasi sicut substantia est conseruabilis eodem influxu, etiamsi subtrahatur substistentia, ita accidens sit conseruabile, etiamsi subtrahatur ei inhærentia. Sed neganda est paritas. Nam substistentia planè superuenit substantiæ. Inhærentia aurem est causalitas ipsa, qua accidens efficitur ex subjecto: atque adeò cum habeat rationem viæ ad accidens, est prior natura accidente, non autem posterior. Esset verò patitas, si vnio formæ accidentalis terminantis creationem, confertetur cum substistentia cõparata ad substantiam. Nam ea vnio superuenit accidenti, estque proportionalis illi vnioni, qua anima rationalis producta priùs natura, cõjungitur materiæ in posterioti natutæ. Talem accidentis vuionem, verum est aduenire existentiæ, accidentis eáque voione subtracta, accidens esse conseruabile eodem influxu creatiuo quo priùs. Secus autem est de vnione eductiua, ob contratiam eius naturam. Ac proinde vt quantitas ponatur per se, & efficiatur absque subjecto, exigitur mutatio actionis, qua priùs quantitas ex subjecto educebatur, per causam efficientem à qua sola deinceps pendet, exclusso quocunque subjecto.

49. Elegi sententiam quæ minùs multiplicaret mitacula, & parciùs huc aduocaret robut diuinæ potentiæ. Quæ multo magis hîc expromenda esset, si singula accideutia, post subtractam substautiam deberent effici per creationem, & pooi extra subjectum. A qua sententia non abhorreut Patres, cum dicunt hîc colorem, saporem, odorem, separari à subjecto: aut cum dicunt, accidentia creari, oec immitti Chtisto, sed eom dumtaxat obtegere. Quæ & similia, de quibusvis accidentibus sensibilibus panis & vini prolata, non obscurè insinuant, de Patrum sententia, non solam quantitem, sed quæcunque accidentia prædicta, se babere eodem modo, quo diximus se babere quantitem: atque adeò per se effici, & propriè creati: idémque contingere, cum uoua accidentia admotioue agentium idoneorum producuutur in speciebus; vt cum calefiunt; frigefiuut, colore aliquo aut sapoie inficiuntur. Si enim qualitates omnes, sunt per se, necesse erit fateri, hunc quoque calorem adueoientem, poni per se; supplente Deo influxum subjecti ad mysterij occultationem; & causas secundas alterantes, sustollere ad creandum accidentia quæ inferuot; cum ea reuera producant, nec possint educere defectu subjecti cui illa immittant. Vbi vides magnam multiplicatiouem mirabilium diuinæ potentiæ in hoc mysterio, ex parte accidentium haud temerè inuectam, cum videatur fulciti Patrum suffragatione; quæ (quicquid demum statuant Philosophi de immediato quallratum subjecto,) non potest floccifieri, aut temeritatis insimulari.

50. Vel ex eo tamen quod admisi de sola quantitate hîc per se posita, quod iuxta Philosophiam probatiorem est verisimilius, perspicuum esse deber, interuentum iufinitæ Dei potentiæ esse hîc necessarium. Nam quamuis possibile est, accidens per se statuĩ, (delirarunt enim, qui id impossibile esse asseruerunt, fusè rejecti à Valdensi tom. 2. cap. 76. & 77.) Tamen cum nequeat per se statui, nisi per creatioem proptiè dictam, quæ est effectio absque

Sect. III. Cap. III. Classis. II.

subiecto; & hæc sit solius diuinæ omnipotentiæ propria; manifestum est, quantum diuinæ potentiæ specimen hîc exhibeatur. Benè in hanc rem S. Anselmus l. de Sacr. Altar. p. 1. [Similitudo illa panis, quæ in altari, carnis se oculis ingerit, per se inspecta non est corpus Domini. Sed cum esset quiddam prioti simile id est pani inhærens, vel accidens; migrante in Dominicum corpus substantia cui inhærebat, remansit ad peragendum sacri institutum mysterij. Quod quidem est visum contra rationem omnis mundanæ sapientiæ, vt sublata substantia, substantiæ accidens subsistat. Sed legi naturæ non subjacet Deus, imo ipsius legis lex est. Creator enim, potest quoque accidentia subducto substantiæ fundamento, vel continere, vel in aliam transferre substantiam; *qui terram* secundùm Ptopheram, *appendit in nihilum*: Vel secundùm alium, *super Maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam.*] Ruisus a. p. eiusdem libri cap. 5. & 6. [Qui diuina pietate, dignarus est in humeros suos elcuare ouem perditam, ideſt in vnitatem personæ suæ assumere corruptam naturam nostram, idem nunc terrenam substantiam panis susciptens, in virtute diuinæ potentiæ cui in omnibus & per omnia subest cum voluerit posse, transmutat in veritatem carnis suæ. Dum vetò mutat naturam in naturam, substantiam in substantiam, corpus in corpus; hoc solùm de eo immutatum, in eo quod mutatum est facit superesse, quod res exigebat: scilicet vt cum panis substantia in illam transierit substantiam quæ sedet in dextera Patris, de qualitate ptioris substantiæ hoc sibi vindicet, vt secundùm titum mysterij, tractabile fiat & gustabile ex illa natura, quod non erat ex sua. Et contra omnem secularis Philosophiæ rationem & intellectum, mutata panis substantia in aliam substantiam, ad quoddam mysterij obsequium, quædam accidentia quæ illi inhærebant, sic transtulit in mutatam, vt corpus Domini, albedo non faciat album, nec totunditas rotundum: Sed huiusmodi omnia sic conseruantur, vt licet verò humanitatis eius corpori absint, non tamen insint: nec istud iuficiant vel afficiant, sicut accidentia substantiam cui accidunt, sed exteriùs seruiant ad corpus Domini quodam modo obtegendum. Meritò ait, hanc per se existentiam accidentis. esse contra omnem secularis Philosophiæ rationem, & intellectum. Nam quamuis vera Philosophia, agnoscat distinctionem realem, atque adeò separabilitatem accidentis à subjecto; de conseruabilitate tam accidentis seorsim à fulcro quocunque substantiali, non liquet nisi ex hoc mysterio. Vnde Philosophi, solo naturæ lumine ducti, accidentia non haberent nisi pro modalibus & infirmis entitatibus, quæ ita affixæ sunt suis modificatis; vt quamuis possint ab eis disiungi, (saltem singulæ,) non possent tamen per se, ac seorsim ab illis conseruari. Ex hoc autem mysterio didicit Philosophia, dari accidentia quæ sint entitates firmæ, & possint conseruari seorsim à substantia; nec tantùm conseruari possint, sed teipsa etiam conseruentur, puta quantitates panis & vini, ad quod cognoscendum nullum naturæ lumen potest assurgere.

51. An tamen quod S. Anselmus dixit, perfeitatem accidentium esse contra rationem Philosophiæ, & intellectum, sonet eam perfeitatem esse contra naturam, potest esse lis de nomine. Non pauci quidem Patres, vt latè refero in Natur Theol. dist. 8. à num. 314. negant aliquid ficti posse à Deo, quod sit contra naturam: [quia cum ipse sit conditor naturarum omnium, id cuique est naturale, quod ille fecerit, à quo est omnis ordo naturæ.] Verba sunt S. Augustini 26. contra Faust. cap. 3. Atque ita nominatim in hoc mysterio insimat Guitmundus, sub initium libri primi contra Beteng. refellens quod ille nequam blaterabat, naturam non posse pari mutationem quam fides Catholica hîc agnoscit. In quam rem cum alia adducit Guitmund. tum nominatim Platonem; [qui rerum naturam, dixit esse id quod vult Deus.] Eodem pertinet illud S. Anselmi l. de Sacram. alt. p. 1. [legi naturæ non subjacet Deus, imo ipsius legis lex est.] Fusè item in eandem sententiam disputat Paschasius l. de Sacram. toto cap. 1. qui tamen cap. 4. *in fine*, fateri videtur, quod fit in Eucharistia, atque adeò etiam perfeitatem accidentiom esse contra naturam. Id enim præter cætera est, vt eius verbis vtat, [quod potentia diuinitatis contra naturam, vltra nostræ rationis capacitatem efficaciter operarur.] Nec est cur diffiteamur, perfeitatem genio & naturali exigentiæ accidentis adoerfantem, vetè esse contra naturam; quæ tamen voluntati Dei subjecta, ab eo qui est *natura naturæ*, vt loquitur Petrus Damiani opusc. de Dei omnipot. cap. 11. pro voluntate porenter ducitur.

Eum diuina potentia splendorem, in quantitatis perfeitate, excluso limbo addititio, rectè intelligi.

52. Petinde porrò conspicua in hac parte erit vis omnipotentiæ diuinæ, siue perfeitas illa quantitatis, nihil ei inuehat præter actionem absque subjecto, siue ei præterea inferat aliam entitatem; qua in parte variatur sententijs. Nonnulli enim in accidente per se constituto, agnoscunt terminum positiuum proportionalem subsistentiæ; eúmque terminum putant esse necessarium, vt quantitas conseruetur separata absque violentia, & vt citra nouum miraculum possit subjectare reliqua accidentia, ac subire vicem materiæ respectu mutationum alteratiuarum, aduenientium de nouo speciebus consecratis. Ita Cajetanus 3. p. quæst. 77. art. 2. indicans eum terminum esse entitatem firmam, & multa ei tribuens quæ refellunt Valentia 3. p. d. 6. quæst. 5. p. 1. & Suares tom. 3. 3. p. d. 56. sect. 2. iuxta quem hîc terminus, (si datur,) non est entitas firma & per se producibilis ac conseruabilis, sed modus dumtaxat. Dari autem talem terminum, probat Suares, cum argumentis ex Cajetano propositis, tum quia *per se esse*, non est tantùm negatio. Igitur sicut substantia, iuxta receptissimam doctrinam, per se est in interuentu modi subsistentiæ, sic accidens, quando per se constituitur, proportionali modo afficitur. Et hîc modus separandi accidens, est longè perfectior iuxta Suarem, quia accidens vi talis modi erit incapax inhæsionis, cuius alioqui capax esset. Est quoque ea entitas per opportuna, vt quantitas dicatur separari à substantia

per

per actionem positiuam, sicque legitimè explicetur panis in Christum conuersio absque annihilatione. Adduxt Vasques 3. p. d. 194. cap. 1. Et Ægidius 3. p. q. 77. n. 35. qui in eadem sunt sententia, omne ens debere esse vltimo terminatum : At non apparet, qua alia ratione accidens possit vltimo terminari, nisi hunc modalem terminum accipiat.

Potentia Christi in Euchar. penes termin. à quo.

Hæc tamen omnia, parum aut nihil promouent negotium modalis illius limbi. Eo quippè termino modali posito, nihilominus quantitas non terminaretur connaturaliter, minúsve violenter ; quàm si tali termino destituerentur ; quandoquidem huiusmodi terminus repugnat inclinationi naturali qua quantitas propendet in subjectum. Falsò autem addebatur, quantitatem ab eo termino habere, vt vel absolutè, vel connaturaliùs possit sustentate reliqua accidentia. Hoc enim habet quantitas per suam nudam entitatem. Sicut enim materia Christi, etiamsi destituta suo connaturali termino, nuda tamen sua entitate subjectat quantitatem Christi, æquè benè ac si positiuum terminum sibi connaturaleam seu subsistentiam creatam sortiretur. Vnde æquè idem præstaret si omni prorsus subsistentia exueretur, & neque connaturali neque extraneo termino vltimo terminaretur: ita proportione seruata, statuendum est de quantitate, comparata ad reliqua accidentia. Quod verò attinet ad argumentum, ductum ex eo quod, esse per se non sit quid priuariuum, facile est illud dissoluere, dicendo, modum positiuum vi cuius repugnat quantitati inhæsio, datúrque actio positiua auellens quantitatem à substantia ; aliam non esse quàm creationem quantitatis. Eo quippè influxu posito, repugnat quantitatem inhærere, etiamsi possit vniri eo modo quo anima rationalis per se existens vnitur corpori absque inhæsione. Vt autem quantitas alio vlteriore termino quasi finiatur, & terminetur ; necessarium non est. Imo eum terminum esse collatu impossibilem, contendit Albertinus princ. 1. compl. coroll. 13. dub. 4. causatus repugnantiam talis termini ad inhærendum, quod æquè obijcere potuisset creationi accidentis, mihi (vt dixi,) satis est, quod is terminus non sit accidenti necessarius, quem idcirco de facto dari, negant Valentia 3. p. d. 6. q. 5. p. 1. Salas 1. 2. tract. 3. d. 2. n. 39. Albertinus disp. 1. de Quant. q. 3. n. 8. Lessius l. 12. de Diu. perf. n. 111. Henriq. l. 8. cap. 30. n. 2. Rubius q. 3. de potentijs animæ & passim Scotistæ. Ducem suum assectati in 4. d. 12. q. 1. & 6. Nec eo modali termino ablegato, minùs hîc splendet diuina potentia, imo multo magis : quandoquidem absque eo veluti sepimento, & quasi limbo firmante, per se staret quantitatem, adhibita tantùm vi manus suæ creatricis.

Specimen tertium diuinæ potentiæ in hac serie, per accidentium per se statutorum actiuitas.

53. Recenseham postremo loco inter diuinæ potentiæ specimina, spectantia terminum à quo, ciúsve exuuias, quod accidentia consimili vi actiua potiantur, ac cum substantiæ, panis & vini suberant. Quod enim species Sacramentales ad omnem illum passiuum vsum desertiuiant, ad quem deseruirent si panis & vinum adessent, iam supra monstraui, & addidi id fieri absque interuentu diuinæ potentiæ indebito, & referendo inter mitabilia. Id quod etiam fere dicendum est, de actiuitate accidentaria specierum. Cum enim tota ratio agendi respectu huiusmodi actionum, fere sit forma accidentaria, inexistens quantitati vt subjecto inhæsionis adæquato, perspicue sequitur, species citra miraculum posse agere accidentatiò, quicquid potuissent agere præsente substantia. At de actiuitate in actionem substantialem, aliter est statuendum. Accidens enim ob improportionem quam habet cum effectu substantiali, non potest producere substantiam nisi in virtute substantiæ ; id est nisi substantia assumat illud vt instrumentum ; eique cooperando, sustollat illud ad producendum effectum cui impar esset spectatis solis suis vitibus, non conjunctis cum substantia coefficiente. Vnde si contingat, species Sacramentales causare aliquid substantiale, æquè ac fecissent si substantia adesset, productio illa erit opus diuinæ potentiæ, miraculo supplentis actiuitatem principalem substantiæ, vt mysterium lateat, & sit locus fidei. Exemplum esse videtur in speciebus vini, quæ si diu assetuentur, vt olim fiebat, (paretque ex querelis S. Chrysostomi de effusis speciebus vini asseruatis in sacratio, irtumpentibus illihuc militibus,) potetunt conuertere in vinum, liquorem quempiam eis assumum, in debita proportione & quantitate. Quicquid enim contendant recentiores, vinum pollet vi conuertendi aliqnem alium liquorem in se, ac etiam aquam ; id quod apertè supponit S. Anselmus l. de Sacram. altar. p. 2. cap. 7. Non adhibeo exemplum aquæ illius modicissimæ quæ vino consecrando instillatur, tum quia admodùm verisimile est, eam aqualam immediatè consecrari : tum quia si non consecraretur, transiretque immediatè in Christi sanguinem, tempus vique ad consumptionem speciorum esset fortassis nimis breue ad causandam transmutationem naturalem aquæ illius in vinum cui admiscetur. Consulto igitur adhibui exemplum alterius liquoris, immissi in species vini ad longum tempus, quale præsente vino ad eam transmutationem exigeretur. Talis itaque liquoris conuersio in vinum per species Sacramentales, supponitur cap. *cum Marthæ* de celebr. Miss. §. *quæsiuisti* : Neque enim liquor verteretur in Christi sanguinem, cum consecratio quæ præcessit, non ceciderit in hunc nouum liquorem, vt rectè contra aliquos affirmat Suares tom. 3. 3. p. d. 57. sect. 3. conclus. 2. Fatendum itaque est, liquorem illum randiu & in ea ptoportione applicatum speciebus, vt conuersio in vinum sit apta sequi, conuerti in vinum, idque esse opus diuinæ potentiæ supplentis actiuitatem fotmæ vini, vt fides locum habeat & mysterium occultetur.

Eiusdem diuinæ potentiæ opus est, reductio specierum ad statum vino aut pani connaturalem. Verbi gratia, si species vini frigefiant, posteáque ad calorem vino natiuum tpeniant, reuocatio illa ad calorem consentaneum vino, cum superet intensionem caloris in vino residui, non potest fieri ab huiusmodi calore. Et verè si forma vini adesset, reductio illa fieret à substantiali fotma vini, hanc suam connatura-

lem

Sect. III. Cap. III. Class. III.

lem qualitatem reparante. Quia igitur forma vini destructa est, nec Christi institutio patitur, vt aliquid hîc fiat quo mysterium euulgetur, proindéque reductio illa specierum ad statum vino natiuum alicunde est causanda; præsto est diuina potentia supplens agentis proximi defectum; quod respectu huius accidentis, non potest esse nisi forma substantialis. Quæ causa est, cur supra dixerim, *ferè* (atque adeò non planè semper) actiuitatem accidentariam in speciebus separatis, esse eandem eum actiuitate accidentatia, quæ erat superstite substantia.

CLASSIS TERTIA.

Speciminum diuinæ potentiæ in Eucharistia, penes transsubstantiationem.

54. POstremam seriem mirabilium operum, penes quæ spectandum asserebam splendorem omnipotentiæ Dei in Eucharistia, constandam dicebam ex pertinentibus ad mutationem in confectione huius mysterij intertenientem: quæ mutatio talis & tanta est, vt nuspiam eernatur similis, nec vi vllius causæ naturalis, sed manu robusta solius Dei omnipotentis possit accidere. Non enim est qualiscumque mutatio, puta alterativa dumtaxat, aut etiam corruptiua; quarum ptiot totam substantiam relinquit incolumem, posterior verò materiam: Sed est mutatio totalis quoad substantiam, salnis tantùm accidentibus ad exercitium fidei. Et Idcireo vocatur *transsubstantiatio*.

Antiquitas, & vsus vocis transsubstantiatio.

Ad quam vocem tanquam horrificam, perculluntur Sectarij quorum etiam nonnulli eo impudentiæ sunt prolapsi, vt sicut hanc vocem à nupero quodam ante trinoctium, & ad somnum ab Innocentio III. post mille eóque amplius annos à constituta Christiana Ecclesia causam volunt; ita & ipsum dogma voci subiectum, esse antiquius sint inficiari. Hæc tamen est supinitas cum malignitate certans. Nam voces nouas, cum necessitas indixit, aut opportunitas tulit, sapientes nunquam refugerunt, vt optimè docet S. Hilarius l. contra Constantium Augustum, & S. Ambrosius l. de fide contra Arrianos, ac S. Augustinus epist. 174. & tract. 97. in Ioan. optiméque ex multis alijs Patribus confirmant Espencæus digress. 5. in Paralipom. Epist. ad Timoth. Carbo l. 4. Introd. cap. 14. & Henriq. l. 1. cap. 2. n. 2. Habemus exemplum solemnissimum, vocis ὁμοούσιος, quæ quod Arrianis confodiendis visa esset aptissima, ferè ptimùm in communem vsum venit tempore Concilij primi Nicæni: tametsi anteriùs quoque, sed infrequentiùs vsurpata reperiatur: Nomen item *personæ*, tunc primùm est inductum in vsum, cum Sabellius Ecclesiam infestare est aggressus, vt notauit Facundus l. 1. pro tribus capitulis cap. 3. qui nomen quoque *subsistentia*, ab Ecclesia post multum tempus fuisse inductum, vt & nomen *Trinitatis* obseruat. Stupidè ergo æquè ac pernersè hostes Ecclesiæ, vocem *transsubstantiationis* vocant in inuidiam, cjúsque præsensam nouitatem, ad notionis subiectæ impugnationem trahunt. Nam quamuis vox *transsubstantiationis* inualuerit præsertim tempore Concilij Lateranensis celebrati sub Pontificatu ac auspicijs Innocentij III. quia opportunissima est ad mutationis in hoc mysterio intertenientis expressionem, tamen anteriùs quoque vsurpata reperitur: vt à Blesensi, epist. 140. conscripta ante illud Concilium, vbi Busæus pro huius vocis antiquitate pugnat. Anteriùs quoque eam adhibuerat Gaufridus Cisterciensis Epist. ad Cardinalem Albanensem quam refert Baronius anno 1178. Quod si, (vt par est,) non extimum vocis sonum, sed notionem eius ac sensum attendamus, extant apud paruntiquos Patres, voces nouatæ planè consimiles, vt μετασυγκίωσις & μετατύπωσις de quibus Turrianus l. 2. contra Magdeb. cap. 17. Nyssenus ex interprete in oratione Catech. cap. 37. vocat *transelementationem*, quasi diceret, mutationem à fundamentarijs totius substantiæ initijs, atque adeò à tota substantia. Nec aliò spectant vatij modi loquendi apud peruntiquos Patres celebertimi, quos accuratè colligunt & expendunt Vvidefordus contra 1. Vvicleffi articulum. Sanctesius reper. 7. Alanus l. de Eucharist. cap. 34. Val. 3. p. 3. d. b. q. 3. p. 2. §. 3. Bellarm. 3. de Euchar. cap. 20. & 21. Qui item Autores, immensi sunt in astruenda veritate notioni subiectæ voci *transsubstantiatio*. Et perpulcrè quoque Sanderus orat. de Transsubstantiatione. In quam item sententiam nonnulla libabimus in Collytio pro Insciosis. Nunc spartam nostram colamus, & demonstrando splendori diuinæ potentiæ in hoc mysterio micanti insistamus.

Admirabilitas huius mutationis.

55. Mutatio itaque in Eucharistiæ confectione interueniens, adeò sublimis est, vt omnem vim creatam longissimè supergrediatur nec ab ipso Deo, alibi vspiam adhibita inueniatur sitque verè maximè noua vt pulchrè tradit Gillebertus serm. 7. in cantica, *sub finem*. Cur supergrediatur omnem potentiam creatam, ratio est, quia est transitus totius substantiæ in totam substantiam, puta totius panis in totum Christum. Non enim materia panis in materiam Christi, & forma in formam conuertitur; sed tota substantia panis, æquè primò in totam Christi substantiam conuertitur; quia totus panis desinit ob aduentum totius Christi, vt rectè contra aliquos Philosophatur Albertinus Coroll. 3. de Quant. dub. 8. difficult. 4. Et quia caro vina, & sanguis Christi, non terminant actionem conuersiuam, nisi ptout in Verbo subsistunt; Verbum quoque in termino transsubstantiationis ineluditur. In totum ergo Christum sic sumptum, connertitur tota panis substantia; euiusmodi totalem transitum vis creata moliri & exequi nequit: quia potentia creata, egei fundamento in quo pedem figat. Indiget inquam materia, quæ excipiat actionem, formæ sequentis indnctiuam; postquàm in eo subiecto conflixerint acies dispositionum. Cuius enim formæ dispositio fuerit superior, ea sedem materiæ subit, extrusa priore forma. Si verò dispositiones ad immittendam aliquam formam præimmissæ, debilitotes fuerint quàm par foret

extutbandis

exturbandis prioris formæ dispositionibus, forma subsequens quàm agens inducere molliebatur, arcetur ingressu. Nam ne expulsio formarum è materia, atque adeò destructio compositorum iam compactorum, nimis præpropera esset; vode ingeos confusio & perturbatio perpetua in rerum naturam inueheretur, prouidè naturæ Autor cauit, vt omnibus formis, suæ propriæ & conuenientes dispositiones necessariæ essent; tum ad eas fouendas, & cubile materiæ illis aptandum, tum ad firmandam eo veluti satellitio occupatam materiæ sedem. Dum enim dispositio præjacens remoram injcit contrariæ dispositioni aditum suæ formæ ad materiæ hospitium tentanti; vicissitudo generationum leotè peragitur, & ordinatè; facilúsque forma semel in materiam admissa, prohibetur iuioria, partámque sedem aduersus hostilem causæ aduersantis incursum retinet. In mutatione itaque de qua agimus, nullus dispositionum veluti campus io quo confligant, nullum actionis substantialis subjectum cernitur; quia fit traositus à tota ad totam substantiam. Quate superat omnino vires naturæ ista mutatio, quia naturalia agentia postulant illum quem dixi campum, & actioois substantialis subjectum. Nec illud excludit Aristoteles 1. de Gener. tom. 23. cum generationem describens sub ratione cooueriioois è binis simplicibus mutationibus contextæ, ait esse murationem totius in totum, nullo sensibili remanente vt subjecto. Sensibile quippè subjectum eo loco, idem est quod subjectum completum vtrlque termino commune. Qua tatione, materia quæ sola supereſt in transmutationibus & conuersiouibus naturalibus, uoo est subjectum seosibile.

Duo in ea termini, & tertium commune.

56. Quamuis autem conuersio quælibet naturalis, toto cœlo differat ab hac conuersione transsubstantiatiua; vt tamen eius naturam, & diuinæ potentiæ occessarium ad eam interuentum, perspiciamus, à naturali conuersione substantiarum, assurgendum est ad hanc plenam prodigij totarum substantiarum mutationem, vt rectè monuit S. Anselm. l. de Sacram. Altar. p. 2. c. 7. Conuersio itaque naturalis substantialis, exercetur inter duas substantias totales, quarum vna quæ est terminus conuersionis ad quem, aduenit, & vt eius subintranus, altera quæ est terminus à quo, extruditur è subjecto vtrique formæ communi: quod cum sit finis victoris passiuæ, non potest contrarijs vtriusque formæ dispositionibus locum præbere, & formas vtriusque substantiæ constitutoas simul excipere. Vnde eò ipso quod vous terminus aduenit, alter recedit seu perit, ob limitationem subjectiuam communis materiæ; quæ est tertium illud commune, in quo inceptio vnius termioi, & desitio alterius coouectuntur. Quæ connexio in vno tertio communi, in oegotio conuersionis tanti est, vt ea non posita, duæ mutationes simplices (si fortassis concomitanter fierent) non constituerent conuersionem.

57. Hinc assurgendo ad conuersionem transsubstantiatinam; termini positiui oppositi, quorum vnus aduenit, alter abscedit, perspicui sunt. Aduenit Christus Dominus, perit verò & abscedit totus paois, quoad suam vniuersam substantiam; tametsi noo dicitur annihilari, qnia ei succedit Christus sub eodem tertio, & vi eiusdemmet actiouis qua substantia panis expellitur, ita vt in momento quo finitor extriusecè prolatio verborum Christus intrinsecè incipiat subesse speciebus, substantia verò panis, vi inductionis Christi sub illas species, desinat extriusecè illis subesse. Desioit enim cum motu loeali quo consummatur prolatio verborum, quem constat in vno aliquo instanti extrinseco desinere. Ex his liquet, & de duplici termino positiuo huius conuersionis, & de tertio vtrique communi, sub quo vnus succedit alteri; sunt enim species siue accidentia panis siue substantia sensibilibus hisce accidentibus substans quam D. Anselmus oomine *communis materiæ* designauit l. de Saer. alt. p. 2. cap. 7. cum dixit. [Corpora in incorporea, nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla communi materia subjecta participant, quæ susceptis qualitatibus in alterutrum permutentur. Corpus verò Domini, cum pane, vnius habet commune materiæ subjectum. In quantum enim corpus Domini & generari potuit & mori, communem cum pane isto terreno videtur sortiri materiam. In quantum verò panis, cum corpore Christi commonem habet materiam, potestatem habet in istud transmutari; nec cum hoc fit, à natura vsquequaque recedit. Si enim multitudini maris, modicam viui guttam transformare in suam naturam, in tantum vt de ea penitus nihil videatur residuum, est possibile: magnitudini vel multitudini virtutis Christi, qua cum Deo Patre vnus est homo Christus, omnipotenti Creatoris actione, & obedientissimæ creaturæ passione, panem in suum traosmutare corpus, erit impossibile? Et cui creare de nihilo formatum & formam fuit facile, mutare formatum, & conseruare formam, quomodò erit difficile?]

Potentia Christi in Euchar. penes terminum à quo.

Vox *communis materia*, eo loci apud S. Anselmum, non sonat materiam panis, quasi hæc in Eucharistia sit formæ panis & formæ Christi commonis, quod cum transsubstantiatione pugnaret. Sumenda ergo est pro tertio communi, cui & tota substatia panis antea suberat & nunc tota Christi substantia subest. Nec est vrgeudũ ad cortieem literæ, exemplum transformationis vini io aquam maris: quæ traosformatio verè fit in materia commuoi proprie dicta; sed sumendum est cum accommodatione conuenienti, ita vt seosus sit, quemadmodùm vis naturalis potest facere oaturalem conuersionem vini in aquam, sub materia communi vtrique formæ; ita multo magis, vim diuinam posse facere conuersionem totius substantiæ panis, in totam Christi substantiam, sub accidentibus vtrique substantiæ communibus: eo quod tametsi hæc transmutatio est longè operosior & altior, tamen omnipotenti Deo, & passioni obedientissimæ creaturæ, sit tribuendum, quod fides de ea eminentissima transmutatione teneudum sanuit. Quæ expositio, cùm vniuerso S. Anselmi contextui quadrat, tum ominatim ei quod extremis verbis habet, de forma & formato. Hue est de tota substantia suis accidentibus, conuestita. Nam sicut *formam*, ibi accipit in sensu minùs obuio, id est pro congerie accidentium conuestientium substantiam paois, quam

Sect. III. Cap. III. Claſſ. III.

quam vocat *formatum*: ita materiam ſumpſit ſatè, pro omni eo cui aliud ſubeſt, ſicut verè ſubſunt accidentibus; priùs ſubſtantia panis, tum ſubſtantia Chriſti: eodémque recider, ſi dicas, ſumpſiſſe materiam communem pro ſubſtantia ijs accidentibus ſenſibilibus ſubſtante. Liquet ergo de terminis transſubſtantiationis, & de tertio communi.

Nexus & incompoſſibilitas binarum ſimplicium mutationum ſub illo tertio.

58. Tantùm ſupereſt difficultas, de nexu binarum mutationum ſimplicium ſub illo tertio communi; vnde pender dijudicario modi quo inductio termini ad quem aduenientis, eſt cauſa abſceſſus termini à quo præjacentis. Nexus porrò ille, ſitus eſt in tali terminorum extremorum incompoſſibilitate, propter quam vno termino incipiente, alter abſcedit. Eam incompoſſibilitatem, haud facile eſt exponere in hac conuerſione. Nam non eſſe phyſicam, & ductam ex natura actionis qua Chriſtus hîc reproducitur, inde habetur; quod panis ſuaptè natura poteſt coëxiſtere corpori Chriſti, quippè ſe habenti ad modum Spiritus, atque adeò carenti extenſione externa, & impenetrabilitate cum alio corpore, etiamſi quanto. Vnde quemadmodùm quantitas panis, eſt compoſſibilis cum quantitate corporis Chriſti: ita ſubſtantia panis, (ſi remaneret,) eſſet cum Chriſto compoſſibilis: nec eſt vnde aſtruamus, ſubſtantiam panis ſuaptè natura non poſſe cohærere ſub ijſdem accidentibus cum Chriſti corpore. Quod ſi ſubſtantia panis, & ſubſtantia corporis Chriſti ſunt compoſſibiles, vbi ergo connexio mutationum, atque adeò vbi conuerſio, quæ abſque connexione conſtare nequit? Ex quo refellitur Moncæus qui d. 11. ſelecta cap. 10. negat inter ſimplices mutationes hîc interuenientes, puta Chriſti inceptionem & panis deſitionem, interuenire connexionem. Verùm ſublata connexione, concidit conuerſio quam hîc interuenire, fide ſanctum eſt. Omnino igitur tetinenda eſt connexio ſimplicium mutationum in huius myſterij confectione interuenientium, & in quo ſit terminorum incompoſſibilitas quæ illam mutationum connexionem fuodat, demonſtrandum.

Non nemini viſum eſt, terminorum totalium incompoſſibilitatem in hoc negotio, peti poſſe ex perfeitate accidentium. Eo ipſo namque quod accidentia ponuntur per ſe, & ceſſant educi ex ſubſtantia panis, neceſſe eſt formam panis, ſuo illo connaturali & fomento & præſidio deſtituram, deſerere materiam, atque adeò diſſolui & perire panem, non modò quoad formam, ſed etiam quoad materiam. Non pereunte forma ſubſtantiali, nec ſuccedente debebat vltra conſeruatio materiæ, quæ eſt pura potentia ſubjectiua in hoc vnum facta vt ſubjectet & recipiat formam, conſtétque enm ea vnum per ſe. Ita Suares tom. 3. 3. p. d. 50. ſect. 6. & Fonſec. 9. Metaph. cap. 1. quæſt. 4. l. 6. ac Albertinus coroll. 3. de Quant. dub. 6. n. 9. Cui doctrinæ perperam aliqui negotium inde faceſſunt, quod nihil ſit neceſſe perire ſubſtantiam, dummodò accidentia maneant ei intimè præſentia localiter, etiamſi abſque vnione, ob perfeitatẽ & creationem, ſupra naturale debitũ cõmunicatũ accidentibus; quod affirmat Ægidius 3. p. q. 75. n. 162. Perperam inquam inde refellitur doctrina propoſita, quia accidentia non vnita ſubſtantiæ, non plus ad eam pertinent, quàm ſi centum millibus paſſuum ab ea diſtarent. Non enim foueot formam excludendo à materia formam incompoſſibilem; tũſi quia ſi oitas paſſiua ſubjecti, oon admittit has & oppoſitas diſpoſitiones; quæ ratio euaneſceret, ſi diſpoſitiones vnius formæ, nun vniantur materiæ, ſed ſint ei dumtaxat intimæ localiter, abſque inhæſione. Fortiùs ergo vrgenda eſt propoſita doctrina, ex eo quod ratio conuerſionis, & nexus mutationum ſimplicium eam compingentium, poſtulat, vt eademmet actio quæ eſt vnius extremi inductio, ſit alterius depulſio; quatenus actionem qua ponitur terminus ad quem, conſequi debet ſubtractio influxus conſeruatiui, quo terminus à quo fouebatur, vt cernimus in omnibus conuerſionibus naturalibus. At productio Chriſti ſub ſpeciebus, eſt actio prorſus diuerſa à productione creatiua accidentium. Deeſt igitur iuxta eam doctrinam, connexio neceſſaria inter mutationes ſimplicea compingentes conuerſionem. Accedit quod prius eſt, panem & vinum deſinere, quàm accidentia per ſe conſtitui. Idcirco enim accidentia per ſe conſtituuntur, & educi deſinunt quia ſubtractum eſt illis naturale ſubſtantiæ ſuſtentaculum. Ac proinde non idcirco deſinit ſubſtantia panis, quia eius accidentia per ſe ponuntur, ſed è contrario idcirco accidentia per ſe ponuntur, quia ſubſtantia illis ſubducitur, ob aliam aliquam anteriorem cauſam incompoſſibilitatis terminorum.

Eſt moralis tantùm, ratione veritatis verborum.

59. Agnoſcendus ergo hac in parte eſt interuentus diuinæ omnipotentiæ, quæ duobus extremis terminis, ſub vno tertio communi phyſicè ſuaptè natura compoſſibilibus, adjungit ſubtractionem influxus phyſici, requiſitam vt eorum vnus extrudatur: quod facit ob moralem incompoſſibilitatem, ductam ex veritate verborum Chriſti, qoæ falſa reddi non poſſunt, vel ſi cœlum & terra tranſire debetent: redderentur autem falſa, ſi ſubſtantiæ panis & vini, aduenieote Chriſto perſtatent ſub accidentibus. Chriſtus enim accipiens panem, dixit *Hoc eſt corpus meum*, quæ verba Sacerdotes ex Chriſti mandato & inſtitutione, ac etiam in eius perſona, proferunt ſuper idoneam materiam, dicti idcirco *fungi Sacerdotio cum Chriſto*, quo pacto loquitur Naz. orat. 1. Ea autem Chriſti verba, vt veritatem habeant, omnino ferunt vt ſubſtantia quæ in fine prolationis totius propoſitioois ſubeſt accidentibus ſenſibilibus panis, ſit corpus Chriſti. Illud quippè pronomen *Hoc*, deſignat ſubſtantiam quæ eſt ſub accidentibus ſenſibilibus, demouſtratis à proferente talem propoſitionem; non ſubſtantiam, quæ eſt ſub illis accidentibus, quando illud *Hoc* profertur; ſed quando tota propoſitio cooſummatur, & veritatem ſuam habet, qui eſt ſcopus ad quem notiooes vocum anteriorem totius propoſitionis dicunt habitudinem, æquè ac notio poſtremæ vocis in cuius prolatione finitur propoſitio. Oportuit enim vt ſubjectum propoſitionis

sitionis quæ ad consecrandum adhiberetur, esset aliquid ambobus extremis terminis commune, & indifferens ad supponendum diuersimodè: nempè initio quidem, pro concepto obiectino aliquatenus inuoluente terminum à quo, quippè qui exprimendus est conuerti: in fine autem propositionis, pro termino ad quem, seu pro Christi corpore in priore forma, pro sanguine autem in secunda: proindéque pronomina quæ habentur initio propositionis conflantis formam, hoc est pronomina *hoc & hic*, nunc designant corpus vt sic, vel sanguinem vt sic, secundùm propriam rationem eorum: (sic enim prioris formæ sensus esset, *corpus meum, est corpus meum,*) sed designant aliquid singulare & præsens, quod possit esse idem cum corpore & sanguine Christi, vt affirmatur per formam. Quia verò nihil quod sit realiter in pane aut vino, potest esse idem cum corpore & sanguine Domini, (extrema quippè illa planè discrepant;) propterea statuendum est, prædictis pronominibus designari contentum sub his accidentibus sensibilibus, siue substantiam his accidentibus subsistentem. Quod significatum; quamuis secundùm rationem sit commune vtrique termino conuersionis, quia vtérque terminus sub illis accidentibus reperitur; reipsa tamen non est commune vtrique, sed in fine prolationis propositionis, (quo tamùm tempore spectanda est eius veritas, constabit,) illud significatum identificari cum solo Christi corpore in priore forma, & cum sanguine in forma posteriore. Idem cernitur in omnibus propositionibus practicis quæ faciunt suum obiectum; & in illis propositionibus quibus aliquid vasi inclusum, generatim primùm significatur, etiamsi iam tunc determinatè demonstretur, vt cum ostendens dolium, dicit, *hoc est vinum.* Deo quippè illa, non pugnant: determinatè demonstrare aliquid singulare, & nondum significare illud sub aliqua peculiari ratione sub qua significabitur in fine propositionis; vt liquet ex prædicto exemplo, in quo particula *hoc* designat rem contentam in dolio, quæ est ipsummet vinum singulare & præsens, (id enim fert vis pronominis demonstratiui) sed significatum sub illa eius ratione & gradu generali, expresso in singulari & determinatè. Gradus quippè generalis non caret singularitate, & determinatione sua, vt cum dico *hæc substantia*, vel *hoc animal.* Ita de sensu formæ consecrationis, philosophantur Guimundus. lib. 2. *sub finem*, Bellarminus lib. 1. de Euchar. cap. 11. Suares tom. 3. 3. p. d. 58. s. 7. Henriq. l. 8. cap. 19. Valcot. 3. p. d. 6. q. 6. p. 2. difficult. 2. Pesantius 3. p. q. 78. art. 5. disp. 3. Bonac. quæst. 3. de Euchar. p. 4. Scottia l. 4. de Missa cap. 11. num. 15. & passim alij. Vt ergo veritas formæ consectationis salua sit, & verba Christi quatenus tali significatione quasi fœta, in fine prolationis non fordeant falsitate, quod impossibile est; oportet panem in fine prolationis excludi, quæ est moralis incompossibilitas; sufficieos ad veram conuersionem totius substantiæ desinentis, in succedentem. Substantia enim sub accidentibus sensibilibus pronomie *hoc* designatis contenta, non esset corpus Christi, vt significat propositio, si panis in fine propositioois remaneret. Ita exponũt hanc Incompossibilitatem, & connexionem mutationum constantium conuersionem, Vasques 3. p. d. 181. cap. 12. Lessius l. 22. de Diuperfect. n. 120. Ægid. 3. p. q. 75. n. 159.

Potentia Christi, in Eucharistia penes imitationẽ.

Transsubstantiatio, opus solius diuinæ omnipotentiæ.

60. Hinc solidè euictum manet, conuersionem totalem panis & vini, in corpus & sanguinem Christi, esse effectum physicum solius omnipotentiæ Dei, quæ arienta morali incompossibilitate quam inuehit necessitas retinendi veritatem verborum Christi, subtrahit influxum quò panis substantia conseruabatur, eamque destruit, cum primùm, vt verba sint vera, producit hîc corpus & sanguinem Christi. Verè itaque dixit Lantfrancus, & in hanc rem appositissimè, lib. contra Bereng. [Credimus terrenas substantias quæ in mensa Dominica per Sacerdotale ministerium diuinitùs sanctificantur, ineffabiliter, incomprehensibiliter, mirabiliter operante supernæ potentia, conuerti in essentiam Dominici corporis, reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam alijs qualitatibus, ne percipientes, cruda & cruenta, horrerent, & vt credentes, fidei præmia ampliora perciperent.] Nimirum operatur quidem diuina potentia intuitu causæ moralis, quæ est veritas verborum Christi, in eius persona prolatorum à Sacerdotibus; quibus verbis subesse falsitatem Deus nulla ratione pati debet aut potest; Tamen causa per quam physicè Christus hîc producitur, & panis funditus destruitur, alia non est, quàm diuina potentia, iuxta moralẽ verborum Christi exigentiam operans hodiéque & operaturaque vsque ad consummationem seculi. Qua in parte Paschasius l. de Sacram. c. 12. aduertit egregiam correspondentiam verbi Dei initiò mundi, vt Moses refert, pronunciati, & vsque ad hanc diem efficaciam sortiti; cum verbis per Christum in nocte suprema prolatis, & ad hanc vsque diem, ac deinceps, ad metam vsque mundi habituris suam vim in producendo toties Christi corpore. [Neque ab alio (inquit de Christo,) caro eius creatur, & sanguis; nisi à quo creata est in vtero Virginis, vt Verbum caro fieret. Verbo enim Patris dictum est, *crescite & multiplicamini*; & ecce adhuc hodie, ex eo cuocta creantur animantia, non noua, sed ex eodem semine. Ita & caro Christi, eodem verbo fit caro, quo verbum cato factum est, & habitauit in nobis. Vnde si ex illa benedictione, tanta manat mulritudo, quid putas ex carne Christi? Numquid inefficax ex se est, qui tanta fecit ex nihilo? Et sicut panes auxit ex nihilo, quantitate substantiæ quam natura non dederat, numquid impotens est facere ex aliquo, quod sine semine in vtero creauerat? Pullulat ergo illa vbertas carnis Christi, & manet integer Christus; quia natura manente integra, etiam in creaturis, ad iussum eius cuncta exuberant. Propterea licet semel dixerit, *germinet terra herbam virentem*, adhuc hodie ex eo, quæ per singulos nascuntur annos, omnia creantur: Sic vtique, & in eo quod semel voluit; & deinceps, carnem & sanguinem in hac commemoratione iussit esse, ut quod iubetur.] Profecit ex Chrysostomo homil. 83. in Matth. & ex Damasceno l. 4. fid. cap. 14.

Sect. III. Cap. III. Epimetrū.

COROLLARIA.

Ex tot tantisque, diuinæ in Eucharistia specieminibus.

61. MIrari inprimis desiner, quisqnis rot mirabilium operum in Eucharistia adnnationem aduerterir, quamobrem S. Chrysostomus humil. 83. in Matth. ad huius mysterij cogsiderationem stupore defixus, eruperit in Dauidicas illas voces *quis loquetur potentias Domini?* Neque enim vnum dumtaxat aut alterum diuinæ potentiæ specimen in hoc mysterio effulget, vt ferè in cœteris Dei operibus, etiam ijs quæ maximè videntur supra naturam; sed omnino multa & insignia hîc addensantur, & quidem non semel dumtaxat aut iterum edita; sed perpetua, & ab institutione huius Sacramenri ad mundi vsque clausulam continuanda. Qua in parte haber locum quod Petrus Damiani serm. 38. ait de miraculo ad sua vsque tempora prorogato, in calice S. Donati, pertuso, nec pereffluente. [Quod profectò (inquit) quia tunc factum est, miraculum est; quia verò per tam diuturna tempora perseuerat, (vt ita loquar) miraculum miracnlorum dici potest. Pleraque enim cœlestium signa virturum ad tempus siunt, at postquam facta semel ostensa clarnerint, desinunt.] Hoc illusttat recensione complurium diuinorum operum, quæ semel edita cessarunt; quibus eo ex capite antefert istud, indesicienter perseuerans per complura tam secula. Quod multo iustius, de longè diuturniore, nec vno tantum sed locis penè innumeris multiplicato, tam vario diuinæ potentiæ in Eucharistia opere, dicete liceat. Hæc est verè mensa potentis, in qua Dei potentia splendet mirificè. Quod enim Prouerb. 23. iuxta 70. legimua *cum sederis ad mensam potentis*, de hoc mysterio dictum intellexetunt Patres grauissimi, quos dabo in Onomastico. Nusquam siquidem, *potentis* titulum ac decus iustiùs sibi vendicat, quàm in hac mensa.

Sacerdos, minister Christi, consecrans in eius persona.

62. Hinc orta ea contestatio, apud Patres sanè frequens, non esse humanæ virtutis hæc opera, tametsi Sacerdotes ministrorum teuent, locum, & in Christi persona, iuxta Christi institutionem, tanquam instrumentariæ causæ morales interueniunt, ad confectionem mysterij. Petrus Blesensis carm. de Eucharist. cap. 7. id pulchrè expressit, sic canens.

Nec creat illud opus homo, sed vis cuncta creantis,
Assistens ara pro sacris Presbiter erat.
Mensam cœlestem Deus implet, gratia rorat,
Compluit à superis diuina potentia totam.
Quicquid Presbyteri sacrat admirabile votum.
Nil aliud sacrifex est, quàm Christi simulacrum,
Dum tractat corpus Christi, cum sanguine, sacrum.
Dumque suos oculos in cœlum cordaque figit.
Extendendo manus & brachia, se crucifigit.
Et dum qua fuerit mors Christi, stendo retractat,
Facta suæ carnis, Domino velut in cruce, mactat.
Sic Christus Christum offert, homo victima factus
Sicque crucem patitur, dum commemorat crucis actus
Qui recto Christus quomodò crucifixus, & vnctus,
Per fidei membrum cum Christi corpore iunctus,
Non alius celebrat, quamuis alius videatur
Mysterium sacrum, verbum Deus hoc operatur.

Hoc est quod passim dicitur, Sacerdotem conficere Eucharistiam, *loquendo in persona Christi*; quod non est nudè recitare à Christo prolara super materiam quam præsentem habebar: sed ita referre quod Christus super eam materiam pronunciauit, vt ex ex intentione idipsum faciendi quod ille fecit, iterentur eius verba super proportionalem materiam. Qua ratione componitur litigiolum, circa modum quo verba Christi à Sacerdote consecrante proferuntur, nimirum an recitatiuè, an significatiuè proferantur, à Sacerdote. Proferri enim recitatiuè, quicquid Vasques 3. p. d. 200. cap. 2. velle videatur, negari non potest, vt liquet ex sacro Canone. Nam verba illa, *qui pridie quàm pateretur, accepit panem*; continent recitationem rei à Christo gestæ. Subditque Sacerdos in actu signato, Christum super panem acceptum, protulisse verba consecrarionis quæ ipse Sacerdos recitat. Eodémque spectet particula *enim*, inserta formæ, & continens causam præcedentium verborum, quæ manifestum est fuisse prolata recitatiuè. Confirmatúrque ex verbo futuri temporis, *effundetur*, quod habetur in posteriore forma; claréque insinuat, referri quod à Christo ductum est, de ruuc effundendo sanguine, qui nunc iampridem est effusus. Denique idem confirmat, subjunctio reliquorum verborum quæ à Christo dicta referuntur post consecrationem; *Hæc quotiescumque*, &c. Hæc omnia ineptè ac falsò à Sacerdote proferrentur, nisi recitatet quod Christus dixit. Similiter ergo censendum est, verba formæ essentialia; recitari à Sacerdote, tanquam à Christo prolata. Negandum tamen est, verba essentialia proferri tantùm recitatiuè: eo modò, quo cum domi, vel in sacro Sacerdos pronunciat Epistolam ad Corinthios, aut historiam passionis cui narratio supremæ cœnæ intexta est. Si enim eo dumtaxat modo verba Christi proferret, sequeretur Sacerdotem demonstrare ilam ipsam materiam quæ erat in Christi manibus: atque adeò forma per Sacerdotem prolata, non caderet in præsentem materiam, quæ proinde non consecraretur. Nam forma non efficit nisi quod significat; non significaret autem materiam hîc præsenti conuerti in Christum, si caderet tantùm in illam numericam materiam quam Christus accepit, in quam solam reuera caderet, si verba formæ essentialia, proferrentur tantùm recitatiuè, à Sacetdote. Rectè igitur D. Thomas 3. p. quæst. 78. art. 5. Alan. l. de Eucharist. cap. 17. ad 3. Bellarm. 4. de Eucharist. cap. 14. ad 6. Valentia 3. p. d. 6. quæst. 6. p. 1. difficult. 1. Suares tom. 3. 3. p. d. 54. sess. 4. Sanctessus repetit. 7. cap. 5. Scottia l. 4. de Missa cap. 13. & alij quos hi proferunt, affirmant verba formæ essentialia proferri à Sacerdote, & recitatiuè, quia narrat Christum ea protulisse, & significatiuè atque formaliter, quia non tantũ refert Christũ ea verba protulisse super materiam quam manibus tenebat, sed etiam ipse in persona Christi, & velut

velut inſtitutus ad faciendum quod ille fecit, dicendo quod ille dixit, pronunciat ea verba, vt ſignificantia identitatem ſubſtantiæ ſub accidentibus contentæ, & corporis Chriſti. Fateor, Sacerdotem etiamſi in perſona Chriſti loquatur, non ſignificare illam ipſam ſingularem materiam quam demonſtrabant verba prout ab ipſomet Chriſto prolata, ſed tantùm ſignificate propottionalem aut ſimilem. Id enim præſertim patet ex forma calicis, cui præmittitur illud, *accipiens & hunc præclarum calicem.* At Chriſtus non accipit eum numero Calicem quem tenet Sacerdos, ſed ſimilem. Et tamen ſimilis materiæ ſignificatio per verba à Chriſto prolata, ſufficit vt verba Chriſti poſſint à Sacerdote proferri, cum intentione & refetendi Chriſtum ea verba dixiſſe, & præſtandi per ea prout ſignificantia, idipſum quod Chriſtus per ea ſuper ſimilem materiam præſtitit. Non diſſimiliter in alia materia ſe gereret, qui propoſito aliquo argumento; ſolueret illud, adhibita reſponſione alicuius autoris: dicendo, *ad hoc argumentum, talis ita reſpondet*; ſubdendo reſponſionem alterius, quam ſuam faceret. Tunc enim ſolutio argumenti, & recitatiuè, & formaliter ſeu ſignificatiuè proferretur. Affine eſſet, ſi quis legens ingreſſum Gabrielis ad Virginem à Luca deſcriptum, veniens ad verba quibus Angelus ſalutem dixit B. Virgini, genua flecteret; & illa Angeli verba ita legeret, vt non tantùm narraret quibus verbis Angelus ſalutationem Virgini exhibitam conceperit, ſed etiam expromeret ſuum erga Virginem affectum, ſalutando illam iiſdem verbis quæ ab Angelo prolata recitaret ex Luca. Sic igitur intelligendum eſt, quod dicitur, Sacerdotem alterari aſſentem, proferre verba myſtica in perſona Chriſti; eáque pronunciando eadem intentione qua à Chriſto ſuper ſimilem materiam ſunt prolata, præſtare idipſum in hac materia, quod in ſimili iam olim præſtitum eſt à Chriſto Domino.

Corall ex tot diuina potentiæ in Euchariſt. ſpecimin.

Solus Deus, cauſa phyſica in hoc negotio.

63. Agit in eo munere, Sacerdos miniſtrum Chriſti, inde induitur per illud tempus, veſtibus, Chriſtum noſtris opprobrijs ſatutatum, referentibus. Qui tamen phyſicè, mirabilia quæ recenſuimus operatur, non alius eſt quàm Chriſtus. Et hoc expreſſit Petrus Bleſenſis c. 8. continentur ad ſupra adducta de Sacerdote, in Chriſti perſona, & vt Chriſti ſimulachrum eſt, ſacrificante.

Non alius celebrat, quamuis alius videatur
Myſterium ſacrum; Verbum Deus, hoc operatur,
Verbum namque caro factum, ſacra verba magiſtrat,
Et per ſacrificem, carnem de pane miniſtrat.
Hic opus, hic opifex Deus eſt, ſacrat atque ſacratur;
Fitque creatura, per quem res cuncta creatur.

Ad eandem mentem c. 24. eiuſdem libri, hæc habet.

Et licet aſſiſtat carnalis Presbyter ara,
Summus Pontificum ſacra dicitur hic celebrare.
Hic panem frangit, hic porrigit, hic benedicit,
Corpus adeſſe ſuum quod dat, cum ſanguine dicit.

S. Chryſoſtomus, crebrò & luculenter itetat, Sacerdotes in myſteriorum confectione, & tot mirabilium ei confectorum patratione, habere ſe vt cauſas morales & miniſtrales. Homil. 83. in Matth. [Non ſunt humanæ virtutis hæc opera. Quæ tunc in illa cœna confecit, ipſe nunc quoque operatur, ipſe perficit. Miniſtrorum nos ordinem tenemus; qui verò hæc ſanctificat & tranſmutat, ipſe eſt.] Et homilia de proditione Iudæ *ſub finem.* [Et nunc ille præſto eſt Chriſtus; qui illam ornauit menſam, ipſe iſtam quoque confectat. Non enim homo eſt qui propoſita de conſecratione menſæ Domini, corpus Chriſti facit & ſanguinem, ſed ille qui crucifixus pro nobis eſt Chriſtus. Sacerdoris ore verba proferuntur, & Dei virtute conſecrantur & gratia. *Hoc eſt* (ait) *corpus meum.* Hoc verbo, propoſita conſecrantur. Et ſicut illa vox quæ dixit, creſcite & multiplicamini, & replete terram, ſemel quidem dicta eſt, ſed omni tempore ſentit effectum ad generationem operante natura: Ita & vox illa, ſemel quidem dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ vſque ad hodiernam diem, & vſque ad eius aduentum præſtat ſacrificio firmitatem.]

64. Euchetius homil. 5. de Paſch. *ferè initio* hinc confirmat, veritatem præſentiæ Chriſti, debere cuique eſſe exploratam & indubitatam. [Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quandoquidem qui autor eſt muneris, ipſe etiam teſtis eſt veritatis. Nam inuiſibilis Sacerdos, viſibiles creaturas in ſubſtantiam eurporis & ſanguinis ſui, verbo ſuo, ſecreta poteſtate conuertit, ita dicens, *Accipite & edite, hoc eſt corpus meum* Et ſanctificatione repetita, *Recipite & bibite, hic eſt ſanguis meus.* Ergo ſicut ad nutum præcipientis Domini, repentè ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlorum, profunda fluctuum, vaſta terrarum, pari potentia in ſpiritualibus Sacramentis verbi præcipit virtus, & ſeruit effectus.]

Paſchaſius l. de Sacram. cap. 8. hanc ob cauſam tradit, & ex cap. 9. Ezechielis eruit, conſecrationem in cœlo fieri: & ex illo auteo planè altari cœleſti, carnem Chriſti in altari æneo quod ob oculos noſtros eſt, miniſtrari. Et cap. 15. expendens in hanc rem vtramque formam conſecrationis, cum deuenit ad conſecrationem ſecundam, cui proludimus verbis illis, *Accipiens & hunc præclarum calicem*, addit Paſchaſius. [Et norandum, quod hunc quem offerimus, non alium *in ſanctas ac venerabiles manus ſuas* acceperit. Item *tibi gratias agens benedixit, & dedit diſcipulis ſuis dicens.* Audiſne vbique quod ipſe gratias egerit, quod benedixerit? Et ideò licet nos gratias agamus Deo, ille eſt qui pro nobis gratias agit per ſe: & nos tamen per illum. Ec quia per illum, eius gratiarum actio iure dicitur. Sic itaque licet Sacerdos benedicat, ipſe eſt qui benedixit ac frangit. Alioqui niſi eius eſſet benedictio, nulla ſanctitas in eo eſſet. Vnde in Exodo, ad Aaron & filios eius ait, *invocabitis ergo nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eos.* Sacerdos ergo inuocat, ſed ipſe benedixit ac frangit; quia niſi ipſe frangeret hunc panem, parnuli omnes jejuni remanerent. Hinc quoque Prophera ſuſpitans quia nec dum venerat Chriſtus, aiebat in lamen-

Sect. III. Cap. III. Epimetrū.

tationibus suis, *Parvuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis.* Et idcò hic solus est qui frangit hunc panem, & per manus Ministrorum distribuit credentibus.]

65. Adelmannus Epistola ad Berengarium, multus est in illustranda hac veritate. Præfatus enim, non posse denegari potentiæ Christi vim transmutandi, panem & vinum in corpus & sanguinem suum addit. [Quod si quis apud se dicat, potuisse hoc facere vnum illum hominum qui etiam Deus erat, cæteris verò qui hoc non sint, impossibile esse, nos quoque cum eo sentimus; sic tamen vt per ministerium humanum, Christum ipsum operari fateamur. Dixerat enim cum adhuc esset cum hominibus mortalis; *sine me nihil potestis facere*: Et immortalis effectus, cum cœlos ascensurus corporaliter esset, *Ecce ego* (inquit) *vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*, &c. Ipse igitur cum hominibus manens semper, & homines baptizat per homines, & consecrat quicquid per homines consecratur.] Hoc fusè prosequitur, vrgétque exemplum Baptismi. Christus enim & dictus est non baptizasse, sed discipuli eius; & dictus est baptizasse, nempè vim & efficientiam totam præstando actioni corporeæ ministri baptizantis, quod ad finem vsque mundi præstabit, simul in cœlo manens simul nobiscum per efficaciam præsens ad maximè & principaliter baptizandum. Concludit verò Adelmannus hac opodosi. [Christus igitur per manum & os Sacerdotis baptizat, Christus per manum & os Sacerdotis corpus & sanguinẽ suum creat. *An experimentum queritis eius qui in me loquitur Christus?* Dicebat quidem hoc Apostolus, non arrogantes se efferendo, sed veraciter docendo, Christum in ministris suis, & loqui quod ipsi loqui audiuntur, & operari quæ ipsi facere videntur: propter quod Sacerdos est in æternum quia ipse est qui baptizat, & qui immolat. Nam quod semel fecit passibiliter per semetipsum, id quotidie agit impassibiliter per eos quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Nec aliter melius posse intelligi puto, quod Apostolus de illo ait, *qui est ad dexteram Patris, qui etiam interpellat pro nobis*, quàm vt interpellatio ista, fiat non verba proferendo, sed obedientiam atque humanitatem suam, per commemorationem passionis Deo Patri commendando.]

Spiritus sanctus, hic quoque, obumbrans.

67. Idipsum voluerunt, qui dixerunt confectionem Eucharistiæ esse opus Spiritus sancti: quod tradit S. Aug. l. 3. de Trin. c. 4. ac Isidorus Pelusiota l. 1. Epist. 109. inde eruens Spiritus sancti Deitatem, & optimè S. Basilius in Anaphora, inducens sic loquentem Diaconum. [Quàm veneranda est ista hora, & hoc tempus, cum Spiritus sanctus viuus è supremis cœlorum sedibus descendit, atque incubat, manétque super hanc Enchatistiam propositam, eámque consecrat.] Alludit ad incubantem aquis, veluti ouo, Spiritum sanctum: quam fuisse Spiritus sancti Incarnationem perficientis, imaginem, alibi doceo, monstrans hanc fuisse virtutis altissimi obumbrationem Virgini factam. Eam quoque obumbrationem, hue accommodat Damasc. l. 4. fid. c. 14. verbis illis. [Dixit antiquitùs: *Producat terra herbam virentem*, atque ea etiam num, orto imbre, fœtus suos producit, diuino præcepto impulsa ac roborata. Dixit Deus, *Hoc est corpus meum.* Et, *hoc sanguis meus.* Et, *hoc facite in meam commemorationem*, atque omnipotenti ipsius præcepto, donec ipse veniat, hoc efficitur. His enim verbis vsus est, *donec veniat.* Ac pluuia huic nouæ segeti, per consecrationem existit sancti Spiritus vis membrans. Quemadmodùm enim quicquid Deus fecit, id sancti Spiritus opera fecit, eodem modo nunc quoque, Spiritus operatio ea quæ naturam superant efficit, quæque nisi sola fide capi atque intelligi nequeunt. *Quo tandem modo, mihi fiet istud?* aiebat S. Virgo. *Quoniam virum non cognosco.* Respondet Archangelus Gabriel, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Tu quoque nunc quæris, quomodò panis corpus Christi, & vinum cum aqua conjunctum sanguis Christi fiat? Tibi item respondeo; Spiritus sanctus superuenit, eáque efficit quæ orationis facultatem & mentis intelligentiam exeedunt.

Laudatem lubens in eam sententiam Rupert. l. 2. in Exod. c. 10. vbi tractans interdictum comedendi quicquam ex Agno, nisi assum igni, ait: [Quia de Spiritu sancto, qui æternus est ignis, Virgo illum concepit; & ipse per eundem Spiritum sanctum, (vt Apostolus ait,) obtulit semetipsum hostiam viuam Deo viuenti, eodem igne assatur in altari. Operatione namque Spiritus sancti, panis corpus, vinum fit sanguis Christi. Sed istud non capie humana sapientia. Repellitur ergo illa non tam sapientia quàm curiositas, dum tepètendo dicit, *non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantùm assum igni* Crudum namque comedere, nihil aliud est, nisi quod viderur æstimare. Et coctum aqua comedere, est; quomodò sit, velle carnaliter dijudicate. Sed *comedetis* (inquit) *assum tantùm igni*, id est totum attribuetis operationi Spiritus sancti.] Præferunt ista, sententiam quam ex alijs retuli, de confectione Eucharistiæ per Spiritum sanctum. Sed commaenlata timeri potest hæc Ruperti oratio, ijs quæ continenter adjungit, de assumptione substantiarum panis & vini, per corpus & sanguinem Christi, sicut substantia humana Christi assumpta est à Verbo. Quam Ruperti sententiam, vix ab impanatione liberandam, non vacat discutere in præsentia.

Christus hic Sacerdos in æternum.

68. Ajebam igitur perinde esse, confectionem Eucharistiæ tribuere Spiritu sancto obumbranti, ac tribuere illam Christo summo Sacerdoti, vt principali officienti, ita vt sicut Christus dictus est baptizasse in Spiritu sancto; quia & Sacramentum baptismi, gratiæ ferax instituit, & vt principalis causa, baptismo adest, vt propterea baptizantibus discipulis dictus ipse sit baptizasse, & quidem Spiritu sancto, cui tribuuntur omnia sanctificationis opera: Sic cum Spiritus sanctus dicitur conficere hoc Sacramentum, non excindatur decua principalis causæ conficientis Eucharistiam, Christo ab alijs Patribus (quos ante protulimus) attributũ, sed vtrumque eodem recidat. Et hac ratione liquet, quomodo Christus sit Sacerdos in æternũ, secundùm ordinẽ Melchisech. Neque

enim

enim sonant ista dumtaxat, Christum eiusdem materiæ sacrificium instituisse, ac semel in extrema cœna peregisse, cuius fuit sacrificium Melchisedeci, qui panem & vinum protulit: *erat enim Sacerdos Dei altissimi.* Vt latè egit Mathæus Gaienus l. de sacrif. cap. 3. Nam sic Christus, non nisi remotè exerceret Sacerdotium, atque adeò non esset propriè Sacerdos in æternum. Sensus ergo illius tituli, Christo à Psalte attributi, est, quod Christus, hodiéque sit principalis offerens sacrificij perpetui, coëfficiendo primatiè, quod Sacerdos ministerialiter exequitur; & physicè per suam diuinam potentiam causando, mirabilia, quæ Sacerdos in persona Christi operans, non causat nisi moraliter. Si enim legatos, in persona Regis absentis honestans aliquem totque Regij ordinis, non censetur solus, aut principaliter conferre eum honorem, sed Rex quoque dicitur eum honorem actu conferre per legatum; quanto magis actio sacrificij tribuetur Christo, qui totum influxum physicum præstat, in tot tantorúmque mirabilium patratione? Non refugio tamen, vt addatur cum Ægidio 3. p. q. 83. num. 108. Christum nunc quoque dici Sacerdotem agere; quia inter instituendum hoc sacrificium, præuidit, & Patri obtulit omnia singularia sacrificia quandoque per Sacerdotes offerenda. Aut cum Pinello l. 1. de Missa cap. 4. Christum eatenus dici offerre nuoc quoque cum Sacerdote, quatenus Sacerdotis actionem suis satisfactionibus granidam, & sibi vt autori ac institutori moraliter debitam, ordinat ad supremum Dei cultum, & offensi numinis propitiationem pro nobis. Hæc ita admitto, vt ratiooem quam expressi cur Christus sit Sacerdos in æternum, ex collatione totius physicæ causalitatis hîc ad tot mirabilia requisitæ, ante omnia repetam. Et huc refero, quod Bernо Augiensis in Actis S. Vdalrici cap. 8. de sancto illo viro tecitat, [dum sanctus Sacerdos diuina celebraret mysteria, dextera quædam apparuit supernè, quæ cum ipsius dextera, diuina sanctificauit Sacramenta.] *Dextera Dei* in Scripturis, sæpè Christus dicitur, & nominatim Iobi 14. vbi dicitur, *operi manuum tuarum porriges dexteram*, quod de Christo accipit ibi S. Gregorius 12. mor. cap. 10. Itaque dextera supernè adneniens, juncta Sacerdotis dexteræ, Christi manum atque potentiam, ad Sacerdotis nutum exsertam, & huic morali causæ physicè concausantem, insinuauit.

Corell. ex tot diuinæ potentiæ in Eucharist. specimin.

Minister indignus non dehonestat Sacrificiũ, quia principaliter est opus Christi.

69. Ex eadem principali causalitate Christi, per diuinam suam potentiam, in confectionem Eucharistiæ, & tot mirabilium ei implantatorum patrationem, intulit Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. Christianum hoc Sacrificium, nulla Sacerdotum offerentium iodignitate aut malitia inquinari posse. Sacrificium enim consistit in actione, dicítque ordinem ad offerentem: sicut Sacramentum, quia ad aliquid efficiendum in suscipiente institutum est, consistit potius in receptione, vode minùs mirum est, quod per Ministrum inquinatum non dehonestetur; de quo periclitaretur Sacrificium quod in actione situm est, & offetentem respicit, nihil haberet causam instituentem & physicè exequentem, ac moraliter quoque per suas satisfactiones interuenientẽ, planè sanctam & Deo acceptam, cuiusmodi est solus Christus. Nam Ecclesia in cuius persona dicuntur interdum Sacerdotes quædam præstare, non potest hac io parte suffragari. Tum quia in his sordibus & lutulento solo diuersans, non potest non sibi semper affricare labeculas, & terreno conspergi puluere. Tum quia Ecclesia, propriè non est offerens quoad substantiam Sactificij, nec Sacerdos hac in parte sustinet Ecclesiæ personam, sed Christi dumtaxat. Imo in comparatione ad Sacerdotem, subſtantialia sacrificio exercentem, Ecclesia habet se tantùm, vt populus ad ministrum ac mediatorem sibi à Deo datum. Atque ita ratum maner, principalem offerentem in hoc Sacrificio, in cuius nomine ac persona agit Sacerdos minister, Christum esse; indéque peti impollutam semper huius Sacrificij Sanctitatem, etiamsi secundatioa Sacerdos & homo in hac parte Christi personam sustineus, sit inquinatissimus. Sicut eleemosinæ sanctitas, æstimatur ex probitate Domini, eam mandantis ac principaliter facientis, non ex famuli eam exequentis iniquitate.

70. Quod in hac re à multis olim cum hæresi peccatum sit, nec rarò apud imptonidos, etiamsi absque hæresi, contingat sanctissimum ministerium ex ministri indignitate vilescere; non pauci Patrum, in hac veritate confitmanda, diligentiam probauerunt, præter eos qui vniuersè de Sactamentis idem confirmant, contra Sanct. Cyprianum. Egregiè hoc tradit Sanct. Chrysostomus homil. 2. in 2. ad Timoth. commendans honorem Sacerdotum, qnalescunqoe demum illi sint. [Si nihil (ioquit,) per illum operatur Deus, neque lauactum habes, neque mysteriorum particeps es, neque benedictionibus frueris. Non ergo Christianus es. Qoid ergo? Deus omnes ordioat, etiam indignos? Non omnes quidem ille ordinat, per omnes tamen ipse operatur, salutem populi moliens, non illorum intuens merita. Nam si per asinæ os, si per Balaam sceleſtum hominem populi causa locutus est, multo magis loqnitur per Sacerdotem, plebis suæ gratia. Quid enim non agit Deus salutis nostræ causa? quid non loquitur? per quem non operatur? si enim per Iudam operatus est, & per Prophetas quibus dicturus est, *non mea vox, discedite à me qui operamini iniquitatem*, pétque illos qui dæmones in nomine suo eiecerunt oon magis per Sacerdotes diuino ministerio famulantes, operabitur?] Ineidit opus Sanct. Damasceni *περὶ ἐκδόσεως μυστηρίων* quo id accuratè tractari refert Hieroo. Donatus l. contra Græcos de principatu Romanæ sedis.

Paschasius l. de Sactam. totum cap. 12. huic negotio addixit, vbi illud *ipse initio*, io hanc rem peregregiè. [verè credere, & indubitanter scire debemus, intra Catholicam Ecclesiam vbi Catholica fide hoc mysterium celebratur, quod nihil à bono maius, nihilque à malo minus percipiatur Sacerdote; nihilque aliud quam caro Christi & sanguis, dum Catholicè celebratur, consecretur; quia non io merito consecrantia, sed in verbo efficitur Creatoria, & virture Spiritus sancti, vt caro Christi & sanguia, non alia quàm quæ de Spiritu

Sect. III. Cap. III. Epimetrū.

sancto creata est, vera fide credatur, & Spirituali intelligentia degustetur. Si enim in merito esset Sacerdotis, non ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem. Quis enim alius in vtero creare potuit, vt Verbum caro fieret? Sic itaque in hoc mysterio credendum est, quod eadem virtute Spiritus sancti per Verbum Christi; caro ipsius & sanguis efficiatur inuisibili operatione. Vnde & Sacerdos, *Iube* (inquit,) *hæc perferri per manus S. Angeli tui, in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ.* Vt quid perferenda illhuc ea deposcit, nisi vt intelligatur quod in eius Sacerdotio ista fiant? Ipse enim *factus est Pontifex in æternum, secundum ordinem Melchisedech* (teste Apostolo) *ad interpellandum pro nobis, offerens semetipsum Deo Patri.*] Et inferiùs. [licet leptosus sit qui offert, munda sunt quæ hauriuntur, quia caro & sanguis Saluatoris, nullius immunditia sordidantur. Ex officio ergo Sacerdotis, ista & nun ex merito præstantur. Idcirco licet reus sit, officium ministerij sacrum est, & gradus Sacerdotij à Summo Pontifice Christo compensatur, vt nihil minùs caruis & sanguinis habeat hoc mysterium à quouis indigno, quàm ab Apostolica propagine consecratio exhibeatur: quia non ex eo, sed eius officio, à Summo Pontifice, gratia quam ipsa veritas reptomisit impleiur, vt in nullo, Sacerdotium eius & Pontificatus officium, alicuius merito minoretur.] Subdit inferiùs hos esse *panes suos*, quos Deos Ezech. 16. ab impijs adhibitos ad impura sacra, provt ab ipsis erant, expostulat: concludiique sacrum opus ferax esse gratiæ participatione & vnitate columbæ, in qua fluit fons vitæ, & manat remissio peccatorum, cuius Sacerdos Christus & Pontifex in æternum, expiat, & offert seipsum pro nobis quotidie, ante conspectum diuinæ maiestatis.]

Algerus cum l. 2. contra Berengarium cap. 10. & vltimo obiter tradidisset, de Catholicorum sententia, Sacerdotum Catholicorum merita vel demerita per accidens se habere ad factum opus sacrificij conficiendi, torum deinceps librum tertium insumit in demonstrando, etiam Schismaticorum & Hæreticorum (qui tamen verè ordinati fuerint) sacrificium validum esse, & quoad substantiam æquè acceptum, ac si minister, esset nitentissimus & sanctissimus. Quod tanta vberiate & doctrinæ redundantia exequitur, vt dimissa paucarum spicarum collectione, præstet plenam ipsam messem apud eum legi.

Summa fidei necessitas ad assensum operis diuinæ potentiæ adeò propriꝭ.

71. Ex tot prætereta tamisque Eucharistiæ mirabilibns, Dei potentiæ adscribendis, eruuot sæpè, & graniter inculcaot Patres, quantæ debeant esse fidei partes in hoc mysterio adeò operoso; atque adeò etiam humanis intellectibus impernio, cum solius diuinæ potentiæ sit opus. Nec alio magis ariete quatiuni, vel bæsitantes, vel obfirmatos contra huius mysterij veritatem, quàm quod non reuereantur potentiam Dei, cui subest quæcumque voluerit posse. Adscribo pancos. S. Chrysostomus homil. 83. in Matb. [Credamus vbique Deo, nec repugnemus ei, etiamsi sensui & cognitioni nostræ absurdum esse videatur quod dicit. Superet & sensum, & rationem nostram, sermo quæso ipsius. Quod in omnibus, & præcipuè io mysteriis faciamus; non illa quæ ante nos iacent solummodó aspicientes, sed verba quoque eius tenentes. Nam verbis eius defraudati oon possumus, sensus verò noster, deceptu facillimus est. Illa falsa esse non possunt, hic sæpiùs atque sæpiùs fallitur. Quoniam ergo ille dixit, *hoc est corpus meum*, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus & oculis intellectus id perspiciamus.]

Fulbertus Epistola 1. *sub finem* aggrediens ad Eucharistiæ expositionem, sic contestatur Adeodatum. [Iam nunc ad illud Dominici corporis & sanguiois transeamus venerabile Sacramentum, quod quidem tantum formabile est ad loquendum; quantum non tentenum, sed cœleste est mysterium; non humanæ æstimatinni comparabile, sed admirabile; non disputandum, sed metuendum. De quo silere poriús æstimauetam, quàm temeraria disputatione indignè aliquid definite: quia cœlestis alritudo mysterij, planè non valet officio linguæ corruptibilis exponi. Est enim mysterium, fide non specie æstimandum; non visu corporeo, sed Spiritu intuendum. Cui quidem ad vsum proficit, non superstitiosa mortalium cultura, sed cœlestis disciplinæ magistra autotitas, non doctrina humana. sed institurio diuina. Cuius potentis mysterij secretum, quandoquidem ratio rerum mole victu comprehendere non valet, tantum fides teneat.] Et in calce Epistolæ. [Vide in omnibus misericordiæ cœlestis artificium, vide regenetantis gratiæ mirabile Sacramentum, & aduerte in istis impetiosum Verbi operantis opificium, cuius nutu retum elementa de nibilo in hanc mundi formam mirabili nrdine compaginata, inexplicabilem eius potentiam ipsa suæ pulchritudinis specie testantur. Si ergo Deum omnia posse credis, & boc consequitur vt credas; nec humanis disputationibus discernere curiosus insistas; si creaturas de nihilo potuit create, bas ipsas multo magis valeat in excellentioris naturæ dignitatem conuertere, & in sui corporis substantiam transfundere. Multo magis dico, non quod infirmioris potentiæ in rebus creandis, quàm immurandis fuisset. Sed humanæ opinionis vsuale, non diuioæ rationi comparabile. Ideò fides præ omnibus bonis summum meritum est; hæc te indicat ad credendum, re consectantis potentia roborer ad sumendum.]

Lantfrancus l. contra Bereng. refert illud eius spurciloquium. [Quis aut ratione enncipiat, aut per miraculum fieri posse concedat, panem frangi in Christi corpore, quod post resurrectionem tota viget incorruptibilitate, & vsque in tempora restiturionis omnium, cœlo maner indeuorabile?] Hoc oratioois euetriculo, eas sordes verborum detetgit Lantfrancus. [Quodammodn panis efficiatur caro, vinúmque conuertatur in sanguinem, vtiusque essentialiter mutata natura, iustus qui ex fide viuit, scrutari argumentis, & concipere ratione non quærit. Mauult enim cœlestibus mysteriis nunc fidem adhibere, vt ad fidei præmia quandoqoe valeat peruenire, quàm fide omissa in comprehendendis

hendendis iis quæ comprehendi non poſſunt, ſuperuacnè laborare · ſciens ſcriptum eſſe, *altiora tenè quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus eius ne fueris curioſus: Non enim eſt tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis.* Diuina tamen potentia mirabiliter operante, fieri poſſe concedo.]

72. Anſelmus Lantfranci ſucceſſor, & quondam diſcipulos, l. de Sacram. Altar. p. 2. c. 2. poſtquàm præmiſit, Chryſtiana myſteria omnia eſſe eiuſmodi, vt eorum non fides per intellectum, ſed Intellectus per fidem quærendus ſit, hoc Inſigni monito præmunit. Lectorem, ad horum myſteriorum cogitationem ſe applicantem. [Qui ergo nihil credere vult niſi ratione vel intellectu præcedente, hic rem confundit & ſcire omnia volens, nihil credens, fidem quòd in ipſo eſt, videtur annullare. Sed *credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt*, ait ſcriptura. Et, *iuſtus ex fide viuit.* Vnde de Sacramentis ſancti ſanctorum corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod illemet ipſe ſcripturus, non abs re puto, de hoc & de huiuſmodi cogitantes vel loquentes, mecum pariter commouere, non nimium inniti ſenſui ſuo, ſed prudentiæ ſuæ ponere modum intendere verò aciem mentis in tem de qua agitur, & ſecundùm Boëtij viri prudentiſſimi ſententiam, ſicut res eſt, ſic de ea fidem capere tentare. Non enim eſt hominis rationem habentis, cum tractat diuina, penſare ea ex his rebus quæ infra Deum ſunt; & omnipotentiæ immenſitatem, intra terminos noſtræ poſſibilitatis anguſtare; eamque naturam quodammodo diſputando velle informare ad exemplum non imitabile, in qua itani eſſentialiter omnes cauſales formæ rerum labentium temporaliter. In hac enim deſurſum, non deorſum trahenda ſunt rationum exempla, per probationum argumenta. Alioqui qui hoc non facit, ſimilis eſt æſtimandus eſt, qui fontem riuo, & non riuum fonti attribuit.]

Algerus l. contra Berenq. c. 3. *ad finem*, perpulchrè tradit, fidem erga Dei omnipotentiam, ſat eſſe ad præcludendas omnes huius myſterij difficultates. Addit verò c. 4. cui tantopere fidem ad hoc myſterium deſiderari ſit prouiſum. Locum dabo in Onomaſtico ad titulum, *myſterium fidei* Eſt ſanè fides, clauis ad ſubeundum in hoc adytum. Abſque huiuſmodi autem clauc fidei, clauſa eſt ianua. Nemo quippè aliter quàm fide, perſuadit Euchariſtiæ myſterium, cum ſit opus ſolius diuinæ omnipotentiæ, tranſcendens planè captum noſtrum. Luculenter id docet S. Hieronymus in c. 44. Ezech. ad illud *princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem coram Domino.* Hunc enim principem, ſuteiprætatus Chriſtum, ſubdit [Ipſe eſt princeps & Pontifex ſecundùm ordinem Melchiſedech, & hoſtia & ſacerdos qui in conſpectu Patris nobiſcum cœleſtem comedit panem, & vinum bibit, de quo loquitur in Euangelio, *non bibam de geminine vitis huius, niſi cum bibero illud nouum in regno Patris mei.* In illo videlicet regno, de quo & ipſe alibi ait; *Regnum Dei intra vos eſt.* Clauſáque erit porta. Nemo enim poteſt paſſionis Domini, corporiſque eius & ſanguinis, pro majeſtate rei Sacramenta cognoſcere. Tantæque bonitatis eſt & Clementiæ Princeps noſter, vt cum ſolus ſedeat in porta quæ clauſa eſt, & panem coram Domino comedat, velit menſæ ſuæ atque conuiuij, plures habere conſortes.]

Coroll. ex tot diuinæ potentiæ in Euch. ſpecimin.

73. Video nonnullos Patres, referentes ad Euchariſtiam typum agni Paſchalis huc referre, frequenti accommodatione, quod Hebræi iubebantur, ſi quid ex agno cibationi ſuperfuiſſet, igne comburere; quia non eſt colluctandum cum difficultate myſterij, ſed quod non capimus, quod non videmus, animoſa fide intellectum firmante, ad Dei omnipotentiam referendum eſt, ibique ſiſtendum. Ita S. Cyrillus l. 2. Glaphyr. in Pentat. Heſych. l. 2. in Leu. c. 8. S. Gaudent. de rat. Sacr. tract. 2. Rup. L. 2. in Exod. c. 10. Idab Hebræis (vt hoc obiter addam,) ſanctè ſeruarum in ſacrificio Agni Typici, quod propter viam, ſeu rationeviæ, ex Ægypto faciebant; ſactilegè ab Ethnicis detortum eſt ad ſactificium, quod proficiſcendi gratia, Herculi aut Sango faciebant, in quo vt Feſtus refert, & pluribus illuſtrat Ioſephus Scaliger in Maronis Catalecta pag. 495. mos erat vt ſi quid ex epulis ſupereſſet, igne comburetetur. Vnde iocus Catonis in Albidium decoctorem, relatus à Macrobio 2. Satur. c. 2. quod propter viam feciſſet, quia omnia cõſumpſerat. Imperitè aliqui, illud ſacrificium, corrupta voce dixere *proteruium*, quaſi *proteruia*, priſca vox eſſet, ad huiuſmodi ſactificium exprimendum. Errorem detexit Briſſonius l. 1. formul. & Ignatius Braecius l. de ethymol. voeis *Pontifex* c. 9. In hoc igitur myſterio, quod eſt ſacrificium propter viam ad patriam, ſi quid teſiduum fuerit, igne eomburendum eſt; ſi quid inquam mandi ae ſubigi dentibus intellectus non poterit, in ignem diuinæ potentiæ eſt conijciendum. Eodémque refert Petrus Cellenſis l. de panibus c. 23. quod iubebantur Iudæi agnum eomedere, tantùm aſſum igni. Id quod ait ad ſolos veros Catholicos reipſa pertinere: eum è contrario, Iudæi agnum crudum, Philoſophi eoctum aqua comedetint.

Firmarunt ſua praxi iam olim Chriſtiani, judicium de ſumma neceſſitate fidei circa Euchariſtiam, cum in vſum induxerunt, teſſeram eredulitatis proferre, & ante conſecrationem, & poſt conſecrationẽ & cum eſſet communicandũ. Voco eredulitatis teſſeram, vocem *Amen*, quæ eſt conteſtatio adhibitæ fidei, & atteſtatio diuinæ veritatis circa rem aliquam. Non enim vt ferè ounc aſſolet, *Amen* olim erat tantùm nota optantis; ſed præter alias notiones de quibus plenè in Tractatione de S. Lattone c. 10. oum. 3. ſignabat aſſenſum fidei, præſtitum alicui veritati reuelatæ. Tam frequens igitur illius vocis ingeminatio, & ante conſecrationem, & ſub eam, ac poſt eam; itémque ante communionem, & ſtatim à percepta Euchariſtia, argumentum euidens eſt, ſenſus Patrum de ſumma fidei neceſſitate in tanta arduitate huius myſterij. Teſtimonia autem vſus prædicti, & toties vſurpatæ ſuper ſacrificium, & communionem, vocis *Amen*, proferam infra ſuo loco tractana quomodò Euchariſtia ſit Sacramentum fidei. Ei videri poteſt Clemens Romanus 8. Conſtit. c. 13. & Euſebius 6. hiſtor. c. 35. cum de Iuramento ſub communionem extorto à Nouatiano, nec non D. Auguſtinus ſerm. de

Sect. III. Cap. IV.

Sacram. altatis apud Fulgentium l. de Baptismo Æthiopis c. 11.

CAPVT IV.

Lucerna quarta Candelabri, confessio & magnificentia rutilans in mysterio altaris.

1. QVod diuinus Christi erga nos amor impulit machinari, sapientia excogitauit, omnipotentia excqui potuit, magnificentia & liberalitas Dei; (quæ summa laus eius ac confessio est,) contulit mortalibus; corpus iniquam & sanguinem suum, panis ac vini externa specie adopertum. Hæc enim est effusio diuinæ liberalitatis, præ qua dicere propè liceat, iacere omne aliud diuinum donum. Siquidem, vt ait S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. [Dicendo Eucharistiam, omnem benignitatis Dei thesaurum aperio.] Nec vspiam alibi tot argumenta diuinæ liberalitatis & magnificentiæ simul congesta videre est, è quibus cumulata iam, & plena perfectáque confessio, concinnari Deo possit, quàm in hoc mysterio. Quod vt perspicere liceat, & quod datum est, & circunstantiæ quibus datum est, discutiendæ sunt. Ad hæc duo puncta, reuocabo vniuersum liberalitatis & magnificentiæ Dei in hoc mysterio splendorem. Iungo enim liberalitatem & magnificentiam, quia etiam si cum magnificentia attenditur in ordine ad ipsum operantem, absolutè & præscindendo ab arduitate objecti, est virtus alterius generis quàm liberalitas, nec iustitiæ vt ista, sed temperantiæ subnectitur, vt dico lib. 6. de virtut. sect. 2. c. 17. tamen ptout magnificentia spectatur in ordine ad alios, est eadem virtus cum liberalitate, sola expensarum granditate differens. Prætetquam quod, decus magnificentiæ in ordine ad ipsum operantem spectatæ, nullis sumptibus parcentis in efficiendo illustri opere quod deceat Autorem, concomitanter iungi potest cum decore liberalitatis; & vtrumque in hac re eximiè micat nec absque connexione. Est enim Eucharistia, insigne opus quod perfecit Christus, vt nobis præberetur, essétque magnum ac pretiosum donum quod nobis contulit, quo efficiamur diuinæ consortes naturæ, vt est apud Petrum, 2. epistolæ cap. 1. quem eo loco de Eucharistia locutum, notauit Turrianus l. 2. de Euchar. c. 18. Quod tamen de effectione adeò magnifici operis, sat multa proximè dicta fiot, tractando potentiam Dei in hoc mysterio splendentem, nunc idem mysterium sub ratione doni magnificentissimum Christi erga nos animum prodentis spectandum potiùs erit; & de magnificentia hic splendente, tanquam de emphasi (vt sic dicam,) liberalitatis agendum.

Omnia ad Christum attinentia, dantur in vtrauis Eucharistiæ specie.

2. Datus est in Eucharistia Christus totus hoc est anima eius & corpus & vt vtriusque vnio cum Verbo, ipsáque diuinitas cum persona Verbi: & consequenter personæ quoque Patris & Spiritus sancti, quæ absque persona Verbi esse non possunt, nec vicissim persona Verbi absque illis. Nihil itaque ad Christum quomodoliber attinet, vel cum eo nexum indissociabiliter est, quod non sit nobis datum à Christo in Eucharistia. Ipsa panis specie, insiouari vniuersam tanti numeris complexionem, perpulchrè tradit Humbertus, lib. contra Græcorum calumnias, cum de Azymi & fermentati conremione. [Romana (inquit) & Occidentalis Ecclesia, à ministris sacri altaris, in Secretario confectum offert azymum, quod ex grano frumentario, & limpida lympha per ignem fuetir præparatum, significanſse in voa mediatoris Dei & hominum, hominis Dei Iesv Christi persona, tres perfectas credere & venerati substantias; humanam scilicet carnem, animam rationalem, & Verbum Dei Davm. Et granum quidem assimilatur carni quam de sola Virginis carne, quasi ex gremio matris retræ sola virtute cœlesti non autem aliqua commixtione virili factam, omnipotens diuinitas animauit; puriorem subſtantiam, id est aoimam, quasi aquam præclaram & nobilem ei infundens. Quas geminas substantias, ab ipsius Virginalis conceptionis exordio, Verbum Dei sibi susceptit, & mediante suæ diuinitatis calore tanquam igne, sibi constituxit & consolidauit. Taliter præparatus azymus, fideli innocatione totius Trinitatis, sit verum & singulare corpus Christi.] Non esset difficile circa vinum similiter philosophari iuxta ea quæ de vino mixto Incarnati Verbi symbolo disputata sunt cum de Christi effectione agetetor,

Neque verò duntaxat ambarum Eucharistiæ specierum complexione, exptomptam esse tantam Christi libertatem, par est credere; sed etiam ratiooe alteruerius. Nam etiam sub panis specie, totus Christus; itémque sub specie vini, torus ac integer exhibetur. Quod S. Cyrillus lib. 10. de ador. expressum esse egregiè monuit numet. 7. per dona oblata à Principibus tribuum ad dedicationem altaris. [Hæc sunt, (inquit S. Cytillus, à singulis tribuum Principibos oblata: Carinus sigenteus vnus, phiala vna & vtraque plena similæ consperſæ oleo. Catinus itaque, ad esculenta cominenda est aptus, & ad pulmenta vsum habet: quod etiam ipse Saluator docuit, qui Ioanni illi fideli discipulo, roganti quisnam ipsum traditurus esset, *qui intingit* (inquit) *mecum manum in Catino.* De phialæ autem vsu, quid attinet dicere, quem ipsa res, voce penè testati videtur? Simila portò panis est signum. Ex illa namque fit panis: Est autem panis vitæ, Christus. Igitur tanquam io catino, & tanquam in pane qui io vtroque vase erat, cum vtrumque plenum esset similæ, oimirum tanquam in cibo ac poto, Christos qui vita est atque viuificatot significarur. Inquit enim, *Amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filu hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in nobis.* Oleo autem similam fuisse madefactam, inquit; in quo typus ipse penè illud è Psalmis concinere videtur, *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo latitiæ præ consortibus tuis.*] Ensimula oleo impinguata, idest Christus panis vtuus,

viuus, plenus gratia; & in catino & in phiala, nempe io specie cibi ac potus reperitur, iuxta S. Cyrilli interpretationem.

Magnificentia Christi in Eucharist.

Vel, directè, vel per concomitantiam.

3. Nihil igitur ad Christum quoquomodo attinet, quod non sit nobis datum in vtrauis specie Eucharistiæ, vt optimè monuit Turrecrem. tract. de Euch. c. 4. expendens sextam causam nominis *Eucharistia*. Intelligo autem de attinentibus ad Christum extrinsecè. Nam Christi vestes in nocte cœnæ non fuisse sub speciebus, certum est, quicquid significetur apud Getsonem tract. 9. super magnificat, partit. 3. *sub finem*. Sermo itaque nobis hîc tantum est de iis quæ Christo erant intrinseca, ea quippè donata sunt vniuersa. Non omnia tamen quæ donata hîc à Christo diximus, donata sunt eodem modo. Nam aliqua quidem donata sunt directè; alia verò ob naturalem concomitantiam cum iis quæ directè dabantur. Dicitur dari *directè*, quod hic ponitur vi verborum aut vt S. Thomas 3. p q. 76. art. 1. luquitur, *vi Sacramenti*. Nempe quod ponitur vi significationis verborum consecrationis. Non dico, quod significatur per verba in recto & formaliter. Existimo enim aliqua poni vi verborum, etiamsi non significentur formaliter & in recto per verba, sed tantùm in obliquo: Nam quicquid ponitur quia continetur in significato verborum, ita vt verba significatione sua exciderent, & falsa essent, nisi hoc poneretur; dicendum est poni vi verborum, etiamsi non significetur per verba formaliter & in recto, V. G. configuratio corpori humano propria, & debita materiæ in quocunque statu in quo retineat denomioationem corporis humani saltem mortui, est accidens quoddam; quod non signoificatur formaliter & in recto per vocem *corpus*, sed tantùm in obliquo; vnde si quis velit corpus sic acceptum definire, dicet *materia prima cum tali figuratione*. Vbi configuratio exprimitur tantùm in obliquo. Et tamen secundùm veriotem seotentiam, cui adscribor, configuratio illa ponitur in Eucharistia vi verborum: quia est aliquid proximè & immediatè significatum per verba; ac proinde ponitur per illam propriam verborum efficaciam quæ dicitur vis verborum, non autem non duntaxat per eam generalem verborum efficientiam, qua conuenhuntur illa quoque, quæ non includuotur in significato verborum. Quæ duo rectè secetnit, D. Thomas 3. p. q. 81. art. 2. ad 3. & Ocham. l. de corp. Christi c. 4. *in fine*. Ex vi quippe formæ atque verborum, tantùm ponuntur quæ præcisè necessaria sunt, vt veritas formæ siue veritas verborum consecratioois, sit salua. Per verborum autem efficientiam, saltem motalem, ponuntur omnia illa quæ à parte rei coniuncta sunt, vel per vuionem physicam, vel per continentiam, vel per coonexionem naturalem cum eo quod ex vi verborum ponitur, quia inuoluitur in significato eorum; ita vt Christus, nisi hæc coniuncta cum significato verborum, simul cum eo ponerentur esset, indecorè vel monstrosè statuendus; quod abhorret à Christi dignitate, cui Deus in huius Sacramenti institutione consultum sine dubio voluit.

4. Et hinc generatim intelligitur, quæ sint illa quę data in Euch. diximus, per concomitantiam tantùm. Sunt enim illa quæ nullomodo inuoluuntur in significato verborum, ac ne in obliquo quidem; proindeque etiam si non ponerentur, forma manetet veta, tamen Christus indecorè staruererut, & aliter quàm eum poni debeat; quippe vel sine tota sua substantia, vel sioe debitis ornamentis. Quale enim esset, si Christus iam rediuiuus ex mortuis, daretur nobis, non integer ac viuus, sed tantùm quoad corpus absque anima & sanguine? sic enim, falsò de eo dictum esset, *resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*. Datur itaque Christus absque dilaceratione totus & integer, sicque vt Gerochus ad Abbatem Eboracensem, Epistola contra Folmarum scribit; Christi [corpus, ore fidelium sic manducatur, vt quod de Agno Paschali figuralitet est præceptum, nunc verè impleatur. Neque enim ad litteram fieri potuit, aut oportuit, quod dictum illic est, *caput cum pedibus & interiorinis vorabitis*. Repugnat quippe quod dictum est, *os non comminuetis ex eo*. Quomodò autem non conjunctis ossibus, caput & pedes vorari potuissent? At nunc in vero Agno qui tollit peccata mundi, capnt cum pedibus, diuinitas videlicet cum tota humanitate voratur, quia Christus integer in altatis mystetio manducatur. Etat Folmarus contra quem scribit Gerochus, Pettæ Stillantis in Franconia Præpositus, circa tempota Alexandri tertij: à quo Folmaro negata primùm est concomitantia in hoc mysterio; sed postea ab eodem resipiscente est admissa, vt constat ex variis de eo argumento Epistolis nuper editis. Visi etiam sunt inficiari concomitantiam. nonnulli ex iis qui species panis non porrigebant nisi intinctas sanguini, ad complementum communionis; siue vt haurirent sanguinem, quem supponebant non esse hauriendum cum corpore, quod oon nisi exangue agnoscebant sub panis specie. Quamquam aliis non ea mens fuit in illa pania intincti porrectione, vt dictum est sect. superiore c. 1. *sub finem*, & locis ibi iudicatis. Ecclesia autem ex quo deptehendit eam intinctionem ttabi in peruersum sensum excludentem naturalem concomitantiam, planè interdixit ea intinctione, vt loco citato retuli ex comestore, quia Ecclesia iam tunc concomitantiam illam fide certam habebat; vt postea quoque definiuit Concilium Tridentinum s. 13. cap. 3. & tatio proposita apertè euincit.

Quid detur, vi verborum prioris formæ.

5. Liquet igitur de duplici modo, quorum alterutro omnia ad Christum quoquomodo attinentia, nobis dantur in Euchar. Vt autem res tota dilucidior euadat, attingendum breuiter est quæ figillatim & in particulari sint illa, quæ vi verborum ponuntur, dantúrque nobis, directè per vttamque formam consectationis; & quæ per vttamque ponuntur & dantur concomitantet tantum. Et vno verbo quidem dici potest, vi priotis formæ, poni & præberi corpus Christi: vi verò posteriotis formæ, poni & præberi sanguinem eius, Nam Christus Dominus instituens & conficiens hoc Sacramentum, vocibus illis expressit, quod sub alterutra specie dabat.

Sect. III. Cap. IV.

dabat. Nec eſt opus minutè diſquirere, cur in priore forma potius ſit vſus voce *corpus* quàm voce *caro*. Ait enim *Hoc eſt corpus meum*, non autem *hoc eſt caro mea*. Circa quod latè Philoſophatur Bartholomæus Ferrarienſis lib. 2. de Chriſto abſcondito, poſt Albertum in 4. d. 8. Eóque admirabilius id cenſet, quod cum de Verbi humanatione agitur, ſcriptura incarnationem præferat, ait enim: *Verbum factum carnem*, neque vnquam dixit, *Verbum factum eſſe corpus*. In hoc autem myſterio, adhibet Chriſtus ipſe, vocem *corporis*; & quod dabat, non ſuam carnem, ſed ſuum corpus eſſe conteſtatur. Latè (vt dixi,) in hanc rem diſſerit prædictus Autor, prolatis quatuor rationibus, cur hîc potius vti deboerit Chriſtus voce *corporis*, quàm *carnis*; tametſi in myſterio vnionis humanitatis ad Verbum, humanitas exprimatur voce *carnis*, potiùs quàm voce *corporis*. Vix tamen intelligitur, quo rationes ab Autore illo prolatæ perrineant; & Chriſtus ipſe, ſubtilitates ab illo circa hoc eacogitatas; videtur hebetaſſe; cum ſæpè nomen *carnis*, non *corporis* adhibuerit in hac materia, vt cum ait; *Caro mea verè eſt cibus*. Et; *Niſi manducaueritis carnem Filij hominis*. Et *Panis quem ego dabo, caro mea eſt*. Quare tametſi omnino retinenda ſunt verba formæ à Chriſto adhibitæ, tamen æque potuiſſet Chriſtus hic dicere, *hæc eſt caro mea*, ac in illis aliis locis in quibus retinuit vocem *corporis*, & adhibuit vocem *carnis*. Sed quia Chriſtus dixit, ſe præbere ſuum corpus & ſanguinem, age vt intelligamus quid vi cuiuſque formæ nobis præbeatur, diſpiciamus quid ſubſit vocibus illis *corpus* & *ſanguis* Hoc enim euolutione aliqua indiget; nam quid ſit, *corpus* & quid ſit *ſanguis* non eſt adeò perſpicuum.

6. Itaque corpos quod Chriſtus proferens verba prioris formæ ſignificauit, eſt materia prima provt conuenienter configurata & accidentariò conformata, ad excipiendam animam humanam; ita vt in recto quidem, vox *corpus* ſignificet materiæ entitatem ſubſtantialẽ; inoblquo autem ſignificet cõfigorationem & cõformationem accidentalem corpori humano communem in quocunque ſtatu, in quo retineat denominationé corporis humani, ſaltem mortui. Nam de ratione talis corporis, priuſquàm reſoluatur, eſt certa configuratio quantitatiua organorum, & certa accidentaria confirmatio ratione cuiua qui; Chriſtum mortuum ſepeliebãt, dicere poterant illud quod humabant, eſſe corpus Chriſti, & anima Chriſti reueniens ad ſepulchrum vt corpus ſibi coniugeret, comitantibus Patrum turbis, præter alia quæ Theodoretus ſerm. 10. de Prouid. meditatur, dicere potuit; *hoc eſt corpus meum*. Tale ergo corpus, aio ſignificari per verba prioris formæ atque adeò vi eius, poni ſob ſpeciebus. Quod ſenſerunt multi Nominalium, traditquè etiam Alanus l. de Euch. c. 38. Fonſeca 7. Metaph. q. vnica ſ. 9. & 10. & cum multis aliis Bonacina q. 3. de Euch. p. 5. Nec diſſennt Vaſques quamuis aliis vocibus vtatur. 3. p. d. 186. c. 3. & Valenria 3. p. d. 6. quæſt. 4. p. 3. reclamantibus licet pleriſqoe, quibus viſum eſt, non materiam primam & accidentia quæ ſunt de ratione humani corporis in quoconque ſtatu, ſignificari hic voce *corporis*, & poni vi verborom prioris formæ; ſed longè alia. Vt vel commuuem duntaxat gradum, quo primum genus ſubalternum prædicamenti ſubſtaotiæ in ſingulari conſtituitur, quæ eſt ſententia Ioannis Pici Mirandulani q. 6. Apol. in quam planè recidit Albertious coroll. 3. de quant. dub. 8. difficult. 1. & 2. & Suares 1. 3. p. d. 52. ſect. 4. quamuis Picum refellat ſect. 3. Vel materiam Chriſti nudam, quod tradit Gabriel lect. 40. in Cano. Vel materiam cum forma corporeitatis, iuxta Scotum & ſoos in 4. d. 1. & xi. Vel materiam & formas partiales ſubſtantriales ad cotpus Chriſti pertioentes, vt cum Henrico tradit Ægid. 3. p. q. 16. n. 24. vel omnes partes ſolidas & ad cibandum apias, vt olim Hurtado d. 1. de anima §. 31.

7. Omnia hæc placita repudio, quia vel aliquid mea ſententria falſum inuoluunt, vt formam cotporeitatis, aut formas partiales: vel non ſatis explicaot ſecundùm quid partes ſolidæ aptæ cibare, dicantur *corpus*; aut animam inadæquatè & quatenus formam inuoluunt in ſignificato vocis *corpus*, quæ proinde aliquatenus ſaltem, poneretur hic vi verborum, contra doctrinam Concilij Tridentini, affirmantis animam vi priotis formæ ooo poni, ſed tantùm corpori adiungi per concomitantiam. Vel denique non ſatis ſeruant teceptum vſom vocis *corpus*, cum de animalibus affirmarur: vt cum dicitur, quod *conſtent anima & corpore*; vbi vox *corpus* contra diſtinguit materiam animæ; non quidem materiam nudam (ſic enim lapis dici poſſet conſtare corpore & forma), ſed materiam certis otganis aptatam, & affectam certa diſpoſirione accidentaria, ad ſtatum corporis humani, ſaltem mortui, pertinente. Quale corpus fuit corpus Chriſti, eriam cum in ſepulchro iacuit: vnde ſi quis Apoſtolorum per illum triduum voluiſſet vti iam accepta conſecrandi poteſtate, vt ſanè poterat iuxta S. Thomam 3. p. q. 76. art. 1. & 2. & q. 81. art. 4. Petrum Soto lect. 5. de Euch. & Suatem t. 3. 3. p. d. 5 t. ſ. 4. & d. 47. ſ. a. ſubinduxiſſet ſpeciebua tale eorpus Chriſti, per realem actionem terminatam ad ſignificatum voce *corporis*; non autem ad conceptum aliquem obiectiuum inadæquatum, qui non Phyſicas cauſalitates, ſed tantùm mentales noſtras præciſiones terminate eſt idoneus.

Num figura & raritas ac denſitas, in hoc ordine.

8. Vnum eſt, quod conſtitntam notionem *corporis* hic poſiri vi verborum prioris formæ, ſollicitare, aut eriam conuellere videtur. Nempe quod iuxta eam, figura Chriſti, & raritas eius ac denſitas videantur hic ponenda vi verborom, cum tamen ne ponantur quidem. Nam pugnant com ſtato Chriſti Sacramentali, qoi in recto & formaliter non differunt ab extenſione, (quam ſupra vidimus deeſſe corpori Chriſti in Euchariſtia. Vt benè quoad figuram attigit Leſſius l. 12. de diu. perfect. n. 124. & Suares 1. 3. 3. p. d. 48. ſect. 1. ad 2. Denſitas quoque & raritas, aliud non ſunt in recto, quàm extenſio ſitualis, connotata materiæ quantæ paruitate vel multitudine. Multa quippe extenſio afficiens paucam materiam & exiguam qoantitatem internam, dicitor raritas. Modica verò extenſio extetna, ſnb qua deliteſcit multa quantitas interna, dicitur denſitas, iuxta ſententiam

sententiam Commentatoris apud Marsilium 4. phys. tract. 2. dub. vltimo propos. 2. & multorum aliorum apud Venetum in summa Metaph. c. 22. conclu. 2. subscribúntque Ocham in 4. q. 7. Gregor. in 1. d. 17. q. 5. artic. 2. ad 6. & 12. Aresius 1. de Gener. q. 36. l. 1. & 5. Hurtado disp. 4 de Gener. §. 38. & quidam adductus à Rubionio in 4. d. 12. q. 5. §. *sed contra*, & ibidem Scotus q. 4. *Litera B.* Et saris supérque probatur ex Aristotelica raritatis & densitatis definitione, quæ habetur 4. phys. t. 84. & lib. 7. t. 15. Sieut ergo extensio externa deest corpori Christi in Eucharistia, ita & figura, ac raritas & densitas: quæ tamen omnia significantur per *corpus*, saltem in obliquo. Neque enim est corpus humanum in statu indifferenti ad vitam, quin sit sic vel sic configuratum in suis organis, & variam in iisdem materiæ raritatem aut densitatem sortiatur.

9. Hæc difficultas facilè expediri potest salua notione *corporis* à nobis tradita, iuxta quam materia configurata & accidentariò conformata aptè ad excipiendam animam humanam, denominatur *corpus*. (Ain) igitur, materiam sic affectam, siue corpus organicum, quod hic ponitur vi significationis vocum prioris formæ, sicut ex vi significati vocis *corpus*, non est materia actu extensa localiter, (de quo nemo Catholicus dubitat) ita neque esse quid actu figuratum, vel actu rarum aut densum: sed tantùm habere hæc omnia, debito & aptitudine, fundatis in quantitate interna qua partes sunt præditæ, & in certo temperamento quod eis est consentaneum, vt positæ in statu connaturali, possint esse instrumenta ad exercendam hanc aut illam operationem cui suapte natura sunt addictæ. Hoc vocamus esse rarum aut densum & figuratum aptitudine ac debito, qui etiam si corpus absque extensione sit naturaliter incapax operandi actu, quia status operandi connaturaliter ad agendum necessarius corpori, non obtineretur nisi per extensionem: Tamen corpus quale describi, habet reipsa reliqua omnia ad certas operationes necessaria: nec caret vi profusiua status illius sibi ad operandum connaturaliter necessarij: quia in diuersis partibus habet actu temperamentum diuersum, à quo status ille, siue extensio multiplex paucam vel multam deposcens materiam suapte natura manaret, nisi Deus alium essendi modum conferens, obstaret eius profusioni. Fuit qui hoc ipsum quod corpori Christi in Eucharistia assignauimus, & figuratum, ac rarum, & densum aptitudine & debito vocanimus; appellaret figuram, & densitatem, ac raritatem actualem, tametsi non plus tribueret Christi corpori Sacramentaliter constituto, quàm quod nos dedimus, & vocauimus aptitudinalem ac debitam figuram & raritatem ac densitatem. Parum tamen refert quo quisque modo loquatur, dum non sit in re dissidium; & ipsemet in posteriore editione sententiam retexuit disputat. 4. de genet. §. 44. expuncto priore modo loquendi.

Quid detur, vi verborum posterioris formæ.

10. Venio ad significatum *Sanguinis*, atque adeò ad id quod ponitur sub speciebus vini, vi verborum formæ posterioris. Sanguis ergo significatus per ea verba, est illemet propriè dictus Sanguis, qui Christo cœnanti, & verba illa proferenti, inerat in eo statu fluiditatis, quem connotare solet sanguis quamdiu denominatur sanguis hominis. Sanguinem hîc volo significari duntaxat propriè dictum, siue illum vnum humorem inter quatuor humores humani corporis præcipuum, è quo præsertim, pendet vita, & cuius effusioni in Christo, vitam & salutem nostram rependit misericors & misetator Dominus: quamuis non me later, voce *Sanguinis* latiùs vsurpata, designari plerunque massam totam quatuor humorum. Neque verò sanguinem propriè dictum, hîc significari contendo cum omnibus adiunctis illius status in quo ad vitam fouendam est necessarius; quod præcipuè habet ex adiunctione Spirituum vitalium. Nam Spiritus vitales non puto hîc poni vi verborum, quia sanguis prout idemmet est in omni statu in quo potest denominari sanguis hominis, non habet adiunctos Spiritus, qui ob subtilitatem & igneam ac volucrem naturam facillimè dissipantur, & euanescunt statim ac sanguis est effusus. Et tamen sanguis Christi, dilapsis per euaporationem Spiritibus, statim atque effusus fuit, non desijt denominari sanguis Christi. Igitur vi verborum posteriotis formæ, significatur, atque adeò ponitur hîc absque Spiritibus; non tamen absque illa fluiditate, quæ in simpliciter dicto sanguine exigitur, repellítque concretionem, etiamsi calor sanguini hominis viui consentaneus desit; nb efflaxum celerem Spirituum. Totum potrò Christi sanguinem qui eidem corenanti inerat, siue postea effusum siue non effusum, admisi significari per verba, & hic poni vi posterioris formæ. Nam verba Christi quæ sunt essentialia formæ huic secundæ fuerunt indefinita; nec est potior ratio cur in vnam potiùs portionem veri sanguinis, quàm in aliam caderent. Itaque totus sanguis, Christo inexistens, vi formæ significatur: quamuis non sit verisimile, quod totus sit effusus in passione, ne stilla quidem permodica in iecore, aut in recessu alicuo venarum relicta. Neque verò quod Christus extra verba formæ essentialia addidit, *qui pro vobis effundetur*, restringit sanguinem hîc positum vi significationis verborum, ad sanguinem reipsa effusum: sed tantùm aperit finem sanguinis reipsa effundendi, qui verè erat potior quantitas sanguinis Christo inexistentis; ratione cuius potuit indefinitè dici quod sanguis Christi esset effundendus, nempe quoad præcipuam eius quantitatem.

Magnificentia Christi in Eucharist.

Directè posita per vtramuis formam, an sint viuentis.

11. Significato vtriusque formæ, commune est pronomen *meum*. Dixit enim Christus *hoc est corpus meum*; Et *hic est sanguis meus*; Vel *calix sanguinis mei*. Quare significatum illius particulæ, maximè attinet ad ea quæ ponuntur vi formæ, seu vi verborum & directè. Sanè Glossa *extimorem*, de consecr. dist. 2. suffragantibus nonnullis, censuit hoc pronomen cum referatur ad corpus & sanguinem, Christo verba proferenti

Sect. III. Cap. IV.

proferenti & tuoc viuenti ac superstiti internum, designare corpus viuum, atque adeò sanguinem Spiritibus differrum, qualis est in homine viuo. Vnde insoper intulere qui ita expressere notionem huius nominis, si quis Apostolorum in triduo mortis Christi attentasset cooseerare, nibil fuisse effecturnm, quia verba oon poterant vera esse de Christi demortui corpore ae sanguine. Sed est falsa illatio, vt supra dixi; nec verum etiam est antecedens è quo infertur. Nempe quod vi significationis particulæ *meum*, poni hic debeat corpus viuum. Nam sic anima ponererut sub speciebus panis, vi verborum, contra doctrinam Concilij Tridentini sess. 13. cap. 3. Itaque forma à Christo viuente prolata, non determinatur ad significandum eorpus viuum, (quod habet corpus per animam): sed determinatur ad significandum eorpus Cbristi proprium, quod idem maoens superstite vocis notione, poterat esse & viuum & morruum. Vnde sieut Christus dixit, *hoc est corpus meum quod pro vobis traditur*; ita dicere potuisset, *hoc est corpus meum quod pro vobis sepelietur*: quale Christi corpus vi significati voeum illarum (vt liquet), non fuisset viuum, quamuis ea verba à Christo viuente proferrentur. Quare pronomen de quo agimus, significat, & vi significationis suæ ponitur in Eucharistia, eorpus quod est Christi proprium, provt indifferens ad statum Christi viui vel mortui. Et idem ptoponione seruata dieendum est, de voce *sanguis*. Quia verò corpus. Christi proptium, est corpus integrum & omnibus partibus solidis perfectum, ae noo mutilum, rectè infertur, omnem materiam solidam partium organicarum eoneurtentium ad eorpus Christi, prout est indifferens ad eorpus hominis viuentis & mortui, collocari hic vi verborum sub speciebus panis, dummodò ea materia, pro tempore quo verba ptoferuntur, sit eoniuncta eorpoti Cbristi. Quod addo, propter partieulas materiæ, euaporantes subinde è mortali Christi corpore, per resolutionem factam vi ealoris naturalis. Eæ siquidem partieulæ, ante Eucharistiæ institutionem resoluæ, non fuit cur ponerentur sub speciebus panis, vi verborum formæ. Et idem dico de præputio, quod absciissum est Christo infanti. Nam in suprema cœna, qoia aberat à Christi eorpore, non fuit positum sub speeiebos panis, vi verborum. Nunc tamen ponitur, iuxta sententiam probabilem. quæ eam materiam affitmat fuisse à Christo rediuiuo resumptam. Significatio enim & veritas formæ, respieit statum in quo corpus Christi secuodùm visibilem speciem reperitur, quando forma profertur, & corpus Christi proprium in eo statu enunciat.

Qua dentur per vtramuis formam, concomitanter.

ta. Attigi quæ per vtramuis formam conseerationis ponuntur in hoc mysterio, vi verborum formæ, & signifieationis eorum. Nunc attingenda restant, quæ non ponuntur sub alterutris speciebus, vi significationis aut ad significationis verborum, sed tantùm ob connexionem naturalem, & concomitantiam eum illis quæ priore modo hic ponuotur, quia significantur per verba. Ea sunt, quæcunque ad Chtistum quoquomodo pertioent, nec comprehenduntur signifieatione illarum vocum *corpus Christi*, aut *sanguis Christi*; ita vt vel in recto ae formaliter, vel in obliquo & connotatiuè, signifieentur aut adsignificenrur per eas voces. Eiusmodi sunt respectu vtriusque formæ, diuinitas, & Pater, ac Spiritus sanctus. Item quæcunque aceidentia corporis aur sanguinis, sine quibus salua esse posset veritas formæ, & affirmatio quod eorpus & sanguis sine illis aecidentibus sumpta, sint corpus & sanguis Christi. Respectu eorporis, eodem modo se habet anima, vt exposuit Concilium Tridenrinum sess. 13. cap. 3. Plerique idem dicunr de Verbo, & eorum quenter de vnione hypostatiea quæ est nexus personæ Verbi cum eorpore & sanguine. Ita Innocentius l. 4. de myster. c. 19. Suarez t. 3. p. d. 51. sect. 6. Henriq. l. 8. c. 26. num. 2. Aegid. 3. p. q. 76. num. 27. Albertinus coroll. 3. de quantit. dub. 8. difficultate 5. & communiter Scholastici, quotum aliqui nitunrur autoritate Concilij Tridentini, quod distinctè recensens omnia ad Christum pertinentia, vt colligeret totum Christum hie poni, affirmauit diuinitatem poni sub vtrisque speciebus per eoncomitantiam; comprehenso (vt videtur) Verbo sub diuinitate cum qua est idem; nam nullam aliam Verbi mentionem fecit. Verùm huiusmodi silentium, prudentiam potiùs Concilij demonstrat, quod in re quæ fidei Catholicæ non-interetat, & variantibus Doctorum sententiis anceps erat, interponere iudieium suum noluit; satis esse ratum, constare apud omnes, Verbum poni in Euchatistia, quocunque tandem modo poneterur; nempe siue vi significationis verborum formæ, siue per connexionem naturalem personalitatis eum substantia per eam terminata. Nobis autem verius videtur, Verbum poni vi significationis formæ, quia est de intrinseco & substantiali complemento rerum significatarum vocibus *corporis & sanguinis*, quæ suut voces eoncretæ, non abstractæ; & proinde significanr aliquid subsistens. At in Christo, non est alia subsistentia quàm Verbi diuini. Itaque Verbi personalitas, & vnio hypostatica quæ illam nectit cum corpore & sanguine, sunt de significato illarum voeum, nec ponuntur hie per eoncomitantiam. Falsò autem aliquid dicunt, quod quamuis neque corpus neque sanguis essent vnita Verbo, æquè possent iis nominibus appellari. Non ita est. Nam si deesser terminatio corporis & sanguinis per subsistentiam, vtendum esset vocibus abstractis, noo eoncretis, euiusmodi sunt istæ. Qua verò ratione posset Christus affirmare, has substantias suas esse, si deesser vnio ad subsistentiam Verbi? Quomodò inquam posset Christus dicere, hoc esse corpus suum, quod corpori non competit, nisi interuentu vnionis ad hypostasim Christi. Quare facilè admitto, Verbum significari per voces coneretas vtriusque formæ, & per pronumina possessiua vtique eonserta; atque adeò coneedo, Verbum non poni in Eucharistia per concomitantiam, sed directè, id est vi verborum. Esto non significaretor tanquam forma, sed tantùm consignificetur vid quod habet natutam corporis & sanguinis, ac

licet dicere, corporeitatem & sanguineitatem. Quæ igitur per concomitantiam ponuntur sub vtrauis specie, non comprehenduntur Verbum, sed illa alia quæ naturaliter connectuntur enim iis quæ significantur vel adsignificantor per formam: connectuntur inquam quando forma profertur.

13. Hoc addo, quia concomitantia intelligenda est consentanèe ad statum in quo est visibiliter Christus, cum aliqnid eius ponitur vi verborum illud significaotium io recto aut in recto aut in obliquo. Quamuis enim si institutio Sacramẽti tantùm ferret, poni hîc per concomitantiam ea tantùm non significata per formam, quæ connectebantur enm Christi corpore aut sanguine, tempore vltimæ cœnæ, adhuc haberetur concomitantia; tamen sensus Ecclesiæ expressus in Concilio Tridentino sess. 13. c. 3. fert, concomitantiam ex Christi mente, spectandam esse penes statum visibilem, in quo sunt corpus & sanguis Christi quando enunciatur forma, quicquid in contrarium effutiat Ktollius Caluinista apud Valentiam 3.p.d.6.q.9. p.vltimo. Vnde si in triduo mortis, facta fuisset consecratio, anima non fuisset sub speciebus panis per concomitantiam. Nunc verò ob contrariam causam, corpus Christi ponitur cum omnibus gloriæ dotibus: & sanguis qui per triduum positus fuisset vt discontinuus, quia talis erat in proprìa specie, nec per punctalem & inextensam collocationem acquisiuisset continuitatem qua in proprìa visibili specie carebat, vt Vasques 3. p. d. 185. c. 3. *in fine* rectè censuit, nunc ponitur cum continuitate, & physica vnione partium; nec non cum incorruptibilitate contra errorem Michaëlis Siciditæ de quo Nicetas Choniates l. 27. histor. & Tutrianus l. 1. de Euch. c. 10. quamuis tunc esset corruptibilis, absolutè loquendo. Habet verò nunc incorruptibilitatem, non tantùm vi inextensionis sacramentalis, sed etiam vi concomitantiæ naturalis, quod secundùm non non habuit in nocte cœnæ, contra Hugonem Victorinum lib. 2. de Sacrament. p. 8. c. 3.

Magnificentia Christi in Eucharistia, ex dictis eruitur; ac primum spectando rem datam.

14. Habemus ex dictis, partim directè & vi verborum, partim per concomitantiam & connexionem naturalem, poni nunc & præberi sub Eucharistiæ speciebus, totum Christum, cum omnibus suis appendicibus & consectariis, quæ nunc habet in proprìa specie visibili, sedens ad dexteram Patris in cœlo: ita vt sub vtralibet specie, sit reipsa, & corpus, & anima, & sanguis, & omnium istorum vnio hypostatica, ac Verbum, insupérque diuinitas, & Patet, ac Spiritus sanctus, & omnia connaturalia Christi accidentia; (extensione extetna & impenetratione semper exceptis,) dona item omnia gratiæ & gloriæ, qnia hæc omnia ad Christum statu gloriæ potientem nunc pertinent, vel cum eo connectuntur.

Hinc perspicuè elucere incipit, quanta erga nos per Eucharistiam Dei magnificentia & liberalitas sit exprompta. Nihil enim habuit Deus pretiosum, quod dare posset, nec dedecit in Eucharistia. Quódque alibi nefas sit dicere, nempe potentiam Dei esse exhaustam, dici aliquatenus de hoc mysterio ad veritatem potest. Quid enim potuisset Deus dare præterea, quàm dederit, quod accedat ad pretium & dignitatem exhibitorum in hoc mysterio munerum? Egregiè Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. de huius doni præcellentia disserens. [Vt terra nobis cœlum sit, facit hoc mysterium. Ascende igitur ad cœli portas, & diligenter attende, imò non cœli, sed cœli cœlorum, & tunc quod dicimus, intuebetis. Etenim quod summo honore dignum est, id tibi in terra ostendam. Nam quemadmodùm in tegiis, non parietes, non tectum auteum, sed regium corpus in Throno sedens, omnium præstantissimum est, ita quoque in cœlis, Regium corpus quod nunc in terra tibi videndum proponitur. Neque Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorum, sed ipsum hotum omnium tibi Dominum ostendo. Animaduertis quonam pacto quod omnium maximum est atque præcipuum, in terra non conspicaris tantùm, sed tangis, neque solùm tangis, sed comedis, & eo accepto domum redis.] Nihil est quod æquet tam magnificum tamque pretiosum donum in quod omne pretiosum concurrit, & longè iustius dicendus *fructus perfectus*, quam fabulosus ille Valentinianorum Soter ac Christus, dictus *omnia*, vt ex omnium defloratione constructus, graculus Æsopi, Acci Patinæ, Nestotis Cocerum, Miscellanea Ptolemæi, Attica Pancarpia, vt lusit Tertull. l. contra Valentin. c. 12. Nec refert, quod tam multa quæ in perfectum hoc munus conuerrere diximus, non omnia aduenìant eodem titulo: sed aliqua vi verborum, alia duntaxat per concomitantiam. Quomodocunque enim obueniant, dummodò obueniant, perinde est; quia res æquè obtinetur, & æquè cedit in possessionem hominis accipientis, & vtetque titulus habendi ac potiendi, est æquè certus & idoneus.

Manificentia Christi in Eucharistia.

15. Et apparuerat sanè Deus iam olim, (quod reuera est,) magnificentissimus in cibatione omnis carnis, sed hominis maximè, cui duplicem mensam iam ab initio seculi proposuit; terram scilicet & aquam, vt scitè de more philosophatur S. Chrysostomus homil. 8. ad pop. *initio*. Distinctiùs idem tradit Petrus Cellensis l. de panibus c. 2. qui admissos ad eam natutæ mensam Iudæos, Moysè conuiuij Magistro deserihens, ait; [Ecce panes, ecce mensa, & seniotes Domus Istaël, qui cum junioribus comedunt, laudantes nomen Domini. Sed qui ministrat? Certè omnia vasa, vtensilia & luminaria, in vsus epulantium necessatia, Moyses tanquam fidelis dispensator in domo Dei quæ est Ecclesia, administrat: præcipuè tamen in aquis parandis, (vnde & nomen habet,) officium suum exercet. Quid enim aliud, otdinem creationis tot creaturæ contexens insinuat, nisi quando, & à quo, & vnde, & quomodo, & ad quid, hæc mensa siue massa voiuersitatis subsistat? Vnde terram fundatam animaduertere potes, quasi mensam positam, cœlum super & circum positum quasi mappam circum extensam; sicut & area circumtexta erat ex omni parte auro. Firmamentum tanquam candelabrum, & in candelabro duo magna luminaria, Solem & Lunam,

Sect. III. Cap. IV.

ſublucentibus ſtellis tanquam candelis. Aërem imbtiferum, tanquam lauatorium, vel infuſorium. Rurſus ſerenum, tanquam exhibentem manutergium. Mare velut omnium ordium emundatorium. Terram, panem & vinum, carnem & pulmentum, & aliud vitæ huius ſufficiens ſuſtentamentum, natura ſubinferentem, ex moderatione Spiritus cuncta regente & diſponente.

Nihil tamen vniuerſa hæc magnificentia mundialis menſæ ad eam quæ in Euchariſtiæ menſa elucet.. Nam ibi omnes cibi aliquid emortuum ſunt ttucidata animalia, herbæ aualſæ, aut vrtotumque partes vel fructus: hic verò ſuppeditatur panis vitæ & intellectus, cibans animas non corpota, nec mitrendus bona ex parte in ſeceſſum, vt materiales illæ epulæ, ſed poſt manducationem iureger perſtiturus, ac incorruptus. Ibi poſt exemptam famem epulis, faſtidium cibi ac nauſea. Hîc datur cibus, cujus appetentia & fames perceptione ereſcit, iuxta illud *qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient.* Mentè igitut Theodorus Studita, contentionem faciens vtiuſque menſæ earech. 24. cogitur in exclamationem erumpere. [Famelicos (inquit) quod attinet ad corpus, annuis tetræ fingibus paſcit; quod ad animum, ſactis myſteriis: cura præ matte ac nutrice proſecutus, & amicè complexus. Nam mater lacte aliquantiſper alit infantem: Hic vetus noſter & herus & parens, ſuum corpus atque ſanguinem in cibum ac potum impertitur, idque perpetuò. O impetueſtigabilem bonitatem! ô inexſupetabile munus? Ergón' poſſumus, non eum amare atque colere, & irreunlsè cohæreſcere. Pol ni ſic affecti ſumus, conclamabit in nos cœlum, terra ingemiſcet, ipſique nos nimij ſtuporis, lapides accuſabunt.

Chriſti, ac Satanæ contrapoſitio in hac parte.

16. Rectè Theodorus *inperueſtigabilem* Dei *bonitatem*, (hoc eſt voluntatem ſe ſuáque communicandi, quæ eadem eſt cum liberalitate) per quam Deus nobis hoc *inexſuperabile munus* contulit, compatat ibidem cum malignitate Satanæ; qui multa effusè pollicitus, pro felici eſca, quam mentitus erat diuinitate donaturam comedentes, mortiferum cibum ſuggeſſit. Hoc & piè luculenter expendit Rupertus l. 3. de opet. Spir. ſancti c. 24. ſic gloſſans illa Chriſti verba, *accipite & comedite, hoc eſt corpus meum.* Et alibi *Qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo* Cum hæc dicit Agnus Dei, opportunè nobis ad memoriam recurrit, illud quod dixit ſerpens, imo per ſerpentem Diabolus, hoſtis humanigenetis; *Accipite & comedite, eritis* ſicut Dij Optimæ & ſpe ctabiles valdè propoſitiones. Ille ſerpens erat, iſte agnus eſt. Ille vetus peccator, iſte antiquus creator. Ille per petram repſit, iſte de cœlo venit. Ille Spiritu Diaboli falſum ſibilans, iſte Spiritu Dei verum euangelizans. Ille peccati portiot, iſte iuſtitiæ Doctor. Ille mortis artifex, iſte vitæ opifex. Ille de ligno non ſuo raptor obtulit, iſte de corpote & ſanguine ſuo largitor dedit, Ille quod non habebat, mendaciter promiſit, *eritis* (inquit) ſicut Dij: Iſte quod habebat, quod ſemper naturaliter haber, fideliter dedit, vt ſimus Dij, dum manet ipſe in nobis. Illi tandem nefandiſſimè ereditum eſt pluſquám Deo. Credatur è contrario huic Deo, ſi non plus, at ſaltem quantum ereditum eſt alij, Diabolo. Creditum eſt enim quod illi pomo ineſſet quod non videbatur, ſcilicet vis Deos efficiendi: credatur huic Sacramecto ineſſe quod non videtur, videlicet veritas carnis & ſanguinis, valens efficere nos concorporales vnigenito Filio Dei. Hoc enim rario, vel ordo iuſtitiæ expoſcit. *Accipite ergo* (inquit) *& comedite.* Priùs *accipite*, & deinde *comedite.* Accipere enim, eſt fideliter credere, cum gtatiarum actione diligere, compatienti affectu corporis huius traditionem, & ſanguinis huius effuſionem reſpicere. Hoc fieri non poteſt, niſi priùs rejiciatur id quod ab illo malè acceptum eſt. Illud igitur mendacium execrantes, hanc veritatem accipite, approbate, amplectimini, & contra cibum mortis, panem comedite vitæ æternæ, & calicem bibite ſalutis perpetuæ.]

17. En Chriſtus, planè contrario modo quam Satanas, ſe geſſit in liberaliſſima & magnificentiſſima cibi ſubminiſtratione. Donauit enim pro eſea venenara & eibo mortis, panem vitæ & intellectus: quem comedendo euadimus ſicut Dij, quia vnum cum Deo efficimur, & quadantenus ttanſimus in Deum vt ſupra capit. 1. dicere memini. Vt non abs re Algerus l. 3. contra Bereng. c. 4. inquirens cur Deus tantoperè fidem citea Euchariſtiæ Sacramentum voluerit vigere eauſam referat incaptatam à Deo manifeſtationem, modi quo nobia à Satana impoſitum eſt circa cibum; & contrarij modi, quo Chriſtus per eibum datum, quæ Saran falsò ſpoponderat verè exhibuit. [Quia videlicet falſa fide mundus periit, quando Adam plus Diabolo quàm Deo credere præſumpſit, dum in ligno ſcientiæ boni & mali vetito, plus ſperauit diuinitatem aſſequi quæ ab hoſte promittebatur, quàm incurrere mortem quam Deus minabatur. Sicut ergo Diabolus non vmbram in ligno inobedientiæ, ſed ipſum verum & viſibilem fructom exhibens, promiſit id quod non videtur, ſcilicet, *eritis ſicut Dij* ſic & Deus, non vmbram, ſed ipſum qui in ligno pependit obedientiæ, in ſuo viſibili Sacramento exhibens, promittit vitam æternam quæ non videtur: vt dum in ea re plus ei modò ereditur quàm hoſti, vt dignum eſt, ſanetur hac vera fide, illa perfida fides, qua olim plus Diabolo quàm fibi injuſtè ereditum eſt. Sicut igitur non in ligno vetito, ſic nec in Chriſti Sacramento, debet viſus aut guſtus, ſed fidei vigere iudicium; quia ſicut pomum viſu decorum, & ſuaue ad comedendum, cibus vitalis videbatur, & mortem intulit; ſic è contrario, Sacramentum corpotis & ſanguinis Chriſti, videtur cibus mortalitatis noſtræ, cum verè vita æterna ſit. Quapropter vtrique rei, media vera fides videtur neceſſaria: Adæ, vt crederet mortem eſſe in primo, & ita vitaret; Nobis, vt in Sacramento Chriſti, vitam eredamus, & ita eam aſſequamur. Vtrumque enim ex ſe, contrarium viſui effectum parit, illud dum videtur cibus voluptatis & vitæ, mortem inferens; iſtud dum videtur, cibus mortalitatis, vitam æternam exhibens.]

Pretioſitas

Pretiositas rei hic data, pressius spectata.

18. Quod verò maximè liberalitatem ac magnificentiam à Christo in hoc munere proditam cumulat, illud est, quod in eo genere rerum præbeatur, quod ad amorem testandum sit accommodatissimum, nec vspiam alibi vsurpatum inueniatur. Egregiè id admonuit S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. ad illud *calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est?* sic enim Christum inducit loquentem cum fideli homine. [Si sanguinem cupis (inquit), noli idolorum aram, brutorum animalium cæde, sed meum altare, meo sanguine aspergere. Quid hoc admirabilius sit quæso; quid amabilius? Hoc & amantes faciunt, cum amantes intuentur alienorum cupiditate illectos, sua verò contemnentes; propriis elargitis, suadent vt ab illis abstineant. Sed amantes quidem in pecuniis, vestibus, possessionibus, hanc ostendunt cupiditatem: in proprio sanguine, nemo vnquam, Christus, autem, & in hoc, curam, & vehementem in nos dilectionem ostendit. Et in veteri quidem Testamento, cum imperfectiores essent, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipse accipere voluit, vt ab idolis eos auerteret, quod etiam tunc arrabilis amotis signum erat. Hic autem multo admirabilius & magnificentius sacrificium præparauit; & cum sacrificium ipsum commutaret, & pro brutorum cæde seipsum offerendum præciperet.]

19. *Seipsum* (inquam) quantus quantus est, Patri pro nobis efferri, & munus nobis præberi voluit. Munus vndecunque bonum, & cui non sit timendum à noxia dona ferentibus Danais. Non enim est è bonis illis, quæ malis propinqua esse, dixit Menander. Non quale bonum esse mulierem, habemus ex Cyrillo l. 3. in Iulia. *malum, bonum*; malum videlicet cui bonum sit adiunctum, rosa cum spinis. Rectè cum Chrysostomo ad illud ea 19. Matth. *si ita est causa hominis*, dicatur esse *malum boni colore depictum*. Scitè Naz. orat. 43. *charum venenum* nominauit. Non est ea eo bonorum genere munus quod à Dei liberalitate in Eucharistia præbetur. Est enim ipsum bonum & & pulcbrum Dei, teste Zacharia: atque adeò non est sicut bona nostratia & potentialia, magnis scilicet malis infossa, de quibus verè iam illud inerebuit, *vbi vber, ibi tuber*. Sed est meracissimum ac defæcatissimum bonum, veriùs numero multitudinis *bona*, vt de Christo dictum, alibi prosequor. Omne quippè genus boni, ad quodcunque è tribus peruulgatis apud Philosophos boni capitibus pertinens, siue honestum, hoc est perfectum & integrum pulchrum & concinnum, siue delectabile, siue vtile, hîc simul congestum accipimus, munus à Domino. Dicendum frequenter de hoc tripertito bonorum genere in Eucharistia adunato, in Onomastico. Nunc sat erit vnum producere Laurentium Iustinianum l. de discipl. & perfect. Monast. conuersat. cap. 19. n. 5. cuius hæc est oratio. [Non capit cor, lingua deficit, humanusque sopitur sensus, ad inuestigandum tanti arcana mysterij. O quantæ ibi delitiæ, quantus odor, qualia verba, quàm vehemens amor, quàm casti ampleaus gustantur, quis ptopalare valeat? Nihil tunc ibi nisi dulcisona interioris hominis cantica, clamores desideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectiouum gemitus rosonant, in laude dilecti. Pia etenim mens, tanti sponsi lætificata præsentia, venerando hoc mediante Sacramento, repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deijcitur, lumine irradiatur, pace satiatur, roboratur fide, deuotione saginatur, atque indissolubili amoris vinculo, redemptori interiùs copulatur. Ex quo feruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, sollicitior in virtute, in admiuistratione alacrior, nec non & in ipsius frequentatione efficitur ardentior. Talia nempe sunt munera tua ô Domine Iesu, taliaque amoris encœnia, que amicis tuis, deuotis, & dilectis, per hoc sacrosanctum mysterium conferre dignaris, vt omnem transeuntis vitæ superent delectationem. Per illud namque venerabile mysterium, tradis teipsum fidelibus tuis, quatenus discant ex ipsius suauitate amare te, tenere te, cognoscere te, laudare te.]

Magnificentia Christi in Eucharist.

Claudo hoc punctum diuinæ erga nos liberalitatis magnificentiæ penes rem datam, exclamatione Vrbani IV. qui adducitur Clement vnica de reliq. & venet. SS. [O diuini amoris immensitas; diuinæ pietatis superabundantia, diuinæ affluentia largitatis; dedit enim nobis Dominus, omnia quæ subiecit sub pedibus nostris, & super vniuersas rerum creaturas, contulit nobis dominij principatum. Ea ministeriis etiam spirituum superiorum, nobilitat & sublimat hominis dignitatem. Administratorij namque sunt omnes in ministerium, propter eos qui hæreditatem salutis capiunt, destinati. Et cum tam copiosa fuerit erga nos eius magnificentia, volens adhuc ipse in nobis, suam cauterantem charitatem præcipua liberalitate monstrare semetipsum nobis exhibuit, & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit in cibum. O singularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit iut donum; & datum est idem penitus cum datore. Quam larga & prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum? Dedit igitur nobis se in pabulum.

Insigne decus huius liberalitatis ex perpetuitate & extensione ad omnes.

20. Iam inter adiuncta, seu circunstantias à quibus donationis huius liberalitas summoperè commendatur, illa duntaxat hoc loco perpendenda est, in plures diffusa decoris ramos, quod hoc donum non sit fluxum ac restrictum ad vnam duntaxat largitionem, vno loco, vno tempore certæ personæ, aut paucis aliquibus factum; sed ad omnia æquè loca & tempora pertinet, & ad omnes eum præteritas à Christi morte ad nos vsque, tum præsentes, ac deinceps futuras personas. Omnes enim ad hanc cœnam vocati sunt, & quamdiu mundus stabit, volueturque rota temporum, hæc Christi largitas & magnificentia perpetuabitur; nec vno duntaxat loco, sed omnibus in quibus minister debitè initiatus, vice Christi,

Sect. III. Cap. IV.

& in eius persona obibit hoc ministerium. Prostat omnibus quomodocunque Laborantibus, aut laborarturis, hoc phatmacum. [O esca mirabilis ac stupenda, (exclamat ex credito Hieronimo, Eusebius,) delectabilis ac iucunda, tuissima ac super omnia peroptanda; in qua tor sunt innouata signa, & mirabilia immurata: In qua omne habetur delectamentum, & ad omnium gratiarum proficimus incrementum. Quàm singularis & inaudita rua liberalitas. Quàm superabundantissima ac prodiga largitas, vt tui neminem exorrem facias nisi ad te venire contemnat. Si quis ergo paruulus est, securè ad te veniat & re comedens, fiat magnus, & relinquens semitas infantiæ, per vias ambulabit prudentiæ. Si quis debilis est, ad re declinet, & protinus fiet fortis. Si quis infirmus, sanabirur. Si quis mortuus est, si audire re volucrit, vitam interminabilem apprehender. Sed qui magnus est & fortis, nec hic te deferat. Nam semper abundanter in re inuenier quo pascatur.

21. Prostare dixi in omne tempus hoc pharmacum, atque adeò hoc munus non esse astrictum ad vnam vicem, vel ad exiguam aliquam moram, sed ad omne cum mundo superstite tempus esse duraturum; quia ita planè fert Christi promissio, expressa per Apostolum, qui contestatus est, annunciandam esse per hoc mysterium mortem Domini *donec Veniat*. Id quod eriam erui poresr ex verbis illis Ioannis, accingentis se ad describendam cœnam vltimam, in qua instituta est Eucharistia, *in finem dilexit eos*. Saluo enim protrito sensu illarum vocum, *in finem*: qui fert summum verticem amoris à Christo mox discessuto exhibiti, vt Iansenius in Concordia, ad hunc locum recte expendit, nec non Turrianus l. 1. de Euch. c. 10. ramen quod idem Turrianus rectè addit, illud *in finem*; insuper significat *in perpetuum*. Vt enim Psaltes ait, *vt quid Deus repulisti in finem?* Et Apostolus 1. Thessal. 2. *peruenit ita Dei super eos, vsque in finem*. Itaque vt Toletus quoque vtrumque illum sensum iungens egregiè notauit, Ioan. 13. annot. 6. & in præuio commentario; Christus instituens Eucharistiam, mundum dilexit in finem, quia contulit beneficium ad finem vsque mundi duraturum, & cum protensione ad omnia loca & tempora, in quibus minister idoneus volet expromere concessam poresrarem. Vnde perfectio largitatis Christi, quæ fructus ac fœrus fuit amoris & charitatis qua nos prosequebatur, miro artificio à Ioanne eo loco expressa est. Amor quippè hominum huius seculi, solet esse valdè imperfectus. Nam & serò amare incipiunt, & modicè amant & citò ab amore desistunt. Serò accipiunt amorem, quia serò norunt quos ament; & quibusdam ob consuetudinem longam, ineant amicitiam. Parum amant; quotus enim est qui mortem pro amico oppetere sit paratus? Citò autem amorem abrumpunt, quia rara auis inter mortales, amicitia diuturna; tam multis facilè subnascentibus, quæ amicitiam discindant. Nullus talis defectus in Christi amore notari poruit, iuxta Ioannem. Nam & ab exordio vitæ, ipsâque conceptione, amauit suos; & amauit intensissimè, morri in eorum gratiam se addicens; & amauit amore perpetuo, ac ne per mortem quidem abrupto; imo per eon inuatam corporis & sanguinis sui præbitionem, continuato in perpetuum. Hoc Toletus censet esse, Christum suos dilexisse in finem.

Hoc adiunctum liberalitatis & magnificentiæ à Christo in hoc epulo proditæ, nullo exemplo humano quantumuis celebri, adæquari potest. Ostentabant Persici Reges, die natali, magnificentiam suam, exhibito epulo prægrandi, de quo Herodotus l. 9. quam magnificentiam adauxit Rex Assuerus, apparato epulo in purpuratorum suorum gratiam, ad 180. dies; cui vltima hebdomade, plebeiis quoque esse voluit locum. Ar quis eam magnificentiam semestrem, & ad paucas rantum vnius regni personas porrectam, ausit cum Christi magnificentia ad finem vsque seculi duratura, & ærga omnes extendenda, componere? Apparet, Christum omni ex capite superiorem esse. Et decuit sanè, infinities subtus Deum, iacere Regem mortalem, diuitias gloriæ regni sui, atque magnitudinem ac iactantiam potentiæ suæ, monstrare affectantem. Ad magnificentiam Salomonis, obstupuit Regina Saba, illique vox faucibus hæsit, apparatum Regiæ consideranti: sed cum spectauit cibos mensæ eius, non habuit vltra spiritum, rot tantosque cibos in vnius ventris gratiam quotidie, & toto regni Salomonis tempore exhibitos considerans. Quod S. August. Serm. 253. de temp. ad cibos Regis Christi, sanguinem inquam, ac corpus eius, accommodat. Cœtetoqui enim non fuisset, cur Regina redderetur attonita perspectis cibis illis corporeis mensæ Salomonis, qui seriatim recensentur 2. Reg. 4. v. 22. & 23. Est igitur Christi magnificentia, hac in parte, supra, omnem comparationem: meritóque defigat stupore, & attonitos reddat eos à quibus non perfunctorie perspicitur, quos cibos, & ad quantum rempus ptorogata magnificentia, (quamdiu scilicet cognominatur hodie) suis apparauerit Rex gloriæ, verus Salomon, typico illo immensuus maior.

Inconsumptibilitas huius doni, ex dictis colligitur.

22. Rata manet ex dictis, insignis prærogatiua liberalitatis & magnificentiæ Christi ex collato nobis munere cibi inconsumtibilis. Nam oportet esse inconsumptibilem, qui nulla manducatione finiatur, & ad mundi vsque metam duraturus sit, quanticunque assideant huic mensæ conuiuatores. Cæsarius Dialo. 3. egregiè in hanc rem disserit. [Ipse inquit), sanctus, Sermo, nostri similis factus est, & vitam inter nos agens, cum esset quod erat; & cernererur quod non erat, inquit ad sacrum Apostolorum cœtum, panem distribuens, *Accipite, comedite de hoc omnes, hoc est corpus meum*; nondum imnolatus carne. *Et accipite, bibite, hic est sanguis meus*, non vulneratus in cruce, per lancæam in latere. Et videmus sanctum illum panem hodie in ara incruenta, tempore diuini & mystici officij in impollura propositum mensa: non tamen similem imagini salutiferi corporis, Dei & sermonis. Neque item immisto ipsius sanguini, vnâ cum pane propositum poculum vini. Non mem-

brorum

brorum articulatæ distinctioni, non carnali & sanguineæ qualitati, non inuisibili & abscondità vnitæ cum ipso, formæ experti diuinitati. Illud enim sanguinem continet animatum, rubrum: & articulum est, & variis arteriis atque venis distinctum, quibus & opifex ille sermo variegatus erat, vsque ad pilos & vngues. Comam enim Dei voco, Christi comam; similiter & pedes, & vngues, & sanguinem, & aquam. Propter me enim meis vnitus est sermo. Estque hoc quidem artubus compositum, incedendi vim habens, & agendi: Illud autem rotundum, non articulatum, inanimatum, sanguine carens, immobile, & neutro simile: non ei qui cernitur & inuisibilis est diuinitate. Credimus nihilominus secundùm sermonem diuinum, etiamsi non sit simile vel æquale; propriè tamen & conuenienter, id esse corpus diuinum quod in diuina mensa sanctè consecratur, & vniuerso cætui sacro, absque sectione diuiditur, & absque defectu participatur. Neque enim sol desinit indignis lucem præbere; neque mare per salem participatum vsque ad fundum exhauritur; neque igne, infinitas, succendens faces, languescit, aut minuitur; non deficiente eo quod subest, & flammam excitat. Neque item aër, omnium animatorum respiratione iominuitur.

23. En inconsumptum Christum in hac altera forma, eum ea quam habet in propria specie, nihil habente visibiliter æquale, aut simile. Nimirum vi indelebilis potestatis à Christo ministris huius conuiuij relictæ, indeficiens sit huius cibi suppeditatio. Nec verò Christus, eum voi cuipiam in cibum cedit, & species quibus occultat corruptionem subeunt, corrumpitur ipse quoque, aut esse amittit simpliciter & absolutè; quamuis esse desinat vbi erat priùs: quia veritas verborum moraliter illuc vsque perseuerans, desijt obstringere Christum, ad perstandum. Neque enim demonstrari vltra potest, adhibito pronomine *hoc*, illud ipsum quod demonstrabatur, cum verba formæ cecidérunt in panis substantiam, eáque depulsa Christum sub eius accidentia induxerunt. Quanquam quia Christus desinit ibi esse, tantùm quia non cogitur vltra hærere, nec abscedit ob vllam incompossibilitatem, ac ne moarlem quidem eum substantia succedente, merito communiter negant Theologi, Christum in eam substantiam speciebus corruptis suffectam conuerti. Nec vspiam apud Patres legimus, Christum vel in carnem nostram conuerti, vel in aliud corpus è corruptis speciebus euanescens transubstantiari. Et meritò omnes eam locutionem refugiunt quandoquidem ex vi alterationis factæ in speciebus, non deberet sequi creatio totius substantiæ, sed tantùm generatio, & connersio formalis. Itaque per accidens est, quod Deus vltra id quod illa alteratio & dispositio ex natura sua exigit, creet materiam nouam in puncto temporis quo species vltimò disponuntur ad nouam formam, eámque materiam priùs natura productam, substernat eductioni formæ succedentis. Non igitur Christus, (etiam provt sub his speciebus esse desinit,) dicendus est in substantiam succedentem conuerti: sed manet quoquomodò positio è intransmutatus, nec nisi eam priuatiuam mutationem subit, quæ in actionis substantialis, adesse Christi hic terminatæ, deperditione consistit. Sicut anima, tametsi neque structilis, neque dissolutilis, (vt Tertullianus loquitur,) absque desitione simpliciter dicta; vel corruptione sua, cum sola imminutione vnionis substantialis ad membrum humanum abscissum, desinit ei inexistere, & illud informare. Idem proportione seruata cogitandum est, de Christo, circa corruptionem ac consumptionem suam, desinente esse alicubi sub speciebus, iam tabidis, alitérve consumptis. Nec semel mandocatum cessabit vltra manducari, ob infinitam (si necesse esset) replicabilitatem eius sub nouis semper ac nouis speciebus, per consecrationes perpetuò renouandas à legitimis Sacerdotibus, quandiu mundus durabit; donec sub eius clausulam, filius perditionis, homo peccati, qui extolletur supra omne quod dicitur Deus, aboleat iuge sacrificium, vt Danielis 8. prænunciatur. Cuius germanos antecursores, se probant, tanto eius sacrificij obliterandi studio flagrantes, Misoliturgi.

Magnificentia Christi in Eucharist.

Sanna, & blasphemiæ, impiorum, ex dictis repressa.

24. Præcluſit eorum blasphemas sannas, à proauis ad hos nepotes suos transmissas, doctrina propnsita de Christi inconsumptione, & replicabilitate perpetua. Narrat Petrus Cluniac. epist. contra Petrobusianos, *circa tertium articulum*, quid Berengarius garriteri. Proponens enim varias obiectiones Hæreticorum contra veritatem sactificij Christiani. [fortassis (inquit) & hoc cogitatur, illius vnius corporis Christi, finitam satisque modicam quantitatem, morsibus totius mundi per tanta secula non posse sufficere. Hoc enim est, quod quondam Berengarium dixisse audiui. Nam fortè Andegauis constituros, & de hoc corporis Christi Sacramento, cum quibusdam agens: si (inquit) corpus Christi tantæ fuisset magnitudinis, quantæ turtis hæc quæ in conspectu nostro immensa mole attollitur, à tot totius orbis populis comestum, ante multa iam annorum spatia defecisset. Quantum petuersus, tantum petuersa locutus.] Sic Petrus Cluniac. de Berengario, qnem ex Lecytho olei per Sareptanam viduam bausto ad dissoluenda debita nec imminuto, arguit in hac parte Lanfrancus l. contra eum. Paulo altiùs cachinnum sustulit alius nequam, nec iam cum ingenti turre, sed cum rupe prægrandi, quæ montem propè æquaret, collatum Christi corpus, consumendum iampridem fuisse dixit, si verò fuisset manducatum. Rem narrat his verbis Ecbertus serm. 11. ad Catharos. [Vir quidam nostri temporis, qui infamatus erat quod de Catharis vestra gustasset, cum interrogaretur in extremis suis, an vellet dari sibi corpus Domini, dixisse memoratur: Si esset illud corpus Domini, tantæ quantitatis vt est Petra Etemberti, iamdudum esset cósumptum, ex quo primùm cœpit manducari.] Eiusdem sacrilegi furfuris fuit, quod ab Albigensibus iactatum, recitat in eorum Historia, æui illius Scriptor Petrus Cisterciésis. Si Christi corpus non iam turgem, aut rupem, vel montem, sed ipsam Alpinorum montium immane porrectam altitudinem

Sect. III. Cap. IV.

ac diffusionem, granditate æquarer; iam pridem fuisse consumendum, tot personis, à tot iam seculis, partem eius certam absumentibus. Docuerat hos omnes, idemmet nequitiæ & erroris Spiritus qui Saracenos afflauit; quos S. Thomas opusc. 3. c. 1. auror est, eosdem impios iocos iactasse in Christianos, & insultantes dixisse, si Christi corpus in montium magnitudinem excresceret; iam pridem præ multitudine communicantium, fuisse consumendum.

25. Regerit harum sannarum stercus, in iactantium Catharorum capita, Ecbertus serm. illo 11. quem contra Caluinianos & Sacramentarios quoscunque, pari sacrilegio hîc iocantes, aduocare placet, illisimet verbi conueniendo hodiernos Catharos, quibus ille antiquos. [Verbum (inquit) irrisionis erat hoc, & ex infidelitate processit, in qua, (vt dicunt [& vos estis absorpti. Vnde & vos de eodem verbo couuenio. Numquid creditis verum esse, quod Dominus IESVS Christus, de quinque panibus quinque millia hominum satiauit, & quod saturatis superfuerunt duodecim cophini fragmentorum? Negare hoc non potestis, nisi Euangeliis contradicere velitis, in quibus manifestè hoc legitur. Et numquid non creditis, quia & per eandem virtutem qua hoc miraculum fecit, potuisset & alios plures illis quinque millibus hominum satiauit, & quod saturatis superfuerunt duodecim cophini fragmentorum? Negare hoc non potestis, nisi Euangeliis contradicere velitis, in quibus manifestè hoc legitur. Et numquid non creditis, quia & per eandem virtutem qua hoc miraculum fecit, potuisset & alios plures illis quinque millibus satiare, ex eisdem panibus? Dubium non est, quin potuisset. Plus enim panis erat in duodecim cophinis fragmentorum, quæ superauerant manducantibus, quàm fuisset primò in illis quinque panibus, antequàm eos distribuere cœpisset in turbas. Nam fortè in vno duodecim cophinorum, aut duobus, potuissent fuisse contenti panes illi, qui ab vno puero illic baiulabantur, Idcirco autem plus superesse voluit Dominus, quàm distributum fuisset, vt intelligerent, nondum ita coarctatam fuisse potentiam eius, quin adhuc ex eisdem panibus multo pluta millia satiare potuisset. Idipsum autem miraculum quod facit de quinque panibus, poterat sine dubio fecisse de vno; & non solùm de vno integro pane, sed & de buccella panis hoc facere potuit. Omni dubitatione remota credere possumus, quod eadem virtute qua potuit de nihilo facere omnia, posset & micam panis ita multiplicare, vt inde satiaret infinita millia hominum. Qua ergo ratione diffidere possumus, quod eadem virtute possit hoc miraculum facere de corpore suo, vt quotidie in Sactamento manducetur à multis in Ecclesia sua, & tamen nunquam manducando consumatur? Certè sicut olim Christus in cœna sua, inconsumpto & integro corpore, coram discipulis sedebat ea hora qua manducabant corpuscius, ipso dicente, *accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*: Sic & nunc eisdem horis eisdemque momentis, quibus per diuersos fines mundi in Ecclesiis manducatur corpus eius sedet inconsumpto corpore, ad dexteram Patris in cœlo.

26. Adducit paulo post Ecbertus, iudicium Catharorum de fide Catholicæ Ecclesiæ, circa tantam in hoc mysterio largitatem, & magnificentiam Christi. Eam illi fidem, fatuitatis magnæ damnabant, quæ tam potentiosam beneficentiam Christo affingeret. Quibus ille, reponendum à Christo docet verbum Patris familias, ad vnum è murmurantibus. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Idem reponere licebat, omnibus circa tantam Christi bonitatem incredulis, subiuncta illa Augustini contestatione in affini materia serm. 50. de diuers. *sub finem.* [Beatus qui tam bonum opus fecit, vt non crederetur.] Addamus nos quoque, Beatus qui tanta largitate in suos vsus est, vt ab insipientibus stultitiæ sit insimulata fides eius; vt à metientibus parcitate & angustiis suis diuinam liberalitatem, profusionis ac improuidæ prodigalitatis sit nutata. Nos è contrario, diuinam liberalitatem & munificentiam circa hoc donum, quibus possumus præconiis extollamus, veneremur, celebremus: quod fecit si rationum pondus ærendatur, sanè luculenter Turrect. tract. de Euchatist. conscripto in Concilio Basileensi c. 4. exponens secundum huius mysterij nomen, aut seriem potiùs numinum eius, in genere doni. Adscribo eius verba, plurimo pietatis succo refecta. Eucharistia [Nominatur *donum*, siue *munus*, inter alia & principaliter, quoniam in eo singulariter magnificentia diuinæ liberalitatis ostenditur. Magnificus certè est, qui tantum thesaurum dedit. Tantum enim in hoc dono dedit, quantum ipse in corpore, & anima, & diuinitate est. Et sicut dicitur Esther. 1 *largitus est munera iuxta magnificentiam principalem.* Principis enim fuit tam magnificum dare donum. Ante quidem multa dederat, sed parua respectu huius doni fuerunt. Date ergo, ô animæ deuotæ, magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera. Deuter. 33. Perfectum planè fuit opus donationis huius, quando nihil sibi priuatim retinuit, quod nun nobis donarit. Quod admirans B. Augustinus ait; Mira in hoc Sactamento, Patris apparet liberalitas, cui non sufficit quod semel nobis Filium in pretium dedit, sed nubis in Sacramento quotidiano exbibuit, vt tanto bono, nec in vita, nec in morte caremus. Profectò hoc est datum optimum, & donum perfectum, descendens à Patre luminum. O liberalitas omnipotentis Dei omni lande dignissima, omniqne gratiarum actione prosequenda. Sanè eleuata est magnificentia tua super cœlos, cum quicquid in cœlo est gratiæ & gloriæ, totum nobis sub hoc diuinissimo Sacramento donasti. Magna planè & sublimia sunt hæc munera. O fidelis anima, quid retribuendum censeas, pro tam magnificentissimo dono, largitori? Profectò non habes quid retribuas, nisi tantùm vt diligas; quoniam quod per amorem datum est, nec melius, ne decentiùs quam per dilectionem rependi potest.]

Debita Deo gratitudo pro hac liberalitate.

27. Indicebat repensionem pro hoc munere Deo faciendam, haud dissimilem S. Chrysostomus homil. 16. in Matth. Nam gratiarum actio quam vicissim exigit, non continetur nudo verborum officio, & inani pompa simulatæ gratitudinis, sed efficaci grati animi voluntate, quam sola dilectio, & quidem segnis aut languida, sed feruens ac flagrans, præstare non potest. Ait ergo Sanctus Chrysostomus [Deo semper gratias agamus. Est enim prorsus absurdum

absurdum, nos opere quidem ipso beneficijs eius quotidie perfruentes, gratias ei nec sermone persoluere; & hoc eum nobis tursum prosit, ipsa confessio. Neque enim ille alienius nostri eget, sed nos omnium quæ illius sont indigemus. Siquidem gratiarum actio, illi quidem nihil omnino addit, nos autem illi magis familiares facit. Nos enim hominum beneficia recordantes, vehementiùs eorum amore inecendimur: multo magis beneficiorum in nos Dei memores studiosiores erimus ad ipsius maodata seruanda. Ideireo Apostolus dixit, *& grati estote.* Optima quippè beneficiorum custos, est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quæ omni certè Ecclesiæ congregatione celebramus, *Eucharistia*, id est *gratiarum actio* nuncupantur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, capútque ipsum diuinæ erga nos charitatis ostenduut, nósque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere. Si enim Dominum ex Virgine esse natum, grande miraculum est, & Euangelista cum admiratione dicebat; Hoc autem totum factum, in quo tandem beneficiorum ponemus loco, illum mortuum esse pro nobis? Nam si illius tantummodò nasci, *totum* vocatur; iam & semetipsum nobis cibum date, & spirituales illas præbere epulas, quid voeandum est? Agnuus igitur ei iuges gratias.]

Nec ita multo post, vrgeus idem argumentum, ex granditate cuiuscunque diuini muneris, attenta donantis persona. [Tale (inquit) est, quicquid ille confert, vt dici non mereatur exiguum. Vt enim alia vniuersa præteream, quæ multitudine sua numerum exupetant arenarum, quidnam poterit ei quæ propter nos facta est, dispensationi præferri? Quod enim erat apud eum omnibus pretiosius, Vnigenitum pro nobis Filium dedit, & quidem cum adhuc essemus ipsius inimici. Nec dedit solùm, sed nostram illum fecit esse mensam, omnia faciens ipse pro uobis, & donando videlicet, & gratiarum actores ipsa donorum suorum vbertate faciendo. Quia enim in multis homo Deo existit ingratus, ipse vbique suscipit vicem nostram; & ea quæ ad nos pertinent, per diuitias suæ dispensationis operatur. Nam quod pro Iudæorum aliquando salute faciebat, temporibus, loeisque; ac festiuitatibus varijs in memoriam illos suorum beneficiorum reducens, id nunc equidem magno cum cumulo est operatus in nobis: ipso genere sacrificij, ad iugem nos pro beneficijs suis gratiarum incitans actionem.]

Et certum est, ex mente Christi, institutionem Eucharistiæ, per se primo spectare hanc actionem gratiarum, Deo exhibendam ab humano genere. Insinuare id visus est S. Augustinus Epist. 120. *in ipso fine*, cum dixit. [Omnis intentio gratiæ noui Testamenti qua sursum cor habemus, (quia omne darum optimum & omne donum perfectum desursom est,) id agit, ne simus ingrati; atque in ipsa gratiarum actione nihil aliud agitur, nisi vt qui gloriatur, in Domino glorietur.] Clariùs l. de Spiritu & litera cap. 11. ageos de pietate quam Græci θεοσέβειαν nominant. [Theosebia (inquit) si ad verbi otiginem Latinè expressam interpretaretur, Dei cultus dici poterat, qui in hoc maximè constitutus est, vt anima ei non sit ingrata. Vnde & in ipso verissimo & singulari sacrificio, Domino Deo nostro agere gratias admonemur.] Rursus l. 1. contra Adimantum cap. 18 eum monstrasset, sacrificium esse Dei solius proprium, quo Deus maximè honoratur, iuxta illud Psalmi 49. *sacrificium laudis honorificabit me*, subjungit. [Quod est autem sacratius laudis sacrificium, quam in actione gratiarum? Et vnde majores agendæ sunt Deo gratiæ, quàm pro ipsius gratia per IESVM CHRISTVM Dominum nostrum? Quod totum fideles in Ecclesiæ sacrificio sciunt, cuius vmbræ fuerunt omnia priorum genera sacrificiorum.] Perspicuè his locis (præter alia) D. Augustinus, statuit Eucharistiæ institutionem eò spectasse, vt haberemus vnde exolueremus Deo grates eondignas. Id quod Dauid Psalm. 115. prænunciasse videtur, eum pro agendis Deo gratijs, ad calicem salutaris confugit.

Manificentia Christi in Eucharistia.

Et verò Eucharistia aptissima est vt labem Ingratitudinis eius interuentu declinemus. Nam autore Seneca in opere de beneficijs, tria omnino exiguntur ac sufficiunt ad declinandam eam maculam. Nimirum primò, beneficij memoria. Secundo eius celebratio verbis facta. Tertio responsio aliqua per munera, com facultas suppetit. Hæc omnia insigniter concurrunt in Eucharistiam. Nam quod attinet ad memoriam diuinorum beneficiorum: hæc est esca timentibus data, vt sit memoria mirabilium quibus Deus nos affecit. S. Augustinus (vt infra in Onomastico annotabo,) dicta ideireo est *Sacramentum memoriæ.* Et à Dauide insignes huius Sacramenti effectus prouuneiante, signatim proponitur, quod ingeneret reminiscentiam hominibus ex se obliuiosis. Quod verò spectat ad verbalem beneficiorum Dei eelebrationem, D. Aug. locuples testis est, SS. Martyres liberam testimoniorum Dei eloeutionem ne essent Deo ingrati, hausisse ex quàm præclaro hoe caliee, faciente disertos; & ita nominatim philosophatur de S. Laurentio quem ea esea saginatum & eo calice ebrium, constantissimè ac liberrimè pro Deo stetisse statuit tract. 27. in Ioan. Ad extremum, habemus hîc munera longè pretiosissima & omnibus diuinia donis nos affecit, (si hæc ipsa seponamus,) infinitè præcellentiora, vt dieo in Onomastico V. *Dona*, & V. *Munera*, ac superiùs hoe capite. Itaque Eucharistia, admodùm apta est depellendæ nostræ erga Deum ingratitudini, & debitis gratijs exoluendis.

CAPVT V.

Humilitas Christi in mysterio Eucharistiæ, lucerna candelabri quinta.

1. EST semper & vbique Christus Dominus, vera & probatæ humilitatis exemplar, vt propterea seipsum in huius virtutis Magistrum & formam proposuerit; dicens, *discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Ipsum Christi Domini nomen, humilitatem insinuat, iuxta illud S. Augustini in Psal. 33. eone. 1. [In figura Christi Dauid, sicut Goliath in figura Diaboli; & quod Dauid prostrauit Goliam, Christus

Sect. III. Cap. V.

est qui occidit Diabolom. Quid est autem Christus qui Diabolum occidit? Humilitas occidit superbiam. Cum ergo Christum nominamus, fratres mei, maximè nobis humilitas commendatur. Viam enim nobis fecit per humilitatem, quia per superbiam receſſeramus à Deo. Redire ad eum nisi per humilitatem non poteramus, & quem nobis præponeremus ad imitandum, non habebamus. Omnis enim mortalitas hominum, superbia tumuerat. Et si existerer aliquis humilis vir in Spiritu, sicut erant Prophetæ, & Patriarchæ, dedignabatur genus humanum, imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari humilem hominem, Deus factus est humilis: vt vel sic, superbia generis humani non dedignaretur sequi vestigia Dei.]

Christi humilitas, in Eucharistia præcellens.

2. Tale quidem humilitatis exemplar vniuersa Christi vita præfert, & omnia eius mysteria commonstrant. Tamen splendidissimè humilitatem exhibuit, & à se discì voluit in Eucharistiæ mysterio, vt ibidem consequenter monstrat S. August. versans Psalmi illius 33. titulum, in quo de Dauide apud Achis insaniam simulante dicitur, *mutauit vultum suum.* Eam vultus mutationem, per operimenta ac veluti personam specierum factam, confirmat S. Augustinus; & denique concludit. [Ergo mutauit nescio quis, vultum suum. Quis est iste? Nescio quis non sit, & scio quis Notus est enim Dominus noster IESVS CHRISTVS. In corpore & sanguine suo, voluit esse salutem nostram. Vnde autem commendauit corpus & sanguinem suum? De humilitate sua. Nisi enim esset humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Respice altitudinem ipsius. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus sempiternus; sed manducant Angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cœlestes spiritus, & manducant & saginantur: & integrum manet quod eas satiat & lætificat. Quis autem homo, posset ad illum cibum? Vnde cor iam idoneum illi cibo? Oportebat ergo vt mensa illa lacteſceret, & ad paruulos peruenirer. Vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuertitur, nisi per carnem trajiciatur? Nam mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans. Sed quia minùs idoneus est infans qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat: & per humilitatem mammillæ, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Quomodò ergo de ipso pane paoir nos sapieona Dei? Quia Verbum caro factum est, & habitauit in nubis. Videte ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo: vt scriptum est, *panem cæli dedit eis; panem Angelorum manducauit homo*; id est Verbum illud quo pascuntur Angeli, sempiternum, quod est æquale Patri, manducauit homo; quia cum in forma Dei esset, non rapioam atbitratus est, esse se æqualem Deo. Saginantur ergo illo Angeli. Sed semetipsum exinaniuit, vt manducarer panem Angelorum homo, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factos, & habito inoentus vt homo: humiliauit se, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, vt iam de cruce commendaretur nobis caro & sanguis Domini, nouum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram Abimelech, id est coram regno Patris.] Contraxit Augustinum Prosper 1. p. de Promiss. cap. 25. & benè Arnoldus Bonæ vallis, ad illud Christi verbum, *Sitio*. Diffudit hîc Augustinum Hincmarus Opusc. 1. §. 12.

3. Non est porrò quod quis arbitretur, orationem D. Augustini propositam, pertinere dumtaxat ad nudum Incarnationis mysterium; cuius interuentu, verum est prouisum esse fidelibus cibum quo animam saginent. Sed non excluſa ea cibatione, agebat præcipuè D. Augustinus, de saginatione fidelis animæ per Dominici corporis lac rationabile, quod est nomen Eucharistiæ apud S. Petrum. Eúmque fuisse B. Augustini scopum, intelligimus ex eo quod continenter, totam illam personati Dauidis vultum suum operientis historiam, latè ad Christum in Eucharistia accommodat: vt ostendat hoc esse mysterium, in quo Christus maximè manifestauit suam humilitatem. Quinetiam confitetur, nulla alia ratione posse intelligi, quod in eadem historia habetur de Dauide gestato in manibus suis. [Hoc verò (inquit) fratres quomodò posset fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portetur in manibus suis? Manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portator. Quomodò intelligatur in ipso Dauid secundùm literam, non inuenimus: in Christo autem inuenimus. Ferebatur enim Christus in manibus suis. quando commendans ipsum corpus suum, ait *Hoc est corpus meum.* Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Ipsa est humilitas Domini nostri IESV CHRISTI, ipsa multùm commendatur hominibus. Ad ipsam nos horratur fratres, vt viuamus id est humilitatem eius imitemur, vt percutiamus Goliam, & reoentes Christum, vincamus superbiam. Procidebat enim ad ostium portæ. Quid est *procidebat*? Ad humilitatem se ipsum deijciebat.] Vides ergo D. Augustinum vix aliud in Eucharistiæ mysterio æquè suspicere, ac Christi Domini humilitatem. Nam præteriens sapientiam, omnipotentiam, liberalitatem, amorem; docet mysterium corporis & sanguinis Domini, de eius humilitate commendari. Quæ verba, & bonam eiusdem loci partem, iterat serm. 127. de temp. Nec aliud voluit serm. 44. de diuers. cap. 32. cum vocauit Eucharistiam, *mysterium humilitatis Domini.* Hoc dupliciter illustrare possumus. Nempè & absolutè monstrando, humilitatem Christi fuisse in hoc mysterio summam; & idem comparatioè ostendendo, facta contentione huius mysterij, cum reliquis in quibus humilitas supra communem motem excelluisse existimatur.

Primarius humilitatis actus, subjectio summa ad Deum, quàm eximius in Eucharistiæ sacrificio.

4. Absolutè summam Christi in Eucharistia humilitatem, vtcunque dignoscere licebit, si consideratiooem defigamus in naturam & actus humilitatis genuinæ, dimissa ementita & adulterina, cuius facies multis imponit. Qua de re cum plenè & ex instituto disputatum si tractando

do

do de hac virtute l. 6. de Virtut. c. 16. cap. a. breuiter nunc dico, germanissimum humilitatis Christianæ actum esse, quo homo ex notitia sui nihil, & perfectissimæ dependentiæ quàm habet à Deo quoad omne bonum, subijcit se Deo, dicens ex animo, *Nónne Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum.* Hoc perinde est, ac si dicatur: Totum esse naturæ & gratiæ quod in me est; quod subsisto, quod viuo, quod boni quippiam operor, ab ipso est; à me autem, habeo & facio nihil. Nullum inquam bonæ frugis genus, è meo solo, spectata arte & virtute mihi natiua progerminat, tametsi ferax sum defectuum & peccatorum, veluti lapparum & tributorum: quæ mala gemina, citra culturam omnem in sylnescente agro exoriri contingit. Itaque dignum & iustum est deijci præ tanta maiestate, quæ mihi fons est omnis boni. Ei soli pro omnibus ad me attinentibus, deberi honor & gloria, mihi autem pro tot defectibus & boni oblæsionibus, confusio & confusio faciel. Hic est fundamentarius humilitatis actus, cui vt consentanea ornamenta, adjunguntur, accessorij plerique actus minutiores, eam sui ex seipso spectati despectionem testantes. Sed fundamentum & veluti hypostasis solidæ humilitatis, in ea hominis reruisione in sunm nihilum, & compressione Spirituum, præ tenuitate & egestate sua, non perfunctoriè, sed accuratè æstimata consistit.

5. Ex hac rudi notione fundamentarij ac substantialis actus humilitatis, perspicuum esse potest, quantoperè fulgeat humilitas Christi in mysterio Eucharistiæ. Nam dejectio illa hominis, suam præ Deo exiguitatem, imo nihilum, si ex se spectetur, atque adeò plenam suam à Deo dependentiam contestantis; valdè connaturaliter affectatur sacrificium, quod est actus supremi cultus exhibiti Deo, tanquam vitæ & mortis autori, primoque rerum omnium principio. Idque vt contestetur qui sacrificat, rem sacrificatam, vel destruit, vel notabiliter immutat ad honorem Dei; cui gloriosissimum est talem agnosci, & sub eo respectu honorari à mortalibus. Ipse verò sacrificans, inter sic honorandum Deum per actum religionis supremum, siue sacrificium, admiscer actum despicientiæ sui præ Deo, & retrusionis in suum nihilum, volens destrui & non esse si licitè posset, vt appareat quid sit præ Deo: saltémque quod ei est innoxium, id monstrans in victima, cui in eum finem eripit esse: qui est actus humilitatis, concomitanter adjunctus actui Religionis. In Eucharistia, ergo, omnia ista plenè ac exactè præstantur. Nam & ipsa Eucharistiæ confectio sacrificium est, in quo res creata ad honorem Dei exhibetur destructa.

Hinc non intelligo de substantijs panis & vini, quæ ita perfectè destruuntur vt nusquam alibi talis destructio cernatur: cum etiam quoad materiam euanescant. Neque tamen (vt dixi,) eam destructionem spectat, sed destructionem victimæ oblatæ, quæ certè in sacrificio Christiano non est panis & vinum. [Nam pro quota suorum parte beneficiorum, gratias ageret Ecclesia, creatori, saluatori, & illuminatori suo, si nihil aliud ei quàm panem & vinum offerret!] ait Rupertus l. 2. de Offic. cap. 2. Victima ergo sacrificij nostri, etiam iuctuenti, Christus est: panis autem & vini substantiæ, destruuntur vt seruiant mysterio; neque vel ipsæ vel earum species ad rem oblatam pertinent partialiter, vel eam integraur; quasi coalescat ex illis substantijs & Christo, eodem ferè modo quo Sacramentum Eucharistiæ, iuxta pletósque DD. coalescit ex Christo ac speciebus Sacramentalibus. Quorum modorum altero, substantias panis & vini vel earum species, ad materiam Christiani sacrificij incruenti, siue ad rem in eo immolatam, pertinere volunt Bellarminus l. 1. de Missa cap. 27. propos. 5. & Suares tom. 3. 3. p. d. 75. s. 1. concluf. 4. At si ita esset, res oblata in sacrificio crucis, non esset eadem cum re oblata in sacrificio altaris: quæ tamen est manifesta Concilij Tridentini doctrina sess. 22. cap. 2. Item Patres semper dicunt, in altari immolari & sacrificari Christum: nunquam autem dicunt sacrificari panem & vinum, vel eorum species. Dicuntur quidem hæ substantiæ offerti ante sacrificium, sed ea oblatio non est immolatio vel sacrificium, sed præsentatio dumtaxat, ad inseruiendum mysterio. Per modum autem rei oblatæ, id est immolatæ, ne ex parte quidem interueniunt panis & vinum, vel eorum exuuiæ accidentariæ, vt rectè tradunt Alan. l. de Sacrif. cap. 19. & Ægid. 3. p. q. 83. n. 77. Christus verò est, qui habet rationem victimæ in sacrificio nostro. Quanquam nobis quidem, ad rem præsentem sat esset, quod Christus verè in hoc sactificio immoletur & sacrificetur, etiamsi præter eum insuper aliquid aliud sacrificaretur. At Christum ipsum in altari sacrificati, adeò certum est, vt S. Anselmus l. de Sacram. Altar. p. 1. contestetur, Id nugari non posse absque hæresi Capharnaitarum.

Humilitas Christi in Eucharistia.

Christus igitur Pascha nostrum; seu victima nostra Paschalis, à seipso vt à principali Sacerdote, interuentu Ministri ad id initiati, interposito pane & vino, sacrificat seipsum in altari; mactarúsque gladio verbi exhibetur, quatenus per geminam consectationem, hinc corpus seorsim à sanguine, inde sanguis seorsim à corpore, exhiberur: quod spectata præcisè vi verborum, & nisi Deus per accidens nona ac peculiari actione concomitante obstarer, sufficeret ad Christum, ibi in statu occisi sistendum. Eam etgo sui virtualem destructionem, quæ vi eius quod actu & formaliter ponitur, esset collocatio in statu interfecti, nisi Deus per aliam actionem concomitantet intetpositam obstaret, Christus ipse tanquam principalis causa, & primarius offetens, ad nutum Sacerdotis tarquam causæ moralis, physicè exequiter in honorem Dei; cui illud totum opus consectat & offert, adjuncta sui præ Deo cui omnes res suas acceptas defert, vilipensione ac dejectione.

Ac etiam in Sacramento.

6. Quod dixi de Sacrificio Christiano, dicendum proportione est de Sacramento ei connexo. Nam per Sacramentum, qui est effectus sacrificij, & geminatum est, hoc est sub duplici specie, idem enm sacrificio in facto esse; Christus permanenter ac stabiliter in facto esse statuitur vt occisus & mortuus in altari, quantum

Sect. III. Cap. V.

tum est ex vi verborum moraliter cadentium in species, quamdiu perstant incorruptæ. Fides enim Catholica, contra delirium quotundam Sectariorum, docet tamdiu Christum perseuerare in statu quem accepit vi sacrificij, atque adeò statu mactati & occisi, quandiu species perstant integræ, ita vt moraliter adhuc afficiantur à verbis consecrationis, eo quod illud ipsum quod demonstratum est pronomine demonstratiuo hoc, cum ptolata est forma, perseueret quale tunc fuit, nec subierit mutationem notabilem, quæ substantiæ panis corruptionem causaret, si adesset; nec per aduentum Christi sub specie, essei expulsa. Sanè Sacramentum Eucharistiæ non consistit io vsu, sicut cætera: quia in formis eotum essentialibus includitur exercitium alicuius actionis, in qua formaliter consistit iale Sacramentum, vt cum dicitur, *ego te baptizo*; *Ego te consigno*; *per istam sacram vnctionem*, &c. Forma verò Euchatistiæ, seu verba quibus conficitur, nullum talem vsum indicant; sed tantùm absolutè ferunt; Christi præsentiam ab omni vsu independentem. Multi sunt in hoc Catholico dogmate euincendo, Sanctesius repetit 4. cap. 12. Espencæus toto lib. 1. de Adorat. Euchar. Bellarmio. l. 4. de Euchat. per quinque ptima capita, & Valentia 3. part. d. 6. quæst. 1. punct. 3. Vel ipsum *tabernaculi* seu *pastophorij* nomen, ad vsum asseruandi Eucharistiam, confirmat abundè quod dico. De multiplici vase & modo eam asseruandi, consulendus Durantus l. 1. de Ritibus cap. 16. Vvalterus cœna 3. cap. 23. ac Scortia l. 4. de Missa cap. 29. Ad eum itaque modum, Christus sub speciebus perseuerans quamdiu ipsæ species durant incorruptæ, est in perpetuo statu mortui, quantum est ex vi verborum: eúmque statum Christus sibi infert vt principalis causa, in honorem Dei; & ipsius Christi præ Deo deiectiunem. Objcitur enim vt destructus, & redactus in nihilum, (spectata efficacitate veritari verborum præcisè respondente,) vt possit Dei honotem promouere, se autem deijcere, & Deo ad veiitatem dicere, *substantia mea tanquam nihilum ante te.*

Eucharistia, Dei gloria.

7. Hinc eruendum est, cur S. Ignatius Epist. ad Ephes. Eucharistiam vocauerit *gloriam Dei.* [Date operam, (inquit) vt crebriùs congregemini ad Eucharistiam, & gloriam Dei.] eodémque spectauit, quod Christus in postrema cœna, post institutam Eucharistiam, dixit: *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* Nihil enim potuit Christo accidere glorioſius, quàm ita destrui in Dei honorem: & nihil etiam potuit Dei accidere glorioſius, quàm talis tanque nobilis hostiæ immolatioue, coli à Christo, Sacerdote in æreruum, & ab eius administris. Disserit plenè pro ea loci propositi interpretatione, Turrianus l. 1. de Euchar. cap. 7. Accipiens quoque in eundem sensum, illa alia Christi verba Ioan. 17. *Et ego claritatem*, siue gloriam, *quam dedisti mihi, dedi eis vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus; ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum*: quod per Eucharistiæ perceptionem fieri, iu coofesso est. Ad eum locum Toletus annot. 15. hanc ipsam interpretatiouem, de gloria seu claritate per datam Eucharistiam tributa, amplectitur: & adducit pro ea S. Hilarium 8. de Trin. & S. Cyrillum l. iu Ioan. cap. 26. Idem habet. S. Aug. tract. 63. iu Ioan. Ad illam ipsam claritatem seu glorificationem cap. 17. Ioannis memoratam, Turrianus l. 2. de Euchar. cap. 31. refert locum ex cap. 24. Esaiæ, quo Propheta denunciat, Deum ad Christi aduentum esse iuductutum potentem manum suam, super omuem ornatum cœli, hoc est super astra quæ Gentes in Deos eucxerant: futurúmque vt Sol & Luna erubescerent ac confundetentur, (quod Metonymicè dictum est de Solis ac Lunæ cultoribus,) Christum autem regnaturum in Ecclesia; & glorificandum in conspectu Presbyterorum. Hoc maximè propriè, verum comprobatur in Eucharistia, iu qua Deus elatus & glorioſus coadit in conspectu maximè Ptesbyterorum, quorum sacra operatione iuxta S. Dyonisium, glorificatur Deus. Tanti portò fecit Prophera hoc diuinum beneficium; & inde consequentem Dei gloriam, vt statim accidens Deo, exclamet, laudem se illi ac gloriam impensurum, eo quod fecerit res admirabiles, cogitationes antiquas, fideles, Amen. Nempè quod euerso Satanæ imperio, exirpata Idololatria, homines fideles potaturi essent in lætitia vinum, in monte sancto Ecclesiæ, quod de vino Eucharistico exponit ibi S. Cyrillus. & Eusebius l. 1. de Demonstr. cap. vltimo. Itaque perspicuum videtur, destructionem Christi per sactificium, (destruitur enim quantum esset ex vi verborum,) cedere in summum Dei honorem, eiúsque supremum coltum in Spiritu & veritate: ita vt quantum Christus hîc deijcitur, depteſſua vsque ad nihilum, tantumdem extollatur Deus: qui est scopus in quem vera & solida Christiana humilitas collimat.

Et Christi, in Dei honorem, exinanitio.

8. Existimarim baud inuerisimile, hiuc repetendam esse causam germanam, cur mysterium Eucharistiæ, à quibusdam Patribus donatum sit *exinanitionis* nomine. Nimirum quia continet destructionem Christi ad Dei gloriam, quantum est ex vi verborum. Vocaui præter cæteros Eucharistiam eo nomine Sanct. Dyonisius Alexandrinus in illa Epistola ad Paulum Samosatenum, quam S. Hieronymus nominauit *admirabilium.* Ibi S. Dyonisius ad 7. Samosateni quæstioocm, locum Apostoli Philipp. 2. quo Christi exinanitio memoratur, accommodat ad Eucharistiam; præfatus Apostoli eo loco consilium esse, infigere fidelibus studium humilitatis, propositro duplici insigni actu bumiliiatis Christi. Priotem vocat exinanitionem, quæ Eucharistiam spectat. Apostolus ergo, iuxta S. Dyonisium Alexandrinum, præfatus Christum esse Deum Patri æqualem; qui proinde adactus noo fuerit ad comparandum cœleste regnum per violentiam naturæ corruptæ illatam; siue vt Christus ipse Matth. 11. loquitur *per rapinam*, citra quam violentiam & rapinam Rex cœlestis erat, æqualis Patri. Hæc inquam præfatus Apostolus, subdit, Christum quamuis tantus esset, tamen seipsium exinaniisse, quod quid sit, ita expooit S. Dyonisius Alexandrinus. [Quamobiem & mysterium

rium illud inenarrabile, sic ab ipso vocatur, nouum Testamentum Dei, dare seipsum nobis in mystica cœna, non sicut illi olim secundùm legem Sacerdotij Aaronis, carnes animantium ratione carentium super altare imponebant. Et scribit Moyses inquiens, *carnes sanctæ erunt super altare, & comedet populus: & omnis quicunque tetigerit ex eis, immundus, peribit.* Nunc autem non sic, sed ipse Dominus & Deus Israël, Saluator noster, ait, *qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Deus igitur qui habitat in nobis, secundùm Testamentum quod disposuit nobiscum dicens, *Accipite & diuidite inter vos; Hoc nouum Testamentum est, hoc facite*, &c. Hæc est exinanitio Dei facta ad vsum nostrum, vt possimus capere eum. Hoc enim mysterium pertimescendum dicit S. Apostolus, quod seipsum exinaniuit; Non relicto Patre, in nobis habitauit; Apage. Imo ipsius verba afferam eum dicit; *Ego & Pater, veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus*, et edentem in me, & sicut ipse ait. Videre quanta diligentia vtitur Doctor veritatis, vas electionis. *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus* Exinaniri voeat Apostolus, vt ante dixi, capi à nobis mysterium vitæ, per manus eius inconraminatas, & incorruptibiles, & diuinas, vt possimus qui sumus fideles eius, capere eum, & fieri mansio eius, accipientes eum totum.] Non potetat Dyonisius Alexandrinus, signantioribus & expressiotibus verbis aperite quod dixi, de exinanitione Christi cum per ineffabilem humilitatem eò se demisit, vt subiret stomachos nostros, & caperetur à nobis.

9. Nolo præterire quæ ibi continenter subdit, de typo sactificeij & Sacramenti Euchatistici; eum vt extra omne dubium sit, verbis proximè adscriptis, sermonem S. Dyonisio fuisse de Eucharistia; tum vt liquidissimè confirmetur, Eucharistiam (quicquid sit de mente Apostoli illo eius loco quem S. Dyonisius versat,) tamen de ipsius S. Dyonisij sententia, esse Christi exinanitionem. Subdit ergo S. Dyonisius, [Atque hoc quidem erat, quod olim à Moyse prædelineatum fuit; in agno sine macula, & anoiculo, quem mactatum vniuersa synagoga filiorum Israël comedebat, quando Pascha celebrabant. Iubebantur agni carnes assas igni, & caput cum pedibus & intestinis festinanter comedere. Verùm illi non potetaot caput cum pedibus edere. Quomodò enim caput agni eum pedibus io Pascha edi poterat, eum lex Iudæis iuberet, non frangere os ex eo? Illis quidem prohibebatur hoc, propter crudelitatem? & duritiam cordis. Siquidem non permittebatur illis vel totum animal comedere, Veruntamen qui se exinaniuit CHRISTVS IESVS, habēs in seipso caput Patrē, (caput enim Christi est Deus,) fecit potentiam in brachio suo, & exaltauit humiles, vt ipsi capiant altissimum, & habiter in nobis propter suam in homines charitatem, & bonitatem qua dilexit nos. Hæc est exinanitio dexteræ excelsi. Itaque exinanitio non mutationem ipsius significat; Absit hoc: sed per exinanitionem eius quam nobis donauit, qui seipsum exinaninit, Spiritus sanctus super omnem carnem se effundens, manet plenus, & sanguis sanctus & viuificus effusus ex profundo latere diuino, manet item plenus: qui seipsum exinaniuit IESVS CHRISTVS, qui incorruptibilem, & viuum, ac vitæ datorem sanguinem suum in nos effudit.] *Humilitas Christi in Eucharistia.*

10. Pergit eminenter S. Dyonisius ad reliqua Apostoli eodem loco verba, quibus adjuncta exinanitionis propositæ contineri existimat; cuiusmodi sunt accepisse formam serui, & factum esse in similitudinem hominum, & habitu inuentum esse vt hominem. Non refert ista S. Dyonisius, eum vulgari sententia, ad susceptionem carnis nostræ per Verbum; sed ad susceptionem lintei quo Christus præcinctus est, vt habitu serui, & in externam formam serui compositus, lauaret pedes discipulorum, factus ea ratione in similitudinem hominum, non qualiumcunque, sed seruorum. Verè enim Christus in eo facto, accepit externam serui formam; & habitu tali, inuentus est, quali amicitur homo, cuius est seruire. Hæc est Dyonisij Alexandrini de adjunctis exinanitionis ab Apostolo celebratæ sententia; pro qua nonnullos præterea Patres repræsentant, Velasques & Iustinianus ibi, & planè consentit Turrecremata tract. de Euchat. cap. 1. *citra quintam causam.* Præclaram eiusdem expositionis cephtalim, dabit Turrianus in Notis ad eam S. Dyonisij Epistolam. Scio eam expositionem reijci à S. Chrysost., hom. 7. in ad Philipp. tanquam Marcionitarum & Pauli Samosatcui propriam: Et quia sicut illud *cum in Dei forma esset*, citra vllum dubium notat diuinam Christi substantiam, ita illud quod mox subnectitur, *formam serui accipiens*, debet ad humanam eius substantiam pertinere. Verùm quod hæc expositio ab Hæreticis sit tradita, si aliunde nihil absurdi contineat, non est ideireo repudianda. Quod enim Rusticus contra Acephalos rectè contestatus est, si iacenda essent vel auferenda omnia quæ ab Hæreticis vsurpantur, nihil nobis esset reliquum quod profiteremur: & præ omnibus auferrentur Scripturæ diuinæ, quæ ferè cesserunt prædationi Hæreticorum. Non dissimilia Tertullianus lib. contra Prax. cap. 8. nec malè etiam Ferrandus Epist. 1. ad Anatol. agens de ea propositione, *Vnus de Trinitate passus est*; quam aliqui idcirco pronunciabant hæreticam, quod esset ab Eutychetis Apocrisario prolata. Item quod forma Dei apud Apostolum, sit diuina substantia, negari non potest. At de forma serui, aliud statuere potuit sanctus Dyonisius: quia pro forma serui potest aliud quippiam occurrere quod sit extra hominis substantiam; quod de forma Dei, dici non potest. Quare expositio loci Pauli à Dyonisio Alexandrino tradita, tametsi minùs receepta, nihil continet vel errorem sapiens, vel improbabilitatis insimulandum. Esto improbatus sit, sensus peruersus atque blasphemus Marcionitarum & Pauli Samosateni: quorum illi detorquebant locum Apostoli ad affigendam Christo humanitatem, tantùm similitudinariam; iste verò colligebat, Christum latuisse pedes vt prorum hominem, abrogata ei diuinitate. Merito S. Chrysostom. vtrumque hunc verborum Apostoli sensum, vt blasphemum explosit, non autem sensum quem eis S. Dyonisius Alexandrinus subjecit. Cum quo verisimiliter censeri potest, Apostolum ad profundissimam Christi demissionem quæ in Eucharistia eiúsque adjunctis prodita est, intento digito, pronunciasse, fideles sensa Christi induentes debere humilitatem consectari, exemplo

Sect. III. Cap. V.

exemplo Christi: qui tantus cum esset, & verus Dei Filius audiret, ad extremâ vitam deueniens, semetipsum in Eucharistia exinaniuit atque destruxit, quantum est ex vi verborum. Confectam verò Eucharistiam sua manu distribuit, eum sd prolndendum tantæ demissioni, formam seruilem sccepisset, & in seruorum hominum similitudinem, ad abluendos suorum pedes, seruili habitu ac cinctorio ptæcinctus descendisset. Quidquid verò sit de genuino Apostoli sensu; quod dixit de exinanitione Christi in Euchatistia, ac susceptа hominis setui similitudine, & hsbitu, in procinctu ad eam instituendam; est de mente S. Dyonisij Alexandrini, loco allegato. Æque S. Methodius in sympostо, agnoscit Eucharistiam esse Chri'sti exinanitionem. Negat enim Christianos plena Dei beneficentia potiri posse, nisi [propter ipsos Chtistus seipsum exinaniens, vt capi possit, rutsus secundùm commemotationem passionis, κατα ἀναχωρησιν τῦ πάθυς patiatur descendens è cœlo, & suæ vxori adhæteseeus, præbeat se, vt ex ipsius latere virtus hauriatur: vt in eo cteseant quieuuque in eo ædificati sunt, qui sunt per lauacrum tegenetattonis geniti.]

Præcellentia primarij actus humilitatis in Eucharistia, concluditur, Minutiores attinguntur.

11. Habemus ergo in Eucharistia, actum humilitatis veluti substantialis ac primariæ à Chtisto elicitũ, in exinanitione sui quæ adamata subjectione, & dependentiæ profession confinetur. Itaque Verbum diuinum, proprie loquendo; cum mastucam carnis nostræ iuduit, non est homiliatum. Christus verò, in momento Incarnationis quo stupendum illud mystetium peractum est, & Christo collatum esse, potuit quidem operari vt homo, & elicere actus subjectionis ad Deum pro esse collato, sicut teuera fecit: Tamen sctus illi supponebant esse humanum. Verbo conjunctum priùs natura quàm ij actus ptosunderentur. Atque adeò in Chtisti fabricatione, & in substantia mysterij Ineatnationis, nullus interuenit humilitatis actus, sed tantùm post eam saltem priùs natuta peractam. In mystetio autem Euchatistiæ, quoad eius substantiam, & intima eius penetralia, haber loeum humilitas Christi perfectissima, vt proximè tractatum est.

12. Iam humilitas à Christo prodita, in actu quo priùs natura eteatus, adamauit objectionem status diuino opificio collati, & earnis humanæ; luti inquam nostri adjunctionem ad Dei Verbum; cúmque posset titulo illius adjunctionis & adeò actæ necessitudinis ab ea humanitate, eum Deo [initæ, deposcere ei etiam quoad corpus & externa quæque splendorem omnem ac gloriam qua sublimissimi quique mortalium tutilant; præoptauit tamen obscutitatem & demissionem, quoad illa omnia quæ fastus humanus deperit; est teueta humilitas insignis, eámque S. Chtysostomus orat. de S. Philogonio, antetulit demissioni exhibitæ in cruce; quod longè remotior esset à vilitate & abjectione Deus cum è sinu Patris ad nostram carnem se demisit, quàm cum iampridem factus homo, sustinuit cruci suffigi. Non desiderabimus tamen eam Christi humilitatem in Euchatistia, si S. Franciscum audiamus, admonitione ad omnes Fratres cap. 1. [Ecce (inquit,) quotidie humiliat se, sicut quando à regalibus sedibus, venit ad vtetum Virginis. Quotidie venit ad nos, ipse humilis apparens: quotidie descendit de sinu summi Patris super altare, in manibus Sacerdotis. Et sicut sanctis Apostolis appatuit in veta carne, ita & modò se nobis ostendit in sacro pane. Et sicut ipsi intuitu carnis suæ, tantùm eius carnem videbant, sed ipsum Dominum Deum esse eredebant, oculis spititualibus contemplantes: sic & nos panem & vinum oculis corpoteis videamus, & credamus firmiter, sanctissimum eius corpus, & sanguinem vinum esse & vetum. Et tali modo semper est Dominus eum fidelibus suis, sicut ipse dixit, *Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi.*] Græci, vt eam Christi è Virgine surmati, & lutum nostrum sibi gratulantis, analogism cum Euchatistiæ mysterio patefacerent; iubebant, Diaconum cum dissecaret panem consecrandum è pane benedicto, Virginem Matrem exhibente, imitari Gabtielem Incarnationis paranymphum: quod his verbis docet S. Germanus in terum Eccles. Theoria. [Oblatio quæ & *panis & benedictio & primitia* dicitur, ex qua Domin. corpus dissecatur, ad typum semper Virgin. & Deip. sumitur, quæ secundum beneplacitum Patris, & voluntatem Filij sui, & verbi, & aduentum diuini Spirit. vnum sanctæ Trinitatis Filium Dei, & Verbum, respiciens in se, perfectum Deum & perfectum hominem peperit. Vt autem rutsus superbstantialis Deus, carne ex ea assumpta in vna hypostasi, perfectus erat Deus & homo, similis nobis, absque peccato: ita & Dominicum corpus, tanquam ex quodam vteto & carne corporis virginalis, toto pane inquam benedictionis & oblationis, à Diacono (vt magna Ecclesia à maioribus acceepit,) dissecatur ferro quodam, quod *lanceam* appellant, tametsi nondum tempus eius est, & ita peculiati quadam hypostasi, ex medio eius aufertur.] &c. [Ipse verò qui diuinum corpus diuidit Diaconus, à benedictione, Angelum imitatur qui Virgini *Ave* annuneiauit.]

13. Non est sistendum in hac corteſpondentia, humilitatis in Euchatistis exprompta, & eius quæ sub Incarnationem, à Chri'sto priùs natuta fotmato exhibita est. Et quandoquidem seponenda est, (vt præmisi,) Incatnationis substantia, in qua nullus veræ humiliati fuit locus, adjunctorum Incarnationis; & adjunctorum status Sacramentalis, quoad matetiam, & argumenta exetcendæ humilitatis, nulla propè esse debet compatatio. Quamuis enim Fulbertus epistola 1. *sub finem*, existimare videtur, has *virgines creaturas*, (ita enim vocat panis & vini exuuias,) non minùs dignas fuisse quibus Verbum infunderetur, quàm sactosancta Virginis viscera; tamen renera nulla est inter hæc exttema, propottio. Viscera quippè Deipatæ erant tabernaculum Dei animatum, & gratiosissima fauissa gazarum omnium cœlestium; ita vt Patres nunquam sint saturi laudum quibus exornat benedictũ Virginis vterum. Appendo permultos, tractans circunstantiam loci conceptionis Christi. At species Sacramẽtales, nec sunt partes

corporis

corporis animati, Dei amicitiam terminantis; nec sunt capaces gratiæ & cœlestis benedictionis inhærentis; siue in seipsis, siue in comparte aliqua sua. Sunt enim meta accidentia materialia. Itaque supra omnem æstimationem dignior est augustissimus Virginis uterus, quàm species panis & vini, quæ sunt tantùm minutalia accidentalium entitatum. Vnde si Ecclesia, santa verborum emphasi adhibua, demitatur quod Christus non horruerit Virginis uterum, pattem scilicet othis vniuersi nitentissimam atque sanctissimam; nescio quibus verbis expetsuti simus, demissionem qua Christus ad Deum honotandum, nósque cibandos, subire voluit species Sacramentales, & sub eis delitescere. S. Franciscus epist. 12. quæ est ad sui Ordinis Sacerdotes, non se continet, quominùs hîc exclamet. [Totus homo paueat, totus mundus contremiscat, & cœlum exultet; quando super altare, in manibus Sacerdotis est Christus Filius Dei viui. O admiranda altitudo! ô superna dignatio! ô sublimitas humilis, quod Domious vniuetsitatis, Deus & Dei Filius, tic se humiliat; vt pro nostra salute, sub modica panis fotmula, se abscondat. Videte Fratres, humilitatem Dei, & effundite cotam illo corda vestra, & humiliamini, vt & vos exaltemini ab eo.] Nec minus contentè S. Cyrillus Alex. serm. de cœna Dom. & pedum lauatione, ad hanc tantam (vt appellat) Dei condescensionem συγκατάβασιν, conclamat dum per vomitum perceptam Euchatistiam eiecit, specie infantuli, vt constaret Christum supetesse; id quod multa miracula ibidem consecute comptobaruot, & templum in loco extructum, rei gestæ atteſtatur. Apud Muse. 30. Limonarij, eiecta per vomitum violenter causatum Eucharistia, insigni miraculo est illustrata, & per coruscationem enatam assumpta.

13. Extat in hanc rem exemplum planè extraordinatium in vita S. Hugonis Cluniacensis, de Coderanno, ex Monacho S. Remigij, discipulo primùm B. Hugonis Cluniaci, tum Abbate Malliacensi; tandémque Episcopo Xantonensi. Adstabat Goderannus S. Hugoni, cum Sactam Eucharistiam homini leptoso porrigeret, cui labia fœdè tumebant, & os palatúmque intrinsecùs, horreodum carcinoma erat, tabo fluente, semestsque & carnibus & ossibus fœtentissimum. Ex ore, de reliqui corporis habitu tetertimo cõtectura facilè fiat. Perceptam diuinam escam Leprosus improuidè glutiens, patte traiecta, partem adhuc conuoluens dentibus ac lingua, portiunculam eius quod in ore residuum erat, inter colluctaodum vt traijcerer, proiecit enm spuma horribili; & consequente nausea, quod iam hauserat, misetè euomuit. Aderat (vt dixi) Goderannus, qui periculum inceuerentiæ etga species factas, & abditum sub eis Christum extimescens, priusquàm quicquam ex ore effunderetur, ambas manus suppostuit, & commistum horrendæ illuuiei ac tetro vomitui, cotpus Christi excepit cauis manibus. Tum magnaminitate quantam vix alibi maiorem aut patem sit uotare, exrementum illud oris & stomachi leptosi, saliuis, spumisque, & multis egestæ simulbilis ac sanioſæ sputeitiæ frustulis horribiliter commistum, teiorbuit intrepidus; tanta B. Hugonis admiratione, vt non dubitatet dicere, S. Laurentij craticulum videri sibi eo Goderanni tormento tolerabiliorem. Quod tanti animi exemplum, frustta edidisset discipulus, commendassétque Magister; nisi vomitu non ita multùm à perceptione emissum, continete Christi cotpus existimassent. Idem argumentum duci potest ex gemino facto Iulij Maocinelli ex Societate Iesv, viri planè Apostolici, & omnium virtutum decote clari. Nam vt tecitat Philippus Alegambe in Societatis Bibliotheca V. *Iulius Mancinellus*, cum ægto adesset, ipsque oauscando diuinam Eucharistiam vomuisset, Iulius generosè diuinum cibum cum toto teiectamento tesolbuit, ne qua fortè diuini doni particula, aut etiam atomus, in reiectamento hæreret. Subit etgo indubiè Christus, putentissimos stomachos; & ibi hætet, quamdiu species non sunt adeò notabilitet altetatæ, vt desinant moralitet affici à verbis consecrationis. Atque ita Christus subitus & incolens aliquandin teceptaculum illud tot sputcitiarum, quod Tertullianus præmeditatorium latrinarum non erubuit dicere, multa & fœda illuuie sempet scatens, etiam in corporibus externa specie oon malè affectis, vcte dici potest ac debet humilis; qui dignitatis ac conditionis suæ rationem, vt aliquò se conferat, habete nolit; contra quam fett peruersus visus fastus humani. Et hoc maximè ex capite, verum comptobari puto, quod supra ex S. Augustino referebam, commendasse Christum cotpus & sanguinem suum ab humilitate sua.] Nisi enim esset humilis, nec manducaretur nec biberetur.]

Patientia Christi in Eucharistia.

In humilitate, superiores sibi statuit, impios.

14. In hoc eodem mysterio, Christus Dominus, in humilitate supetiores sibi statuit, qui à nitore & sanctimonia tam putum corpus decente sunt alieniſſimi. Pletique enim siue sactificantium siue communicantium, aliter se aptant ad eam Christi exceptionem, quàm pro dignitate tanti Regis par fotet. Habet hîc locum Philonis ratiocinatio l. de Cherubin. [si quoties Reges excipiendi sunt, magnificentiùs excolimus ædes propttias, nihil oegligendo quod ad otnatum pertinear, sed omnia benignè ac libetalitet adhibemus. vt hospitium quàm iucundissimum respondeat dignitati hospitis, Regi Regũ, & huius vniuersi mundi Rectori Deo, comitatis atque humanitatis causa dignato suam cteaturam inuisere; & à summo cœlo ad terram, vt generi humano beneficia sua conferret, degresso; qualem tandem domum opottet instrui? Absit enim, vt lapideam ligneam ve, quod vel dictu nefas est. Nam etiamsi tota tetra aurum, aut si quid auro pretiosius, repentè fieret, moxque pet opificum attes in potticus, vestibula, aulas, areas, & desque sacras impendetetur, ne scabellum quidem eius pedibus pollèt fieri. Dignum tamen eo domicilium anima est, modò fit idonea.]

Vetùm ad eam idoneitatem comparandam, quàm pauci feruẽt? si enim Iudice Platone apud Theod. l. 1. contra Græcos, nefas est ab eo putũ cõttectari, qui purus ipse non sit, non nefas etit, purum & totius puritatis exemplat, ab imputo & contaminato confici ac teptoduci, intimis viscetibus excipi? Et sacerdos quidem accessutus ad consecrationem, laua exttemos digitos; non dico manus, sed summos dũtaxat digitos, vt magnus. Dyonis. in Ec. Hier. c. de communione egregiè perpendit, vt moneatur, accedentis ad tantum ministerium, vel minimas animæ imaginationes

Sect. III. Cap. V.

ginationes & qualescunque labeculas præpurgatas esse oportere. Quorus ramen est lacerdotum, cui is nitor curæ sit? Quàm multi verò fœtentes à recenti scelere manus admouent ad tam sanctum ministerium? Neque tamen Christus, qua est humilitate, refugit quem sibi nosti causa quadantenus superiorem statuit; ad eius nutum sistit sese sub speciebus; nec recedit, donec fidem datam ijsdem tabescentibus liberauerit. De plerisque communicantibus, in quo sacerdos pro accepta poreſtate Christum immittit, similis est ratio. Cum enim deberent esse purissimi ac nitentissimi, vt congruum Deo in seipsis habitaeulum præbere possent, sorder supra quàm dici potest. Nec tamen Christus, pro humilitate sua auersatur immundum hospitium; sed humiliter intrat, humiliter hæret, donec ex generali condicto, salua verborum suorum veritate, possit recedere. Intrat porrò Christus æquè prompte ad omnes & indiscriminatim, ex quo nominatim capite humilitatem Childeberto Regi infixit S. Carilephus vt est in eius actis, apud Surium 1. Sulij sunt hæc omnia dilucidiora, quàm vt illustratione vel extensione indigeant. Itaque de Christi in Eucharistia humilitate absolutè spectata, non potest esse dubitatio.

Contentio humilitatis Christi in Euch. & in Incarnatione, vincente Eucharistia.

15. Sequitur consideratio comparatiua, humilitatis Christi in Euchatist. In quam rem, monstrandum est, in nullo mysterio tantopetè eluxisse Christi demissionem & humilitatem, quantum in Eucharistia. Vix autem potest esse quæstio de aliis mysteriis, quàm Incatnationis & passionis. Hæc quippè mysteria, videntur in vertice humilitatis Christi locata. Nihilominus humilitatem Christi in Eucharistia esse longè maiorem, videor posse sine scrupulo confirmare. Ac primùm si de Incarnatione agatur, vbi in Incarnatione, Christi humilitas locum habuerit, equidem non video. Nam Verbum diuinum, sicut dependentiæ & subiectionis est ineapax, ita & humilitaris, destructioue, quantum est ex vi verborum, quibus in hoc mysterio ponitur. Neque enim potest ereatura altiùs deijci, profundiùsve demitti, quàm si ad testandam suam plenam & summam à Deo dependentiam, quam optimè perspicit; cumulandamque ea ratione apud mortales, Dei gloriam, velit in eius honorem ranquam nihilum & destructa apparere. Id quod cæteri, quia in seipsos non possunt, mostrant in cœsa victima: Christus cui nihil est impossibile, in semetipso idem præstandi rationem exeogitauit, cum salua, per concomitantem actionem sua substantia, eandem (quantum erat ex vi actionis verbis quæ falsa reddi non possunt respondentis) confossam & destructam voluit, ad suam à Deo dependentiam testandam, & profitendam subiectionem; vnde immensa extitit, extátque etiam Dei gloria, multo magis quàm à voluntariè excepta. Martyrum cædes; qui suam ad Deum subiectionem, & flagrans diuinæ gloriæ studium, testati sunt, profusione sanguinis sui æquanimiter tolerata.

Ad ptimatium & sublimissimum humilitatis actum, qui professione suæ à Deo dependentiæ ac tenuitatis, atque adeò etiam retrusione hominis in suum nihilum, præ tanta Dei grandi-

tate continetur, consequuntur alij minutiores actus, quibus verus humilis, suam ex se paruitatem vltrò testatur, eamve aliis innotescere acceptissimum habet. Multos huiusmodi actus enumerat S. Dorotheus doctr. 2. & S. Benedictus c. 10. regulæ, & aliquot seqq. enumerans gradus humilitatis; Antiochus hom. 70. & alij passim. Vulgatissimus, & sanctis viris frequentatissimus actus est, quod humilis, & sua ipse bona occultar, amans nesciri, & se aliis omnibus subijcit, nec refugit aut dedignatur depressiores, & inæqualis conditionis personas: inter omnia verò externa, captat quod vilius est, minúsque splendet in oculis mortalium. Quæ omnia, sunt germina primariæ illius subiectionis ad Deum, qua homo penitissimè pernadit suum nihilum. Nam eo ipso quod quis agnoscit, quàm ex se nihil sit, nihilque sibi debeatur, sed Deo soli pro omnibus quæ beneficè contulit debeatur gloria; non modò non queritur si gloriam non accipiat, vel etiam despiciatur, aut flocci fiat; sed etiam lætatur de perspecta aliis veritate sui nihili, quam habet persuasissimam; si se attendat ex seipso, & quoad ea quæ à Deo non accepit. Gaudet præterea, de totius gloriæ refusione in Deum, nec expostulat ad primum fontem referri decus stillicidiorum diuinæ beneficentiæ, quibus se respersum videt.

Christus hîc amat nesciri, & stomachum quantumuis fœtentissimum, inhabitat.

12. Hæc omnia, Christus Dominus, exactissimè executus est in Eucharistia. Professus enim Deo, cum Psalre, *substantia mea tanquam nihilum ante te*, & vilissimo specierum tegmine se occuluit, & quidem ita, vt an subsit, agnosci nequeat. Quis enim hostiam consecratam cui Christus subest, à non consecrata, quæ merus panis est, queat internoscere? Subit casas pauperum ægrorum, nec timet degnerari, vt timere solet fastus humanus, iuxta S. Gregorium hom. 28. in Euang. Æquè templa rusticana inhabitat, ac magnificentissimas Basilicas. Etiam in stomachos putentissimos subit, & ibi hæret quamdiu species sunt dispositæ pro substantijs panis ac vini, si adessent. Neque enim verum est, quod eum primùm species perceptæ non cadunt sub sensum aliquem, desinat Christus eis subesse, vt videtur velle Hugo Victor. l. 2. de Sactam. p. 8. c. 13. vbi proposita quæstione quid fiat corpore Christi, postquàm sumptum fuerit & comestum; respondet, Christum ad tempus voluisse esse corporaliter cum suo conuiua, vt eum exeitaret ad quætendam spiritualem præsentiam: quo similiter ex fine in terris aliquando visus, & cum hominibus conuersatus, remigrauit denique in cœlum, ibi quærendus & inueniendus. [Sic ergo (addit Hugo), in Sacramento suo, modò remporaliter venit ad te, & est in eo corporaliter tecum, vt tu per corporalem præsentiam, ad spiritualem quærendam excitetris, & inueniendam adiueueris. Quando in manibus Sacramentum eius tenes, corporaliter tecum est. Quando ore suscipis, corporaliter tecum est. Quando manducas & quando gustas, corporaliter tecum est. Denique in visu, in tactu, in sapore, corporaliter

tecum est. Quamdiu sensus corporaliter afficitur, præsentia eius corporalis non auferetur. Postquàm autem sensus ;corporalis in pereipiendo deficit, deinceps corporalis præsentia quærenda non est, sed spiritualis retinenda. Dispensario completa est, perfectum Sacramentum. Virtus manet.Christus de ore, ad cor transit. Melius est tibi vt eat in mentem tuam, quàm in ventrem tuum.]

Videtur his verbis Hugo, sentire, ex quo species demissæ sunt in stumachum, vbi deinceps sensum non feriunt, Christum abscedere. Quâquam sub finem capitis, aliqua addit, quibus faretur, *solere post completam perceptionem aliquid iteratò sentiri*, quo ipso insinuât, adhuc hærere Christum post demissionem in stomachum. Vt vt verò habeat mens Hugonis, indubitatum est, Christum non statim abscedere, etiamsi aliquándo sensus feriatur. Species enim cum perueniunt ad stomachũ, & per aliquod tempus consequens, non se habent aliter quàm cum mansæ & commolitæ, linguæ ac dentium officio, traiectui in œsophagum seu fistulam eibariam propioquæ etant; in quo statu, certum est, Christum adhuc subesse speciebus, alioqui falsum esset Christum manducari, quia manducatio in traiectionis illius certa parte consistit. Cum ergo species post perueorionem ad stomachum, adhuc se habeant eodem planè modo quo intra os & œsophagũ, quando certò Christus illis subest; non est dubitandum, quin per aliquod tempus Christus intra stomachum sub eis hæreat: quamdiu scilicet non planè excidunt statu consentanen, fonendis in materia, formis panis & vini, si adessent. Et hoc confirmat sensus piorum ac ipsius etiam Ecclesiæ de iis qui imprudenter aut præ ægritudine vomuerint diuioum cibum iam traiectum in stomachum. Quo in genere celebre est, quod Coloniæ contigisse referunt ann. 1331. vbi qui. [Sapientia quæ pet se subsistit, corpus suom vesuti panem distribuir, & sanguinem suum viuificum, velut vinum. O tremendum Sacramentum! ô dispensario inexplicabilis! ô condescensus qui comprehendi non potest! ô misericordia non vestigabilis!] Atgumentum aliud, longè abiectioris status Christi in Eucharistia, quàm à Virginis vtero, ex intercluſis in hoc mysterio naturalibus omnibus Christi actionibus, quarũ pleriſque, locus fuit intra matris viscera, intelliget ex proximè dicendis citea abjectionem status Christi in cruce, collaram cum abjectione status quem Christus habet in Eucharistia.

Humilitas Christi in Eucharistia, superior humilitate Christi in cruce.

18. Incunda ergo est contentio, humilitatis Christi sub speciebus, cum humilitate Christi in passione ac cruce. Neque tamen excurrendum hîc erit, in ea quæ pertinent ad patientiam, iametsi uon exiguum nexum habeant cum argumentis humiliaris. Sed iis ad proximè sequens caput relegatis, componendus tantùm erit status abjectus quem Christus voluntariè assumpsit in Eucharistia ad Dei honorem, cum statu quem in cruce habuit sanè abjectissimum, & humilitati conciliandæ ac foueudæ opportunissimum; vt propterea apud Psaltem, *humilitatis* nomine sit donatus verbis illis, *vide humilitatem meam, & laborem meum.*

Recisis ergo iis quæ ad humilitatem solam

non pertinent, inde abjectionem Christi in Eucharistia, præ abjectione passionis & crucis æstimandam præsertim duco, quod passionis tempus, si ad veritatem pronunciandum est, nun tam passionis, quàm actionis tempus fuit. Vt propterea in Scripturis hoc dicatur esse *opus Domini*: non *perpessio*, sed *opus* Sic enim S. Gregorius in calce homil. 16. in Ezech. accepit illud Isaiæ 28. *Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum peregrinum est opus eius ab eo.* Nec aliter creditus Cyprianus sub finem sermonis de Natiuit. Dom. Scitè verò de more Rupertus l. 5. de Officiis à c. 9 magnam, (vt vocamus,) hebdomadam, qua mysterium redemptionis nostræ recolimus, demonstrat respondete mysteriorum ordine, primæ hebdomadæ mundanæ creationis: ita vt proportionalis eosmopœia, ex vtrisque contexi possit. Confirmat egregiè quod dico, S. Chrysost. homil. 2. in Acta, vt quidem allegauit à S. Damasceno. 3. fid. c. 15. Nam apud ipsum D. Chrysostomum, illapso fortassis errore in numerum, non occurrit quod Damascenus allegat; tametsi apud nullum prudentem, vacillatura est allegantis fides. Itaque duplici autoritate robotatum Chrisostomi locum, ex Damasceno reddam.] Christus (inquit) etiam quatenus homo est, actuosus est, & semper actuosus. Quinetiam magous ille atque vndecunque doctissimus vir Ioannes Chrysostomus, in Actorum explanatione, Cuneione secunda, ad hunc modum loquitur. Haud quispiam aberrauerit si ipsius quoque passionem, *actionem* appellarit. In eo enim quod omnia perpessus est, ingens illud & admitandum facinus patrauit, deleta morte aliisque omnibus rebus confectis.

Humilitas Christi in Eucharistia.

Fuit igitur Christus, in cruce maximè actuosus. Nec tantùm transeunter, quod voluit S. Chrysostomus, sed etiam immanenter. Quoscunque enim spectemus animæ gradus, & quoscunque sensus attendamus, omnium functiones, in cruce clauis terebrantibus sacros artus, locum habuerunt. Intellectus & voluntas, tuue maximè nobilissimia actibus dedere operam, quibus Christus in rempote iracundiæ, factus est recouciliario. Nec sensus interni feriebantur, sed circa eadem objecta negotiabatur suo modo. Id quod de appetitu item sensitiuo, est extra controuersiam. Visus, audirus, & cœteri externi sensus, sed maximè tactus, vigebant tunc temporis. Etiam facultas motrix, transfixis licet artubus, exercebatur per linguam, & caput, ac modicam aliquam corporis, siue contractioné, siue distẽsionem. De facultate nutritiua, tunc quoque circa cibos nocte antecedeure ingestos operante, nihil attinet dicere. Quare omnes vitæ functiones, quibus Christus per tempus vitæ mortalis, ante occeptam passionem dabat operam, locuoi in crucc habuerunt.

Sententia Ruperti de Christo in Eucharistia; omni vitæ actu, destituto; improbata S. Anselmo.

19. In Eucharistia, (proh demissionem) Christus adeò demisit se se, & adeò abjectum statum elegit, vt citra peculiare miraculum, sit velut trunens aut stipes, nec plus intelligere per species acquisitas, qui est connaturalis homini intelligeodi modus, nec plus ea cognitione ptælucente, velle; iréinque oon plus sentire, aut moueri quoquomodo valeat, quàm si nulla

Sect. III. Cap. V.

rationall, vel sensitiua, aut mortiee faculiare polleret. Habemus Rupertum hac in patte suffragatorem lib. 2. de Offic. cap. 9. vbi proponit hanc objectionem, aduersùs veritatem præsentiæ Christi in Eucharistia. [Sed dicit Aduersarius. Viuens & sensibilis in corpore suo, mobilisque est Deus & homo Christus. Corpus autem sacrificij, vitam non habet, sensum non habet, mobile non est. Hoc assumpto, concludit sic, Corpus igitur Domini non est, Christus non est.

Hanc objectionem sic elidit Ruperius, vt viram animalem; quinque (vt ait) externis sensibus, visu, auditu, odoratu, gustu, & tactu fungentem, à Chtisto remoueat, ptovt est in Eucharistia, quem sub ea ratione vocat *corpus sacrificij*; admitrat verò dumtaxat, obiri hîc à Christo vitam spiritualem, quæ est benedictio, sanctificatio, misericordia, veritas, iustitia, & pax. Addítque Rupertus, spititualem [hanc vitam, sic este in corpore sacrificij absque vita eius animali, quomodò lux Solis, absque calore eius in corpore Lunæ nobis teptæsentatur.] Agit apertè Rupertus, de vita spitituali tranleunte, sine de caulatione sanctorum motuum & gratiarum ad vitam supernaturalem pertinentium, profecta in nobis a participato in Eucharistia Christi corpore, absque vlla in nobis vitæ sensitiuæ causatione per Eucharistiam. Nam hinus vitæ in nobis causationem, remonet apertè Rupertus. Tacitè autem concedit, deesse Chtisto in Eucharistia viam sensitiuam immanentem, atque etiam intellectualem, qualem nos elicimus cum cooperatioue aliqua phantasiæ, ac denique motum localem: de quibus omnibus erat argumentum Aduersarij; qui inde infetebat, Christum non esse reuera in Eucharistia, cum ibi careat omni vitæ operatione, & sensu, ac motu. Idque admisisse Rupertum agnoscit S. Anselmus l. de Sacram. Altar. p. 1.

20. Atenim, inde nutabit apud aliquem, ea Ruperti cui nos adhæsimus opinatio, quod sit à S. Anselmo teprehensa. Præmissa enim castigatione illius modi loquendi, quo Rupertus, Christum in Sacramento, quoad vitam animalem vocat *corpus sacrificij*, subdit S. Aoselmus. [Sed & vos, corpus illud sactificij, aliquando appellatis *corpus Domini*. Sed salua pace vestra dictum sit, infertis, quod nescio an corpori sacrificij; sed corpori Domini nequaquam conuenit. Nam corpus Domini, imo Dominum IESVM in corpore suo ipso, tanquam in corpore in quo nobis præsto est in altari, (quod non est aliud quàm quod sedet ad dexteram Patris,) motum & sensum habere: & per omnia nostræ esse naturæ, licet alterius gloriæ, contradicet nullus, nisi insipiens ille qui dixit in corde suo. NON EST DEVS.] Et post multa, quibus monstrat vitam non esse requirendam in speciebus Sacramentalibus, si ipsæ fortè essent quas Ruperius nomine *corporis sacrificij* donasset, addit S. Anselmus; vitam animalem quam supponit deesse corpori Christi in Eucharistia, sumi in Scripturis solere, pro vita pugnante cum anima & Spiritu, cujusmodi vita non est spiritualis. [Hanc vitam, (inquit S. Anselmus) appellare animalem, consuetudo est Scripturarum; talisque est homo qui non petcepit quæ Dei sunt. Hac autem vitâ animali, qui viuete dicit corpus Christi, non viuit *ipse*, pejorque est omni animali. Quod si nomen *animalitatis* in hoc coarctemus, vt animalem vitam dicamus, qua viuificatur tantùm corpus & sensificatur; quoniant quicunque corpori Christi post resurrectionem ex mortuis derogat vitam; & substantiam nostræ naturæ, licet altertùs gloriæ, inuideat; maximè vnum astruat quod dicit, *vita est Christus*: cum membris auferat resurrectionis spem, quam in capite videtor perimere. Ecce hoc est, quod in opere vestro me offendit, & nonnullos Fratrum nostrorum.] Videtur itaque S. Anselmus, impugnare in Ruperto, quod dixit, Christum carere in Eucharistia, & sensu, & motu, & vita animali, quod nos quoque cum Rupetto admisimus.

Defensus Rupertus, spectato praticè, statu Sacramentali.

21. Nihilominus sententria Ruperti videtur verissima, dummodò intelligatur de vita in actu secundo, vt nos facimus. Vitam quippè in actu primo, etiam sensitiuam & vegetantem, noo licet negare Christo in Eucharistia: cum nihil aliud sit, quàm inexistentia animæ in corpore. At corpus Christi: esse in Eucharistia animatum, etiamsi per concomitantiam tantùm) fides docet. Agendo igitur de vita actuali vegetatiua, sensitiua, & rationali, qualem per species acquisitas elicere possumus, admitto cum Ruperto, eam deesse Christo in Eucharistia. Et probo, quia ad omnes actiones corporeas per corpus effectiuè causandas, exigitur extensio corporis, vt modus operandi proputtionetur modo essendi. Nam sicut res priùs debet esse quàm operari, ita ad connaturaliter operandum, postulat quæ sunt ad essendum connaturaliter necessaria: inter quæ respectu corporis, numeratur extensio corporea. Vnde videmus, corpus Chtisti Sacramentaliter absque extensione constitutum, nihil agere in species quibus circumuoluitur & obtegitur, imo quibus penitissimè, & quoad extimam quoqoe crustam infunditur: quod tribuere speciali miraculo. voluntarium foret atque confictum. Ex eo porró principio, (circa quod vacillat solus Ægidius 3. p. q. 76. n. 94. cæteri autem absque controuersia cósentiunt, estque sine dubio vetisimilimum) apertè sequitur, nullam vegetationem, vel sensationem exteinam, aut internam, vel motum localem qualemcunque; hoc est sine ipsius corporis inextensè constituti, siue animæ corpori conjúctæ, nec nisi cum corpore mubilis posse absq; speciali miraculo effici à Christo in Euchar. De motu corporis, (vt hinc ordiar,) res est perspicua. Cum enim Chtistus hîc sit corporeus, & ramen extensione careat, non potest naturaliter sui corporis motum efficere, quem necesse est esse extensum atque corporeum. Et inde sequitur noo posse quoque naturaliter causare motum suæ animę: quia anima informans, non potest naturaliter moueri nisi ad motum corporis. Atque ita, cum Christi corpus hîc à Christo ipso Sacramentaliter constituto, ob inexistentionem suam moueri nequeat, non poterit quoqoe à Chtisto moueri anima, citra miraculum. Et idem est de quibusuis actionibos corporeis, siue immanentibus, siue transeuntibus; ac etiam de actionibus quibusuis spititualibus animæ propriis in statu informationis, nimirũ de actionibus elicibilibus

per

per intellectum speciebus acquisitis vtentem, aut per voluntatem tali notitia prælucente, operantem. Est enim omnium huiusmodi actionum eadem ratio. Restrinxi tamen sermonem, ad scientiam nixam speciebus acquisitis: quia posset Christus, etiamsi inextensus, vti sua scientia infusa, quæ est independens à concomitante actione phantasiæ: & consequenter voluntas, posset ex ea notitia agere, non tamen ex notitia supponente extensionem, cuiusmodi est omnis nostra intellectus operatio naturalis, in hoc statu; quia est alligata phantasiæ, cuius actio postulat suaptè natura extensionem, cum sit materialis & corporea.

22. Christus igitur, vi status Sacramentalis, provt est sub speciebus, secluso speciali miraculo, nihil siue transeunter, siue immanenter potest agere corporaliter, aut quod cum corporali actione habeat connexionem necessariam, non plus inquam aliquid tale potest, quam si esset vel truncus, vel merus Spiritus. Vnde neque videt, neque audit, neque intelligit, connaturali hominibus in corpore constitutis intelligendi modo. Aque per actionem quidem merè intentionalem potest agere. Vnde quantumvis hîc colorem habeat, non potest tamen ab alijs naturaliter conspici, de quo contra Nominales plenius Suarez tom. 3. 3. p. d. 53. s. 4. & Rubius 2. Animæ cap. 6. q. 12. Itaque naturaliter rem spectando, est hic deteriore & inefficaciore conditione, quàm saxum quod intentionaliter mouet præsentes, & ad sui conspectum compler facultatem visiuam in debita proportione distantiæ, immissis in eam speciebus sensibilibus. Non ita Christus, qui quoad hanc & reliquas actiones enumeratas, est in Sacramento prorsus obstipus, & inefficax, præcisè spectando statum Sacramentalem: quicquid sit de miraculo, Christi dignitati consentaneo, ex quo functiones sensuum, & reliquas enumeratas, Christo in Eucharistia concedit Albertinus coroll. 4. de Quantit. diuis. 3. ex vi tamen status Sacramentalis, & seclusis miraculis, res haber vt dixi,

Firmatur præcellentia humilitatis in Eucharistia, supra humilitatem in cruce.

23. Quid adhuc desidetamus ad summam Christi objectionem in Eucharistia, quandoquidem in ea Christus, non secus jacet, quàm truncus aut stipes, quod sanè in cruce non valuit? Nullis inter ea cruciamenta sensuum functionibus destituebatur. Nec facultas motiua omni ex parte feriabatur. Intellectui denique & voluntati, nihil erat quod iustitium indiceret. Vnde omnes illæ facultates, aut corporeæ aut consortium quoad operationem habentes cum corpore, operabantur quæ sunt hominis in corpore constituti. Videbat, audiebat, loquebatur, cœlum spondebat, matrem solabatur, oculos attollebat ad Patrem, caput inclinabat. In Eucharistia, solis naturæ suæ viribus, nihil tale potest. Est ergo hîc status is. Christo longè miserrimus, & supra ipsam crucis abjectionem depressus. Ac proinde voluisse sibi talem statum, ad testandam suam erga Deum subjectionem, eximia omnino humilitatis est actio; æquans vel etiam superans humilitatem illam, ex qua crucem conscendit, confusione contempta. Poterat nuditatem quam Christus sustinet in Eucharistia, cum nuditate crucis conferre, & vilipensiones quas ab indignè sacrificantibus ac communicantibus exeipit, conferre cum peccato Iudæorum; à quibus confixus, & in altam informis lethi trabem actus est. Licebat sepulchri & linteaminum quibus obuolutus est cum è cruce depositus fuit, contentionem facere cum manibus, & ore, ac stomacho multorum qui fideles se dicunt ementito nomine, quæ sunt demissionis Christi refertissima. Sed quod cummodiùs de ijs agendum sit, expendendo sequenti capite Christi patientiam, hæreo: contentus in præsentia, humilitatem Christi penes proposita abjectionis & humilitatis capita considerasse, indéque infetre, iure S. Augustinum in psalmum 21. expositione 1. *sub finem*, vocare Eucharistiam, *corpus humilitatis Domini*, quod manducant paupetes.

Humilitas Christi in Eucharistia.

Eucharistia, iure dicta cibus humilium, & summis à Deo cultibus honestata.

24. Cumulatissimam & consummatissimam Christi in Eucharistia humilitatem, puto perspicuam. Vt iam minimè mirandum censeam, quod Dauid Psal. 67. hoc mysterium, quoad plenum fructum, solis humilibus addixerit, verbis illis quæ iuxta extimum litetæ cortices, de manna; quoad intimum verò sensum, de Eucharistia accipiuntur, *parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Et illis alijs Psal. 21. de Eucharistia directè prolatis, iuxta Eusebium ibi, *Edent pauperes*, id est (vt D. August. in vnaque illius psalmi expositione glossat, *edent humiles.* Quo eodem modo, nomen *pauperis* exponit in Psal. 48. ad illud, *simul in vnum, diues & pauper.* Et infrà prolato versu proposito ex Psalmo 21. [dicit in alio Psalmo, *edent pauperes & saturabuntur.* Quomodo commendauit paupetes? *Edent pauperes & saturabuntur.* Quod edent? Quod sciunt fideles. Quomodò saturabuntur? Imitando passionem Domini sui, & non sine causa accipiendo pretium suum. *Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Diuites quid? Etiam ipsi edunt, Sed quomodò edunt? *Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ.* Non dixit, *manducauerunt & saturati sunt*, sed *manducauerunt, & adorauerunt.* Adorant quidem Deum, sed humanitatem nolunt exhibere fraternam. Manducant illi & adorant, manducant isti & saturantur, tamen omnes manducant. Exigitur de manducante quod manducet, non prohibeatur manducare à dispensatore, sed moneatur timete exactorem.]

De horum itaque Patrum sententia, saturitas & plena refectio ex perceptione Eucharistiæ, solis humilibus à Psalte attributur. Illis quippè solis, hîc cibus est maximè proportionatus. Constat autem cibos maximè prodesse, pro proportione maiore eum alito.

25. Mirari præterèa desino, cur Deus, qui iuxta Platonē facit Geometriam, id est proportionaliter repēdit omnibus quod sunt promeriti, prouidit Christo suo in Eucharistia tantoperè dejecto, tantos honores, etiam à magnatibus terræ. Id quod Dauid eodem Psalmo 21,

Sect. III. Cap. V.

non tacuit, cum dixit, *manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui qui descendunt in terram.* Hoc ibi D. Augustinus, de hoc mysterio, per manducantes, (etiam eos qui præ superbia non saturantur,) adorando, præclarè exponit. Concinitque in Psal. 98. ad illud *adorate scabellum pedum eius*; vbi primùm fluctuat nonnihil circa adorationem diuini huius suppedanei, eo quod Esaias cap. 66. scabellum pedum Domini, dicat esse terram, quæ vtique non est adoranda. Tum subdit. [Anceps factus sum, ' timeo adorare terram, ne damnet me qui fecit cœlum & terram. Rursum timeo non adorare scabellum pedum Domini mei, quia Psalmus mihi dicit, *adorate scabellum pedum eius.* Quærò quid sit scabellum pedum eius, & dicit mihi scriptura. *Terra scabellum pedum meorum*, Fluctuans conuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hîc, & inuenio quomodò sine impietate adoretur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est; & de carne Mariæ, carnem accepit. Et quia in ipsa carne hîc ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit; nemo autem illam carnem manducat nisi prius adorauerit, inuentum est, quemadmodùm adoretur tale scabellum pedum Domini: & non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando.]

Præiuerat D. Ambros. l. 3. de Spirit. sancto cap. 12. vbi incidens in enndem Psal. 98. versiculum; [videamus, (inquit,) ne terram illam dicat adorandam Propheta, quam Dominus eius in carnis assumptione suscepit. Itaque per *scabellum* terra intelligatur, per *terram* autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus.]

26. Pertinent ad hunc locum, prostrationes ad terram vsque, coram diuina Eucharistia, aliáque inniumera venerationis argumenta, quæ Magni qui sunt in terra, etiam Reges & Imperatores, Deo propter nos ad vile specierum tegmen dejecto, exhibere gloriosum iam olim duxerunt, hodiéque pergunt ducere, nominatim quotannis, cum in triumphali pompa circumgestatur à procedentibus. Insigni splendore ac magnificentia çam sactam triumphum circumgestatæ Eucharistiæ, obeunt quotannis Andegauenses, vt dixi tractans heteroclita processionum. Nec dissimiliter Cinitas Colonensis, quæ auitæ fidei semper fuit tenacissima, iam à tempore gratsanis Berengarij, solemnem processionem indixit, obeundam feria sexta post octauam Paschæ; circumgestato venerabili Sacramento, ingenti cum apparatu, de quo copiosè Ioan. Fridetic. Matenesius in Peripatetico Christiano, discursu 1. & ferè vniuerso reliquo opere: Idem proportione, seruat vniuersus orbis Catholicus. Quam religiosam Dei propter nos demissi veneration em, contra impiorum latratus fortiter tuentur, Sanctesius repetit. 9. cap. 8. Espencæus l. 2. de Ador. Euchar. cap. 8. Gretserus l. 1. de Processione. cap. vltimo & Setarius l. 2. de Processione. c. 9. Sed præter exemplum circumgestatæ à populo supplicabundo Arcæ, quæ typus fuit Eucharistiæ, satis superque esse debet iudicium Tridentinæ Synodi, quæ sess. 13. cap. 5. & cano 6. damnans conitarium errorem, commendat seriò triumphi illius splendorem, sanctámque lætitiam: vt Ecclesiæ *aduersary, in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi, aliquando respiscant.* Nugas quasdam veriùs quàm argumentationes in contrarium, conterit Bellarminus l. 4. de Eucharistia cap. 30. Supposita enim, adorationis Christo in Eucharistia debitæ, honestare; non potest hac in parte vllius momenti difficultas proferri. At Christum sanctè & legitimè in Eucharistia adorari, & quidem cultu supremo, nemo inficiari potest, qui eum in Eucharistia Deum esse fateatur. Videsis de Christi in hoc Sacramento adoratione, fusè disserentes, Henriq. l. 8. cap. 32. Espencæum toro l. 3. de Euchar. & l. 2. cap. 15. & 16. Suarem l. 2. defens. fidei cap. 4. & tom. 3. 3. p. d. 65. Thytæum lib. de Appar. Sacramentali cap. 32. Socolouium orat. de Adoratione Eucharistiæ & Coccium tom. 2. l. 6. art. 7. ea porrò adoratio, respectu Christi sub speciebus contenti, est vera latria; respectu autem specierum continentium, est coadoratio latriæ, eodem modo exponenda quo coadoratio imaginum cum prototypo. Et per se loquendo, debet impendi absque appositione conditionis, ob certitudinem moralem quod conseeratio fuerit rirè peracta, vt tradunt Cajetan. 2. 2. quæst. 1. art. 2. Henriques l. 8. cap. 33. & Suares d. illa 65. sect. 2.

Cur lampas ardens, ante Eucharistiam.

27. Ex vsu vniuersalis Ecclesiæ, inter hæc supremi cultus officia Christo impendi solita in Eucharistia, recensetur lampadis ante tabernaculum noctu diéque lucentis suspensio; eodem imo longè maiore iure, quàm ante aram. S. Felicis, vt est apud S. Paulinum Natali 3. sic de illis lampadibus canentem.

Aurea nunc niueis ornantur limina velis
Clara coronantur densis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora papyris:
Nocte diéque micant, hic nox splendoque diei.
Fulget.

Et Natali 6.

Ast alij pictis accendunt lumina ceris,
Multiforesque clanis lychnos laquearibus aptant,
Vt vibrent tremulas funalia pendula flammas.

Vt videas, factam nobis salutem ex inimicis nostris, antesignaui Hussitarum à Cochlæo editi, & in breuiculum contracti ab Espencæo l. 1. de Ador. Euchar. cap. vltimo, stant pro hoc luminis ante Eucharistiam perpetuò, pendentis sacro ritu: Eum verò referunt ad lætitiæ ac reuerentiæ signum, & lucem illam veram sub typo luminis corporei demonstrandam. Non malè ista quidem, vt multis prosequor tractans gestationem luminum in exequijs. Sed verisimilius videtur, hunc vsum debere referri, ad notam Regiæ vel Imperatoriæ Christi in Eucharistia maiestatis, vt quemadmodum Regibus olim ac Imperatoribus præferri solitam lucernam legimus, Symbolum supremæ in terra Majestatis, vt docent Lazius l. 9. de Repub. Rom. cap. 2. Bulengerus l. 2. de Imperat. cap. 26. & Martinus à Roa l. 2. singul. cap. 17. ita nota Christi summi Imperatoris nostris præsentis, sit lampas ardens ante locum in quo asseruatur.

CAPVT

CAPVT VI.

Lucerna candelabri sexta, Christi patientia fulgentissima in mysterio Eucharistiæ.

1. PAtientiam Christi in Eucharistia, inde illustratunt pleriqne Patrum, quod bellè respondeat patientiæ quam Christus in cruce exercuit. Quis enim luculentius patientiæ exemplum quæratt, quam passionem quasi Agni immaculati, qui coram tondente, imo deglubente se obmutuit, & cuius iudicium, in eius parientissima humilitate: peruersissimè est sublatum? Quamuis autem Christi passio, atque adeò etiam patientia, iuxta creditum Bernardum tract. de vite vera c. 5. tota Christi vita duranit, tamen negari non potest, quin extrema Christi vita, quæ nomen *temporis passionis* sibi proprium fecit, insigni patientiæ gloriæ splenduerit: Christo se tunc maximè prodente adamantem duris & asperis indomabilem, iuxta præclaram Origenis, de adamante Christi vero typo, doctrinam l. 2. in Iob ad illud. *Exiuit à facie Domini.* Quinetiam prouisum esse à Deo, vt nullum Christi os comminuerent, quia passio, tametsi atrocissima, Christi patientiam non confregit, notauit optimè S. Hippolitus, referente Theodoreto Dialog. 3.

Patientia Christi in Eucharistia, exposita per patientiam in Cruce, eius germanam & comparem.

Visi sunt ergo plerique, patientiam Christi in Eucharistia, admodùm sublimè attollere, componentes eam cum patientia Christi in cruce, & statum Sacramentalem conferentes cum statu passionis, & mortis in patibulo crucis obitæ. Hoc voluit S. Methodius, cum in Symposio dixit Christum hîc rursum pati: nempe tatione mortis quam adacto Verbi consecratorij gladio subiret, nisi concomitantia prohiberet. Talis enim Christi sub speciebus positio, est vera eius mactatio & occisio, quantum est ex vi verborum: estque per accidens, saluam esse sub speciebus vitam Christi, ob impeditam peculiari actione diuina consecutionem, vim verborum Agnoscunt passim Patres, eam inchoantem Christi mactationem in nostro sacrificio, quorum plerosqoe supra annotaui sect. 2. c. 5. Et verò si Ruperto licuit 2. de offic. c. 9. dicere, eum qui indignè suscipit Eucharistiam, Christum mactare, quia extetiorem Christi formam ab interna diuellit; cum tamen non nisi sua efficacitate conuehendæ gratiæ Christum prohibeat, salua otionimodis Christi vita; quanto iustiùs dicitur, mactari Christum quantum est ex vi verborum, cum ponitur actio qua Christus in statu mortui constitueretur, nisi concomitantia prohiberet!

2. Hanc Christi mactationem, & passionem in sacrificio incruento, Græci ex parte materiæ voluere expressam. Panem namque consecrandum, impresso furticulo in speciem lanceæ, decidebant. [Oblatio panis, (inquit S. Germanus in Theoria,) repræsentat corpus Domini, affixum propter salutem nostram qui sumos fideles. Panis propositionis sanctificatus, indicat purgationem mundi, & eximias diuitias bonitatis & clementiæ Dei, in eo quod Filius Dei homo factus est, & seipsum proposuit hostiam & oblationem; & corpus suum & redemptiuam propitiationem pro mundi vita & salute, assumens totam massam humanæ naturæ absque peccato. Oblatus autem, vt primitiæ & holocaustum selectum Deo & Patri pro genere humano, quemadmodum ait, *Ego sum panis qui de cœlo descendi. Et qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* De quo etiam ait Propheta Hieremias, *Venite, & immittamus lignum in panem eius*, ostendens lignum crucis, in quo corpus eius infixum. Lancea, vice est eius quæ latus Domini punxit. Lancea exputgari, significat illud *tanquam ouis ad occisionem*, &c. Discus, lectica est in qua corpus Domini à sacerdote & Diacono componitur; qui sunt sicut Ioseph & Nicodemus. Vinum autem, declarat sanguinem ex latere Christi fluxum. Et autem & mysticum vinum, quod dedit discipulis in cœna. Aqua verò demonstrat eam quæ fluxit ex latere Christi, & per calorem significat feruorem S. Spiritus; per albedinem verò syncetam fidem. Viuum simul & aqua, sunt eggressi ex latere eius sanguis, & aqua, quemadmodùm ait Propheta, *Panis ei dabitur ad cibum, & aqua ei ad potum potabilem.* Nam vice lanceæ quæ punxit Christum in cruce allongino, est hæc lancea. Panis & poculum, propriè & verè ad imitationem mysticæ illius cœnæ in qua Christus accepit panem & vinum, & dixit, *Accipite, manducate, & bibite ex eo omnes; hoc enim est corpus meum, & sanguis*, ostendens, se nos participes fecisse mortis, & resurrectionis, & gloriæ suæ.] Et post multa, quibus ritum sacrificij ad expressionem passionis. & mortis ac sepulturæ Christi pertinere docet, concludit S. Germanus. [Agnoscite igitur omnes sacerdotes qui sacro altari assidetis, & incruentam incruentem victimam sacrificatis, quod viuas passiones Christi annuncietis.]

Patientia Christi in Eucharistia.

3. Concinit S. Germano, quoad calicis materiam, Paschasius l. de Sacrament. c. 11. Nam quamuis censet Apostolos fuisse qui mixturam vini & aquæ induxerunt, quod probatior sententia reiecit; tamen eam mixturam, ad plenam & completam passionis Christi repræsentationem pertinuisse, arbitratur; vt complementum passionis, quo de perfosso Christi iam de mortui latere, sanguis & aqua manarunt, ea aquæ ad vinum consecrandum appositione exhiberetur. Idem insinuat S. Chrysostomus homil. 84. in Ioan. ad illud, *exiuit sanguis & aqua.* Air enim, hinc *mysteria* (id est Eucharistiam,) ortum habere; [vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipso latere hauriens, accedas.] Quem locum adducit ex Chrysostomo Autor libri Testimoniorum aduersus Iudæos, falsò creditus Nyssenus in explicatione dicti huius Euangelij. Hi tamen duo Autores, tametsi insinuant sensum Paschasij de aqua & sanguine lateris Christi, expressis per vinum aqua mixtum, quod est

Sect. III. Cap. VI.

consecrationis materia : præsertim tamen habuerunt rationem, duorum primariorum Sacramentorum legis nouæ ; Eucharistiæ scilicet atque Baptismi, quorum figuræ ac signa, fuere sanguis & aqua è perfosso Christi latere profusa. Quo etiam spectauit Algerus l. 3. contra Bereng. c. 8. & plurimi alij Patres, dicentes Sacramenta (adeo videlicet primaria quæ dixit,) manasse è vulnere lateris Christi nimirum tanquam ex signo cui assimilantur, vt notauit Valentia 3. p. q.3. p. 3.p.1. & latè Sayrus lib. 5. de Sacrament. in genere cap. 6. q. 3. & & quanquam sensum illum de vino & aqua ad consecrandum, commixtis, quem ex Paschasio retulimus, DD. infrequentiùs tradant; non est tamen inueri similis atque adeò passio præfertur quoqoe per materiam calicis. Sed quid germaniratem passionis Christi ac Eucharistiæ ; ex huius Sacramenti materia remota venamur, cum disertè Patres ac frequenter, ei attestentur; nunc asserendo Christum in Eucharistia patia pati iis quæ in simplicitet dicta passione tolerauit, nunc ipso nomine *Passionis Christi*, donando Eucharistiam?

4. Ex iis Patribus qui dixerunt Christum hic patia pati iis quæ in cruce est perpessus, annoto de multis paucos, Tertullianus l. de Idol. c. 7. agens contra artifices simulachrorum. [Tota die, (inqnit) ad hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum ab Idolis in Ecclesiam venire ; de aduersaria officina, in domum Dei venire ; attollete ad Deum Patrem manûs matres Idolorum ; his manibus adorate, quæ foris aduersùs Deum adorantur ; eas manus admouete corpori Domini, quæ dæmoniis corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab aliis manibus accipiant quod contaminant, sed etiam ipsæ tradunt aliis quod contaminauerunt. Adlegunrur in ordinem Ecclesiasticum, artifices Idolorum. Proh scelus ! Semel Iudæi, Christo manus intuierunt, isti quotidie corpus eius lacessunt. O manus præcidendæ ! Viderint iam, an per similitudinem dictum sit, *si te manus tua scandalizat, amputa eam.* Quæ magis, amputandæ, quam in quibus Dnuni corpus scandalizatur ?]

Optatus lib. 6. *sub initium*, arguens sacrilegia Donatistarum aduersus diuinam Eucharistiam, altaria & rempla, ac sacra vasa Catholicorum, æquiparat Donatistarum facta, cum Iudæorum erga Christum crudelitate in cruce.

Chrysostomus hom. 45. & 46. in Ioan. indignè communicantes non secus Christum tractare, quàm eos qui clauis ilium confixerunt, nec dispare supplicio esse puniendo, contestatur.

Quid multa ? Christus hîc linteu ohuoluitur, & sindone. Quod vrinam à pietisque eadem mundicia adhibita fieret, qua à Ioseplio, vt optat Nyssenus orat. t. de Resurr. Hîc sepelitur, & tribus diebus ac noctibus hæret in corde terræ, ratione habita communicationis Apostolorum, iuxta eundem Nyssenum, & Augustinum l. 1.qq.Euang. q.7. Hîc descendit in infernum multarum animarum peccatricom, quas scriptura *inferni* nomine donat, vt cum ait, *convertantur peccatores in infernum.* Psal.9. vbi ita Augustinus: Et enm Psal. 85. *infernum inferiorem* vocat, qui cootraponirur superiori : hoc est malæ conscientiæ, iuxta Hieronimom ibi Richardus Victor.l.2. in Apo. c. 7. eodem modo accipit illud, *infernus sequebatur damonem.* In summa, iuxta Damascenum Episto. de corp. dom. omnes analogiæ passionis, ac mortis, & sepulturæ Christi Domini, in hoe mystetio sunt perspicuæ. Eáque fortassis fuit ratio, cor olim Christiani, iuberentur Eucharistiam excipere cauis manibus in crucis formam decussatis, vt est apud Cyrillum Hierosol. catech. 5. mystag. & Damascenum 4. fid. eap. 14. Idemque sancitur canono 102. Trullano.

Sacrificium incruentum, dictum, passio Christi, *& quomodo idem cum sacrificio Crucis.*

5. Iam ipso *passionis Christi* nomine, donatom à nonnullis Partibus mysterium Eucharistiæ, vt affirmabam, videre est apud S.Cyptianom Epist. 63. [Passionis eius (inquit), mentionem in sacrificiis omnibus facimos. Passio est enim Domini, sactificium quod offerimus.] S. Gtegorius hom. 37. in Euangel. [singulariter ad absulurionem nostram, oblata cum lachrymis & benignirate mentis, sacri altaris hostia suffragatur ; quia is qui in se resurgens ex mortuis iam non moritur, adhuc pet hanc in suo mysterio, pro nobis iterum paritur. Nam quoties ei hostiam suæ passionis offerimus, toties nobis ad absolutiouem nostram, passionem illius reparamus.]

Sacrificium denique Eucharistiæ, esse vnum & idem cum sacrificio crucis, videntot tradere S. Chrysostomus hom.17. in ad Hebr.& Primasius ibidem ad c. 9. oecnon ereditus Ambrosius ad e. 10. quod de omnimoda vtrinsqoe sacrificij vnitate, eriam quoad immolationem, aceipit Alanus l.de Missa c.12. Quanquam certum esse debet, non esse inter ea sacrificia vnitatem numericam siue identitatem ; cum sint actionesà diuersis causis, in diuersis circūstantiis profectæ, & in genere entis specie differant: quandoquidem illiatio mortis qua Christus excisus est, fuit actio merè naturalis : Immolatio verò iucruenta, est actio supernaturalis secundùm modum, ratione enirarum fitmarum hîc reproductarum : quoad substantiam verò, ratione modalis vnionis hypostaticæ hîc reproductæ. Præterquàm quod passio Christi, terminata est ad realem vitæ Christi destructionem, quæ non habet reipsa locum in sacrificio Eucharistiæ. Vt proinde perspicuum esse debear, duas illas sactificationes, non modò numeto, sed eriam specie phyfica differre, vt tectè statuit Vasques 3. p. d. 224. c. 2. & Suares t.33.p.d.76. s.1.conclus.2. Esto, in genere moris, quia ex eodem moriuo diuini cultus sunt elicitæ, sint eiusdem speciei : Sed hoc nihil officit diuersitati & numericæ & specificæ borum sacrificiorum ingenete entis : qualem perspicuè admiserunt, qui sacrificium incruentum, dixerunt esse *imaginem* sactificij cruenti in cruce petacti ; vel eriam *figuram*, vt loquitur Paschasius l. de Sacrament. cap. 4. Nec abhorret ab eo loquendi modo Suares t. 3. 3.p.d.74. s.2. ad 2. Nimirum *figuram* sumont pro signo & reptæsentatione. Omnibus enim sacrificiis, (etiam

(etiam antiquis,) ex diuina institutione; implantatur repræsentatio sacrificij crucis; ita vt etiam sacrificium quod Christus in cœna vltima peregit, hanc habitudinem ad sacrificium crucis habuerit. Consultius tamen videtur hoc tempore, declinare inuidiam vocis *figura*, quæ posset incautos implanare, & inducere ad existimandum, non esse eandem in vtroque sacrificio rem oblatam. Castiùs ergo & remotiùs à phrasi morbosa, dicetur *imago* nempe viua, seu representatio sacrificij crucis; quæ denominatio rectè cohæret cum eadem vtrobique re oblata. Nihil enim vetat, aliquid simul esse signum repræsentans & rem repræsentatam ac signo expressam. Nam imago B. Matiæ, expressa ex imagine depicta per S. Lucam, simul est imago prototypi, seu B. Matiæ, & imago similis imaginia eiusdem prototypi, hoc est picturæ à sancto Luca confectæ. Item vox *nomen*, est aliquod nomen, alia item particularia nomina denotans. Similiter ergo sacrificium incruentum, & est verum sacrificium, & est imago ac repræsentatio cruenti sacrificij in cruce oblati, de quo dilligenter Alanus l. de Missa c. 11. Salua igitur entitatiua, cum numerica, tum specifica, distinctione vtriusque sacrificij: cernitur tamen inter ea, vnitas & identitas; non modò moralia in ratione cultus religiosi, sed etiam ob eandem, vtrobique rem oblatam; in vno realiter, in altero autem virtualiter, ob actionia concomitantis obstaculum gladio verbi mactatam, quæ est Christus Dominus. Et hoc spectarunt, qui incruentum sacrificium donarunt nomine *passionis Domini*.

Illustratum in eam rem, symbolum Ethnicum.

6. Placet ad hanc sacrificij crucis & mysterij Eucharistiæ germanitatem detegendam, aut illustrandam, symbolum quoque Satanæ adducere, vt mendacium proficiat veritati, quod optabat S. Hilarius. Satanam ergo ex Scripturis Christianasacra conjectantem, per mimicam veritatis adulterationem suggessisse ethnicia pleraque veluti mysteria Christiania affinia, Tertullianus autor est l. de Præscript. c. 40, ac l. de coro. milit. c. 14. & Instinus ad finem primæ Apologiæ, nec non Nyssenus homil. 14. in Cant. & palpabiliter idem demonstrant quæ habet Iosephus à Costa l. 5. histor. à c. 31. Idque maligniissimè à Satana excogitatum esse, vt inde eleuaretur vetitas; saltémque vilescerent mysteria nostra, cum innotuissent, & æquè ad fabulas referenda censerentur, monuit optimè Cyrillus Hierosol. catb. 15. *ante med.* inter ea ergo falsa mysteria in Satanæ incude fabricata, Iulius Firmicus Magni Constantini æqualis, qui quæ scripsit, vsurpare oculis potuit, refert vnum fuisse, quod eius verbis repræsento ex l. de errot. profan. c. 19. [Libet nunc explanare, quibus se signis, vel quibus symbolis, in ipsis superstitionibus, miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim proprias signa, propria responsa, quæ illis in istis sacrilegiorum cœtibus, Diaboli tradidit disciplina. In quodam templo, vt in interiores partes homo morturus possit admitti, dicit, *de tympano manducasti, de cymbalo bibi, & religionis secreta perdidici.* Quod Græco sermone dicitur, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα γέγονα μύστης.] Ex Clementis Protreptico, liquet, hunc Ethnicum ritum pertinuisse ad sacra Ceteria. [Hæc symbola (inquit) huius initiationia, satis superque adancta, satia scio vobis risum esse mouura, etiamsi vobis non veniat in mentem ridere, eo quod refellamini. Ex tympano comedi, ex cymbalo bibi, tympeatum attuli, ingressa sum thalamum.] Et infrà. [Eleusiniorum mysteriotum signumest, jeiunaui, potum confectum bibi, ex cista accepi. Postquam feci, deposui iocalathum & ex calatho in cistam.] In has cistas quid inferretur, explicat distinctiùs Clemens paulo post, referens etiam Orgium Dyonisij Bassari. Fuse de iisdem symbolis agit Arnobius l. 5. n. 20. quæ omnia ad mysterium Euchar. pertinere, docet qui nobis ista recognoscentibus prodit Commentarius Iacobi Bolduci, de Oggio Christiano. Ego interpretem adhibeo Firmicum, qui stomachatus aduersùa adductam profanitatem, à & sacrilego illo cibo ac potu dehortatus, subdit. [Alius est cibus qui salutem largitur, & vitam. Alius est cibus, qui hominem summè Deo & commendat, & reddit. Alius est cibus qui languentes releuat, errantes reuocat, lapsos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur insignia. Christi panem, Christi poculum quære, vt terrena fragilitate contempta, substantia hominia immortali pabulo sagineiur. Quia est autem hic panis, vel quod poculum, de quo in libris Salomonis, sapientia, magna voce proclamat? Ait enim, *Venite, & manducate de meis panibus, & bibite vinum quod miscui.* Et Melchisedec Rex Salem, & Sacerdos summi Dei, reuertenti Abrahæ, cum pane & vino, benedictionis obtulit gratiam. Isaac etiam cum Iacob benedixisset, cum hoc idem, Esau à parte suppliciter exigeret, respondit ei pater, *Dominum tuum feci illum, & omnes fratres eius, feci seruos, tritico & vino confirmaui illum.*] Nec ita multo post, addit Firmicus. [Sequuntur etiam hoc idem, triceſimi & tertij Psalmi veneranda responsa. Ait enim per Dauid Spiritus sanctus, *gustate & videte, quoniam dulcis est Dominus.* Dulce est cœleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ famis triste tormentum, & de medullis hominum, præcedentis veneni virus excludit. Hæc ita esse, sequentia oraculi responsa declarant. Ait enim, *Timete Dominum Sancti eius, quia non est inopia eis qui metuunt eum. Diuites eguerunt, & esurierunt, qui autem inquirunt Dominum, non indigebunt omni bono.*] Tandem inferiùs. [Vt autem manifestiùs diceretur, quoniam ille esset panis: per quem miseræ mortis vincenntur exitia, ipse Dominus sancto ac venerando ore signauit, ne per diuersos tractatus, spes hominum pranis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Euangelio Ioannis. *Ego sum panis vitæ, qui venerit ad me non esuriet, & qui in me crediderit, non sitiet vnquam.* Item in sequentibus, hoc idem simili modo significat, ait enim, *si quis sitit, veniat & bibat, qui credit in me.* Et rursus ipse, vt majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait, *nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.* Quare nihil vobis sit cum tympania, cibo odij, miseri mortales. Salutaris cibi gratiam

Patientia Christi in Eucharistia.

Sect. III. Cap. VI.

tiam quærite, & immortale poculum bibite. Christus vos epulis suis reuocat ad lucem, & graui veneno putres artus, & torpescentia membra viuificat. Cœlesti cibo renouare hominem perditum, vt quicquid in vobis ruorum est diuinis beneficiis renascatur.)

Fuit ergo tympanum de quo manducabatur, & cymbalum de quo bibebatur, adulterinum à Satana cusum Eucharistiæ symbolum. A tympani specie, exhiberi Christum cruci confixum, monstrant illa Diui Augustini ad titulum Psalmi 33. Concil. 1. in eum Psalmum. [Ergo affectauit, quia peruenit vsque ad mortem Crucis: Et quoniam qui crucifigitur, in ligno extenditur, vt autem tympanũ fiat, caro, id est coriũ in ligno extenditur, dictum est, & *tympanizabat*, id est crucifigebatur, in ligno extendebatur.] Eadẽ breuiter repetit conc. 2. Igitur eodẽ symbolo, Christi passio & distensio in cruce; eodem item mysterium Eucharistiæ expressum legimus adumbrante hanc passionis & Eucharistiæ, affinitatem Satana, qui proinde huic veritati est suffragatus, ita vt de comedente exiuerit cibus & de mendacij patente veritas vt ejrea Putphyrium lusit Theodoretus, l. 3. contra Græcos.

Quibus visus plura Christus in Eucharistia, quam in cruce passus.

7. Pareiùs hactenus egisse videbimur, nonnullam duntaxat nominum ac rerum æquiparationem, inter passionis & Eucharistiæ mysterium agnoscentes. Nam non desunt Patres, qui plura hic & duriora pati Christum quam in Cruce toleraverit, intrepide profitentur. S. Cyprianus id insinuate videtur l. de lapsis, cum ait de malè communicantibus [A Diaboli aris reuertentes, ad sanctum Domini, sordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolorum cibos, adhuc penè ructantes exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus, & contagia funesta redolentibus, Domini corpus inuadunt, quando occurrat scriptura diuina & clamet, & dicat. *Omnis mũdus manducabit carnem, & anima quæcunque mãducauerit ex carne sacrificij salutaris; quod est Domini, & immunditia ipsius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo.* Apostolus item testatur & dicit, *non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini communicare, & mensæ dæmoniorum.* Idem contumacibus & pertinacibus, comminatur & denunciat dicens, *quicunque ederit panem, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Spretis his omnibus atque contemptis, vis infertur corpori eius & sanguini: & plus modò in Dominum manibus atque ore delinquunt, quàm cum Dominum negauerunt.] Aud. in *plus modò* Et verba facilè ferunt compatationem peccati lapsorum malè communicantium, cum peccato Iudæorum manibus sublatis, & contenta voce negantium Christum esse Regem suum, quin potiùs eum in furcam agi deposcentium. Quia tamen video posse ei locum aliò auerti, ita vt comparatio fiat peccati malè communicantium, non cum peccato Iudæorum, sed cum peccato ipsorum lapsorum, quod admiserant cum fidem abnegarunt, addo Chrysostomum hom. 24. in 1. Cor. ad illud, *panis quem frangimus*, vbi sic disserit. [Cur addidit, *quem frangimus*? Hoc enim licet videre fieri in Eucharistia, in cruce autem non itidem, sed vtique ei contrarium. *Os enim* (inquit) *eius, non conteretur.* Sed quod non passus est in cruce, hoc in oblatione patitur propter te, & patitur frangi vt omnes impleat.] Videtur igitur Christus, plura in statu sacramentali passus, quàm per tempus passionis in specie visibili: Atque adeò vberiorem in Eucharistia patientiæ materiam nactus esse, & majorem patientiam exprompsisse videtur, quàm in cruce.

Antedictorum discussio, ex eo quod Christus, in Eucharistia nihil intrinsecè patiatur, sicut in cruce.

8. Non esse tamen Christi in Eucharistia patientiam, ad metiendam patientiæ quam exercuit in cruce, & tempore passionis, si de iis agatur quæ patientiam Christi quoad illà quæ in seipso pertulit, exegerunt, debet esse extra dubium, quia reueta Christus in sacramento, nihil prorsus intrinsecè lædens ab extrinseco immissum patitur; tantum abest vt tantundem, vel etiam plus quàm in cruce patiatur. Quod intelligo, præcisè spectando statum sacramentalem, etiam si Christus quoad corpus non esset glorioſus; sicut reuera non erat in nocte Cœnæ. Nihilominus enim, etiam tunc, erat incapax cuiuscunque impressionis alteratiuæ, ab agentibus naturalibus de foris immittendæ, vt rectè docet D. Thomas 3. p. q. 76. art. 7. Scotus in 4. d. 10. q. 9. Vasques 3. p. d. 191. cap. 3. & passim cæteri, demptis paucis Nominalibus. Ratio est, quia agentia physica naturaliter spectata nihil agere possunt, nisi interueniente contactu physico & quantitatiuo, qui hîc intetuenire non potest ob Christi inextensionem. Item quia necesse esset, Christum si quid in Eucharistia pateretur; vel pati excipiendo alterationem inimicam, vel diuisionem continui subeundo. Neutrum verò admittit status Christi sacramentalis. Non enim primum. Nam impressio alteratiua, si fieret in Christi corpore, deberet eundem essendi modum accipere, quem habet corpus Christi in Euchatistia: quia quicquid recipitur, per modum recipientis recipitur. Atqui nullum agens materiale & quantum, imo ne Angelus quidem, potest effectui corporeo naturaliter à se producto, conferre modum illum essendi quacunque re corporea superiorem, & illi planè indebitum. Quæ ratio euincit, ne ipsius quidem Christi partes, prout in hoc sacramento existunt, posse inuicem pati, aut agere. Cum igitur corpus Christi sacramentaliter locatum, nullam extriusecam impressionem possit excipere, ac ne partis quidem eius in partem: manifestè concluditur, corpus Christi in Eucharistia, nihil posse à causa alterante inimica excipere, quod ad passionem corruptiuam pertineat; atque adeò est impassibile per alterationem infestam, & ea ex parte incorruptibile, prout est in Eucharistia. Nec eius carnibus periculum est à tabe. Id quod peteleganter tradit Petrus Cellensis l. 5. epist. 15. quæ est ad Cartusianos de monte Dei. [Stat (inquit) & pulsat Iesvs, volens suum Pascha vobiscum recolere, & de reliquiis mensæ illius magnæ, partem bonam teseruauit;

quam

quam adhuc recentem & calentem , dennò de arca cœli profert & refert vobis. Ne vereamini , ne caro antiquata sit , & putrefacta vetustate nimia ; quia annus iam millesimus centesimus sexagesimus primus est. Nequaquam fratres , nequaquam ascendat in cor vestrum hæsitatio ista , quia caro eius etiam dum esset corruptibilis , non vidit corruptionem : multo verò minus facta incorruptibilis , & genere viuendi , & loco manendi. Recens est , calida est, sana est , vitalis est , regnum cœlorum dat, quia possidet. Non est illa caro & sanguis , de quo dicitur, *quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.* Quo studiosiùs arcentur à dentibus & stomachis vestris , carnes animalium quæ corrumpuntur & corrumpunt , eo dignius accedunt ad animas vestras sanctificandas , carnes illæ quæ sicut non moriuntur ita nec corruptionem inesse patiuntur , vbicunque refectionem præstauerint. Has imperat religio , & uo religiosior sis , eo frequentiùs,& vt ita dicam, glutinosiùs comedere debes.

Iam quod corpus Christi in Eucharistia, malè affici non possit per diuisionem continui ab aliquo naturaliter factam , exploratum esse debet. Nam vt diuisio fieret , necesse esset inter duas partes sacri corpotis diuidendi , interijci corpus aliquod ; scalpellum , v. g. aut gladium: quæ interiectio fieri nequit circa rem inextensam. Tantum abest , vt verum sit , quod absurdè concessit Major in 4. dist.10.si quis ad hic diuidendum Christi corpus si applicet, fote vt illud diuidat in omnem sui partem , obsimultaneum omnium partium situm. Aliunde enim, ea omnimoda quanti diuisio est impossibilis; alioqui deueniretur ad indiuisibilia ex quibus quantum compingeretur. Et ideò Soto in 4. d.12. art.4. ratus , Deum si corpus Christi in Eucharistia diuidere vellet , necessario diuisirum illud in omnem sui partem , infert , ne Deum quidem posse corpus Christi sacramentaliter locatum diuidere. Hallucinatur tamen Soto, Nam facilè esset Deo , corpus Christi sacramentaliter locatum , diuidere absque diuisione in omnem partem , per solam diruptionem vnionis , in quacumque parte vellet diuidere. Igitur corpus Christi & sanguis , non sunt natutaliter diuisibilia in Eucharistia : atque adeò neque corruptibilia , cum corruptio fieri nequeat absque diuisione,vel alteratione corruptiua,quam vttàque ablegat status sacramẽtalis.

Damnati errores de sanguine corruptibili in Eucharistia.

9. Meritò hanc ob causam exposi sunt Samosatenus & Sicidites hic hallucinati. Nam Corruptibilitatem sanguinis Christi in Eucharistia , colligebat Paulus Samosatenus , ex eo quod Christus de calice Eucharistizato dixisset *accipite dividite inter vos.* Et , *hic calix novum Testamentum est in meo sanguine , qui pro vobis effundetur.* [Quomodo igitur est sanguis incorruptibilis , si diuiditur & funditur.] Verba sunt illius ; *torrentis iniquitatis* ; sic enim Paulum Samosatenum nominat Dionisius Alex. Epistola contra eum ad q. quartam. Qui respondet, [vera est Prophetia Pauli Mileti , *surgent quidam loquentes peruersa , vt abducant discipulos post se.* Surrexit itaque primùm Samosatensis , loquens iniqua , qui diceret esse corruptibilem sanguinem IESV , qui est Deus Israël IESVS , & qui omnem corruptionem , & passionem , & mortem soluit : qui redimit nos à seruitute corruptionis. Sanguinem mortalis & patibilis hominis dicit , quia dixit Dominus gloriæ discipulis , *accipite & dividite , nomen testamentum est in meo sanguine. Hoc facite in meam commemorationem.* Et quia dixit idem , *qui pro vobis effundetur.* Hæc cum audisset Samosatenus , videtur in hac voce Domini , niti contra varietatem , quia ignorat quod ab Apostolo dictum est , *quanto magis putatis deteriora mereri supplicia , quam qui legem Moysi à Deo datam reiecit eum qui filium Dei conculcauerit , & sanguinem Testamenti pollutum duxerit , in quo sanctificatus est ; & spiritus gratiæ, contumeliam fecerit* ? Sic enim ait Apostolus ; *Irritam quis faciens legem Moysi , sine vlla miseratione , duobus aut tribus testibus moritur* Conculcauit eum Iudas & prodidit , & Iudas Galilæus periit priùs , & post eum qui ei consenserunt. Nunc verò Samosatensis , vt placeat Satanæ qui eum delegit , surrexit contra sanguinem viuificum, & contra spiritum sanctum, conculcans ea. Si enim sanguis sanctus corruptibilis est , quia diuiditur & effunditur , sic erit spiritus sanctus , sicut sanguis vitæ.] Excurrit Dionysius in varias scripturas , quibus spiritus sanctus dicitur dispertitus , & diuisus in Apostolos , & effusus super omnem carnem. Ioëlis. 2. & Actor.2.Tum concludit [Non igitur quia spiritus sanctus effusus est, dicetur corruptibilis. Apage. Neque quia diuiditur. Idem dicendum est in sanguine viuifico.] Ita ibi Dionisius. Clarius responsum esset , specierum diuisionem nihil ad Christi corpus speciebus subjacens pertinere.

Patientia Christi in Eucharistia.

10. Lego etiam , Michaëlem Siciditem,impium Monachum & Astrologum , sub Georgio Xiphilino Patriarcha primùm , tum sub eius successore Ioanne Camatero , corpus & sanguinem Christi in Eucharistia , corruptibilia esse contendisse , vt refert Nicetas Chonates l.2. de rebus gestis Alexij Angeli , addens adhæsisse ei nonnullos , aduersantibus aliis , qui corpus Christi ac sanguinem in Eucharistia , affirmabant esse incorruptibilia , qualia erant post Christi resurrectionem , cuius hoc mysterium confessio est ac recordatio. Quibus hæc proferentibus , aut Nicetas , Michaëlis partiarios obstitisse, affirmantes (id mysterium , non confessionem resurrectionis , sed sacrificium duntaxat esse , & proinde corruptibile & ainens , & inanime , ad quod qui accedat , non totum Christum percipiat , sed partem , vt qui partem percipiat. Nam si incorruptibile esset,etiam mentis esset particeps & animatum , & intactile , & inspectabile : neque dentibus scinderetur & moleretur , & in scindendo nullam omnino molestiam aut dolorem sentiret] censcriptum esse ab hoc Michaële scriptum (vt ait) spurcissimum de diuinis mysteriis , testatur idem Nicetas l. 4. de rebus Manuël *ferè in fine.* Quod accipio de libro astruente errorem propositum Synodi aduersùs hunc Siciditem celebratæ tempore Michaëlis Comneni, meminit Turrianus l.11. de Euchar. c.10. ex l.27. historiarum Nicetæ Choniatis ; quam Synodum à Turriano lectam opportuit , eum testetur in ea errorem Siciditæ , reuictum esse multis

Sect. III. Cap. V.

SS Patrum testimoniis Athanasij, Basilij, Isidori Peluſiotæ, Theodoreti, Euthecij Patriarchæ Constantinopolitani, Theodoti Patriarchæ Antiocheni Seueriani Gabalorum Episcopi & aliorum. Tamen in Tomis Conciliorum ea Synodus non compatet. Neque apud Nicetam l. de Gestis Manuëlis 7. (non enim 27.) quicquam inuenio de hac quæstione tunc agitatum, sed de eo tantum dicto *Incarnatus Deus, simul & offert & offertur.* Super quam disceptationem, alieno anni tempore ingens tonitru erupisse, & nonnullos concertantium tertæ allisisse, testatur; cum fortè tunc Elias quidam homo eruditus & clarus, aperto de tonitruis libro in illud inibi scriptum incidisset, *Casus sapientum.* Non plura de ea controuersia apud Nicetam, qui (vt vidisti) illo alio loco quo controuersiæ de Christi in Eucharistia corruptibilitate meminit, stolida argumenta proficidite, & partiariis corruptioolis refert, Christi hic sacrificationem & comestionem per partes, nec non eius amentiam & animæ carentiam, tactum quoque & aspectabilitatem, doloris denique & molestiæ sensum in Christo inter scindendum & dentibus commolendum corpus eius. Quæ argumenta, partim sunt stupiditatis plenissima; quale est quo amentia & animæ exclusio, itemque tactilitas & aspectabilitas speciebus ad Christum transfunditur; partim verò scatent blasphemiis, vt quod dolor Christo, ex manducatione eius in sacramento, affingitur, & per immolationem inctuentam ac distributionem malè affici existimatur.

Distributio & immolatio Christi, eius hic corruptionem non probant.

11. At Christi immolationem & distributionem, (cæteta enim nimis Cyclopica sunt, & digna quæ prætereantur,) nihil officere incorruptibilitati Christi in Eucharistia, extra controuersiam est Catholicis omnibus. De distributione, res est perspicua: est enim specierum duntaxat, absque Christi sectione, aut dilaceratione. Totus enim sub quolibet specierum frustillo præbetur. Diceres Creditum Cyprianum huic insaniæ obuiam ire voluisse, serm. de Cœna Dom. eum dixit. [Nec solos Sacerdotes, ad panes, huius leuiticæ dignitatis prærogatiua admittit: vniuersa Ecclesia ad has epulas inuitatur, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur; incorporatur non iniuriatur, recipitur non ineluditur, eum infirmis habitans non infirmatur, nec pauperum ministerio indignatur.]

Æquè immolationem esse Christo innoxiam, & eum eius incorruptibilitate probè coherere, egregiè docet Ruper. l. 6. in Genes. c. 32. his verbis. [Pulcherrimum atque sanctissimum est personuisse, quemadmodùm & vsque hodie in monte visionis, id est, in sancta Catholica Ecclesia, extra quam nemo vnquam Deum videbit, offeratur iugiter idem filius Deo Patri, & tamen immortalis perseueret atque impassibilis. Etenim huic immolationi, iure assimilatur sacrificium Patriarchæ pij ac fidelis; quia videlicet sicut illic, ita & hic noo sanguis funditur filij trucidati manibus crudelium, sed viuus atque integer permanens, Deo Patri Filius, idem & manibus præsentatur, & ore sumitur fidelium.] Sacerdotem Abrahamo expressum, latè munstrat Rupertus. Tum addit. [Portat quoque ignem & gladium, quia profectò sine igne spiritus sancti, nemo dignus est ad tantum accedere mysterium: & sine gladio Verbi, non immolatur hoc salutis holocaustum. Adest Christus præsens, tanquam Isaac iuxta veritatem soam qua dicit, *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorum.* Duo pueri iussi subsistunt. Erenim in hora sacrificij, voces vtriusque testamenti quæ canendo atque legendo comitatæ fueraot, pariter conticescunt. Summum namque præstandum silentium est, vt Christi Domini nostri passio, sic per solum sacerdotem celebretur, sicut ille fugientibus omnibus suis relictus est solus, *& torculat* (inquit) *calcauit solus.* Qui si, vt iam dictum est, vbi duo vel tres congregati fuetint in nomine eius, illic est: quomodò in tali congregationis causa non adest? Imo totus adest, totus sancto incumbit altari: non vt iterum patiatur, sed vt fidei euà præsentia sunt omnia, præterita eius passio memoriter reptæsentetur. Ita Christus, & iterum immolatur, & tamen impassibilis permanet & viuus; quemadmodum illic Isaac immolatus, & tamen gladio non est attactus. Frangitur pro illo panis, & comeditur, sed ille panis iam sit ipse Christus, Christus tamen integer permanet & viuus.]

Pugnantes sententiæ de passibilitate Christi in Eucharistia, in nocte cœna.

12. Quare omnia argumenta Sicidit æ, eiusve assectarum, pro corruptibilitate Christi in Eucharistia, sunt planè inania. Nec Christi diuisibilitatem vel corruptibiliratem probant, cuius est in Eucharistia prursus incapax, vi status sacramentalis. Hoc cum addo, satis signifieo, corpus Christi in Eucharistia fuisse incorruptibile & impassibile, etiam quando Christus nondum erat corpore glorioſus puta in nocte cœnæ. Erat enim tunc Christus adhuc mortalis & passibilis. Quomodò ergo potuit dare corpus immortale & incorruptibile, quale non erat corpus eius in specie visibili? Respondet Algerus l. 1. de Euchar. c. 9.] Non est mirum, si ille qui ante passionem transfigurauit se in tale corpus quale post resurrectionem habiturus erat, & post resurrectionem ostendit corpus suum vulneratum palpabile, & quale ante passionem habuerat; ita immortale dederit corpus suum in sacramento, quod erat moriturum; sicut post resurrectionem idem corpus suum quod erat inuulnerabile, ostendit vulneratum. Sicut hoc, sic & illud, diuinæ potentiæ adscribatur. Diuina enim operatio, (vt ait B. Gregorius,) si ratione comprehenditur, non est admirabilis; nec fidea habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Qui ergo duplici forma, humana scilicet & sacramentali, præsentem se exhibuit quasi alterum, cum omnino idem esset; & comedendum se distribuit, eum viuus & integer permaneret; nonne in illo sacramento se incorruptibilem & immortalem præbuisse credendus

dendus est, in quo nec morsibus atritus corrumpi, nec contestione tot hominum deuoratus potuit occidi? Sicut ergo moriturus in seipso, factus est immortalis in sacramento, supra naturam: sic etiam tunc cum caro eius & sanguis cibis & potibus innouari posset, ac mutari per naturam in seipso; non tamen nouo vino & nouo pane innouari posset, ac mutari potuisse credenda est, eadem caro, vel idem sanguis, in sacramento.] Confirmat Algerus Christum distribuisse seipsum, prolato loco Augustini ex Psalmi 33. expositione. Tum concludit. [Cum ergo constet, quia seipsum moritutus immortalem, visibilis inuisibilem in sacramento dederit, constat quia illud corpus suum, quale non modò sumimus, tale fuit, vnam idémque omnino in substantia, & tunc & nunc; sed tunc tamen differens mortalitate & immortalitate in hominis & sacramenti forma nunc hominis tantùm & sacramenti forma.]

13. Aliter ad quæstionem propositam respondet Iuo Epistola ad Haymericum, & argumentum adhibet, quo Algeri responsio grauatur. Sic enim disserit Iuo. [Quærit fraternitas tua, vtrum Dominus noster Iesvs Christus, in cœna quam fecit cum discipulis ante passionem suam, dederit eis corpus suum passibile: cum nos illud de meosa altaris accipiamus impassibile. Ad quam quæstionem, si tibi respondeatur, discipulos Christi corpus Domini tale accepisse, quale tunc erat; nos verò tale accipere quale nunc est, non video quæ autoritas mihi contradicat, quæ rationis violentia me vrgeat. Imo si aliter dicerem, repugnantem viderem rationem, authoritatem. Nam corpus illud quod tunc discipulis suis Dominus commendabat, adhuc futsse passurum, nemo est qui abnuat: sicut in ex autoritate Dominica, in litteris tuis posuisti; *Hoc corpus, quod pro vobis tradetur.* Passibile autem fuisse quod passurum erat, quis deneger? Impassibile verò nunc esse quod sumimus, tu ipse benè ex autoritate Apostoli confirmasti, quia *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur.* Quomodò enim si figulus daret mihi vas fictile, ante fornacem etudum & infirmum, post fornacem verò tedderet idem coctum & firmum, & humanæ vtilitati commodum; quam vtiliratem habere non posset, nisi priùs coctum esset. Sic corpus Christi, ante passionem quale erat, datum est discipulis passibile: quod per passionem transiturum erat ad impassibilitatem, nec vnquam profuisse ad salurem infirmitas illa passibilis corporis, nisi subsecuta fuisset gloriatio impassibilis & immortalis. Quomodò enim posset mihi dicere figulus, vas quod tibi do ante ignem, inutile & infirmum, hoc statim reddam post ignem, vtile & robustum: Ita Dominus noster Iesvs Christus signanter dixit *hoc corpus quod pro vobis tradetur*, accipite; & sublequenter adiunxit, *Hoc facite. Hoc* dixit, non aliud. Alterum tamen futurum esse non negauit, quatenus relinqueret intellectui nostro, corpus quod de Dominica mensa sumimus eiusdem essentiæ, quod exemplo suæ transfigurationis, & documento suæ authoritatis, præsignauerat suis discipulis futurum esse alterius gloriæ. Nec præsertim endum est, ad huius rei discussionem, quod eum dixisset, *hoc facite*: addidit, *in meam commemorationem.* Quæ autem sit illa commemoratio, B. Apostolus exponit dicens: *Quotiescunque enim panem Domini accipimus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus, donec veniat.* Sicut ergo impassibilis corporis assumptio, dominicæ mortis iam præteritæ est commemoratio; sic passibilis illius corporis acceptio eiusdem Dominicæ mortis tum adhuc futuræ, fuit prænunciatio.] *Patientia Christi in Eucharistia.*

CONCILIANTVR.

14. Inter has pugnantes Algeri & Iuonis sententias, de corruptibilitate corporis Christi in nocte cœnæ, ita inuenda est conciliatio, vt agendo ex natura rei, seu secundùm ea quæ corpori Christi tunc conueniebant in specie visibili, ab Iuone stet veritas: si tamen adjungamus statum sacramentalem Christo teplicato tunc additum, nempe inextensionem, & positionem ad modum Spiritus, sic stet ab Algero. Verè enim Christi corpus, in nocte cœnæ, secundùm naturam & præsentem tunc conditionem suam spectatum, fuisset passibile & corruptibile, quia erat sustantialiter idem corpus quod postea passum est. Passibile autem fuisse quod passurum erat, quis deneger? vt Iuo argumentabatur? Fuisse tnquam absolutè, & secundùm se ac status in quo visibiliter erat, exigentiam. Et hoc voluit Adelmanus epist. ad Berengar. eum dixit de Christo. [Quod semel fecit passibiliter pet semetipsum, id quotidie agit impassibiliter per eos quibus dedit potestatem filios Dei fieri.] Id est per Sacerdotes nunc consecrantes à quibus fiunt Filij Dei secundum generationem mysticam collato per Sacerdotes baptismo. At non precisè hæc spectando, sed adiungendo statum sacramentalem, dicendum est corpus Christi futurum fuisse corruptibile & passibile, si priori condirioni fuisset relictum; sed propter sacramentalem essendi modum fuisse & incorruptibile & impassibile, quamuis in propria specie neutrom adhue haberet. Videtur ad hunc modum quæstionem propositam expediuisse Hugo Victorinus l. 2. de sacr. parte 8. cap. 3. vbi tamersi initio anceps, & præcipitare sententiam refugiens tamen denique admittit, Christum *quantum pertinet ad sanctificationem sacramenti*, impassibile & immortale corpus tradidisse, quod adhue in propria specie mortale erat atque passibile. Quod eius disputatio, tamersi acuta & æui illius Augustino digna, longior sit quàm vt hic exscribi possit, ibi legatur. Consequenter autem ad doctinam propositam, nego quod Alanus l. de Euchar, cap. 38. *sub finem* affirmat, nempe & Christi corpus, in nocte cœnæ vel passionis tempore consecratum, verè fuisse in Eucharistia moritutum, morienre Christo in propria specie visibili, ac proinde nego ante Christi passionem consummatam per mortem, futurum ibi fuisse mortale, quod Alanus ait esse omnium penè schulasticorum sententia; quia viderunt intelligentiæ imprimis resistere, vt idem corpus simul sit mortale & immortale: vel quod absurdius videtur, simul sit mortuum ac viuum. Hæc omnia rejicio. Nam corpus replicatum, posse vno loco viuere, in alio autem vita carere, ob æquiualentiam corporis replicati cum totidem

Sect III. Cap VI.

corporibus quot sunt loca in quibus replicatur, agnoscunt DD. vt Gabriel lect. 46. in Can. *litera L, & M.* Imo ipse Alanus ibidem, fatetur, nullum esse Doctorem qui diffiteatur id esse Deo possibile, quod nobis nunc suffiecit, ad elidendam difficultatem. Mox etiam addit, & pro secunda regula statuit Christum etiam in cœna vltima, extitisse id Eucharistia modo immortali & impassibili, ita vt non potuerit Christo in sacramento existenti, inferri quæcunque vexatio aut mors. Quæ quomodò cohæreant eum proximè recitatis, haud satis perspicio; & reipsa, iis quæ asserui astipulatum Alanum, vix dubitare possum, vtcumque habeant verba.

Dimissa autem controuersia de indiuisibilitate & incorruptibilitate sub speciebus in nocte cœnæ, si agatur de iisdē affectionibus Christi nunc in Eucharistia constituti inuenio Ioannem Zonaram Epist 31. repræsentata à Bonæuentura Vulcanio ad libtum S. Cyrilli contra Antropomorphicas, contrarias in hac re sententias proponere; tum statuere; panem propositionis, (sic vocat diuinam Eucharistiam) esse quidem corruptibilem, cum sit vera caro Christi pro nobis mortui & denuo nostris secetur ac commoluatur; quod non posset eadem in rem incorruptibilem: Reipsa tamen non subire corruptionem, custodiente eam diuinitate. Sient enim Sanctum Dei, sepulchro post mortem post mortem illatum, non vidit corruptionem, inhibente Deo; [ita etiam panis propositionis, postcaquàm assumptus est dentibus, & in stomachum veluti sepulchrum delatus, ad incorruptionem reuertitur (secundum Ioannem Damascenum,) in eundem cum animæ essentia ordinem relatus.] Hæc Zonaræ doctrina, non modò implexa est, sed etiam parum accommodata. Corpus enim Christi prout hoc tempore subsistans speciebus, esse corruptibile, abhorret à vero, vt monstratum est. Idemque traiectum in ventrem reuerti ad incorruptionem, falso asseritur, nec intelligitur quid sibi velit transitus eius in eundem ordinem cum animæ essentia.

Nihil intrinsecè passus vnquam Christus in Eucharistia, etiam cum perfossa est, & sanguinauit.

15. Ratum igitur esto, quod asserebam de Christi Sacramentaliter constituti naturali impassibilitate & incorruptibilitate: quam quod interdum negasse videntur quidam patres, exponendi sunt de speciebus vnum aliquatenus cum Christo facientibus, non autem de ipso Christo. Sic enim S. Damascen. hom. & epist. de corp. & sang. Domini, cum ex fractione quæ circa hostiam sacram peragitur, diuisibilitatem & corruptibilitatem corpori Christi tribuisset, postea in fine homiliæ, exponit id à se dictū de speciebus, quæ metonymicè dicuntur *corpus Christi*, vsurpando continens pro re contenta. Eodē modo exponendum est quod ex Chrisostomo supra est adductum, de Christo hic comminutionem passo, quàm non excepit in cruce. Et quod de attrito, ac commolito dentibus Christi corpore, profiteri iussus est Berengarius. Sunt enim omnes illæ locutiones metonymicæ, nec valent nisi ratione specierum, vt supra dictum est c. 5. tametsi quia metonimia locutionum illarum est satis aperta, & aliunde valdè apta ad expressionem realis præsentiæ Christi, circa quam veternosus ille & ex futilis ac fraudibus contextus Hæreticus tergiuersabatur; prudenter iustus est fidem profiteri sub ea verborum formula. Reipsa verò, sensus illis locutionibus subiectus, fixit in speciebus, nec penetrauit ad corpus Christi, quod neque lacerari, neque calcari pedibus, vel perfodi, aut quomodolibet aliter male affici intrinsecè potest in Eucharistia, etiamsi species quæ sine eius veluti vestes, lacerentur aut male quomodocumque afficiantur.

16. De vnica tantùm vexatione, posset esse dubium, hoc est de transfixinne specierū, quam interdum consecuta est sanguinatio copiosa. Sic anno. 1369. Bruxellenses Iudæi, cultris in sexdecim hostias consecratas sæuientes, sanguinem eduxerūt, vt libello de ea re edito scriptum reliquit Theodorus Loët Cartusianus. Anfidi in Piceno, anno 1273. vt scribit Bossius l. 14. de sig. c. 7. cruor vbertim manauit, ex hostia super carbones ad maleficium inicta. Nicolaus Marescalcus libellum conscripsit, de hostiis anno 1492. in monte stellarum transfixis per impios Iudæos non sine multi sanguinis emissione. Id quod etiā Genebratdus ad annum 5510. recitat de hostia à Iudæo perfossa suppeditante Paulo Form, sacrilego Christiano. Eugenius IV. 1433. factam hostiā bodiéque Diuione apud Burgundos magna religione asseruatam, transmisit ad Philippum bonum Ducem Burgundiæ, his verbis in diplomate bullato vtens [Tibi hostiam quandam sub imagine Saluatoris in throno sedentis (miranda Sacramentū Dominici corporis) multis in locis à vesana cuiuidam feritate gladij istius perforatam, & ex eo sanguine respersam in locis præfatis, quæ in sacratio nostro erat recondita, tuæ piæ deuotionis concedimus.] Fluxit ergo sæpè sanguis ex hostiis impiè transverberatis aut confixis. At eum sanguinem, constat non effluxisse è speciebus quæ sunt meta accidētia, ac ne ex substantiis quidem panis & vini si adessent potuisset effluere, vt notum est. Fluxit ergo ex Christi corpore, ac proinde ad illud pertigit impia transfixio. Negandum verò est, talem sanguinem, qui non nisi similitudinarius sanguis fuisse videtur, manasse è Christi corpore. Fuit enim sanguis miraculo procreatus, ad testandam veritatem Catholicam, vil ad patefaciendam attrociratem sacrilegij admissi. Qua etiam ratione, ex sacris imaginibus sclopo aut lancea transfixis, visus est manare sanguis quo ipsæ alioqui carebant; vnde erat substantia tunc producta diuinitus. Quod nominatim affirmandum est, de sanguine Berytensi ea imagine confixa, cuius passionem creditus Athanasius descripsit, & refertur in 5. Synodo Nicæna actio 4. Miraculum autem ipsum, quotannis olim 9. Nouembris recolit apud Græcos solebat, vt ad eam diem notat Baronius ad Romanum Martyrologium, vbi de alia item imagine transfixa & sanguinem fundente meminit, cuius item apud Græcos festiua quotannis memoria recurreret. Quod ergo de hoc imaginum transfixarum sanguine dicitur, ad hoc negotium est extendendum. Nec dissimiliter quoad causam effectricem sentiendum est de sanguine, quod quandoque ex pane dissecto manasse legitur: quamquam huius ostenti finis alius fuit, nempe denunciato impendentis iræ. Sic apud Gregorium Turonensem l. 5. histor. Franc. c. 33. de effracto pane sacro-

guis

guis effluxit, quem Gregorius ait fuisse verum sanguinem, nempe si spectaretur externa forma: quamquã eius elaboratio fuerat longè alia quàm sanguinis in hepathe, nec constat essentiam fuisse reuera eandem. Apud Otosiuni quoque S. Histor. c. 18. habentur hæc verba. [Apud Aretinos enim panes per conuiuia frangerentur, eruor è mediis panibus quasi è vulnetibus corporum fluxit.] Sicut igitur in his omnibus euentis, sanguis saltem similitudinarius non manauit ex corporibus transfixis aut diffractis, sed ibi miraculo productus est ad significationem aliquam: ita sanguis ex hostia transuerbetata aut diuisa quandoque deriuatus, neque ex speciebus, neque ex Christi corpore profluxit; sed ibi diuinitùs est productus, ad eos quos dixi fines.

Patientia Christi in Eucharistia.

Ne localiter quidem, ab agente corporeo, mobilis est Christus in Eucharistia.

17. Tantùm verò abest, vt inimica manus sanguinem è perfosso in Eucharistia Christi corpore elicere valnerit, aliéve illud vexare; vt ne mouere quidem possit, si sermo sit de agente corporeo. Fatendum quidem est, Christum in Eucharistia esse capacem motus localis, in ipso Christo recepti. Potest enim corpus Christi, continuè variare correspondentiam ad spatium ambiens species, quod fieri non posset absque receptione fluxus in Christi corpore, speciebus locum planè mutantibus. Quod addo, quia si species motu duntaxat circulari intra idem spatium mouentur, rectè Maior in 4. d. 10. q. 6. & Valentia 3. p. d. 6. q. 4. p. 3. ac Suares tom. 3. 3. p. d. 47. s. 4. conclus. 4. negant, Christum intrinsecè moueri, aut fluxum excipere in seipso, quia cum non vniatur speciebus, tanrúmque ab eis abfungi situ non possit, vt salua sit veritas formæ, nihil est necesse, speciebus situm non mutantibus, & ibidem secundum se totas manentibus, Christum moueri. Id quod etiam Albertinus coroll. 1. de quant. dub. 10. n. 5. affirmat, admissa formali vnione inter Christum ac species. At speciebus planè locum mutantibus, seu deferentibus ptiotem, necesse est Christum moueri, & quidem intrinsecè, contra Vasquem 3. p. d. 194. cap. 4. & Albertinum supra dubit. 13. qui reiecti sunt in simili difficultate circa motum Angelorum in Natur. Theol. Dist. 4. à num. 17. Nec aduersatur D. Thomas 3. p. q. 76. art. 6. motum Christi cum speciebus, appellans *motum per accidens*. Non enim vocat motum per accidens, eo quod non sit motus intrinsecè receptus in Christo; sed quia fit occasione motus specierum, in quas solas potest directè & immediatè agere agens corporeum. Sicut anima dicitur moueri per accidens eum corpore, tametsi verè in seipsa suscipit fluxum, quo formaliter transit per spatium. Hoc igitur fatendum est, Christum in Eucharistia, esse capacem lationis, intrinsecè illum afficientis.

18. Eam tamen agens externum creatum saltem corporeum, immittere Christo non potest, siue motis siue immotis speciebus. De hoc secundo, non est dubium: quia si Christus posset propelli extra locum specierum, & his immotis moueri, alióque protrudi, veritas formæ cassa fieret, quod est impossibile. Præterquam quod Christus, cum extensione vacet, non potest contingi physicè ab agente corporeo vt necesse esset ad causandum in eo motum immotis speciebus. Quod autem neque motis speciebus possit Christus protrudi, aut simul impresso motu affici, probant aliqoi ex eo quod Christus hic, sit totus in toto ac totus in singulis partibus sparis occulati per species Sacramẽtales proindeque non potest moueri, nisi motu eiusdé rationis & pure spirituali, quem causa corporea procreare non potest. Sed an non anima rationalis, quæ est tota in toto & tota in qualibet parte, trahitur ab extrinseco propter consertionem formalem cum corpore tracto violenter? Quis enim aliam violenti illius motus causam confingat, quàm hominem extrinsecùs violenter trahentem corpus cum quo anima coniungitur. Et tamen ille fluxus animæ sic tractæ, est spiritualis, ex necessitate mobilis in quo recipitur, & ex quo violenter educitur consecutione quadam. Alij, Christum motis speciebus non posse ab agente corporeo moueri, probant ex Christi hic inextensione & punctalitate. Sed an non punctum, (si detur,) moueri potest motu subiectiuè quidem *im*partibili, at secundùm suam existentiam verè partibili, vt dictum est in physicis, & de Angelo punctaliter locato, rectè affirmat Scotus in 2. d. 2. q. 9. *ad 3. principale*, & alij allegati in Natur. Theol. dist. 4. num. 225. Idcirco Christus, motis licet speciebus, non mouetur ab extrioseco agente corporeo, quia deest formalis vnio inter Christum ac species. Quod enim motor rhedæ, moueat, hominem intra rhedam locatum, cum qua tamen formaliter non vnitur, ad rem præsentem non refert: Quia ob impenetrationem quantitatis rhedæ tractæ, & hominis intra rhedam contenti, necessarium est, vt tracta rheda, & obsistente permanentiæ eius qui intra eam locatus est, iste quoque pertrahatur, & sicut theda recipiat impressionem. At in re de qua agimus, nihil tale accidit. Itaque Christus intra species abditus, motis speciebus non mouetur ab earum motore. V. G. à sacerdote: sed ipsemet Christus, vt salua sit veritas verborum formæ, perseuerat iugiter sub speciebus, & ad earum motum se mouet physicè, vi sua diuina, motore specierum, non nisi motaliter interueniente ad motum Christi. Sicut Angelus qui ex pacto affixit annulo incantato, non mouetur physicè à motore annuli sed à seipso, defectu physicæ cohæsionis Angeli, cum annulo. Dicitur tamen moueri à motore annuli, tanqnam à causa motali: quia dæmon ad nutum eius ex condicto se mouet, vi sua naturali. Christum tamen dixi se mouere vi sua diuina, siue increata, siue creata supernaturali, Deo vt principali causæ subordinata, quia eum sit inextensus, non potest ipse quicquam corporeum physicè efficere vi naturali. Multo itaque minùs id pati poterit ab agente extrinseco corporeo. Id quod etiam ad ageus creatum incorporeum extendunt Suares t. 3. 3. p. d. 53. s. 1. conclus. 4. & Albertinus coroll. 4. de quant. dub. 1. quos non sequor, quia Christus in statu sacramẽtali est mobilis: & in agente extrinseco incorporeo, est virtus sufficiens ad motum Physicè imprimendũ, non obstante inextẽsione subiecti; ac proinde si sinatur

Sect. III. Cap. VI.

mouere Christum, potuit id physicè præstare. Quæ causa fuit, cur negans Christum hic posse moueri ab externo agente creato, id restrinxerim ad agens corporeum; quod tem spirituali modo effendi affectam contingere physicè non potest, atque adeò neque imprimere ei lationem.

19. Video instari posse de manducatione Christi per nos, quæ suppooit vitalem Christi traiectionem in stomachum. Christum enim à nobis verè & & propriè manducari, scriptura ipsa non semel docet. Et huic manducationi, repensa est gratia huius sacramenti propria: iuxta illlud, *qui manducat me, vivet propter me.* Nec non illud, *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Ex quibus verbis, adeò exploratum est, gratiam Eucharistiæ rependi manducationi, vt non sit dubium si cui Eucharistia alitet quam per manducationem subiret viscera quod miraculo aliquando factum refert Salmeron Tom. 9. tract. 31. talem expertem futurum gratiæ sacramentalis, ex opere operato promissæ soli manducationi, quam constat glutitione & traiectione Christi, per guttur & fauces ad stomachum, contineri. Quandoquidem igitur Christum manducamus, fatendum videtur motum eidem vitaliter per nos imprimi, traiiciendo illum in stomachum nostrum. Sed dicendum est, traiectionem illam & glutitionem ac manducationem, physicè per nos effici in speciebus, vnum cum Christo moraliter facientibus, & metonimicè donatis nomine *corporis Christi*, vt supra mouuimus. In ipso autem Christi corpore, nullam à nobis traiectionem physicè imprimi, sed à Christo supernaturaliter opetante, vt à causa efficiente adæquata, prodire. Neque verò gratia sactamentalis, promissa est physicæ efficientiæ nostræ in ipsummet Christi corpus, sed traiectioni specierum, quibus Christus vt salua sit verborum veritas, se alligauit; ita vt homine species mouente, nolit corpus suum abiungi, sed latione supernaturaliter indita, ad nutum motoris speciorum, tanquam causæ moralis motus sibi tunc impressi, cieri se velit.

Vera Christi patientia in Eucharistia, restricta ad merè externas iniurias; cuiusmodi, est violatio specierum.

Offeciſſe hactenus videbor rationibus meis, qui proposuerim de patientia Christi in Eucharistia agere, & tamen argumenta potiùs patientiæ ab eo excluserim; cum monstrauerim, Christum in Eucharistia, & diuisionis, & alterationis corruptrinæ, imo & lationis ab extrinseco agente corporeo impressæ, nauraliter esse incapacem. Benè istud ac verè, si de argumentis patientiæ ab intrinsecæ passibilitate, sit sermo. At superest immensa messis argumentorum patientiæ, penes ea quæ Christus in Eucharistia, in bonis extrinsecis patitur. Quo in genere, cum longus Syllabus atrocium Christi iniuriarum confici posset; quanquam materiæ in institutæ tractationis necessitas protsus præteriti tam infamia, tamque probrosa non sinit, eligam tamen parcitatis, & indiligentiæ notari, potiùs quam accurationem probare. Vt enim S. Basilius l. 1. in Eunon. rectè dixit, quædam sunt, quæ vel referre, pollutio est.

20. Verticem malignitatis, & sacrilegæ impietatis, occupare in hac parte videtur, indigna tractatio specierum, siue per cõculcationem siue per incensionem, aut confrictionem, aliumve quempiam probrosum modum. Donatistas; vorandam canibus obiecisse Eucharistiam. Optatus autor est lib. 2. Calcatam à Vandalis hæreticis, scribit Victor Vticensis l. 1. persec. *sub finem.* Calcationem & effusionem Eucharistiæ, factam sub Alexio Dura Mutzusio scribit Nicetas n. 3. Acta S. Clementis Ancyrani, *sub finem*, Christi patientiam ex calcata prophanis pedibus Eucharistia, demirantur. Calcatæ Eucharistiæ exempla duo profert Card. Hosius Epist. 76. Mulierenla apud Bosium l. 14. de signis cap. 7. super prunas in tegula conjecit diuinam hostiam cineribusque & puluere multo ingesto operuit demum stercori propinqui stabuli infodit, vbi per septennium iacuit. Impius Iudæus io Matchiæ Brandeburgensis villa cui nomen Knobloch, anno 1510. Coemptam à sacrilego fure cum theca argentea Eucharistiam, pugione primùm multipliciter confodit, illa blasphemè iterans; *si tu es Deus Christianorum teipsum manifesta.* Tum frustra conatus eam absumere, proiecit in flumen Cum illa enatasset, in ignem coniecit. A flammis intactam, commiscuit Massulæ azzymæ, & furno immisit, nec abstitit nefandis sacrorum symbolorum (vt ita dicam) martyriis; donec deprehenderetur, & pœnas daret. Valdenses, buffonibus diuturna fame cruciatis, edendam porrexere Eucharistiam, vt scribit Ioannes Tinctorius serm. in perditissimam eorum sectam. Horreodas sputcitias Gnosticorum in materia Eucharistiæ inquinanda, vetat pudor effari. Produntur autem à S. Epiphanio her. 26. Reriaho hortentem calamum ab hodiernis plerisque, in Christum sub speciebus indignissimè habitis latentem militari imo diabolica liceotia irrogatis iniuriis; ad quæ aliena scelera tunsis pectoribus præterire præstat quàm longiore huiusmodi immanitatum enumeratione, charam & calamum incestate. Similia autem legere ex parte licet apud Nicetam Choniatem l. 1. de tebus And. n. 7. vbi de perspersa lotio per siculos milites sacra mensa, præter cæteras sacrilegas indignitates.

21. Sunt hæc scelera, reuera horrendissima. Quo enim species sactamentales suot Christo propiores, (habent enim se vt vestes, abditi intra eas Christi,) eo iniuria est borribiliot & atrociot Et quamuis indigna ista specierum tractatio, non pertingat ad Christi intrinsecum nocumeotum, nec substantiam factis speciebus substantem lædat, est tamẽ Christi offensa & iniuria. Nã etiam vir honestus, laceratis aut per contemptum fœdatis vestibus quibus tegitur, iniuriam sustiner, quantumcumque illæsus quoad substantiã suam perstet. Isidorus Monachus apud Moscum c. 30. Limonarij agnoscebat pro delicto quo maius admitti non posset, quod cum esset in sæculo, & senerianeo dogmate sotderet. Vxori quæ fortè apud Catholicos communicarat, per vim elicuisset Eucbaristiam, ciens vomitum; quam indignè huc illuc iactatam, io lutũ denique cecidisse ait. Eamque ob culpã, post biduũ, viso horrifico esse commonitum, de eodem supplicio illi decreto, ac ei qui Christum apud Pontificẽ colaphizauit.

Quamuis

Quamuis autem ob huiusmodi crimen, & violentiam Christo illatam, non incurratur censura lata *c. si quis suadente*, eo quod Christus non sit Clericus viator & visibilis, cuius solius tutelæ, per eam censuram Ecclesiasticam prospectum est: tamen est peccatum longè grauius quacumque violenta manuum iniectione in Clericum, vt Suates rectè in hanc rem notauit l. de sacrilegio c.6. n.2. Nec rectè Caiet. 2.2.q.99. dub.7. Idcircò censuit hoc peccatum non ferri censura prædicta, quia non est peccatum contra Christi sanctitatem. Quomodò enim non est contra Christi sanctitatem, tanta eius dehonestatio, solis licet vestibus, (vt sic dicam,) intrinsecè fœdatis detur batisque? Hic est parietum & sustinentiâ Christi, vt quod alia occasione aiebat Tertullianus l. de patientia c.2. pleriq; sceleste, Deum hac in parte illum non credant, quia iterum tamdiu nesciunt. Aliquando quidem, ne impij putent vigilem dormitare; aut ne infirmi, obiectu scandali adeò atrocis planè frangantur? absque comperendinatione, infertur supplicium huic sceleris enormitati debitum. Vt cum Donatistæ, referente Optato l.2. [Iusserunt Eucharistiam canibus fundi, non sine signo diuini iudicij. Nam iidem canes, accensi rabie, ipsos Dominos suos, quasi latrones, sancti corporis reos, deute vindice tanquam ignotos & inimicos laniarunt. [Aliàs itidem, nonnulla diuinæ iræ in huiusmodi sacrilegos exempla sunt notata; sed adeò infrequentia, vt ptæ scelerum multitudine vix numerum faciant, patientiam suam commendante Christo.

Patientia Christi in Eucharistia.

Item Hæreticorum blasphemiæ de Eucharistia, & sannæ.

22. Quid Hæretici, non modo dedignantes agnoscere esse Christi corpus quod Christus tale est pronunciat, sed etiam addentes lædoria, & sannas quibus Christum inhonorent ac dehonestent in sacramento infitiatio sanè illa veritatis à Christo reuelatæ, est virtualis saltem impactio mentitionis, vel impotentiæ supra labem infidelitatis qua sordet, vt à Guitmundo benè animaduersum sub finem libri tertij de Euch. Atque adeò continet quoque Christi iniuriam, nec leuem. Audi Nicolaum Methonensem opusculo contra hæsitantes *ad finem.* [*Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit; non diudicans*, hoc est perpendens & considerans, *Corpus Domini*, propositum. Quod si is qui per se in aliquod humanorum vitiorum delapsus est, & indiscretè accessit, vt indignè communicans, tanta mulctatur condemnatione: qui in ipsam consecrationem peccat, & immediatè ipsum Domiuicum contumeliis afficit corpus, atque uegat, traditionémque abrogat, & autorem qui tradidit conculcat; quanam fuerit, & quanto magis deterioti, ac maioti dignus, tum accusatione, tum supplicio horroréne plena sunt ea dicta? Reliquúmne est vllum noui facinoris, prævaricationis, impietatis genus, quod ad hanc sceleris audaciam accedere possit.]

Iam vetò sannæ, & verborum spicula, ac scommata, quibus hæretica veritatis Catholicæ infitiatio plerumque cumulatur, in magnum omnino Christi dedecus & iniuriam cedunt. Apud Iudæos esse æternum statutum, vt Eucharistiæ atque Deiparæ quotidie maledicatur, habetur in Actis S. Simeonis Tridentini, apud Surium 24. Martij. Sed intolerabilius ac criminosius est, Hæreticos qui Christiani audire volunt in Christum hic latentem, blasphemas linguas exerere, & quidem plerumque procaciter, & quasi per iocum. Eo in genere in his sæculorum fœcibus, luculentissimus hæræ calvinianæ subulcus Petrus du Moulin, excucullati filius, ac Patte cotonato, tametsi non Rege natus, vt iocatum in non dispati eausa memini Blesensem Epistola 21. strenuissimum scurram, apud vulgus profanum, agete solet; iis sacrilegarum facetiarum ineptiis de diuina Eucharistia ludere solitus, quæ tisum de ea imperitæ plebeculæ, sapientibus de impio sannione lachrymas cieant. Nimirum vt rectè notauit Cassianus l.2. de Incarn. c.5. quæ Dei aduersariis ridicula videntur, sapientibus lugubria sunt atque flebilia. Est itaque in his sannis atrox Christi injuria, & inhonoratio. qualem ioci plus iusto saliti, & sannæ indecoræ, ac dehouestantes, infetunt in vita ciuili. Et interdum quidem affuit vltor à reigo Deus, nec antecedentes sceleslos pede pœna claudo deseruit; vt cum impius blatero, citiùs à se votandum ouum quod manu præferebat, quàm à mulierecula præieteunte *suum Deastrum*, ausus est blasphemare; & hausto confestim ouo, intet hauriendum strangulatus est, vt scribit Brendebachius l.7. sacr. collat. e.60. Similiter impius Sartor apud Valdensem t.2.l.5. c.22. qui se affuisse testatur, iussus diuinam hostiam quam solo *benedicti panis* uomine dignabatur, ritu Catholico adbiare, impiè respondit: *Verè dignior est aranea, reuerentia.* Statimque de alto Ecclesiæ S. Pauli Londinensis culmine, de lapsa ingens & borrenda visu aranea, ad os blasphemum directo filo peruenit, & vt os pollutum subiret, annisa est. At quàm multi, uon minùs impiè iniurij, per Christi patientiam abeuut hic indemues.

Nec non abusiones Eucharistiæ, per impios.

23. Impiè non rarò, (proh iniquitatem!) ad res Magicas, & ad scelera adhibent Eucharistiam. Vide an non huc pertineat decretum Innocentij tertij in Generali Concilio Lateran. c.20. de custodia Eucharistiæ. Mandat enim vt Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruetur. [Vt non possit, (inquit,) ad illam remeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefatia exercenda.] Quæ vetò, nisi Magica aut incantamenta? Talium quippe horribilium patrarioni tetetrima Satanæ mancipia sceleratè adhibuisse Eucharistiam, in confesso est, horrenda quæ ex Grillando recitat Delrio 3. Mag. p.1. q.3. s.1. malo apud eum legi. Nec non quæ habet Bouguetus lib. de sortiariis c.60. & quæ recitat Petrus Mamoris in flagello maleficorum c.2. *in fine.* Videndus item Bartholomæus Spina qui Apolog. 3. de Lamiis c.1. ex Iudicis Actis benè multis, confirmat, Sagas diuinam Eucharistiam impiè aceeptam, ad cœtum Saranicum quò Præside generis, humani hoste conueniunt, deferre soliras; vtique ad ea pattanda; quæ talè chorum & talem choragum decent, suntque potiùs ptemenda, quàm exponenda. Sprengerus & Institor Autores Mallei Maleficatum patte. 2. q.1.

Sect. III. Cap. VI.

c. 5. scribunt, infamem maleficam in Germania, diuinam Eucharistiam, populo confestim à communione exceptam, ollæ cum huffone immissam, infodisse, ad maleficia vsui futuram. Vbique notatur maleficas communicantes non excipere in lingua Eucharistiam, sed sub lingua, siue vt facilior sit Eucharistiæ in peplum iojectio, siue ne linguam eo contactu sanctificent. In damnatione Magorum Auenionensium anno 1582. recitata à Sebastiano Michaëlis in Pneumalogia, præter cætera maleficij capita, recensetur quod diuinam Eucharistiam in Ecclesia perceptam, retinuissent elanculum in ore, & postmodum ex præscripto Satanæ, nefariè expuissent, dehonestato fœdè Sacramento ad scelus abutentes. Incantationes quorundam nomine tenus Monachorum super Missam, referunt Acta S. Poponis c. 13. apud Surium 25. Ianuar.

Cibum vitæ, alij ad necem inferendam adhibuerunt. Theodorici Regis Itali filiam ex Clodouæi Franci sorore, scribit Greg. Turon. l. 3. de histor. Franc. c. 31. matri venenum propinasse in calice Eucharistiæ, quo illa hausto, protinùs exanimata concidit. Et quanquam Gregorius Turonensis, ait hoc passam mulierem, quia erat Ariana, Catholicis autem indiuiduæ Trinitatis professoribus, etiamsi mortiferum quid biberint, nihil eis nociturum; tamen extra dubium est non semper ita contingere; sed aliquando, cum vitulentia mortalium ad illum vsque impietatis apicem prouehitur, sinere Deum vt species veneno infectæ noceant corpori sumentis: quod Michaël Riccius l. 3. de Regib. Siciliæ Nauclerus Generat. 44. & Genebrardus Henrico 7. Imperatori contigisse scribunt cum ille Eucharistiam a Fratre Bernardino à Monte Politiano Ordinis Prædicatorum per Florentinos Henrici hostes corrupto, incautus percepisset. Videndus Platina in Clemente V. Negat tamen hoc Spondanus anno 1313. n. 6. itèque Ioãnes Bertelius Abbas Epternacensis in Historia Luxemburgensi cum de Henrico obiit prolatis litteris Episcopi Atetini, ac eiusdem vrbis Prefecti, & Concilij ciuici, nec non Capitaneorum partis Imperialis, quæ omnes à Ioanne Argentinensi Episcopi in vnum fasciculum adunatæ sunt, & ad Nicolaum Cardinalem Ostiensem transmissæ, innocentiam dicti Fratris subduxere calumniæ. Sed nemine refragante, Victori Secundo subdiaconum in calice sacro propinasse venenum, scribit Baron. anno 1055. & ex variis Michaël Pitharius dec. 5. historico polit. c. 9. Sustinet hæc vasa iræ, Christus in multa patientia, & cibum vitæ ad mortem aliis inferendam, tam contra institutionem & autoris mentem per summum scelus adhiberi, fert æquo animo, nec refugit toxico infectas species, ex quo illis verborum sacrorum vinculo fuit alligatus. Non inquam refugit Deus, qua est patientia, calicem veneni in quem mors aliqua ructarit, haud secùs quàm fictricis, vel Archigalli, vel Gladiatoris, aut carnificis spiritu infectum, vt loquar cum Tertulliano l. de Car. resurr.

Plerique Eucharistiam ad tegenda vel firmanda sua scelera adhibuerunt. Sic Andronicus Comnenus Alexis Comneni consobrini sui exitium animo versans, non contentus collegam imperij agere, [templum ingressus (inquit Nicetas Choniates l. de rebus Alexij Comneni num. 18.) cotonationis ceremonijs peractis, cum sactosancta mysteria perficienda essent, cum cœlesti pane percepto, ad calicem pretiosi & viuifici sanguinis bibendum accederet, manibus tanquam ad poculum prehendendum extentis, & vultu ad tristitiam composito, per veneranda mysteria, ferè omnibus illis astantibus & audientibus qui in sacro adyto erant, iurat se non alia de causa, imperium accepisse, nisi vt Alexium Imperatorem & consobrinum iuuaret, eiúsque potentiam stabiliret, quem paucis post diebus laqueo præfocatum in maris fundum demersit] Æquè Lotharius Rex Francorum, adjuratore Adriano Papa, & an Vvaldradam pellicem ex animo prorsus abjicere profiteri iussus, periurium susceptione Eucharistiæ firmauit, vt scribunt Regino anno 869. & Aymoinus l. 5. c. 21. cladem cæterorum qui cum Lothario perierauerant prosceutus. Vetustius est exemplum Nouatiani, Eucharistia abutentis ad obfirmationem in scelere. Nam eum adegisse suos adiurandum per corpus & sanguinem Christi, quod nunquam ad Catholicum Pontificem Cornelium regredereotur, scribit ipse Cornelius iis ad Fabianum Antiochenum litteris quas memorat Euseb. 6. histor. cap. 35.

Et frequentissimè, communio indigna.

24. Hi apices scelerum, vt admodùm enormes, ac in genere impietatis propè monstrosi, ita infrequentiores videntur. Minus horrenda tametsi omnino detestanda est impietas in Christum ex qua eius summam patientiam extollebat S. Ioannes Eleemosin. Vt est in eius Actis c. 40. nempe eorum qui periisse per Eucharistiam, ibi referuntur. Sed grauissima & admodùm frequens Christo injuria hic irrogatur à non dijudicantibus corpus Domini; qui nimirum etiam si professi Catholicam de hoc mysterio fidem, non secus tameo ac panem communem percipiunt, de emundatione pollutæ grauiter conscientiæ nequaquam sollicitii. Pasch. l. de sac. c. 8. cum alias in hoc facto maculas terrimas exponit, tum grauem ininriam in Christum, ad quam accommodat verba Heli ad filios discolos 1. Reg. 2. Io libro (inquit) Samuëlis, cum de peccato sacrificij filios suos Heli moneret dictum legimus. *Non est enim bona fama, filij, quam audio de vobis. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo.* Id est quem apud Deum pro se interuenientem inueniet, qui Deum totius creaturæ contemnens, in eius injuriam, ad sanctificata, imo nunc ad corpus & sanguinem ipsius, indignus accedit. Talis profectò; nec Dei veretur præsentiam, nec frequentiã formidat Angelorum: sed sic se ingerit, quasi nullus sit qui eius conscientiam videat.] Æquè, ereditus Cyprianus serm. de cœna Dom. num. 22. hos lambentes petram, nec tamen mel sugentes, aut oleum, & velut cibis communibus reuerenter sacris vtentes muneribus impudenterque in veste luculenta se ingerentes diuinæ mensæ, magnæ in Christum injuriæ, nec latentis sed apertè & in faciem irrogatæ incusat, tanquam verè contumelioso: quod genus injuriæ,

iuriæ, non clanculum, ſed in faciem infertur. Subdit ergo. [Tu ſi templum Spiritus ſancti violas, ſi intra te ſacratium Dei deturbas & fœdas, ſi cum calice Chriſti de calice dæmoniorum communicas, contumelia eſt non religio, iniuria non deuotio. Idolorum ſeruitus, & horrenda abominatio, velle ſimul Baal famulari & Chriſto.]

25. Diuinæ in eandem ſententiam Chryſoſt. hom. 24. in 1. Cor. verbis illis. [Ipſi tunc ei occurrent è cœlis deſcendenti, qui nunc dignè percipiunt: ſicut qui indignè, extrema patientur. Nam ſi quis Regem, non temerè nec inconſideratè exceperit, (quid dico Regem?) ne veſtem quidem certè Regiam, temerè & inconſideratè immundis manibus contrectauerit quiſquam, etiamſi ſit in ſolitudine, etiamſi ſit ſolus, etiamſi nemo adſit. Atqui nihil eſt aliud veſtis, quàm ſtamen vetmium. Sin autem tinctutam admiraris, ipſa quoque eſt ſanguis piſcis morte affecti; ſed tamen nemo eam volnerit ausúſve fuerit iunnundis contrectare manibus. Si autem veſtem hominis ne auſus quidem fuerit quiſquam ſolùm tangere quomodò Dei corpus qui eſt ſuper omnia, quod eſt mundum & nulli affine reprehenſioni, quod cum illa diuina natuta eſt conuerſatum, propter quod ſumus & viuimus, propter quod fractæ ſunt portæ inferotum, & aperti fornices cœli? hoc accipiemus cum tanto probro & contumelia? Ne rogo ne nos ipſos occidamus per impudentiam.] Idem Chryſoſt. hom. 45. in Ioan. *in fine*, & ad calcem hom. oct. de pœnitentia poſt Origenem hom. 10. in Ierem. & Hilar. Diac. Hebr. 10. accipit de hoc ſcelere, contumeliam factam, ſpiritui gratiæ, per conculcatorem filij Dei, ducentem ſanguinem Teſtam pollutum.

26. Deicidij, hanc inlutiam inſimulat Rup. 2. Offic. c. 9. Et quanquam S. Anſelmus l. de ſac. Altar. p. 1. *in fine* timuit mixturæ alicuius peruerſi ſenſus, in hoc Rup. dicto, tamen mens videtur ſceleris pura. Ait enim, indignè communicantem occidere Chriſtum, quia ſeparat Chriſtum interhum ab externo. Nam cum aſſumat Chriſtum exteriorem, ideſt ſpecies & Chriſti ſubſtantiam illis ſubjectam; tamen obſtat, ne Chriſtus interior, hoc eſt Chriſtus provt ferax gratiæ, iungatur externo. Quæ eſt germana ratio, cur alij diuinæ Euchariſt. contactus per hominem peccato mortali inquinatum noo ſint peccata mortalia; contactus autem communicantis cum peccato mortali cognito, ſit peccatum lethale. Nimirum alij contactus, non ſunt inſtituti ad conferendam gratiam. Vnde turbæ quando Chriſtom comprimebant, contingentes eum ſpe ſaniratis adipiſcendæ, ſimiliumve temporalium bonorum, etiamſi plerunque non eſſent abſque peccato mortali, non inquinabantur grauiter ob illum Chriſti coontactum, ſaltem veſte tenus. Qui verò communicando, ſactas Chriſti veſtes, hoc eſt ſpecies ſub quibus deliteſcit, contingunt; peccant mortaliter, quia obſtruunt ſibi fontem gratiæ, in tali contactu ex diuina inſtitutione patentem; quod eſt ſeiungere Sacramentum à fructu Sacramenti, & Chriſtum aliquatenus occidere, vt Rupertus loquitur.

Omnino inſignem Chriſti patientiam, ea non minorem qua Iudam ſuſtinuit, agnoſcit ea in parte S. Anſelmus l. de ſacr. alt. p. 2. c. 11. [Permittuntur ſiquidem (inquit), ſicut Iudas, ad iudicium ſuum, in carnem illam (vt ita dicam), corporalem incurrere, de qua dicit Apoſtolus, *& reconciliauit nos in corpore ſuæ carnis per mortem*, quæ illius alterius eſt carnis Sacramentum. Permittuntur mira Dei patientia, corpus Chriſti indignè manducando, ipſum Chriſtum ſibimet rurſum (vt ait Apoſtolus), crucifigere, & oſtentui habere, & quaſi inuitum indignis & pollutis manibus quodammodò ſibi alligare; dum Sacramento tenus, manducant corpus eius, quod ipſe omnibus parauerat in cibum vitæ æternæ. Qui non pollutum ducerent ſanguinem Teſtamenti, ſi conſiderarent horrendum eſſe incidere in manus Dei viuentis, in quem coinquinatas ipſis manus iniecerent, dum manducant non diiudicantes corpus Dominl. Mitis tamen Iesvs, dum tempus patientiæ eſt, qua pietate Iudæos tolerauit, irridentes, conſpuentes, crucifigentes; eadem & iſtos toleret, quales fuerunt tales proptiè circa eum exiſtentes.] *Patientia Chriſti in Euchariſtia.*

27. Itaque quod D. Auguſtinos præfatione in Pſal. 3. tantam & tam mirandam vocat Chriſti patientiam, quod ad diuinum cibum participandum, adhibuerit illum filium perditionis, hîc quoque locum habet. Et verum ſanè eſt, interdum multari diuinitus nonnullos, ob hanc culpam qua facti ſunt rei corporis & ſanguinis Domini. Luculentum exemplum legitur in Actis S. Marcelli Pariſienſis *poſt medium* Et in Actis S. Godefridi Ambianenſis l. 3. c. 11. Ipſum Apoſtolum id obſeruaſſe, notat Paſchal. l. de ſacr. c. 8. in ſcribens. [Apoſtolus de his qui indignè ſumunt non adiudicantes corpus Domini, *propterea* (inquit) *imbecilles ſunt, & dormiunt multi.* Dormiunt ergo inde multi, non ſomno pacis, ſed ſomno mortis, quia miniſterio eorum qui ad hoc poſiti ſunt Angelorum, perimuntur. Imbecilles verò fiebant, quia variis laguoribus, ideo cruciabantur; quidam vt corrigetentur, quidam verò vt iam inciperent torqueri, vt metu eorum cæteri ſanatentur, Alioquin plagæ & infirmitates, nunquam in populo Chriſti tantùm crebreſcerent præſertim eum de his qui ex Ægypto in figura ſanctæ Dei Eccleſiæ egrediebantur, lectum ſit, nullum fuiſſe infirmuun.] Chryſoſtomus quoque homil. 5. in 1. ad Timo. *initio moralis*, agens de traditis Satanæ, ſic habet. [Plurima eiuſmodi nunc quoque contingunt. Quia enim ſacerdotes, ignorant eos qui peccatis obnoxij indignè myſtetia veneranda percipiunt, Deus ſæpiùs facit, eoſque Satanæ tradit. Quoties denique morbi, quotics detrimenta, quoties luctus calamitateſque contingunt, & alia quælibet huiuſmodi, huius rei gratia fiunt: Id Paulus quoque ſignanter expreſſit. *Ideo inter vos* (inquit), *multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*]

Nonnulla ſui æui in hanc rem diuina exempla, proponit his verbis S. Cyptianus l. de lapſis num. 90. [Ea quæ ætate proiecta, & in annis adultioribus conſtituta, ſacrificantibns nobis latentet obrepſit; non cibum, ſed gladium ſibi ſnmens, & velut quædam venena lethalia inter fauces & pectus ſanguinem admittens, angi & anima exæſtuante concludi poſt-

Sect. III. Cap. VI.

modùm cœpit: Et pressutam non iam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum, dissimulatæ conscientiæ crimen. Quæ fefelletat buminem, Deum sensit vltorem. Et cum quædam, atcam snam in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente detertita est, ne auderet attingere. Et alius, qui & ipse maculatus sacrificio à sacerdote celebratu, partem cum cœtetis ausus est latentet accipere, sanctum Dumini edere & contrectare non potuit, cinetem ferre se apertis manibus inuenit. Documento vnius ostensum est, Dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quandu gratia salutaris, iu cinetem sanctitate fugiente mutetur.]

28. Non potest esse sensus, Christum abscedere quoties in peccato mortali ad eius participationem acceditur. Id enim hæreticum est, & contra experientiam, quoad mutationem sensibilem specierum siue in cinetes, siue in lapidem, vt alias aliquando accidisse legimus. Quæ an fuerit vera mutatio an duntaxat appatens dictum est ad Epiphanij Paulum 2. quæstion. 9. Qualiscunque verò fuerit ea mutatio in paucis exemplis in quibus deprehensa est, de perstante passim Christi substantia sub speciebus indignè acceptis, & monstrata ad eum modum Christi patientia erga vasa iræ, ambigere nun licet. Vnde Autor vitæ S. Iuettæ c. 40. narrata quadam eius visione, de hostia quidem, immissa oti cummunicantis indignè, Cbristo autem in cœlum abeunte, & se subducente à speciebus ne ori imputo immitteretur; exponit eam subductionem, demonstrata Christi auersiune à tali persona, etiamsi reipsa Christus os peccatotis subitet ac in stomachum demitteretur. Id quod etiam statuendum est de illis euentibus, in quibus species Sacramentales ob indignitatem communicantis, mutari videntur; luntque euentus admodùm infrequentes. Pertati enim sunt, & præ cæteris similtet peccantibus numerum non faciunt, quibus vel eæ specierum mutationes celetis indices contingant, vel diuina ira apertè ac sensibiliter iam ex hoc vita irrugetur. Vnde temperatè accipiendum est, quod proximè ex D. Cbrysostomo retulimus, *quoties morbi, quoties detrimenta, quoties luctus calamitatesque contingunt, & alia quelibet huiusmodi huius rei gratia fiunt.* Itaue, quicquid aduersum aut infestum contingit fidelibus, in Eucharistiæ indignè perceptæ pœnam infertur; si dicebam narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobani. Nam constat multos sanctos, à labe iodignæ communicationis seiunctissimos, talia plerunque referre. Itaque sensus Chrysostomi esse debet, omnia huiusmodi malá, non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, vsurpando illud *omnia*, accidere solete ob huiusmudi peccatum; & quoties tale quid aduenit, suspicionem esse posse, ne eam ob culpam aduenias. Id tamen adeò tacitè & clanculum petagitur, vt omitti tanti sceletis vltio videatur; sicut reuera plerunque omittitur per Christi patientiam, iuxta illud Paschasij c. 8. *sub finem.* [si semper in peccantibus aperta vltio fieret, terrot homines compescerent, non fides vel religio ad probitatem morum imbueret, *&c.* Vetuntamen quia sæpè grauiùs peccantibus diuina patientia, licet præsumant indignè, parcit ad tempus, & expectat ad pœnitentiam; non ideò securitas subtepat, quia thesaurizat sibi contemptor itam in die iræ, & peccata in Deum magis accumulat. Certus sit enim, quia vltores Angeli nec semel indigue communicanti parcerent, nisi bonitas Cbristi in cuius iudicio pendent omnia, & cui commissum est vt signum ponat suorum in frontibus, gladium suspenderet, & remoueret interdum, momentaneam mortem.] Itaque diuina Christi patientia, Angelis percussuris imperans abstinentiam ab irrogatione supplicij, splendet luculentissimè in hac impiorum morte dignissimorum tolerantia. Quanquam vt D. Augustinus homil. 50. de hac ipsa Christi patientia, in tolerandis malè communicantibus dissetens, obseruet. [Deus in hoc tempore commendat patientiam suam, vt in futuro exerceat seuetitatem suam.

Alia Christi patientia argumenta, ex communione saltem irreuerenti, & regressu ad indigna post eam.

29. Ex iis qui sine mortali labe ad diuinum epulum accedunt, plerique Christi patientiam exercent præ incompositione & itreuetentia, ac congruæ deuotionis, actualis defectu: & cum oportetet ad hunc cibum magna cum appetentia adire, ipsi è cuntrario adiunt nauseabundi, nec nisi quia vsus ita fert. [nunc (ait S. Chrysostomus orat. de S. philogono *in fine*) multi Christianorum in tantam vecordiam tantúmque venere contemptum, vt cum innumeris scateant malis, nullam tameo vitæ suæ curam habeant; sed in diebus festis, negligenter ac temerè ad mensam hanc accedant, haud intelligentes, qnod communionis tempus non est festum, neque celebritas, sed conscientia pura, vitáque à peccatis teputgata. Quemadmodùm enim qui sibi nullius mali conscius est, hunc oportet singulis diebus accedere; sic qui peccatis occupatus est, nec pœnitet, eum ne in festis quidem accedere tutum est. Neque enim semel in anno accedere, liberat nos à peccatis, si indignè accesserimus; quin hoc ipsum putiùs auget damuationem, quod cum semel tantùm accedam, uec tum quidem putè accedimus. Quapropter adhortot vos omnes, ne oegligenter, veluti festo die cogente, ac diuioa mysteria accedatis.] Neque hoc dico, communionem absque actuali deuotione & congrua teuetentia, sordete mortali culpa, quod visum est nonnullis, diffusis ac explosis Heteroclitis spiritualibus citca Eucharistiam: Tantum igitur dico, hanc esse Christi inhonorationem aliquam, quæ patientiæ eius materiam subministret.

30. De aliquibus expostulat Anastasius Synaita orat. de Synaxi, quod [Vt canes præpropetè insiliant, & pane mystico, rapto, extant.] Immemotes vtique gratiæ, nec cum hospite adeò magno dumi excepto, agentes decorè ac teuereutet quæ ingens sanctæ esca depreciatio est, ac mensæ qua Christus illos

dignatus

dignatus est vilipensio quæ post acceptum Christi corpus, siliquas porcorum & Ægypti cæpe alliáque, denuò captant, contra quam faciendum fuerat, vt monebat S. Athanas. in fine orationis de sancto Paschate. [Ne (inquit,) contemnas donum quod à Deo acceepisti. Cogita quis dederit, & dauim custodi. Si margaritæ aut regiæ purpuræ custos constituerus esses, nonne ad mortem vsque custodiam eius, curæ tibi esse ostenderes ? Verùm nunc non margaritæ tantùm, neque purpuræ, neque de regia quippiam supellectili, sed ipsum Domini corpus, curæ fideique tuæ commissum est. Quin potiùs inquam ipse Domtnicum factus es corpus membrum factus est Christi, Christum induisti secundùm Apostoli Pauli vocem. Quicunque enim in Christo baptizati sunt, Christum induerunt. Caue ne membrorum Chtisti proditor fias. Chiisti domicilium es, & membrum eius qui in cœlis tegnat. Virtutibus ergo donum illud honoremus.] Cteditus Ambrosius in c. 10. ad Hebr. non leuem. Christi iniuriam, atque adeò non modicum patientiæ argumentum hac in parte deprehendit, sic scribens. [Quanto maior est Christus quàm Moyses, gratia quam lex, tanto maiora mereberis supplicia. Et quomodò conculcat quis filium Dei ? Quando enim eo indignè participatur Per Sactamenta, nonne grande peccarum committit ? Nonne illum conculcat ? Nonne ipsum contemnit ? sicut enim ea quæ conculcamus, nullius momenti pendimus; sic & qui liberè peccant absque timore & absque pœnitentia, Christum nullius momenti existimant, nec eum Iudicem futurum formidant. Factus est per gratiam corpus Christi, & seipsum facit corpus Diaboli, & sanguinem Christi polluit; in eu quod mundarus est, & ad vomitum reuertitur pristinum; & seipsum per pœnitentiam iterum mundare neglexerit, spiritum gratiæ iniurians. Qui verò beneficium dantis, grata mente non suscipit, iniuriam facit benefacienti. Ille facit te filium, tu verò vis fieri seruus peccati. Venit ad habitandum apud te, tu verò non præparas ei domum dignam habitarioni suæ; alium, ideſt Diabolum, tibi habitatorem concilians.

31. S. Chrysostomus hom. 7. in Matth. in hanc quoque Christi inhonorationem stomachatur, sic componens pietatem Magotum ad Christi cunabula profectorum, cum multorum Christianorum impietate. [Barbari quidem illi, priusquàm Christum viderent, tam longam propter ipsum exuperauerunt viam: tu verò nec postea quàm videris, illos probaris imitari. Nam & cum eum videris, ita eum relinquis, vt post illum curras ad theatra, ac mimum potiùs & videre & audire desideres. Atque vt eadem rursus attingam quæ antea sum insectatus, Christum quidem in spirituali situm præsepio derelinquis, properas verò iacentem in scena spectare meretricem. Hoc autem quibus tandem putamus dignum esse supplicüs. Responde obsecro, si re quispiam introducere pollicerétur ad Regem, & ostenderet tibi illum vndique coruscantem, atque inter varios pompæ suæ ornatus sedensem, pntásne theatrale spectaculum aulicæ præponeres dignirari, cum certè ne hinc quidem tibi aliquod commodum quæreretur ? At verò ex hac mensa, spiritualium fons emanat bonorum; & hanc tu statum relinquens, curris ad theatrum, vt natantes fœminas, & secum illum publicis oculis turpicans expositum ? vt inquam istud aspicias, sedentem iuxta donotum cœlestium, fontem, Christum relinquis. Nam & modò super fontem sedet; non vtam samaritanam, sed vniuersam alloquens ciuitatem. Forsan verò etiam nunc, samaritanæ tantùm loquitur. Nam & nunc nullus ei assistit, nisi quod alij quidem solis adsunt corporibus, alij verò nec ipsis quidem profectò corporibus. Attamen ipse non recedit, sed manet, & à nobis postular potum, non aquam sed sanctimoniam. Sanctis enim Christus sancta distribuit. Non enim aqoam de hoc nobis fonte largitur, sed sanguinem viuum: qui quanquam ad mortis dominicæ testimonium sumitur, nubis tamen causa fit vitæ. Tu verò teliuquis huius sanguinis fontem, calicémque reuerendum, & ad Diabolicum illum fontem festinus accurris, vt scilicet spectes meretricem natantem, & naufragium animæ patiaris.]

Patientia Christi in Eucharistia.

Contestatur insuper, quàm grauissimè potest, S. Chrysostomus hom. 51. in Matth. [Audiamus quàm magna, quàm admirabilis res nobis concessa est. Audiamus, oto & perhorrescamus. Carnes suas nobis tradidit seipsum immolatum proposuit. Quam igitur satisfactionem offeremus, cum tali pabulo nutriti, taliter peccemus agnum comedentes in lupo conuertimur, cum ouinis carnibus saturati, vt leones rapiamus ?]

Ad extremum adduco Guerricum serm. 2. de Resurr. sic differentem. [Agnus Paschalis, amicos inuitat ad delicias corporis & sanguinis sui. *Comedite* (inquiens), *amici, bibite & inebriamini Charissimi.* Cibus iste & potus, vitæ est mysterium immortalitatis medicamentum, causa resurrectionis primæ, pignúsque secundæ, quia diuinæ planè in nobis initium substantiæ. *Participes* (inquit Apostolus,) *Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius, vsque ad finem firmum retineamus.* Qui enim post acceptam gratiam ad vomitum suum reuertitur, diuitias quas deuorauit euomet; & de ventre illius, extrahet eas Deus. Vel certè, *panis eius in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecùs:* quia nimirum gratia perceptа in pœnam conscientiæ vertitur, cum sanguis Testamenti quo sanctificatus quis fuerat, pollutus dicitur, & spiritui gratiæ contumelia irrogatur. Hoc contemptu & nausea diuitiæ deuoratæ euomuntur; ita vt de eo qui eiusmodi est dicatur, *non remansit quicquam de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis illius.*

Plena licentiæ assistentia in sacrificio, aut templo, argumentum patientiæ Christi in Eucharistia.

32. Nec illa Christi iniuria est modica patientiæ Christi materia, qua fidelium plerique, citra communionem horrendis mysteriis adsunt irreuerenter, ac licenter nimis. S. Chrysostomus hom. 60. ad pop. ne Angelos quidem, liberè

Sect. III. Cap. V.

libetè audete oculos in Eucharistiam obuertere, profitetur. Fortassis imitatus S. Ephrem num parænn. 20. qui contuitum liberum Eucharistiæ, ad impudentiam refert. [Complectamur (inquit) mente ac consideremus, charissimi, eos qui coram Rege constituti sunt terreno, thronóque mortali ac corruptibili ministrant, quomodò omni cum scientia & timore, Regi suo assistant: Nónne & nos, multo magis, vt fideles, nporret coram Rege cœlesti consistere cum timore ac tremore, & cum omni grauitate atque decore? Propterea non existimo dilectissimi, bonum esse, impudenti oculo contemplari proposita mysteria corporis & sanguinis Domini nostri & Saluatoris Iesv Christi. Fidémque huius nobis faciat diuina Scriptura dicens, *Tremefactus autem Moyses, non audebat aspicere.* Scriptum est enim, *Quicunque honorificauerint me glorificabo eos, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Tu enim vt homo contemplaris: at ipse vt Deus, nouit profunda cordis tui, & cogitationes tuas intuetur. Non enim est creatura abscondita coram ipso.] An sigillaros voluit eos, qui adsunt non modò oscitabundi, & omnia alia per minùs attentùm ad res sactas intellectum versantes, sed etiam quod S. Chrysostomus hom. 74. in Matth. meritò expostulat, per spurcitias cogitatione agitatas & mente inibi designatas, Ecclesiam vertentes in prostibulum? Christus sanè quamuis miraculo, tamen seipsa ex Eucharistia conterrent astantes, iuxta Turrecrematam tract. de Enchar. c. 1. qui huc aptat illud, *En ipse stat post parietem nostrum, prospiciens per cancellos.* Plerique ergo in conspectu Christi viuentis ac videntis lubentes ac volentes talia cogitant atque designant, quæ non loco sancto quem Christus ipse præsens condecoret, sed prostibulo conueniant. Nec paucis eo animo veniunt ad templum, vt oculos plenos adulterij pascant & saginent ea illuuie, per occasionem coitionis ad sacrificium & orationem. Proh mores! Angeli astant & contremiscunt. Vermiculis ac fungis, locus est dehonestare præsentiam Regis Regum, & locum sanctum ea abominatione desolationis contaminare. Adeò namque licenter ac liberè tanta majestas violatur, hac in parte, vt vix se deliquisse, sed ludicrum duntaxat quippiam admisisse se, putent mortalium plerique. At quis non videat violari Christi majestatem, ea contaminatione & profanatione, in ædem sacram, ipso præsente & conuiuente. Rege Christo, inducenda? Dolebat S. Chrysostomus homil. in Encæniis, plus amicos terreno Regi, quàm Christianos Deo deferre. [Quid facis (inquit) homo? Non promisisti Sacerdoti, qui dixit *sursum mentem & corda*, & dixisti. *Habemus ad Dominum.* Non reuereris & erubescis, & illa ipsa hora mendax inueniris? Papæ! mensa mysteriis instructa est, & agnus Dei pro te Immolatur, Sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphin adstant sex alis faciem tegentia; omnes incorporeæ virtutes pro te cum Sacerdote intercedunt, ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in craterem in tuam sanctificationem ex immaculato latere haustus est. Et non erubescis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis? Non conscientia tua, judicat te ô homo.] Et post nonnulla in eandem sententiam. [Stemus trementes & timidi demissis oculis tenata autem anima, gementes sine voce, iubilantes corde. An non vides eos qui sensibili, corruptibili, temporali & terreno Regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquentes, non oculos huc & illuc mittentes, sed mœsti, territi, lugentes? Ex ipsis documentum accipite homines, & sic assistite Deo, quasi terrenum Regem accessuri. Multo magis cœlesti Regi, cum timore astare oportet.]

A sacris Ministris, materia patientiæ, Christo in Eucharistia.

34. Omnis hæc patientiæ materia, à Ministris quoque sacris, Christo in Eucharistia suppeditatur. Nam & ipsi communicant, & templis adsunt. Peculiares verò præterea iniuriæ, & multiplicia patientiæ argumenta, penes malè ubitum ministerium concreditum ab iisdem existunt, quæ deflenda potiùs quàm recensenda, viderentur, nisi splendentem in hisce indignitatibus Christi patientiam demirari, consentaneum esset, ac iustum. Ea ergo est capitalis, à sceleratis quibusdam ministris sacrificij, iniuria Christi, quod indignè tanto ministerio exigunt vitam. S. Hieronymus in c. 3. Sophon. Christi patientiam & clementiam hinc celebrat, explicans illa, *Sacerdotes eius polluunt Sancta.* Sic enim scribit. [Sacerdotes quoque, qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populis eius diuidunt, impiè agunt in legem Christi, putantes *εὐχαρίστιαν*, imprecantis facere verba non vitam, & necessariam esse tantùm solemnem orationem, & non Sacerdotum merita: de quibus dicitur, *& Sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.* Cum hæc faciant Principes, Iudices, Prophetæ, Sacerdotes Hierusalem, nihilominus clemens & iustus est Dominus: Clemens, in eo quod à sua Ecclesia non recedit, &c.] Quod præter solemnem sacrificij formam verbis Christi comprehensam, ait necessariam insuper esse ad consecrandum vitam sanctam, ab Iuone quoque affirmatur epist. 63. & vtrinsque sensus est, quamuis ad consecrationis valorem sufficiant verba à Sacerdote super materiam aptam prolata, tamen ex præcepto naturali & positiuo, vt consecratio sit licita deposci præterea sanctitatem quam permulti magno diuinæ patientiæ argumento infeliciter prætermittunt.

Sæpè, heu quàm sæpè! Sacerdotes animo & corpore inquinatissimi, Filium Virginis, ore fœtentissimis basiis polluto, conficere, & impuris manibus contrectare non exhorrescunt. Hæc verò quanta est Christi iniuria? quanta patientiæ eius materia: Dicat Petrus Blesensis sermone 38. *in fine* [Antiochus Epiphanes tempore Machabæorum, templum Domini violenter ingressus, idolum Olympici Iouis, in eo iuxta aream Testamenti posuit. Machabæi prævalentes postea, locum inuenerunt pollutum, & post ejectas spurcitias, mundauerunt. Quicunque ergo ad altare Domini accedit, inquinatus luxuria, iuxta Filium Virginis, Idolum ponit Veneris. Qui sacra illius verba Sacramenti,

Sacramenti, ore immundo profert, in faciem Saluat. spuit. Et cum in os immundum sanctissimam carnem ponit, eam quasi in lutum platearum proijcit. Ad suum iudicium ad hoc Sacramentum accedit, qui adhuc alienæ cuticulæ tactu hilarescit, qui æstibus vitiorum inardescit.]

34. Non rarò per sacrilegam socordiam, aliquid panis sancti vel calicis, excuti sinunt, contra quàm fert studium Christo debitum; qui totus ac integer sub qualibet atomo exuuiarum panis & vini delitescit. Detestabiles quosdam Græcos, scribit Humbertus Cardinalis l. contra Græcorum calumnias, agens de azymo, diuinæ Euchatistiæ reliquias incendisse, aut iecisse in foueas, vel terræ infodisse, ac vt Humbertus loquitur, *subterrasse*. Per incuriam nonnullorum, species Sacramentales longa tabe confectæ quandoque putrescunt, dum negligenter obeuntur quæ ad reuerentem sacrorum symbolorum asseruationem, sacris Canonibus sunt præscripta. Qua in parte liquet granem iniuriam inferri corpori Domini, Nec dubitauit Patrus Damiani Opusc. 26. c. 3. id inter graues negligentias sacerdotum recensere. [Omitto (inquit) panem in salutares hostias conuertendum, qui nonnumquam ante fit mucidus quàm sanctificentur oblatus, Ipsum quoque mysterium, non intra dies octo consumitur; sed plerunque ad omnipotentis Dei iniuriam in mensem tertium reseruatur.] Quamuis enim Christus in tam diuturna specierum asseruatione & fortè tabe, nihil patiatur intrinsecè, tamen indecentissimum est, eum veluti amicitiæ vestibus sordidis, & quasi adigi ad abscedendum, accidentibus ad eum statum deductis, vt si substantia panis adesset, foret extrudenda per subsequentem nouam formam substantialem. Ex quo efficitur, vt accidentia panis tabefacti cum non vltra in ea cadat forma consecrationis, Christum non contineni, nec sint vlterius Sacramentaliter edulia; quod est Christi erga nos beneficentiæ iniuriosum, Cuperet enim nullam illius boni doni particulam prætatite inanem, ac fructus nobis impensi vacuam contra finem institutionis à Christo factæ Adhæc proximè laudatus, Humbertus sub finem libri contra Nicetam Pectoratum, expostulat de quorundam Græcorum Socordia circa micas Eucharistiæ, cum tamen cuique totus Christus subsit. Interdum simili negligentia ac supinitate Ministrorum, species comeduntur à muribus. Vbi falsum solamen negligentibus, commenti sunt Guitmundus l. 3. contra Bereng. & Valdensis t. 2. c. 60. negantes suppositionem; & addentes, videri quidem species comedi, reipsa tamen perstare intactas. Quod æquè de tabe specierum dixit Algetus l. 3. contra Bereng. c. 1. negans, species cum longo situ obsolescunt, reuera putrescere quamuis putredinem subire videantur. Sed hæc adeò experientiæ aduersantia, per gratuita miracula astrui non possunt; ac proinde fatendum est, sacras species Christum abditum contegentes, dum pastophorium incautè obseratur aut custoditur, à bestiolis rodi ac vorari, vel situ ac tabe putrescere. Et quamuis tunc Christus non læditur in seipso, tamen admittitur in eum grauis irreuerentia & iniuria, à Socordi Ministro cuius erat obstare ac prouidere, ne ea specierum contaminatio Christum dedecens contingeret. Non nemini, altaria, corporalia, calices, vestes sacræ, & vniuersus diuini ministerij apparatus adeò sordet, vt nauseam moueat: estque reuera plerunque huiusmodi, vt vix in popina ferendus videretur. Quis neget, eam ministrorum inhonestatem, & sacri apparatus turpitudinem, vacare iniuria in Christum, qui præsens est & principalis causæ in vniuerso ministerio gradum tenet? Petrus Damiani Opusculo illo 26. c. 1. hanc multorum ministrorum indignitatem non dissimulauit. [Illud (iuquit) quantæ confusionis opprobrium est, quod nonnulli circa sacri altaris vtensilia tantæ negligentiæ sunt, & tam segnis incuriæ, vt stanneos, vel etiam suppatis cuiuscunque metalli calices, longo situ scatredinis inhorrescere patientes; aspiciunt in squalido linteo, Dominicum corpus offerant & inuoluant; & quod non dignaretur potens quilibet (qui tamen vermis est, propriis adhibere labiis, in hoc isti, corpus non verentur imponere saluatoris. Quid potrò de consciscis ac putrescentibus sacrorum altarium prandeis, quid de diuersis vasis ad Ecclesiastica ministeria necessariis, quid denique de sacerdotalibus eloquar indumentis?] [Esse hanc totam immundæ animæ Aluarus Pelagius l. 2. de planctu Ecclesiæ artic. 28. affirmat. Nam inter peccata sacerdotum hoc numerat 37. [Cum vilissimis, & sordidissimis, & vetustissimis & ruptis & scissis paramentis & calicibus & pallis altaris celebrant. Cum enim immundi sint in se, immunda non abhorrent, sed similes similia quærunt, &c. De munditia hostiæ loquitur & præcipit Innoc. 3. in Concilio Gener. Extra de cult. Euchar. c. 2. vbi dicitur; Nimis videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiam in profanis.] Hanc noxam ex suo genere esse mortalem, agnoscunt Syluester V. Vasa & V. Missa 3. q. 2, & Armilla V. Corporale num. 5. Multos in eam rem adducit Anuellus Persicus l. 1. de præcipuo Sacerdotis Officio cap. 9. dub. 7. num. 63. & multis ac merito in eam indignitatem conclamat Antonius Molina in Sacerd. Instruct. Tract. 3. c. 17. §. 1. Haud dubiè magna irreuerentia erga Deum & iniuriosa tantæ majestatis negligentia cernitur ac proinde etiam magnum inde habemus Christi patientiæ argumentum,

Patientia Christi in Eucharistia.

35. Videt Ista & alia indigna, nefaria, Impia Christus; nec illico, nisi perrarò, egeditur ignis de rhamno, vt deuoret cedros libani. Non inquam vibrantur vltoria fulmina, quantumuis esse ista omnibus digna fulminibus, contestatur Sanctus Chrysostomus adductus cum de hac heterodoxis. Non iubet terram dehiscere, sed sustinet silens ac patiens, nec ad breuem moram, aut ad vnam vel alteram vicem, sed cum immutabilitate quæ est decus patientiæ longè maximum. Apud nos quidem, plerunque misericordia est vt nubes matutina, & velut ros mane pertransiens; ita vt siquis pauperem pascere vel curare aggressus, eum iniurium experiatur, patientia excidat, vt ille apud Palladium ægri egentissimi curator à S. Antonio confirmatus. At Christus, post tam atroces iniurias, non absistit benefactis. Iam vltra annos mille sexcentos, quocunque

tandem

Sect. III. Cap. VII.

tandem tempore & loco, etiamsi contra præscripta Ecclesiæ à Sacerdote validè initiato aduocetur, illicò adest : & siue in stetquilinium aut fimetum, siue quod Christo tetrius fœtet, in pectus mortali crimine sordens conjiciatur, perstat immobilis. Non deserit species, eorum quibus indigna & nefaria vel delignantur, vel admittuntur : sed sustinet panenter, nunquam factutus irritum pactum suum, quæcunque, & quantacunque ab ingratissimis perpetrentur, quibus patientia humana, iure læsa censeretur apud mortales.

Stimulus fidelibus ad hanc Christi patientiam imitandam, & ne lædatur, præcauendum.

36. Vellunt ista autem fidelibus, & patientiam eorum vel inuitam sollicitant. S. Chrysostomus homil. 3. in ad Ephes. *in morali* exemplo patientiæ Christi, & perpessionum augustissimi eorporis quod in altari sacrificatur, sic vrget ad patientiam. [Quoniam agitur de corpore Domini, age illius etiam meminerimus quod in crucem fuit actum, quod clauis confixum & sacrificatur. Si es Christi corpus, fer crucem. Nam ille quoque tulit. Fer sputa, fer colaphos, fer clauos. Tale erat illud corpus. Corpus illud non fecit peccatum, nec est inuentus dolus in ore eius. Manus eius omnia agebant ad benefaciendum iis qui egebant. Os eius, nihil emisit quod non decebat. Audiuit, *habes dæmonium*, & oihil dicebat. De corpore à nobis agitur, & hoc quod ab illo nihil differt, nec distat. Quicunque corporis sumus participes, quicunque gustamus sanguinem cogitemus quod illius sanguinem gustemus.]

Videndum verò esse monet S. Augustinus hom. vltima ex 50. ne patientia Christi læsa, velut efferetur. Excutiens enim illud Apostoli de hoc Sacramento 1. Co. 11. *Si nos dijudicaremus, à Domino non iudicaremur*, infert. [Ascendat itaque homo aduersùm se tribunal mentis suæ, si timet illud, quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt ad illud recipiat vnusquisque quod per corpus gessit, siue bonum siue malum. Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat. Nam minatur hoc Deus peccatori, dicens, *arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Iode quidam sanguis animæ confitentis, per lachrymas profluat. Postremò ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis Domioi. Vt qui separati à regno cœlorum timet per vltimam sententiam summi iudicis ; per Ecclesiasticam disciplinam, à Sacramento cœlestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicij, vt cum alij accedunt ad altare Dei quò ipse non accedit, cogitet quàm sit contemiscenda illa pœna qua percipientibus aliis vitam æternam, alij in mortem æternam præcipirentur. Ad hoc enim altare quod nunc in Ecclesia est, io terra positum ; terrenis oculis expositum ; ad mysteriorum diuinorum signacula celebranda, multi etiam scelerati possunt accedere, quoniam Deus commendat in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerceat seuetitatem suam. Accedunt enim, ignorantes quoniam patientia Dei ad pœnitentiam eos adducit. Illi autem secundùm duritiam cordis sui, & cor impœnitens, thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua.]

37. Ista perspecta habens Paeianus in paræn. ad pœnitentiam, insultantes diuinæ patientiæ, (& agit de malè communicantibus, vt patet ex præcedentibus,) sic eos affatur: [Vos primùm appello fratres, qui crimiuibus admissis pœnitentiam recusatis, vos inquam post impudentiam timidos, post peccata verecundos. Qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri : qui cum mala conscientia, Dei sancta contingitis, & altare Domini non timetis? qui ad manus Sacerdotis, qui in conspectu Angelorum sub fiducia innocentiæ acceditis, qui diuinæ patientiæ insultatis, qui tacenti Deo veluti nescienti, pollutam animam, & profanum corpus ingeritis. Audite quid fecerit Dominus, tum deinde quid dixerit. Cum populus Hebræorum Hierosolimis arcam Domini reportaret, & ex domo Aminadab Israëlitia, Ozas qui non explotata conscientia latus arcæ attigerat, occisus est : Et tamen ille, non vt aliquid ex ea sumeret, sed vt declioantem ad lapsum vituli contineret, accesserat. Tanta infuit cura diuinæ reuerentiæ, vt audaces manus, nec ob auxilium sustinetet. Clamat idem Dominus, & dicit. *Omnis mundus, manducabis carnem : & anima quæcunque contigerit de carne sacrificij salutaris, & immunditia super illam est, pereat anima illa de populo.* Antiquáne ista sunt, & modò non fiunt ? Quid ergo ? Desijt Deus nostet curare ? An vltra conspectum mundi tecessit, & neminem spectat è cœlo ? An patientia illius, ignorantia est ? Absit inquies. Videt ergo quæ facimus, sed vtique expectat, & patitur, & pœnitentiæ tempus indulget ; & Christo suo præstat vt differat, ne citò pereant quos redimit. Benè tu peccator intellige, spectaris à Domino, potes illum placare si velis.]

CAPVT VII.

Christus Sacramentaliter constitutus, exemplar consiliorum Euangelicorum, lucerna candelabri septima.

1. EVcharistiæ mysterium, (vt eleganter præ cæteris prosequitur Alauus l. de Missa c. 7.) religionem Christianam vniuersam, eúmque cultum in Spiritu & veritate qui Deo in lege noua pendendus erat, exquisitè continet. Facilè verò insoper est demonstrare, eos quoque actus diuini cultus, quos qui adhibent, *Religiosi* antonomasticè audiunt, Christo in Eucharistia non deesse : quod explicatum venio, per expensionem actuum ad tetnarium primariorum consiliorum Euangelicorum, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiæ pertinentium. Quibus actibus in Dei cultum ex voto exercendis, addicitur quæ vulgo denominatur *Religio*, vel *status Religiosus*,

Religiosus. Eius porrò exemplar esse Christum in Eucharistia, perspicuum fiet, si Christum in ea pauperem, & castum ac obedientem esse, & quidem ex voto, patefiat; ad quod aggredior hoc capite.

Eucharistia exemplar consiliorum Euangelic.

Christi sub speciebus paupertas, auctior paupertate præsepis.

Panpertas Christi in Eucharistia, non est attrendenda penes defectum alicuius Christo debiti; siue quoad naturam, siue quoad gratiam, siue quoad gloriam. Nam Christus omnia ista cumulatè possidet in Eucharistia, æquè ac in cœlo. Quod tamen de Christo ratione Incarnationis, à Dauide pronunciatum esse notauit Richardus à S. Laurentio l. 1. de Deip. c. 5. *simul in vnum diues & pauper*, valet maximè in mysterio Eucharistiæ, in quo cum tanta omnium Christi bonorum opulentia, tantus terreni cuiusuis boni defectus, tanta per omnia abjectio ac vilitas externi apparatus, insigne paupertatis studium redolens, copulatur. Deus enim gloriæ, cui vt Philo disserit l. de Cherubin, ne omnes quidem totius terrarum orbis gemmæ, auro probatissimo consertæ, conueniens suppedaneum possit efficere; quantum tamen est ex vi status Sacramentalis, sine cultu ac pompa iacet, solis specierum accidentalium tegminibus, supra ventum rextilem, & nebulam lineam, (vt ille iocabatur,) tenuibus adopertus. Nam hîc quoque interprete Tutrecremata tract. de Euchar. c. 4. locum habet illud 3. Reg. 8. *Dominus dixit vt habitaret in nebula*, ideſt in speciebus sensibilibus obnubentibus, de quibus etiam Ruffinus in Psalmum 17. accipit illud de nube dictum, seu de tenebrosa aqua in nubibus aeris, *posuit tenebras latibulum suum*. Hæc illi Regi Regum, trabea & purpura: hæc aurea corona, hi lapilli & vniones. Nullò hîc cingitur regio satellitio, desunt excubitores. Solus totam noctem in templis exigit, ac diei partem longè maximam. Etiam lampas, quæ pro antiquo Imperatorum ac Regum vsu, (de quo superiùs c. 5.) ad signum supremæ potestatis ardere debet, plerumque vel per iniuriam ministrorum, vel per auaritiam, desideratur. Omnia pauperrarem, & quidem insignem spirant.

2. Suspicimus plerique omnes, nascentis Christi paupertatem; quippe qui in stabulo, clam omnibus, destitutus commodis externis quibuscunque in sordibus & absque apparatu, ille hic sit visus: vt propterea S. Bernardus serm. 4. de Vigil. Nat. à pannis illis pauperrimis lenimen summæ egestatis suorum Monachorum quæsuerit. Video autem Patres passim, statum Eucharistiæ conferre cum statu quem Christus in stabulo ac præsepio est sortitus. Signo nonnullos. S. Athanasius orat. de censu. [Operæ pretium est videre Ioseph side confirmatum; & ædiculam vbi B. Virgo pepetit, Ecclesiæ præfigurantem; cuius altare est præsepe, cuius vicarius Ioseph, cuius Diaconi, Pastor. Sacerdotes Angeli; cuius summus Sacerdos, ipse Dom. Thronus B. Virgo; Crateres, Virginis vbera; Vestis Sacerdotalis incarnatio; cuius fiabella, Cherubin, discus, Spiritus sanctus, Pater autem, disci operculum.

S. Chrysostomus orat de S. Philogonio. [Si cum side accessetimus, procul dubio videbimus illum in præsepi iacentem. Si quidem hæc mensa, vicem explet præsepis. Nam & hic ponitur corpus Dominicum, non quidem fasciis inuolutum, sicuti tunc; sed vndecunque Spiritu sancto conuestitutum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt quæ dicuntur.] Et hom. 7. in Matth. altare vocat *spirituale præsepe*; longámque instituit comparationem, eorum qui Christum in stabulo ac præsepio inuisernnt; cum iis qui accedunt ad sacram mensam, & in illo præsepio Christum honorant. Id quod etiam facit hom. 24 i n 1. Cor. *in Morali*.

Theodorus Ancyranus orat. in Natale saluat. habita in Concilio Ephesino. [Sed iste qui tunc Magos ineffabili virtute ad pietatem traxit, idem lætam hanc festiuitatem hodierno die constituit; non iam in præsepi positus, sed in hac salutari mensa propositus. Illud namque præsepe, mater factum est huius mensæ. Propterea in illo est positus, vt in ista edatur, & fidelibus fiat salutaris cibus. Sed illud præsepe quidem, claram hanc mensam designauit. Virgo autem, choros istos Virginum geminauit. Bethleëmtici autem diuersorij vilitas, claraæc templa extruit; & panni quibus tunc inuolutus est, facti sunt præsentium resolutio peccatorum.

3. Theodoretus serm. 10. de Prouid. [Natus Christus Dominus, materna quidem perinde vt nos vbera sugit; in præsepe autem, brutorum animalium mensa ponitur; Simul hominum brutam & ratione carentem naturam accusans, & suum erga homines amorem manifestans; quod eum ipse nutritor sit Deus secundùm humanitatem hominum cibus fit, qui magna & brutali ignoratione laborabant. Nunc verò cum brutorum ignorationem humana natura abjecerit, & rationis visum receperit; mystica hunc excipit mensa, ipsa præsepi illius typus facta; & homines eruditos, quod cum homo in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis irrationabilibus & similis factus est illis; præsepe diuinum illum & spiritualem cibum suscepit. Postquàm verò in seipsam transiit natura, & imaginem diuinam circumiacere manifestè cognouit tunc postea super rationalem mensam cibus ille transiuit.]

S. Gregorius homil. 8. in Euang. ex notione nominis *Bethleem*, Christi in stabulo nati, & in altari sub panis specie consecrati, analogiam eruit. [Bethleëm (inquit) *domus panis*, interpretatur. Ipse namque est qui ait, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*. Locus ergo in quo Dominus nascitur, *domus panis* antea vocatus est; quia futurum profectò erat, vt ille ibi per matetiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satiaret refici eret, &c. Et quia per Prophetam dicitur, *omnis caro fœnum*, factus homo, fœnum nostrum vertit in frumentum, qui de semetipso ait, *nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit ipsum solum manet*. Vnde & natus, in præsepio reclinatur, vt fideles omnes (videlicet sancta animalia,) carnis suæ frumento refiecret, ne ab æternæ intelligentiæ pabulo, jeiuna remanerent.] Geminus est his Theodoreti & S. Gregorij locis, egregius locus Hesyc. hom. 2. de Deip. *in ipso fine* vbi de Christo pane nostro locato in præsepi Bethleëmitico, verbis illis. [Libens

Sect. III. Cap. VII.

receonditur in præsepi, vt qui sunt pecuini ac currant & repetiant λόγον ideſt sermonem & rationem in præsepi constitutam, vt ex eo recipiant dignitatem rationalem, vt qui currunt ad paleas frumentum nanciscantur, vt bestiarum more festinent, arbitrantes se inuentutos in præsepi manipulos hordei, & panem verum manducaturos, alimentum vitæ, cœnam lucis, escam lætitiæ, incorruptionis dulcedinem, vnde oritur notitia regni attha adoptionis filiorum cœlorum hæreditas, societas cum Patre & Filio, & Spiritu sancto.]

Claudat agmen Parrum Bethleëmitici stabuli & altaris analogiam celebrantium, Guerricus serm. 5. de Nat. præfatus, in Christi stabulo totius religiosæ vitæ formam esse natam, subdit. [Fratres, & nos inuenisemus hodie infantem pannis involutum, & positum in præsepio altaris. Videte, vilitas tegminis ne offendat, aut turbet obtutum vestræ fidei, veritatem reuerendi corporis sub aliis rerum formis intuentis. Sicut enim mater Matia, quibusdam assumentis pannorum inuoluit infantem; sic mater gratia, dispensatoriis speciebus rerum, eiusdem sacri corporis nobis obtegit veritatem.]

4. Est ergo status Christi in Eucharistia, de Patrum sententia, geminus statui quem sortitus est in præsepio. Quare paupertas à Christo susceptа in stabulo Bethleëmitico, æquè in Eucharistiæ mysterio reperitur. Imo auctior & plenior; quandoquidem hîc Christus, ne pannos quidem & fascias habet substantiales, sed ex despicatissimo entium genere: & pro sanctissimo & supra omnem terrenam nobilitatem claro Deiparæ & Ioſephi comitatu, infames plerumque Clericos, & propudiosos Sacerdotes, assecias habet. Nec hoc semper. Imo maximam temporis partem, solus & incomitatus, alieno à diuitibus more versatur. Quinetiam tanta in hoc mysterio splendet Christi paupertas, vt ne summam quidem paupertatem qua planè nudus in cruce pependit, cum paupertate in hoc mysterio micante, censeam conferendam. Nam si in cruce Christus, (vt notaui in tract. de S. Latrone c. 2. n. 7.) omnino nudus pependit; non est ea nuditas componenda cum paupertate Iesv Sacerdotis Magni, hîc vestiti vestibus sordidis. Quid enim dignius ostentari poterat, ea regia purpura, quæ Verbum Dei vt vestimentum operuit? trahcam carnis suæ, qua nihil in terra cœlóve pretiosius, palam exhibuit Christus in cruce. Hîc caro eius, vilibus specierum operimentis obtecta, latet: ita vt Christus, sua pannositate, carnalibus siue Philosophis siue Hæreticis, vilissimum è panpertina plebe mendicabulum videri possit. Vt mirum esse non debeat, si non pecunia, sed paupertate venalem se hîc exponat Christus, Isaia teste, vt luculenter expendit Guerricus serm. 2. de Resurr.

Nitentissima Christi castitas in Eucharistia.

5. Iam Christi in Eucharistia castitatem, nihil attinet exponere. Nam vi status Sacramentalis, corpus Christi perinde se habet ac Spiritus: & eo nomine de facto donatur; non modò nunc, quia ibi est gloriosum, qua ratione S. Paulus, corpus Christi reduuium, appellat *Spiritum vinificantem*: sed etiam præcisè vi status Sacramentalis, atque adeò quale erat in nocte cœnæ, cum primò institutum & confectum est Sacramentum. Plerosque Patrum ita accepisse illud Threno. 4. *Spiritus oris nostri, Christus Dominus* dicam in Onomastico. Et in eundem sensum, intelligi à multis video, illud Apostoli Hebr. 10. denunciantis grauissima supplicia ei *qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit*; quod præter Patres in Onomastico adducendos. de Eucharistia intelligunt Nicolaus Methon. l. 1. contra hæsitantes & Turrianus l. 1. de Euch. c. 2. & l. 2. c. 11. qui ex S. Dyonisio Alexandrino ponderat, Apostolum ibi non agere de sanguine per quem redempti sumus, qui est sanguis in cruce fusus; sed agere de sanguine in quo fidelis sanctificatus est, qui est sanguis Eucharistiæ, quo in dies fidelis populus sanctificatur. Addit item Turrianus; Apostolum nun egisse de eo qui irrogat contumeliam *gratiæ Spiritus*, sicut loquendum fuisset si ea gratia esset accidentaria: sed egisse de eo qui facit contumeliam *Spiritui gratiæ*, hoc est gratiæ substantiali; quæ est ἐνυπόστατος ac per se subsistens: cuiusmodi reuera est Christus in Eucharistia latens, de quo proinde Apostolus pronunciasse videtur, quod sit *Spiritus gratiæ*; quia quamuis habeat ibi verum corpus, est tamen ad modum Spiritus, quia est inextensum, & totum in toto, ac insectile, & inalterabile ab extrinseco, sicut Spiritus Subjungiturque vox *gratiæ* quasi dicatur *Eucharistiæ*, (Sæpè enim Eucharistia vocatur *gratia*;) vt nomen *Spiritus* quod de Christo sub alia ratione efferri potest restringatur ad statum Sacramentalem.

6. Nihil potuit dici fortius & aptius, ad euincendam nitentissimam Christi in Eucharistia castitatem. Nam illuuies libidinis, & quicquid castitatis puritatem summámque munditiam infuscare quoquo modo potest, nulla ratione timeri debet in spiritibus corpori non consentis, quales sunt Angeli. Fœdéque ballucinati sunt veterum nonnulli, qui filios Dei ad filias hominum ingressos, vnde procreati sunt gigantes, censuerunt esse Angelos amore mulierum inescatos, & prolapsos in turpitudinem; quo nihil alienius ab Angeli genio fingi potuit, & doleo excidisse Iustino in vtraque Apologia, & aliis apud Pamelium Parado. 1. in Tertullianum & Feuardentium 4. Irenæi c. 70. Sed videt hanc (vt vocar,) fabulam S. Chrysostomus hom. 22. in Genes. & esse extremæ dementiæ corporalem incontinentiam affingere Angelis, ait Theodoretus in Epitome diuinorum decretorum cap. de hom. latè exponens illud Genes. 6. de filiis Seth accedentibus ad filias Cain. Id quod etiam habet Anastasius q. 25. in Script. indicans affine stultitiæ, tale dedecus illinere naturæ Angelorum. Passim quoque DD. 1. Cor. 15. vbi mulier iubetur velari propter Angelos, exsibilant Tertulliani interpretationem, qui libro de veland. Virg. c. 7. existimauit, Apostolum ibi consuluisse incolumitati Angelicæ sanctimoniæ, indicto mulieribus capitis operimento, ne earum liberiore contuitu, pellicerentur ad carnis fœditates; quod de Angelis terrestribus dictum, vel ad insinuandam reuerentiam loco sancto Angelis referto debitam insulsè detorsum est ad periculum spurcitiæ in Angelis. Adamat quidem dæmon

dæmon spurcitias corporum, tanquam hominis exiriales: non tamen vt sibi suaues, in ratione voluptatis consequentis admotionem tactilium proportionatorum. Quare sicut nihil Angelo cum carne, ira neque cum carnis fœcutentia. Et idcirco Vigines de familia Angelica deputantur, vt loquitur Tertullianus l. 1. ad vxotem. Nec dissimiliter S. Augustinus l. de sancta Virginit. c. 15 & S. Bernardus epist. 42. Cum igitur Christus Dominus in Eucharistia, præcise vt status Sacramentalis, habeat se vt Angelus, explotata esse debet eius illibata castitas, etiamsi aliunde, & quia homo Deus est, & quia glotiosus est, non esset planè securus ab illis sordibus quæ sanctimoniæ aduersantur, & corpus simul animámque fœdè conspurcant.

7. Et quia nihil adeò tuetur castitatem ac sensuum custodia; feréque oculorum contactus, (vt philosophatur S. Basilius l. de vera Virginit.) pronubus est tactuum vltetiorum, & commixtionis cum clade castitatis; mirum quanta custodia, vi status Sacramentalis, sensus suos muniuit Christus in Euchatistia. Sunt enim omnes planè obstructi, ita vt citra miraculum, nequeant erumpere in actum secundum. Enim verò nihil esse aptius ac fortius ad sensuum subactionem, & castitatis indemnitatem, pereceptione diuini huius cibi, constans est Patrum doctrina, vt dico tractans legitimos Eucharistiæ effectus, & seponens illos ab anomalis. Pulcbrè id expressit Marcus Eremita l. de de Melchisedeco, verbis illis. [Sicut Melchisedec, redeuntibus ex bello, deuictis quinque Regibus Allophysis, obtulit panem & vinum: sic Christus redeuntibus ex bello spirituali, & superato auersario, dat panem sanctificatum, dicens, *comedite ex eo omnes* Rursus sicut Abraham, ei qui panem obtulit, decimas soluit; sic qui fidem & obedientiam Abrahæ imitantur, & à Christo, vetò Melchisedec, hunc panem vitæ, qui est ipse Christus, in sancta Eucharistia accipiant; quinque sensus exteriores, & totidem interiores, tanquam decimas natutæ nostræ, quæ olim fuerat ab Allophysis, id est à dæmonibus capta, offerunt.] Hæc cum ita sint, quandoquidem propter quod vnumquodque tale & illud magis. non licet ambigere, quin Christus qui in Eucharistia germinat Virgines, & sub Virginibus creaturis speciem latens vt Fulbertus epist. 1. loquitur, triumphum de parte sensitiua concedit communicantibus, eminentissima & intemeratissima castitate, sensuúmque defœcatione sit præditus.

Christus in Eucharistia perfectè obediens.

8. Obedientia, quæ arcem tenet consiliorum Euangelicorum quibus Religiosus status constituitur, eximia planè est in Christo sub speciebus Sacramentalibus latente. Cum enim tres obedientiæ distinguantur, gradus; primus isque infimus, qui executionem spectat: Secundus qui voluntatem ad nutum imperantis fingit; postremus & eminentissimus, qui etiam intellectum captiuat in obsequium, ita vt ne iudicium quidem obtemperantis, à sensu & iudicio præcipientis dissentiat, nullam ex his Obedientiæ vndecunque cumulatæ partibus, à se desiderari passus in Eucharistia Christus Dominus. Et executionem quidem, præstat exquisitissimè. Quisquis enim sit Sacerdos, dummodò ritè initiatus, quacunque hora & loco, etiamsi per sacrilegiũ potestate sua vtatur, tamen illico adest Christus, obediente Deo voci hominis & hominis, profani moribus, eóque gradu indignissimi. Nou refugit manus, recenti plerunque scelere contaminatas. Immissus interdum in os leprosi hominis, vel in stomachum fœda cacochimia puteutissimum; & quod illi squalidius & horridius est, coiectus in os peccatoris & iniqui, non refugit, sed subit quo inducitur. Etiam ad sceleta & magicas impietates adhibitus, æquè perstat, nec stationem specierum in qua locatus est, præ sceleris horrore desetit. Nullus in vniuersa hac executione cernitur Christi renisus, sed plena & perfecta voluntatis subjectio. Nam quamuis narratio de Vvidechindo Saxone, fetat, Christum ori peccatorum immissum eum remisu subjisse, sed subjisse tamen nihilominus ea demonstratio non permuit, uisi ad significationem grauis peccati mslè communicantium, quod Christo maximè displicet; minimè autem insinuatus est verus vllus renisus voluntatis Christi, citca ingressum in huiusmodi hominem. Quis enim renitentem ad ingressum potuisset adigere? Postremò quoad intellectum & iudicij abnegationem, Christus in Eucharistia non secus se habet, quàm si iudicio & intellectu careret; nec plus dijudicat atbittia Sacerdoris, quem sibi in hoc statu Sacramentali præposuit, quàm si iudicio destitueretur; tametsi non ratò, cum Sacerdos deberet vel non dispensare Eucharistiam, vel aliter erga eam se gerere, non latet Christum per scientiam infusam atque beatam absurditas operationis, & vt ita dicam præcepti, à Sacerdote tanquam Superiore manantis. Admitto enim, Sacerdotem agnosci à Christo in hoc statu, aliqustenus tanquam superiorem. Non quod reuera Christus homo, alium habeat sibi superiorem quàm Deum, vel quod Sacerdos sit Christo superior; sed quia Christus Deo, in Sacerdote, vel ad Sacerdotis nutum obedit; & quia Christus gerit se erga Sacerdotem, perinde ac par est se gerere bonos subditos erga verum superiorem. Vnde ab eo benedici multoties in sacrificio non dedignatur: tamersi iuxta Apostolum, *sine contrauersia, quod minus est à maiore benedicitur.* Est igitur Christus in Eucharistia, perfectissimum exemplar Religiosæ obedientiæ.

Eucharistia exemplar consiliorum Euangelic.

Honestas virtutum religiosarum, voto firmata à Christo in Eucharistia.

9. Quod autem honestas religionis, propositis Christi in Eucharistia actibus, sit appressa per votum, vt secundo loco monstrandum suscepi, facilè ostendi potest, eo supposito quod suo loco plenè confirmatum est; quamuis Christus non egerit voluntatis suæ firmatione per votum, quod vnum voluit D. Thomas 2. 2. quæst. 88. artic. 2. ad 3. tamen cum viator erat, vouere reuera potuisse, & vetò etiam vouisse de facto, vt tectè statuit Suares l. 3. de voto c. 1. n. 4. & t. 2. 3. p. d. 28. s. 2. Quid enim vetat, voluntatem quanquam in bono aliunde firmatissimam, noua hac religionis obligatione

Sect. III. Cap. VII.

obstringi, ad præstandum quod Deo placere manifestum fuerit? Hoc ita constituto, Christum ex voto se obstrinxisse ad statum Sacramentalem instituendum, & subeundas panis ac vini species; & consequenter etiam se obstrinxisse ex toto, ad paupertatem, & castitatem, ac obedientiam, in illo statu (vt diximus) exhibendas, insinuatum videtur in multis scripturis, ex Doctorum interpretatione. Celeberrimus locus est in Psalmo 21. vbi ex persona Christi, iuxta totius Ecclesiæ sensum, quod ibi notat Iansenius, vota sua appellat Eucharistiam, dicens; *vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Nec est cur ea vota detorqueantur ad impropriam vocis significationem, souéntque tantùm desideria voluntatis paternæ acceptandæ, aut mandandæ executioni. Non est inquam cur hoc dicatur, & vera voti notio, sonans promissionem, ac se obstringendi voluntarem, excludatur. Nam iuxta regulam D. Augustini, vocum scripturæ proprietas retinenda est, quando ex ea non sequitur quid absurdum, vt hinc sanè nullum sequitur. Et ita S. Basilius ad eum psalmum 21. affirmat, *vota* ibi, significare promissiones, nec dissentiunt Theodoretus atque Iansenius. Ea ergo vota quæ Christus contestatur se redditurum in conspectu timentium eum, non spectarunt sacrificium crucis in quo turba iniquorum velut apiarium circumdedit Christum, sed spectarunt sacrificium incruentum, à Christo in primo suæ conceptionis instanti promissum Deo, ad exorandam eius tutelam in tot diseriminibus, sub mortem irruituris conferto agmine, Quod sacrificium, & voti de eo instituendo impletio, teddita verè sunt in conspectu timentium Deum, hoc est turbæ fratrum duodenæ, in qua tametsi comprehensus est Iudas, iuxta probabilem multorum sententiam cui subscripsimus in tract. de Iuda c. 9. num. 29. tamen numerus timentium Deum multo prævaluit. Psalmi item textura, videtur planè exigere hunc votorum illorum intellectum. Nam sequitur; *edent pauperes & saturabuntur*, &c. *vivent corda eorum in seculum seculi.* Quæ dicta de Eucharistia, est per se perspicuum, & egregiè tradunt Eusebius & Augustinus ibi, iam inpta allegati. Nunc addo alium planè luculentum S. Augustini locum, ex Epistola 120. qua Psalmi illius 21. expositioni insistit. Sic ergo habet S. Aug. ea epistola c. 24. [Ideò sequitur & dicit, *Vota mea reddam coram timentibus eum. Edent pauperes & saturabũtur & laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Ipsi sunt paruuli de quibus dixit, *& revelasti ea parvulis.* Timentes eum & pauperes, idcit humiles quinon alta sapiũt; sed timent timore illo casto, non quo pœna formidatur, sed quo gratia conseruatur. Vota verò sua, sacrificium vult intelligi corporis sui, quod est fidelium Sacramentum. Ideò cum dixisset, *vota mea reddam coram timentibus eum*, continuò subjunxit, *edent pauperes, & saturabuntur.* Ipsi enim saturabuntur pane qui de cœlo descendit, qui ei coherentes, & eius panem dilectionémque seruantes, imitantur eius humilitatem, ideò paupetes in hac paupertate & saturitate, præcipuè Apostoli latuerunt. *Et laudabunt Dominum* inquit, *qui requirunt eum*, intelligentes non meritorum suorum, sed illius esse gratiæ, quod saturati sunt.] Rursúsque inferiùs. [Charitas in commune magis,, quàm in priuatum consulens, dicitur non quærere quæ sua sunt. Hac viuunt corda in seculum sæculi, tanquam saturata pane cœlesti. De qua saturitate ipse dicit, *nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Meritò ergo istorum qui saturantur, viuent corda eorum in seculum seculi. Vita enim Christus est, qui habitat in cordibus eorum.]

Concluditur, Christum in Eucharistia, esse veri Religiosi exemplar.

10. Liberasse videor fidem datam, atque perspicuè euicisse, religiosæ professionis, qua homo paupertatem, castitatem, & obedientiam Deo spondet, exemplar perfectissimum in Christo Sacramentaliter constituto præcessisse. An id expressit S. Benedictus in regula c. 66. aliàs 59. cum agens de professione per pueros nobilium emittenda, sic habet. [Pareutes eius faciant petitionem quam supra diximus (c. 58. proximè antecedente:) & eum oblatione, ipsam petitionem & manum pueri inuoluant in palla altatis, & sic eum offerant.] Clariùs constitutiones Lantfranci, declarant quæ esset ea oblatiõ. Sic enim eis legitur. c. 18. [Offerendus puer, facta priùs corona, manibus portans hostiam & calicem cum vino, sicut mos est, &c.] Huius vsus à S. Benedicto intet professionem præscripti, rationem hanc reddit Turrectemata tract. 13. vt puer professionem emittens, doceretur se effici holocaustum Domino, planéque consectari Deo, eo modo quo hostia (quæ ibi pro more antiquo dicitur *oblata*, vel *oblatio*,) est holocaustum Christianorum. Nec hoc dico, hostiam ibi à professente oblatam, fuisse consecratam: puero enim minusculæ ætatis datam in manus sacram hostiam, tenetenia & decentia vix finit existimare. Præterquàm quod in Monasterio S. Mariæ Heluetiotum. hostia dabatur puero professenti; in mappula absque calice, cuius loco gestabat ampullam communis viui, vt, scribit Ruthardus eiusdem Cœnobij Monachus, ad caput præfictum Regulæ S. Benedicti. Nihilominus professio emissa gestando manibus matetiam Sacramenti Eucharistiæ, hostiam inquam & calicem, manifestè insinuat idipsum Deo sponderi à professente, quod Christus in Sacramento Eucharistiæ priot perfecit. Neque enim cum fundamento dici potest, eum ritum adhibitum esse, ad iuramentum per Euch. concipiendum de seruanda professione. Tale enim iuramentum fuisse professenti præscriptum, neque vsus testatur, neque Interpretes agnoscunt. Non est autem tantum onus imponendum professentibus, vt si professionem violent, non modò sint rei temeratæ professionis Deo factæ, sed etiam iuramenti, quæ esset alia labes longè tetetrima. Præterquam quod iuramentum, non potest concipi per panem & vinum ante consecrationem: fuissétque longè commodius, iutamentum exigere porrecta ad contactum pyxide continente Eucharistiam, vel imagine Crucifixi; si tenuera ex mente S. Benedicti, qui professionem emittebat, iussus esset concipere jutamentum de seruanda professione. Omnino itaque verum videtur, ritum illum fuisse præscriptum, & adhibitum,

bitum, ad finem propositum à Turrecremata.

11. Et est sanè sacrificium iustitiæ, quod Christus in mysterio Eucharistiæ exhiber, luculentum exemplar sacrificij quod de se offert qui professionem religiosam emittit. Designo nomine *sacrificij iustitiæ*, mysterium Eucharistiæ, non minùs quàm sacrificium crucis; quia vtrumque eo nomine denotari to Scripturis, rectè obseruatum est à Lorino in Psalmum 50. *ad versum vltimum.* Et sanè vtrumque hoc sacrificium, sanctissimum est, & vndecunque iustum ac purum, nec non diuino iuri violato ad iustitiæ amussim reparando accommodatissimum. Homo igitur immolans se Deo per religiosam professionem, non modò conformatur Christo eruentè in ara crucis immolato, vt docet Piphnutius Abbas apud Cassianum lib. 4. de instit. c. 32. ac Blesensis serm. 9. *in fine* & Rupertus lib. 4. in Regulam S. Benedicti à c. 9. plenéque Ioannes Nider l. 3. de reform. Religios. cap. 8. sed etiam exquisitè conformatur Christo, quatenus in altari gladio verborum immolatur quotidie pro nobis, verè hostia viuens, & per hoc sacrificium incruentum, [quodammodò immolatus, adhuc quotidie, donec mortem eius annunciamus.] Verba sunt S. Bernardi serm. 6. de vigilia Natiu. Dom. Quod aliter dicit S. Greg. 4. dialog. c. 58. Iterum in hoc mysterio sacræ oblationis Christum pro nobis immolari, tametsi in semetipso immortaliter & incorruptibiliter viuentem; & hoc sacrificium passionem Vnigeniti semper imitari, eiusque mortem per mysterium nobis reparare. Saluberrimè verò concludit c. 59. [Necesse esse vt cum hæc agimus, nosmetipsos Deo in cordis contritione mactemus; quia qui passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus. Tunc ergo verè pro nobis hostia erit Deo, cum nosmetipsos hostiam fecerimus.] Facimus autem (vt dictum est,) per religiosam professionem, quæ est immolatio hostiæ nostræ immolationi Christi per Sacerdotem in altari sanctæ, antitypa.

Eucharistia exemplar consiliorum Euangelic.

SECTIO IV.

Heptas Lucernarum Candelabri sancti, ad effectus Eucharistiæ accommodata.

DIximvs de substantia mysterij Eucharistiæ, & eius per candelabrum Mosaïcum adumbratione. Quantæ item Christi Dei & homini perfectione in eodem mysterio secundùm substantiam suam sumpto eluceant, satis hactenus monstratum est. Nunc quomodò eius effectus, per lucernas exemptiles candelabro impositas sint adumbrati, considerandum sequitur. Bellè verò effectus Eucharistiæ, lucernis candelabri respondent. Lucernarum quippe candelabri, alius vsus non erat, quàm inferendi lucem, & tenebras depellendi. Nec dissimiliter, omnes Eucharistiæ effectus, ad illationem veræ lucis internæ, quæ gratia & virtutibus diuinisque illustrationibus continetur, & ad tenebrarum intelligibilium, (vt D. Augustinus peccata nominat,) eliminationem reuocantur. De hoc igitur vtroque Eucharistiæ effectuum genere, per proportionem ad geminum similem lucernarum candelabri Mosaïci effectum, post tractata quæ ad Eucharistiæ substantiam pertinent, deinceps agemus. Ex quo liquebit, Eucharistiam meritò componi cum lucerna apud S. Thomam Opusc. 58. c. 6. & perbellè à Petro Blesensi carm. de Euchar. c. 9. vbi post hominem cum lucerna fictili à Deo figulo optimo reparata collatum; ait, Verbum Dei testa carnis in crucis clibano excocto, & oliuo diuinæ bonitatis repleta circumdatum, aliam testam lucentem apparasse fidelibus.

Hac simili testa, diuina lucerna resplendet.
Vnde Sacra mensa dapibus benedictis pendet.

CAPVT I.

Septenarius lucernarum, ad vberem lucem intelligibilem ex Eucharistia promicantem, relatus.

1. NIhil frequentius apud Patres, mentione loeis, quoties de Eucharistiæ effectibus sermo incidit. Nec tatò per ordinem ad eosdem effectus. Eucharistiam *lucis*, aut *luminis*, vel *splendifici iubaris*, nomine insigniunt. Est quidem alio item ex capite diuina Eucharistia, *lucis* appellatione conuenienter notata, quia vmbris ac nocti Iudaicorum rituum est subrogata. Quo sensu S. Ambrosios l. de initiandis c. 9. Eucharistiam vocat *lucem*, & manna *vmbram*. Eodémque spectans Paschasius Lde Sacram. c. 18 [Ante passionem (inquit,) hoc Sacramentum ideò celebratum est, vt de legali Pascha, continuò quia vmbra remouenda erat veritas clarescceret. Nunquam igitur vmbra potest desistere, nisi radiante luce.] Hæc tamen Eucharistiam, *lucem* denominandi ratio, omnibus Christianis Sacramentis ac ritibus æquè communis, eo ipso quod communis, non propria Eucharistiæ est, nunc prætereatur.

Sect. IV. Cap. I.

Vniuersè enim, de tempore legis Euangelicæ comparato ad tempus veteris Testamenti, ac vigentis legis Mosaïcæ, dictum est, *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*, vt exponunt S. Cyprianus l. de zelu & liuore, S. Ambrosius serm. 55. & in Psal. 45. Theodoretus, & Cornelius, ac Tolerus ibi, annot. 15. Quare si stamus in iis quæ Eucharistiæ sunt propria, & penes ea, quantum, quámque copiosum ac liquidum lumen ab hoc mysterio profundatur, dignum adumbrati lucernarum septenario, quid numerus est plenitudinis ac perfectionis, consideremus.

Finis Eucharistiæ, plena illuminatio fidelium.

Non alium sanè fuisse instituendæ Eucharistiæ finem, quàm vt fideles diuina luce replerentur, significat S. Irenæus lib. 4. c. 37. vbi colligens summam ante dictorum; ait disputatum abs se esse in superioribus, quomodò Verbum caro factum esset, vt quemadmodum habebat in cœlo principatum, haberet & in terra. Ac etiam vt inferis dominaretur, factum esse primogenitum mortuorum, vt viderent omnia suum Regem. Considerauit itidem abs se docet, quomodò prospectum sit ab eodem Deo Verbo homineu induto, [Vt in carne Domini occurrat paterna lux, & à carne eius rutila veniat in nos; & sic homo deueniat in incorruptelam, circundatus paterno lumine.] Alludit ad ea quæ cap. 34. dixerat, de incorruptione collata per Eucharistiæ perceptionem; ob commistam (vt sic dicam,) lucem Dei cum Christi corpore, inde adepto vim conferendæ incorruptionis, ac viuificationem, vt sæpè argumentatur, S. Cyrillus. Videsis autem an non idem quoque exprimere voluerit creditus Cyprianus serm. de cœna Dom. cum dixit, tractans effectus Eucharistiæ; [superius lumen in inferiora diffusum, clarioris suæ plenitudine à fine vsque ad finem attingens, totum apud se manens, totum se omnibus commodat: & caloris illius identitas, ita corpori affidet, vt à capite non recedat. Panis itaque hic azymus, cibus verus, & syncerus, per speciem & Sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat.] Hoc est clariùs dicere, quod subobscuriùs ab Irenæo dictum fuerat, à rutila carne Domini ex paterno fulgore luminosa, communicatam esse homini carnem illam percipienti, sanctitatem & incorruptionem & in hunc finem fuisse institutam Eucharistiam, & sacrum calicem propinari plenum vita & lumine, vt loquitur S. Ephrem serm. de iudicio. Explicatissimè verò Barlaam. Monachus apud Damascenum in Historia, erudiens Ioasaphatum rationem vitæ Monachorum, hunc ipsum finem institutionis diuinæ Eucharistiæ proponit c. 12. dicens. [Dominicis diebus ad vnam & eandem Ecclesiam pergunt, ac diuina mysteria, hoc est incruentum puri corporis ac pretiosi sanguinis Christi sacrificium percipiũt: nquæ quidem Dominus, piis in peccatorum remissionem, ac tum animi tum corporis illuminationem & sanctificationem donauit.] Rursus inferiùs tradens præcipua fidei capita, in Procatechesi ad Baptismum, cum venit ad doctrinam de Eucharistia, post memoratam eius institutionem, concludit c. 19. [Ipse igitur Dei sermo viuus & efficax, atque sua virtute nihil non efficiens, per diuinum ac sacrosanctum sermonem, ac Spiritus sancti aduentum, ex oblationis pane & vino, corpus suum & sanguinem efficit, atque immutat; & iis à quibus cupidu animu percipitur, sanctitatem & lucem affert.] In liturgia quoque præsanctificatorum, diserte dicitur, fideles per communionem, mentis oculis collustrari, & filios lucis ac diei effici. Comprobatur vera in hunc modum duplex lectio loci illius Apostolici Ephes. V. *Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.* Alij enim legunt, *& continget te Christus.* Ita creditus Ambrosius ad hunc locum, Augustinus in psalmum 3. S. Paulinus Epist. 22. ac quidam iam olim apud S. Hieronymum Ephes. V. quem ait theatrali miraculo inter concionandum, eam versionem loci Apostolici retulisse ad dormientem in Caluariæ monte Adamum, qui contactu defluente super eum Crucifixi Christi sanguine, vitam & lucem sit consecutus; quod magno vulgi fidelis plausu exceptum, testatur S. Hieronymus. Et fuit sanè multorum sensus, Adamum in Caluariæ monte sepultum, eo ipso loco vbi crux Christo fixa est. Omnino multos id affirmantes, signat Maldonius ad c. 16. Palæori de sacra synodo num. 10. Verum quia eam loci Apostolici detortionem, ad non vsquequaque certam narrationem de Adamo, S. Hieronymus non admittit, nec quidquid obgannias Theodorus Beza deserenda est vulgata lectio, quæ magis probatur S. Chrysostomo homil. 18. in ad Ephes. & simpliciter approbatur à S. Epiphanio hær. 46. dicamus sanè, illam quoque aliam lectionem ἁψεται *continget te Christus*, vel quod eodem recidit, *continget Christum*, optimè veram comprobari in contactu Eucharistico, quo fideles illuminantur, multo melius quàm Ionathas arctactu mellis. Experti hoc sunt Emaunte discipuli Chrysostomus aut quisquis alius Autor sermonis de sigillis agens de duobus tenerihus in Emmaus qui accepto pane benedicto illuminati sũt, quærit. [Cur illis panem primùm porrexit, & tunc demum oculi illorum aperti sunt.] Respondet verò. [Quoniam cibus ille, Adami oculos perniciosè aperuit, nunc illius loco, alius cibus est institutus qui nouo quodam & admirabili modo, vlsum restituit.] Manifestè supponit hic Autor, panem à Christo duobus discipulis porrectum, fuisse Eucharistiam, quæ fuit multorum de eo pane sententia. Præsertim Maldonati & Franciscí Lucæ. Præiuerant varij Patres vt Hieronymus in Paulæ Epitaphio, Augustinus l. 3. de cons. Euang. c. 25. & Epist. 59. in Matth. hom. 17. Hesychius l. 2. in Lenit. c. 9. Beda & Theophilactus Lucæ 24. & alij. Scio Ianseuium c. 146. Concord. dissentire, & præiuerant creditus Emissenus, reuera Bruno Signiensis hom. in feriam. 2. Pachæ, Oecumenius & Lyranus in c. 24. Lucæ, S. Thom. in 3. d. 22. q. 2. art. 2. & qui in contrarium iam adductus est S. Hieronymus l. 2. in Iouin. Nihilominus prior sententia est probabilis. Et quamuis sola secunda esset vera, tamen eo ipso quod agnoscit fractionem panis in Emaunte fuisse mysticam, & adumbrasse fractionem

ctionem Eucharisticam, maneret quod hic intendimus. Quia si quod non erat nisi Symbolum Eucharistiæ illuminauit duos discipulos ptiùs caligine præpeditos, multo magis idipsum præstabit Eucharistia.

Eadem iubar, & columna viatoria renatorum.

3. Non dubito quin hoc sit, quod Ceadvallæ (postea Petro) Angelorum Regi, Romæ baptizato, obtigisse diuina benignitate, notabat in eius Epitaphio Sergius Papa apud Bedam l. 5. histor. c. 7. ibi. Rex optimus, peregrinatus dicitur Romam.

Vt Petrum, sedémque Petri Rex cerneret hospes.
Cuius fonte meræ sumeret almus aquæ.
Splendificúmque iubar radianti carperet haustu,
Ex quo vinificus fulgor vbique fluit.
Percipiensque alacer rediuiua præmia vitæ.
Barbaricam rabiem, nomen & inde suum.
Conuersus conuertit cuncta, &c.

Sensus est, *Ceadvallam*, mox mutato per Sergium Papam nomine, *Petrum* dictum, mutasse cum nomine; Barbariem pristinam: & lustratum genitalibus vndis, diuinam Eucharistiam participasse, pro more circa baptizatos solemni, quem Lindanus l. 4. parop. cap. 37. confirmat ex hymno Ecclesiastico, quo agni prouidi, id est rationales ac sapientes, adhuc stolis albis candidi, id est mox à baptismo inuitantur ad diuinam cœnam. Eoque refert, vsum apud Frisios suo adhuc tempore vigentem, vt infantibus à fonte ad chorum delatis. S. Eucharistia altari imponeretur; vestigium antiqui vsus, quo baptizati, illico communicabant. Ceadvallæ ergo, statim atque baptizatus est, & puris lustralibus aquis ablutus, splendificum iubar radianti haustu carpit, ex quo fluit vbique fulgor viuificus. Peripbrasis sanè luculenta diuinæ Eucharistiæ, quæ verè est præmium vitæ rediuiuæ. Nec enim datur nisi renatis.

4. An quia renati per baptismum obligationem suscipiunt ineundæ viæ ad cœlum confestim ac baptizati sunt, donantur lucerna viatoria, cum incedendum illis sit per tenebras, irinere maximè lubrico? Ita visum Franconi Abbati tomo 10. de gratia Dei cum recenset causas, institutæ in bonum viatorum fidelium, sacræ Eucharistiæ. Nec dissentit Drogo de sacram. Dominicæ passionis, describens columnam itineris populi Dei in deserto ducem, in specie columnæ nubis per diem, ac columnæ ignis per noctem. Columnam enim nubis, interpretatur Eucharistiam. [Quæ est (inquit) nubes quæ præcedit veros Israëlitas, nisi verissimum & sanctissimum corpus tuum, quod in altari sumimus? in quo velatur nobis altitudo dici, immensitas maiestatis tuæ; cuius & calorem & splendorem, mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix nubes interposita & ardorem temperaret desuper & rutam subtexiam præmonstraret? Hanc nubem, totus exercitus tuus sequitur Domine Rex Sabaoth. Qui autem non sequitur eam, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat. Relucet enim de hac semita quæ ducit ad vitam, semita humilitatis & patientiæ; semita mansuetudinis & misericordiæ; & quicquid humano generi per Incarnationis tuæ mysterium reuelare dignatus es. Relucet nobis ex hac luce legis & propheriæ gloria.

Gratia, lux Eucharistiæ primaria.

Sic renati, vt filij lucis à claritate in claritatem transeunt. & è fonte vitali emergentes, deducuntur ad fontem lucis, Quo nomine, Eucharistiam insignit S. Chrysostomus hom. 45. in Ioan. vbi post multa & insignia Eucharistiæ elogia, addit. [Hic fons lucis est, fons diffundens radios veritatis: huic supernæ sdstiteruot virtutes, fluctuum eius pulchritudinem inspicientes. Nam manifestiùs quàm nos, illæ, propositorum virtutem & fulgorem inaccessibilem intuentur. Quemadmodùm enim si quis liquefacto auro manum vel linguam injiciat, quàm primùm deauratur, ita hæc nobis proposita, animam auream reddunt.] Particula causalis *enim*, manifestè fert hominem participatione Eucharistiæ effici fulgentem sc luminosum: ita vt *aurum*, sumatur pro *lucido* aut *illuminato*, quod erat commune baptizatorum nomen: iuxta Chrysostomum quidem homil. 21. ad pop. à noua luce semper (si vellet,) affulgente & nunquam extinguenda, petitum? fortassis autem non minùs appositè, deriuandum à lumine, cuius conspiciendi per baptismum compotes fiebant baptizati. Nam ante baptismum arcebantur à contuitu Eucharistiæ, nec sinebantur ad diuini huius luminis conspectum accedere: ad quod & videndum, & visurpandum, admittebantur post baptismum, deinceps epoptæ futuri. Appositissimè autem illuminatio illa communicantium, referri potest ad fulgorem ac splendorem participatione Eucharistiæ conciliatum.

Dignè communicantium, splendor.

5. Est in hanc rem illustre visum, quod refertur lib. 6. vitæ Patrum libello 1. num. 16. vbi de Episcopo, apud quem duæ mulieres, impudicitiæ fuerant notatæ, dicitur. [Post diuinam illam atque terribilem consectarionem, dum accederent singuli ad participanda sancta mysteria; per vultus eorum cernebat animas, quibus vnaquæque subjaceret peccatis. Et peccatorum quidem hominum, videbat facies nigras; quosdam verò ipsorum tanquam ab æstu exustas facies habentes, oculos autem rubeos ac sanguineos: alios autem eorum, clatos quidem facie, candidos verò amictu. Et alij quidem, dum acciperent corpus Comini, exurebat eos & incendebat: alios autem sicut lumen efficiebatur in se, & per os ingressum omne corpus eorum illuminabat. Etant autem inter ipsos, etiam qui solitariam vitam elegerant, & hi qui in coniugiis erant, qui & ipsi ita esse videbantur. Deinde conuertit se, & cœpit etiam ipse mulieribus distribuere, vt cognosceret quales & ipsarum essent animæ. Et vidit simili modo fieri nigras atque rubeas facies earum, sanguineas quoque & albas. Inter ipsas autem, aduenerunt & illæ duæ mulieres, quæ accusatæ erant illi Episcopo; propter quas maximè ad hanc precem & præsidentiam venerat. Cernit etiam ipsas dum accedunt ad sanctum mysterium, clarum habentes vultum & honorificum, candida verò stola circum amictas. Deinde cum & ipsæ participarent fuissent mysterio Christi, factæ sunt; sicut à lumine illustratæ. Rursum Episcopus ad solitam precem conuertebatur,

Sect. IV. Cap. I.

supplicans Deo, & discere cupiens modum reuelationum quæ ei demonstratæ fuerant. Astitit autem Angelus Domini, & de singulis interrogare præcipiebat. Sanctus verò Episcopus, continuò de illis duabus scisciabatur mulieribus, si vera esset illa prima accusatio, an falsa. At vero Angelus affirmabat, vera esse omnia quæ dicta de eis fuerant. Episcopus quoque, ait ad Angelum, Et quomodò in perreptiooe corporis Christi, splendidæ erant facies earum; albam autem stolam habebant, lumine quoque fulgebant non paruo? Ait autem Angelus. Eo quod respuerunt de Actibus suis & discedentes ab his, lachrymis & gemitibus atque eleemosinis pauperum, per confessionem diuinum meruerunt numerum de cætero io his malis nunquam ambulare promittentes se, siquidem de prioribus delictis veniam mereantur. Propter hoc ergo, meruerint diuinam immutationem.] Narratio Eutychiani de Theophili Oeconomi pœnitentia, sic habet *ad finem.* [Sanctissimus Episcopus cum manu populo indixisset silentium, & eis dixisset, *pax omnibus*, cœpit peragere consueram Eucharistiam sanctæ oblationis, & postquam perfecta fuissent dona diuina, eum impertiit intemeratis & viuificis Christi Sacramentis, statimque resplenduit facies eius sicut Sol: Et cum vidissent omnes, eius figuræ repentinam, mutationem, benignum Deum magis glorificarunt, qui facit mirabilia iis qui ad ipsum confugiant.] Insigne visum, de nonnullorum ob piam communionem illuminatione, aliorum verò indignè communicantium contraria immutatione, obiectum esse S. Eurhymio, narrat in eius vita Cyrillus Monachus, ex relatione fide digoorum Fratrum.

6. De aliis ex contactu diuinæ Eucharistiæ splendorem contrahentibus, sunt crebra testimonia. Sed illud luculentum, quod ex Arborij Præfecti relatione, describit Fortunatus l. 4. de vita S. Martini his versibus.

Nobile quinetiam ex Prafecto Arborius effert
Signum, quod vidit se teste fidelis in vrbe.
Imma. ulata Deo cum dona imponeret ara,
Et pater attentus ceremonia diua sacraret
Munera, vel Christi benediceret ore Sacerdos
Imposita altari rata corporis atque cruoris:
Emicuit subitè manus alma decore supremo
Nobilium vario lapidum splendore corusca,
Undique visa rota radiatile spargere lumen,
Brachia purpureis vibrabant fulgura gemmis,
Lumen & ad Solis radians lux fulua metallis,
Credula que potius fierent miracula rerum.

Præclarum & illud, quod de Conrado ex Cistercienſi Abbate Cardinali Legato, insignis sanctimoniæ viro, scribit Cantipratanus l. 1. cap. 9. num. 3. verbis illis. [De hoc viro excellentissimo, quidam dictu mirabile ab Abbate Villariensi Vvillelmo probatissima veritate cognoui: quod digiti manuum eius, quos in consecrationem corporis Christi extendebat, ad studium & inspectionem litterarum vel librorum, nocte lostar candelarum, in tenebris relucebant.] Index splendoris interni, fuit hic fulgor digitorum ex Christi contrectatione.

7. Sed quamquam in omnibus communicantibus non vsurpentur corporeis oculis huiusmodi ostenta, interens tamen fulgor nunquam deest: primùm quidem parcior & tenuior, sensim verò auctior atque perfectior. Doctrina est Hesychij his verbis concepta centur. 1. cap. vltimo. Quando nos qui aliquando indigni sumus, ad diuina & impolluta mysteria Christi Dei summi & extimescendi Regis nostri, non sine horrore admittimur, tunc maiorem & accuratiorem Temperantiam, & mentis custodiam, demóstrare debemus, vt ignis diuinus: nempe corpus Domini nostri Iesu Christi, peccata nostra, & tam magnas quàm exiguas sordes absumat. Nam illud, statim vt ingreditur in nos, expellit è corde improbos Spiritus nequitiæ, peccata in nobis obotta condonat, & relinquitur animus prauarum cogitationum perturbatione vacous. Nec non si postea, stantes ad fores cordis nostri, diligemer animum conseruauerimus, quaodo rursum ad ea mysteria accedimus, corpus diuinum maiore adhuc, maiore inquam splendore, mentem perfundit & stellæ similem reddit.] Itaque habet hic locum, quod ad Neophytos recens sacro fonte ablutos, recens refectos diuina Eucharistia, aiebat D. Chrysostomus ioitio homiliæ. [Benedictus Deus. Ecce stellæ, eriam de terra intuerunt, stellis cœlestibus clariores, lucentes in terra stellæ propter eum qui in terra de cœlis apparuit. Nec sufficit stellas in terra monstrare, sed & die suo luce lucente fulgescunt, & hoc plus admitationis affert, quod fulgore stellarum noctiom ministrarum, à præsentibus lumina clariora redduntur. Illæ namque Solis aduentu, suo perfunguntur officio: hæ lure, Sole Iustitiæ properante, maiore luceſcunt: & illæ sæculorum confusione depereunt: hæ temporum fine sese clariores ostendunt. De illis etenim dictum est, quod *stella de cœlo cadent, sicut cadunt folia de vite* de his autem, *fulgebunt* (inquit) *iusti sicut stelle cœli.* Quid sibi vult quod dixit, *sicut cadunt folia de vite, sic stelle de cœlo cadent*? Sicut enim vites, cum vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium necessarium vt protegantur expoſcunt; cum autem deposuerunt fructum, necesse est vt foliis denudentur; Sic se habet hoc sæculum. Quamdiu habuerit in se humanum genus tenebit & cœlum stellas, sicut & vitis folia. Nam nocte peteunte, sine dubio stellarum vtilitas simul cum nocte deficiet. Illarum ignea natura stellarum est, & istæ edorentur igneam sortiri naturam. Sed ibi quidem ignis quem humanus sensus inuenit: hic autem quem secreta mentis ostendunt. *Ipse namque, vos* (ait) *baptizabit Spiritu sancto, & igni.* Vultis & vtriusque oomina partis audire? Illis quidem stellis, nomina hæc sunt; Orion Mazaroth, Arcturus, Vesperos, Lucifer. In his Vesperus nullus, sed Luciferi vniuersi. Benedictus Deus (iterum dicamus,) qui facit mirabilia solus, qui facit vniuersa & conuertit vniuersa.]

Ciborium sacrum, arca lucis.

8. Est hic effectus, solaris atque fontalis lucis vbertimæ, in diuina Eucharistia tanquam in promptuario repositæ. Quod enim veterum nonnulli, & post eos Damascenus orat. de Transfiguratione, de luce Solari pronunciarunt, eam solari corpori tanquam vasi immissam esse, ad procreationem stellarum, quibus affluxu suo lumen, & (vt ita dicam (essu stella

Altare mensa solis.

Gratia, lux Eucharistiæ primæva.

stellatum impertit, hoc proportione, de Christi corpore in Eucharistia affirmari potest. Sanctus Germanus in Theoria rerum Eccles. id pronunciauit de Ciborio, quod confert cum Arca Testamenti, quam cingebant Cherubin. [Est item (inquit) & secundùm arcam illam Testamenti Domini, in qua præcepit Deus fieri duo Cherubim, vtrimque tornatilia. Nam *cib* est arca, *oriom*, *illuminatio Domini*, aut *lumen Dei*.] conferri ciborium cum arca Testamenti mirum non est, aut apud alios insolens. Nam altare quoque propter ciborium, aut occasione Eucharistiæ, confertur cum propitiatorio cui aderant Cherubin. Quo nomine in Liturgia præsanctificatorum, altare vocatur Thronus Cherubicus. super quo Vnigenitus Filius per proposita terribilia mysteria requiescit. Alia attingam sect. 5. *V. Arca.* Hoc igitur mirum aut nouum non est. Sed quid illud, *Cib* est *Arca*, *oriom* verò *lumen Dei*? Vnde hanc sacri *ciborij* notationem hauserit S. Germanus, me latet. Et tot enim Autoribus antiquis qui ciborij meminerunt apud Durantum l. 1. de ritibus c. 16. nemo tale quid de *ciborij* voce pronunciauit. Græca S: Germani, sic habent. τὸ γαρ κιβ ωτος τὸ δὲ ὀριον φωτισμὸν χυρίου ἢ φῶς θεὸς. Sensus esse videtur, primam syllabam vocis *κιβωτος* insinuare integram vocem, eadem initiali syllaba conflatam *κιβωτος*, id est *arcam* ὀριον verò, quæ nox interdum Græcis *venustatem* & *pulchritudinem*, atque adeò *lumen* sonat, (nam etiam *lux vultus* pro pulchritudine sumitur apud Iobum,) insinuare *pulchrum Dei*, aut *lumen Dei*, siue *ignem Dei* in arca illa contentum: non ignem deuorantem, qua specie exiliuit ex arca quadam diuina Eucharistia, cum persona indigna ad arcam accessisset, vt refert S. Cyprianus l. de lapsis: sed ignem innoxium, qualem ex hoc *camino charitatis* prodeuntem, describit Stephanus Edunensis l. de sacram. altar. c. 16. *non comburentem, sed illuminantem; non consumentem, sed adficantem.* Hoc itaque de ciborio sacro pronunciat S. Germanus quod non vt passim cæteri apud Durantum supra, & apud Bulengerum l. de donariis cap. 18. pro pyxide, sed pro tabernaculo quatuor columnis fulto, inferiùs accipit: Concinitque, quod apud Tiofridum l. 2. de Epitaphiis Sanctorum c. 1. & 6. & ibi Robertum, *ciborium* sumitur pro sepulchreto, forma conoidæ, sustentato columnis: *Thuriculum*, non *thuribulum*, vt malè legitur apud Brissonium, Testamentum S. Remigij repræsentantem lib. 7. formular: Alij *turrim* vocant, & aureum fuisse docent. Videndus Gregorius Turon. l. 1. de glor. Martyr. cap. 86. Anastasius in Hilaro & Innocentio primo & Flodoardus l. 2. histor. Rem. Eccles. cap. 6. Quod igitur de ciborio luminoso dixit S. Germanus multo iustius de ipso Christi corpore in diuina Eucharistia dici potest; esse scilicet arcam & caplam in quam diuinum lumen sit immissum, vt de nonnullorum veterum quos memorabam, sententia, *corpus luminis*, corpori solari ranquam vasi & arcæ est immissum. Vt proinde mirum videri non debeat, si per hunc Solem efficiantur stellæ nouæ, & quidem in dies, at quor sunt qui dignè communicant; cum aliquas exoriri stellas nouas corporeas, adeò rarum, vt miraculo propè habeatur, nec nisi in alicuius extraordinarij euentus præsagium, euenire existimetur.

9. Solem spirituakem, ex fonte paruo in fluuium aucto, & in lucem solémque verso, luxta Mardochæi somnium, Christum in Eucharistia agnoscit in eodem Theoriæ Ecclesiasticæ opere S. Germanus, agens de disco, vbi Christus super sacrificium infertur. Eum quippè discum si quis velit interpretari, ait *esse cœli orbem, indicantem in parua circunf ripione spiritualem Solem, Christum in pane visum*, Itaque hæc est verè mensa Solis, vt rectè dixit Corenus. l. 1. Clypei patientiæ cap. 18. non illa fabulosa, tametsi Hieronymo teste Epistola 104. famosissima, in fabulo; quam ab Apollonio Tyanæo aditam scribit silente (quantum memini,) Philostrato; sed ex spiritualis Solis in escam appositione, nomen illud meritò sortita. Visebatur fabulosa illa Solis mensa apud Æthiopas Macrobios, vt scribit Herodotus in Thalia, siue l. 3. vbi mensam illam his verbis describit. [Solis mensa, talis esse memoratur. Est in suburbanis pratum, omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli ciuium Magistratus properant ponere; ad eamque vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc autem ipsa, à terra reddi assiduè, indigenæ aiunt. Et mensa quidem quæ Solis vocatur, talis esse fertur.] Quantum video, nihil erat in ea mensa cur *Solis* diceretur; nisi quod vbi Sol illuxisset, cuilibet epulatum licebat accedere. Quanto etgo istiùs, (vt dicebam,) mensa in qua præponitur diuina Eucharistia, est mensa Solis; quæ & à Sole iustitiæ nube carnis nostræ contecto, apparata est; & Solem ipsum iustitiæ exhibet comedendum? Quo vno cibo, omnis illa tam multiplicis generis ciborum varietas fabulosam Solis mensam instruens, multo meliùs continetur. Hoc enim vnicum edulium, est æquiualenter omnis cibus, sicut de manna eius typo scriptum est, *omnem escam, abominata est anima eorum*: quæ tamen ipsa vnicus cibus erat. Nec minùs hoc æquiualenter tam multiplex edultum de terra eruirur, illud ad Eucharistiam aptatum à S. Thoma *Educas panem de terra.* Itaque verè in Eucharistiæ mensam concurrunt, quæ falsò & fabulosè sunt iactata de mensa Æthiopica Solis.

18. Dicirur hoc quoque ad veritatem, quod fabulosè de Oromade iactarum memini. *Ormisdatim* vocat Agatthias l. 2. vbi de Persarum religione ac moribus differens duos illis Deos, non secus ac Manichæis fuisse; bonum vnum quem ipsi Barbara appellatione *Ormisdatim* dicant; pernitiosum alium, qui apud eos nomen *Arimani*. Iidem nonnulla vocum oblæsione apud Plutarchum lib. de Iside ex doctrina Zoroastris, *Oromazon* & *Aramanus* denominati leguntur. At Stobæus serm. 11. *Oromagdan*, aut vt alia lectio habet *Oromasdem*, dictum Deum bonum à Magis refert; quem ex anima & corpore compositum agnoscebant. Et pro anima quidem assignabant ei veritatem, pro corpore lucem plenam, cujusmodi est Solaris. Hæc fabula in re præsenti sortitur veritatem. Nam Deus bonus rectis corde, in gratiam fidelium, corpus suum cui *lucis* absolutè dictæ nomen, concedit S. Chrysostomus homil. 24.

in

Sect. IV. Cap. I.

in 1. Cor. escam appositit. Quod si sic ipse primùs Magorum ac Persarum Deus, alio nomine *Mithras* dicitur, vt ex Hesychio, & Osthane, ac Luctario scribit Lilius Gyraldus syntagm. 7. histor. Deorum, congruenter omnino ad antecedentia dicemus, Solem qui *Mithras* Persis dictus, sub panis & vini speciebus, diuinam sui corporis ac sanguinis mensam instruxisse. Nam Mithræ sacra, in quibus cum pane poculum, post octogenam tormentorum apponebatur initiandis, vt Nonnus in expositione fabularum prioris Orationis Naxianxeni in Iuliauum num. 45. exponit, continebant adulterationem mysterij Eucharistiæ, vt S. Iustinus disertè tradit sub finem Apologiæ ad Antoninum, Quare iuxta hæc commenta ad veritatem aptata, Eucharistia est *mensa Solis*: & illius Solis, qui in antro genitus, vt idem S. Iustinus cum Tryphone docet, ad nativitatis Christi in antro Bethleëmitico adumbrationem est creditus.

Pascha, ab Eucharistia, dies panis & lucis.

11. Non prno me absurdè Philosopharum, si antiquam denominationem diei Paschatis huc aduocem, & ab ista Solis mensa, ac cibo lucis in ea proposito petitam confirmem, saltem alicubi, & salua causa denominationis illius, quam suppeditat S. Maximus hom. 2. de Pentec. & Acta S. Germani Paris. cap. 53. Apud Chrysostomum ergo sermone quinto ex nouem de Resurrectione Domini, tria produntur diei Paschatis nomina. [Alij (inquit Autor.) diem Dominicum, alij diem panis, alij dicunt diem lucis.] Diem dominicum dici docet, quia est dies regalis; Nec dissimili titulo eam dieiu insignit Nax. orat. 19. [Pascha (inquit) Rex diemm.] S. Ephrem. serm. de Cruce Dum. *Reginam dierum* dixit. De nominibus *diei panis, & diei lucis*, sic philosophatur idem ereditus Chrysostomus [Hesterno veluti in expectatione ludicis salutaris, agonixabamur parando, sed delectabamur jeiunando. Susceepimus Regem, & reficimur per gratiam salutarem. Et rectè *dies* dicitur *panis*, quia in eo nouimus panem resurrectionis cœlestis. Hodie enim processit panis in veritate, qui sicut crystallum mittebatur de nubibus prophetiæ. Clamat enim Dauid in voce Psalmi dicens, *qui emittit crystallum suam sicut frusta panis*. De ore enim Prophetarum, tanquam de nubibus sanctis, descendebant niues, descendebat ros in vellus quasi in crystallum spiritalem, vt per frusta panis consumptæ prophetiæ, integrum sacramenti conficerent panem. Splendebat elapsa crystallum de ore prophetarum, & salutare panificabatur nobis verbum, crystallina prophetiæ fermentatione firmatum. Destitit iam crystallum propheriæ, quia paratum nos gustauimus panem. Et gustando ipsum panem, non sicut Adam vidimus propriam nuditatem, quando nuditas nostra tecta est per huius diei claritatem. Et rectè *dies* dicitur *lucis*, in quo fugatæ sunt tenebræ cæcitatis.] Videtur eodem referre vtramque denominationem, & velle vi ideireo dies Paschatis, dictus sit *dies lucis*, quia panis in eo gustatus, contulit claritatem: sicut cibus ab Adamo perperam perceptus pro luce scientiæ falsò promissæ, tenebras & caligiuem intulerat. Erat his planè panis nigerrimus, & panis tenebrarum, ac vt Scriptura ipsa vocat, *mendacij panis*, eo multo tetrior, quem Philoxenus ab amico ad mensam inuitatus, tantam eius vigredinem auertatus admonuisse fertur conuiuatorem. [Caue ne multos apponas, ne facias tenebras.] Aut tetrior quam illi panes à Cortydone illati, nigriores solito, qui inter inferendum, sic est prælocutus [Iam non infero panes, sed panum vmbras. At panis Christi eandet vt dies, vt scitè dixit Clemens Alexandrinus 1. pædag. cap. 6. Est ergo *panis lucis*. Ab eo autem pane, (pro solemni semper Christianorum vsu) ea die gustato; hoc est ab Eucharistia percipi semper solita die Paschatis, tam almam diem, vocatam esse *diem panis*, æquè ac *diem lucis*, verisimilimè dicitur.

Plena per Eucharistiam gratia, plenitudo lucis, coharens cum Eucharistiæ caligine.

12. Sufficienter hactenus monstratum videtur, Sacramentum Eucharistiæ esse sacramentum lucis, vt potè in quo est candor lucis æternæ, vt ait Honor. 3. cap. *sanè cum olim* de celebr. Miss. & à quo plena & copiosa lux animæ existat: atque adeò liquet merito sui illius effectui acommodati lucernarum, septenarium qui numerus est plenitudinis ac perfectionis, vt copiosè tradit Philo in Cosmopœia *sub medium* & lib. de Plantat. Noë, nec non Clemens Alexandr. 6. Strom. & Nyssenus hom. 2. in hominis procreationem; ac S. Ephiphanius l. de numero. mysteriis. Ex externis Agellius l. 3. c. 10. & Macrobius l. 1. in somn. cap 5. & 6. Gratiam porrò sanctificantem, cuius plenitudini per se primò & directè addicitur hoc Sacramentum, esse lucem intelligibilem animæ, adeò protritum est, vt frustra sit inculcandum. Chrysostomus sanè homil. ad Neophitos, hanc esse veram lucem confirmat. Nou sic enim mundus est clarus oriente radio, vt anima illustratur & splendidior fit, à Spiritu gratiam suscipiens.] Itaque Sacramentum Eucharistiæ, quod in eum finem per se primò institutum est vt gratiam cumularet, fons plenæ lucis intelligibilis, videri meritò potest. Cætera quidem sacramenta nouæ legis, hanc ipsam lucem animæ conferunt. Sed hoc speciale est Eucharistiæ, quod directè & per se primò ordinatur ad conferendam maiorem gratiæ perfectionem, & perseuerantiam in ea, elongationémque ab iis quibus gratia eliminari posset. Oprimè igitur adumbratur per luminosum insigne, cuiusmodi fuit candelabrum sanctum septiluste; ferienduseque dito anathemate filius tenebrarum Tankelinus, quem acta S. Norberti cap. 34. produnt, nihil ab Eucharistiæ sumptione lucis internæ, vtiliratisve ad salutem esse expectandum. At affulgere hinc copiosam animæ lucem, solidè est demonstratum. Et benè prosequitur Simon Thessalonicensis l. de diuino templo in præf.

Tantùm opponi in contrarium potest, summa mysterij Eucharistiæ tenebricositas, & nunquam satis discussa caligo, iuxta Patres, inter

quos

quos Ruffinus illud Psalmi 17. *posuit tenebras latibulum suum*, de hac tanta Eucharistiæ caligine interpretatur. Quod imitatus Balduinus Cantuarienſis, qui ante annos ſexcentos floruiſſe proditur, tractatu ad populum de Euchariſtia, hæc verba habet. [Sub ſpecie panis, abſconditus eſtis qui poſuit tenebras latibulum ſuum, ad quem loquitur Iſaias Prophera, dicens, *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator.* Et qui olim ante cœlum, terram mare in Dei Patris ſinu occultabatur; & homo factus in forma ſerui latitabat; nunc in fine mundi, idem ille latet abſconditus in Sacramento.]

13. Hæc tamen non conuellunt quæ conſtituta ſunt de copioſa & plena Euchariſtiæ luce. Quod enim à Pſalte dictum alia occaſione eſt, accommodari hic quoque poteſt. *Sicut tenebræ eius ita & lumen eius.* Sicut ergo diuinæ lucis immenſitas caligine offundit, & idcirco Deus caliginem & lucem inacceſſibilem inhabitat; ſed icitur, ſimul lux in ſe infinita ſimul quoad nos, ob caligantem & præſtrictum tanta lucis copia obtutum, caligo & tenebræ, vt diſſerit S. Dionyſius Epiſt. 5. quæ eſt ad Dorotheum; & ſicut gratia Spiritus in Scripturis, & nomine *caliginis* ac *tenebrarum*, quia eſt ignota: & nomine *lucis* inſignitur, quia per eam ſplendet anima, vt notauit Philotheus Conſtantinopol. otat. de Triade Theologorum; ac denique, ſicut fides Chriſtiana eſt nubes lucida, iuxta Damaſcenum orat. de Transfigur. qui de ea accipit illud, *nubes lucida obumbrauit eos*; Eſt enim nubes ob caliginem & obſcuritatem ex motiuo diuinæ autoritatis obſcuræ deriuatam; & ſimul lucida, ob ſplendorem ex tam multis motiuis credibilitatis conciliatum: Ita Euchariſtiæ myſterium, tenebricoſum ſimul ob ſummam ad intelligendum difficultatem, attenta cooſluge tot mirabilium diuinæ potentiæ operum in hoc vnum opus; & ſimul ſplendidiſſimum eſt ac fulgentiſſimum, ob plenitudinem luminis quam affundit animæ. Et ideò Drogo de ſacram. Domin. paſſionis *poſt medium*, &c. hoc de nube lucida obumbrante Apoſtolos, & quod de columna ignis ſimul ac nubis, atque adeò clara ſimul & obſcura legimus, accommodat Euchariſtiæ. Appoſitè. Non enim quod plerique imaginantur, duplex erat columna Iudæis præuia; altera nubis de die conſpicua, altera ignis noctu prælucens; ſed vna & eadem columna ignea; de die ad ſolatem lucem præſtinguebatur lux eius, apparebat vt nubes; noctu verò videbatur quod erat, vt rectè proſequitur Aquilonius l. 5. Opticorum in diſputatione poſt propoſitionem 56. Bellè ergo idem myſterium, obſcurum ſimul ac præfulgens in quo eſt iter oſtendens ſalutare Dei, cum ea columna ductrice componi potuit. Nam etiam S. Bernardus ſerm. 48. in Cant. Chriſtum in Euchariſtia, ſicut eſt caro & ſpiritus, ita per carnem vmbram eſſe fidei, & intelligentiæ lumen per Spiritum, ſicque non tantùm vmbram habere ſed & lucem, egregiè notauit.

Gratia, lux Euchariſtiæ, exemplaria.

CAPVT II.

Eadem lucernarum candelabri heptas, ſymbolicè Euchariſtia, lucem trium virtutum Theologicarum, & quatuor Moralium Cardinalium, nec non ſeptem donorum Spiritus ſancti profundens.

1. SI adhuc velimus Chriſti lumine diſputare, diu loqui poſſumus; nam non poſſumus explicare compendio.] Vſurpabo enim hic ipſe quoque verba Auguſtini tract. 35. in Ioan. Primarius itaque Euchariſtiæ effectus, plenitudine lucis è ſeptenario lucernarum candelabri deriuatæ adumbratus, nempe gratia ſanctificans plena atque perfecta, principem locum inter effectus Euchariſtiæ tenere debuit, in hac earum adumbratione per lucernas candelabri. Nunc quia gratiam ſanctificantem conſequuntur veluti proprietates naturam, virtutes variæ, cum Theologicæ, tum Morales infuſæ, ad quam geminam virtutum ſeriem reuocantur ſeptem dona Spiritus ſancti; ſecundo loco attiogendum ſequitur, quomodo vtraque hæc animæ lux ſeptemplex, ſupra illam primariam animæ lucem, ab Euchariſtia affundatur. In quo inſiſtemus S. Gregorij veſtigiis, qui l. 29. moral. cap. 30. præfatus micantes ſeptem ſtellas Pleiadas coniunctas, eſſe ſeptenarium virtutum ac munerum cœleſtis luminis, ſiue omnem virtutem Spiritus ſeptiformis, addit idipſum eſſe expreſſum ſeptem lucernis candelabri. Cæterum ne in tam vaſto campo, iuſto longiùs exſpatietur oratio, adducendæ erunt habenæ & indicatis circa ſingula lumina propoſita, quæ ad præſens inſtitutum oppottuniora videbuntur, alio progrediemur.

§. I.

Euchariſtia, Sacramentum fidei.

2. Sic denominatur in facto Miſſæ Cannne & alibi, vt dicam in Onomaſtico V. *Myſterium fidei.* Cauſam nunc duntaxat repeto, a fidei luce per Euchariſtiam copioſè affuſa, cum ex opere operantis tum ex opere operato. Hoc ſecundum patebit ex dicendis. Primum, facilè eſt euincere, ex fidei actibus per Euchariſtiæ occaſionem elicitis. Nam fides quæ à S. Hieronymo dial. contra Lucif. cap. 4. denominata eſt, *Antiſtita templi quod Spiritus ſanctus ſubit*, aptando templo quod Chriſtus ſubiturus eſt, prærequiritur, non modò quia eſt primum fundamentum cuiuſvis noſtræ ſupernaturalis diſpoſitionis, ſed etiam ſpecialiter quoad hoc myſterium Vt propterea iuxta Turrecrematam tract. de Euch. cap. 14. candelabrum illuceret menſæ, id eſt, luculenta fides huic myſterio, quia cum ſit perdifficilè, & multa contineat ſola fide perceptibilia, inſignem fidem præuiam depoſcit. Id quod Berengarium grauiter admonebat Hugo Lingonenſis, data ad eum epiſtola. [Aſſume (inquit) tibi fidem, quia iuſtus ex fide viuit, & fide mundantur corda, ſicut ſcriptum eſt, *mundans fide corda eorum*: Et quæ in myſteriis ideò

Sect. IV. Cap. II.

ideò maximè tenenda est, quia sicut alibi scribitur, ipsa mentis dubitatio, licet bonæ vitæ sit qui accipit, excludit ne ad Sacramenti eius intelligentiam pertingat. Quod teeum sæpiùs reuoluendo, ne vltra quæsu agumenteris de omnipotentia diuina. Sicut enim non capis quomodò Verbum caro factum est, sic nec putes iterum capere, quomodò panis iste muterur in carnem, & vinum in sanguinem transformetur, nisi te docuerit omnipotentiæ fides alioqui luctaris cum Deo, non in brachiis Patriarchæ, sed neque cum aurora. Imo etiam tota hæc tua luctatio, nocturna est, magísque videtur esse insidiosè luctantis quã amicabiliter amplexantis. Quæ nimitum luctatio: non solùm non meretur, sed perdit, & à merito erroris, immunis est: quia si durate volueris, currendo incurres mortem.] Hoc Adelmannus quoque, ad eundem Berengarium scribens fortiter vrget. Er multa in eam sententiam prolata sunt post tractatam Dei omnipotentiam circa Eucharistiam.

Hue spectat elegans Balduini ratiocinatio apud Tilmannum in cap. 18. Matth. ad illud, *si oculus tuus scandalizat te.* Sic enim disserit de fide exuculante rationem. In Sacramento altaris fides & humana ratio compugnant: Et hoc agitur inter eas, vt altera alteri oculum eruat, non est finis huius pugnæ, citra alterius excæcationem. Habet enim humana ratio oculum suum, habet fides & suum. Oculus rationis quasi lippus est & sæpè visibilia & propè posita videre non potest. Oculus autem fidei auctus est, quo inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur. Cena virtutem Sacramenti, mens bebet, oculus rationis ealigat, omnis sensus corporis diuiditur: Manus in contrectatione sedola, experientia gustus, oculorum intenta contemplatio, oulla sua diligentia explorari possint, nisi ea quæ huiusmodi panis esse soleut. Ratio consulta hoc respondet, quod carnalibus cogitationibus persuasum habet, & eorporeis sensibus exploratum. Oculus enim humanæ rationis, inuisibilia Dei comprehendere non potest, nisi eollyrio gratiæ inungatur, veróque lumine illustretur, de quo scriptum est, *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Si oculus tuus (inquit Dominus) scandalizat te, erue eum. Hoc de oculo humanæ rationis non inconuenienter accipitur, qui pietati fidei scandalum est, vnde & meritò eruendus est. Melius est enim vnum oculum sanæ fidei habentem ingredi ad vitam, quam duos oculos habentem, alterum humanæ rationis, alterum fidei mitti in gehennam ignis. Quasi duos oculos haber qui humana sapientia ducitur, & fidem tantùm ex ea parte recipit, vbi humanis rationibus consentanea esse videtur. Fides autem nostra, maius testimonium haber, quàm ab humana ratione, subnixa est enim diuina autoritate, quæ quidem summa ratio est, omnem humanam rationem incomparabiliter superius, vtpotè veritas, & in vetitate staneus vniuersa.

Perfectio fidei per Eucharistiam, ex opere operantis.

3. Nunc indidem eruendum est, qua ratione Deus qui diues est in misericordia, & facit cum tentatione Prouentum, fidem ad hoc mysterium tantoperè requisitam, per hoc mysterium maximè perficiat. Et in ptimis ita fert multiplicatio illa & perfectio actuum fidei qui perceptioni Sacramenti præeunt, ac etiam comitantur. Vulgatissimum quippè est, præter actus fidei quos hoc mysterium suapte natora ingerit, quia de eo cogitari non potest nisi per fidem; aliis præterea ex præscripto Ecclesiæ, vel vsu recepto vim legis babente, quasi eingi solitum. Sic Recaredus Rex in Concilio 3. Toletano. Sanciri curauit: vt ante communicationem corporis Christi, recitaretur publicè symbolum fidei [vt primùm populi quarn credulitatem teneant fateantur; & sic corda fide purificata, ad Christi corpus & sanguinem percipienda exhibeant.] Et quanquàm testatur pius Rex, id sibi visum inducere ad roborandam gentis suæ nouellam conuersionem, tameu cur illud potiùs, tempus diligeretur ad profitendam fidem, alia ratio esse non potuit, quàm quod ante hoc mysterium, sit maximè consentaneum elicere actum fidei. Accedit quod testatur ibidem Recaredus, id à se induci *iuxta Orientalium partium morem.* At in Oriente, cum ea in Hispaniis laneitet Recaredus anno 593. non agebatur de roboranda gentis nouella conuersione, Græci iampridem essent Catholici. Seruiebatur itaque huic mysterio, præmittendo ad illud actum maximè congruentem nempe actum fidei. Ex eo porrò quod hic visus, vt populus communicarorus recitaret priùs symbolom Apostolorum, ab Orientalibus repetitus dicitur, affirmdi Inx potest Actis S. Martiæ Ægyptiacæ cap. 12. in quibus de ea communicatura, sic habetor. [Postulauit mulier vt sanctum diceret symbolum, & sic Dominicam inchoaret orationem. Et expleto *Pater noster*, Sancta sicut mos est, pacis oscalum obrulit seriori, & sic vinifica mysteriorum suscipiens dona, in cœlum extensis manibus, ingemiscena cum lachrymis *&c.*] Ambiguum esse poterat, an illud *postulauit vt diceret*, spectaret ad Zozymam Presbyterum, eum quo S. Maria agebat, an ad ipsam Mariam. Verùm non videtur dubitandum quin ipsa B. Maria cum more Orientalium communicaret, dixerit symbolum, eiusque recitandi inducias, priusquàm diuina hostia porrigeretur, petierit à Presbytero: nec contenta symbolo, subinnxerit Dominicam orationem qua recitata de more oscalum sanctum fixerit, ficque communicauerit; præmissa, (vt vides,) professione fidei.

4. Vocibus substrictiotem asserendæ fidei formulam, hac in parte adhibebat Ecclesia Occidentalis; solita cum porrigebatur à Sacerdote corpus Christi indicere communicanti professionem fidei de eo mysterio, per vocem *Amen.* Audi S. Ambrosium l. de initiandis c. 9. [Ipse clamat Dominus Iesvs, *hic est corpus meum.* Ante benedictionem verborum cœlestium, speeies nominatur; post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis *Amen*, hoc est, verum est, Quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod sermo sentit, affectus sentiat.] *Species nominatur*, id est, dicitur & est id quod exteriùs sensui obiicitur, puta panis & vinum. Vbi

verò

verò intetuenit consecratio, est corpus & sanguis Christi, idque qui recipit, verum esse profitetur, dicens *Amen*. Et lib. 4. de Sacram. cap. 5. [Ergo non otiosè, cum accipis, tu dicis *Amen* iam in Spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi Sacerdos, *Corpus Christi*: & tu dicis, *Amen*. Hoc est, *verum*. Quod confitetur lingua, teneat affectus. [Item S. Leo serm. 6. de Ieiun. 7. mensis. [Sic sactæ mensæ communicare debetis, vt nihil prorsus de veritate corporis Christi & sanguinis ambigatis. Hoc enim ore sumitur, quod fide creditur, & frustra ab illis *Amen* respondetur, à quibus contra id quod accipitur di putatur.]

Allegat pro hoc (vt ait) antiquissimo in Ecclesia vsu respondendi *Amen*, S. Ambrosium Concilium 5. Mediol. sub S. Carolo tit. de Sacram. Euchar. & apertè notat sic respondum esse ante accepmm, corpus Christi id quod in vsum reuocari cuperet. Tamen apud S. Augustinum l. 12. contra Faustum cap. 10. & q. 49. ex 65. disertè habetur, responsum esse *Amen*, accepto Christi corpore. Sed fortassis eodem recidit, dicere pronunciatum esse *Amen* accepto Christi corpore, & antequam acciperetur. Nam vt habet Cyrillus Hierosol. cathech. 5. mystag. & aliunde quoque illustrat Pamelius ad S. Cyprianum de lapsis n. 82. Sacerdos intra concauas communicatur manus iniiciebat corpus Christi, & q ui illud sic exeipiebat decussatis manibus, inter excipiendum (priusquam ori admoueret, quod sæpè faeiebat cum domum venetat) dicebat *Amen*, profitens quod accipiebat à Sacerdote, esse corpus Christi. Si igitur haberetur ratio acceptionis Eucharistiæ intra manum, *Amen* dicebatur, & professio veræ Christi præsentiæ edebatur, accepto Christi corpore ante manducationem: idque voluit S. Augustinus. At si haberetur ratio aceeptionis Eucharistiæ, io proeiuctu ad manducandum, siue immissionis in os; sic ante acceptum Domini corpus, respondebatur *Amen*, Et hæc fuit S. Ambrosij mens locis allegatis, quæ proinde non collidúntur cum locis S. Augustini. Posset etiam S. Ambrosius accipi de acclamato *Amen* ante commuuionem, statim à consecratione. Nam tunc quoque locum habebat alicubi ea acclamatio, absque ordine ad communionem, saltem tunc obeundam. Disertè in Liturgia Æthiopicx post peractam alta voce à Sacerdote consecrationem panis, populus in hæc vetba respondebat. [Amen, Amen, Amen, eredimus & confidimus & laudamus te ô Domine Deus noster. Hoc verè corpus tuum est.] Subiungiturque calicis consecratio per Sacerdotem, qua finita, populus eadem acclamatione vtitur quoad sanguinem. Postea verò cum venitur ad commonionem, Sacerdotis, ipse Sacerdos contestatus hoc esse verè corpus & sanguinem Emmanuelis subiungit, *Amen, Credo, Credo, Credo*, quod intra paucas lineas tot ingeminat. Itaque *Amen* & ante & post communionem acclamare, ex vso fuit. Vtrobique autem, & apud plerosque alios annotatos à Stephano Durante l. de ritibus cap. 55. numero 16. vox *Amen*, sumitur pro assecuratione fideli, non pro expressione desiderij, vt nunc commoniter accidit in signaculis precationum. Et in hac, ipsa formula ad porrigendam Eucharistiam præscripta, ex quo ad illa vetba *corpus Christi* quæ sola initio profere-

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

bantur additæ sunt illæ voces iam à tempore S. Gregorij *custodiat animam tuam in vitam æternam*. Quod additamentum ex eius Sacramentario allegat supra Dutanius. Nam apud ipsum quidem S. Gregorium, non memini id legere. Apertè item vox *Amen* erat vox operantis, cum populus acclamat *Amen* ante consecrationem, vt videre est in Liturgia S. Iacobi, & multò seriùs apud Paschasium in Expositio *sub finem*, vbi sic scribit, post allegatum locum S. Leonis ex sermone 6. de ieiunio 7. mensis c. a. vbi S. Pontifex ait, frustra ab illis responderi *Amen* à quibus contra id quod accipitur disputatur. [Quod si quæris charissimè super quibus vniuersaliter ab omnibus *Amen* respondeatur in tota Ecclesia Christi, respice in Sacramentorum celebratione, instituente B. Petro, [vt credimus,] quid orat. Sacerdos in Canone, exceptis iis quæ post communionem dicuntur; *Vt fiat* (inquit,) *corpus & sanguis dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi*. Quæ piece expleta, consona voce omnes *Amen* dicimus, sicque omnis Ecclesia, in omni gente & lingua, orat & confitetur, quod hoc sit quod orat. Vnde videat qui contra hoc venire voluerit, magis quàm credere, quid agat contra ipsum Dominum, & contra omnem Christi Ecclesiam. Nefarium ergo scelus est, orate cum omnibus, & non credere quod ipsa veritas testatur, & vbique omnes vniuersaliter verum esse fateantur.] Non est Paschasij sensus fideles ante consecrationem acclamantes *Amen*, confessos esse iam tunc adesse Christum sub speciebus. Eo ipso tamen quod orabant, vt iuxta vocem Christi è pane & vino fierent corpus aç sanguis Christi, satis profitebantur veritatem Catholicam de vera Christi præsentia, postquam peracta mox foret consecratio. Itaque illud *Amen*, erat particula optandi, in ea acelamatione. Apud sanctum verò Ambrosium, responsio illa erat fidei professio, quia illud *Amen*, sumebatur in vi affirmationis & assecurationis.

Ex tam multiplici igitur actu fidei communicationem diuinæ Eucharistiæ antecedente, comitante, ac subsequente, perspicuum est, quanta perfectio fidei obtineatur per hoc mysterium. Nam sicut habitus naturales, inseruntur ac intenduntur per actus, ita & habitus supernaturales operatiui, cuiusmodi est fides Theologica, quam etiam in peecatote antecedenter ad infusionem gratiæ sanctificaonis augeri de congruo interuenio actus fidei à peccatore eliciti, veriot sententia tradit, in qua sunt, quotquot fidem per actum hominis diuinitùs præuenti, acquiri posse ante gratiam sanctificantem sunt opinati, vt Suares l. 8. de gratia cap. 23. à num. 14. Vasq. 1. 2. d. 203. num. 117. & 118. Lorca disp. 32. de fide n. 2. Ægidius de actib. supern. disp. 6. num. 51. Valentia 2. 2. d. 1. q. 6. p. 2. omnes post S. Thomam 2. 2. q. 6. artic. 2. ad 2. & ibi Caietanum Iuxta hanc doctrinam, qui ad Eucharistiam accedit, etiamsi aliàs indispositus, dummodò tamen infidelitate vaeet, eosque actus fidei quos diximus, consentaneè ad vsum vel præscriptum Ecclesiæ eliciat: fidem suam perficit. Et cum hoc contingit circa peccatotem, valet quod dixit Marcus Monachus scholio ad præfationem libri ad Pastorem, pet S. Climacum: Nempe primos esse nouissimos, & nouissimos primos; quod

Radix virtutum ab Eucharistia 5. & Fides.

Sect. IV. Cap. II.

aptat ad fidem, spem, & charitatem. Trium harum virtutum nouissima genetatur charitas, quæ tamen est primadignitate, nec nisi cum gratia sanctificame aducnit; quod circa fidem & spem non seruatur ex necessitate, cum possint antecedere, vt dictum est. Si igi fides, per actus fidei circa hoc mysterium antecedentes, comitanter, & subsequenter elicitos: etiam in peccatore potest perfici, quanto conuenientius est, idem cogitare de iustis, & sanctè ac dignè fruentibus diuino hoc epulo?

De eadem perfectione fidei per Eucharistiam, vt Sacramenti.

6. Verùm hic modus perficiendi virtutem fidei tametsi nectitur cum Eucharistia, quia habet eam pro obiecto materiali; tamen non est propriè per Eucharistiam, quia non est perfectio nisi ex opere operantis. Illa ergo perfectio virtutis fidei est propriè per Encharistiam, quæ ab hoc Sacramento confertur ex opere operato. Quando enim Eucharistia ab aliquo percepta, efficit in eo proprium suum effectum sacramentalem primarium, nempe auctiorem vitam animæ & iustitiam internam, nomine siue *vitæ animæ*, siue *iustitiæ internæ*, non est intelligenda sola gratia sanctificans, quasi eam solam perficiat Eucharistia ex opere operato: sed intelligendus est plenus cœtus virtutum Theologicarum, quæ sunt de hominis interni quasi substantia. Et ideò passim in Concilio Tridentino, cum expiicatur iustitia interna qua iustus viuit, nomine *iustitiæ* comprehenduntur fides, spes, & charitas, quamuis consummatè & principaliter id sit tribuendum charitati. Sed nimirum non secus res habet in vita supernaturali quam in naturali quæ ex tribus perfectionibus, vegetatiua scilicet, sensitiua & rationáli coalescit. Earum verò perfectiunum prima absque secunda in plantis cernitur; prima item & secunda absque tertia, in brutis reperitur. Omnes verò simul, in homine locum habent. In eo igitur qui absolutè & simpliciter iustus est, triplex illa vita supernaturalis quæ fide, spe & charitate continetur, locum coniunctim habet. In aliis verò contingit abesse charitatem, saluis fide ac spe, quibus destructia homo planè moritur spiritualiter. Quod spectabat S. Iudas, vocauit hæreticos *arbores bis mortuas*; nempe primùm per extinctionem vitæ perfectissimæ, siue charitatis: secundò per extinctionem vitæ fidei, ob infidelitatem. Pulchrè hanc proportionem naturalis & supernaturalis vitæ, prosecutus est Hieronymus à Rua Controuersia 3. scolast. propositione 1. *sub finem*. Vita ergo supernaturalis, principaliter & consummatè, est quidem in charitate, aut quod perinde est in gratia sanctificante; adæquatè tamen continetur quoque fide ac spe. Ac proinde Eucharistia ex proprio fine augens ac perficiés vitam supernaturalem, & iustitiam internam, non auget ex opere operato solam charitatem & gratiam, sed illas quoque aliaa virtutes.

7. An hoc voluit S. Bernardus serm. 31. in Cant. *sub finem* vbi aptato ad hoc negotium loco illo Ieremiæ Threnorum 3. *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, in vmbra eius viuemus inter gentes*, concludit. [Viuimus proinde in vmbra Christi, qui per fidem ambulamus, & carne ipsius pascimur vt viuamus. Caro enim Christi, verè est cibus. Et vide ne propterea etiam nunc describitur hoc loco apparens tanquam in schemate pastorali, vbi illum sponsa quasi vnum quempiam de pastoribus videtur alloqui dicens, *Indica mihi vbi pascis, vbi cubes in meridie*. Bonus pastor, qui animam suam dat pro ouibus suis. Animam pro illis, carnem illis. Illam in pretium, istam in cibum. Res mira, ipse Pastor, ipse pascua est, ipse redemptio.] Plenius etiam serm. 48. eiusdem operis, tractans illud, *sub vmbra eius quem desideraueram sedi. & fructus eius dulcis gutturi meo*. [Merito (inquit de sponsa fideli anima,) eius desiderauerat vmbram, de quo & refrigerium esset & refectionem pariter accepiura. Nam cætera quidem syluarum ligna, etsi vmbram solatij habent, sed non vitæ refectionem, sed non fructus perpetuos saluris. Vnus est enim vitæ autor, vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesvs, qui dicit sponsæ suæ, *salus tua ego sum. Non Moyses* (inquit) *dedit vobis panem hunc de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*. Propterea ergo Christi potissimum desideraueret vmbram, quod solus sit, qui non solùm ab æstu refrigerat vitiorum, sed & replet delectatione virtutum. *Sub vmbra eius quem desideraueram sedi*. Vmbra eius, caro eius: Vmbra eius, fides. Mariæ obumbrauit proprij filij caro, mihi Domini fides. Quanquam mihi quoque quomodò non obumbrat caro, qui in mysterio manduco eam? Et sancta nihilominus Virgo fidei & ipsa experta est vmbram. cui dictum est. *Et beata quæ credidisti sub vmbra eius quem desideraueră sedi*. Et Propheta. *Spiritus* (ioquit) *ante faciem nostram Christus Dominus, in vmbra eius viuimus inter gentes*. In vmbra ingentibus, in luce cum Angelis. In vmbra sumus, quamdiu per finem ambulamus, & non per speciem: Et ideò iustus in vmbra, quia ex fide viuit.] Haud obscurè S. Bernardus, in vmbra Eucharistiæ, vitam conferri docet atque iustitiam: quippè comprehensam in ea vita & iustitia adæquata, quam ex suo munere & peculiari fine ex opere operato confert dignè sumentibus.

Non difficile fuerit, huc flectere quod habet S. Augustinus l. 3. de censu Euangelist. c. 25. de Cleopha & socio, quos cum ante perceptionem panis à Christo fracti cœcutiuissent, eo percepto discussis offuciis & euanescente præstigio agnouisse Christum obseruat. [Quod (inquit) ait Marcus, eis in alia effigie Dominum apparuisse, hoc Lucas dicit, quod *eorum oculi tenebantur, ne eum agnoscerent*. Oculis quippè eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est, vsque ad fractionem panis, certi mysterij causa, vt eis in illo alia ostenderetur effigies; & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrante monstratur. Pro merito quippè mentis eorum, adhuc ignorantis quod oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi passi sunt, non veritate fallente; sed ipsis veritatem percipere non valentibus, & aliud quàm res est opinantibus, ne quispiam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est; id est Ecclesiæ, cuius vnitatem in Sacramento panis commendat Apostolus, dicens, *vnus panis, vnum corpus multi sumus*, vt eum

eis

eis benedictum panem porrigeret, appetirentur oculi eorum, & agnoſcerent eum. Aperientur vtique ad eius cognitionem, remoto ſcilicet impedimento quo tenebantur ne eum agnoſcerent. Neque enim clauſis oculis ambulabant, ſed inerat aliquid quo non ſinerentur agnoſcere quod videbant, quod ſcilicet & caligo & aliquis humor efficere ſolet.] Quod nemini veram Chriſti agnitionem hoc eſt veram fidem obtingere poſſe ait, niſi ſit particeps corporis Chriſti quod eſt Eccleſia, non excludit quod diximus, ibi iuxta Auguſtinum, fidem & cognitionem veram Dei, ad Euchariſtiam perceptam referri. Ex tali enim Chriſti corpore, adrepſit ad myſticum, quod per Euchariſtiam ſymbolicè ſubindicatum docet. Ita tamen vt effectus fidei veræ, non corpori miſtico intra quod habenda eſt, ſed corpori phyſico ac tali adſcribatur. Vnde mox ſubdit. [Non autem incongruenter accipimus, hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuiſſe, ne agnoſcerentur Iesvs; ſed tamen è Chriſto eſt facta permiſſio vſque ad Sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Chriſtus poſſit agnoſci.]

Hinc etuitur quàm ſit anetſandum communicate extra Eccleſiam Catholicam, vbi non eſt fides vera; etiam ſi qui extra Eccleſiam aberrant, verè conſecrarent. Nihilominus enim panis filiorum non eſt cum canibus participandus, nec myſterium fidei ibi accipiendum eſt, vbi fides non habet locum, quod illuſtri viſo Angeli dedocentis Anachoretam ſecus facientem, declarat Moſchus cap. 178. Limonarij.

§. II.

Euchariſtia Sacramentum ſpei.

Ita denominatam à D. Auguſtino Euchariſtiam, dicam in Onomaſtico eo verbo.

8. Nec alia fuit ſic denominandi ratio, quàm feracitas ſpei in Euchariſtia: Nimirum ſanguis fidei eſt ſpes, à qua fides continentur, quemadmodùm ab anima: cum autem ſpes expiauerit, perinde ac ſi ſanguis effluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur. Verba ſunt Clementis Alexandrini l. 1. Pædag. c. 6. vbi etiam fidem velut corpus eſſe pronunciat, ſpem verò tanquam animam. Hæc nobiliſſima virtus, eximiè ab Euchariſtia, perficitur. Ex opere quidem operato, ad eum modum qui circa virtutem fidei expoſitus eſt, & æquè hic habet locum. Nam ſpes quoque, eſt pars internæ iuſtitiæ, complétque & integrat vitam ſupernaturalem adæquatè ſumptam. Id quod non obſcurè inſinuauit Clemens, ſpem vocans *animam & ſanguinem fidei*. Vita quippè, in anima & ſanguine eſt. Quod enim anima perſtet in corpore, & vitæ functiones obeat, pendet à ſanguine. Ipſe vigorē & motum ac ſenſum ſubminiſtrat. Quæ omnia præſtat animæ ſpes; infuſa nominatim interuentu Euchariſtiæ. Et huc haud abſurdè retulerim, doctrinam etediti Athanaſij q. 2. ad Anthiochum. Quæſtio ibi propoſita, hæc erat. [Vnde quis cognoſcit ſe planè eſſe baptizatum, & Spiritum ſanctum accepiſſe, cum infans eſſet in ſacro baptiſmo? Reſponſio ſubnectitur in hæc verba. [Propheta Eſaias inquit ad Deum. *ab timorem tui Domine, in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus Spiritum ſalutis.* Quemadmodùm ferens vterum mulier, ex ſuccuſſatione pueri in vtero ſuo, certò cognoſcit quod fructum conceperit: ita etiam anima veri Chriſtiani, non quia parentes aiunt, ſed ex reipſa & ſubſultationibus cordis ſui, præcipuè diebus feſtis, & illuſtrationum: & ſumptionis ſacri corporis & ſanguinis Chriſti, diſcit ex gaudio intimo, quod acceperit Spiritum ſanctum, cum baptizatus eſt.] Hæc reſponſio, perſpicuè fert vigorem illum ex quo vita dignoſcitur, eſtque in ſupernaturali vita proprius ſpei, manare ab Euchariſtia, natiuitatem ac vitam in Sacramento fidei ſiue baptiſmo collatam, indito abſe vigore ac motibus, prodeunte.

Radi virtutum ab Euchariſtia. §. II. Spes.

Incentiua ſpei, ab Euchariſtia.

9. Frequens admodum eſt, vt DD perfectionem quam ſpei virtus ab Euchariſtia accipit, ponant per influxum obiectiuum quem præſtat ad augendam & robotandam ſpem. Incredibile enim eſt, quot & quanta firmandæ & fulciendæ ſpei noſtræ argumenta, ſuppeditentur ex huius obiecti introſpectione, & iis quæ ad illud, concurrunt. S. Chryſoſtomus hom. 83. in Matt. expendens illud, *gratias agens fregit*, idcirco ait Chriſtum in Euchariſtiæ inſtitutione gratias Patri egiſſe, [vt bonam nobis ſpem inde immitteret, atque foueret. Nam ſi figura à tanta ſeruitute liberauit, multo magis veritas, terrarum orbem vindicabit.] Nectuntur iſta cum iis quæ paulo ante præmiſerat, de adiuncta figuræ veritate in ſuprema cœna. Iniet eas quippè, (vt creditus Cyprianus ſerm. de cœna Dom. ſcilicet dixit) ſacramentales epulas, legalem ſcilicet & Euchariſticam cœnam, vtramque Sacramentis ſed diſparibus refertam, obniarunt ſibi inſtituta antiqua & noua, Agnus Paſchalis qui ex vetere inſtituto, immolabatur ad recolendum beneficium tranſitus Domini, & ereptionis è ſeruitute Pharaonis, adumbrabat ereptionem humani generis è ſeruitute ſub Satana, longè ærumnoſiore ac tetriore. Quod beneficium, per eam ipſam victimam quæ citra mortem à Chriſto immolabatur, obtigit mortalibus. Idcirco igitur iuxta Chryſoſtomum, diſtulit in tempus illud Chriſtus Dominus, inſtitutionem Euchariſtiæ, vt animarétur ac etigerentur fideles ad ſpem bonam aſſertionis in plenam libertatem, cum animadoerterent ex memoria beneficiorum anteriorum quam legales ritus tunc obeundi ingerebant, quàm munificennor etga nos eſſet Deus, & quam potioribus ac ſupra omnem compatationem excellentioribus bonis dicate nos vellet. Qua cogitatione, nihil fortius ac validius profectri poteſt, ad ſpem citca minoriota quæque deinceps exotanda confouendam ac roborandam.

10. Inſigne alind ſpei ex myſterio incentiuum proponit Paſchaſius l. de ſacram. cap. 19. *initio*, conſiderans, Chriſtum per Euchariſtiam, aliquatenos tranſire in nos. [Carni quidem (inquit,) caro ſpiritualiter conuiſcetata ttansformatur, vt & Chriſti ſubſtantia in noſtra carne inueniatur; ſicut & ipſe noſtram in ſuam

Sect. IV. Cap. II.

constat assompsisse Deitatem. Vnde orantes ad Deum eum propheta dicimus : *Memorare mea substantiæ : Numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum ?* Quæ igitur maior securitas hominis, quàm ad suam substantiam orare, & eam in Deo venerari, atque per vnitatem personæ, fidenter dicere. O Deus mea substantia, qui me constituisti & creasti, numquid vanè me creasti ? Non vtique, licet vanitati subiiciatur omnis homo viuens : quia Deus creator & Verbum Patris, sanctus est homo. Vnde constat per hoc, quod & nos in illo, & ille vtique est in nobis, dum in carne spiritualiter se refundit, vt nos per hoc in incorruptionem transformemur.

Non sunt hæc Paschasij verba, ad rigorem corticis vocum exigenda, quasi per communionem diuinæ Eucharistiæ, Deus transeat, ipse in substantiam hominis, & vna ea vtrumque persona coalescat : vt promda homo omnis & desiderans aliquid, dici in omni rigore possit id capessere à seipso, eáque magna sit spei erectio, cum nemo sibi ipsi futurus sit durus, sibive aliquid recusaturus. Hoc si vellet Paschasius, audiendus sanè non esset : cum certum sit, Christum per Eucharistiæ perceptionem non mutari in nos, sed nos duntaxat in illum mysticè transformari, absque naturarum confusione, vel alterutrius personæ obliteratione. Sensus ergo Paschasij duntaxat est, valde erigi per hoc mysterium spem nostram, quandoquidem per illud, & incarnationis mysterium, quo vnum humanitatis nostræ indioiduum, Verbo Dei copolatum est, renouatur & oculis nostris obiicitur olla spei nostræ : Et insuper aliqualis transitus Dei in nos interuenit, per coniunctionem ad modum cibi & potus, qua vix potest concipi intimior.

Gratia & gloria spes, per Eucharistiam.

11. Ea ipsa denique liberalitate Dei in hoc mysterio, quam supra expendimus. Turrecremata tract. de Euchar. cap. 1. tractans causam decimam Institutionis Eucharistiæ, & cap. 14. *in secundo confectario ex figura Agni Paschalis* statuit in hoc Sacramento certam spei nostræ anchoram esse defiaam. Considerata quippè profusione diuinæ largitatis in hoc Sacramento in quo se nobis donauit in cibam, quomodó poterit spes languere, siue circa temporalia subsidia, siue circa æternam beatitatem ? Nam iuxta S. Gregorium, ex perceptione præsentium munerum, firmam spem habemus expectationis futuræ, indubiè igitur, cùm videmus id ipsum nobis hic peregrinantibus præberi in escam, quod beatis reuelata veritate, in æternam & suauissimam refectionem sufficit, animamur in spem vitæ æternæ : cuius idcirco Eucharistia vocatur *pignus*, vt dicam io Onomastico V. *pignus salutis*, post Optatum & Valafridum, quia accipimus per Eucharistiam, quantum valet ipsa beatitudo ; idque interim tenemus, quasi pro certitudine eiusdem tandem consequendæ. Corporibus item nostris, spes resurrectionis gloriosæ tribuitur speciali titulo ob perceptam Eucharistiam, vt constat ex Christi oraculo Ioan. 6. sæpéque confirmant Patres ibidem adducendi V. *pignus resurrectionis secundæ*. Neque sanè consentaneum esset, corpus nostrum quod viuificet & incorruptissimi corporis Christi domicilium hic fuerit, resolui in perpetuam putredinem, vt optimè præter cæteros disputat S. Irenæus, eo loco allegandus, impugnans errorem Gnosticorum, tollentium resurrectionem corporum.

12. Continent ista, duplex spei nostræ obiectum materiale circa quod spes præsertim distinetur ; nempe gloriam animæ per adeptionem summi boni perfectè in cœlo possidendi, & gloriam corporis, per redemptionem eius à seruitute corruptionis. Insigniter ergo spem promouet Euchatistia, cum vtriusque illius obiecti possessionem quasi ante occupat, concesso ad illam iure ac titulo. Ratiocinatio est perelegans, quam Algeri verbis adscribo ex l. 1. de Euchar. c. 3. postquam enim c. 2. de argumentis ac pignoribus spei nostræ ex Incarnatione, multa præmissa, addit. [Ad vltimum etiam ne aliquid in ipso nobis alienum videatur aut arduum, ita verè & perfectè communicauit nobis seipsum, vt visibiliter etiam corporis & sanguinis sui mirifico sacramento, Ecclesiam sibi vniens & concorporans, tanta gratia insigniter vt ipse esset caput eius, & ipsa esset corpus suum, non nomine tenus tantùm, sed in veritate sui corporis, verè sibi concorporeorum ; vtio illo nullius gratiæ nobis esset dioortium, cum quo nos solidaret tam vnicæ veritatis Sacramentũ : certúmque esset, hoc pacto nos cum ipso, per ipsum, in vita æterna similem dignitatis obtinere gloriam si cum ipso, per ipsum, in hac vita similé innocentiæ seruare voluerimus gratiam ; maximè cum ipse moriturus, sub ipsius sacrosancti sanguinis sui nouo Testamento, (cui vt ait Apostolus superordinari aut mutari oefas est,) vitæ æternæ pactum nobis assignauerit, & ipse à mortuis testigendo, in se capite nostro, quomodò corpus suum glorificare deberet, ostenderit. Non enim esset misericordiæ Dei & iustitiæ condignum, si eos repelleret à regni sui consortio, quibus tam familiariter vniri dignatur in mundi exilio, eisque honoris vicissitudinem non tenderet in manifesta visione suæ maiestatis, à quibus dignè susceptus & adoratus est in occultis & peregrinis Sacramentorum suorum figuris. Quomodò etiam ibi fieret diuersom, quod hic factum est vnum ?]

In summa, siue de bonorum captatione, siue de malorum depulsione agatur, nihil opportunius ad certum mentis munimem & robur ac æs triplex pectoris interuento spei comparandum, quàm præsentia Christi, corporaliter inhabitantis, quo munimento firmatus homo dicere possit cum Psalte, diuina pascua & aquam refectionis, quæ non nemo ad Eucharistiam accommodat prælocuto ; *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Hoc verè est scutum cordis, de quo Threno. 3. *dabis eis scutum cordis Domine, laborem tuum.* Quod de passione Christi à S. Gregorio expositum l. 15. Mural. c. 30. æquè potest de hoc passionis Christi Sacramento accipi in quo labores Christi gustamus vt notat S. Gaudentius in respoos. ad Paulum de eo Christi dicto. *Pater maior me est.* Hic est gladius Gedeonis io pane subeineririo prænotatus, quo armari aduersùs spiritualia nequitiæ in cœlestibus, certi victoriæ & optima spe confirmati

confirmati, vertimus castra extetorum, exeuntes è corpore. Nam etiam gladius igneus versatilis, bonos admittens, malos excludens, vt Nyssenus orat. 2. in SS. 40. Martyres & Philippus Abbas l. de salute primi hom. c. 24. philosophantur, spei symbolum est, quam pro foribus ceu janitricem locatam, dixit Philo l. de Abraham.

§. III.

Eucharistia, Sacramentum Charitatis.

13. De hac Eucharistiæ denominatione dicendum in Onomastico *ad hoc Verbum*. Nimirum charitas quæ culmen est spiritualis ædificij, vt loquitur S. Ephrem. serm. de vita religiosa, mirum quantum ab Eucharistia perficiatur, tum ex opere operato, tum ex operante operantis.

Charitatis perfectio, vi Sacramenti Eucharistiæ.

8. Prius patet ex fine & munere huius Sacramenti, quod est nutrire & vitam spiritualem perficere, ac in ea perseuerantiam conferre. Id autem præstat Eucharistia, augendo & fouendo gratiam sanctificantem, à qua charitas iuxta multorum sententiam non differt: vel si reipsa differt, ita cum ea nectitur, vt indissociabiliter eidem comitetur. Itaque Eucharistia perficiendo ex opere operato gratiam, perficit eadem opera charitatem. Quod voluit D. Augustinus variis locis quæ delcripsit Algerus l. 1. contra Bereng. cap. 3. affirmans, effectum huius Sacramenti proprium, esse conferre vitam Christi, ac Spiritum Christi, & efficere fideles vnum cum Christo: quod non potest verè dici de vnitate substantiali quæ est impossibilis, neque de personali qui extra vnicam humanitatem Christi Domini, nulli conceditur. Visus quidem est S. Damascenus orat. 3. de Imag. coniunctionem personalem Dei cum homine communicante admittere. Nam conceptis verbis ait; [Quicumque sanctum Christi corpus sumunt, & pretiosum eius sanguinem bibunt, per hypostasim siue personam, diuinitati coniunguntur.] Et inde confirmat, quandoquidem Iosue simulachrum & imaginem corpoream Angeli sibi obuersantem prostratus coluit, fas multo magis esse, amicorum Christi imagines colere, enm Deus non sit factus Angelus, sed homo: & [Dei filius per personam non Angelorum sed hominum naturâ factus est.] Non Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ; id quod in vnoquoque Sanctorum portò pergit facere; per factam vnicuique sui corporis & sanguinis communicationem. Verùm ea D. Damasceni disputatio, tantùm fert immanentiam personæ Verbi & diuinitatis eius intra communicantem iuxta illud, *qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Nullo autem modo fert coniunctionem hypostaticam communicantis & Verbi. Imo eam diserte excludit Damascenus, cum ibidem mox addit. [Non secundùm personam idem sumus, quippe qui cum priùs essemus, postea coniuncti fuimus.] Et statim post, addit, homines eam cum Deo coniunctionem conservare, obseruatione mandatorum. Extrema hæc verba, aperte monstrant quod primo dictum erat, homines ob Eucharistiam coniungi diuinitati per personam, intelligi de coniunctione habitationis, non autem de coniunctione hypostatica. Secluſa autem hac vnione, & alia quauis substantiali, restat vt coniunctio & vnio cum Deo ad quam caussandam instituta est Eucharistia, non sit alia quàm coniunctio per affectum, siue per charitatem. Quod autem dixi de vnione cum Deo per charitatem, eaudata per Eucharistiam ex proprio munere, atque adeò ex opere operato, æquè dicendum est de vnione cum proximo propter Deum. Nam tutum est apud Theologos, vtramque illam coniunctionem ex eo motiuò formali, ab eadem virtute charitatis Theologicæ proficiscitidque esse vnanimi Ecclesiæ consensione receptum, notat Suarez tract. 1. de relig. l. 3. c. 5. n. 11. & Valentia 2. 2. d. 3. q. 3. in fine. Sicut ergo Eucharistia, ex proprio munere perficit charitatem in Deum, ita etiam charitatem in proximum.

Radij virtutum ab Eucharistia, § III. Charitas.

De eadem perfectione ex opere operantis. Ac primùm erga Deum.

14. Obiectiuè autem, siue excitando ad actus charitatis, siue erga Deum, siue erga proximum, multipliciter charitatem perficit Eucharistia, estque ad id quàm maximè accommodata. Probat hoc ex instituto S. Anselmus l. de sacram. alt. p. 2. cap. 8. inde ducto argumento, quod hoc Sacramentum detur sub specie cibi, quia est nutritiuum vitæ spiritualis; vita autem animæ, est charitas Dei. [Vt ergò ille ametur qui est ipse amor suus, & qui habetur vbi amatur, ad huc enutrire nos debet cibus iste. Quicquid enim Redemptor nostet in carne fecit, ob hoc vtique fecit, vt amaretur à nobis: non quod egeret ipse nostro amore qui bonorum nostrorum non eget, per omnia sufficiens ipse sibi, sed quia quos beatos facere susceperat, nisi eum amando non poterant esse beati. Neque verò solummodò amore quo nos prior dilexit, sed omnimodis amoris obsequiis, vt amaretur à nobis quodammodò laborat mereri; infirma nostra curando, mortua resuscitando ignobilia mundi eligendo, furtia eius confundendo, terrenorum odium, cœlestium amorem commendando. Ideò quippè descenderat ad nos, vt amorem nostrum in terrenis dispersum & putrefactum, beneficia pietatis exhibendo in se colligeret & in nouitatem vitæ reformaret, & abstractum ac emendatum à fæce earum retum quæ cum ipso pariter amari non possunt, secum sursum leuaret.]

Confirmat hoc ex Augustino, considerante demissionem Dei, vt nos ad se traheret, finiens timorem & mittens amorem.] Sicut enim ait Propheta Osæas, attrahendi etamus in vinculis charitatis. Sic curandi etant, qui se amabant vsque ad contemptum Dei, vt discerent Deum amare vsque ad contemptum sui: Hic enim non propter se, sed propter nos prouocabat in nobis, quod propter ipsos nos in seipso exercebat in nobis; videlicet vt discetemus amare vsque ad contemptum nostri, qui nus priot amauit quodammodò vsque ad contemptum sui. Saluo enim alteto redemptionis nostræ Sacramento, huius rei gratia carnem susceptt;

Sect. IV. Cap. II.

susceptámque necessitatibus oratæ iniuriisque & passionibus exposuit, fecitque vel dixit quicquid per carnem vel in carne fecit vel dixit. Cum ergo de carne sua, amandi se tantam ingerit materiam; magnam & mirificam animabus nostris vitæ alimoniam ministrat: quam tunc auidis faucibus sumimus, eum dulciter recolligimus, & in ventre memoriæ recondimus quæcumque pro nobis fecit & passus est Christus. Hoc est conuiuium de carne IESV & sanguine, quem qui communicat habet vitam in se manentem. Tunc enim communicamus, cum fide ardente quæ per dilectionem operatur, reposuimus in mensa Domini qualia ipsi sumpsimus: videlicet vt sicut ille torum se præbuit pro salute nostra, nulla sua necessitate, sic nos totos fidei eius & charitati exhibeamus, necessitate salutis nostræ.]

Nimirum Eucharistia, est memoriale præcipuorum gratiæ beneficiorum, quibus Deus testatissimum & manifestissimum fecit suum erga nos amorem. Nisi ergo lapidei sumus & saxei, exundit è pectoribus nostris mutuam in Deum charitatem, vt rependamus Deo exhibitam ab illo charitatem. Quis enim si amare nolit tedamate tamen renuat? Idcirco huiusmodi beneficiorum suorum memoriale, prouisum est à Christo, vt pignus æternum charitatis erga nos suæ, penes nos esset; & scilicet incentiuum potens ac validum nostræ erga ipsum charitatis. Creditus Cyprianus l. de duplici martyrio, bellè hoc his verbis confirmat. [Nemo maiorem charitatem habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis suis. Si non est maius eximiæ benevolentiæ testimonium, quàm si quis vitam impartiat amico, grauius est Dominici sanguinis testimonium, qui pro inimicis effusus est. Effusus pro inimicis, fecit amicos ac filios Dei: atque vt consideremus hanc fore perpetuam amicitiam, reliquit nobis edendam carnem suam, reliquit bibendum sanguinem, vt per eadem alteremur, per quæ sumus redempti.] Stupore quodam ex tanta Christi charitate & denuissione corripi, vicissimque charitate in Deum ac Christum flagrantissima inardescere, optabat S. Basilius in reg. breu. ad interrog. 172.

Charitatis erga proximum, perfectio ex opere operantis per Eucharistiam.

15. Ex consideratione diuinæ erga nos charitatis, incensissimum Dei amorem à nobis suo iure extorquentis, (quam considerationem ingerit Eucharistia,) alium præterea charitatis tamum qui proximos spectat, educit sapiens Prouerb. 23. iuxta D. Augustini interpretationem tractat. 47. in Ioann. *sub initium* & tractat. 84. adducendus infra V- *Mensa potentis.*

Eodem pertinet materia Eucharistiæ remota, siue panis & vinum: quæ duo ex variis in vnum commistis existuot. Quo argumento ad commendandam ex Eucharistia charitatem mutuam inter fideles, vsi sunt varij Patres. S. Cyprianus epist. 63. [Sic Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur, quomodò nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrumque adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum. Quo & ipso sacramento, populus noster ostenditur adunatus, vt quemadmodùm grana multa in vnum collecta & commulita & commixta panem vnum faciunt, sic in Christo qui est panis cœlestis, vnum sciamus esse corpus cui coniunctus sit noster numerus & adunatus.] Pulcherrimè quoque epist. 76. quæ est ad Magnum. n. 17. quem locum describit Guitmundus l. 2. contra Bereng. *post medium* & S. Augustinus, l. 7. de baptis. cap. 50.

16. S. Chrysostomus homil. 24. in 1. Cor. ad illud, *nonne communicatio corporis Christi est?* [Quoniam dixit, *communicatio*, quod autem communicat alterum est ab illo cui communicat, etiam hanc quæ parua videtur esse, differentiam tollit. Nam cum *communicationem corporis* dixisset, quiddam magis proprium addidit, inquiens; *Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi sumus.* Quid enim appello, (inquit) communicationem? Idem ipsum corpus sumus. Quidnam significat panis? Corpus Christi. Quid autem fiunt qui accipiunt? Corpus Christi. Non multa, sed vnum corpus. Nam quemadmodum panis ex multis granis vnitur, vt minimè grana appareant, sed tamen grana sint, verùm certa discretione conjuncta: sic & inuicem, & Christo coniungimur. Non enim ex altero corpore, tu ex altero ille educatur, sed ex eodem omnes. Ideò subdidit, *omnes qui de vno pane participamus.* Quod si ex eodem, & idem omnes efficimur, quare non eandem præ nobis fetimus dilectionem, vt simus secundùm hoc, vnum? Etenim progenitorum nostrorum temporibus, hoc erat: *multitudinis credentium* (inquit) *erat cor & anima vna.* Hoc autem tempore minime, sed omnino contra. Multa & varia interea vndique bella, & fortis etudelius inuicem contra membra nostra struimus. Et Christus quidem tanto te sibi inferiorem coniunxit: Tu autem fratri mutua cura conjungi minimè dignaris, sed te segregas, cum tantum vitæ & dilectionis à Domino consequatis. Non enim simpliciter corpus suum tradidit, sed eum prior carnis natura è recta formata, à peccato mortalis facta, à vita deserta esset, in aliam (vt ita dicam) massam fermentum induxit, hoc est carnem suam; natura quidem eandem verùm à peccato liberam & vitæ plenam, quam omnibus tribuit vt participes fierent, vt ea nutriti: & prioreabiecta quæ mortua erat, per hanc mensam viuentem, vt in vitam immortalem commiscaremur.] Similia de symbòlo charitatis, ex materia vtraque remota Eucharistiæ, Gaudentius tract. 2. in Exod. *in fine.*

17. Ad hos anteriores Patres, spectabat S. Augustinus tract. 26. in Ioan. sic glossans illud, *caro mea verè est cibus.* [Cum cibo & potu id appetunt homines, vt neque esuriant, neque sitiant, hoc veraciter non præstat, nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur: immortales & incorruptibiles facit; id est societas ipsa sanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta. Propterea quippè (sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei,) Dominus noster IESVS Christus, corpus & sanguinem suum, in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Namque aliud in vnum ex multis acinis conflatur.] Describit hunc Augustini locum, Guitmundus l. 2. contra

contra Bereng. Rursus idem serm. ante altare ad infantes, de Sacramento, quem valdè laudat & exscribit S. Fulgentius l. de baptismo Æthiopis c. 21. [Quomodò est panis corpus eius? & calix, vel quod habet calix, quomodò est sanguis eius? Ista fratres ideò dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem; quod intelligitur, fructum habet spiritalem. Corpus ergo Christi si vis intelligere, Apostolum audi dicentem fidelibus, *Vos estis corpus Christi, & membra.* Si ergo vos estis corpus Christi & membra, mysterium vestrum in mensa Domini positum est, mysterium Domini accipitis. Ad id quod estis, *Amen* respondetis, & respondendo subscribitis. Audis ergo *Corpus Christi*, & respondes *Amen.* Esto membrum corporis Christi, vt verum sit *Amen.* Quare ergo in pane. Nihil hîc de nostro asseramus. Ipsum Apostolum item audiamus. Cum ergo de isto Sacramento loqueretur, ait, *Unus panis, unum corpus multi sumus.* Intelligite & gaudete. Vnitas pietas, veritas, charitas, vnus panis, vnum corpus, multi sumus. Recolite enim quia panis non fit de vno grano, sed de multis. Quando exorcizabamini, quasi molebamini: quando Spiritus sancti ignem accepistis, quasi cocti estis. Estote quod videtis, & accipite quod estis. Hoc Apostolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligeremus, etiam hoc dictum satis ostendit. Sicut enim vt sit species visibilis panis, multa grana in vnum conspergunturt, tanquam illud fiat quod de fidelibus ait Scriptura sancta *erat illis anima & cor vnum* in Deum, sic & de vino, fratres, tecto, lite vnde sit vnum. Grana multa pendent ad botrum, sed liquor granorum in vnitate confunditur. Ita Dominus Iesvs Christus nos significauit, nos ad se pertinere voluit, mysterium pacis & vnitatis nostræ, in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis & non seruat vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.] Hæc ipsa, non nihil accisa & mutila descripsit Algerus l. 1. de Euch. c. 3.

18. Guerricus serm. 5. de Purificat. *in fine.* [Audite fratres, non me, sed Apostolum dicentem; *Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est?* Calix, id est communicatio calicis, facit nos habere quandam communionem cum Christo. *Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est?* Ac si dicat; Panis quem frangimus, facit nos vnum corpus sub Christo capite; quoniam sicut vnus panis ex multis granis conficitur, qui postea in corpus Christi, & per fidem, & per sancta verba quæ Christus suos docuit, connertitur: sic diuersi participantes hoc corpore in vnitate fidei, spei & charitatis vnum corpus cum Christo sunt ad Christum statim post mortem venturi, & cum Christo sicut cum capite suo, sine fine regnaturi,]

Paschasius l. de Sacram. c. 20. *ad finem.* [In calice nihil aliud bibimus, quàm Christi sanguinem, vbi & nos per aquam adunari, counitì sumus. In pane verò nihil præter corpus, vbi nos per Christi conspersionem, eius iam membra sumus. Quæ nimirum conspersio, per aquam Spiritus sancti fit de qua Dominus in Euangelio, *aqui credit* (inquit) *in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et continuò Euangelista, *Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum* Hæc igitur conspersio, de multis granis facit vnum corpus; corpus inquam syncerítatis & veritatis, si tamen sumus azymi, idest absque fermento malitiæ & nequitiæ, vt dignè hunc panem de hac aqua conspersum accipere possimus. O mira Dei omnipotentis dispensatio! Quantis instruimur, disciplinis, & formamur exemplis, si non sit mens ingrata de tantis beneficiis, & dubia de tam imminensis promissis! Ideireo ô homo, serua conspersionem gratiæ: quia licet triticum sis, nisi doctrina & virtute Spiritus sancti ad hanc vnitatem & conspersionem fueris benè in farinam attenuatus, deinde conspersus gratia, & igne charitatis excoctus, non poteris ad soliditatem fidei firmari. Propterea sit tibi semper mola inferior timoris, & superior perfectæ charitatis, quibus benè attenuatus, possis Spiritus sancti gratia in Christi corpore vniri. Patet igitur fili, quod hæc mystica sunt, & ideò sic illa debes cogitare, quasi cœlestia, sic contingere quasi diuina, sic accipere vt salutaria, in quibus vita æterna repromittitur; sic credere vt dicuntur: deinde sic viuere, vt in Christo semper veritate & syncerítate conspersus, membrum eius inueniaris.] Hoc verò assecuti, erimus quoque inuicem membra, atque adeò vniuersa ea adhortatio vt efficiámur membra Christi, non tantùm charitatem in Deum per Eucharistiam commendat, sed etiam charitatem in proximum; cuius vtriusque conjunctionis Sacramentum esse Eucharistiam, dictum est sect. 2. c. 2. ex Lanfranco, qui id eruit ex D. Augustino, vt & Algerus l. 1. contra Bereng. c. 3. Attigit id quoque Alcuinus epist. 69. quæ est est ad Fratres Lugdunenses.

19. Ethetius & Beatus l. 1. contra Elipandum, contextis in vnum variis D. Augustini sententiis egregiè confirmant, insinuationem charitatis in proximos per Eucharistiam, tum habita ratione materiæ remotæ ex qua conficitur, tum significationis mysticæ qua pollet ex mente institutoris. Sic igitur disputant. [Propter hoc quia factus est homo pro nobis, commendauit nobis isto Sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos. Et nos corpus ipsius facti sumus per misericordiam ipsius quod accepimus, nostrúmque corpus Christi accipimus, & audi quid dicit, *quia ipsum corpus, nos sumus.* Et verum est, quia vnum triticum est, & vnum semen grani multa grana molita, vna farina est. Et vna farina conspersa & cocta, vnus panis est. Recordamini quid fuit creatura ista in agro. Quomodò eam terra peperit, pluuia nutriuit, ad spicam perduxit; deinde labor humanus ad aream porrauit, triturauit, ventilauit, & recondidit, porrauit, molyit, & coxit, & vix aliquando ad panem perduxit. Hoc totum vos estis. Recordamini & vos, quia non fuistis, & creati estis; & aream Dominicam compositistis laboribus boum, id est nuncianies Euangelium triturati: Quando catechumeni dicebamini, io horreo scruabamini, nomina vestra dedistis, cœpistis multi ieiunia & exorcismis. Postea ad aquam venistis, conspersi estis, & vnus panis facti estis. Accedente

Radij virtutum ab Eucharistia. §. 3. Charitas.

Sect. IV. Cap. II.

verò fauore Spiritus sancti, in vna dilectione charitatis, in vna fide, & in spe cocti estis, panis Dominicus facti estis; sicut & iste panis qui super altare sacratus est, qui corpus Christi est, & ex multis granis vnus panis & vnus cibus noster est, & in membris nostris trajicitur. Sic & nos, cum in vna spe, fide, & charitate, fuerimus, cibus Domini sumus, & in membra eius transformamur. Ecce Eucharistiam, ideſt bonam gratiam quam accepistis, oculis vestris vidistis. Quomodò de multis granis factum est vnum, sic vnum estote & vos diligendo, gerendo vnam fidem, vnam spem, indinisam charitatem.] &c. [Sicut panis iste ex multis granis indicat vnitatem, sic & vinum ex multis acinis queis effluxit eodem; & in vnum est totum, & vnum efficit potum, & in sua vita & de vno calice sumitur, sed tamen post pressuram torcularis. Nam ante torcular, vinum dici non potest, nec bibi, quia adhuc diuisum videtur in acinis, sicut nec grana nisi excutiantur à paleis. Nam persecutores nostri, ipsi excutiunt paleam, cum ab ipsis trituramur. Ipsi fœcem vuæ, cum ab ipsis torquemur. Genu flexo debemus pro eis orate à quibus efficimur cibus Dei. Sicut vinum post torcular inuitiur in calicem, sic & vos post ieiunia, post laborem & humilitatem & contritionem in nomine Christi, tanquam in calicem Domini venistis. Et panis ibi vos estis in mensam, & vinum ibi vos estis in calicem. Nobiscum hoc estis quod sumus: simul enim hoc sumus, quod estis. Et vnus calix est in quo sumus, quia vna passio est Christi, & vna mors qua omnes redempti sumus. Simul non bibimus, cum simul non viuimus.] Habent alia in eandem sententiam semel & iterum, non ita multo post.

Missitatio Eucharistiæ, & panis benedicti, in symbolum charitatis.

20. Esse ad hunc modum, diuinam Eucharistiam symbolum mutuæ charitatis, intellexere prisci illi Pontifices Romani, quibus ex vsu fuit, pro tessera amoris mittere Eucharistiam ad alios Episcopos. Sic enim S. Itenæus referente Eusebio l. 5. histor. c. 24. scribens ad Victorem Papam in causa Quartadecimanorum, demonstrat, Romanos Episcopos anteriores, tametsi quoad ritum celebrandi Paschatis non consentirent cum Episcopis Asianis, ab eis tamen non fuisse diuisos, sed misisse ad illos Eucharistiam, in signum videlicet communionis atque concordiæ. Nam ad alios quibuscum non consentiebant circa fidei dogmata, nequaquam transmittebant Eucharistiam, vt potè à mystico eiusdem Christi corpore alienos, quod notauit Fernard. numer. 4. ad fragmentum penultimum S. Irenæi, & Espencæus l. 2. de ador. cap. 4. qui alia in eam rem profert. Aliud vsus propositi exemplum memini legere, sed quod mihi constat non vna falsitate laborare. Narrant Bernardinus Saccus l. 7. histor. Ticin. & Antonius Matia Spelta, digrediente à Gundebado Burgundiorum Rege tunc commorante apud Diuionem, S. Epiphanio Episcopo Ticinensi; cum Rex à S. Antistita monemosyon aliquod beneoolentiæ popoſciſſet, S. Epiphanium postridie in Missæ sacrificio binas hostias consecrasse, quarum vnam de more consumpserit, alteram Gundebado in monimentum perpetuum impensæ Italicis populis beneuolentiæ, Regi ac Diuionensibus reliquerit; quam etiam promiserit nunquam impune è Burgundiorum finibus offerendam; hancque esse eam hostiam sanctam (sic enim vulgo appellatur,) quæ Diuione in sacro Priocipum sacello assetuatur. somnia hæc sunt, & mera commenta. Eam hostiam ipse cominùs inspexi, & diploma Eugenij quarti quod in capsella simul cum hostia conditum habetur, perlegi diligenter. Eo diplomate, testatur Pontifex Eugenius, tam multis seculis S. Epiphanio posterum, se hostiam illam ab impio homine gladij ictibus foratam atque transfixam, indéque tanguine ad quosvis ictus profuso respersam, dono dedisse Duci Burgundiæ, Philippo Bona, cum prius ea hostia Romæ in sacrario recondita haberetur. Vnde ergo commentum cudi potuit, relictæ à S. Epiphanio huius hostiæ, & quidem ad monimentum communionis cum Rege Gundebado & Diuionensibus. Hoc non carer iniuria erga S. Epiphanium; qui cum Enrico Ariano, ne cibum quidem profanum inmere voluit, ne videretur communicare cum Hæretico. Quanto minùs ergo Gundebado item Atiano, tradiderit assetuandam diuinam hostiam, pignus communionis æternæ? Neque verò & præterea falsò assumitur Diuione erat Gundebadus, cum adjit ad eum S. Epiphanius, sed omnino videtur Lugduni fuisse: vt proinde tota narrationis propositæ textura, indecunque, fiet. Et verum est in facco vnde hæc deprompta sunt, cum farina non paucos furfures esse, de quo alibi. Non possumus igitur hoc exemplo vti ad monstrandum, transmissam vel datam esse Eucharistiam in signum charitatis: sed exemplum Pontificum Romanotum quoad Occidentales, sufficit ad rem præsentem. Apud Orientaleles, vsum mittendi Eucharistiam inter priuatos quoque viguisse, insinuatur in narratione de duobus Stylitis Catholico vno hæretico altero, quæ in Moschi Limonario recitatur cap. 29 de petita à Catholico parte communionis Hæretico, & impigrè ab isto transmissa. Idem insinuatur in Epistola 1. Athanasij Constantinopolitani, vetantis donationem Eucharistiæ pro munere, nisi consensus patris spiritualis intercenitet. Ea enim prohibitio non admodùm arcta, apertè fert, vsum fuisse præbendi pro munere Eucharistiam, etiam inter personas priuatas, quibus præest pater spiritalis.

Intellexere itaque prisci illi huius ritus autores, quod postea his verbis præclarè ab Algero scriptum est l. 1. de Eucharist. cap. 3. [Quia corpus Christi sumus: ita vt etiam in altari eodem Sacramento signemur, cum panis Dominicus corpus Christi sit in seipso, & corpus Christi in Ecclesia. Mirabili vnitatis gratia nos ad se pertinere voluit, cum mysterium nostrum, sicut & suum, in Sacramento altaris, ne moriamur, sumere nos concessit; ita vt etiam mysterium suum in veritate corporis sui sumptum, nulli prosit, nisi mysterium nostrum, societatem scilicet Ecclesiasticam, eodem Sacramento assumpserit: quia sicut caput non est

vitale

vitale sine corpore, sic Christus nulli vitam confert sine vnitate corporis Ecclesiæ. Sed nec mysterium nostrum vllatenus in Sacramento corporis Christi, fit sine suo; vt sicut per dilectionem vnum sumus inuicem, sic & plus etiam cum eo: quatenus sicut ipse in nobis, sic & nos maneamus in ipso: quia cum à corpore suo sit indiuisus, nec in Sacramento suo veracitet sumi dicitur Christus, nisi sumatur vniuersus, suo & nostro mysterio nobis incorporatus.]

21. Referri eodem potest ritus antiquus inter Sanctos satis frequens, mittendi panem communem in signum fraternæ charitatis. Id quod apud SS. Augustinum & Paulinum, sæpè occurrit. Videndus Augustinus Epist. 54. & S. Paulinus epist. 41. 45. 46. Alia addo tractans symbolum effectionis Christi ex pane communi. Quod enim præ reuerentia, Eucharistiam passim missitare minùs congruum censerent, & quod Episcopia delatum à summis Pontificibus vidimus, non videretur promiscuè extendendum ad omnes illos quos pignore aliquo charitatis donatos vellent; panem fermentatum in eum vsum subrogauerunt. Quo referendus videri possit vsus fermenti, ex constitutione Melchiadis Papæ per Parochias transmittendi, de qua constitutione Baronius anno 313. & Binius t. 1. Concil. ad vitam Melchiadis Papæ. Quod enim Espencæus l. 5. de Adorat. Euch. c. 4. id accipit de transmissa iussu Melchiadis Eucharistia, stare non potest, cum certum sit, Ecclesiam Romanam vnquam confeciſſe corpus Christi ex pane fermentato, sed tantùm ex azymo: & tamen quod transmittebatur ex decreto Melchiadis, non erat azymum. Itaque sicut imminuto fidelium feruore, vsui frequentissimo ac ferè quotidiano Eucharistiæ, successit vsus Eulogiarum ex pane communi, fideles commonefacientes communionis Christianæ & Catholicæ vnitatis, de quo vsu latè Durandus l. 2. de titibus cap. vltim. ita sancti illi quos memorabam, quod non putarent expedire passim Euchatistiam in signum charitatis transmittere, induxerunt morem transmittendi communem panem, tanquam Eucharistiæ vicarium, & eiusdem Ecclesiasticæ societatis & mutuæ tutet nos concordiæ Christianæ appositissimum symbolum, ob affinitatem nonnullam cum Eucharistia, ratione materiæ remotæ ex qua confitetur.

§. IV.

Eucharistia panis vitæ & intellectus, cibus illuminans.

22. Lucem virtutum Theologicarum ab Eucharistia affusam, hactenus contemplati sumus. Nunc progrediendum est ad virtutes morales infusas, quarum prima, Moralis dicitur, à directione quam præstat, etiamsi non insit ibidem vbi insunt mores boni, hoc est voluntati: sed sit virtus intellectualis practica, nimirum prudentia. Hæc si eliciatur ex motiuo diuinæ autoritatis reuelantis, non differt à fide diuina, proxè versante circa agibilia. Erit autem actus scientiæ infusæ, si sit iudicium practicum diuidens, ex peculiari Spiritus sancti aspiratione conceptum, quo in his circunstantiis statuatur esse sic optandum, prupter supernaturalem honestatem in tali operatione conspicuam, qui præluendi modus est proprius doni consilij, præsertim cum operatio ex se & secluſa speciali Spiritus sancti motione sorderet peccato, vt contigit plerisque Martyribus, qui ex Spiritus sancti impulsu, in ignes aut vortices aquarum præcipites se dederunt, non modò absque scelere, sed etiam magna cum laude, ob interuenientem Spiritus sancti motionem, vt disserit S. Augustinus t. Ciuit. cap. 21. Ex qua notione doni consilij, suo loco plenè stabilita, liquet hoc doni consilij, suo loco plenè stabilita, liquet hoc donum recidere in prudentiam infusam. Huic verò annectuntur dona sapientiæ, scientiæ, & intellectus: quorum primum, de conuenientia credendorum cum homine ad Deum euecto pronunciat, propter rationes diuinas; secundum idem præstat propter humanas; tertium statuit de credibilitate & amabilitate mysteriorum, suppositâ fide. Itaque Eucharistia concilians diuinam illam lucem de qua Sapientiæ 7. & intellectum collustrans omni illa cœlesti claritate quæ ad actum bonum supernaturalem credendum præexigitur, ciúsve fotmationi superadditur ad penetranda illius iam cusæ decora, dici potest vno generali nomine conciliare *prudentiam*, vel *intellectum*, aut *intelligentiam*; quæ nomina in Scripturis sæpè confunduntur, etiamsi notiones subjectæ, juxta rigorem Scholasticum sint illæ quas obiter perstrinximus. Breuiter ergo demonstremus, lucem prudentiæ infusæ & donorum Spiritus sancti, pertinentium ad intellectum, *prudentiæ & intellectus* nomine comprehensorum, ad modum prædictum ab Eucharistiæ mysterio dimanare, in eos qui de hoc fonte lucis (vt Chrysostomus nominat homil. 45. in Ioan.) præpurgato pectore diuinos latices hauserint.

Radij virtutum Eucharistiæ §. 4. Prudentia.

Prudentia infantibus ab Eucharistia, ex cap. 9. Prouerb.

23. Conferri ab Eucharistia lumen prudentiæ, discimus ex cap. 9. Prouerb. vbi sapiens agens de Eucharistia vt interpretantur grauissimi Patres adducendi in Quomastico V. *Mensa sapientiæ*, sic loquitur. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas; miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis, si quis est parvulus veniat ad me, & insipientibus locuta est; Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam & viuite, & ambulate per vias prudentiæ.* Quos dicat *parvulos & infantes*, ambiguum non est. Sunt enim insipientes siue peccatores, quali infantia destineti, prohibemur ab eo qui dixit, *esquoque parvuli diligitis infantiam*? Et ab Apostolo contestante, *nolite pueri effici sensibus*. Clemens Alexandrinus 1. pædag. c. 5. id rectè vrget. In huiusmodi infantia, tam ætate prouectum Ismaëlem hæsisse, obsecuat Philod. de illis verbis, *respuis Noë*. Ethnicos quantumuis canos, fuisse ad hunc modum infantes, aiunt Nyssenus hom. 1. in Eccles. *sub finem*, & Chrysosto-

mus

Sect. IV. Cap. II.

mus ser. 12. in ad Ephesios ac ser. 4. in 1. Cor. 1. *in fine.* Quod æquè de peccatoribus omnibus statui ad veritatem potest. Qua enim consilij inopia laborant infantes, qua futuri improuidentia, & præsentium negligenti studio, veriùs ignorarione renentur, iisdem maculis tetrisque notis sordent peccatores omnes, quorum insipientiam vsque adeò subtus puerilem ac infantilem deijcit S. Chrysostomus serm. 6. in 2. ad Cor. *in morali*, vt bestias esse humana specie statuat. His ergo adeò insipientibus ac imprudentibus, vr inter equos ac mulos quibus non est intellectus, annumerentur; quodammodò tesingendis & intellectu ac sapientia donandis, poculum miscuit sapientia diuina, Verbum Dei Incarnatum: panem & edulium porrexit, quo gustato reueniat sensus sapientiæ, & lux prudentiæ: ita vt quod fabulæ frustra iactarunt, de quibusdam è bestiarum ordine iu quem transcripti erant, certis cibis ac potionibus ad mentis sanitatem renocatis, hic verè locum habeat.

24. Accommodat ad hunc sensum, locum illum quem proponebam ex c. 9. Prouerb. S. Gaudentius in responso de dicto Christi *Pater maior me est*, ferè in fine. Præfatus enim calicem vini meri plenum mixto, inclinatum ex hoc in hoc, de quo Dauid Psal. 74. ad Christum pertinere, subdit. [Hunc verò calicem, *bibent* (inquit,) *& peccatores terræ. bibent*, (ait,) *& peccatores terræ:* quia peccatores cœli, ex Angelis dæmones facti, salutis poculum bibere non merentur. Terræ autem peccatores, contra venena dæmonum, morbósque vitiorum, calicem salutis accipient, & nomen Domini inuocabunt. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit. Ideò verò calix iste peccatoribus bibendus tribuitur, quia non est opus sanis Medico, sed malè habentibus. *Non veni* (inquit,) *vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Tales enim sapientia Dei, ad iustum crarera salutiferæ mixtionis iuuitar, cum sublimi voce horratur ac dicit: *Quisquis est insipiens, diuertat ad me, & egentibus sensu ait, venite edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis.*

Vides, qua ratione panis ac vinum de mensa sapientiæ, iuxta Gaudentium, peccatoribus qui passim stulti ac paruuli & infantes in Scriptura nominantur, sapientiam ac prudentiam conciliet. Est qui hanc loci illius interpretationem ex Gaudentij serm. 19. ad Neophytos plenè prosecutus, addat ex eo hæc verba ad fideles. [Contendite pulli generosi, ad sacram offam in qua est vita, & ex cœlesti illo cibo mica non cadat.] Quæ Gaudentij verba, ferre air, ea auiditate esse connolandum ad Eucharistiam, qua pulli famelici ad objectam offam coucurrunt. Eam tamen cautionem esse adhibendam, vr ne mica quidem illius in terram decidat, idest vr nulla communio sine fructu adcat, quod erit præsagium omnis felicitatis; sicut olim cum nihil ex pabulo pullorum excidebat, quod terram ferirer, & tripudium vel terripauium faceret, felicissimum augurium censebatur. Ita quidem ad prædictum locum è capite 9. Prouerbiorum, Doctus quidam Interpres. Cui tamen quod ad locum è Gaudentio descriptum attinet, necesse est Codicem fuisse pleniorem. Nam non modò serm. 19. Gaudentij ad Neophytos, qui reuera nullus est; sed nusquam in toto Gaudentio comparet ea sententia, tametsi est digna Gaudentio. Quod autem addebatur de felicitate auspicij, si mica ex ore pulli non caderet, fabulosum est. Nam potiùs cum quid cadebat, & terram feriebat, felix habebatur augurium, & dicebatur *tripudium solistimum.* Videsis quæ ex Tullio, Festo, & aliis adducte in eam rem Bulengerus l. 3. de diuinat. c. 39. sed hæc obiter.

Item ex cap. 15. Siracidæ, & ex Psalmo 33. ac 35. aliisque Scripturis.

25. In eandem sententiam, de luce intellectus per Eucharistiam collata adduci potest locus ex c. 15. Ecclesiastici, vbi de sapientia Dei dicitur, quod timentem Deum *cibabit pane intellectus, & aqua sapientia salutaris potabit illum.* Hæc, mystica & subtili intelligentia, rectè ad sapieuriam incarnatam accommodari, affirmat ibi Iansenius, cui Paulus de Palacio atque Cornelius adhæserunt, quoad panem intellectus. Ita enim habet Græcus Codex. Tametsi eodem recidit, quod Interpres explicationis gratia de suo addidit, vocans *panem vitæ.* Verè enim Eucharistia est *panis vitæ*, vel etiam absolutè *vita*, quo pacto dictam à nonnullis notar S. Augustinus l. 1. de peccat. merit. c. 24. Er in hoc negotio specialiter rectè dici potest panis vitæ, quia est panis causans vitam intellectualem in actu secundo. Nam intelligere, est viuere, & quidem vita suprema & nobilissima. Christus igitur qui est Dei sapientia incarnata, fideles suos & timentes Deum, cibat pane vitam intellectualem conferente, cum cibar eo Eucharistia. Quam item dici posse *aquam sapientiæ*, dicam in Onomastico. Sed quia est aliqua sapientia noxia, cuiusmodi fuit quam esus cibi vetiti contulit primis parentibus; itémque sapientia Philosophorum, quam Deus perdit, iure Interpres vulgarus hic quoque de suo addidit epithetum *Salutaris*, quo nihil congruentius Eucharistiæ proferri potuit, cum salus nostra quæ in gratiæ sanctificantis conseruatione ad finem vsque consistit, hoc maximè præsidio nitatur.

Recuperatam hoc diuino cibo locem internam, quam in primis parentibus cibus illicitus excluserat, egregiè dixit Anastasius l. 10. Hexaëm. Verè hic dicitur, & panis, & fons, siue vitæ, siue intellectus, siue luminis. Rectè enim de Christo dixit D. Augustinus in Psal. 35. quod in Christum quomodocunque acceptum cadit. [Quis est fons vitæ, nisi Christus? Venit ad te in carne, vr irrigaret fauces tuas sitientes. Satiabit spertantem, qui irrigauit sitientem. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Hic aliud est fons, aliud lumen, ibi non ita. Quod enim est fons, hoc est & lumen, & quicquid vis illud vocas, quia non est quod vocas. Quia non potes congruum nomen inuenire, non remanet in vno nomine. Si diceres quia lumen est solùm; dicererur tibi; sine causa ergo mihi dictum est, vt esuriam & sitiam. Quis enim est qui manducet lumen? Illud planè rectè mihi

hi dictum est, *beati mundicordes, quoniam ipsi Deum videbunt*, Si lumen est, oculis meis pareat. Paret & fauces, quia illud quod lumen est, & fons est. Fons quia satiat sitientes, lumen quia illuminat cæcos. Hîc aliquando alibi lumen, & alibi fons: Aliquando enim currunt fontes & in tenebris, & aliquando in eremo. Pateris Solem, non inuenis fontem. Hîc ergo possunt ista duo esse separata. Ibi non fatigabeteris, quia fons est non tenebraberis, quia lumen est.] Et planè Christus in Eucharistia lux, vt dixit S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. Imo. [Fons lucis, (vt ait hom. 45. in Ioan.) diffundens radios veritatis.] Itaque si accedamus ad eum, illuminabimur: quod de accessu per esum Eucharistiæ, accepit S. Ambrosius serm. 18. in Psal. 118. ad illud *adolescentulus sum ego*, & egregiè S. Augustinus in Psal. 33. concione 2. his verbis. [Spiritalis quidam in corpore Christi, vel etiam ipse Dominus noster IESVS Christus secundùm carnem caput, exhortans membra cœteta, quid dicit? *Accedite ad eum & illuminamini.* Aut potius Christianus aliquis spiritalis, ad ipsum Dominum nostrum IESVM Christum inuitat, vt accedamus ad eum. Sed accedamoa ad eum vt illuminemur, non quomodò ad eum accesserunt Iudæi, vt tenebrarentur. Accesserunt enim illi ad illum vt crucifigerent, nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamua. Illi de crucifixo tenebrati sunt, nos manducando crucifixum, & bibendo, illuminamur.]

Eaperti id feliciter sunt duo illi discipuli, qui priùa stulti & tardi corde, vbi ventum est ad fractionem panis, illuminati sunt. Nam tametsi variatur sententiis, num ea fractio pania, esset distributio Eucharistiæ, tamen multi & graues Patres id affirmant. Et quamuis pania ille non fuisset reuera Eucharistia, tamen placuit Deo, lucem mentis conferre per fractionem paois; vt id esset symbolum effectus, quem panis vitæ Christus distributua fidelibua operatur, implens sensu corda eorum. D. Augustinus, qoi panem illis discipulis fractum, opinatur fuisse Eucharistiam, sic disserit in sem præsentem serm. 140. de temp. [Eia fratres, vbi voluit Dominus agnosci! *In fractione panis.* Securi sumna, panem frangimus, & Dominum agnoscimna. Noluit agnosci nisi ibi propter noa qui non eum visuti eramos in carne, & tamen manducaturi eius carnem.] Alia insigniter addit in eam sententiam.

Patrum Eucharistia illuminante, iudicia.

26. Eucharistiam hac ex causa, fonti Siloë in quo cœcus illuminatus est, confert S. Ephtem orar. de iudicio & compunctione animæ. Nam apprecatus sibi à Christo, hoc lumen, præmissa eius necessitate, subdit; [Verbum tuum Domine, oculos aperuit cœci à natiuitate. Magnum roiraculum in Siloë accidit Domine, vbi cœco visum corporalem recuperanti, spiritales quoque oculi mentis iutua illum inaci sunt, vt te absque metu aliquo suum medicum ac Deum, Saluatoremque omnium diceret ac prædicaret. illumina quoque cordis nostri oculos Domine, vt te diligamus, & cum desiderio tuas iugiter voluntates perficiamus. Et licet procul à nobis sit Siloë, quo cœcus missus erat, calix tamen tremendi tui sanguinis, lumine ac vita plenus, nobis ecce præsto est. Hoc nobis calice, intelligeotiam luménque largire, vt cum fide ac desiderio & sanctificatione ad ipsum accedamus.]

Radij virtutum ad Eucharistia, §. IV. Prudentia.

Sie recuperamua mentis visus, non perielitatur de nouo dispeudio, quanmm est ex Christi liberalitate & voluntate. Lux hinc petcepta, quantum est ex Christi illoceotis desiderio, nunquam intercidet. [Hanc lucem (aiebat de solari & corporea luce D. Chrysostomus Catech. ad illuminandos,) & volentibus nobis & nolentibus, nox subsequitur: Illum verò radium, tenebræ non norunt. *Lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Nun sic enim mundus est ciarus oriente tadio, vt anima illustratur & splendidior fit à spiritu gratiam susciptens. Et considera diligentiùs teruui naturam. Noctc enim terras tenente, & tenebris caligauribus, sæpè funiculum quis cernens, serpentem esse putauit, & amicum accedentem tanquam inimicum fugit, & strepitum quempiam senticns, trepidus factus est: facta autem die, nihil tale fieret, sed omnia qualia sunt appatent: quod & in anima nostra contingit. Postquàm enim gratia veoiens mente tenebras expulit, rerum veritatem discimus, & nobis fiunt despicabiles, rea priùs tremendæ: nec enim amplùa mortem timemus, diligenter ex hac facta introductione discentes, quod mors non est mors, sed somnus, & dormitio temporaria. Non pauperiem, non morbum, aut aliud quid huiusmodi, teformidamua, scientes quod ad meliorem tendimus vitam immmortalem, & incorroptam, & ab omni tali liberam inæqualitate.]

Veram prudentiam, ab illuminatione per Spiritum immissam homini fideli, præclarè exprimit his verbis Chrysostomus. Qui quanquam agit de baptizatis, tamen quia baptismo conjuugebatur communicatio corporis Christi, ad eam maximè referenda est illuminatio illa intellectus per gratiam, celebrata ibi à Chrysostumo. Nam etiam continenter post insigniter omnino de Eucharistia disserit, & quauta secum deincepa accutatione agere debeat, quisquis eam participauerit, egregiè planè prosequitur. Et eodem modo transferri ad hunc locum potest, egregia disputatio Clementis Alexandrini l. 1. strom. c. 6. de exquisita luce baptizatorum, qui erant aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vnde à Græcia, hominem φῶτα, hoc est *lucem* dictum putat: quod tum demum verè homini obtingere vult, cum est in luce, & tenebræ ipsum non comptehendnnt; hoc est cum humo coniungitur luti Christo, eique arcta amicitia copulatur, manens in Christo & Christua in eo, vt accidit per Eucharistiam, ratione cuius homo sanctus efficitur. [Quod autem Sanctum est, (inquit Clemens,) amicum est ei ex quo sanctum est, quod *lux* proptiè est apppellatum.]

Sect. IV. Cap. II.

Lumini adjunctus sapor vitalis.

27. Hæc lumina quæ prudentiæ infusæ laxè accepit ambitu sum complexus, non sunt cogitanda quasi essent nudæ illustrationes, sed provt habent adjunctos gustus voluntatis. Deus enim hac maximè in parte, fulgura in pluuiam facit; ideſt non contentus erudire intellectum, quod faciunt dictamina prudentialia homini illucentia, perfundit cœlesti rore voluntatem, vt scientia cœlestis non sit nuda scientia, sed verè sapientia, hoc est sapida scientia. Rectè S. Bernardus serm. 1. de Pentec. *sub finem.* [Non solùm moueri & doceri, verùm etiam moueri & affici ad bonum necesse est, ab eo vtique Spiritu qui adjuuat infirmitatem nostram, & per quem in cordibus nostris diffunditur charitas, quæ est bona voluntas.] Et ita tradit Concilium Carthaginense, referente & collaudante Cœlestino Epistola ad Gallos c. 10. Item Concilium Milevit. cap. 4. & Arausic. c. 7. luxta D. Augustinum l. 2. contra duas epistolas c. 9. hæc est benedictio dulcedinis, qua fit in nobis, vt vos delectet quod Deus præcipit. Et l. de corrept. & grat. c. 2. ait, hanc esse suauitatem quam præbet Dominus vt terra nostra det fructum suum; quod item habet 2. de peccat. inter. c. 17. vbi etiam c. 16. & 19. de victrice suauitate, qua humani cordis duritia mollescit. Inquam rem videndus quoque Fulgentius l. 1. ad Monimum c. 28. & Prosper c. 3. ac 6. contra Collat. & l. 5. de vocat. Gent. c. 9. alias 26. ac Petrus Diaco. l. de Incar. & gratia c. 7. *Saporem vitalem* egregiè vocat Ennodius Ticinensis epist. ad Constantium. Eilque res adeò exploratæ, vt dubitari de ea non possit. Quamvis interdum apud D. Augustinum, motio voluntatis comprehendatur nomine *doctrinæ*, nempe suauis & fœcundæ adipalis. Qua ratione nos quoque, nomine prudentiæ actualis, diximus non significari hoc loco nudam intellectus lumina, sed cum subjunctis gustibus voluntatis.

Huiusmodi itaque gustus conferri voluntati per Eucharistiam, certa fides est. Docemur enim, Sacramenta præter gratiam sanctificantem omnibus communem, conferre singula speciales gratias actuales: quæ quamuis non contineantur Suis intellectus ac voluntatis motionibus inditis intuitu Sacramenti, sed insuper comprehendant omnia spectantia ad supernaturalis prouidentiæ executionem in promotione hominis ad virtutem, consentaneè ad finem Sacramenti, & liberatione à tentationibus quibus naufragium ad varias spirituales syrtes contingeret; ac denique comprehendant etiam remotiones occasionum labendi factas per extrinsecam prouidentiam: Quamuis inquam hæc omnia in hoc negotio veniant nomine auxiliorum, vel gratiarum actualium ad quas Sacramentum ius confert: Tamen nomine auxiliorum gratiæ, siue actualium gratiarum Sacramento debitarum, maximè veniunt motiones vitales intellectus & voluntatis, per collustrationes & gustus, è quorum concussus integratur gratia prævenies. Dat igitur Eucharistia, tos ad hæc auxilia. Et quia de motionibus intellectus satis dictum est, de suauitate autem & dulcedine perfundente voluntatem, multa dicentur in Onomastico V. *Calix præclarus inebrians*, & V. *Fauus mellis* ac V. *mel*; non est quod hîc fusior sim circa huiusmodi gustus, & benedictiones dulcedinis, siue pingoedinem panis præbentem delicias regibus, de qua late Magalianus in benedictionem Aset ab Annotatione 7. & alij interpretes in c. 49. Geneseos. Paucis rem confecit Clemens 5. ex Vibano 4. Clementina vnica de celiq. & vener. SS. affirmans, in Eucharistia haberi omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, ipsamque dulcedinem Domini degustari. Et olim quidem Diradione vt est apud Pausaniam in Corinth virgo Sacerdos faciens agno, ciusque sanguine libans afflabatur diuino (vt aiebant) Spiritu. Nunc verò pura anima offerens & excipiens agnum Dei verè diuinis diteſcit afflatibus & in intellectu & in voluntate.

§. V.

Eucharistia Sacrificium justitiæ, esca Justitiæ.

28. De priore appellatione, dictum est sect. superiore cap. vltimo. Posteriorem suppeditat S. Cyrillus Ioëlis 2. & insinuat ibidem S. Hieronymus: qui secuti 70. legunt apud Ioëlem, *dedit vobis escas justitiæ*, vbi nos legimus, *dedit vobis Doctorem Justitiæ*: quod de Eucharistia accipiunt, in qua verè Christus est esca justitiæ; quod considerandum sequitur vt post lucem prudentiam, elque affinium luminum intellectus per Eucharistiam illatorum, de luce virtutum infusarum purè moralium indidem promicante, nectemus aliqua.

Iustitiæ munus vniuersum spectat alios quotum iuri consolit. Vt propterea S. Ambr. neget Iustitiam esse priuatam virtutem; quæ scilicet sit ad solum operantem: dicat autem esse virtutem publicam. Ita habet l. de Parad so c. 3. & l. 5. de offic. c. 28. & serm. 16. in Psal. 118. *ad vers.* 5. Quanquam paulò laxiùs vsurpato *justitiæ* nomine, est etiam quædam justitia erga seipsum, cum homo sibi tribuit quod sibi debet; sin minùs debito arcto quod funderur in iure propriè accepto, at saltem qualicumque debito, ea spectante quæ congruum sit hominem sibi ipsi præstare aut exhibere. Tres itaque justitiæ functiones percurrendæ sunt, ad quas Eucharistia plurimum confert; vna Deum spectat, alia proximum, tertia hominem ipsum, qui Eucharistiam suscipit.

Per Eucharistiam, adoratio in Spiritu, atque adeò insignis Justitiæ functio, repensa Deo.

29. Deo Patri, ac Filio, & Spiritui sancto, Trinitati superbenedictæ ac indiuidue debebemus honorem ac cultum supremum, tanquam omnium bonorum fonti primario. Ad illius supremi honoris exhibitionem, dirigitur sacrificium, propterea quæ passim vox *honoris*, nempe suprem, & Soli Deo exhibendi, sonat sacrificium. Sic interpretatur Seruius illud Æneid 3. *Perfecto latus honore, Anchisen facere certum*

rorum. [Idest (ait Setuius petacto sacrificio qui est honor Deorum.] Eandem interpretationem adhibet circa illud libri primi, *haud equidem tali me dignor honore*, ideſt sacrificio. Nonius Marcellus, eandem vocis *honor*, notionem agnoscit. Et perspicuè ac frequenter eam adhibet Symmachus l. 1. epist. 40. & 43. & lib. 8. epist. 26. vbi Iutetus plenè id illustrat atque confirmat. Nobis satis est, inde etuere sacrificium esse honoris ac cultus diuini summitatem. Eum cultum perfectissimè exhiber Euchatistiæ sactificium, & qoidem non Patti quamvis (quamuis ferè ad eum dirigantur orationes super sacrificium incruentum recitari solitæ) sed etiam Filio, & Spiritu sancto, vt plenè demonstrat S. Fulgentius l. a. ad Monimum, per qninque prima capita. Eum portò cultùm perfectissimè exhibet per Euchatistiæ sacrificium, vt cœtera superiùs propositа taceam, videtur tradidisse Christus Dominus Ioan. 4. agens cum Samaritana; vbi cum mulier, pertæsa sermonum Christi quem videbat consciun esse intemperantiæ qua laborabat, intercidisset otationem injecta mentione contouersiæ Iudæos intet ac Samaritanos; quorum illi Hierusolimis sdotandum, isti in monte Garizim id præstandum affirmabant; respondit Dominus, instate tempus, qno nec Hierosolimis, nec in monte Garizim esset exhibenda Deo adotatio; sed deinceps vetos adoratotes, Pattem adoratutos in Spiritu & veritate. Ibi *adorationem* accipi prò sacrificio, in confesso est. De simplici enim adoratione, nũquam fuit dubium essetne alliganda certo loco, sed vbiuis exhiberi Deo poterat. Locus autem Sacrificij, erat certo loco arctatus, vt liquet ex c. 12. Deuter. Sacrificium ergo in Spiritu & veritate, quanquam variè exponũt varij, quos adducit Toletus in c. 4. Ioan. ann. 20. oprimè tamen videtur posse accipi de sacrificio Missæ. Nam qui dicũt, aliqui per adorationem siue sacrificationem in Spiritu, intelligi eam quæ fit non per corporeas vmbras atque figuras, sed in actibus ex spiritus sancti gratia procedentibus, (quod Toletus ibi tradit in Commentario, & annotatione citata, nec non Lensæus 11. de Christ. lib. c. 11. & l. 13. c. 17. Iansenius c. 23. concord.) mihi non videtur posse subsistere, hæc enim non est adotatio, propriè dicta sactificatio, de qua Christus agebat, cum respondetet Samaritanæ, qnæ de propriè dicta adoratione sacrificio egerat. Itaqne de vero aliquo sacrificio, non arctato ad vllum locum, agebat Christus. Hoc autem in lege noua aliud non est quàm sacrificiũ Missæ, quod verè est adoratio & sacrificatio in Spiritu & veritate. In veritate quidé, quia hæc victima non est figura illius altetius victimæ, quales erant omnes victimæ antiquæ, quæ Christum ptæsignabant, ouem noui Testamenti, vt loquitur S. Augustinus, Epistola 86. In Spiritu aurem est hæc sactificatio, quia victima quæ hîc immolatur, non est carnalis, nec ingulatur more pecudum carnalium: sed & ipsa se habet ad modum Spiritus, & sacrificatio est incruenta ac Spiritualis. Pro hoc sensu loci Inannis, allegari potest Theodoretus in c. 1. Malachiæ, qui satis apertè eum insinuat. Sed disertè illum tradit Potho Prumiensis l. a. de statu domus Dei, *non multum à principio.* Ex tecentiotibus fusè & benè eidem insistit Bellatminus l. 1. de Missa cap. 11.

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

Cur dicta, sacrificium Iustitiæ; ac primùm penes summum honorem Deo exhibitum.

Raby vnturtsan ab Eucharistia §. V. justitia

30. Hoc nominarim ex capite, sacrificium Eucharistiæ dici potest ac debet *sacrificium iustitiæ.* Quid enim iustius, quàm vt creatura supremum cultum Deo exhibeat, quod hoc sacrificio perficitur? Quanquam potest etiam haberi ratio victimæ, quæ est ipse Christus, factus nobis iustitia. Quem sensum tradit Rupertus in c. 1. Malachiæ, ad illud, *& erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.* Vbi apertè agitur de Sacerdotibus noui Testamenti, Præmiserat enim Propheta in persona Dei oblationem mundam sacrificandam esse in omni loco: quod Concilium Tridentinum, de incruento sacrificio exposuit. Sacrificia ergo in iustitia, quæ veri filij Leui, Sacerdotes inquam Christianorum, colati & expurgati à fæcibus quasi aurum & argentum, offerent Domino, tempore noui Testamenti, erunt. [Sactificia in iustitia; non in sua, sed in Dei iustitia, in corpore & sanguine IESV Christi, qui est ipsorum Iustitia.] Verba sunt Ruperti in c. 3. Malachiæ, in hanc tem planè insignia. Et sanè Christus factus nobis justitia, quia positus est in ostensionem iustitiæ Dei, cui vt satisfaceret ex justitia, ipse qui solus erat inter peccato mortuos liber, punitus est. Qua in parte iustitia Dei eximiè apparuit iuxta illud sap. 12. *cum sis iustus, etiam eum qui non debet puniri, condemnas*, quo S. Gregorius l. 3. Mor. c. 11. de Iustitia Dei in Christi perpessionibus manifestata, & interpretatus. Christus itaque est justitia nostra, quia est victima qua Deo ex justitia pro nobis est satisfactum. Et cum ipsemet in Eucharistiæ mysterio sit victima nostra, meritò sacrificium Eucharistiæ dicitur *sacrificium in iustitia*, vel *sacrificium iustitiæ.*

31. Ratiocinatio est planè luculenta, quam Petri Cluniacensis verbis repræsento l. contra Petrobus, *ad quartum articulum*, vbi postquàm assumpsit, Christum hîc immolari, & esse victimam, & huiusmodi numinibus designari passionem ac mortem Domini, *quod nec vos* (inquit alloquens Hæreticos) *vnquam negasse audini*; subdit; [Deo scipsum hoc modo obtulit quia mors æterna hominis, non nisi temporali morte Dei & hominis dissolui poterat. Benignus enim Deus, cuius vniuersæ viæ misericordia & veritas, sic existens iustus, vt non desinat esse misericors, sic misericors, vt iustus semper permaneat, in rebus quas creauit, nec etiam mala quæ non creauit, inordinata esse permisit. Vnde peccatum hominis, quod velut aliunde in regnum eius se non iustè immiserat, iustè ordinans, peccatorem damnauit, ac sempiternæ felicitas profugum, miseriæ ac morti æternæ contradidit. In tantum quippè reus factus fuerat, vt omnino culpa eius, in regno eius ordinatissimo, inordinata remaneret, si minore quàm æterno supplicio, Dei iustitia peccatorem puniret: nec iam iustitia dici posset, quæ meritis condigna non redderet. Ea de causa, propago humani generis in radice corrupta; sicut vitium, sic & eius damnationem ab origine traxit, & tota simul per longa secula, lege justitiæ, morti æternæ subjacuit. Misertus tandem Deus essentiali bonitate sus perdito homini, & eum

Sect. IV. Cap. II.

saluare volens; sed nisi iustè, nec volens nec valens dum in æterno consilio suo quæreret, qualiter misero salua iustitia, misereri valeret, hoc potissimom occurrit, quo & iostitia seruaretur, & homo liberaretur, & gratia augeretur, & Deus glorificaretur. Misit itaque Deum Filium ad filios hominum, & humanam oatoram induens, & humanis vitiis medens, in carne assumpta, non peccatum sed pœnam peccati, mortem scilicet corporalem susceperet: & ira simplici sua, illius duplam, horaria sua, illius sempiternam excluderet: in qua dispensatione, misericordia misereretur, iustitiæ nihil detraheretur: dum pro æterno supplicio hominis, temporale supplicium Dei & hominis, pro æterna morte hominis, temporalis mors Dei hominis ei offertetot. Quæ tanti ponderis, in ipsa ipsius iustitiæ lance esse cognoscitur, vt ad iustè ordioanda mundi peccata, longè magis præponderet mors transitoria Filij Dei quàm æterna filiorum hominum. Plus planè reddirum est Iustitiæ, quando Christus mortuus est, quàm sit recompensatum quando homo damnatus est. Habet ergo Iustitia quicquid sunm est, quia Dei Filius pro peccatis hominum mortuus est. Ita iustitia quæ diu saluti humanæ obstiterat, tandem misericordiæ cessit, & quæ pet aliquot millia annotum diuerso itinere incesserant, misericordia & veritas, in vita quæ Christus est obuiauerunt sibi; & quæ velut sibi aduersæ suetant homine condemnato, eo iam saluato, iustitia & pax se osculatæ sunt. Sic iuxta Ioannem Baptistam, Agnus Dei tulit peccata mundi. Sic iuxta Petrum Apostolum, peccata nostra ipse pertolit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Cuius iuxta Prophetam Isaiam, liuore sanati sumus. Hoc est nostrum sacrificium, hoc legis Euangelicæ, hoc noui Testamenri, hoc noui populi holocaustum, quod tunc semel in eruce à Dei & hominis Filio, Deo oblatum est, & quod semper in altari ab ipsius populo offerendum, ab eodem præceptum & institutum est. Non enim aliud tunc oblatum est, aliud nunc offertur: Sed quod dictum est, semel Christus obtulit, hoc semper Ecclesiæ suæ offetendum reliquit.]

32. Hinc verò maximè elucet quod dicebamus de suptemo honore per hoc sacrificium impenso. Quid enim Deo honorificentius esse potest, quàm in conspectu eius, reparare (vt cum S. Gregorio loquar,) passionem Vnigeniti filij eius, & illam suauissimam fragrantiam tot virtutis actuum plusquàm heroicorum, per tempus illud à Christo in honorem Patris elicitorum, objicere denoò diuinæ majestati? Et idcirco meritò dixit Gulielmus Paris. tract. de Euchar. c. 2. *sub medium*, ante hoc sacrificium ineruentum à Christo institutum, cultum Dei non fuisse complerum & vndecunque absolutum, quia deetat plenitudo illa cultus & honoris, quæ huius sacrificij oblatione erat exhibenda. Eiúsque conscia Ecclesia, quamuis ad assistendum aliorum Sacramentorum confectioni non obstringat fideles, obstringit tamen illos vt statis temporibus adsint confectioni Eucharistiæ, per quam tantus honor Deo rependitur.

Spectat ad hunc locum, sensus vnus è binis quibus Eucharistia denominata reperitur *pietatis Sacramentum*, vt dicam in Onomastico. Dimisso enim eo sensu qui spectat Dei pietatem, proditam erga nos in hoc mysterio, pietas nostra in Deum, hîc maximè elucet. Nam dicitur pius, qui in parentes officiosus est. At hoc sacrificio, exhibemos Deo patri oprimo, officia quæ possumus, cum sensu illo suauissimo gratirudinis religionem condienris qui passim designari solet nomine *pietatis*. Nihil enim aptius est ad huiusmodi sensum homini in venerationem numinis intento extuodendum, quàm ego sideratio Christi per hoc sacrificium, immolati atque mactati cultro verborum infixo, proposita in altari. Ita planè visum S. Chrysostomo hom. 24. in 1. ad Cotinth. eum hortabatur assistenrem diuino sacrificio, hæc mente voluete. [Quaodo ipsum videris propositum, die tecum. Propter hoc corpus, non amplius terra & cinis ego sum; non amplius capriuus, sed liber. Propter hoc, cœlum, & quæ in eo bona soot, me acceptutum spero. Propterea immortalem vitam Angelorum sedem, Christi consuetudinem. Hoc corpoa affixum, verberatum, morte victum non est. Hoc corpus Sol crucifixum videns, radios auertit. Propter hoc, & velum templi scissum est, & petræ; & terra vniuersa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, laneea vulneratum, fontes sanguinis & aquæ vniuerso orbi salutares scatutiuit. Vis & aliunde vites eius intelligere? Interroga quæ sanguiois fluxum passa est quæ noo IESVM, sed eius vestimentum, nec totum sed eius fimbriam duntaxat, tetigit. Interroga mare, quod dorso suo id pertulit. Interroga ipsum Diabolum, & dicito, vnde iosanabile vulnus accepisti? vnde vites amisisti. Vnde captus es? A quo derineris? A qoo fugis? Nihil aliud quàm à corpore, (respondebit.) crucifixo, per quod stimulum suum confregit, per quod caput contriuit, per quod principatus & potestates eius coeteitæ sunt. *Spolians enim* (inquit) *principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans de illis in semetipso*: Interroga mortem, & dicas, *Vnde peristi stimulus tuus? Vnde dissoluta est victoria tua?* Vnde ineisi sunt oerui tui? Et pueris & puellis ridicula facta es, quæ Tyrannis & Iustis omnibus, antehac eras formidolosa. Et corpus hoc, horum omoium causam esse profitebitur.] Alia addit, quibos exptimat quàm suaui sensu pietaris condienda sit religio erga eotpua Christi, cum apparet propositum: hoc est cum in altari exhibetur, specie mactati pro nobis in sacrificio iustitiæ. Id enim fert phrasis illa iuxta Græcos, vt sæpè videre est in litutgiis & quoties sacrificium ineruentum attingunt.

Item penes absterſionem reatus.

33. Penes aliud caput, confectio Eucharistiæ dici poterit *sacrificium institiæ*. Consentiunt eoim Doctores, vt satisfiat iuri diuino per peccatum violato, necessariam esse obliterarionem reatus peccando eontracti. Peccaror siquidem, ptæter maculam quam sibi affricat, obæratur (vt sic dicam) fitque obnoxiua subeuodæ tantæ pœnæ, quantam commetuit reeessus à numine; qui pœnæ reatus, non obliteratur nisi sublata macula; atque etiam sublata, si agatur de reatu pœnæ temporalis, potest supetstes esse,

donec

donec adhibeatur congrua satisfactio quæ dissoluat illud debitum pœnæ temporalis, & hominem albo debitorum expungat. Hoc igitur facit sacrificium Eucharistiæ; qui ex opere operato competit delere pœnæ temporalis reatum, post dimissam culpam residuum, aut connexum cum maculis venialibus adhuc manentibus & cum reatu obliterandis. Et verò cum aliquis effectus ex opere operato tribuendus sit sacrificio incruento, vt non obscurè traditur in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 1. & 2. agnoscente hoc sacrificium habere fructum aliquem ex sua institutione, qui non deficiat quantumuis minister sit indignus, quod non valeret de fructu ex opere operantis. Cum (inquam) iuxta Concilium, aliquis fructus talis sit sactificio nostro tribuendus; nec alius vllus fructus spiritualis ad eum modum parabilis proferri possit, præter remissionem reatus pœnæ temporalis post baptismum contracti, qui etiam fructus nulli Sacramento per se competit, concludi apertè videtur, talem fructum esse sacrificio incruento assignandum. Atque ita est sacrificium iustitiæ. Nam satisfactio tenens locum perpessionis illius pœnæ, est actus iustitiæ; sicut illatio perpessionis, spectaret ad justitiam Dei exigentis iustam vindictam.

Radij virtutum ab Eucharistia, §. V. institua.

Perfectio Iustitiæ erga proximum, per Eucharistiam.

34. Iam quomodò Eucharistia, justitiam erga proximum promoueat, constare potest ex dictis de perfectione charitatis fraternæ Eucharistiam. Vidimus enim hinc existere flagrantem voluntatem ponendi animas pro fratribus, exemplo, Christi si tes ferat. Quis verò vel in cogitationem admittat, violare ius illius, pro quo mortem oppetere paratus, sit si sic postulet eius bonum? Quis inquam vel in corpore, vel in anima, vel in fortunæ aut famæ honoisve bonis, contra ius fasque nocere velit ei cui omnem charitatem impensam velit, ad quod per Eucharistiam inclinatur? Hinc illæ vrgentissimæ Patrum voces, vt inuicem abstineamus injuriis, quandoquidem diuinæ huius mensæ facti sumus participes. Deplorat S. Chrysostomus, (vt eum præsertim adducam, cuius erga hanc diuinam escam studia vbiuis fetuent,) deplorabat inquam hom. 8. in ad Rom. *in morali*, eluuionem iniuriarum ac fraudum quibus Christiani inuicem se violabant & circumueniebant; nec habuit opportuniorem phatetram è qua sagittas educeret, quàm ex hoc mysterio. [Enim verò (inquit) quid iam faciam? Ad lachrymas effundendas natura propensus minimè sum; quandoquidem abundantes ex oculis fontes emitterem, iuxta Prophetam illum, hoc ipso quod, hoc in campo bella conspiciam infinita, illis pernitiosiora. Ille quidem Barbaros irruentes intuitus, dicebat, *Uterus mihi, uterus mihi dolet.* Ego verò sub vno Imperatore instructos cum videam, deinde contra se mutuo stantes, mordentes, ac sua inuicem membra concidentes; hoc quidem pecuniarum, illos gloriolæ nomine; alios temerè ac nulla causa subsannantes atque irridentes, ac vulnera inter se multa infligentes, & mortuos item iis qui in bello peteunt, grauiùs enectos; denique fratrum nomen nudum duntaxat relictum esse, tum demum ne me habere quidem sentio, quamnam deplorationem hac tragœdia dignam excogitem. Veteamini igitur, vereamini mensam eam cuius omnes participes sumus; Christum propter nos trucidatum, sacrificium eidem mensæ superpositum. Prædones talem eundem simul comedentes, prædones esse desiuunt, duntaxat aduersùs eos quorum conuictu vsi fuerint, mensa eos illorúmque mores immutauit, vt qui feris immaniores essent, eos quibus mansuetiores reddat. Ipsi autem eiusmodi mensæ ac cibi participes, aduersùm nos mutuo armamur, cum hoc ipsum aduersùs Diabolum hostem communem facere conueniat. Hoc est quod nos quidem infirmiores, ille autem fortior in dies singulos euadit. Nec enim conjunctis viribus aduersùs illum munimur, sed nobis inuicem contrarij stamus, atque eò duce ad huiusmodi acies conflictúsque vtimur: cum conueniat aduersùs illum solum depugnare, sed quo tamen relicto, aduersùs fratres sagittas ditigimus.]

Quatenus homo erga seipsum iustus; per Eucharistiam.

35. Tandem qualicunque erga seipsum iustitia defungitur homo, cum se ipsum æstimat ac debet, nec se vilipendit quasi tem nihil sed agnoscit pretium suum, & consentaneè ad eam cognitionem se tractat. Nihil verò esse, vnde fidelis commodiùs ac faciliùs in eam cognitionem deducatur, quàm si recogitet se diuinæ Eucharistiæ cibo frui, docent in eam rem patrum oracula. [Non sitis viles vobis, (ait S. Augustinus serm. 8. de diuers. c. 3.) quos cunctorum creator & vestet, tam charos æstimat, vt vobis quotidie Vnigenitl sui pretiosissimum sanguinem fundet.] dem conc. 1. in Psal. 32. ad illud, *rectos decet collaudatio*: [Nolite vos abljcere, & despetare de vnbis Homines estis, ad imaginem Dei facti estis. Qui vos homines fecit, pro vobis & homo factus est. Vt multi filij ad hæreditatem sempiternam adoptaremur, sanguis vnici pro vobis effusus est. Si vos vobis ex terrena fragilitate viluistis, ex pretio vestro vos appendite. Quid manducetis, quid bibatis, quod subscribamini, tamen dignè cogitate.

Speciatiter, tractans iniuriam quam homo (vt ait,) in seipso facit Deo, iniurius gratiæ ipsius, domui ipsius, corrumpens seipsum per diffluentias libidinis, iubet aduerti cuius mensæ fidelis quisque sit particeps. Nam libro de decem chordis cap. 10. sic loquitur. [Noli dicere tibi, quando fortè aliquid luxuriantes vis agere; vxorem non habeo, facere possum quod volo: non enim pust vxorem meam pecco. Iam nosti pretium tuum, iam nosti quò accedis, quid manduces, quid bibas, imo quem manduces, quem bibas. Abstine à formicarionibus.]

36. Non est parcior, in hac sui reuerentia ob

Sectio IV. Caput II.

ob Eucharistiam fidelibus commendanda, S. Chrysostomus. Sed locus ex Catechesi ad illuminandos est præter cœtetos luculentus: [Sis (inquit) gratus erga benefactorem tuum optima conuersatione, & sacrificij magnitudinem cogitans, ortta corporis tui membra. Cogita quid manu capias, nec vnquam vllum vetberare audeas, nec tamo decoratam munere, plagæ munere dedecores. Cogita quid manu capias, & ipsam ab omni auaritia & rapina, liberam conserua. Reputa quod uou tantùm manu capias, vetùm & ori admoueas, & linguam custodi à contumeliosis inundam & turpibus verbis, blasphemia, perjurio, & aliis omnibus eiusmodi. Etenim petnicioſum est, tam tremendis miuistrantem mysteriis linguam, & sanguine tali purpuratam, & factam aureum gladium, ad conuitia, & contumelias, & scurrilitates transferre. Reuerere honorem quo Dominus ipsam honurauit, nec ad peccati vsum ipsam deducas. Sed rursum animaduertens, quod post manum & linguam, cor suscipit tremendum illud mysterium, oe vnquam in proximum consuas dolum, sed mentem tuam ab omni malitia mundam conserua. Sic & oculos & aures munite poteris. Quomodo enim non est absurdum, post mysticam illam vocem è cœlis delatam, à Cherubin dico, meretricis cantibus, & fractis melodiis, aures inquinate? Quomodò verò non extrema pœna dignum est, oculis quibus arcana vides & tremenda mysteria, his meretrices spectare, & mente adulterium exercere?]

Theodori Studitæ Catech. 46. consimile monitum de sui ipsius reuereotia ob Eucharistiam, est petiusigne.

§. V.

Eucharistia panis fortium, cibus in cuius fortitudine pertingitur vsque ad montem Dei.

16. Fortitudo quæ Cardinalium virtutum tertia est, summoperè ab Eucharistia perficitur, vnde & *& panis ,unenum* dicitur, & *panis cor confirmans*, & *cibus grandium, ac robustorum.* Cum autem duplex distinguatur fortitudinis munus, aggrediendi oimirum ac patiendi, peues quod fortitudo aggrediens & patiens secernitur, vtique Eucharistia, ingsiniter deseruit.

Fortitudinis aggredientis perfectio ab Eucharistia.

Contra quæuis vitia, vires & animum suppeditari ab Eucharistia S. Hieronymus Isaiæ 21. perpulchrè tradit, ad illud pone mensam *comedentes & bibentes surgite Principes.* Babylonis subuersio ibi attingitur, à Principe in qua reguant rectores tenebratum harum. [Vnde Prophetæ præcipitur, vt vescens in mensa Domini, & illius saturatus cibo, diligentiùs contempletur quæ ventura sunt mundo; dicitúrq; per eum ad omnes credentea & comedentes & bibentes corpus & sanguinẽ Domini, vertantur in Priocipes Ecclesiæ & cum Apostolis audiant, *surgite*; attripiantque clypeum fidei de armatura Apostoli Pauli, in quo possint ignita Diaboli iacula extinguere.] Idem in c. 4. Ezech. expendens illud, *ecce ego conteram baculum panis in Hierusalem*, quotsum Eucharistia dicatur *baculus panis*, & expooit in hunc modum. [Scriptum est in Hieremia, quod paruuli, id est vulgus Ecclesiæ petierint panem, & non fuerit qui eis frangeret. Paulus verò qui vir Ecclesiæ erat, & sciebat Christum panes fregisse legales, ac dedisse discipulis erogandos loquitur confidenter, *panem quem frangimus, nónne communicatio est corporis Christi?* Baculúmque vel fortitudinem panis comedere non possunt, qui lacte infantiæ indigent, nec valent accipere solidum cibum. Nihilque ita vescentis animum robotat, quomodò panis vitæ, de quo scriptum est, *& panis confirmat cor hominis.*] Hoc robur panis confirmantis cor, & intrepidum reddens ad aggrediendos hostes, quantumuis fortes ac timendos, quippè inuisibiles, iuxta eundem Hieronymum psal. 77. denominatur *panis fortium:* Sic enim legit quod in vulgata habetur, *panem Angelorum manducauit homo.* Et alium illustrem ex eo locum legere licet Zach. 9. *ad finem* qui adducetur c. seq.

38. Chrysost. ad Neophytos, specie armaturæ qua communitus fidelis Satanam validissimè impetat atque prosternat, describit Eucharistiam. [Confidenter (inquit) nos præparemus ad pugnam. Etenim nobis arma suppeditant vltra splendorem totius auti fulgeotia & fortia, adamantis robore firmiota, totius ignis ardorem vincentia, eunctorum pondere leuiota pennarum. Nec enim quisquam hæc arma portando quassatur, sed subleuant membra, & in excelsa perducunt, & in cœlum (si cupieris,) cum his sioe dubio perfereris, penitùs impedimento cessante.] Quæ sint hæc arma, paolo post describit, attingens obiet thoracem Justitiæ, clypeum fidei, gladium Spiritus; Tum subdit. [Et aliam mihi Deus vltra, rutelam donauit atmorum.] Præter arma prædicta, aliis (inquit) me armis instruxit ac texit Deus, quibus communitus, fidentet & securus victoriæ in hostes irruam. [Quid illud? Mensam præparauit, cibum societatis ostendit, vt post epularum refectioueм, inimicum possim robustiùs superare. Cum enim te egredientem post conuiuium Dominicum videtit inimicus, post cœlestes epulas, tanquam ignem leonis ore flammantem fugit, & deferit omni vento velocior, nec approximare contendit: Et cum cruentam linguam tuam de longè ille crudelis perspexerit mihi crede non stabit. Et cum os tuum senserit rutilare, gressum suum retrò cum timore torquebit.] Probat hoc Chrysostomus, ducto argumento ex recessu Angeli boui, qui vastans in Ægypto vniuersa, non est ausus subire domos quarum postes erant illitæ sanguine Agni, quæ erat nuda Dominici sanguins figura Itaqoe multo magis fortes efficiet res ipsa, Domiuicus inquam sanguis, perceptus intimia visceribus per communionem.

Creditus Cyprianus serm. de Natiuit. Dom. [In paruuli huius nomine cum hoste antiquo congredimur, & fortis armams superueniente fortiore, de atrio antiquims possesso, potéter expellitur & præsumptæ infestationis audaciæ, silentiũ imponatur. Defectui carnis nostræ, quæ à primitiuis

primitiuis fœcibus originalis mali, infecta langüerat, ex Christi carne redditur fortitudo, & Sacramentorum communicatio per quam illius corporis syncceritati vnimur, nos in tãtum corroborat, vt de mundo & de diabolo, & de nobis ipsis victoria potiamur, & Sacramentali gustu viuificis mysteriis inhærentes, vna caro & vnus Spiritus simus, dicente Apostolo, *qui adhæret Domino vnus Spiritus est.* Sic si ad quos, sermo fit, dicuntur Dij, & filij excelsi nominis & hæreditatis, & æternitatis, partieipes, fortitudine societatis Christi subigentes tentamina & enm homines sint, ex indigniori materia, in captiuitatem rediguut, & eonspnunt, ligántque dæmonia:]

39. Insignis loeus Laurentij Iustiniani ex libro de disciplina & perfectione Monasticæ eonuersationis eap. 19. hue maximè faeit. Quare tamctsi longinsculus, adscribendus est. [Campi ductores (inquit) & exereitnm Principes, cum adnersùs hostes visibiles dimicare disponunt, tentoria & qnædam specialia deputant loca, in qnibus pro resumendis viribns pro snpplendis neeessitatibus, seu medendi eausa, accedere valeant bellatores. Sic quippè Dux noster, sic spirimalium militum inuictissimus Rex Christus, eertantibus in hoc spirituali & innisibili stadio militantis Ecclesiæ, spiritualia quædam ordinauit munita præsidia ad quæ pugnantes confugiant, vt in illis resumptis viribus vel sanatis vulneribus, iternm in campum redeant, acriùs bellaturi. Hæe namque turissima & inexpugnabilia loca, à Domino Iesv eius parata militibus ad refocillanda eorda, & ad detergenda animæ vulnera, spiritualia sunt Sacramenta. Per hæe namque datur lapsis requies, debilibus robur, formidolosis audacia, & semel prostratis fidneia dimicandi. Quis enim valeret aduersùs immundos Spiritus pergere, in acie perseuerare, & de talibus aduersarns obtinere victoriam, nisi diuinis interdum esset rereatus alimentis, & exhortationibns animatus? Quis in tam diumrno certamine, contra tam acerrimos luctatores perbistere vnquam posset, nisi super eœlesti adiutorio & Verbi Dei pabulo pasceretur? Nullus sibi arroger causam victoriæ, nemo de proprtis viribus præsumat, agat Deo gratias in cunctis opetibns bonis, atque Domino exereitnm, suum de inimicis adscribat triumphum. Ipse namque est, qui electos snos eripit de manibus persquentium; ipse est qui oues suas in montes exeelsos & in pascua pinguia dednein, easque misericorditer protegit ab incursibus bestiarum. Ipse est qni milites elegit suos, eos faciens contra aëreas potestates resistere, & persenerantet pugnare. Ipse nempe est, qui ad se de spirimali prælio redeütes, fouet & nntrit Sacramentalibus alimentis. O quàm salubria sunt cibaria bæc! O quàm munita sunt diuina præsidia! Si quis enim veneno Diaboli perfusus est, si quis peccati morbo perenssus, ineunctanter ad efugium confessionis accedat, & ibi suarum recipiet medelam plagarum. Si quis verò inedia tabescit, vel fatigatus in prelio reparare vires concupiscit, sacrosancta corporis Christi fideliter sumat mysteria, & statim conualescet, in melius pristina restaurata virtute. Est namque Sacramentum hoc, tanquam cellarium quoddam, omuium aromatum in se eontinens pretiositatem & virtutem. In ipsum qui ingrediuntur, refocillantur ab omni fatigatione; nec deficiunt, donec præsentis vitæ terminus finiatur. Est etiam mysterium hoc, quasi ingens arbor virentibus referta folis, sub qna quieumque fugiunt labotantes & peregrinantes, proteguntur in ipsius vmbraculo, ab diei æstu, à turbine quoque & pluuia.

Radij virtutum ab Eucharistia, §. VI. Fortitudo.

Eucharistia, fortitudinem sustinentem, perficiens.

40. Monstrant ista, quanta sit aggredientium fortitudo, conciliata per Eucharistiam. Nec forttudo sustinens, pareùs ab ea manat. Quod monstrat timor S. Cyptiani l. in Otationem Domin. cum tractat petitionem panis quotidiani. Vertur enim ne qui participatione Eneharistiæ remouentur pet notabilem moram, fiant expertes salutis, Satana tuterim non feriante, & ignitis iaculis impetente fideles. Idem epist. 54. fortitudinem martyrum in sustinentia tormentorum, ab Euchatistia detiuat. Itaque lapsos admitti ad pacem & communionem, ob ingruentem procellam, autor est. [Exercitus Domini (inquit.) ad certamen militiæ cœlestis armetur. Meritò enim trahetur dolentium pœnitentia tempore longiore, vt infirmis in exitu subueniretur, quandiu quies & tranquillitas aderat; quæ differre diu plangentium lachrymas, & subuenire serò motientibus in infirmitate pateretur. At verò nõne, non infirmis sed fortibus pax necessaria est; nec morientibus sed viuentibus communicatio à nobis danda est, vt qnos exeitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus. Et eum ad hoc fiat Eneharistia, vt possit aceipientibus esse tutela; quos rutos esse contra aduetsarium volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodò docemus aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis, Christi sanguinem denegamus? Aut quomodò ad martyrij poenlum idoneos facimus, si non eos priùs ad bibendum in Eeclesia poculum Domini, iure communicationis admittimus?] Et inferiùs. [Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Eeclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit.]

Martyrum sustinentia ab Eucharistia.

41. Comprobarunt ista exemplo suo fortissimi Martyres, Laurentius atque Vincentius, iudice S. Augustino. Nam de Laurentio tract. 27. in Ioan. ait, eomplctum in illo esse verbum Christi de fructu perceptæ Eucharistiæ, *qui manet in me & ego in illo.* Quod perinde esse ait ac qnod martyres andiebant, *qui perseuerauerit vsque in finem, hic salvus erit*, significans perseuerantiæ beneficium martyribus ab Eucharistia obtigisse. Addit, S. Laurentium mansisse in Christo, in exeruciatione immani. [Non enim occisus est eitò, sed eruciatus est in igne. Diu viuere permissus est, imo non diu viuere permissuse st sed tardè mori eompulsus est. In illa etgo longa morte, in illis tormentis, quæ benè manducauerat & benè biberat, tanquam illa esca saginatus & illo calice ebrietus torméta,

Sect. IV. Caput. II.

non sensit. Ibi enim erat qui dixit, *Spiritus est qui vivificat.* Caro enim ardebat, sed Spiritus animam vegetabat. Non cessit, & in regnum successit.

S. Vincentij propè insensibilitatem, ad eandem causam refert serm. 13. de sanctis. Sic enim de eo differit. [Huius denique Spiritus tanto virtutum monere claruit, vt facti ministerij fultus Officio, qui Filium Dei Dominum nostrum secuturus esset in passione, eiusdem Christi calicem credentibus priùs ministraret in salutem. Cuiusmodi haustu feliciter mente ebriarus, tabidi hostis atque in Christum sæuientis tosaniam, interritus adiit, modestus sustinuit, securus irrisit sciens, paratus esse vt resisteret, nesciens elatus esse quo vinceret: quia cuius amore spiritalibus armis præmunitus resistebat, eius adiutorio quicquid pœnarum in illum ferientis ita excogitabat, insuperabilis fortiter patiendo viocebat. Ideò non hunc laminæ ignitæ sartagiois, non vnguiæ, ferreæqoe manus, non vires pauendæ eœdentiom, nec dolor scissorum membrorum, non foci fragor, & strepentis viscetibus salis injectio, Daciani quiuerunt aliquatenus subdere iussioni.] Expendo illud *ideo.* Continet enim causam, indomabilis ad omnia tormenta illata fortissimi Martytis. Ea autem causa cadit in spiritualia arma, quibus præmunitum martyrem dixerat, ex haustu Dominici calicis.

42. Non vnius & alterius, sed omnium martyrum sustinentiam ad hanc causam refert S. Chrysostomus in psal. 22. tractans illud, *& calix meus inebrians, quàm præclarus est.* [De isto calice (inquit) bibit Ecclesia, inebriauit martyres, vt non agnoscerent proximos carnis suæ nimio amore Christi, neque patres filios, neque filij parentes. Inebriant vino sanctitatis, non vino errotis. Non agnouerunt suos, & sanguinem fuderunt. De mensa illa inebriati sunt, de qoa dictum est, *accedens ad mensam potentis, considera ea qua apponuntur tibi, sciens quia talia te oportet præparare:* Quid est? *talia te oportet præparare*; nisi corpus & sanguinem quod accipis? Nam & illi Apostoli, de ipso calice inebriati erant, de quibus dicebator; *Hi ebry sunt musto, cum esset hora diei tertia.* Sed quàm præclarus est iste calix? Videte quanta est claritas in toto mundo ex passionibus Apostolorum & Martyrum. Vbique Spiritus immundi clamant se ardere orationibus & meritis eorum. Virtutes quas operatus Deus, videte. Cœci illuminantur, mortui suscitantur, & cuncta quæ fecerunt & faciunt, declarata sunt, & declarantur in toto mundo. Iste calix facit claros & præclaros.] Quod nominatim ait Chrysostomus, ex haustu Calicis Euchatistici consecutam esse illam martyrum inebtiationem qua suos non agnouerunt, nec eorum charitate molliri se sunt passi, notatum patitet est à S. Augustino in Psalmum. 35. ad illod, *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ.* Mitarus enim insolentiam verbi à Psalte adhibiti & inebtiationis sanctis tributæ, respondet. [Quia vidit homines ingurgitantes se ebrietate, accipere autem vinum immoderatè, & mentem perdere; vidit quid diceret: quia eum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, petit quodammodò humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate Domus Dei? Vode & in alio Psalmo dicitur; *Calix tuus inebrians, quàm præclarus est.* Hoc in calice inebtiati erant martyres quando ad passionem euntes, suos non agnoscebant. Quid tam ebrium, quàm non agnoscere vxorem flentem, non filios, non parentes? Non agnoscebant, non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte, acceperant calicem vnde inebriatentur. Vnde & ille gratias Deo agit dicens; *Quid tribuam Domino pro omnibus quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*] An hæc erat causa, cur corpora Martyrum condererentur sub altari vt significatur Apocal. 6. & pulchrè tradit S. Ambrosius Epistola 85. & Prudentius hymno XI Peristeph. describens tumulationem S. Hyppoliti, sed optimè S. Augustinus serm. 13. de sanctis, adducendus infra, in Onomastico V. *membra occisionis Dominicæ.* Verom est eam tumulatiooem sub altari referri potuisse ad affinitarem mortis, & Christi & sanctorom, interfectorum propter verbum Dei, & testimonium quod habebant. Tamen potuit etiam illa non incongrua ratio accedere, insinuandi fortitudinem martyrum vniuersam ab altari & Christi corporis participatione manasse. Idque vt innueret S. Leo iuxta Sigebertum in Chron. ad annum 441. Corporalia in quibus sacrificarat ad altare Martyrum, dimisa particulatim, transmittebat pro brandeis, vtique post admotionem ad sacra corpora.

Extra Martyrium quoque, fortitudo Christiana ab Eucharistia.

43. Quanta sit hæc fortitudo, (ac proinde quanta sit vis roborans paois Encharistici, confirmantis in hac parte cor hominis,) dico plenè in Opere de Martyr. p. 4. c. 3. n. 6. & videndus etiam D. Augustinus serm. 31. ex 40. nouis. Nec omittendus Paschasius l. de Sacram. c. 10. qui hunc esse ait panem roborantem, in coios fortitudine Elias pertigit vsqoead montem Dei. [Ex quo patenter innuitur, ood cibos iste manibus Angelicis defertur, & referent per quem nostra infirmitas diuinitus releuatur.] Vnde coocludit in calce capitis, optandum esse vt omnes ad hoc epulum præparemor, vt eo refecti ad altiota in fortitudine transeamus. Nimirum etiam si cessauit externus persecutot, nec iam intento ceruicibus gladio fides hostili furore iugolanda appetitur, habet tamen pax nostta martyres suos. Itaque in his quoque (vt sic dicam) incruentis martyrtis, egemus munimine panis huius roborantis & confirmantis cor hominis, ne appetiti deficiamus, & resistendo hostibus impares simus. Experti id magno soo damno plerique percussi vt fœnum quia obliti erant comedere panem suum. Vulgate est exemplum mulieris quæ dæmonis ludibtio patuerat, & specie equæ obuetsabatur, quia diutiùs abstioverat à perceptione Euchatistiæ. Hanc enim illi vexationis & prævalentis Satanæ causam exposuit S. Macarius cum eam curasset, vt scribit Palladius sect. 17. Similitérqoe S. Euthymius vt scribit Cyrillus Monachus apud Surium 20. Ianuar. cuidam nomine *Romano* laminam stanneam com characteribus

tacteribus è ventre fisso eduxit, testatus succubuisse illum hostis malignitati, ob diu dilatam communionem.

Eucharistia scutum cordis, sustinentem fortitudinem muniens.

Hic est labor Domini datus martyribus & omnibus sustinentibus, in scutum cordis, *dedisti eis scutum cordis Domine laborem tuum.* Propheta denominauit Eucharistiam laborem Domini. Siquidē si laborem Domini in simplissima vocis significatione accipimus, sic quoque Eucharistia rectè dicitur *labor Domini.* Nam Incarnatio, aptè laboris nomine insinuatur, quandoquidem verè homo natus est ad laborem. Deus (ait S. Gregorius homil. 2. in Euang.) apparuit in carne, & laborauit ex nostra iniquitate. Vnde & per Prophetam dicit, laboraui sustinens. Itaque potest Christus exprobrare peccatori illud Isaiæ seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, quia idcirco oportuit me incarnari. Extendit Incarnationem quoties venitur nobis in perceptione Eucharistiæ, iuxta Chrysostomum & Anselmum l. de sacram. altar. cap. 3. & 4. Multa in hanc rem sunt prolata superiùs sect. 3. cap. 2. Explicatissimè labor Domini est Christi passio. At hæc, vt dico tractans patientiam Christi in Eucharistia, & V. Passio Domini, est imago expressissima passionis Domini, de quo dictum est, *Vide humilitatem meam & laborem meum.* At Eucharistia à S. Augustin, l. 127. de temp. denominatur *mysterium humilitatis Domini; nisi enim esset humilis, non manducaretur neque biberetur.*

Penes omnia hæc ista, Eucharistia recte denominatur *labor Domini* atque adeò scutum muoiens cor aduersus tela nequissimi ignea, & roborans contra enervationem fortitudinis sustineotis. Itaque fas est dicere hoc esse scutum seruitutis sine latriæ quo Sacerdos magnus restitit iræ. Hic sermo Dei igneus quasi carbo clypeus est sperantibus in se; en ancile de cœlo delapsum meritò peruenerabile super ancile Romanum, de cuius eximia venerabilitate Lactantius l. 1. cap. 21. Protectio eius super omoem gloriam, & super scutum Agamemnonis apud Pausaniam, cui lemma inscriptum: Terror hic est hominum, & qui huuc gerit est Agamemnon. Sic coronamur imposini huic scuto bonę voluntatis Dei, quasi adhibentes morem solennem Charazorum apud Constantinum Porphyrogenitum l. de administ. Imper. cap. 38. creabant enim sibi Principem, scuto eum imponendo, eoque ipso modo Iulianus in Gallia creatus est Imperator. ex Ammiano l. 29. Videsis Pithœum l. 2. aduers. c. 6. Hæc verè magna Dei protectio, cuiusmodi illa duo scuta flammantia quæ in signum diuinæ tutelæ apparuere Sigilleri anno 776 vt ad finem illius anni scribit Baronius. At non iis quibus mortuis hoc scutum igneum erit in pœnam, vt quod obuersatum est super sepulchrum Monialium exlegum, vt est in concordia regul. c. 15. §. 12. pag. 252. Denique iure dixerim quibuscuis ritè sustioentibus, Eucharistiam esse scutum illud cordis de quo Threnor. 3. dicitur, *dabis eis scutum cordis Domine laborem tuum.*

Mirabilis sanè cordis protectio à labore Domini. Depellendo Achillis Mœtori ex nece Patrocli, bona mater scutum curauit ab Vulcano iocunde, in cuius superficie visebantur Cæli ac elementa omnia, imet quæ terra, duas continebat vrbes, alteram gaudiis redundantem, mœroribus ac gemitibus alteram. Quæ essent hæ in illo scuto vrbes disceptatum est. Non nemo cum Clemente Alexandrino 5. Strom. c. 6. adumbrari ea imagine censuit diuinum opificium qua nulla mœrenti præsentior relenatio, quam sibi mœrenti adhibuit Gregorius Theologus concinens Dauidi dicenti: delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo: Quàm magnificata sunt operà tua Domine. Aliam notionem scuti mœrorem lenientis subministrat. Themist. orat. 1. accipiens differmes illas scuti vrbes de mundi eursu qui semper tulit vt aliqui mœreant alij lætentur, vt proindè Antoninus nimis insulsum sæpè pronunciet eum qui nunquam mœrere velit. At quis non leniat doloreio suum, si alios videat paria vel etiam multo acerbiora sustinere patientes? Id sanè non dispicere esset dediscere cursum rerum humanarum, ad quem respectans prouit se peecato qno cordis amaritudo abstergitur. Maximus Tyrius disser. 37. duas vrbes in Clypeo expressas interpretatur præsentem & futuram vitam, ita vt vrbs fœlix esset Symbolum ciuitatis fundamentum habentis, vt Apostolus oominauit, & præiuerant apud Clementem Alexandrinum Stoici: aliqualis enim prægnstatio immensarum alterius vita voluptatum peridonea est cordis mœrori depellendo. Eáque ratione Dauid cordis sui amaritudines remouebat, & vt S Basilius Orat. de S. Barlaam loqnitur, dolorem cordi morruum faciebat. Mœreant sanè Iudæi atque Pagani aiebat Abbas Apollo qui nesciuot in vrbem pergere: Christiaoos probatos quia cœlum eos manet, nefas sit mœrere. Sint hæc disputata non improbabiliter.

Radii virtutum ab Eucharistia. § VI. Fortitudo.

Mihi tamen scutum cordis diuinitus homini prouisum, aptissimè dicenda videtur Eucharistia, per quam fortitudo sustinens aduersus nequissimi tela pectus eximiè muniens homini de cœlo coofertur. Vox enim *laboris* etiam in scriptura sonat plerunque diuitias, iuxta illud: labor Ægypti, negotiatio Athiop. & Sabaim viri sublimes ad te transibunt & tui erunt qno loco ex S. Hilario 4. de Trioit. & Cassiano 4. de Incar. (vtrobique, *labor* dinitias significat, æquè ac apud Psaltem cum ait de ciuitate, *labor in medio eius & iniustitia*: nimirom quia diuitiæ cum labore comparantur metonymicè dicuntur *labor* sicut ex Augustino quia cum labore quasi pariuotur, dicuntur *res partæ.* Labor ergo opes sooat. At vniuersa Christi opes in Eucharistia reconduntur iuxta illud de Eucharistia, *quod est bonum eius & quod est pulchrum eius nisi frumentum electorum & vinum germinans Virgines.* Reconditur io Eucharistia diuinitas & humanitas & omnis thesaurus benigoitatis Dei, iuxta Chrysostomum.

Sect. IV. Cap. II.

§. VII.

Eucharistia, anima temperatrix & mansuetaria.

44. Agmen virtutum moralium claudit Temperantia, cui ab Eucharistia magnam adeunte perfectionem, indubitatum est, & in sacris literis ac apud Patres peruulgatum. Cum autem ambitos temperantiæ admodùm latè pateat, (nam & humilitatem & mansuetudinem & esculentorum ac poculentorum moderatum vsum, & frænationem illecebrarum à tactilibus comprehendit; non est quod de expnnenda harum omnium temperantiæ propaginum perfectione per Eucharistiam, hic satagamus. Nam quantopere humilitas per Eucharistiam promoueatur intelligi sufficienter potest ex disputatis supra sect. 3. cap. 5. de tanta Christi humilitate in Eucharistia. Et verò cum Spiritus Christi sit Spiritus humilitatis & Eucharistia nos participes faciat Spiritus Christi, iuxta illud 1. Cor. 12. *omnes vno Spiritu potati sumus*, quod de vno Christi Spiritu è sanguine Christi in calice Eucharistiæ hausto, accipit Cornelius ibi: dubitare non licet, quin Eucharistia quæ à S. Augustino *mysterium humilitatis* denominata est, vt capite illo quinto retulimus, insigne momentum ad nostrum in humilitate profectum habeat.

Flustrum mitis animæ ab Eucharistia.

Mansuetudinem interuentu Eucharistiæ inseri fidelibus, ex eodem principio quod de humilitate id asseroimus, perspicuè habetur. Nam spiritus Christi, non est furoris & impetus, sed placidus ac mitis: Ita vt de eo dictum sit, quod præ lenitate incessus, calamum quassatum non esset plenè contriturus, nec extincturus cllychnium fumigans. Hunc ergo soum mansuetissimom ac leniissimum Spiritum, impertit Christi corpus iis qui titè percipiont illud. Et verò hic nominatim Christus ? *agnus* audit. Vnde iuxta S. Gregorium hom. 22. in Euang. quis sit verus Agni Paschalis sanguis, non iam audiendo sed bibendo didicerunt Christiani. Agnos in Altari mactatos & immolatus, cum obiicitur considerationi, & multo magis cum intra viscera admittitur, quem spiritum insetere potest, nisi consimilis placiditatis ? Merito S. Chrysostomos hom. 8. in ad Rom. vt iam supra retuli tractans Iustitiæ affectum erga proximos ex Eucharistia, hinc maximè vrget ad mansuetudinem, considerantes Christum in mensa altaris propositum vt occisum: additque qui ex ea Chrysostomi homilia cuncionauit homiliam de laude Dei, quæ apud eandem habetur. [Pertinacissimorum hominum mores, hæc mensa immutat, efficitque ex his qui feris bestiis sæuiendo fuerint immaniores, ouibos ipsis mansueriores.] Quo nihil in rem præsentem commodius proferri potuit. Id ipsum verò est quod Psaltes dixit, filios Ecclesiæ esse in circuitu mensæ Domini, sicut oouellas olinarum. Nam interpretc Chrysostomo, hom. 61. ad pop. perinde fuit ita loqui, ac nouitatem mentis, & mititatem ab omni feritate remotissimam, in communicantibus prædicare.

Item super cælestium, & insulsitas voluptatum.

45. Delectationes ex gustalibus & tactilibus, quibus modum præterea ponit Temperantia, vix alio conuenientiore modo redigi ad debitam mensuram possint, quàm interuentu Eucharistiæ, quæ nos quodammodò in Deum transmutans & conferto nobis Dei Spiritu spirituales reddens, amantes facit spiritualium obiectorum, despicere per admosam Christi carnem, carne corporea, id est sapiente quæ carnis sunt, & bestiali quippe cum bestiis communi. Excellenter ro hsnc rem philosophatus est Gregorius Nyssenus hom. 8. in Eccles. [Alia (inquit) sunt verè bona, quæ etiam ipsa sunt pulchra & honesta, & tales faciunt eos qui sunt participes. Quale enim est natura id quod participatur in id etiam necesse est simul transmutetur id quod participat. Vt benè olens fit, os eius qui ore accepit atomata: & tursus malè olens, eius qui comedit allium, aut aliquid aliud quod est fœtidios. Quoniam ergo fœtida quidem est omnis sordes peccati; contra autem virtus est bonus odor Christi, amandi autem habitudo naturaliter efficit contemperationem cum eo quod amator. Quod ergo diligimus per amorem, per illud efficimur Christi bonus vel malus odor. Qui enim quod bonum est & honestum amauit, ipse quoque erit bonus & honestus, bonitate eius quod est in ipso, eum qui accepit in seipsum transmutante. Propterea nobis seipsum comedendum propoouit is qui semper est, vt cum ipsâ in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus quod ille est. Dicit enim, *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*. Qui ergo hsnc amat carnem, nonest amicus suæ carnis, & qui in hunc sangoinem est affectus, mundus erit à sensibili sanguine. Caro enim Verbi: & sanguis qui est in hac caroe, non vnam habet gratiam: sed est & suauis iis qui gustant, & appetendus iis qui desiderant, & iis qui diligunt amabilis.]

46. Redolent ista egregiam Nazianzeni cogitationem orat. 1. vbi inter alias hominis ex carne & Spiritu compacti causas, hanc recensct, vt homo inter extrema illa medius, satageret eum Dei auxilio, carnem soam tradere ad modum essendi Spiritus, ita vt sin minùs substantia (quod id impossibile sit) at subiectione ad Spiritum, & remotione impedimentorum quæ à carnis limo spiritui aduenium, in Spiritum, quantum, fas esset, enaderet. Ib hanc rem medicamentum efficax à Deo prouisum est; Eucharistia; cuius ea vis est, vt illecebricosam siue esculentorũ & poculentorum, sioc tactilium dulcedinem obtundat, & insipidam præ exquisita spiritualis huius esce suauitate esse demonstret, tum immissione luminum & gustuum supernaturalium intellectui ac voluntati ioditorum, quorum interuentu appetitus inferior cicueator, & cor ac caro nostra condoceiunt exultare in Deum viuum; tum etiam per extrinsecam prouidentiam occasiones remouentem, quibus omnibus restinguitur saltem ex parte, fomes aut minuitur eius ardor. In quem sententiam alia prolata sunt in Heteroclitis spiritualibos citca Eucharistiam, excutiendo placitum singulare Ioannis Sanches, qui disput. 22. & 28.

& 28. selecta inter effectus Eucharistiæ numerauit, phisicam mutationem immediatam temperamenti, causatam ab Euchatistia ex opere operato. At SS.PP. non philosophantur in hac re ad eum modum modum, sed cœlestes delicias ab hoc Sacramento inditas proferunt; & ex earum sapore, desipere carnales siue gustus, siue tactus, oblectationes confirmant.

47. Sic accipio Paschasium l. de sacram. cap. 2. qui imitatus ex parte Hesychium lib. 6. in Lenit cap. 22. de quinque sensuum externorum sanctificatione per Euchatistiam, & cordis ac carnis exultatione in Deum viuum, scitè philosophatur; docens id fieri, quia Sacramentum ritè perceptum, libetat percipientem ab omni ignorantia, & remouet à carnalibus huius vitæ illecebris; vtique per gustus subiunctos solutioni ignorantiæ per cœlestia lumina. Ex ea namque voluntatis superioris in Deum & saporem cœlestium subuectione per Euchatistiam, redundat in appetitum sensitiuum per sympathiam, temperatio quædam & sedatio valdè ad virtutem conducens. Perpulchrè item in hanc rem philosophatur creditus Cyprianus serm. de cœna Domini his præter cætera. [Qui manducat ex hoc pane, vltra non esuriet, qui bibit, vltra non sitiet: quoniam mysterij huius sic sufficit gratia, sic reficit intelligentia, vt cuiuscunque tantæ rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis fine inuento, Christi bajulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore, habitatori suo dicta & facta iubilatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas non accendit, sed extinguit peccatum: in hoc vino non est luxuria nec mouerunt ad ludum post hunc potum, lasciuia. Cum sopiuit obliuio cuncta carnis ludibria, mira sunt quæ sentit, magna quæ videt, inaudita quæ loquitur, quem Agnus iste paschalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo, hilaritate in explicali lætificat & delectat.

Et mox. [Videnr hæc Sacramenta pauperes spiritu, & hoc vno contenti ferculo, omnes mundi huius delicias aspernantur: & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iustitiam, cum saturati fuerint, vide quid agant, intellige quæ loquantur; quàm sancti odoris sit quicquid illa eructat plenitudo, verbum bonum, mores compositos, effectus pudicos, sensus pacificos, illa interior syncritas vbique diffundit, ita vt post odoramenta ista, gratiæ huius comparticipes discurrant, & mutuis se adinuicem affectibus complectantur. Et quibus vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnum cor & anima vna, vni Christo adhærens, cætera omnia quasi fermenta respuens, in vnius azymi syncritate lætatur.] Tandem paulo post] Panis iste Angelorum; omne delectamentum habens, virtute mirifica, omnibus qui dignè & deuotè sumunt, secundùm suum desiderium sapit: & amplius quàm manna illud æterni, implet & satiat edentium appetitus, & omnia carnalium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quomodò his qui Christi commemorant passionem intra sacra officia, quasi per quosdá carnales, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur: quantam suauitatem animæ inquirenti vbi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres; procellosæ tempestates deponunt. Ros matutinus est, de cœlestibus stillans, & quasi vnctio spiritus, mentem deliuiens. Gemitus illos pietas excitat & inter diem & noctem, retrò & ante se affectio intruens, inter data & condonata se diuidens, gratias agit tam vberis beneficij largitori; & se sanatam & sanctificatam agnoscens fletibus se ablnit, & lachrymis se baptizat.] Vtique lachrymis præ gaudio manantibus, & corac carnem exquisita dulcedine perfundentibus.

Radij virtutum ab Eucharistia §. V. Temperantia.

48. Tam syncetis támque meracis deliciis velut innarantem animam, quis non videat necessatiò, limosas atque cœnosas, siue gustus siue tactus voluptates fastidire? Sicut enim homines qui primùm glandibus vt sues vescebantur nutrices illas inopis ac feræ fortis, vt loquitur Plinius libro 16. in procemio,) auctores sunt, cum inuento Ceteris vt idem l. 7. c. 56. testatur, frumenta setere, molere, & conficere docti sunt: ita quibus datum est gustate hunc panem de cœlo, carnalia quæcumque oblectamenta, non secùs ac porcorum siliquas fastidiunt. Hic panis siligineus, verèque adeps frumenti, omnibus in Christianam expeditionem Sacramento adscriptis, pro buccellato assignatur, præ quo cæpe & allia, & quicquid carnale corrupti sensus præoptarent, repudiandum est à Christi militibus, quibus hic panis semper suppetit.] Nolisaicbat ad fratrem Honestú Petr. Damian. opusc. 48. c. 2.) noli frater noli gulæ vel carnis deseruire libidini, qui te militem spopondisti sobrietatis autori. Pudeat te carnalium voluptatum esse vernaculum: nec collum tuum ingenuo Christi iugo submissum, vinculis se subiiciat barbarorum. Non Eglon Rex Moab sub sua te ditione possideat, sed tecum simul Aoth, illum inopinato pugione transfodiat. Nec Agag Rex Amalec, cum terreno Israël sub suo te impetio comprimat, sed cum Samuel coram te pet artus in frusta concidat. Non te destructor ille Hierusalem delectet, qui profectò quoniam illecebratum suggerit oblectamenta carnalium, super coquos habere dicitur principatum. Si te dulce quid mandueare delectat, diuinum illud ac mysticum manna in cordis toi palato sapiat, de quo dicitur, *quia gustuerunt, erat quasi similæ cum melle.* Similia scilicet ista de grauo frumenti fit quod in terram cadens ac mortuum, multum artulit fructum. Sed hæc similia melle conspergitur, quia humanitas redemptionis plena dulcedine Deitatis.

49. Similagineo pani opimitatem corporis Christi (vt cum Tertulliano dicam cap. 9. de pudic.) meritò confetri, inde liquet quod adipalis panis sit similagineus, simulque deliciosissimus & delicatissimus. Accedit typus antiquus interprete Iustino, sub medium Dialogi cum Tryphone. [Similæ (inquit) oblario, quæ pro mundatis à lepra solet offerri ex more, signatè significat panem Eucharistiæ, quem in memoriam passionis suæ purgantis ab omni peccato animas hominum, Iesvs Christus Dominus noster tradidit posteris, vt interim gratias agamus Deo; tum pro mundo propter hominem creato, eum cæteris quæ hoc continentur, tum pro redemptione qua liberati sumus à peccatis,

Sect. IV. Cap. III.

catis, principatibus ac potestatibus in vniuersum debellatis, iuxta diuinum consilium. Quapropter de sacrificiis vestris quæ tunc offerebantur, sic loquitur Deus vt supra dixi, per Malachiam vnum è duodecim. *Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus, & munus non accipiam de manu vestra: Ab ortu enim Solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco adolentur adoramenta nomini meo, victimæque puræ, quia magnum est nomen meum in gentibus, vos autem polluistis illud.* Cæterum de sacrificio quod offeritur in omni loco à nobis gentibus, id est Eucharistiæ tum pane tum poculo, ibidem prædicit dicens, non clarificare nomen eius, quod vos prophanetis. Est ergo panis è simila typus Eucharistiæ. Id quod ex S. Cyrillo l. 10. de ador. illustratum supra perpulchrè est §. 3. cap. 4. Sed in loco Iustini prolato, Græcè est σεμιδαλις non ἀμαλις. Quare non rectè Perionius, pro *simila* vertit *vaccam*, iure correctus à Demochare in Assertione veritatis Eucharistiæ *pag. mihi* 40. Simila igitur è qua panis optimus conficitur, nec nuda sed melle delibuta, offertur Deo in gratiarum actionem pro curatione lepræ sensuum externorum, quam ipsemet Christus speciebus illis obtectus efficit, sustollens hominem à corruptione & paruulentia per sensibilia obiecta eorúmque immoderatam captationem innecta, ad perfectam animi & corporis sanitatem, & gustum ac sensum corporalium oblectamentorum conuenientem.

CAPVT III.

Eucharistia lucerna heptamicos, contra septiformes peccati tenebras. Alia septem candelabri sancti lucernarum accommodatio, ad tenebrarum septem vitijs capitalibus illatarum, depulsionem per Eucharistiam.

1. QVæ de luce per Eucharistiam affusa hactenus sunt disputata, primarium & natura priorem Eucharistiæ effectum exprimunt; gratiam inquam sanctificantem cui subnectuntur virtutes Theologicæ & morales infusæ, nec non in virtutes Theologicas & morales infusas tecidentia dona Spiritus sancti, & auxilia gratiæ iisdem proportionata & consentanea.

Nunc alius effectus Eucharistiæ considerandus est, nempe depulsio tenebratum intelligibilium per illationem lucis internæ, hæc est remissio peccati, sine obliteratio maculæ, & succisio germinis eam radicem consequentis, nempe reatus pœnæ peccato admisso rependendæ. Sicque complebimus tractationem effectuum Eucharistiæ, per proportionem ad geminum similem lucernarum candelabri Mosaici effectum. Nam candelabri vsus, alius non est, quàm inferendi lucem, simúlque tenebras depellendi, quamuis prior natura est lucis illatio, quàm tenebrarum depulsio: sicut prior natura est generatio, quàm corruptio.

§. I.

Peccata, tenebræ intelligibiles. Earum per Eucharistiam depulsio, vniuersè,

2. Assigno mysterio Eucharistiæ pro effectu, depulsionem tenebratum intelligibilium. Quo nomine signantur in Scripturis & Patribus, tenebræ illæ in quibus nó ambulaturos qui ipsum sequerentur, ex Christi oraculo securi sumus. Hæ sunt solæ tenebræ iure metuendæ, iuxta illud D. Augustini tract. 35. in Ioannem. [Tenebræ metuendæ sunt, morum, non oculorum. Et si oculorum, non exteriorum, sed interiorum, vnde discernitur non album & nigrum, sed iustum & iniustum.] Satent Scripturæ, testimoniis ferentibus orbis per hanc tenebras oppressionem. Adduco quæ pancis multa constituit Petrus Damiani serm. 1. *initio.* [Cum omnipotens sermo nondum à regalibus sedibus descendisset, & nox in suo cursu medium iter ageret populus gentium ambulabat in tenebris quia dilexerunt magis tenebras quàm lucem variosque secuti errores, in circuitu impij ambulabant, euntes vnusquisque, alius ad villam, alius ad negotiationé suam; & obscuratâ est insipiens cor eorum, quia incuruatus est vnusquisque ad opus manuum suarum. Patres etiam illi antiqui, omnes sub nube fuerunt, eo quod aspiciebant in visu noctis, nec claritatem vultus Moysi poterant intueri, quia velamen erat positum super cor eorum, & erat aqua tenebrosa in nubibus aëris: cum videlicet filij Sion inclyti, conuersi sunt in vasa testea opus manuum figuli, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium plateaarum: argentum eorum versum est in scoriam, eo quod caupones eorum miscebant aquam vino, quando obscuratum est aurum, mutatur est color optimus, nec erat de eis qui faceret bonum, nec etiam vsque ad vnum. Tunc ergo tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, quia Iudæus & Gentilis, in tenebris strauerunt lectum suum, habitantes in tenebrosis & vmbra mortis.]

Peccatores tenebræ,

3. Vides densas tenebras Ægyptiacis haud absimiles, à quibus peccatores quoque dicti *tenebræ.* Vnde illa D. Augustini exclamatio tract. 3. in Ioan. ad illud, *& tenebræ eam non comprehenderunt.* [ô homines, nolite esse tenebræ, nolite esse infideles, iniqui, rapaces, auari, amatores sæculi. Hæ sunt enim tenebræ.] Planè sunt homines peccatores, tenebræ, vt hic asserit D. Augustinus, & confirmat sic accipiens illud, *rectores tenebrarum harum* Psal. 26. & in psal. 25. ad illud *vt audiam vocem laudis*, ac optimè in Psalmum 7. *in fine.* Item S. Gregorius 17. mor. cap. 14. ex Apostolo Ephes. 5. dicente, *eratis aliquando tenebræ*; post Origenem homil. 2. in diuersos, & S. Ambrosium serm. 35. *sub finem*, in falsi pœnitentis increpatione. Sed luculenter præ cæteris in hoc tenebricoso argumento versatur S. Chrysostomus in Psalmum 142. ad illud, *collocauit me in obscuris sicut mortuos sæculi.* [Tales sunt (inquit,) qui in peccatis viuunt. Ita enim sunt tanquam mortui

mortui in tenebris. Licet ergo lampades circumferant innumerabiles, licet ad Solem respiciant, licet ex vestibus & alio vitæ cultu, alacres & lætè moueantur, nihilo meliori, imo deteriori sunt conditione, quàm qui sunt mortui & agunt in tenebris; quatenus illa quidem res est naturalis, hæc verò est culpa voluntatis. Tenebæ quoque sont eæ quæ futuræ sunt, de quibus dicit, *Tollite eum, & mittite in tenebras exteriores.* Sont etiam viij tenebræ. *Sedentes* (inquit) *in tenebris & vmbra mortis.* Et Paulus, *non sumus filij tenebarum* Et rursum. *Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Et ideò quemadmodùm qui versantur in tenebris, nesciunt rerum naturam; ita etiam qui sunt in peccatis sunt obcæcati, & ea quæ apparent non discernunt, sed ad vmbras tanquam ad res veras currunt, dluitias & delicias, & potentiam persequentes: nec amicos, nec inimicos nouerunt, inimicis quidem tanquam amicis fidentes, cum amicis verò tanquam cum hostibus confligentes. Non vides, pauperes quotidie clamantes ac eiulantes, à nemine tamen audiri? Quare non audiont? Quoniam collocauit eos Diabolus in obscotis, sicut mortuos sæculi. Quod enim sont aliis tenebræ & mortis affectio, hoc est eis inhumanitas. Est eorum qui sedent in tenebris non videre mala quæ illos inuadont. Hoe etiam his accidit, qui non vident quæ iuxta eos sitæ sunt calamitates, & in voragines fossásque & præcipitia deturbantur. Est eorum qui sedent in tenebris, turpia secutè audere admittere. Hoc etiam faciunt qui nequiter viuunt, tanquam qui sedent in tenebris; & perinde ac si nemo homo sit qui quæ fiunt respiciat, omoia tam secutè perpetrant; in mediis vtbibus, tanquam in solitudine scelera cómittentes. Qui sedent in tenebris sunt in perpetuo metu. Ita hic etiã. Nullus enim raptor & auarus est metu alienus, quantumcunque se insolenter iactitet, & exttinsecùs lætantis speciem præ se ferat.]

Satan, tenebræ per Eucharistiam discussæ.

4. Quod si homines peccatores à tenebris peccati quibus occupantur, *tenebra* haud immeritò dieunrur; quantò iustiùs Satanas rector & princeps te_cbrarum harum, idem nomen sortiri poterit? *lapidem caliginis & vmbræ mortis*, appellatom à Iobo notat Rupert. l. 1. de Victor. Verbi Dei c. 19. S Macar. homil. 5. Principem malitiæ (sic Satanam nominat) ait esse *velut tenebras rationales malitiæ & mortis.* Disertè & signatè Apostolus Colost. 1. *tenebras* appellat cum ait: *eripuit nos de potestate tenebrarum.* Ibi quippe *tenebras*, dici Diabolum, & eius potestatem esse tyrannidem, qua premebat mortales. S Chrysostomos eo loco notat: & post eum Theophilactus. Principale tamen analogatum, à quo Satanas & homines peccatores *tenebræ* dicuntur, aliud non est quàm peccatom, quod verè *opus* est *tenebrarum*, qoo nomine passim donator in Scripturis. Quare incumbendum nobis est in eam curam, vt appareat, qnatenus peccatum per Eucharistiam dispellatur, siue vt factificium est, siue vt Sacramentum.

Quamquam si Satanam, peccati ineentorem, & pro potestate ae malitia qua flagrat, ardentissimum amplificatorem, expelli per Euchatistiam dixeto, autores habebo Patres grauissimos id liquidò contestatos; & suffragabitur cum experientia, ratio. S. Cyrillus lib. 2. Glaphir. tractans hostiam Agni, aptat ad expulsionem Satanæ per Eucharistiam, quod de exterminatore abacto per illitos Agni sanguine postes, scriptum habetor Exodi 12. Eodem 1oodo S. Ambios. serm. 8. in Ps. 118. ad illud *media nocte surgebã*, typum illũ exposuit his præter cætera. [Media nocte, primogeniti Ægyptiorom ab exterminatore sunt interempti. Ideoque S Moses Propheta, vt hoc præueniret tempus, ac sine Hebræorum fraude transiret, Agnum ante immolauit, hoc est vesperi, et manducantes eum & Pascha Domini celebrantes, non occupatentur exterminatoris insidiis, ne inermes & vacuos spiritualis alimenti, nocturna spicola tenebrosi hostis opprimerent. Hæc diligenter intende, prudenter intellige, sollicitè requite. Non perfunctoriè ista dicuntur, sed diuina tibi mystetia declarantur. Præueni & tu insidias tentatoris instaura ptiùs cœleste conuiuiom.]

Radij virtutũ ab Eucharistia.
§ 1. Vniuersè.

5. Chrysostomus ad eandem mentem homil. ad Neophytus. [Cum te egredientem, post conuiuium Dominicum viderit inimicus, post cœlestes epulas tanquam ignem Iconis ore flammantem, fugit & desetit omni vento velocior, nec appruximare contendit. Et cum cruentam linguam tuam de longè ille etudelis perspexerit, mihi crede non stabit: & eum os tuum sensent rutilare, gressum suum retrò eum timore torquebit. Vis huius sanguinis audire virtutem? Reclamus ad eius exemplum, & ptiotem typum recordemur & pristinam scripturam narremus. In Ægypto, nocte media Ægyptiis Deus plagam decimã minabatur, vt eorum primogenita deperirent, quia ptimogenitum eius populum detinebant. Sed ne amata plebs Iudæorum vnà eum illis periclitaretur, quia vnus locus cõtinebat vniuersos, remedium discretionis inuentum est. Proinde exemplum mirabile, vt discas in veritate virrutem, ira diuinæ indignationis sperabatur, & mortifer, domos singulas circuibat. Quid igitur Moyses. *Occidite* (inquit) *agnum anniculum & sanguine eius limite ianuas.* Quid agis Moses? Sanguis ouis, rationabilem hominem liberare consuevit? Valde inquit: non eo quod sanguis est, sed quia Dominici sangulnis per eum demõstratut exemplum. Nam sicut tegnantium statuæ quæ sine sensu sint atque sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus anima atque ratiooe decoratis subuenire consuetunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia tenirent imaginem principalem; ita & sanguis ille qui irrationalis fuit, animos habentes homines liberauit, non quia huius sanguinis ostendebat aduentum. Et tunc Angelus ille vastator, cum linitos postes atque aditus peruideret, transiecit gressus, & non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus, non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem sanguinem veritatis, Christi templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahit. Si eoim Angelus cessit exemplo, quanto magis terrebitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem?]

Algetus lib. de Euchar. c. 16 fructum mysterij Euchatistiæ à propulsatione Satanæ maximè repetit, dicens de actione immolati Christi per Sacerdotem: [Dum veram Christi passionem & mortem, quadam sua similitudine figurando repræsentat, nos ad imitationem ipsius passionis, inuitet

Sect. IV. Caput. II.

tuitet & accendat, contra hostem nos roboret & muniat, à vitijs purgans, & virtutibus condecorans, vitæ æternæ nos idoneos ac dignos exhibeat. Licet enim eius oblatio in cruce semel, sufficerit ad omnium salutem & redemptionem, tamen quoridie est etiam necessaria, ad muniendam humanam fragilitatem, quæ quotidie tentatur & labitur, vel criminalibus vel saltem venialibus peccatis sine quibus hæc vita duci non potest. Non enim hac singulari victima tantummodò, peccatorum absolutionem à Deo consequimur, sed & contra tentationes munimur: quia cum ex perceptione corporis Christi videri aduersarius hospitium nostrum occupatum cœlestis fulgore præsentiæ, intelligens locum tentamẽtis suis intercludi per Christum, fugiet ac recedet.] Egregiè idem tradit Petrus Damianl opusc. 50. c. 3. adhortans Blancam ex Comitissa sanctimonialem vt frequenter communicaret. Idem l. 2. Epist. 8. quæ est ad Hildebrandum, tunc Archidiaconum, agens de Satana colubro. [Vt colubrum hunc valeas efficaciùs rumpere, sactificij saluaris hostiam satage frequenter offerre, vt dum ora tua, Christi perspexerit cruore rubentiæ, territus contremiscat; præstò diffugiat, Sacramento quo captiuatus est propiùs accedere non præsumat; sic effœtis continuò viribus corruat, & in scrobe suæ malitiæ, quantum ad te, perpetuò conditus delitescat.] Lætaris ad hoc negotium compluribus scripturæ plagulis, illustrat, illud, Franciscus Mendoca 1. Reg. c. 5. annot. 17. sect. 1.

6. Experimentum fugati per Eucharistiam Satanæ, adeò multiplex ac frequens est, vt vix sit cur diligentiam in hac parte probemus: Notissima est apud Prosperum in dimidio temporis c. 6. natratio de Puella Arabissa à qua Satanas beneficio admotæ diuinæ Eucharistiæ, extrusus est. S. Augustinus 22. Ciuit. c. 8. domum Hesperij Fussalensis, oblato ibi sactificio corporis Christi, libertatem à vexatione spirituum malignorum, seruos & animalia miserè habentium, testatur. S. Bernardus Mediolani in Ecclesia S. Ambrosij, energumenam fœdè à Satana veteri inquilino deformatam, adhibita Eucharistia, pulso aduersario, liberauit, vt scribit in vita sancti viri Guilhelmus Abbas. Apud Thomam Cantipratanum l. 2. Apum c. 55. n. 23. spectrum dæmoniacum prolata Eucharistia procul abactũ est. Nec absimile est quod tecitat Cæsarius l. 9. mirac. c. 12. Pulsum à Nonnis religiosis quæ à Satana inuasæ fuerunt dirum hospitem admota Eucharistia ex Ioan. Molineto in Chronicis Belgicis ad annum 1490. recitat Delrio l. 6. Magic. c. 2. s. 3. q. 3. vbi alia pleraque exempla constipat: & alia insuper adducit Brendebachius l. 9. collationum sacrarum, ac Fayus in Energumenico, & Thyræus libro de Dæmoniacis p. 3. c. 46. n. 15. & 25. Adolescentem quem Satanas citra fidem Eucharistiæ mitè obtenebrabat, omnibus aliis remedijs frustra tentatis, consilio hominis prudentis frequentasse Eucharistiam, & discusso Satana, vberrime illuminatum & tranquillatum esse scribit Gerso tract. 9. super magnificat partit. 1. Acta S. Auxentij Abbatis 14. Feb. produnt, Basilium quendam Monachum à Satana sæuissimè habitum & toto corpore sauciatum, inclamante tertium S. Auxentio, assidere iussum. [Cum is autem citò assedisset, dicit ei, surge accipe potestatem aduersùs tentatorem, non ampliùs timens improbos & immundos dæmones. Insit itaque eum surgere, & sumere venerandum corpus & viuificum sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & statim rursus reuerti in suum locum. Qui cum abiisset, & hoc modo, non ampliùs fuisset tentatus, & septem annis fortiter exercuisset, in pace migrauit ex hac vita.] An hic Eucharistia vocatur *potestas aduersus Satanam tentatorem*? Ita videtur. Quo nihil in præsens negotium, profecti luculentius potest.

Vt tectores tenebratum harum, ita filios tenebrarum, admota Eucharistia prostratos ac domitos esse, historiæ omni fide conscriptæ prodiderunt. Homo enim dæmoni similis, furens in omnia sancta, ipsumque etiam Christi Vicarium Gullielmus Comes Pictauiensis, à S. Bernardo admota Eucharistia, ad officium adactus est. Quid S. Virgo Clara, prolata Eucharistia, ast officium adactus est. Quid S. Virgo Clara, prolata Eucharistia, contra spurca Satanæ Mancipia sit molita, neminem latet qui eius historiam legerit. c. 14.

Non est reticendum illustre in hanc ipsam rem exemplum quod refert S. Bernardin. serm. 2. in Euang. feriæ quintæ post Cineres, *ad finem secunda partis principalis*. Dulcinus hæresiarcha fuit spurcissimus; qui non contentus sua illucie etiam aliis ad omnem turpitudinem Magister erat. Et quia turpitudo illeebrosa est, dẽsum cœtum breui adunauit, cuius consensione tegebatur. Quia verò vix vnquam nouæ hæreseos buccinator, absque fœmina peruersitatis cooperaria, impegit Margaretam quandam, (incertum an vxorem an scortum) nequitiæ consortem habuit Excitatus denique pereuntium multitudine Romanus Pontifex qui tunc Ecclesiæ præerat, septem aduersus Dulcinum & profanam eius sectam Inquisitores ditexit, seculari brachio benè munitos, nam miles copiosus erat ad manum. Conclusus intra vnam munitissimam vrbem Hæresiarcha, cum Berta sua ciuibus in eius gratiam obsidionem per triennium obfirmatè ferentibus, randem obsidentium pertinacia fatigatis incolis deditus est cum sua Margareta Dulcinus; qui per præstigias & operationes erroris, conciliabat fidem peruersis suis assertionibus, nihil verius super lignorum struem, componere charam suam Margaretam, contestans futurum ab igne prorsus illæsam, ad suæ perfidiæ comprobationem. Rogo impositæ stetit indemnis ad multam moram, ita vt plebs fidelis, titubaret, videns non posse succendi ignem ad mulierculam viui comburio cui se obiecerat extinguendam. Ex septem denique quæsitoribus vnus, pertæsus moræ, & videns dæmoniacam artem cæteris mediis non eneri; allata diuina Eucharistia, Satanam fœminæ tototem profligauit, statimque soluto maleficio, & enecuata omni Diabolica virtute ad corporis Christi præsentiam, ignis in mulierculam præualuit, & in flammas ac cineres misera abiit. Horrent ergo Dæmones Eucharistiam.

7. Ratio quam suffragari dicebam, in promptu est. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Non ignorat Satan, Christum reipsa adesse præsentem in Euchatistia. Quamuis enim suis partiarijs omni ope annitatur suadere, Christi duntaxat figuram & imaginem subesse pani & vino; tamen non latet ipsum, adesse reuera Christum, & abesse panis ac vini substantias. Nec illud

etiam

etiam ignorat, Chriſtum qui præſens adeſt, illum ipſum eſſe Dominum ac Deum ſuum, cuius perpeſſionibus proſtratus eſt ac traductus, (vt Apoſtolus loquitur;) id eſt oſtentui habitus in cruce. Quare mirum non eſt, ſi ad eius præſentiam cohorreſcit, & vultum diuinum ferre non ſuſtineos, proripit ſe ſe. Nam neque canes malè aliquando multati, ſi denuò incurrant in eum à quo percuſſi fuerint, audent conſiſtere. Experimur, dæmonem vſu ſacrorum amuletorum abigi, nec ſiue aquam ritu Eccleſiaſtico benedictam, ſiue ſactas reliquias; ſiue ſacramentalia quæcumque precibus Eccleſiæ veluti fœta ſuſtinere. De ſigno crucis fugante dæmones, luculenter Gretſerus l. 4. de cruce c. 36. contendens c. 62. huiuſmodi eius & ſacramentalium effectus, eſſe ex opere operato. Hoc ſi poteſt crucis ſignum (& modum iam non attendo, contentus certum eſſe rem ita ſe habere,) quis dubitare poſſit, quin idemmet Chriſtus qui in cruce pependit, multo efficaciùs ac poteoriùs idem præſtet, ſub ſpecie peregrina quidem, ſed tamen verè ac ſubſtantialiter præſens, & fortior ſuperueniens vincat & expellat amarum? De tenebris ſubſtantialibus, (ſi fas eſt dicere,) per Euchariſtiam depulſis, non plura.

Peccata, tenebræ intelligibiles primariæ, quomodo expellantur per Euchariſtiam, prout ſacrificium.

8. Ad eas quas memorabam primarias tenebras, illata Euchariſtiæ luce diſcuſſas: peccata inquam, veniendum eſt. Quod ergo peccatorum depulſionem, Euchariſtiæ tanquam effectum adſcripſi, non eſt accipiendum de immediata & per ſe facta peccati ſimpliciter dicti excluſione. Id enim falſum eſſet, ſiue ſacrificio, ſiue de Sacramento ageretur. Sactificium quidem confici in remiſſionem peccatorum, pono extra dubium, ex frequentibus in eam rem Conciliorum oraculis, & Patrum dictis. Videndus præter cæteros Iulius Papa c. *cum omne crimen*, de conſect. diſt. 2. & Concilium Trident. ſeſſ. 22. c. 2. Item creditus Cyprianus ſerm. de cœna Dom. Auguſtinus q. 57. in Leuit. Damaſcen. 4. fid. c. 14. Iuxta hos & alios Patres, ſanguis Chriſti in myſtica mactatione diuinæ boſtiæ, effunditur in remiſſionem peccatorum; & ad ſanandas iofirmitates, purgandaſque iniquitates. Agiturque iis locis tam perſpicuè de peccato accepto pro culpa, vt mirum ſit venire in mentem potuiſſe Cano 12. de locis c. 13. *ad* 9. detorquere loca prædicta, ad illum improprium vocis vſum, quo interdum *peccati* nomine deſignatur meronymicè reatus peccati. Adhibito igitur tradi locis illis, ſacrificium Euchariſtiæ depellere peccata. Sed hoc non præſtat niſi mediatè, ſiue impetratis auxiliis ac diſpoſitionibus, coogruentibus ad depulſionem peccatorum, & conſecutionem victoriæ. Quod non modò valet de peccatis ſimpliciter dictis ſiue mortalibus, vt ex defectu promiſſionis Chriſti, ſiue in Scriptura, ſiue in traditione conſignatæ plenè confirmant Vaſques 3. p. d. 218. c. 2. & Henriques l. 9. c. 14. n. 3. ſed etiam de venialibus: pro quibus Canus ſupra, & Alanus l. de Miſſa c. 33. contrarium docent; meritò reiecti à Vaſque ſupra c. 3. à Suare t. 3. 3. p. d. 79. ſ. 3. Ægidio 3. p. q. 83. num. 136. ac Leſſio lib. 12. de diuin. perfect. n. 102. Sanè cum Deus prouiderit alia remedia quibus peccatorum cum mortalium tum venialium remiſſio obtineatur ex opere operato; nempe Sacramenta, quæ ad hominis ſanctificationem, & plenum à labe nitorem per ſe primò ordinantur; meritò illis potiùs conſertus eſt hic effectus quàm ſacrificio, cui alius primarius effectus reſpondet. Itaque vnicus modus quo ſacrificium incruentum habet effectum ſuum quoad remiſſionem peccati mortalis aut etiam venialis, eſt per impetrationem auxiliorum, quorum interuentu homò diſponatur ad aſſequendam peccati remiſſionem. Nam immediatè, ne ipſum quidem cruentum crucis ſacrificium, à quo omnis efficacia incruenti ſacrificij orta eſt tale quid præſtitit. Vnde nec video qua ratione Valentia 3. p. d. 6. q. 11. p. 1. §. 22. ſtabilire poſſit quod aſſerit, ei pro quo offertur ſacrificium incruentum, conferri per illud primam gratiam per accidens: ſi bona fide, cum ſola attritione ſit apiatus ad mortalis peccati abſterſionem. Cuius effectus quoad ſacrificium incruentum, nullum occurrit fundamentum idoneum, ſiue autoritas, ſiue ratio conſulatur.

Lux Euchariſtiæ contra peccata, § 1. Primò.

Ac etiam prout Sacramentum.

9. Iam quoad abſterſionem immediatam peccatorum mortalium per Sacramentum Euchariſtiæ, quamuis verum ſit illud per accidens poſſe tollere peccamm mortale, & conferre primam gratiam ſanctificantē, vt concedit D. Thomas 3 p. q. 79. artic. 3. & ſubſcribunt Tutrecremata tract. de Euchar. c. 10. *effectu tertio*. Bellarm. l. 4. de Euch. c. 19. ad 2. Alanus l. de Miſſa c. 40. Valent. 3. p. d. 6. q. 7. p. 1. & q. 8. p. 3. quæſtiunc. 2. reclamante licet Vaſque 3. p. d. 205. c. 4. & 5. Tamen vt exploratum ſtatuo, & communi Doctorum ſuffragio firmatum, hoc Sacramentum per ſe & vi ſuæ inſtiturionis, non remittere peccatum mortale, nec conferre primam gratiam ſanctificantem. Eſt enim ſacramentorum viuorum. Vnde cum non poſſit ſupponere effectum ad cuius collationem inſtitutum eſt, non poteſt eſſe inſtitutum ad cauſandam per ſe primò remiſſionem peccati mortalis, quàm ſupponit, eo ipſo quod iuxta ſcripturas & Patres ordinatur ad cibationem animæ, ſiue ad augmentum vitæ ſpiritualis præbabitæ. Ago tantùm de peccatis ſimpliciter dictis, ſiue mortalibus: quia de peccatis venialibus fateor aliam eſſe rationem. Non obſcurè ſiquidem Concilium Tridentio. ſeſſ. 13. c. 2. tradit Sacramentum Euchariſtiæ habere pro effectu remiſſionem immediatam venialium ex opere operato. Docet enim hoc Sacramentum præſeruate à mortalibus, & libetare à venialibus: qui modus loquendi fert remiſſionē venialium ex opere operato huius Sacramenti: vtique ſuppoſita aliqua ſupernaturali eorum deteſtatione, ſiue qua nulli vnquam adulto datur remiſſio peccati: Vnde non ſufficeret defectus complacentiæ actualis erga venialia, contra Suarem t. 3. 3. p. d. 63. ſ. 10. parum conſentanea ad ea quæ habet t. 4. 3. p. d. 12. ſ. 1. *in fine*. Quamuis igitur res ita habet quoad peccata venialia, tamen de remiſſione mortalium quæ ſunt peccata ſimpliciter dicta; negandum eſt, eam cauſati poſſe per Euchariſtiæ Sacramentum per ſe loquendo, vt rectè monſtratum eſt ex eius inſtitutione in ratione cibi.

Sectio IV. Caput II.

Præuentio peccatorum per Eucharistiam.

10. Potest tamen alia quadam ratione omnibus planè peccatis communi, dici, Eucharistiam pellere tenebras intelligibiles formaliter accepias, siue peccata, quatenus ea præuenit, & ne incurrantur præmunit animam: impetratione auxiliorum congruorum & remotionis occasionum labendi, quod præstat prout sacrificium est. Prout verò est Sacramentum præmunit animam aduersùs peccata, collatione iuris ad prædicta auxilia in tempore opportuno obuentura, occasionúmque remotione per prouidentiam extrinsecam. Eucharistiæ prout sacrificio quoad effectum de quo agimus, adscripsi tantum impetrationem auxiliorum, Idque ad quoscunque fines bonos tulerit offerentis intentio, iuxta misericordiam & voluntatem Dei, absque necessariò seruata proportione ad dispositionem eius cui quæruntur auxilia, vt fusiùs prosequuntur Vasques 3.p.d.228. num.21. & Suares t.3. 3.p.d.79.s.3. *in fine.* Ex quo liquere videtur, hunc effectum non causari ex opere operato sacrificij; contra Ægidium 3.p.q.83.n.237. Eucharistiæ autem prout Sacramento, assignari pro effectu quoad rem de qua agitur, præmunitionem animæ quoad quæcunque peccata. Quod peteleganter & admodùm piè exposuit S. Bernardus serm. 1. de cœna Domini vbi tradens varias gratias quibus homo per varia Sacramenta inuestitur, cum deuenit ad Sacramentum Eucharistiæ, ita disserit. [Dixi vobis sæpiùs, nec meminè excidere debet, quoniam in casu primi hominis, cecidimus omnes. Cecidimus autem super acerbum lapidum, & in luto: Vnde non solùm inquinati; sed etiam vulnerati & grauiter quassati sumus. Lauari quidem citò possimus, ad sanandum verò opus est curatione multa. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographum damnationis nostræ: & gratia hæc nobis confertur, ne iam nobis concupiscentia noceat, si tamen à consensu abstineamus, atque ita tanquam sanies inueterati vlceris remoueatur, dum tollitur damnatio & responsum mortis quod priùs inde manabat. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris huius fetre queat? Confidite, quia & in hoc gratia subuenit. Et vt securi sitis, Sacramenti Dominici corporis & sanguinis pretiosi inuestituram habetis. Duo enim illud Sacramentum, operatur in nobis; vt videlicet & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sæpè modò, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiusmodi gratias agat corpori & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat quod pessimum vlcus accedat ad sanitatem.]

11. Sed præclare in eandem sententiam Laur. Iustin. serm. de Euchar. num. 9. [Potrò (inquit) dum Eucharistiam accipis, accidentia vides, panis ac vini saporem sentis; vnde oro, si panis & vini substantia est & non corpus Christi, ex hac cibi modicitate & potus, tanta in anima & corpore prouenit fortitudo, interioris hominis innouatio, charitatis diuinæ feruor, spiritualis suauitatis iucunda illatio; in timæ pacis affluentia, æternorum amor, desiderium proficiendi, virtutum concupiscentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio? Ex huius sumptione denota, cassant odia, contentiones sopiuntur, ditimuntur lites, vitia displicent, diligitur pudicitia, terrena vilescunt efficitúrque homo alius, non per naturam sed per gratiam, motatúrque totus in melius. Compescit linguam, amat silentium, orationi vacat fraternitatis custodit vnitatem, cordis sectator mundiriam, & quicquid Deo placere cognoscit. Istiusmodi spirituales profectus non aliunde prouenium, quàm ex S. Spiritus bonitate, Christique amabili præsentia, qui in sui corporis Sacramento, tam mirificè operatur non tameo vniformiter, sed iuxta dispositionem vniuscuiusque sumentis, ipsiúsque miserentis Christi.]

Iuuat in huius argumenti expositione distinctiùs incumbere, & quomodò peccatorum tenebræ luce Eucharistiæ dispellantur, sigillatim perpendere, discussis septem capitalium peccatorum, ad quæ peccata omnia referuntur, caliginosis capitibus, monstrando quàm appositè, lux Eucharistiæ per totidem oppositas lucernas promicans, tenebras intelligibiles inde offusas discutiat, qua suppeditatis auxiliis gratiæ hominem præuenientibus ad sanctos actus oppositos, quà suggesta homini materia negotiandi per sanctos actus & causa obiectiua auertendi se à malo. Eam in rem opportuna videtur narratio à Plinio consignata l.34. cap.3. de candelabro arboris modo, quod Appollini Palatino sacrum erat, nam placuisse in delubris huiusmodi candelabra siue sychnuchos, arborum modo mala ferentium, notat ibi Plinius. Erant hæc vetè tenebricosa candelabra quippè non Deo viuo & vero dicata, nec ad religionis vsum destinata, sed seruientia superstitioni impensæ Dæmoniis, quorum malignitas caligo est densissima, & obsequium, nox teterrima. Quid autem vetat ambitum malitiæ vniuersæ, tanquam infaustæ arbotis radicem, truncum, & ramos cogitare? Radicis locum cupiditas mala vniuersè accepta, naturæ corruptæ implantata tenet: trunci superbia: propaginum sex reliqua primordialia & capitalia peccata. Ita ferè video, malam nequitiæ arborem à S. Gregorio exptiml. 31. aliàs 17. Huic infaustæ & malignæ arbori, ex earum genere quas arbores tristes ouncupant qui exoticarum plantarum historiam deseripserunt, Sapientia Christi opposuit arborem noctilucam: candelabrum inquam fulgentissimum, specie arboris expressum, cuius septé lucernis velut septem lucidissimis faclibus, è ramis aureæ hulus arboris lucé copiosam per totam hanc noctem nostram spargentibus, opera tenebrarum, & caligo vmbræ mortis ad ea consequens dispelleretur. Gerso tract. 9. super magnificat partit. 3. ex septuplici conditione hostiæ, hanc Eucharistiæ & septem peccatorum mortalium pugnam obiter insinuat, quem vide.

§. II.

§ II.

Lux Eucharistiæ, contra tenebras superbiæ.

13. Superbia peccatorum omnium caput, caliginosa admodum est ac renebrosa. Qui olim à splendore gratiæ & humilis de seipso sensus *Lucifer* adiuit, tenebratus es, cum primùm superbus enasit: Eius item partiarij qui *Angelis lucis* nominabantur, quamdiu in veritate hoc est in humilitate quæ vera sui ipsius notitia est, perstiterunt: *rectores tenebrarum harum* sunt appellati, cum primùm fuliginè superbiæ afficiuerunt sibi. Impios sæculi sapientes, quod superbiam adamassent, tenebris obscuratum habere intellectum, pronunciauit Apostolus. Nec mirum. Deus enim lux est ac fons luminis, cui propinquare est illuminari ac lucere, ab eo autem tanquam vero Iustitiæ Sole procul fieri, est tenebrescere. Er altus quidem est Deus, sed tamen alta à longè cognoscit; vt piè admodùm disserit D. Augustinus in Psal. 93. tractans foueam fossam peccatori, & homilia quinquagesima *ferè initio*, sæpéque alibi. Longè itaque aliter se habet res in sole materiali, quàm in Sole iustitiæ. Nam Sol materialis, copiosiùs illuminat eos qui altiùs subuebuntur, quia agit vehementer diformiter; ac proinde tenuiùs exerit vim suam in remotiores. Apud Deum autem, quia liberè agit; qui vult illi vicinari, necesse est vt se deiiciat, quia hoc est esse Deo viciniorem, iuxta D. Augustinum in Psalmum 83. ad illud, *& humiles Spiritu saluabit*, qui hæc esse ait, *magna mysteria.*

Quid tam tetram caliginem aptiùs dispellat, quàm lux humilitatis Christi in Eucharistia, & splendor immensæ illius demissionis, qua in voluerse Christi vitæ mysteriis nulla occurrit luculentior? Est enim in hoc mysterio, exinanitio par, aut si quid rationes s. 3. cap. 5. propositæ confecerunt, etiam maior, quàm in Incarnatione & suspendio crucis. Itaque verissimum est, carnem Christi, hic quoque ad vilitatem & abiectionem nostram deiecti, factam nobis esse in hac nocte, lucernam splendentissimam. [Quomodò est nox illuminata, (ait D. Augustinus in psal. 138. ad illud, *& nox illuminatio mea*) Quia Christus descendit in noctem. Accepit Christus carnem de isto sæculo, & illuminauit nobis noctem. Perdiderat enim drachmam mulier illa, accendit lucernam. Sapientia Dei perdiderat drachmam. Quid est drachma? Nummus, in quo nummo imago erat ipsius Imperatoris nostri. Factus est enim homo ad imaginem Dei, & perierat. Et quid facit mulier sapiens? Accendit lucernam. Lucerna de luto est, sed habet lucem qua inueniatur drachma. Lucerna ergo sapientiæ, caro Christi. De luto facta est, sed verbo suo lucet, & inuenit perditos, & nox illuminatio in deliciis meis. Facta est mihi nox in deliciis. Deliciæ nostræ Christus.]

14. Promicat ab hac lucerna tantus splendor, vt tenebras superbiæ nostræ potenter dispellat. S. Augustinus sermone quodam de S. Laurentio, non dubitat pndore suffundendnm superbum, qui Christum in cruce suffixum meminerit. Naxianzenus verò orat. 10. neminem fore adeò stupidum existimat, qui superbire ausit, Christo inter latrones cosiderato. Cum igitur status Christi, etiamsi in cœlo gloriosissimi, sit in Eucharistia abiectior, quàm fuerit status crucis, vt capite illo quinto, manifestè cuicimus; concluditur, omnem superbum, ad hanc lucem, tanquam colubrum excantatum & suffumigatum, in suas tenebras rertudendum, Er superbia quidem, iuxta S. Basilium in reg. brenior. ad interrog. 35. inde liquidò perspicitur, quod semper quæ eminentiora sunt quærit. Est enim leuis. At leuitas omnis, alripera est, & sursum versùs vigore subtilitatis effertur vt verba D. Paulini epist. 22. huc aduocem. Humilis è contrario, quia grauis est mentis, & magno bonorum pondere deprimitor, tendit deorsum. Hic Christus omoes gazas & thesauros suos possidens, tamen deiectus ad tantam vtilitatem, facit ventis nostris pondus. Vir vanus iuxta Iobum, in superbiam erigirur, & qnasi pullum onagri, liberum se natum putat. Nam sicut iuxta S. Benedictum gradus humilitatis gradibus superbiæ oppositos recensentem primus humilitatis gradus est obedientia cæca, & omnibus cumulata numeris; id quod ille c. 8. Regulæ accuratè persequitur: Ita gradibus primus superbiæ, statui potest excussio iugi, & inobedientia ad legitima iussa. Christus vt has tenebras nostras illuminaret, exquisitum & vndecumque perfectum obedientia exemplar, seipsum proposuit in Encharistia, dum non habita tatione dignitatis ac meritorum Sacerdotis, quem pro superiore in hac parte vult habere, ad omnem eius nutum se fingit: non contradicens aut repugnans, quicquid ille de eo statuat, rectè aut secus, vt fusiùs monstratum est sect. 3. c. 7. Quod si gradus ille humilitatis, non est primus nisi ordine enumerationis inter complures quos ibi recensurus erat S. Benedictus; primus autem absolutè ac simpliciter gradus humilitatis, est agnitio dependentiæ suæ à Deo, & rertusio in suũ nihilum, præ illo tanquam primordiali causa omnis boni: sicut è contrario superbia est elatio erga Deum, constituendo se fontem fluminis sui, quod solius Dei proprium est, vt luculenter dixit Paschas. Diaconus l. a. de Spir. sancto cap. 7. non potuit Christus tenebras illas ignorantiæ potentiùs dispellere, quàm statuendo se in iugi statam sacrificij ac victimæ, professionem continentis, summæ dependentiæ qua homo subiicitur Deo. Christus enim in sacrificio iucruento est hostia singularissima, cui abrogatis nunc omnibus aliis pecudum & corporalium rerum sacrificiis decus illud sacrificio generatim conueniens, nimirum contestandi Deum in tatione primi principij à quo pendent omnia, deesse noo debet. Quàm perfectum igitur est hoc sacrificium, tam perfecta est recognitio Dei quàm Christus hic exhibet: non tantum tempore consecrationis quo immolatio Christi perficitur, sed etiam quamdiu species perseuerant. Nam quamuis species panis quæ sola ad longum tempus asseruatur, non est sacrificium complerum & integrum in facto esse; tamen eo ipso quod Christus attenta præcisè vi verborum, statuitur sub speciebus panis, absque sanguine & anima: & in eo statu (quantum esset ex verborum efficacitate,) perseuerat

Lux Eucharistiæ, contra peccata. § II. Superbia.

Sect. IV. Cap. III.

ſeuerat quamdiu ſpecies perſtant ineorruptæ: recte dici poteſt obiici Deo, vt immolatus atque deſtructus vi verborum, in diuinæ Maieſtatis, & dependentiæ ab ea acceptæ recognitionem: quod eſt eſſe in ſtatu perpetuo ſactificij in facto eſſe, & in ſtatu humilitaris ſuperbiam noſtram ſine interm:ſſione contundentis.

15. Apud S.Thomam opuſc. 58. cap.8. triplex aliud humilitatis Chriſti io Euchariſtia ſpecimen perpenditur, vnde ſuperbiam noſtram coërceti par ſit. Occultat enim hic Chriſtus tanquam verè humilis, perſonam ſuam, occultat pulchritudinem, occultat bona opera. Ex quo docemur abſcondere nos quoque perſonam noſtram, & dotes ac ornamenta, & denique opera bona: in quibus omnibus oſtentandis, operoſa & frequens eſt humanæ ſuperbiæ negotiatio. Hic Chriſtus è contratio, vt ponamus tumorem, eſt Deus abſconditus, iuxta illud Iſaiæ 45. *Verè tu es Deus abſconditus.* Et illud ibidem cap.7. *Expectabo Dominum qui abſcondit faciem ſuam.* Abſcondit verè Chriſtus in Euchariſtia faciem, vel etiam mutat vultum, vt habet titulus Pſal.33. ex D.Auguſtini interpretatione. Inſuper abſcondit hic Chriſtus ſpecioſitatem vultus ſui, ac elegantiam formæ natiuæ. Nam hic quoque de eo dici poteſt; *non eſt ſpecies ei, neque decor &c. & abſconditus vultus eius atque deſpectus.* Tandem abſcondit hic quoque Chriſtus ſua bona opera. Nam cum reuera reficiat animam eiuſque ſpiritualem vitam augeat atque perficiat, apparenter tamen non videtur cibare niſi corpus. Itaque habemus hic plenum & conſummatum noſtræ ſuperbiæ amuletum, nec vlla ex parte Solem affectare poſſumus, quin per has Dei in latibulo ſuo poſiti tenebras, quas Ruffinus pſal. 17. eſt interpretatus de Euchariſtia, commoneamur officij, & retruſionis debitæ in noſtrum nihilum.

§. III.

Caligo auaritiæ, luce Euchariſtiæ, eliminata.

16. Sunt ab auaritia æquè ac à ſuperbia, tenebræ admodùm denſæ, & valdè tetra caligo, *denſas & continuas tenebras*, nominat S. Chryſoſtomus homil. 11. io 1. Cor. ad illud, *illuminabit abſcondita tenebrarum.* Probat quippè auarum vndecunque obuolui tenebris. [Quando enim videris opteros in foro autatos equos agitantes, homines prætioſis indutos veſtibus, qui cupiditatis morbo tenentur, multis tenebris circumfunditur. Et quid opus eſt domos & auriſicinas memorare? Ego enim huiuſcemodi homines arbitror, etiam ſiue ſcriptas ſine pictas diuitias videant, diſtrahi, exaſperati furere. Itaque vndique eos tenebræ comprehendunt.] Scitè Iſidorus Peluſiota l.2. Epiſt.234. auaros ait damnari ad metalla, nec ſecus ac miſeros illos metallorum effoſſores perpetuis damnari tenebris, intra terram agentes ærumnoſam vitam, extra Solem & lumen liberum, circumfundi ſemper caligine. Idem lib.4. epiſt.188. Lucium quemdam Peluſienſem Archidiaconum, morbo auaritiæ labotantem coargueus, miratur quod qui deberet totus eſſe oculeus, per improbas tamen actiones, offunderet tenebras cœtui in quem cooptatus erat, & Antiſtiti cui aderat, diuinum altare caligine auaritiæ infuſcans. Eſt igitur auaritia tenebroſum planè malum ac cœcum, vt non abs re Gentiles, falſum numen quod præcllc auaritiæ & defoſſo auro incubare fingebant, *Plutum* nomine, tenebris perpetuis addicerent. Quid verò magis tenebris obſtium ac cœcum, quàm denſum lutum circum ſe perpetuò aggerere, & præterra (cuiuſmodi ſanè eſt omne aurum & argentum quod auaritiæ eſt in deliciis,) cælestia & æterna deſpicere. Sudare & algere, vt accumulentur quæ fures effodiunt, & ærugo ac tinea demolitur; cum poſſit æterna fœlicitas commercio infinitè lucroſo, per hæc minutalia liberaliter in Dei gratiam diſtracta comparari? Ad extremum in eam ſe induere malorũ chiliadem, quam Iſidorus Peluſ. graphicè æquè ac perelegauter deſcribit l. epiſt. 147. & 233. nulluui mali genus ex hoc monſtro peccati, (uam & ſpecie monſtri illud repræſentat,) non exoriri contendens? Fatendum eſt, huiuſmodi tenebras videri debere palpabiles, quibus fidem & cognitionem naturæ noſtræ collactaneas profligari, admoner Heſychius Centuria 1. num.57.& 58.

17. Vnde vberior ac liquidior lux, ad tam terræ caligioisab actionem poſſe exiſtere cenſenda eſt, quàm ex immensa Dei largitate, coruſcante in Euchariſtia? Ibi ſiquidem beuigniſſimus Dominus diuitias omnes ſuas effudit, congerens in hoc myſterium in gratiam mortalium, quicquid bonum & pulchtum habuit. Non pepercit rheſauris vllis ſuis. Diuinitatem, & cum perſona Verbi, Patris quoque & Spiritus ſancti hypoſtaſes, per circuminſeſſionem indiuiduas ſibi comites, humanitatem ſanctiſſimã, & donorum ac gratiarum omnium quibus eam cumulauit abyſſum, communicat vnà cum ſpeciebus quibus corpus ſuum ac ſanguinem obtegi ad cibandum hominem voluit. Vt non dubitarie proinde S.Chryſoſtomus profiteri, hom.24. in 1.Cor. [Euchariſtiam cum dico, omnem benignitatis Dei, thesaurum aperio.] Attendit verò diligenter S.Thomas, aut quiſquis demum Autor opuſ.58.c.5.tot & tanta perfectæ liberalitatia capita in hoc myſterium concurrere, vt nulla poſſit eſſe maior libetalitas. Expendit autem magnitudinem ac pretioſitatem doni, nobilitatem dantis, & vtilitatem accipientis. Ex parte rei datæ, nihil hic deſiderati poteſt ad liberalitatem perfectam, cum Deus ipſe det ſeipſum. Enituit quidem diuina liberalitas, cum dedit homini cœlum & terram & omnes bturas animantes in ſeruitutem. Itémque cum Sanctos Angelos attribuit homini ad miniſterium. Incomparabiliter verò auctius, cum dedit ſe in pretium noſtræ redemptionis. Attamen nihil occurrit æquale ei beneficentiæ qua ſe dedit in Cibum. Cæteræ enim donationes, vel ſunt rei extrinſecæ, vt cœli, terræ, animalium, Angelorum: vel adiunctionem aliquam Dei ac donatarij patiuntur. Neque enim Deus neceſſariò ineſt ei cui ſe coniungit per modum cibi. Itaque minùs plenè exclamaſſe videri poteſt Vrbanus IV. teſtente Clemente V. Clementina vnica reliq. & vener. SS. [O ſingularis & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum;

mum ; & datum , est idem penitus cum datore. Quàm larga & prodiga liberalitas , cum tribuit quis seipsum.] Non explent inquam ista exigentiam negotij. Transcendit enim diuina hac in parte liberalitas , ex eo præcisè peritam quod Deus seipsum tribuerit. Cum plus etiam aliquid sit , se tribuisse in cibum. Iam nobilitatem dantis hoc munus , pensat Autor allegatus penes diffusam largitionem. Nec enim tantùm se tribuit amicis , sed etiam inimicis. Quo aptatillud Psalmi 26. *appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.* Quare nec Iudæ se negauit , iuxta probatiorem sententiam ; & nou seeus ac Sol præ insigni largitate oritur super iustos & iniustos. Quis verò satis æstimet, quanta sit liberalitas , tam pretiosa dona etiam in hostes & indignos profundere ? Vtilitas denique suscipientis summa est , cum aliquatenus transeat in Deum , viueus propter Christum vita Dei , iuata Christi ipsius asseuerationem Ioan. 6. Alia ad illustrationem diuinæ hac in re liberalitatis & magnificentiæ petete licet ex sect. 3. cap. 3.

Habent ergo fideles, vude auaritiæ tenebras à se procul dispellant, perpensa tanta Christi liberalitate in Eucharistia. Meritóque S. Chrysostomus hom. 51. in Matth. auaros quoscunque, sub Iudæ nomine, ab hac mensa ablegat. Nec ratò concitatur in tenaces terum suatum atque auaros , qui andeant negare panis frustillum, iis quibus Christus tanta largitate, sub panis specie corpus sunm non uegat. Ita ille homil. 27. in 1. ad Cor. *in morali.*

§. IV.

Eucharistia contra luxuriam.

18. Luauriæ peccatum est planè caligiuosum , & eius opera autonomastiee opera tenebrarum appellantur , & digna nocte facinota. Nihil enim æquè elucificat animum , nihil æquè brutum est ac pecuinum. Eam labem , intet pletásque retro illi vitio comitautes , eelebrant cum infamiæ elogio Patres & DD. omnes quod tenebris suffundat intellectum : & multo fumo , per congenitum ignem inflammatum à gehenna , de corporum vligine & snbnectis etassis fuliginibus excitato , lueem eaelndat ea animis ; non illam modò supernaturalem atque eeelestem quæ à Patre luminum supra naturæ debitum communicatur ; sed illud quoque lumen maaima ex parte , quod signatum est super nos ea Dei vultn , & nobis impressa imagine diuina, per participationem intellectualis narntæ. Mirum siquidem quantum anima rationalis immersa corpori hac illuuie sordenti , de consetta intelligentiæ natiua luee deperdat, propè brutescens. [Quemadmodum enim ea halationes qnæ è terra , lacunis ac voraginibus oriuntur , conflanmt in caliginem , & nimbosam vertiginem : Ita etiam catnalium cupiditatum vapores , malam animæ inurunt habitudinem , voluptatis spectra animæ inurunt habitudinem , voluptatis spectra animæ repræsentantes , & ante eam effundentes. Intelligenti itaque luei tenebras offundunt , attrahente anima vapores , qui otiuntur ea cupiditate & perpetuitate voluptatum, condensante vitiorum vertigines.] Verba sunt Clementis Aleaandriui 2. Stom. cap. 9. Nec minùs expresè tenebrieositatem huins vitij eaprimit S. Chrysostomus homil. 11. in 2. Cor. [Quomodò (inquit ,) latrones & mutorum perfossures , eum quid pretiosum tapete volunt , extincto lumiue id aggrediuntur : sic in peccatoribus corrupta ratio. Etenim in nobis rationis lumen est semper ardeus. Quod si spiritus iniquitatis vehementiori impetu aggressus eatinaerit , quàm primùm auimam obscurauit expugnauitque , quicquid in ea conditum est expilat. Quippè quæ cum à libidinis cupiditate capta est , sicut nebula & caligine corpore iocnli : sic ab illa mentis prouidentia præoccupata, nihil intueri potest vlteriùs ; non præcipitium, nou gehennam , non formidiuem : Sed insidiis illius obuoxia , facilè à peccato eapugnatur. & tauquam paries sine ostio oculis obiectus , non finit iustitiæ radium mentes nostras illustrare, cum absurdæ cupiditatis cogitationes vndique eas obscurent , & fornicaria ei mulier mentis oculis obiiciatur , & animo insideat atque appareat. Et quemadmodum cœci , licet in ipso metidie sub die versentur , nullam tamen lucem accipiunt , eum clausos oculos habeant : Itidem & hi , quamuis innumera vndique dogmata eorum insonent auribus animo hoc affectu præoccupato , his omnibus rationibus obstruunt animum.] Est planè luxuria mentis oculis id quod corporeis oculis , vel puluis iniectus , vel lippitudo offusa, vel obiurbaus vulnus , lucem amolientia & tenebras inferentia oculis vt pronunciat S. Cytillus in cap. 5. Esai.

Lux Eucharistia contra peccata, §. IV. Luxuria.

19. Accommodatissima his tenebris discutiendis & inferendæ luei cœlestis, est lux sanctimoniæ promieans è sacro Christi corpore & sanguine sacramentaliter constitutis ad modum spirituum. Tot enim & tam lueulenta exquisitæ corporum sanctimoniæ motiua ea hoc Sacramento peti possuut ? & qnod caput est, tam multa diuina subsidia in eundem finem ex eiusdem vsu obtingunt, vt nihil videatur effieacius & fructuosius adhiberi posse ad eum finem. De auailiis diuinis vi Sactamenti snppeditatis, præter testimonium D. Bernatdi supra adductum ex serm. 1. de Cœna Dom. extat petelegans loeus apud S. Cyrillum Alea. l. 4. in Ioan. cap. 17. Hottatius enim ad reiieiendas excusationes frinolas infrequenter eommunicantium. subdit. [Quare pias quæso eogitationes susciptas, studiosè sanctéque viuas, & benedictione partieipes ; quæ mihi etedere non mentem solùm , verùm etiam morbos omnes depellit. Sedat enim , cum in nobis maneat Cbristus , sæuientem membrotum nostrorum legem, pietatem eotroborat, perturbationes animi eatinguit : nec in quibus sumus peecatis eonsiderat , sed ægrotos curat , eollisos redintegrat ? & sicut pastor bonus qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu] Idem l. 2. Glaphyt. eap. *de hostia agni.* [Cæterum post mactationem , iubet sanguine illini postes domorum , & limen : nihil aliud mea quidem sententia significare volens , quam vt veuerando & pretioso Christi sanguine , terrenam nostram domum muniamus , atque vallemus ; hoc est corpus nostrum : mottem quam pèt transgressionem incurreramus , per vitæ partieipationem depellentes. Vita euim & sanctificatio est nobis , Cbristi communio. Et cum propulsemus ipsum exterminatorem , longissimé-

Sectio IV. Caput II.

que à nobis dæmonem insidiantem seiungamus per vnctionem, tum affectus carnalium perturbationum mortificamus. Portas autem illius, de qua modò diximus, domus, intellige sensus nostros, per quos cordibus omnium subministratur totum qualitas, atque infinita cupiditatum multitudo infunditur. Vnde & Prophetа loël, vocat fenestras dicens, *Quasi per fenestras nostras, quidam fures ingrediuntur*, quia non erant sanguine Christi vnctæ.]

20. Hoc ipsum aliis verbis tradebat Petrus Blesensis serm. 18. *in fine*. [Securus Pascha facies, quod necesse est quantumuis perfecto. Licet enim sanatum sit vlcus criminis in baptismo & pœnitentia, tamen manet pruritus vlceris, quem mitigat Eucharistia.] Eadem ex parte sunt verba S. Bernardi serm. illo 1. de Cœna Dom. Sed optimè in hanc rem philosophatus est S. Hieronymus Zach. 9. cum de frumento electorum, & vino Virgines germinante. Ibi post adductum alium sensum Hebræorum, addit ex sua & Christianorum mente. [Cæterum nos *frumentum electorum*, siue *iuuenum*, & *vinum germinans virgines*, siue *vinum boni odoris ad virgines*, intelliginus Dominum Saluatorem, qui loquitur in Euangelio, *nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum permanet: sin autem moriatur, maiores fructus affert.* De hoc tritico efficitur ille panis qui de cœlo descendit, & qui confirmat cor hominis. Hunc panem comedunt, qui in Christo robusti sunt, & ad quos Ioannes Euangelista loquitur, *scribo vobis iuuenes, quia sermo Dei in vobis manet, & fortes estis & victistis malignum.* Qui frumentum est electorum siue iuuenum, ipse est & vinum quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his virginibus quæ sunt sanctæ corpore & spiritu, vt inebriatæ atque prudentes, sequantur Ecclesiam; & dicatur de eis, *adducentur Regi Virgines post eam: proximæ eius afferentur in lætitia & exultatione.* Quomodò etiam lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in Virgines, & audent dicere, *introduxit me in cellulam vini: confortate me in vnguentis.* Vinum hoc boni odoris est, vnde in eodem carmine dicitur, *Potabis me de vino vnguentario; de micis malogranatorum tuorum.* Hoc vino inebriati sunt qui sequuntur agnum Dei quocumque vadit, vestiti candidis vestibus, quia se cum mulieribus non coninquinauerunt, virgines enim permanserunt.]

21. Quod Zacharias ad eum modum expressit circa effectum Eucharistiæ in sedanda lege membrorum, aliter sed ad eandem mentem expressit Oseas c. 14. loco perinsigni quem diligenter excutit Turtianus l. 2. de Euchar. c. 33. ibi Dominus profitetur se fore Israëli quasi rorem: ac ne ambiguum esset quò id pertineret, subjungit paulo post; *conuertentur & sedebunt sub vmbra eius, viuent tritico* 70. habent, *bibent & inebriabuntur frumento.* Quod D. Hieronymus ibi, refert ad plenam vbertatem & copiam rerum omnium. Tamen vel locus ex Cant. 5. quem adducit, *bibite & inebriamini charissimi*, infinuat locum Oseæ æque ac locum illum ex Canticis, iuxta communem ferè sententiam, referri ad Eucharistiam. Sunt qui pro eo quod est *frumento inebriabuntur*, quod perspicuè indicat corpus non absque sanguine, legant *frumento roborabuntur.* Sed hoc petinde est. Roboratio enim illa idem recidit cum inebriatione, & maximè propriè dicitur de Eucharistia, quæ viuificat & eatenus roborat, vt notauit S. Cyrillus in cap. 5. Esaiæ ad illud, *auferet validum & fortem & omne robur panis, & omne robur aquæ.* [Sermo (inquit) est mysticus. Nos enim qui per fidem vocati sumus ad Christum, panem habemus cœlestem, hoc est Christum, id est corpus eius. Si quis verò roget quod sit robur eius, respondemus, viuificum esse. Dat enim vitam mundo.] Frumento itaque roborantur aut inebriantur fideles, idémque est illis ros ab æstu & ardore luxuriæ. Nam etiam eam ob causam, manna quod erat Eucharistiæ typus non absque rore decidebat, vt dicam in Onomastico V. *Manna.* Et creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. num. 21. Eucharistiam defectibit specie roris matutini, de cœlestibus stillantis & mentem delinientis ad modum vnctionis Spiritus. An adæquo diuini huius Sacramenti efficacitatem in hac parte? Certè non tantùm roris speciem habere videtur cum etiam incensissimum ignem possit restinguere, & spiritualiter id ipsum præstare quod Ioannes Moschus in prato cap. 29. refulit corporaliter factum in Cilicia: cum impius hæreticus è Seuerianorum colluuie, acceptam à Catholico diuinam Eucharistiam, inrecit in ollam feruentem quæ ad contactum sacratum specierum omnino refrigerata est, planè saluis speciebus, ac ne madefactis quidem. Hoc ros tenuis non faceret. Itaque cum aliquo fortiùs refrigerante, si hæc Eucharistiæ efficacitas adæquanda est, contentionem eius facere conuenit.

22. Iam si quantoperè Eucharistia à sordibus luxuriæ fideles obiectiuè auocet, considerare placeat, suppetent motiua in eam rem potentissima & vrgentissima ex hoc mysterio, qualia paucis multa complexus est Algerus l. 1. de Euchar. cap. vltim. [Sciendum (inquit,) quod luxuriosi & incesti sumunt periculosius; quia cum in Sacramento Christi, ei vniri debeamus conformitate passionis & munditiæ, nihil sic aduersatur passioni crucis, vt voluptas; nihil sic munditiæ vt fœditas; nihil sic eius vnitioni, vt fornicariæ societatis vnitas. Libido enim appetitu suo allicit & incendit, actu suo fœdat & eneruat, vsu lubricat & illaqueat: acèo vt placendo displicendo placens, difficilem aut nullam sui pœnitudinem admittat: & nisi valida manu misericordiæ Dei subuentum fuerit, miserabili fine suo, amatores suos sine fine perdat. Vt enim prætermittam, eam quæ extra naturam abominabilis est & nefanda; & intra naturam incestibus & adulteriis detestanda; vel in fornicationibus & stupris lethifera: illa etiam in coniugiis quæ est licita, etiam si non aufert vitam, adeò tamen minuit coronam, vt eum virginitas centesimum, viduitas sexagesimum; coniugalis copula extremum & trigesimum referat fructum. Si ergo ita humiliat vbi quod non expedit sanæ indulgentia; quantum nocet illa, cui diuinæ imminet indignationis censura? Hæc enim pestis, quo præ cæteris vitiis est naturæ familiarior, eo ad cauendum difficilior: quia cum repellitur, nolenti se ingerit importuna: cum admittitur, volenti incumbit blandè onerosa, & dum

dum sic sensim infundit amorem suum, prorsus extirpat amorem cœlestium. Sed quid è contra faciendum est, ne pereamus? Quia ad vitam non peruenitur nisi per angustam viam & difficilem, sed cooperante Deo non impossibilem ingrediamur semitam: vt quia humana non proficimus, Angelicam in terris vitam ducamus, quatenus castitatis munditia, corde & corpore Christi munditiæ consormes, ne cœlesti alimonia indignè reficiamur, simus spe & conuersatione cœlestes, quia panis Angelorum non nisi Angelicæ vitæ est stipendium.]

23. Tanta sanè est Christi in hoc Sacramento munditia, vt cogitari maior in corpore non possit, cum sit hîc quasi extra corpus & spirituali modo. Spirituales itaque, & à quacunque carnis illuuie prorsus semotos esse par est, qui adbærentes Domino, eúmque intra se intimè suscipientes vnus cum eo Spiritus siunt, quantum est ex vi hulus Sacramenti. Quod si vasorum sacrorum, idcirco quod ad hoc Sacramentum adhibeantur, tantam oportet esse munditiam; quanta vasorum animatorum, nostrorum inquam corporum, sanctitas & à fœditate remotio iure deposcetur? Argumentum est S. Chrysostomi hom. 3. in ad Ephes. Non cernis (inquit,) vasa, tantùm vndique tersa, sic refulgentia? His nobis animis oportet esse puriores, bis sanctiores & splendidiores. Quare verò tandem? Quoniam illa propter nos talia siunt. Illa non eius qui inest partem capiunt, nec sentiunt; nos autem certè.] Sensus est, vasa sacra, etiamsi materialiter (vt sic dicam,) Christum excipiunt; non tamen formaliter, ideft excipiunt absque agnitione eius quem excipiunt, & absque vllo fructu in ea derivato. Nos autem non sic. Sumus enim vtriusque contrariæ prærogatiuæ capaces. Et quamuis corpora nostra non excipiant in seipsis fructum spiritualem huius Sacramenti, tamen sunt compartes animæ cui immediatè obueniunt dona prædicta, pertinéntque ad totum cui illa beneficentia erogatur à Deo per Sacramentum. Quare multo iustius seruanda sunt munda & sancta, quàm vasa. Et sicut immaniter peccaret, qui lotio vel stercore inficeret sacrum calicem, vel ciborium aut pastophorium intra quod asseruatur Eucharistia, ita qui corpus suum quod est pretiosius vas, dehonestat per immunditiam, cogitare debet quàm injurius sit in Eucharistiam, cui toties intra illud corpus aditus patet.

24. Neque verò duntaxat à præcipua illuuie luxuriæ, auocare debet Eucharistiæ aliquando excepte aut excipiendæ cogitatio; sed etiam à fœculentesis quibusdam minùs sordentibus, reuera tamen hac immunditia respersis, in quàm rem piè admodùm his verbis disserit S. Chrysostomus hom. 30. in ad Corinth. vbi vbementer dehortatus ab osculi inquinatione, argumentu ducto ex natura osculi; argumentum subnectit ex Eucharistia dicens. [Quin de hoc sancto osculo, aliud quoque asserri potest. Quale nam? Templum Christi sumus. Igitur vestibula templi & ingressum osculamur, mutuum osculando. Nonne videtis, quot etiam vestibula templi huius osculantur; illi quidem genu flectentes, alij autem manu contingentes, & ori manum admouentes? Per has etiam ianuas & portas, ingressus est & ingreditur ad nos Christus, quando communicamus. Scitis qui mysteriorum estis participes, quid dicatur. Etenim non vulgaretur honorem, consecutum est os nostrum, accipiens corpus Dominicum. Propter hoc maximè hîc osculamur. Audiant qui fœda loquuntur, qui conuicia proferunt, & horresceant quod tale os polluunt: Audiant qui fœdè osculantur.]

Lux Eucharistiæ contra peccata § IV. Luxuria.

Homilia 6. in eandem Epistolam, argumentu indidem petito, turpiloquium exagitat his præter cætera. [Præstat sanies ex ore demittere, quam verbum obscœnum. Nunc si fœteat os, ne cibum quidem vnà capere sustines. At cum tantus fœtor sit in animo, dic mihi, audes communicare mysteriis? At si quis vas impurum alicunde capiat, deponátque in mensa tua, fustibus illum exacturus sis. Porrò Deum, in ipsius mensa, (nam mensa illius est os nostrum Eucharistia plenum,) cum verba afferas quouis impuro vase sordidiora, obsecro te, non putas ad iram prouocari? Et quomodò id fieri, possit? Nihil enim perinde offendit sanctum ac purum, vt huiusmodi verba. Nec alia tes æquè improbos ac inuerecundos facit, vt talia vel dicere, vel audire. Nihil ita dissoluit nerues pudicitiæ; vt per hæc emicans flamma. Vnguentum in ore tuo posuit Deus: tu verò cadauere fœtidiora ibi reposuisti verba, ipsámque interiùs animam, torpidam & immobilem reddis.]

Optimè homil. 3. de Dauide & Saole. [Non meturis, non expauescis, dum oculis quibus illic lectum qui est in orchestra spectas, vbi detestandæ adulterij fabulæ peraguntur; iisdem hanc sacram mensam intueris, vbi tremenda peraguntur mysteria. Dum iisdem auribus audis, & scortum obscœnè loquens & Prophetam, Apostolúmque ad arcana Scripturæ introducentem? Dum eodem corde & lethalia sumis venena & hanc hostiam sanctam & tremendam?] Iungit hisce fœditatibus meritissimo ob Eucharistiam auersandis, quamcunque verborum per alia vitia inquinationem, in Psalmum 140. ad illud *pone Domine custodiam*, & homll. 14. in ad Ephes. *in morali* & hom. 17. in 1. Cor. sed quod hîc pro sola luxuriæ, per hanc nitentissimam victimam depulsione sollicitè limus, ahò est progrediendum.

§. V.

Gula caligo per Eucharistiam abacta.

25. Per gulam & crapulam, tenebrosus turbo animam occupat. Nox enim tenebræ ac nubilum, in ea mente quæ supra debitam mensuram ingurgitatur esculentis ac poculentis, & quidem etiam per caliginem immediate ab per se inductam; vt taceam de tenebris inductis per libidinem, indiuiduum gulæ adnexum. Nunquam enim gula absque libidine, quod ex membrorum situ & appositione docuerunt Philo l. de Agricultura *sub initium* Tertullianus l. de ieiunio c. 1. & S. Hieronimus epistola 147. Nunc verò sepositis tenebris quas gula per luxuriam affundit, de ils duntaxat agitur quas gulæ intemperantia inducit, etiam cutti luxuria per frigus seuile inflammari vi-

Se II. IV. Cap. III.

tra non potest. Sic Clemens Alexandr. 2. pædag. c. 1. ex Apostolo admoner, *bonum esse nec carnem comedere, nec vinum bibere.* [Hoc enim est potiùs fetæ ; & quæ ex eia ascendit exhalatio, cum sit crassior & turbidior, offundit animæ tenebras.] Scitè quoque S. Nilus orat. de Gula. [Ieiuni mens, vt stella sereno cœlo fulget ; saturi verò, tenebris oppressa, iacet obscura. Nebula Solis radios tegit, & ciborum multitudo, mentis splendori caliginem offundit.]

Aduersùs has tenebras, lucerna præpotens est Eucharistia, in qua Deus [illegible] regioa imo diuinos nobis apponit, vt [illegible]em expleamus & iucundantes epulemur citra omnem labem, ac læti bibamus sobriam ebrietatem Spiritus, à vino in quo non est luxuria. Verè sanè de hoc cibo & potu dictum esse Eccles. 5. obseruauit S. Augustinus 17. Ciuit. c. 2. *non est bonum homini, nisi quod manducabit & bibet.* Quis igitur tam bonis dapibus in Christi mensa refectus, non postea fastidiat siliquas porcorum, & ingurgitationem à materialibus esculentia ac poculentis ? Ad omnem sobrietatem & abstinentiam vrgebat fideles S. Chrysostomus hom. 27. in 1. Cor. ex eo quod corporis & sanguinis Domini essent participes. Isidorus verò Pelusiota l. 1. epistola 313. Zozimum etapulæ addictum ab ea turpitudine euocans, obiecit ei Eucharistiam. [Diuino (inquit,) sacrificio, contumeliæ notam ne inure. Fructuum benedictionem ne aspernare. Ingurgitatione potionem ne frauda. Immoderatione, mediocritatem ne læde. Mentem ac rationem, bibendo ne absorbe. Verùm illud in mente habens, quod diuimus Spiritua ex huius premitiis Christi sanguinem effieit, sic illud adhibe, vt imbecillis, eóque ad adjumentum opus habens.] Similiter Clemens Alexandr. 2. Pædag. c. 2. informans Christianum ad sobrietatem & congruum vini vsum, ingerit illi factum Christi, qui [vinum *benedixit, dicens, Accipite, bibite, hoc est sanguis meus.*]

26. Succensemus omnes (& meritissimò quidem,) Iudæorum corporalitati, & brutescentibus sensibus, qui fastidientes panem Angelorum, omnem escam sunt abominati. Nomine quippe *omnis esca*, manna expressit Psaltes, cui veri & omnipotentis cibi, vt Nyssenus loquitur tract. 1. in Psalmos cap. 8. typum esse, Christi ipsius assertione proprium fuit. Neque tamen vlla erat comparatio ceparum & alliorum, vel ollarum carnium aut coturnicum quas optabant, & cibi cœlestia, ac ob excrementorum carentiam leuissimi, ad quem nauseabant. At longè minor esse potest proportio, cibum inter quemcunque corporeum & corpus Christi, & inter quemcunque potum, & sacrum eius sanguinem. Hic cibi & potus corporei quicunque, emortui sunt, & excrementis scatentes : ideóque aliqua semper ex parte emittuntur in secessum iuxta Christi oraculum, & morbis nostris, ac etiam morti magnam partem seminarium præbent, vt ipsi quoque Medici pronunciant. Quid quod nunquam sciant & explent, sed mox à collata (vt videbatur,) satietate, reueniendum est ad cibos. Qui defectus, ab hoc longè exulat. De eo quippè scriptum est, *Edent pauperes & saturabuntur.* Tametsi quod mirum est, ita satiat & explet comedentem vt, adhuc esuriat, quia aceet sui fastidium.

§. VI.

Splendor Eucharistiæ, contra inuidiæ tenebras.

27. Inuidia quæ de proximi bono dolorem concipit, indéque liuet, tenebris ipsa se damnat. Nemo enim velit iuuidus audire, satia agnoscens, id esse vitium luce & oculis hominum indignissimum ; ideóque alens cœcum vulnus, & pectore abditum condens. Est id vitium maximè proprium filiis tenebrarum, vt in Caino apparuit. Imò principem tenebrarum, hac maxime tangi iniquitate, affirmat D. Basilius homilia de hoc vitio, inuidiam idcirco appellans *vitium Diabolicum.* Et rationem reddit D. Augustinus epist. 120. c. 22. ex Diaboli recessu à luce. [Qualia (inquit,) lux est ipsa charitas, quis verbis explicet ? Audi Apostolum Ioannem. Ipse quippe dixit quod modò commotaui, *quoniam Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo, vlla.* Qui rursum dicit. *Deus charitas est.* Ac per hoc, si Deus lux est, & Deus charitas est, profectò charitas lux ipsa est quæ diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Item dicit. *Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc.* Istæ sunt tenebræ, in quas Diabolus & Angeli eius, multùm superbiendo progressi sunt. *Charitas* enim *non æmulatur, non inflatur.* Ideò non æmulatur, quia non inflatvr. Vbi enim præcedit inflatio, continuò sequitur æmulatio, quoniam superbia mater est inuidentiæ. Diabolici igitur à luce atque feruore charitatis auersi & nimis in superbiam inuidiámque progressi velut glaciali duritia torpuerunt.] & hanc ob causam in Scripturis, Satan & Angeli eius statuuntur in Aquilone. E contrario autem à meridie, hoc est à parte, (vt ait,) feruida & luminosa, perflare Astrum charitatis, & fluere aromata illius, putori inuidentiæ contraria ; Scripturæ testantur. Itaque inuidiæ tenebricositas, tata esto.

Nulla aduersùs eam caliginositatem fulgentior lucerna, aut opportunior ad inferendum charitatis proximi & gaudij de eius bona splendorem quàm Eucharistiæ mysterium. Id quod ipsum numen *communionis* abundè docet, quo ea coarctatio & præclusio diffusionia boni per inuidiam causata, significatur prohiberi per Eucharistiam, quæ est verè panis charitatis, iuxta illud Isaaci l. de mundi contemptu c. 48. [Cœlestis panis est Christus, qui de cœlo descendit, & vitam tribuit mundo. Hic est cibus Angelorum. Qui charitatem inuenit, Christum manducat in vnaquaque hora & fit immortalis. Ait enim. *Qui comederit panem quem ego dedero ei, mortem non gustabit vel videbit in æternum.* Beatus autem qui comedit de pane charitatis, qui est Christus. Christum enim comedit, qui est omnium Deus.] Esse huic Eucharistiæ effectum proprium, charitatem perficere, plenè supra monstratum est. Quo ipso euictum etiam manet, quantoperè inuidiæ aduersetur Eucharistia. Est ni-

mirum

mirum Eucharistia, panis filiorum, eodem Christo patre, Ecclesia matre procreatorum. At, quantum probrum est invidia inter fratres eodem fusos vtero, eadem mensa saginatos?

Non sistit in latente fratris odio, invidia. Quod enim P P. verè perspexerunt invidus ipsum quoque bonorum datorem Deum impetit, non minùs quàm frattrem cui invidet, vt S. Basilius hom. de invidia, Greg. Nyssenus orat. 7. de beatitud. & S. Chrysost. obseruauit hom. 7. & ad Rom. *in morali*, & hom. 24. ac 27. in 2. Cor. & h. 3. in 1. ad Tim. ac hom. 36. in Ioan. potestque Deus invidum increpare, iisdem verbis quibus in parabola Euangelica redargutus est qui murmurabat. *An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?* Ipsum item invidum lacerat invidia, vt idcirco Naz. orat. 27. solam invidiam iniquissimum simul atque iustissimum vitium esse dicat, cum in autorem sæuiat, eiusque rubigo & tabes existat. *Parvulum occidit invidia*, iuxta Iobum c. 5. idest interprete S. Greg. 5. Mor. vlt. paruulus animo, cui aliena latitudo angustiam creat, seipsum conficit in contemplatione alienæ fœlicitatis; comprobátque verè dictum esse à Salomone Prouerb. 14. *vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium invidia.* Est igitur trifulcum telum mortiferum invidia, vel si fabulis locus esse debet in re sacra, est veluti triceps Cerberus in aditu Spelæi Tartarei & tenebrarum æternarum: trifauci latratu horrendus, cui vates horrere videns iam colla colubris, melle saporatam & medicatis frugibus offam, Objicit. Ille fame rabida tria guttura pandens, corripit obiectam, atque immania terga resoluit, fusus humi, totóque ingens extenditur antro. Si invidia hand absurdè cum Cerbero confertur, non dubium quin analogiam aliquam cum sacro pane habeat, offa qua prosternitur virulentissimus hic canis. Nec est timenda comparationis insolentia, quandoquidem Eusebius Gallicanus non dubitauit homil. 11. de Pasch. offam ex pice & adipe qua draco Danielis disruptus est, de Christi corpore exponere: quæ offa mortem ac infernum glutita interemit, vt Damascenus quoque 3. fid. c. 27. & Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. interpretantur. Verè est hæc offa, melle diuinatis saporata, & dulcedine tantæ charitatis Christi delibuta, vt nihil supperere possit opportunius, ad invidiæ amarorem discutiendum, & ipsam trucem bestiam lecho salubri dedendam. Hi enim sunt dulces cibi, iuxta Augustinum in Psal. 54. ad illud, *qui simul mecum dulces capiebas cibos.* [Qui sunt (inquit,) dulces cibi? Non omnes qui adsunt nouerunt, sed non amaricent qui nouerunt, vt possint illis qui adhuc non nouerunt dicere, *gustate & videte.*] Hoc dicit propter Cathecumenos, qui dicentem audiebant, nec admittebantur adhuc ad participandam vel etiam contuendam Eucharistiam. Et quanquam locus Psaltis aliò fortasse spectat quàm ad Euchatistiam, vt cum Eusebio 10. de demonstrat. *in secunda*, aliisque ab eo adductis notatum est in tractatione de Iuda c. 8. num. 10. tamen mens Augustini est explorata: proindéque iuxta eum, Eucharistia est cibus dulcis, cuius vis summa est, cum contra omnem amaritudinem germinantem iudicium super sulcos agri, vt habetur Osee 10. ideſt contra omne peccatum, tum nominatim aduersùs radicem amaritudinis sursum germinantem, & impedientem ac inquinantem multos, vt loquitur Apostolus Hebr. 12. ideſt aduersùs latens odium & virulentiam invidiæ. Sicut etiam socius nequam alieno bono inuidens Deuter. 29. dicitur *radix germinans fel & amaritudinem.*

Lux Eucharistiæ contra peccata. § 11. Superbia.

§. VII.

Eucharistia discutiens iram.

29. Iram tenebricosum vitium esse, inde perspicuum est quod sit brenis furor, vnde obnubilatio rationis, & obtenebratio iudicij. Dicitur S. Chrysostomus hom. 17. in ad Hebr. *in fine.* [Turbatus est (inquit) ab ira oculus meus: nihil æquè offundit tenebras.] Idem tradit Cassianus l. 8. de instit. c. 8. monens Solem occidere super iracundia nostra & mentem tenebrescere, occidente Sole iustitiæ. Pulchrè idem habet S. Gregorius 3. Mor. c. 31. & S. Nilus, orat. de ira, verbis illis. [Aërem caligo crassiorem efficit, & iracundi animum obtundit indignatio. Solis radios, nubes intercipit, & hominis rationem memoria impedit iniuriarum.] Serenat è contrario mentem, tenebrarum istarum depulsione, Eucharistia astringens pacis fœdera & eliminans iras, in primis cùm Deo qua ex causa S. Chrysostomus hom. 3. contra Anom. *in fine*, confett Eucharistiam ramo oliuæ è S. Angelis prehenso ad placandam numinis iram: Eoque etiam spectat longa & erudita disputatio Sherlogi Anteloq. 2. in Cant. sect. 10. monstrantis, Eucharistiam esse Sacramentum pacificationis Dei. Videri possunt id quoque spectasse Græci, apud quos singulis diebus hebdomadæ renouationis, quam illi vocant *διακαινήσιμον* & ex Typico S. Sabæ & alij quæ addenfar Gretserus in Notis ad orationem Alexandri de Inuent. Crucis videtur esse ipsa hebdomada Paschæ. Filesacus tamen l. de quadragesima Christiana cap. 16. ex historia Ecclesiastica Germani, vult esse eam quæ Paschatis hebdomadam sequitur: Cellarites in conuentu Ecclesiæ, corpus Christi paululum è patera sublatum, ostenrat populo, illud acclamans, *Christus resurrexit.* Choro autem succinente in hæc verba, *Verè resurrexit*, producit eum Sacramento Crucis signum dicens, *Venereмur ipsius triduanam resurrectionem*; & Choro ter repetente, *Christus resurrexit*, omnes osculantur Sacramentum trina eiusdem versiculi *Christus resurrexit*, repetitione adhibita. Quem ritum, osculandi in festo Paschæ diuinissimam Eucharistiam citra communionem, seruari in Ecclea senonensi, scribit Iacobus Eueillon l. de processi. Eccles. c. 14. malens id referte ad expressionem osculi, quod Christi pedibus impressisse pias mulieres cum ei rediuiuo occurrissent, scribit Matthæus cap. 28. Sed neuter sensus alium excludit. Felices qui Christo iam redivivo, nec iam morienti, osculum purum & doli expers imprimunt, suam cum eo reconciliationem in nouitate viræ assumpta, testantes.

Diffunditur quoque per Eucharistiam ea reconciliatio ad proximos, cuius symbolum etat,

Sect. IV. Caput II.

erat oſculi impreſſio mutua ſub Euchariſtiæ ſuſceprionem ; de qua animorum inter ſe commiſtione & contemperatione ablegatis omnibus iniuriarum recordationibua , inſigniter diſſerit S. Cyrillus Hieroſolym. Catech. S. Myſtag. & D. Auguſtinus ſerm. 83. de diuerſ. qui eſt de Sacramento menſæ Domini. Reruli huc oſculum quod fideles ſub communionem ſibi imprimebant, viri viris , mulieres mulieribus, vbi audierant à Diacono bis tunc inclamante, nemo contra aliquem , nemo contra aliquem vt eſt apud Clementem II. Conſtit. capite 54. Meminit eius oſculi ad reconciliationem pneuodam ante communionem ſpectantis, præter ante dictos S. Hieronymus ſcribens ad Theophilum Alexandrinum , & Nazianaenus orat. 3. de pace, ac S. Iſidorus l. de Diu. Offic. c. 55. omnes poſt S. Dionyſium in Eccleſ. hier. c. de communione. In digreſſu autem poſt finira myſtetia aliud imprimebatur oſculum quaſi ſignaculum orationis, vt loquitur Tertullianus l. de orat. queſtus de iis qui dicbus jeiuoij hoc oſculum dimittebant. Iuſtinus diſertè in Apologia ad Antoninum huius oſculi preces obſignamis meminit , & concinnè his verbis Clemens Aleaandrinus l. 3. Pædag. c. 2. ſub fin. [Reguo ſic vocat Chriſtum ſub ſpeciebus perceptum) dignè deguſtato, ore modeſto & clauſo beneuolentiam animi oſtendimus.] Hoc oſculum non erat pignus reconciliationis , ſed imprimebatur ori religioſè, velut veſtibulo per quod Chriſtus remplum ſuum ſubiuerat , vt S. Chryſoſtomus ait homil. 10. 101. ad Cor. ſicut enim Chriſtiani aduoluebantur ſacris limiuibus , & iis figebant oſcula , ita oti velut pottæ qua Chriſtus ad nos intrauit , oſculum imprimebant poſt communionem. Quæ erat religioſa Euchariſtiæ perceptæ veneratio in ore fratris , & confirmatio initæ anteriùs beneuolentiæ in digreſſu à ſacris , Plerique interpretum ad illud Pauli & Petri *ſalutate inuicem in oſculo ſancto* , necnon plerique Eaplanatores ſacrorum rituum , hæc duo oſcula vel confundunt , vel non ſatis ſecetnunt. Rectè igitur ex oſculo ſub communionem adhibit neceſſitas conciliationis cum aliis in communicaote confirmatur, ne menſa pacis cum odio deguſtetur, quemadmodùm S. Chryſoſtomus hom. 8. in ad Rom. ea communione infert neceſſitatem excludendi odij. Sic enim habet. [Contremiſeire , contremiſcite ad menſam hanc de qua communicauimus ſimul omnes , Chriſtum pro nobis occiſum vereamini , & quæ menſæ huic impoſita eſt oblationem. Latrones eodem ſale communicantes , aduersùs eos quibus communicarunt vt latrones , iam deinceps verendi non ſunt , ſed mores illorum communis menſa ita traoſmutat , afficitque , vt qui beſtiis ſunt feriores ouibus erga complices ſuos ſint manſuetiores. Nos verò licet de menſa participemus eadem , tamen aduersùm noſmetipſos armamur mutuò.] Non modò igitur cum Deo concordiam infert ac fouet Euchariſtia , ſed etiam inter mortales , Chriſto illos concorporans , & diſcuſſis odiis vnum inter ipſos efficiens. Quo ſpectans Thomas Calenſis qui ante annos circiter trecentos ſcribebat lect. 63. in Prouerb. cenſet, Chriſtum per hoc Sacramentum voluiſſe ſanctificare ritum illum quo fœdera olim hauſto ſanguine percutiebantur. [Cyris (inquit ,) & Medis mos ineſt , vt ſemper fœdus amicitiæ & reconciliationia , iu conuiuiis per potationem ſanguinis alicuius confirmetur. Quod cum factum fuerit , non licet infringere. Reuera ad confitmandum animam cum proximo per dilectionem à qua per peccatum mortale cecidimus , eo quod nullus poteſt proximum ſecundùm charitatem diligere qui Deum non diligit , ordinauit cœleſtis Dominus , vt hoc fieret in cooiuio menſæ fuæ , vbi non ſolùm ſanguinem , ſed etiam integrum corpus ſuum omnibus hauriendom porreait dicens , *accipite & comedite , hoc eſt corpus meum.*] Eum fœderum per ſanguinem ioitorum ritum , ſcribens de Scythis Solinua ſic refert. [Hauſtu mutui ſanguinis fœdua fanciunt , non ſuo tantùm more , ſed Medorum quoque vſurpata diſciplina.] Apud Melam l. 11. c. 1. haud diſſimilia. Sed Tacitus l. 12. perpulchtè. [Mos eſt Regibus , quoties in Societatem coëant , implicare dextras , pollicéſque inter ſe vincire , nodóque perſtringere. Moa ibi ſanguis in artus extremos ſe effuderit , leui ictu cruorem eliciunt , atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum , (*an arcbum ?*) habetur , quaſi motuo cruore ſacrarum.] De Carmanis , ita ex Poſidonio Athenæus l. 2. Dipnoſoph. [Humanè ac benignè cum aliquos excipiunt , in conuiuio frootis vena ruſa , manantem ſanguinem admiſceut ei quam bibendam offerunt potioni , ſummam id eſſe amicitiam putantes , ſi ſuum inuicem ſanguinem guſtauerint.] Fruſtra Tiraquellus ad l. 5. Genial. Alexandri Neapolitani c. 3. ſollicitat lectionem huius loci, & apud Athenæum, & apud Alexandrum ; coniectans pro Germania irrepſiſſe *Carmaniam.* Verùm modus proliciendi ſanguinem apud Germanos , non is erat quem Carmani adhibebant , (venam ſcilicet frontis tundendo ,) ſed longè alius , qualem videlicet vſurpabant Reges illi de quibus Corn. Tacitus. Ex vſu Ethnico Pergameni , (vt ſcribit S. Nicephorus Conſtantinopolitanua in Hiſtoria ad annum 717.) à Saracenis obſeſſi , infandum inter ſe fœdus concæpere. Nam [Furore mali dæmonis correpti prægnantem puellam , quæ rum primùm vterum ferebat , iam vicinam partui conſecant , ac detractum vltro fœtum , in aquæ caldatio percoquunt. Dehinc milites omoes dextræ manûs digitos in vas illud immergunt.] Quanquam itato ad tantum ſcelus nomine , fœdus irritum fuit , quandoquidem manus nefario puerperæ & fœtûs cruore inquinatæ , ita dirigueruot , vt ne arma quidem contrectare potuerint : Sed hoc nunc oon attendimus , inteoti duntaxat in fœdus tam cruento ritu ioitum. Iſacium Imperatorem , cum Saraceno Principe pangentem fœdera , hauſtu mutui ſanguinis , deſcribit Nicetas Choniates l. 11. Et quanquam Ammianus l. 14. agens de fœdere Conſtantij cum Gundemado & Vadomario Regibus Alemanorum , ſignificet ſanguinaria hæc fœdeta fuiſſe barbarorum duntaxat , tamen Romanis itidem hoc fuiſſe in vſu , monſtrat apud Salluſtium coniuratio Catilinæ , de quo illud Mioutij in Octauio. [Ipſum credo (Satanam ,) docuiſſe ſanguinis fœdere coniutare Catilinam Bellonem ſeruum ſuum , hauſtu humanis cruoris imbuere.] Reſponder ibi Minotius calumniæ Gentilium , apud

quos

quos ex subaudita & perperam intellecta Christi sub speciebus panis manducatione, & sanguinis Christi comportatione, increbuerat rumor de infanticidio ad clanculariam fœderationem hausturi sanguinis eius. Sic enim præmissum supra fuerat eodem libro. [Iam de initiandis tyrunculis fabula tam detestanda quàm nota, infans farre contectus, vt decipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbuatur. Is infans à tyrunculo, farris superficie quasi ad innoxios ictus prouocato, cœcis occultisque vulneribus occiditur; huius (proh nefas !) sitienter sanguinem lambunt; huius certatim membra dispertiunt; hac fœderantur hostia, hac conscientia sceleris, ad silentium mutuum pignorantur.] Vides innaluisse apud Ethnicos eum sensum, quòd Christiani bausto humano sanguine fœderarentur, & arctissimè deuincirentur inter se. Et verè est Eucharistia Sacramentũ conciliationis, fœderationis, & coniunctionis.

Idque attendentes Patres vrgere solent cõmunicaturos, iterum positionem; aut si quando aliqui conciliandi erant, memoriam refricabant communionis. Hortatus S. Aug. serm. 252. de temp. ad omnium sordium abjectionem ante susceptionẽ Euch. subdit nominatim de itæ restinctione. [Non puto esse aliquem homioẽ, qui in arca sua vbi pretiosas vestes habet repositas acquiescat aut carbonẽ viuum, aut qualemcunq; scintillam includere. Quare hoc fratres? Quia timet ne comburantur vestimenta quibus in festiuitate indutur. Rogo vos fratres, qui in arca sua non vult scintillam ignis includere, quare in anima sua flammam iracundiæ noo timet accendere? Sed quare hoc fiat, manifestè & euidenter cognoscimus. Ideò enim in arcam, ignem non mittimus, quia diligimus vestem nostram: Flammam verò iracundiæ ideò non extinguimus, quia non solum noo diligimus, sed etiam odio habemus animam nostram, secuodùm id quod scriptum est, *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*] Odio autem habet animam suam, quia diligit iniquitatem, qui ea maxima iniquitate se contaminat, inferendi in animam suam iræ ignem, vbi condit diuinum corporis Christi indumentum perceptione Sacramenti.

Theodorus Studita serm. 46. Catech. dehortans Monachos quosdam Monomachos ab ira, vrget nominatim vt reuereantur Dominicum corpus ac sanguinem quo erant potiti. Grauiterque admonet ne oculi angusto sanguine piati efferum cernerent.

30. S. Chrysostomus, in hoc puncto immensus est. Pauca loca delibo. Homilia 4. in Matth. [Ponamus si placet, iram bestiam esse quandam. Quantum igitur ab aliis erga mitigandum leonem studium commodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiusmodi cogitationem mitem atque mansuetam. Si quidem hæc fera, & vnguibus sæuissimis armatur, & dentibus: & nisi illam sollicitè mansuefeceris, cuncta simul dispertet atque lacerabit. Nullus enim leo, nulla sic vipera, humana queunt viscera laniare, vt hominis iracundia ferreis quibusdam vnguibus vniuersa confodiens. Neque enim solommodò corpori nocet, sed ipsius etiam corripit animæ sanitatem. Cunctas siquidem eius omoino vires discerpit ac denorat, eámque ad omoia inutilem facit. Nonnulli hominum, vermes quosdam in interioribus corporis nutrientes, ne respirare quidem sinuntur, vexatis profectò adesisque visceribus. Nos tamen venenatam hanc in nobis alentes viperam, (iram dico quæ omnia interiora hominis depascitur,) quid voquam sanum aut forte possumus cogitare? Quonam igitur modo, ab hac tam noxia peste fugiemus si illam vtique potionem bibamus, quæ omnes intra nos vermes serpentésque mortificet. Et quodnam (inquies,) est istud poculum? Pretiosus scilicet Christi sanguis, si cum fiducia vtique sumatur. Omnia enim hoc remedio morbus extinguitur.]

Lux Eucharistiæ contra peccata. §. 7. ira.

Homilia de proditione Iudæ, multa præfatus de congrua ad Eucharistiæ susceptionem dispositione, hanc nominatim commendat iræ depositæ. [Si tibi contra inimicum tuum dolor est, solue iram, inimicitias laua, vt remedium de meosa percipias. Ad sanctum ac terribile sacrificium properas, erubesce oblationis arcana; occisus propositus Christus est, & cur occisus est, videamus. Vt cœlestia pacificer, vt in terra reconciliet vniuersa, vt amicum te constituat Angelorum, vt Deo socie habenti omnium potestatem. Animam suam po te Dominus dedit, & tu inimicus consei uo perduras, & cum hoc animo ad mensam pacis accedis? Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recusauit, & tu oec iram tuam conseruo pro tua liberatione coocedis.] Et adducto loco Matth. 5. quo accessurus ad altare iubetur priùs reconciliari fratri suo, addit; [Meritò oostræ reconciliationis causa, hoc sacrificium constitutum est. Et si sacrificij præcepta contempleris, sacrificij remedium sentire non poteris. Comple illud cuius causa sacrificium factum est, vt sacrificio perfruaris.

Homilia de non scrutandis curiosè pauperibus, *ad finem.* [Fratrem mordicùs lanias, etsi nullis dentibus, dictis tamen laniatu quouia & morsu infestioribus deuoras. Quo igitur pacto sacram illam oblationem sumpturus es, qui linguam humano sanguioe cruentaueris? Quomodò & pacis oscuium deferes, ore hoc tuo contentioso & hostili?] Alludit ad osculum sanctum, quod sub communionem apprimebatur vnà cum amplexibus, remotæ prorsus iræ iudicibus. Nam ea etiam ex causa, Diacoous vt est apud Clementem Romanum l. 2. constit. c. 54. sub tempus communionis, ioclamabat, [Nemo cootra aliquem, oemo contra aliquem.]

Nec viris sanctis curæ duntaxat fuit, ne ira contra aliquem flagrarent, sed etiam ne alij aduersùs eos aliquid haberent, & ira tumerent siue iustè, siue iniustè. Qua ratiooe Ceadmon communicaturus, interrogauit an omnes haberet pacatos, & iræ vacuos, vt testatur Beda l. 4. hist. cap. 24. Fuitque ea dispositio, acceptissima Christo. E contrario autem qui Agnum comedere disponunt, lupi ipsi ac rumentes ira exosi sunt illi. Legimúsque in vita Henrici Bruno apud Thomam Kempensem, cum quidam hosti esset inconciliabilis, non potuisse ab eo videri sacram hostiam in mano Sacerdotis, quantumcuoque propinquos fieret; posita autem ira, potuisse videre.

31. Non est dubium, quin Eucharistia ad hunc modum potenter restinguat iras, ingereodo cogitationes pacis; Nam etiam Sacramentum pacis dicitur, vt referam in Onomastico. Diligens ac fusus præter cæteros io huius veritatis declaratiõe

Sect. IV. Cap. III.

declaratione, est Anastasius Sinaita orat. de Synaxi, grauissimè objurgans eum qui ad hoc Sacramentum pacis accedens, tenax sit irarum, nec ex animo obliteret omnem abalienationum à fratre memoriam. Monstrat autem id esse, offerre fratri osculum Indæ, & mentiri Deo cuius benignitas sub illam tremendam hostam inuocatur, recitando orationem Dominicam, & poscendo vt is erga nos sit Deus, qui sumus erga proximos in nos iniustos. Quod est reuera sibi imprecari itam Dei, non deprecari. Aduocat denique in hanc causam formulas liturgicas, ita subdens. [Hæc dicamus, hæc quotidie precemur, dum tempore tremendæ atque sacrosanctæ synaxeos circunstamus. Quod cognoscens Sacerdos post consecrationem sacrificij illius incruenti, panem vitæ in altum eleuat, & omnibus ipsum ostendit. Deinde exclamat Diaconus, & dicit, *attendite*, Hoc est, *attendite vobis fratres*. Ecce paulo ante consensistis, dicentes *habemus corda ad Dominum*. Et mox puro corde, & quod omnem iniuriarum memoriam depulsuit, confitentes Deo dixistis, *dimitte nobis sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Proptereà & vos, inuicem amplexi estis in osculo pacis. Sed cum ego sim homo ignorans vestras cogitationes, illarum abijcio à me judicium: non enim nouit quis, dignúsne sit an indignus horum mysteriorum perceptione. Et ob hoc ipsum inclamo, vt vobis attendatis, & cui assistaris, consideretis. Adjungit deinde Sacerdos *sancta sanctis*. Quid verò dicit. Videte charissimi, quomodo ad communionem diuinorum mysteriorum accedatis, ne quis vestrum communicare tentans, audiat, *ne me tangas*. Abscede à me, qui iniuriæ retinens es, & iniquitatem operaris. Procul abesto, qui fratrem tuum non dignaris venia. Et tunc veniens offer munus tuum, dignúsque efficieris communione. Abijce abs te omnes malitiæ sordes, & tunc accedito, emundantémque carbonem illum susçipiro. Dic ad illum, Noui Domine, me multorum scelerum & debitorum debitorem esse: At propter mandatum tuum ignoui fratribus, vt & ego Domine veniam à te consequar. Hæc tanta & talia subjicit animo nostro Sacerdos, perbreui illa sua proclamatione.] Concludit longam eiusdem veritatis expensionem, perpulchro exemplo Monachi, qui cæteta deses & imperfectissimus, sub mortem magnis inceßit lætitiis, & securus excessit; contestans chirographum peccatorum suorum per Angelos fuisse disruptum, cum primùm suam ad alienas iniurias mititatem, & iræ haudquaquam tenacem animum allegauit.

Denique S. Fulgentius l. a. ad Monimum à c. 6. ad 12. tractans quæstionem sibi propositam, cur ad diuinæ Eucharistiæ celebrationem & communionem petatur mittendus Spiritus sanctus, non Pater, aut Filius; respondet, Spiritum sanctum in ea oratione Ecclesiæ, sumi pro charitate quæ nunquam opportuniùs petitur quàm cum ad illud Sacramentum acceditur, quod Christi corporis mystici adunationem infert, eoque ex Dei intentione collimat, vt sicut per Spiritum sanctum, ideſt per Dei charitatem corpus Christi primò conceptum est ex Virgine, ita corpus eius mysticum interuentu incruenti sacrificij fiat vnum in charitate.

§. VIII.

Eucharistia, contra Acediam.

32. Acedia, inter viria capitalia, ordine non virulentia postremum, iacet in situ ac tenebris, nec assurgit ad lucem quàm præ torpore & opthalmia cœcutientium oculorum, fastidir & auersatur. Sic enim quibus corporei oculi sunt granati, vel lippientes, ac pigris humoribus torpidi, lucifugæ comprobantur. Habet effectus planè proportionales spiritualis acedia, & idcirco qui ea laborabat, audiuit; *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus*. Pertinet ad hunc caliginosum statum, triste fastidium rerum diuinarum, & inappetentia bonorum spiritualium, tanquam vilium & exigui momenti: cum tamen nisi mens læua esset, & oculis fascinatis deesser lucis vsura, haberentur omnino (sicut reuera sunt,) pretiosissima, & omni æstimatione superiora.

Sanat hanc luscitositatem Eucharistia, & restituto puro ac libero luminum vsu, conspicabilia præbet bona Domini, qualia reuera sunt: Vnde eorum æstimatio & amor, ardénsque pro dignitate & valore prosecutio, decusso tempore & languore pristino. Inde etiam spiritualis vigor & alacritas, proportione similis ei quæ corpoream cibationem consequitur. Nam qui ante refocillationem à cibo, erat sibimetipsi grauis, & ad quiduis operandum tardus, mox à sumpto cibo fit alacer ac vegerus, & quadantenus caro eius ac spiritus per sympathiam refloreſcit. [Dicimus quidem, (air S. Dyonisius epist. 9.) cibum omnem perficere ea quæ aluntur, eo quod absoluat, & expleat id quod in eis minus perfectum est; & indigentiam, infirmitatem & imbecillitatem curet, eorúmque vitam tueatur, faciátque vt refloreſcant, & renouentur, & vitalem eis consensionem impertiat; ac planè & tristitiæ atque eius quod minùs perfectum ex expultrix sit, & lætitiæ ac perfectionis suppeditatrix.] Sic ille, paulo post, hæc omnia accommodans, mensæ ac calici quæ diuina sapientia ædificata sibi domo proposuit Proverb. 9. Hæc verò nemo neſcit passim accipi de mensa Eucharistiæ. Rursusque sub finem Epistolæ, idcirco ait æternam fœlicitatem exptimi in Scripturis sub typo *recubitus*, siue *accubitus ad mensam*, quia ea vox aptè designat, cum vita ruta, & diuino vinendi genere in lumine, plenitudinem omnis sanctæ voluptatis, languoris cuiuscunque ac torporis depulsiuam. Proportione ergo seruata, voluit Christus, Sacramentum Eucharistiæ sub symbolo mensæ ad quam recumberetur instituere; vt significaret, quantam alacritatem ex hoc spiritualis lætitiæ fonte hautirent fideles, ad hanc mensam congruè accedentes.

33. Neque verò timendum est ex cibatione in hac mensa, fastidium & inappetentia, vt in mensis corporea esca instructis vsu venit. Hic potiùs acuitur fames & sitis, probaræ refectionis animarum: nec nisi fastidium ereati cuiusuis & imperfecti cibatus. Præclarè id

consideta

Lux Eucharistiæ contra peccata.

§. VIII. *Accidia.*

considerauit ereditus Cyprianus in calce sermonis de cœna Domini. [Hanc Dei gratiam (inquit) recolens qui de sacro calice bibit, amplius sitit, & ad Deum viuum erigens desiderium; ita singulari fame illo vno appetitu tenetur, vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium, sit ei quasi rancidum rudensque palatum aceutatæ mordacitatis acetum. Ad hæc, inter sæcta mysteria, ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite, munditia cordis adepta, se intelligens consummatum, restitutus peccator, sanctificatam Deo animam quasi depositum custodirum fideliter reddit: & deinceps cum Paulo gloriatur & lætatur, dicens, *viuo iam non ego, viuit vero in me Christus.* Hæc in Christi commemoratione retractantur à fidelibus, & defœcatis animis, carnis eius edulium non est horrori, sed honori; potúque sancti & sanctificantis sanguinis, spiritus delectatur.] Significat, per participationem Eucharistiæ, fideles transire in statum consummatæ sanctitatis, proportionaliter similem ei quem Christus fortitus est, cum in cruce Patri reddidit Spiritum, vbi nullus torpor aut languor in diuino obsequio locum habuit, sed feruor vndeeunque perfectus, eum lætitia spirituali, & sensu diuinorum inenarrabili; vnde abactio acediæ, & tepidatis, ac languoris in via Dei.

34. Hanc ob causam, Laurentius Iustinianus l. de disciplina & perfectione Monasticæ Conuersationis c. 19. autor est, vt quilibet exsors grauis culpæ, assiduus sit in huius Sacramenti frequentatione, etiam si ante accessum non adeò ferueat. Futurum enim prænunciat, fore vt vi Sacramenti, depellatur graue & damnosum acediæ veternum, & spiritualis vigor alacritasque aduenial. Eius hæc ex parte est oratio postquam staruit, hoc Sacramentum sontem esse deuotionis. [Propterea non debet à sancto Domini conuiuio repelli, indeuotus instè viuens, virtuosè conuersans, humiliter se agnoscens, puræ confitens, & reuerenter accedens. Talis quippè, insensibiliter ac spiritualiter hoc Sacramentu nutritur & viuit. Nam manna absconditum est, in se continens omnium spiritualium abundantiam delicitrum. Maxima nempe deuotionis materia in ipso est. Et quis non excitetur ad mentis deuotionem, eum diligenter consideret tam ineffabilem diuinæ dignitatis charitatem, sic ioelinari ad se, vt nequaquam horreat hominis vilissimam substantiam, deformatam naturam, & damnabilem culpam? Aut quis non compungatur, cum Dominum gloriæ recogitat venturum ad se corporaliter? vel quis non eorde prostrato totis medullis venereur tantæ præsentiam Majestatis? Cuius vel ferreum pectus, aut adamantina mens, non liquescat præ deuotione, cum Deum sibi, & se Deo, seuserit corporaliter vnitum?] Egregiè idem Iustinianus in hanc rem serm. de Euchar. n. 9.

Hoc verè ac propriè est communicare, iuxta S. Anselmum l. de Sacram. altar. p. 2. c. 8. [Tunc enim communicamus, cum fide ardente quæ per dilectionem operatur, reposuimus in mensa Domini qualia ipsi sumpsimus: videlicet vt sicut ille totum se præbuit pro salute nostra, nulla sua necessitate, sic nos totos fidei eius & charitati exhibeamus, necessitate salutis nostræ. In hoc conuiuio quicunque saginatur, nescit panem suum otiosus comedere; sed sollicitè eum muliere eius, audet de nocte huius seculi, consurgere ad lucernam verbi Dei, vt labores manuum suarum manducet, & benè sit ei. Sicque in Christo manet bonus conuiua Christi, propriæ dilectionis affectu, habéique Christum in se manentem, per sanctæ operationis effectum.]

35. Opponi tamen in contrarium potest, experientia multorum, qui frequentes aut etiam iuges in huius Sacramenti perceptione, aridi semper & exsucci perseuerant. In quam rem accuratè disputat Turrecremata tract. de Euch. c. 12. qui causam refert, non in Sacramenti inefficacitatem, sed in adhæsionem pertinacem ad peccata, etiamsi non mortalia: itemq; in affixionem animæ ad terrestria; aut in priorum gustuum non satis studiosam recognitionem, vel in defectum mandendi & commolendi interioribus dentibus, adeò sapidum cibum. Sicut enim quamuis edulium corporale sit in se suaue, perparum tamen sapit comedenti, si adeò festinè glutiatur, vt vorari potiùs videatur; ita proportione contingit in hoc negotio. Circa quod quomodò adhibenda sit dentium opera, seu quibus considerationibus exptimendus sit vitalis huius Sacramenti sapor, perpulchrè ibidem prosequitur Turrecremata. Paucis rem confecit S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. magnum in hoc opus feruorem deposcens, ex ea præsertim consideratione, quod & tangamus, & in nobis habeamus ipsum Christum. Vnde infert. [Nemo igitur nauseans accedat, nemo remissus: omnes accensi, omnes feruentes, omnes ardentes accedamus. Non enim sufficit ipsi hominem fieri, & flagellis cædi: sed nos secum in vnam (vt ita dicam,) massam reduxit; neque id fide solum, sed reipsa non corpus suum efficit. Qua igitur te mundiorem esse non oporret eum, qui hoc sacrificio participaturus est? Quos radios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat? Os quod igne impletur spirituali? Lingua quæ cruentatur hoc admirabili sanguine?]

Monstratum itaque sufficienter est, Eucharistiæ mysterium, habere analugiam cum candelabro sancto, & quoad illationem lucis intelligibilis seu gratiæ, cum habitualis, tum actualis; & quoad depulsionem tenebratum mentalium, siue peccatorum: sub quo posteriore effectu; comprehendenda est absterso reatus temporarij post detersam peccati labem plerumque residui, tanquam moralis effectus progeminantis ex macula, cui nomen *peccati* interdum metonimicè concedimus. Hæc ergo peccati proprie dicti quasi mbigo, eraditur per sactificium incruentum, vt supra tactum est agendo de sacrificio iustitiæ; eóque nuninatim modo, sactificium incruentum deuominatur propitiatorium, non exclusa tamen propitiatione per impetrationem. Quorum modorum aliquo, sactificium istud esse propitiatorium, definitum est in Concilio Tridentino s. 22. c. 2. & cano. 3. latéque confirmant & exponunt Vasques 3. p. d. 224. c. 3. ac Bellarminus l. 2. de Missa c. 2. & Valent. 3. p. d. 6. q. 11. p. 1. à §. 20. Quia tamen hoc accessorium, sequitur naturam principalis de quo diffusè actum est, non hæreo circa illud diutiùs.

Sect. IV. Cap. IV.

CAPVT IV.

Communia illationi lucis, & depulsioni tenebrarum per Eucharistiam

1. SVperfunt discutiendæ nonnullæ difficultates, propositis Eucharistiæ effectibus communes quoad tempus, quo conferuntur, & quantitatem in qua communicantur; sint minùs omnes, at ij saltem qui habent latitudinem, & possunt magis ac minùs participari. Et vtraque difficultas, agitari potest circa sacrificium, & circa Sacramentum.

Quando effectus sacrificij Eucharistiæ conferatur.

In priore difficultate si agatur de sacrificio, res breuiter expediri potest, dicendo gratiam, exorari & temperarium reatum abstergi, (qui sunt effectus assignati incruento sacrificio,) in clausula substantiali secundæ consecrationis. Sacrificium enim tunc substantialiter consummatur, cum prolata sunt illa verba formæ secundæ, *calix sanguinis mei*: nam cætera non sunt de essentia formæ, quia absque eis, veritas anteriorum verborum Christi quæ essi esse non potest, infert necessariò conuersionem vini in sanguinem Christi. Cum ergo sacrificium, ex quo habet essentialia sibi, agat ad modum causæ naturalis; fatendum est, ex quo deuectum est ad verba prædicta, eorúmque prolatio est consummata effectus sacrificio conuenientes produci: hoc est dari absolutionem reatus, & conferri ius ad auxilia in tempore oppotuno vi sacrificij obtineoda. Qua in re, opottet cautos esse qui celebrant pro defunctis, ne fortè quia post consecrationem indicitur defunctorum commemoratio, putent fas sibi esse, saluo fructu defunctorum, differre eo vsque facti applicationem. Hæc falsa existimatio, fraudaret defunctos fructu sacrificij. Nisi enim applicatio eius fiat priusquàm peracta sit sactificij substantia, alio modo fructificabit; & vel Soli sanctificanti proderit, vel vniuersus eius fructus mortuis obuenturus, cedet thesauro Ecclesiæ. Cur autem Ecclesia instituerit commemorationem defunctorum fieri post consecrationem, cum commemoratio viuorum præcesserit consecrationem, ratio ducenda est ex eo quod ea ratione, distinctiùs exhibita est vis sactificij Christi, fructuosa & viuis & mortuis. Et Christus assumpto scuto deprecationis per immolationem sui ipsius, medius inter viuos ac mortuos objicitur, sistens iustas Dei iras, vt olim Aaron. Olim tamen commemorationem defunctorum fieri solitam ante consecrationem, obseruat Beffation libro de Verbis consecrationis.

Effectus Sacramenti Eucharistiæ, neque ante, neque post manducationem conferatur.

2. Paulo plus operæ est, in signando articulo quo conferuntur effectus Eucharistiæ prout est Sacramentum, siue agatur de gratiæ sanctificantis augmento, siue de remissione immediatè venialium, siue de iure ad auxilia gratiæ vi Sacramenti obuentura in tempore opportuno. Quamuis enim auxilia ipsa non suppeditantur simul ac vsus seu perceptio Sacramenti consummatur; (tunc enim plerunque non essent accommodata necessitati hominem grauat,) sed Deus expectet hominis necessitatem, vt ei per cœlestes illas suppetias vi Sacramenti subueniat, tamen ius ad eas gratias actuales in opportunitate cum apperit suppeditandas, confertur communicanti vnâ cum cæteris effectibus prædictis, atque adeò confertur simul ac vsus Sacramenti positus est; quod quando accidat, non est planè perspicuum.

Ex verbis tamen Christi, liquet id non accidere ante manducationem, qui soli Christus effectus Sacramenti Euchatistiæ despondit. Hoc liquet ex illis locis. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.* Item, *si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum*, aliisque huiusmodi. Quare in bono sensu accipiendum est quod Magnetes l. 3. contra Theostenem, affirmat Eucharistiam solo gustu affette homini immortalitatem. Id enim non potest esse verum de gustu qui est perceptio sapotis facta in ore cum nondum est manducatio, nec adhuc soluitur narutale ieiunium. Valet ergo de gustu, iuxta phrasim Scripturæ, vsurpantis passim *gustum* pro comestione & manducatione. Et eadem ex causa, hoc est quid hîc illatio gratiæ est alligata manducationi, non apparet quo fructu Sacramenti ex opere operato referantur aliqui accepisse Eucharistiam alitetquam per manducationem; ingressa videlicet ad eos hostia diuino miraculo, per latus. Scribit hoc Vvalsinghanus in Hypodigm. anno 1215. de Othone Imperatore nausea laborante, & idcirco prohibito accipere per os, ac glutire Eucharistiam, quam tamen accipere summopetè exoptabat. Sed reijcit eam de Othone narrationem Henricus Spondanus anno 1218. admittit tamen alibi habuisse locum, vt refert ex Bonauentura in vita S. Francisci c. 4. & idem habet Vvaldinghus t. a. anno 1274. Eum tamen fauorem, si verè aliquando concessus est, non fuisse fructuosum ex opere operato Sacramenti, perspicuè euincitur ratione proposita; quod scilicet Christus, fructus Sacramenti ex opere operato, alligauerit manducationi Eucharistiæ quoad speciem panis, & potationi quoad speciem vini. At quod non hauritur ore, indéque per os trajicitur, non manducatur neque bibitur. Proindéque Eucharistia sic sumpta, non confert effectum gratiæ ex opere operato debitum vsui huius Sacramenti, qui positus est in manducatione, nec confertur ante eam.

3. Certum insuper est, id non accidere in tempore quod ita subsequitur manducationem, vt Christus vltra non supersit in stomacho. Nam applicato integrè Sacramento, quod fit per manducationem saltem perfectam, & injectionem in stomachum, ac in eo perseuerentiam, nulla superest ratio expectandi collationem sanctificationis per Sacramentum debitæ, reliquorúmque Sacramenti effectuum. Exponendum ergo superest, quando fructus Sacramenti, præbeatur in manducatione, quod difficultate non vocat. Imo Vasques 3. p. d. 203. n. 18. Eum nodum adeò impeditum expertus est, vt rem indecisam

infecisam humano iudicio, commissam Deo velit. In eo autem vertitur difficultatis cardo, quod manducario sit motus successiuus, fructus verò Sacramenti quippe res permanens ac simultanea, conferatur in momento. Vnde nec in toto illo motu, nec in vlls eius parte, potest conferri. Nullius enim partis potior est ratio, quàm alterius. Si autem in toto motu conferretur, qui maiorem hostiam sumeret, vel eandem hostiam difficiliùs aut tardiùs traijceret, maiorem fructum percipere deberet, ob longiorem tunc successionem manducationis, quod est manifestè friuolum, & absque fundamento. Restat ergo, vt fructus Sacramenti conferatur in aliquo iustanti ad motum manducationis pertinente. Hoc autem neque potest esse instans primum in itiariuum, quia tunc nondum est manducatio: Neque potest esse vllum ex instantibus manducationem continuantibus. Cur enim vnum potiùs, quàm aliud? Nec denique videtur esse posse instans vltimum claudens manducationem, quis tunc manducatio non est ampliùs. Igitur eum effectus Sacramenti detur propter manducationem, iuxta illud, *qui manducat me, viuet propter me*, fatendum videtur, effectum Eucharistiæ, non conferri in illo instanti vltimo.

4. Hæc ipsa ratiocinatio, videtur sufficienter conuellere placitum nonnullorum, qui existimarunt fructum Sacramenti perfici quandiu Christus perstat in stomacho, hoc est quamdiu species permanent ineotruptæ post sumptionem; quæ fuit sententia Caietani 3. p. q. 79. artic. 1, & subscribunt Suares t. 3. p d. 63. sect. 3. & 7. Valentia 3. p. d. 6. q. 7. & Ægid. q. 79. num. 31. dummodò tamen, perseuerantiæ Christi sub speciebus in stomachum demissis, adjungatur mutatio dispositionis in melius, per productionem noui actus perfectioris, aut diuturniorem perseuerantiam actus primò eliciti. Tunc enim volunt, effectum & fructum Sacramenti perfici durante perseuerantia Christi intra stomachum. Hoc placitum, alebam conuelli ratiocinatione proposita. Nam iuxta illud, fructus Sacram. ex opere operato de quo agimus, conferretur tatione Christi? cum tamé ex Christi verbis quibus ratiocinatio proximè confecta innitebatur, manifestum sit, effectum Sacramenti promissum esse certæ applicationi Christi, hoc est manducationi tanquam conditioni, sub qua sola confetendus esset fructus Sacramenti, non autem sub alia quapiam applicatione; puta contactus vel oculi, atque adeò etiam neque applicationis continuatæ infra stomachum, post transactam manducationem. Nec dici potest, huiusmodi perseuerantiam esse manducationem in facto esse: Nam quod à Christo promissum est motui manducationis, non potest tribui quieti in termino motum iam transactam subsequenti. Alioqui liceret similiter comminisci, effectum baptismi conferri post ablutionem, durante perseuerantia intra aquam. Aut effectum confirmationis, vel extremæ vnctionis, conferri quamdiu pars inuncta, perseuerat delibuta sacto vnguine. Parum item refert, quod fortè dispositio hominis interea mutetur, statque perfectior. Nihilominus enim effectus Sacramenti, non est extendendus ad conditionem sub qua non est facta promissio eius à Christo. Vnde excluditur etiam prætextus amplificandæ pietatis, quem aliqui obtendunt huic sententiæ. Non enim si inde aliqui animandi sunt ad pietatem maiorem, quamdiu Christus perstabit in stomacho, fingenda sunt pro arbitrio nostræ pietatis, priuilegia. Præsertim quia cogeremur idem priuilegium extendere ad dispositionem mèsè naturalem imperfectiorem. Nimirum si quis esset stomacho debillore, & tardiùs species digereret quàm alius pari sanctitate & pietate, meliùs tamen valens stomacho; potior esset conditio ægri, tantùm quia æger est, ac stomachum habet languidiorem. Quid quod prætensum hoc priuilegium, posset in magnum dispendium verti, si is qui Sacramentum peroepit, peccaret mortaliter Christo sub speciebus perseuerante? Esset enim sacrilegus, ob appositum obicem vltetioti fructificationi Eucharistiæ. Itaque quamuis placitum quod impugnamus, videatur fauere pietati, nec sit adeò seuerè explodendum ac factum est à Soto & Vasques 3. p. d. 203. cap. 2. aliisque nonnullis recentioribus, non cohæret tamen cum verbis Christi, quæ effectum Sacramenti Eucharistiæ, Soli manducationi desponderunt, vt supra ratiocinabamur.

Communia proposita Eucharistiæ effectibus.

Non datur in toto aliquo tempore.

5. Ex eadem insuper ratiocinatione, disjicitur placitum quo Suares tom. 3. 3. p. d. 63. sect. 4. conclus. 2. approbat vt probabile; nempe quod fructus Sacramenti Eucharistiæ, conferatur in toto aliquo tempore per Christi voluntatem determinato, quod fluat post instans, quo peruentum est ad terminum diuidentem partes corporis, per quas cum cibus decurrit, fit manducatio. Sunt enim certi denique fines, ac termini partium corporis per quas manducatio exercetur; & cum cibus ad eos terminos deuenit, dicitur manducari non autem priùs. V. G. quamdiu cibus in ore est, non dicitur manducari; alioqui is qui cibum ore duntaxat mansum expueret, nec eum intra œsophagum vllo modo demitteret, posset dici manducasse, ac soluisse jeiunium, nec debere ea die admitti ad communionem; quod constat verum non esse. Proindéque falsò Vasques 3. p. d. 230. num. 18. contendit, cibum propriè manducati in ore. Illa itaque pars corporis, ad quam perueniente cibo homo. censetur manducasse, & non esse jeiunus; habet aliquem indiuisibilem terminum, ad quem eum cibus pertingit, manducatio incipit extrinsecè. Censet ergo Suares, probabile esse, fructum Sacramenti conferri in toto aliquo tempore per Christi arbitrium determinato, quod fluat post illud instans, quo limes intersecans partes ad manducationem pertinentes à non pertinentibus, contactus est.

Alebam, hunc iridem dicendi modum, disjici per ratiocinationem supetiùs propositam. Nam tempus illud totum quo durante dicitur conferri fructus Sactamenti, est diuisibile & successiuum. In quacunque etgo posteriori eius parte, iam facta est mandacatio, secundùm aliquam sui partem integrantem: quæ eum sit eiusdem planè rationis cum toto, suffi-

Sect. IV. Cap. IV.

cit ad hoc vt manducatio dicatur præcessisse, ac proinde vt fructus Sacramenti conferri anteriùs debuerit. Accedit quod modus illæ primæ productionis rei simultaneæ ac permanentis, non videtur posse admitti. Nam cum tempus quodcunque sit partibile, & quacunque parte post instans ei extrinsecum signata, possit alia viciniot signari in infinitum, impossibile est affirmare, quippiam primò produci in toto aliquo tempore. Quamuis nihil vetet, rem quæ accipit totum suum esse simul, V. G. Angelum; produci immediatè post instans extrinsecum temporis aut motui, sicut in illo tempore conseruatur. Sed tunc Angelus non potest dici primò productus in toto aliquo tempore, sed duntaxat dici potest conseruatus, vt benè admittit Petrus Campsalis apud Caprcolum in 2. d. 5. *sub finem*, contra Adam, malè inficiantem, aliquid indiuisibile & incipiens totum simul, posse incipere extrinsecè, seu coëxistendo successiuè tempori nostro. Rectè verò id admittit prædictus Autor, itémque Scotus quod lib. 12. *littera L.* Gregorius in 2. d. 17. q. 2. parte 2. artic. 2. concl. 4. & Soto 6. phys. q. 2. concluf. 1. *in fine*. Quamuis autem per ordinem ad instans extrinsecum, res hoc modo producta dicatur incipere extrinsecè, quia tunc non est, & immediatè post erit; tamen per ordinem ad quamcunque partem temporis subjuncti illi instanti, res prædicta conseruatur tantùm; non autem primò producitur; quia antecior pars assignari semper poterit, in qua priùs fuerit, atque adeò, non accepit primò esse, siue non incepit in vlla parte assignabili.

6. Manifestum itaque videtur, modum illum dicendi quem Suares statuebat probabilem, quod scilicet fructus Sacramenti Eucharistiæ conferatur in toto aliquo tempore per Christum determinato, in quo fructus ille producatur, seu primò incipiat; non esse reuera probabilem. Nec difficile esset, contra hoc placitum inrorquere omnia quibus alibi excisa est sententia Albertini 2. princ. compl. coroll. 1. dub. 4. num. 5. de possibili rei indiuisibilis inceptione in tempore indeterminato, ante instans extrinsecum. Quam sententiam improbant Rubius 6. physic. tract. de incept. & desit. *initio*, Ægid. 3. p. q. 62. n. 56. & q. 79. num. 16. Vasques 3. p. d. 132. n. 47. & ipsemet Suares t. 3. 3. p. d. 8. sect. 2. Quicquid tamen contra hanc sententiam proferri potest, æquè impetit placitum, quod Suares in re de qua agimus, pronunciauit probabile.

Neque in primo non esse manducationis.

7. Alia ergo via extricandi nodum propositum, ineunda est. Sunt qui affirment, fructum Sacramenti Eucharistiæ, conferri in primo non esse motus manducationis. Ita Henriques l. 8. c. 43. & Valentia 3. p. d. 6. q. 7. p. 1. Iustos quos, verba Christi *qui manducat me, viuet propter me*, accipienda sunt de manducatione completa. Sicut cum dicimus, *qui baptizatur accipit salutem*, hoc intelligimus de eo qui baptismum completum percepit, in cuius clausula consecutus est gratiam. Hanc tamen sententiam, Valentia ibidem q. 8. p. 5. §. 6. cum Alano l. de Euchar. c. 43. restringit ad perceptionem Eucharistiæ sub vna specie. Nam si percipiantur binæ, vt fit à Sacerdote sacrificante, negant fructum Sacramenti conferri in primo non esse manducationis, sed aiunt conferri in primo non esse potationis sacri sanguinis è calice hausti; quod additamentum infra refellam, tractando quantitatem fructus per Sacramentum collati. Nunc insisto modo illi dicendi, de productione fructus Sacramenti in primo non esse motus manducationis. Hic itaque dicendi modus, non videtur adeò conformis verbis Christi; qui non dixit, *qui manducauerit me*, post manducationem peractam, *viuet propter me*: sed dixit, *qui manducat me*, quod verbum præsentis temporis, non sonat clausulam manducationis. Accedit quod si hunc dicendi modum ineamus, videbimur cogi admittere, fructum Sacramenti non conferri nisi diuino cibo plenè manducato: idest finito planè motu traiectionis specierum, quæ traiectio durat quousque species subiuentiat planè ventriculum. Atque ita si species Sacramentales, obstructo aliqua ex causa ventriculi orificio, non peruaderent ad eius fundum, homo frandaretur fructu Sacramenti, quod videtur esse contra sensum Ecclesiæ quæ tantùm sollicita est, vt homo glutiat Eucharistiam; nec præterea laborat, an hostia percepta peruadat ad fundum vsque ventriculi alioqui præbetet speciem vini quibusvis communicantibus, præsertim ægris: quia species vini, ob liquiditatem, faciliùs subeunt & se insinuant per humores plerunque obstruentes ventriculi aditum. Non videtur igitur affirmandum, quod collatio fructus Sacramenti, fiat in primo non esse manducationis.

Vera sententia, de tempore quo Sacramenti Eucharistiæ fructus confertur.

8. Verisimilior itaque sententia, de articulo in quo confertur fructus Sacramenti Eucharistiæ, pronunciat illum conferri extrinsecè in primo non esse manducationis incœptæ, sine in instati extrinseco claudente motum localem, quo cibus prætergreditur limitem, post cuius pertransitionem, solutum est jeiunium. Iam præmitti dari in corpore humano certum limitem, quem cum cibus (saltem ex parte,) est prætergressus, homo non est vltra jeinnus. Limes autem ille non est in ore, nec in ventriculo, eiúsve orificio, sed in fistula cibaria, siue œsophago. Nam quamuis finis manducationis spectet ventriculum, in quo cibus manducatus atque per œsophagum successiuè deductus, cessurus est in accommodatum hominis pabulum per chylosim; tamen essentia manducationis sita est in transitu cibi vltra illum terminum; quo transitu saltem cœpto per aliquam cibi partem eum limitem transgressam, homo cessat dici jeiunus. Fructus itaque Enchatistiæ, confertur extrinsecè in instanti extrinseco illi transgressioni cibi diuini, saltem ex parte inchoatæ. Nam quamuis species totæ, non sint transgressæ limitem illum; tamen quia transgressio sit successiue; ex quo pars aliqua motus transgredientis cœpta est extrinsecè, (cum enim sit successiua, incipit extrinsecè) extrinsecè item incipit effectus Sacramenti: quia tunc verè dicitur, hominem manducare: cui actui, Christus fructum Sacramenti

menti huius promisit. Quare in instanti extrinseco claudente accessum ad eum limitem, & extrinsecè initiante motum quo incipiet prætergressio, incipit item extrinsecè collatio fructus Sacramenti. Nam quamuis producatur totus simul, tamen nihil vetat, rem simultaneam incipere extrinsecè, sicut consetuatur extrinsecè vt supra cum Petro Campsalis argumẽtabamur. Et eo ipso modo, pollet incipere Angeli productio: si videlicet Deus vellet ita Angelum in hoc instanti non esse, vt immediatè post esset: qua ratione, illud instans esset extrinsecum inceptioni Angeli, & vltimum non esse eius.

9. Nihil contra hunc dicendi modum opponi video, quod sit alicuius momenti, tamesi opponuntur nonnulla, nec ab omnibus eadem. Aliqui opponunt extensiuam speciei um diuisibilitatem maiorem & minorem: nam hostia Sacerdotis est magna laici parua. Sacerdos itaque tardiùs acciperet fructum Sacramenti, quàm laicus. At ridiculum est, quod cæteris paribus sola grandita speciei tum remoretur effectum Sacramenti. Idem argumentum confici potest de facilìore in aliquibus trajectione specierum eiusdem magnitudinis; morosiore autem ac leniore & difficiliore in aliis. Quid quod facilè posset contingere, hominem recipere Eucharistiam in malo statu; nec ita multo post ante hostiæ peruentionem ad stomachum, conteri ac iustificari; qui tamen iuxta sententiam nostram videtur carturus fructu Sacramenti; quandoquidem supponitur retinuisse obicem gratiæ, cum hostia transgredi cœpit limitem inanduationis supra expositum.

Hæc omnia facilè extricantur. Nam cum Christus sit totos sub quauis hostiæ particula, sicut verum est per quemcunque eatum saltem partialem transitum vltra limitem illum, manducationem dici extrinsecè cœpram, in instanti extriosero quod fuit vltimum esse manducationis; ita etiam verum erit, totúm Christum manducari. Ac proinde quæcunque sit hostia, æquè cirò sequetur effectus Sacramenti. Argumentum verò de difficiliore & leniore traiectu, æquè militat in omni sententia de modo inceptionis effectus Sacramenti, & reuera in nulla sententia validum est: quia quamuis celeritas vel tarditas trajectionis, contingat per accidens; tamen per accidens quoque est, quod per eam accelereretur vel retardetur manducatio: atque adeò etiam collatio fructus Sacramenti, quæ ex Christi institutione, alligatur manducationi saltem inchoatæ. Quamuis quia manducatio durat per tempus quo decurritur spatium interiectum à limite superiùs assignato ad stomachi vsque orificium; propterea si contingat hominem cum manducatio extrinsecè incipit, non esse dispositum ad receptionem fructuum Sactamenti, post modùm autem manducatione per aliquas sui partes integrantes adhuc durante, disponi ad eam receptionem per contritionem: nihil erit quod vetet, fructum Sacramenti tunc quoque conferri: quia applicatio Sacramenti, cui fructus eius promissus est, nempè mandocatio adhuc durat. Esto namqoe, cum homo caret obice, Deus apud quem non moratur merces operarij, tependat fructum Sacramenti enm primùm manducatio extrinsecè incipit, nec ex opere operato conferat vllum fructus illios aogmentum, propter meliorem postea dispositionem manducationi secundùm aliquam sui partem cœptæ supetuenientem: quia manducationi sic cœpiæ, totus effectus Sacramenti iam tunc conferri potest. Tamen si contingat, obicem qui præjacebat, amoueri ante planè finitam manducationem, non est cur ratione residuæ manducationis, negetur fructus Sacramenti: quicquid dicat Hentiques l. 8. cap. 43. num. 3. & Bonacina disp. 4. de Eucharist. q. 4. p. 2. num. 4.

Communia propositus Eucharistiæ, effectibus.

Mensura fructuum Eucharistiæ, prout sacrificy.

10. Altera principalis io hoc capite difficultas, quam discutiendum proposueram, spectat quantitatem fructuum collatorum per Eucharistiam, & quà sacrificium & qua Sacramentom Qood ad sacrificium attinet, fusè id agitarę memint in Heteroclitis spiritualibus, cum de subsidio Missæ pro animabus Purgatorij Summa longioris dispnationis breuiter est, sacrificium Missæ spectata te oblata & offerente principali, esse infioiti valotis, & immendignitatis: quia res oblata, & victima hìc immolata, est Christus Dominus Deus & homo, ac proinde valoris supra quamcunque mensutam excrescentis: idémque Christus, est huios sactificij pmicipalis offetens, non modò mediatè quia illud instituit, & incluśis suis meritis locupletauit, sed etiam immediatè, iuxta sententiam verisimillimam superiùs propositam. Ex objecto igitur seu materia sacrificij, & ex caosa eios efficiente primaria, tesultat in hane sacrificationem incruentam, dignitas immensa. Omnes enim Christi actiones, ratione personæ infioitæ, dignitatem infinitam & valorem immetatum sunt sortitæ. Nihilominùs effectus immenso illi valori respondens, non est infinitus. Aliud quippe est valor, aliud quod ei valori tanquam causæ morali tependitur. Deus enim qui valorem sacrificij Christi optimè perspectum habuit, noo fuit obstrictus eum valorem acceptate ad effectum valoti proportionatum, atque adeò infinitum: Neque Christus valoris sacrificij sui Dominus, ad effectum infinitum direxit suum sactificium; sed ex mutuis Patrem inter ac Christum conuentis, effectus dignitati sacrificij incruenti respondens, non nisi finitus est, quamuis spectato valore rei oblatæ, & dignitate primatiæ causæ offerentis, infinitus esse potuisset. Habemus simile exemplum in operibus Chtisti viatoris, & in sacrificio crucis. Omnia oamque Christi opera fuerunt infinitæ dignitatis, ob petsonæ infinitatem: quod æquè dicendum est de sacrificio cruento. Id siquidem, & ex parte Christi offerentis, & ex pane Cbristi oblati, infiniti pretij fuisse, est extra dubium: Neque tamen effectus, siue vlli Christi operi, sine sacrificio cruento repensus, fuit nisi finitus; qoia neque Deus, Christi opera aut mortem, acceptauit ad effectum infinitum, ad quem reuera sufficere potuissent; neque Christus ea obtolit nisi ad finiti effectus causationem. Idem ergo est de sacrificio incruento. Idque de isto, manifestè confirmatnr ex multiplicatione sacrorom, probante Ecclesia. Ftustra enim multiplicarentur facta, siue ad impetrationem alicuius boni, sioe ad reatus temporarij absterfionem

Sect. IV. Cap. VII.

si sactificium incruentum vnicum, sicut est pretio & valore infinitum, ita & effectum infinitum causaret. Neque rectè Sacerdus, qui pro vna persona sactificium sibi deposcente stipendium taxatum admisit, vrgeretur ad sactificandum pro ea sola: quandoquidem si sactificium habet infinitum effectum, æquè posset prodesse petmultis, aut etiam infinitis, ac vni tantùm. Erramen videmus, Antistites passim de communi Doctorum sententia, obstringere Sacerdotes ad standum promissis, nec sacrificandũ nisi pro cui eo se sacrum applicaturos sub stipendij, consueti numeratione spoponderint. Signum ergo est, sactificium non nisi finitè fructuosum esse; ac fructum eius in plures distributum, fore pro singulis minorem, quam si pro vnico applicaretur.

Hoc tamen intelligendum maximè est de vt satisfactiua sactificij, qua reatus peccatorum absterguntur. Nam quod attinet ad fructum impetrationis huic sacrificio consertum, accedente applicatione ad certum subiectum cui boonm aliquod per Sacrificium capterur, posset conringere, vt æque proficetet pluribus, si æquè plutibus applicaretur. Vt enim rectè in hanc rem aduertit Holcot in 4.q. 4 *litera K*, non secus res se habet in hoc negocio, quàm si ageretur de dissoluendo debito pecuniario, quo quis Regi obstingeretur. At in eo euentu, vt debitum extinguatur via solutionis, ac numeratione pecuniæ, fieri non potest, vt quod exhiberur, tantum plutibus debitis per plures contractis dissoluendis sufficiat, quantum si pro vnico debitore appenderetur. Via tamen supplicationis, pro plutibus simul debitoribus fusæ, nec nisi liberalitate Principis, & motiui quod ad exorandum allegatur dignitate subnixæ, æquè plutibus commodari poterit eadem opera, ac si pro vnico porrecta esset supplicatio. Et nihilominùs, regulariter loquendo, etiam quoad impetrationem verè dicitur, sacrificium non adeò prodesse multis quoad impetrationem, quàm proficeret vni, & quo applicatur ad plures, eo minùs singulis commodare: quia vt sactificium sit alicui impetratorium, pendet ex determinatione immediati offerentis, siue Sacerdotis applicantis virtutem sactificij veluti vniuersalem, ad hoc subiectum determinatum Et quo applicatio ad subiectum est melior, eo fructus impetratiuus est maior; vnde omnes admittunt, specialem applicationem fructuosiorem esse, quàm generalem, nec factam nisi in communi. Atqui applicatio ad plures, minùs semper perfecta esse solet, quàm applicatio ad vnum: & quo diffunditur ad plures applicatio, eo minùs perfecta est, quam si ad pauciores fietet: quia cum applicatio sit actus Sacerdotis offerentis, prodeatque ab eius intellectu & voluntate, quæ sunt potentiæ finitarum virium; non solet esse par & æquè perfecta erga multa subjecta, ac erga vnum; cum sit operosius rectè operati circa multa, quàm circa vnum; & circa pauciora, quàm circa plura. Itaque tamesi applicatione sactificij quoad impetrationem, æquè benè per Sacerdorem facta circa multos ac circa vnum, pat fructus existeret pluribus: Tamen regulariter loquendo, plus impetratur vni soli, si ei duntaxat applicetur sacrificium, quàm si applicetur pluribus, eo quod determinatio virtutis sactificij ad impetrandum, non soleat esse æquè bona ex parte applicantis, si ad plures porrigatur.

12. Non plura de quantitate fructus respondentis sacrificio, quam contentus sum monstrasse, non esse nisi finitam. Quanta autem præcisè sit eius mensura, definire certò non possumus: non modò quoad impetrationem, sed etiam quoad satisfactionem, & absterstionem reatus temporatij, post macolas peccatorum obliteratas residui. Quis enim definire præcisè possit, ex innumeris bonis cum spiritualibus, tum temporalibus, quæ exorari per sactificium possunt, pro quania eorum mensura concedenda, interposita sacrificij applicatione, flectendus sit Deus, cum res pendeat à solo Dei nutu & arbitrio, nec vlla eius per reuelationem, verbo scripto aut tradito comprehensam habeamus vestigia? Quis item possit constituere, quantum reatum Deus condonare & expungere velit, oblatione vnius sacrificij, cum posset multo maiorem vel etiam totum dimittere, si valor sacrificij attenderetur? Hoc nimis incertum est ideóque vsus Ecclesiæ fert, vt sacra piacularia quæ ad eradendam reatus rubiginem offeruntur multiplicentur, & quidem plerunque copiosè. Nam videmus, approbantibus Præsulibus sniri pacta perpetua de sacris pro anima alicuius defuncti. Non quod existimetur hæsurus in Purgatorio quamdiu sacra fient, siue vsque ad mundi clausulam, sed quod cum incertum sit quantum emolumenti per quodcunque sacrum anterius obuenerit defuncto, pia chartorom sollicitudo malit abundare vni fructum satisfactorium, è tam multis sactis prouisis, quam deficere in suppeditatione commeatus eidem necessarij, si forte quod vno aut aliquot sacris collatum est, de cuius quantitate non liquet, inæquale esset necessitati.

Quantitas fructuum Sacramenti Eucharistiæ, quoad vnicam sumptionem.

13. Venio ad quantitatem fructus respondentis Sacramento Eucharistiæ. Vbi sermo esse potest, vel de remissione venialium, vel de collatione auxiliorum, vel de sanctificatione per gratiam habitualem. Venialia peccata, si actus displicentiæ sine quo non obliterantur in ea ceciderit, remittuntur vniuersa. Certum quippe est ex definitione Ecclesiæ & doctrina Patrum, fideles per Euchatistiam liberari à culpis venialibus; cum ergo non sit potior ratio de vna quàm de alia in quam æquè ceciderit dolor, fatendum est omnes auferri per Euchatistiæ susceptionem, dummodò (vt dixi) dolore aliquo sint veluti respersæ. Sine dolore enim nulla quantumuis minuta culpa adulto remittitur, vt qui sciens ac volens à Deo deflexit, dolens de recessu ac volens regredi, ad Deum reueniar, vt ferunt leges vniuersales, congruentes diuinæ institiæ. De collatione auxiliorum per Euchatistiæ susceprionem, nihil definiri certò potest, etiam si vniuersè & generatim sciamus, multa & magna auxilia conferri per hoc Sacramentum: & cum homo gratiæ aspiranti velificatur, illustres effectus consequentes commonionem, satis arguunt multas & magnas cœlestes suppetias, per

diuinum

dignum hunc cibum esse suppeditatas; siue ad crescendum in sanctitate & iustitia coram Deo; siue ad repellendas tentationes & assultus Satanæ; & ad omnes denique fines in quos Sacramentum Eucharistiæ potest esse fructuosum. In liturgia S. Marci *sub finem*, sancta intemetata, immortalia & cœlestia mysteria (sic nominatur ibi Eucharistia) data dicuntur [in beneficium & sanctificationem & salutem animarum & eorporum nostrorum. In fidem inconfusam, in charitatem non fictam, in abondantiam pietatis, in aspersionem cuiusuis contrarij, in obseruationem mandatorum Dei, in præparationem vitæ æternæ, in defensionem acceptabilem ante tremendum tribunal Christi. Ad hæc omnia generatim loquendo iuuat communicantem diuinus cibus, subministratis diuinis ad eum vsum auxiliis. In particulari tamen, quanta auxiliorum mensura sit à Deo constituta pro Sacramenti Eucharistiæ susceptione, incompertum prorsus est, cum pendeat ex meto Dei arbitrio, & eius solius taxatione.

Idem dicendum est de gratia sanctificante, respondente vnicæ sumptioni Eucharistiæ, V.G. sumptioni vnius hostiæ, seu vni laicæ communioni. Incertum quippe est, quæ gratiæ quantitas sit illi constituta diuinitus? tametsi non est dubium, quin constituta sit admodùm magna. Nam vt benè ratiocinatur Alanos l. de Missa c. 40. cætera Sacrameota in vilissimis ae per se infirmissimis elementis constituta, feracia sunt gratiæ sanctificantis non exiguæ, eo duntaxat nomine, quod sint dominicæ passionis instrumenta, singulari quadam ratione. Quanto igitur copiosiorem gratiam conferre censenda est Eucharistia, quæ ipsum Christi Domini corpus pro nobis passum, & totius sanctitatis fontem continet? Ex qua ratiocinatione S. Thomas 3. p. q. 65. art. 3. inferre videtur Eucharistiam plus gratiæ sanctificantis conferre, quàm alia quæuis Sacramenta, etiam plus quàm Baptismum. De quo aliqui ambigunt; quia est vitæ supernaturalis aditus primus, & initerabilis. Verùm si attenderetur initerabilitas, æquè affirmandum esset, omnia Sacrameota imprimentia characterem, conferre plus gratiæ sanctificantis quàm Eucharistiam? quod tamen non videtur rationi consentaneum, cum sint longè despicatiora; nec congruum sit, vt quamuis semel tantùm fructificent, anteferantur tamen ea ex parte Sacramento longè præcellentissimo, quod ipsum Deum gratiæ fontem intra se continet. Quæ ratiocinatio planè videtur confiecte, etiam Baptismum, concedere Eucharistiæ de fetacitate gratiæ sanctificantis. Nam quamuis non modò sit initerabile Sacramentum, sed etiam primum; tamen nihil est necesse, primum esse supernaturale, esse admodùm magnum. An enim infantis prima vita naturalis, quantitatem infantis pluſquàm pet exiguam deposcit?

Communio propositus Eucharistia effectibus.

Quid de eodem fructu statuendum, quoad sumptionem secundam.

14. Hæc cum ita se habeant quoad fructum sanctificantis vni communioni laicæ debitum; difficultas supeteſt de eodem gratiæ fructo, debito communionibus materialiter plutibus: puta sumptionibus plurium hostiarum, eodem tempore, aut sueceſſiuè continuè mandicatarum vel sumptioni vtriusque speciei, continenter & absque morali interruptione perceptæ. Quas limitationes adhibeo, quia si quis plures hostias sumeret planè diſcretis sumptionibus, quæ moraliter ad vatias refectiones pertinerent: nnn esset dubium quin malor ei obueniret gratiæ quantitas, quia Christum multoties manducatet, multipliei moraliter manducatione. Quod plenè puto contingere in Natali Domini, eom fiunt tria sacra, etiam si Ruardus art. 15. *pag. mihi* 263. censet ternas illas sumptiones binarum specietum, non esse nisi vnam moraliter eommunionem, nec nisi vnum gratiæ effectum producete. Sed eôtrarium puto verum. Et idem esset, si quis nunc hostiam sacram, altera verò die vini species sumeret.

Difficultas ergo est, de euentu in quo Eucharistia adhibitis prædictis limitationibus percipiator, non nisi physicè multiplex; puta duplex hostia vna post aliam, vel vtraque species sine interruptione. Videtur enim huiusmodi perceptione physicè tantùm multiplici, debere conferti maiorem gratiam, quàm si deesset multiplicitas: quandoquidem cuilibet manducationi, deberetur gratia peculiaris, si foliratia fieret: Non apparet autem cur præcessio, vel subsonctio, aut coneomitantia alterios sumptionis, minuat vim gratiæ causatiuam, qua pollet ex se alia sumptio. Igitur videtur debere vtique sumptioni assignati sua gtatiæ quantitas: atque adeò vtrique coniunctim tanto altero cumulatam gratiam deberi, quam vni soli tependeretur, pet se loquendo, ac cæteris paribus: Quod addo quia si per accidens contingetet, vt homo in vna sumptione haberet obicem ad gratiam, quem remouisset in altera sumptione materialiter tantùm differente; nemo negabit, quin secunda sumptio conferat quantitatem gratiæ non collatam pet priotem sumptionem, ob subiecti indispositionem intercludentem aditum gratiæ quæ per priomm sumptionem confetenda fuisset. Nam secunda illa sumptio, est vera Christi manducatio, & in subiecto ritè disposito. Ergo debet esse fructuosa. Sed hoc est per accidens, ob indispositionem subiecti in ptiore Christi potceptionc, cuius efficacitas reuiniscit in secunda sumptione, postquàm contritio remouit obicem, & subiectum aptauit ad eandem gratiam sanctificantem titulo vtriusque sumptionis percipiendam. Si autem subiectum cum fiebat sumptio prior, fuisset dispositum, quod est considerare hoc negotium pet se loquendo; tunc aliqui negant secundam sumptionem futuram fuisse ferrilem alicuius gratiæ; quod aiebam meritò videri posse difficile, eum secunda sumptio sit æquè Christi manducatio ac ptior. Quam difficultatem, aiebam quoque non habere priè locum nisi cæteris paribus, quia si mutetur subiecti dispositio in sumptione secunda, ita vt homo qui in ptima sumptione nó erat benè dispositus, nisi vt duo, in sumptione secnnda sit ritè dispositus vt quatuor, verum fortassis erit In secunda somptione dari portionem aliquam gratiæ correspondentem melioti dispositioni subiecti: & quidem dari ex opere operato, iuxta sententiam admodùm probabilem, quæ admittit, in subiecto meliùs dispositio Sacramenta plus agere etiam ex opere operato. Et ita de secunda sum-

Sect. IV. Cap. IV.

ptione, in hoc euentu commutatæ in melius dispositionis, asserunt Suares t.3.3.p.d.63.s.5.& Ægidius 3.p.q.79.a.34. Nec inuerisimiliter, quia cum Sactamenta in subiecto melius dispositio plus operentur, & subiectum in secunda sumptione vnam cum prima moraliter integraote, sit melius dispositum, ideóque liceat affirmare, hunc communicantem, melius communicasse quàm alium, qui sub binis sumptionibus habuit tantùm dispositionem æqualem illi quæ fuit in isto sub prima sumptione, non vacat probabilitate, quod in isto, secunda sumptio peculiare aliquod gratiæ complementum aduehat ex opere operato. Et fortassis verùs est, quod ex opere operato debetur ratione melioris dispositionis in secunda sumptione, collatum esse in prima sumptione titulo secundæ, ex adiuncta dispositione præuisa, perfectioris. Sed (vt obseruabam,) in hoc euentu, omnia non sunt patia in prima & secunda sumptione. Difficultas autem proposita, spectabat euentum in quo omnia essent patia vtrinque.

Resolutio quoad species eiusdem rationis.

15. Nihilhominus vetissimum videtur D. Thomæ de ea difficultate iudicium, ita vt per secundam sumptionem siue speciertus eiusdem rationis, sine diuersæ, nihil plus gratiæ ex opere operato Sacramenti conferatur, quam in sola prima, titulo vtriusque obuenerit. Ita de sumptione plurium specierum eiusdem rationis moraliter simul facta. S. Thomas 3.p.q.79.art.7. qui idem tradit de moraliter simul facta perceptione vtriusque speciei, ibidem q.80. art.12. ad 3. & opusc.58. c.29. Sed confirmemus distincte vtrumque membrum. Primum, seu quod per sumptiones specierum eiusdem rationis materialiter tantùm plures. V.G. per consumptiones plurium hostiarum seorsim, cum morali tamen continuitate, vel per plures specierum vini hausius sibi succedentes, eadem gratiæ mensura conferatur; & quidem tota in prima sumptione, intuitu tamen & primæ & secundæ quæ secutura præuideatur. Probatur, quia nisi id admittatur, fateodum erit fructuosius fore frangere hostiam in multa fragmenta, eáque sumptionibus physicè pluribus percipere sigillatim: quod saltem quoad communionem Sacerdotis, facilè factu esset, & omnino ab eis deberet fieri, ne se fructu copiosiotis gratiæ absque incommodo fraudarent. Iidem calicem haurire deberent pluribus hausitibus interpolatis, vt esset locus causationi vatiarum gratiæ quantitatum, variis pretiosi sanguinis hausitibus tependendarum; quod esset viam aperire innumeris platè superstitiosis obseruationibus. Neque sanè multiplicitas illa putè materialis sacrarum specierum, facit vt homo multoties communieet moraliter loquendo: sed quamuis earum multiplicata physicè sumptio, entitariuè sit multiplex actio, tamè moraliter loquendo non est nisi vna animæ refectio, & vna communio, atque adeò vnica gratiæ quantitas ei toti respondere debet. Idque nisi admittamus, fatendum erit, secundam sumptionem sordere peccato; neque enim licet sæpiùs eadem die communicare. Itaque ratum esto, posteriorem sumptionem facere moraliter vnam cum prima, & ab vtraque, communi velut impensa, vnam & eandem gratiæ quantitatem ex opere operato causari in prima sumptione: Deo qui secundam sumptionem consecututam præuidet, eundem communem gratiæ fructum, ex quo prima sumptio posita est, conferente: quia iam tunc verum est Christum manducari.

Nec non quoad diuersas species.

16. Haud aliter statuendum est, de secunda sumptione diuersarum specierum; puta de sumptione calicis post sumptionem hostiæ. Non nego, quin si calix sumeretur seorsim moraliter ab hostia, respondurus esset calici suus peculiaris fructus gratiæ, vt satis constat ex Concilio Tridentino sess.21.c.1.& 3 quod collationem gratiæ, alteri tantùm speciei indeterminatè tribuit. Et fauet praxis Ecclesiæ, quæ nunc laicis solam panis speciem tribuit, olim autem (in quibusdam saltem euentibus,) solam speciem sanguinis tribuebat. Ita enim significat S. Cyprianus l. de lapsis, agens de infantula polluta participatione idolothytorum. Et pro infirmis speciem panis ægerrimè traiectutis, eundem vsum viguisse, obseruant adductis antiquis scriptoribus, Toletus in c.5.Ioan.annot.27. Ioannes Hessels opusc. de facto Nectarij, Ruardus artic.15. & Sanctesius repetit.10.c.2. Ratio Solida idem confirmat. Nam sub vtrauis specie, est totus Christus. Vnica item species, est æquè Sacramentum ac binæ: quia alterutra cum totum Christum contineat, habet perfectam significationem gratiæ internæ, & vnionis cum Christo, ac refectionis animorum ex Christi corpore ac sanguine, sub vtrauis specie, æquè ac sub ambabus contento. Nihil ergo deest alterutrius speciei sumptiuni solitariæ, ac moraliter seiunctæ à sumptione alterius, quominus sunm gratiæ fructum producat. Quod igitut asserebam illud est, non plus gratiæ per ambatum specierum sumptionem obtingere, quàm per sumptionem vnius, si binæ sumptiones spectent ad vnam moraliter refectionem, vt fit in communione Sacerdotis; & fiebat olim cum laicis quoque, statim à percepta specie panis, porrigebatur calix. Tunc enim binæ sumptiones sunt moraliter vnica refectio totalis, nec plus gratiæ confertut per vtramque, quàm per vnicam, vt diximus de duabus sumptionibus eiusdem speciei, matetialiter tantùm multiplicibus. Et ita rectè affitmant Caietanus 3.p. q.80. art.12. Gabriel lect.84. in Cano. Bellarm. l.4.de Euchar.c.23. Alanus l de Eucbar.c.23. Salmeron t.9.tract.36. Henriq.l.8.c.44.n.5. Sanctesius repetit.6.c.3. Suares t.3.3.p.disp.63.sect.6. Valentia 3.p. disp.6. q.8. p.5. §.6. Scottia l.4 de Missa c.27. n.5. Ratio ex eo petenda est, quod sub vtralibet specie est totus Christus, vt fide certum est. Vtralibet item species, significat eundem effectum quem etiam causat, nempe vnionem cum Christo, & perfectionem ac feruorem charitatis. Non est ergo vnde deriuetur maior illa gratia, pro sola materiali multiplicitate sumptionum, qualis duntaxat est ea quæ cernitur in sumptionibus specierum panis & vini, absque morali disjunctione. Est quidem in ambarum simol specierum sumptione, perfectior id est expressior & distinctior significatio, quam in vnica. Verùm in significatione penes quàm pensandus est effectus gratiæ Sacramentalis, non est attendenda perfectio maior significationis ex parte modi; sed tantum pensanda est perfectio significa-

tionis

cationis ex parte rei significatæ. Itaque cum ambarum specierum sumptiones eandē rem significent, mirum videri non debet, quod dicamus eundem gratiæ effectum vtrique sumptioni respondere; cum ita coniunguntur tempore, vt vnam moraliter communionem efficiant. Sicut quamuis trina mersio expressiùs exhibeat mortē & resurrectionem Christi, quàm mersio vnica tamen tantundem gratiæ confertur per Baptismum vnica mersione constitutum, quàm si tres mersiones adhiberentur: quia vnica mersio ipsum significat, (tametsi minùs distinctè & expressè,) quod repræsentatur per tres.

Communis propositus Eucharistiæ effectibus.

Contraria sententia haud improbabilis.

17. Hanc doctrinam Hentiques l. illo 8. c. 44. n. 5. planè certam videtur habere; id quod etiam apud eum diserte tradunt Ioannes Hessels atque Sanctesius, qui nisi videntur iis Ecclesiæ definitionibus quibus declaratum est, nihil ad salutem necessarium subtrahi laicis ob subtractionem alterius speciei. Non est tamē hoc fundamentum reuera solidum. Nam quamuis sumptio sanguinis sub specie vini, non conferat gratiam quæ sit ad salutem necessaria; tamen posset dici conferre ad salutem vtilis, si post sumptam panis speciem, sumeretur quoque species vini. Itaque non puto sententiam nostram excedere certitudinem opinionis Theologicæ, aut contrariam in qua fuere plerique insignes viri in Concilio Tridentino, esse reprobam doctrinam, vel periculosam, aut etiam improbabilem; sed vtramque sententiam habeo pro Theologico problemate, vt sectè censuerunt Vasques 3. p. d. 2. 15. c. 2. & Bonacina q. 1. de Euch. p. 4. & alij quos hi proferunt. Consuliò sanè Concilium Tridentinum, semper abstinuit omnibus verbis quibus alterutra sententia efferri contra alteram posset; sed solùm dixit, per alteram tantùm speciem, conferri omnem gratiam ad salutem necessariam; & totum Christum sub vtralibet specie contineri; quæ neutri sententiæ propositæ aduersùs alteram suffraganiur. Quare salua esto contrariæ sententiæ sua probabilitas, quam etiam ex rescripto Clementis VI. ad Regem Francorum, dato anno anno 1341. fitmare licet; quamuis sententia cui subscripsimus verior nobis probabiliórque videatur.

18. Neque tamen est, quod probabilitas quam contrariæ sententiæ tribuimus, fucum alicui faciat; quasi inde sequatur, errorem Bohemorum obstitisse deposcentiū laicis vsum calicis, haud quaquam destitui idoneo fundamento; ne scilicet laici frandentur ea gratiæ quantitate, quam probabilis sententia tribuit sumptioni alterius speciei, coniunctim factæ cum sumptione speciei panis. Nego ista debere cuiquam fucum facere. Nam gratis admissa vtilitate sumptionis secundæ speciei, iuxta sententiam quam excutimus, adhuc posset Ecclesia, iustas ob causas, negare laicis vsum calicis. Sanè secunda & tertia communio intra eundem diem, factæ cum morali disjunctione, essent admodùm vtiles: & tamen Ecclesia interdicit tali multiplicatione cōmunionum intra eundem diem, ne vsus Sacramenti præ frequentia vilescat. Similiter communio infantium ante vsum rationis, prodesset illis, & per aliquot secula habuit locum in Ecclesia, cum fructu infantium & gratiæ in illis augmento; quamuis Ecclesia consulens reuerentiæ Sacramenti, vetuerit deinceps communicari infantes. Idem ergo dici posset de vsu calicis quoad laicos adultos, etiamsi verum esset, talem vsum illis adducere peculiarem gratiæ quantitatem. Periculum enim multiplicis irreuerentiæ, quæ longè faciliùs circa speciem sanguinis posset irrepere, mouere meritò potuit Ecclesiam, vt neglecto eo fructu gratiæ ad salutem non necessariæ, iuxta definitionem Concilij Trident. sess. 21. c. 3. arctaret communionem laicorum ad speciem panis. Potuitque etiam hac arctatione, intendi excitatio laicorum ad frequentiorem communionem sub specie panis: vt sic sarciant dispendium quod subeunt, negata ipsis altera specie, quā supponantur vsurpaturi fructuosè, si vera sit sententia, quam admisimus vacare improbabilitate, & à Clemente VI. vt priuato Doctore videtur tradita.

Num in prima, num in secunda sumptione detur gratia, pro vtraque specie.

19. Vnum superest in nostra & D. Thomæ sententia dubiolum, cui sumptioni alligāda sit collatio gratiæ, quam communi vtriusque iuuio rependi diximus, cum vtraque species percipitur. Nam Alanus l. de Eucharistia c. 45. *fere in fine*, & Valentia 3. p. d. 6. q. 8. p. 5. §. 5. allato. 5. existimant, cum sumuntur binæ species, vt fit à Sacerdore consumente sacrificium, gratiam conferri in fine sumptionis secundæ; titulo quidem vtriusque sumptionis; ita tamen vt nihil planè gratiæ iuuenit ante exactam sumptionem secundam, quia sicut binæ species non sunt duo distincta Sacramenta, sed constant vnum cōplerum signum internæ refectionis: ita non debent diuersas gratias conferre, sed vnicam, & quidem non nisi cum completur actio sacramentalis, quod fit cum perecepta est species posteriot: Quamuis si vnica species perciperetur, tota gratia Sacramento debita, tribuatur cum illa vna species est consummatè percepta. Sicut (quod est Alani exemplum,) cum Apostoli baptizabant in solo Iesu nomine, dabatur tota Baptismi gratia per solum nomen Iesv: at quando adhibebantur trium diuinarum personarum nomina; tunc non illud nomen per se tantùm, sed simul cum nominibus reliquarum diuinarum personarum conferebat effectum Sacramenti, in calce prolationis totius formæ, & applicationis materiæ.

20. Mihi verius videtur totam gratiam quæ debetur integro Sacramento, rependi confestim atque cœpta est manducatio: ita vt sicut Autores allegati, volunt per tempus quod antecesserit calcem secundæ sumptionis, nihil produci, sed in calce tantùm, intuitu tamen totius Sacramenti; ita è contrario nihil produeatur per tempus quo reliquum Sacramentum conficitur: sed totus fructus gratiæ, rependstur initio sumptionis primæ inchoatæ, titulo tamen Sacramenti integri atque perfecti; quod etiam si nondum reipsa est positum, est tamen præsens in Dei oculis. Cui non censeam fructum gratiæ differri vltra tempus primæ sumptionis inchoatæ; ratio est, quia Sacramenta operantur ad modum causarum naturalium, atque adeò cum primùm possunt, nec stat per subiectum. Hic autem, subiectum iam ab initio supponitur dispositum; Sacramentum quoque, ex quo posita est pars sumptionis primæ, habet vim causandi gratiam,

Sectio IV. Caput II.

tiam, iuxta Christi verba quorum veritas iam tunc locum habet. Verè enim homo manducat corpus Christi. Manducanti autem, Christus spopondit vitam seu gratiam. Et cum natura gratiæ non ferat, vt producatur successiuè ac per partes, sed pro more entium permanentium debeat tota simul produci; fatendum videtur, in euentu de quo disputamus, totam gratiam Sacramento debitam tependi initio sumptionis ptimæ; id est incipere extrinsecè cum ponitur manducatio, quamuis non fiat successiue; sicut si Angelus extrinsecè produceretur aut conseruaretur in aliquo instanti. Nec refert, quod ante completam secundam sumptionem, vniuersa actio sacramentalis non sit completa, vt Alanus obiiciebat; effectus autem Sacramenti non videatur tependendus nisi Sacramento completo. Sicut effectus Baptismi, non tependitur nisi Baptismo finito atque completo. Hoc inquam non refert. Nam Sacramentum Eucharistiæ, non consistit in vsu; sed est aliquid permanens, atque adeò est substantialiter completum & finitum, non modò ante sumptionem secundam consummatam, sed etiam ante primam. In quo est magna differentia inter Eucharistiam & Baptismum; quia iste situs est in actione abluendi, substante tali forma verborum; vnde non potest dici substantialiter completus ante finem prolationis verborum & ablutionis; ac proinde ante eum terminum non potest dici ferax gratiæ. Contrarium verò accidit circa Eucharistiam, ob rationem assignatam. Huius enim solus vsus extensiuè completur, tametsi substantialiter, vsus eius idoneus ad producendam gratiam ex Christi promisso, completus fuerit, cum primum fuit verum, hominem manducare; & ideirco gratia vniuersa Sacramento debita, iam tunc tota conferatur. Et ita disertè affirmat Ægidius 3.p.q.79. n.40. imo n.28. præmiserat, hanc esse ferè communem Theologorum doctrinam, si supponamus subiectum perstare eodem modo dispositum tempore secundæ sumptionis; vt sanè supponendum est per se loquendo, vt nunc loquimur.

Quædam circa prædictas difficultates, obiter discussa.

21. Satis de duabus difficultatibus initio capitis propositis, circa communia positiuis & negatiuis Eucharistiæ effectibus; hoc est, & collationi gratiæ, cum habitualis tum actualis, & liberationi à peccatis, eorúmque connaturali germine siue reatu; quos effectus cohærenter ad allegotiam de qua toto hoc opere, vocauimus illationem lucis, & depulsionem tenebrarum. Has duntaxat binas difficultates, circa Eucharistiæ effectus discutere placuit, quod solæ spectent proprios huius Sacramenti effectus. Tertia verò quædam difficultas, in qua nonnulli recentiores dilatant disputationis phylacteria; nempe per quid Eucharistia hos effectus suos producat; num per species, siue per actionem immolationis si agatur de sacrificatione; an verò per species Christo coniunctas; & an duo illa, vel eorum alterum cui hæc efficientia adscribenda videbitur, physicè aut moraliter influxum conferat in effectus positiuos: Hæc inquam difficultas, partim est generalissimè fusa in varias de Christo & Christianis mysteriis quæstiones, partim ad omnia vniuersè Sacramenta pertinet: vnde non potest dici propria huius Sacramenti. Nam & de Christo ipso, quæritur quomodo gratiam nobis communicet, physicène, an moraliter tantùm: Et de omnibus item Sacramentis nouæ legis, idem controuertitur. Quare non est quod in huius difficultatis discussione, ponamus vel teramus operam hoc loco. Breuiter tamen resolutio est Eucharistiam conferre gratiam moraliter duntaxat, non autem physicè.

Nam quamuis nihil vetaret, entitatem Eucharistiæ assumi à Deo obedientialiter ad physicè causandam gratiam, idque multi de facto contendant fieri, & per Eucharistiam, & per alia nouæ legis Sacramenta: Tamen quod non sit prudentis Theologi grauare mysteria fidei nouis difficultatibus, absque graui necessitate; consultius videtur, nihil tale de facto affetere quoad Eucharistiam, multo minus quoad alia Sacramenta. Sanè locutiones Scripturæ, quibus ferè nituntur Autores physicum illum Eucharistiæ & nostrorum Sacramentorum influxum in gratiam admittentes, non plus euincunt quàm moralem causalitatem. Sicut planè similes locutiones Scripturæ, de actibus nostris supernaturalibus quibus ex opere operantis iustificamur, omnium consensu non ferunt nisi moralem huiusmodi actuum causalitatem in gratiam. Quid verò denominetur *Eucharistia*, cum dicitur Sacramentum Eucharistiæ ad hunc modum conferre gratiam, constitutum superiùs est sect. 2. cap. 3. Vnde habetur, Sacramentum Eucharistiæ, neque esse solas species, neque Christum duntaxat, sed omnia illa ad compactionem huius Sacramenti interuenire; ac proinde per omnia illa debitè applicata ex Christi præscripto, conferri gratia, non autem per solum Christum sub speciebus delitescentem: quamuis verum sit, totam vim sanctificandi speciebus conferam, à Christi fontis gratiæ, meritis & sanctitate dimanare.

SECTIO

Onomasticon Eucharisticum

SECTIO V.

Ad Candelabri Coronationem, Panacea selectorum Eucharistiæ titulorum ac nominum, ex Scripturis, Conciliis, & Patribus carpta & seriatim digesta in Oonomasticon Eucharisticum, non sine congruis illustrationibus.

AN vsu veterum fuisse, vt candelabra coronarent circumpositis floribus, ex Persio constat in quinta, vbi de ritu Iudaico sic habet.

Herodis vetere dies, vnctâque fenestra,
Disposite pinguem nebulam vomere lucerna,
Portantes violas.

Nec dubium quin alios item flores. Metonymicè porrò Poëta per *lucernas*, signat candelabra. Id quod à Martiali æquè factum suprà vidimus, & firmatur ex Origene homil. 13. in Leuit. qui multa prælocutus de oleo ad lucernas, ait se egisse de candelabro. Coronabantur itaque candelabra appositis floribus; sicut circum altaria quoque poni coronas, in more fuit apud Orientales, teste Niceta Choniate lib. 3. *in Alexio Comneno.* Sed & imitatione 24. Seniorum Apocalypticorum ponentium coronas suas ad pedes Christi Clodouæus Aymon teste Lyr. cap. 24. coronam suam super S. Petri conditorium, pignus pietatis, colorandam transmisit, & Thelesbar Rex Æthiopum deuictis Dei hostibus, coronam suam ad Christi aram Ierosolymam legauit; Canutus Danus, coronam de capite suo detractam, super Christi cruci confixi caput coloratam voluit, illud profitens, *Tium est regnum tu Dominaris præstati maris*, mentionem impingens palponibus qui eius super ipsum mare potestatem fallaces obtrudeserant; Propius ad rem nostram Ludouicus XII. Rex Francorum anno 1505. ad sacram hostiam quæ diuina magna religione asseruatur, illammet coronam suam quam Remis in sua inauguratione gestarat, munus sacrum, per delectos aulicos legauit, quasi illud ex psalmo 132. suum faceret, *super ipsum* (Christum speciebus abditum,) *efflorebit sanctificatio mea*, Hebræa habent *corona mea*. Sancta expressio superstitiosi facti, quo Mysta myrriacus impositam capiti suo coronam decutiens, & ad sui Mythræ pedes eam abiiciens, profitebatur Mithram esse coronam suam, vt est apud Tertullianum cap. 15. libri de corona militis: coronarunt ergo hi Principes, Christum aureis vel gemmeis coronis. Floreas, priuatorum pietas plerumque exhibuit. Et eiusmodi erant (vt præmisi) quæ candelabris apponebantur. Quod ipsum ego quoque circa Eucharistiæ candelabrum præstare meditor, circumpositis ei non iam corruptibilibus moxque marcescentibus floribus, sed amaranthis: cuiusmodi semper viuos ac immortales flores, scripturarum & Patrum areolæ subministrant. Flores enim appello, vernantissima diuini huius cibi nomina, fragrantiam tanti mysterij odoris mentibus inhalantia, multò fortiùs suaueolentiam affusura, cum in vnum floreum, sertum ac panaceam fuerint adunata. Neque tamen omnia esse nomina propria, contendo. Pleraque enim sunt figurata, quædam è similitudine propria, contendo. Pleraque enim sunt figurata, quædam è similitudine prouerbiali petita, alia per varias occasiones attributa. Satis tamen superque est ad rem præsentem quod *nomina* dici possint: quia Eucharistiam, eiusue decus aliquod, aut vim beneficam designant. Itaque valet hic quoque, quod in simili his verbis dictum est à Petro Cellensi l. de panibus cap. 23. *ipso initio.* [Res vna multis plerumque vocabulis nuncupatur, multis figuris significatur. Infantiæ sensus humani, à sapientia Patris in hoc consulitur; vt quia res in abscondito est, & vt est non comprehenditur, saltem multo verborum & sensuum circuitu, qualitercumque tandem attingitur. Tanquam enim multis inuolucris veritas quandoque circuntegitur, multis spoliis superinduitur. Spoliis igitur suis, cum multa reuerentia est expolianda, vt species & pulchritudo eius tanquam stella matutina, vel sicut Sol in virtute appareat. Quid enim aliud agitur cum figura alicuius rei exponitur, nisi quasi vestis sapientiæ explicatur, vel tollitur? Cum verò aliquid prouerbiali similitudine obūbratur, quasi puella speciosa, amictu suo tegitur.]

2. Pro duplici porrò ratione sacra, in mysterium Eucharistiæ concurrente; Sacramenti vna, sacrificij altera, ditabimus nominibus ad vtramque illam rationem pertinentibus, nostram panaceam. Sunt quidem rationes illæ diuersarum personarum actionúmque respectiuæ, tamen integram & adæquatam diuini huius mysterij perfectionem omnibus, æquè fidelibus commodantem, ambæ compingunt. Et ideò Patres promiscuè, nunc ab vna; nunc ab alia ratione & perfectione, mysterium istud exornant, nec rarò etiam vtramque nectunt. Et nos quoque Patrum imitatione, vtrumque florum genus studiosè carpemus, ac in sertum nostrum adunabimus; id quod etiam à Rossensi in præcmio libri secundi de Eucharistia contra Oecolampadium, video tentatum, sed perparcè, ita vt non suprà vndecim mysterij huius nomina, coacerauerit. Et pauciora etiam digesserunt Albertus & D. Thomas mox adducendi.

3. Fines ad quos floreum hoc candelabri coronamentum desciuire potest, occurrunt omnino tres. Nam coronatio ipsa diuinæ Eucharistiæ, hinc erui potest laudatio inquam, ipsi Deo depacta ob tam insigne beneficium quod iudice Clemente VII. constit. cap. 37. omne beneficium operuit, & Christo intra hæc vilia tegumenta

Sect. V.

tegumenta latenti, omnibus titulis debita, non incommodè horum nominum pia recensione exoluitur. Qua ratione videmus Patres (Græcos præsertim,) conglobatione similium nominum, B. Virgini, al sive cœlitibus, studiosè deferre. Quod si secundo loco interpellanda sit Christi sub specierum tectorio abditi benignitas, ad alicuius miseriæ releuationem, vel beneficij exorationem, nihil opportunius hoc sacrorum Eucharistiæ nominum iodiculo. Sic enim Gregorius Nazianzenus orat. 11. de Gorgonia sorore sua scribit cum grauitet laboratet, adrepsisse ad altare in quo Eucharistia asseruabatur, & omnium nominum varietate appellantem Christum qui super altare honorabatur, caput atæ admouisse; denunciantem non se priùs dimissuram altare, quàm Christus ea nominum sanctissimorum multitudine appellatus, salutem contulisset, quàm etiam est consecuta. Potest tertio loco digestio ista nominum diuinæ Eucharistiæ, vsui esse ad piarum commentationum seu meditationum argumenta. Vix ac ne vix quidem est Christianum vllum mysterium, de quo piura eatent sacrarum meditationum paradigmata, quàm diuina Eucharistia. Sunt in omnium manibus de eo argumento, Lucas Pinellus, Fuluius Androcius, Ludouicus Pontanus, Antonius Molina, Cæsar Franciotus, alij. Suauitas enim huius verè mellis & butyri, vt de Christo loquitur S. Gregorius, & pias animas ad suauiandum hoc mysterium continuè pellicit, & Scriptores factos ad idem multiplicitet versandum eatimulat, vt mel de petra Christo, & cognitionem Sacramentorum sapidissimam percipiant, iuxta S. Augustini obseruationem in calce psalmi octogesimi. Pro diffusis autem sacratum meditationum formulis, in quibus concinnandis Ascetici prædicti iocatunt operam, poterit longè vbertima, & profectò adipalis ac succi optimi materia, ea vnoquoque syllabi nostri verbo suppetere [ita vt in istio verborum compendio, Chaistianæ fidei tario splendeat; & de semine eaiguo, seges immensa vniuersinati credentium profutura consurgat.] Vsurpo enim libens verba Arnoldi Carnotensis, In Præfatione ad tractatum de septem Christi in Cruce verbis. Nec illud prætetibo, quod subdit alloquens lectotem suum; nam huc qnoque cadet bellissimè. Hæc breuiùs dicta, [tanto suot peniriùs inquitenda quanto fœcundior & causalis & seminalis tatio in eis delitescit. Enolutis igitur causis, quasi ex quibusdam latebris & ex quodam reclinatorio aureo, honorabilem internotum intellectuum maiestatem produces in medium; & egredietur palam in decore suo cognoscibilis veritas, quam antea oppositis velaminibus ignorabas. Et cum propiùs accesseris, & infuderit se tibi illuminans sensum tuum diuinæ radius veritatis, intelliges & videbis in scintilla incendium, & in stilla teperies pelagus, & in lecytho olei vnde creditori reddas debitum, & tibi affatim suppeditabit ineonsumptibilem cibum.]

4. Seruite his finibus volnisse videtur, qui litaneuticam formulam diuinæ Eocharistiæ concinnauit Ignatius Martines è Societate Iesv, notæ sanctitatis Sacerdos: in quam tamen formulam, perpaucos, nec fetè nisi protritos Eucharistiæ titulos, retulit, magnam partem ex prisciis eius figutis. Nimirum quia pietati plebis fidelium seruiebat, non putauit ab diriora & reconditiora quædam conquirenda, nec de iis quæ profetebat, Patrum sufftagio confirmandis sollicitus fuit. Quinetiam noonulla ea suo ingenio accomoodauit ad Eucharistiam, quæ nemo veterum eò retulisset. Quale est quod ea cap. 1. Ioannis Eucharistiam appellat *Verbum caro factum habitans in nobis*: quod constat cadere in solum Verbum Incarnarum, diuersans inter nos visibili specie intra tabernaculum corporis nostri, vt fert voa Græca, qua ibi vsus est Ioannes. Idem tanquam Eocharistiæ appellationem apud Clementem Quintum, veriùs Vrbanum quartum Clemente allegatum, retulit, *affluentiam diuinæ largitatis*; vbi tameu ex mente Pontificis, non ipia Euchariistia appellatur, sed Dei Eucharistiæ autotis munificentia scelebratur. Nobis religio fuit, vlla Marte nostro procusa, vel aliunde quàm ex SS. Patribus, aui ex Scripturis per Patres aptatis, petita Eucharistiæ nomina, profetre. Quod & ad autoritatem plurimùm facit, & ad securitatem mentalis pabuli legitimi maximè refert. De Eucharistia enim lubricus sermo est, fraude præsertim hostium Ecclesiæ, qui rem tantam redigentes ad Æsopicam vmbram, vetbotum ambagibus omnia dolosè innoluunt, vt videantur aliquid efferre, cum nihil reuera, vel dicunt, vel volunt dicere. Quid ergo optabilius possit accidere, quàm eos seqoi loquendi Magistros, quos Spiritus sancti magisterium, ab omni suspicione quàm longissimè remouet? Itaque verba Patrum securè vsurpabo, quod non ratò pro vi ingenij qua tanti Ecclesiæ Magistri valebant plurimum, reconditum quippiam contineant, adhibebo cum res feret, explicationem ac illustratiooem nonnullam, leuamentum fideli lectori facturus. Quæ enim nostra infelicitas est de qua iam olim Euripides apud Stobæum serm. 82. postulaoit, nominum testa non modicam plerúmque infert difficultatem, ad effractionem, & vnclei seu subiectæ notionis exemptionem; vt proinde aliqua sit necessaria in declarationem nomiuum diligentia: qualem si quoad voces Platonicas, non sunt dedignati. Timæus ac Bœthius vt scribit Photius C. 151. & 154. ac 155. quanto nos iustiùs eam collocabimus in homina ab ipso Spiritu sancto, immediatè, aut per otgana sua, tanto tàmque sublimi mysterio indita?

5. Restat ordo quo proponenda & referenda suot, tradita à Scripturis aut patribus diuinæ Eucharistiæ nomina. Magnus Albertus tract. de corpore Christi, in sex classes omnem nominum Eucharistiæ vatietatem distribuit. [Est enim in genete gratiæ, doni, cibi, communionis, sacrificij, ac Sacramenti.] Dedi verba quæ Turrecremata tract. de corpore Christi cap. 4. ex Alberto allegat. Nam ipsum Alberti opus non vidi. Est quidem iuxta non pancos, (vt etiam notanit Turrecremata,) opus Alberti de Euchatistia, quod est numero 58. inter S. Thomæ Opuscula, diuiditurque in capita 32. cum reuera sint sermones ad populum, vt pater ex præmissa cuilibet, propositi siue thematis appositione; & ex eo quod frequenter Autor in eo opere allegans aliquid dictum anteriùs vel posteà dicendum, referat se ad hunc aut illum sermoem, sic denominans in actu signato. Eóque titulo *sermonum Alberti de Eucharistia*, colum iam olim absque loci & tem-

poris

poris nota, videre Lugduni memini huiusmodi opusculum. Hic tamen liber etiamsi Alberto adscribatur, non est is quem Alberti nomine allegatum à Turrecremata referebam. Nam cum Albertus (referente Turrecremata,) nomina Eucharistiæ digerat in pertinentia ad genus gratiæ, cibi, doni, communionis, Sacramenti, ac sacrificij, nihil tale eo opusculo legitur. Sed capite 25. & 26. sex Eucharistiæ nomina penes sex Eucharistiæ effectus longè alia quàm quæ Turrecremata ex Alberto recitabat, proponuntur & exponuntur, nimirum *panis verus, Sacramentum altaris, Sacramentum charitatis, medicina spiritualis, manna, Eucharistia.* His pridem editis, opus illud Alberti quod allegabam prodiit, in certum tom. 21. operum Alberti. In eo opere quæ Turrecremata proferebat, inueniuntur, non tam ad nomina Eucharistiæ referenda, quàm ad proponendos eius effectus mirabiles, etiam si per eam occasionem pauca aliqua Eucharistiæ nomina exponuntur, non alio ordine, quam quem ea classis sextuplicis ad quam reducuntur, series infert. Nobis expeditissimus, ac Lectoris commodo, & multarum tricarum ex apta nominum in suum veluti locellum ablegatione, opportunissimus ordo visus est, quem initiales cuiusuis nominis literæ indicent, cui proinde insistemus.

A

Adeps frumenti.

Augustinus in Psal. 80. Hieronymus in cap. 55. Esaiæ, Bernardus serm. 74. in Cant.

Illud Psalm. 80. *Cibauit eos ex adipe frumenti*, & illud Psalmi 147. *adipe frumenti satiat te*, Ayguadus & Richelius ad illum locum Psalm. 80. accipiunt de Eucharistia, & fauet Ecclesia in Officio de Eucharistia. Cum autem Psaltes eo loco perspicuè agat de manna; videri potest, idcirco Eucharistiam dictam esse *adipem frumenti*, quia est verum manna typico suffectum, vt ipse Christus docuit Ioan. 6. Illud ramen quod ex Psal. 147. retulimus, & à credito Hieronymo, Lyrano, Ayguano, Richelio ibi, de Eucharistia exponitur, cum ad literam non sit dictum de manna, cogit aliam conquirere notionem *adipis frumenti*, quæ Eucharistiæ congruat seorsim à manna. Sunt qui per *adipem frumenti*, intelligendum putent frumentum lectissimum, siue triticum simpliciter dictum, è quo solo confici potest Eucharistia. Inter tam multa namque frumenti genera de quibus accuratè Delrio ad Actum 3. Hyppoliti vers. 833. longa excursione de frumentis, Langius l. 1. Epist. 56. Ruellius, Dodonæus, Cæsalpinus, & alij stirpium ac plantarum Tractatores, nullum est quod sit certa Eucharistiæ materia præter triticũ, vt habetur ex Concilio Carthag. 3. c. 24. & ex Eugenio in literis subiectis Concilio Florentino; latèque confirmant Vasq. 3. p. d. 170. c. 3. & Comitol. 1. resp. q. 41. Pugnant quidem pro hordeo, Caietanus 1 p. q. 74. ad artic. 4. & non obscurè Alanus l. de Euchar. c. 11. necnon pro secale, vulgo *Seigle* Valentia 3. p. d. 6. q. 1. p. 1. Tamen reliqui vnanimiter, pro materia necessaria Eucharistiæ assignant triticum simpliciter dictum. Et quod de hordeo à Caietano dictum fuerat, erasum est iussu Pij quinti nec esse hordeum, materiam legitimam, affirmat Bessarion opusc. de verbis consecr. Aliqui igitur quia triticum simpliciter dictum, est eximinm inter frumenta, ac solum est materia Eucharistiæ, censuerunt Eucharistiam nominari *adipem frumenti*, Sicut siligo in genere tritici laudatissima ex Plinio l. 18. cap. 8. dici posset pinguem panem conficere, delicias Regibus præstentem, & esse tritici adeps.

Onomasticon Eucharisticum.

Mihi germanissima ratio denominandi Eucharistiam *adipem frumenti*, perenda potiùs videtur ex vsu Hebræorum, apud quos quiduis electum & optimum, donatur *adipis* nomine, vt notat Delrio r. 1. Adag. 475. ex Gen. 4. vbi Abel dicitur obtulisse *de adipibus gregum*, id est optima quæque gregis. Sanè Interpres, vocem Hebræam quam ibi vertit *adipes*. Num. 18. v. 12. 29. & 30. vertit *electum & optimum*. Sicut Deut. 32. vbi Hebraicè erat *adeps vermum tritici*, idem vulgatus vertit, *medullam tritici*. Adeps ergo frumenti, est frumẽtum optimum, & metonymicè panis optimus ac lectissimus, cuiusmodi sine dubio est Eucharistia; & propterea iuxta Hebræam phrasim vocara est *adeps frumenti*. Negat quidem S. Bernardus s. 33. in Cant. Eucharistiam esse adipem frumenti, quia est obuoluta furfure speciem. Tamen sensus S. Bernardi eo loco duntaxat est, fruitionem Christi operti regminibus speciorum, esse hic imperfectiorem quàm in cœlo, vbi eo reuelata facie obiecto, potiri dabitur. Non igitur confert S. Bernardus panem Eucharisticũ cum panibus nostratibus, vt fit cum Eucharistia vocatur *adeps frumenti*, sed confert eum cum pane qui manducabitur in regno Dei, de quo accipit locum Psalm. 147. [Tuta (inquit,) habitatio paradisus, dulce pabulum verbum, opulentia multa nimis, æternitas. Habeo & ego verbum, sed in carne: & mihi apponitur veritas, sed in Sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, & nudo saturatur grano, me oportet quodam Sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, literæ palea, velamine fidei. Et hæc talia sunt quæ gustata afferunt mortem, si non de primiriis Spiritus quantulumcunque accipiant condimentum. Prorsus mors mihi in olla, nisi ex Prophetæ farinula dulcoreur. Denique absque Spiritu, & Sacramentum ad iudicium sumitur. & caro non prodest quicquam; & litera occidit, & fides mortua est, sed spiritus est qui viuificat, vt viuam in eis. At quantalibet sanè abundantia spiritus pinguescant ista, non pari omnino iucunditate sumitur cortex Sacramenti, & adeps frumenti; fides & spes; memoria & præsentia; æternitas & tempus; vultus & speculum; imago Dei & forma serui.]

Adeps & vinum.

Isaiæ 55. iuxta 70. & ibi Cyrillus ac Hieronym.

Credibile est (inquit S. Cyrillus ad eum Isaiæ locum,) hos versus subinnuere Christi mysterium. Qui enim bibunt aquam viuentem, id est per Spiritum sanctum gratia locupleati sunt, eúmque possident, & participant, & fide emunt; participes fient etiam vini & adipis, idest sacrosancti corporis & sanguinis Christi. Hieronymus quoque tametsi quod 70. verterunt οἶνος, hoc est *adipem*, vertit *lac*; non diffitetur tamen, significationem *adipis* rectè cadere in Eucharistiam. Sic enim habet. [Pro *lacte*, in præsenti loco 70 οἶνος id est *adipem* transtulerunt, de quo S. Dauid dicit in Psal. *sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Et in alio loco. *Cibauit eos de adipe frumenti, & de petra, melle sa-*

Sectio V.

turarit eos. Qui *adipes* non aliud quàm mysticam carnem ionuit, ad quam Dominus discipulos hortabatur dicens; *Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.* Vnde in Gethsemani traditus est, quod significat *vallem adipem* siue *pinguissimam.*

Est igitur Christus in Eucharistia *adeps.* Vnde mirum non est, quod pingue faciat comedentes se; & qui pauperes ederant, illico dicantur *pingues terræ;* A Christo enim vero adipe, eam pinguendinem acceperunt, vt ait Theodoretus in eum Psalmum 21. Is enim sua cibatione veriùs quã Europias Sidonianus l.6.epist.6. suis exhortationibus, interioris hominis macié, mysticus adeps & spiritualis aruina distendit. Inngitur portò ab Isaia *adeps & vinum*, vt intelligatur, corpus adipe signatum, non esse absque sanguine, & viceuersa.

Elegans locus Ruperti ex l.1. in Leuitic.c.16. ad rem præsentem maxùnè facit. Disputat eo loco Rupertus quid sit quod Leuit. 4. edicitur, vt vituli pelle, carnibus, capite, pedibus, intestinis & fimo extra castra crematis, adeps offerretur pro peccato, tam is qui operit vitalia quàm omnia quæ intrinsecùs sunt. Et quidé quod corpus hostiæ iuberetur extra castra cremari, manifestè pertinet ad Christi passionem extra portam vt Hebr. 13. expressum habetur. (Quid ergo sibi vult (addit Rupertus) retentio adipis & cæterorum quæ sepatari iussa sunt in holocaustum, nisi illud quod idem vitulus, idémque Sacerdos magnus cõtinuò edueendus, vespertinũ fecit sacrificium, panem & viuũ transferendo in corpus & sanguinem suum? Nam pellem quidem, id est visibilem hominis speciem, totúmque mortalis ac miseræ substantiæ nostræ fimum in isto sacrificio non attendis, sed quicquid pinguedinis, id est quicquid gratiæ spiritualis in Christo est, fidesisthic tenet, & sensus animæ percipit. Vnde tota cum eodem capite suo sancta dicit Ecclesia *sicut adipe & pinguedine replaatur anima mea.* Cæterum de illo quæri potest quod cum dicatur *corpus & sanguis*, neque panis in carnis speciem, neque vinum mutetur in sanguinis horrorem. Id est murmurare plebeium quemque cur non Sacerdos vituli fimum adoleat simul & pellem. At illa semel extra portam cremata sunt, quando pellem nostræ mortalitatis atque corruptionis, excoxit ignia passionis super struem lignorum, id est in patibulo crucis, ac demum ipso resurgente à mortuis id quod mortale erat, à vita absorptum est. Cur post resurrectionem suam, inuisibilis factus est, & non nisi quando voluit, & à quibus voluit visus, ita vt cum vellet euanescereret; nisi quia corruptio hominis absorpta est? Etenim quod necessario visibile est, procul dubio & corruptibile est. Igitur de fimo & pelle vituli, id est visibili atque corruptibili specie corporis & sanguinis Domini, neminem scrupulus moueat infidelitatis. Nam totam adipem, totam pinguedinem vituli, id est totam gratiam & veritatem Verbi Incarnati, qua indiget vt repleatur anima fidelis, illhic se habere fides Christiana confitetur. Nomine re atque effectu, cato vera est & sanguis verus nomine videlicet, quia sic Sacerdos dixit consecrationum opifex qui vera rebus nomina ponit; *Hoc est corpus meum, hic est calix sanguinis mei.* Re autem, quia profecto Sanctos Sanctorum est, quàm verè Sacerdos iste qui sanctificat, Sanctorum est effectu nihilominus, quia videlicet quàm efficaciter semel passus omnibus præteritis remissionem peccatorum attulit, tam potenter & nunc ad Ecclesiam per eandem fidem venientibus, remissionẽ peccatorum diguè petentibus rependit. Vbi tot habens veræ essentiæ partes multo adipe repletur anima fidelis, quid te moueat, quia non comparent pellis & fimus, id est horrida species carnis & sanguinis.]

Præclarè item de pinguefactione ista animatum per Eucharistiam Hugo Lingonensis l. contra Berengarium. Obseruat enim Deum qui immortalis in se erat & inuisibilis, per corpus dispoſuisse moti; [Sic ipsũ eius corpus inguſtabile per naturam, per formã, per speciem mãducabile contulit, ne abhortendo cruentum, ipsa iciunitas condemnaret, quos liberatos morte, refectio sacrosancta satiaret. Quid enim tam optabile deuenit in habitum, quàm ipso pasci, ipso refici pane, qui tanta virtute nos saginat, vt Christo concorporati medullitus adipemur, & homo interior spiritualiter pinguescat? Ad illum capiendum, comedendum, nutrimur. Per istum, lactamur fide, pascimur specie. Per ipsum iam filij Dei sumus, sicut scriptum est. Filij Dei sumus per gratiam, per fidem, per Sacramentum, per sanguinem Christi, per redemptionem Saluatoris. Cibus immortalis & sanctus, per quem nos vegetamur, & ille non minuitur. Panis iste sicut lux plurium oculos pascens, & tamen tanta est quanta erat.

Ænigmata mysteriorum,

S. Epiphanius hær. 55. Theodoretus 1. Cor. 13. S. Thomas, opusc. 58. c. 8. Id est *mysteria ænigmatica in quibus nunc videmus*, iuxta Apostolum 1. Cor. 13. Optimè autem notio vocis *ænigma*, quadrat Euchatistiæ. Nam ænigma, vt latè ex variis tradit Lilius Gyraldus iuntio libri de Ænigmatibus antiquis, sonat aliquid absconditum, nec facilè peruium. Quid autem obscurius mysterio Eucharistiæ, quod audit antono masticè *mysterium*? Eusebius 8. de demon. c. 1. dixit Hierurgos sacros siue Sacerdotes, *ænigmatizare mysteria corporis & sanguinis Christi* Græcè est *διαστοτειν τὰ μυστήρια.*

Affluentia omnis sacrosanctorum charismatum.

S. Cyrillus in c. 56. Esaiæ.

Agnus Dei tollens peccata mundi, incruentè immolatus.

Concilium Nicenum. 2.

Repræsentandus est locus integer, quippè omnino luculentus. Habetur verò apud Cuthbertum Tonstallum l. 1. de verit. corp. & sang. Dom. & apud Alphonsum Pisanum l. 3. Concilij Nicæni *sub initium.* [Iterum etiam hic in diuina mensa, ne humiliter intenti simus ad propositum panem & pollulum, sed attollentes mentem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnum illum Dei tollentem peccata mundi, incruentè à Sacerdotibus immolatum; & pretiosum ipsius corpus & sanguinem nos verè sumentes, credere hæc esse nostræ resurrectionis symbola. Propter hoc enim, neque multum accipimus, sed parum, vt sciamus quod non satietati, sed sanctimoniæ sumimus.]

Præmiserat ibi Concilium, baptismum Christianum non esse spectandum oculis corporis, sed oculis animi: eo quod non nisi aqua videatur, & tamen intra eam diuino igne pleuam, vi-

tua

tus Dei delitescat. Idem accidere docet in Eucharistia,quæ quoad ea quæ apparent, vile quid est;intus autem ipsum Deum recondit.Idque est, quod ferunt voces illæ, *iterum etiam hic.* Quod addebat Concilium de incruenta agni immolatione, optimè expressum est à S Andrea, quem eius Acta omni fide conscripta, ferunt vrgente impio Proconsule vt Idolis immolaret, respondisse,[Omnipotenti Deo qui viuus & verus est, ego omni die sacrificio ; non thuris fumum,nec taurorum mugientium carnes,nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum quotidie in altari crucis sactifico , cuius carnes post quàm omnis populus credentium manducauerit , & eius sanguinem biberit , Agnus qui sacrificatus est,integer persenerat & viuus:& cum verè sacrificatus sit, & verè carnes eius manducatæ sint à populo, & verè sanguis eius sit bibitus , tamen (vt dixi,) integer permanet, & immaculatus, & viuus.]

Agnus Deus,agnum abigens.

Petrus Blesensis catm.de Euchar.c.4.

Obuiarunt sibi in vltima cœna, vetera & noua instituta,vt dixit creditus Cyprianus serm.de cœna Dom. Præcessit enim agnus figuralis siue Iudaicus , cui continenter suffectus est verus Agnus, qui idcirco dicitur abigere agnum Iudaicum.Ipse Blesensis se explicat.

Iam non per Moysem , agnus populo datur assus.
Huius Christus adest pro nobis in cruce passus.
Huius venturi prior extitit ille figura,
Vmbra necessit adest lux,sit Deus hostia pura:
Hostia solemnis:Christus modo significatur,
Mors tamen huic passo semel vltra nõ dominatur.
Gratia suc. essit,disparuit illa vetus lex,
Et mundo nona lex,nona lux,nouus emicuit Rex.
Nil modo pla: at ouis,nil sanguis agit vitulorum,
Nil holocausta boum, periit vetus ordo sacrorum.
Iam iam defessilit pecudes mactare minister,
Ex quo mactandus venit pius ille magister.
Ergo legem lex,agnum Deus agnus abigit.
Quodque figurabat vetus , hoc nouus iste peregit.

Hic est ille Agnus eliminans noctem & tenebras antiquas, de quo sic Hincmarus apud Flodoardum l.3. histor. Rem. c.15. & apud Durandum Troarnensem part.7.

Agnus lux mundi,proprio nos corpore pascens,
In nobis maneat , manso nostra fiet.
Agnus fons vitæ proprio nos sanguine potans,
Semper more suo debriet atque regat.
Hic Deus omnipotens per quem paternomia fecit
Naturas rerum mutat vt ipse volet.
Hic cruce nostra creat propriis & munera verbis,
Fitque caro ac sanguis pane liquore suus.
In cru. e nã corpus fixum est sanguis quoque fusus,
Christi,quæ in cœna iam dedit ante suis.
Cum nos indigni hæc memoramus,iussa Redẽptor,
Emptorum pretium munera nostra facit.

Itaque quod dixit Blesensis , Christum agnum abigere agnum ; perinde est ac si cum S.Thoma dixisset.

Nouum Pascha nona legis,Phase vetus terminat.
Vetustatem nouitas,vmbram lux eliminat.

Quod autem Christus in Eucharistia *agnus* dicitur , rationes suppetunt partim communes; ob quas etiam in visibili specie Agnus Dei denominatus est à Ioanne,partim speciales ex eo ductæ , quod inter omnes Eucharistiæ typos emineat Agnus Paschalis , quem Eucharistiam potius quàm passionem Christi respexisse , latè

R.P.Theoph Raynaudi,Eucharist.

tradit Francolinus l.de horis Canon.c.56.contra Iansenium c.118.& 142.Concord. Eius quippe Iudaici agni præcipua religio,in comestione sita erat.Vnde Christus , tempus esui agni adscriptum, idem esse voluit cum tempore institutionis Eucharistiæ, & illam super cœnam , ac inter comedendum instituit.Apostolus 1.Cor.11.hanc ob causam , Christum Sacramentaliter constitutum,vocat *Paschа nostrum* Disertè denique vatij Patres,ritum comestionis Agni,referunt ad Eucharistiæ perceptionem. Diffusè id prosecutus est S,Gaudẽtius tract.2.in Exod.*in fine*,& S.Eligius hom.15. de Cœna Dom. Optimè verò , & cum concinna omnium adiunctorum comestionis agni typici aptatione ad sumptionem Eucharistiæ.hom.14.vbi sic loquitur. [Istius agni carnes assas comedimus, si nihil in nobis fluidum relinquimus, sed totum virtutibus solidatum, & igne sancti Spiritus decoctũ approbamus , velut Psalmista,*Exaruit*(inquit,)velut testa virtus mea Quid namque est testa ante ignem , nisi molle lutum?Sed de igne agitur vt solidetur.Virtus ergo humanitatis Christi, velut testa exaruit:quia ab igne passionis , ad virtutem incorruptionis creuit. Aliter has Agni carnes assas igni, accepit Isidor.Pelus.l.1.epist.19.cum dixit, [Igni assas carnes agni edebant Hebræi , magnum diuinæ Incarnationis mysterium , per huiusmodi esum typicè adumbrantes , ac Dei agnum prædicentes, qui diuinæ essentiæ ignem , sermone omni præstantiore , cum ea carne connectit , quæ nunc à nobis editur , vitiorúmque remissionem affert.] Sed pergit Gaudentius.Caro etiam Agni, cum azymis panibus & lactucis agrestibus est edeuda,vt cum corpus Redemptoris accipimus, nos pro peccatis nostris fletibus affligamus : quatenus ipsa amatitudo pœnitentiæ abstergat à mentis stomacho , peruerſæ amorem & prauitatem vitæ ; vt festinanter Pascha comedendo , vt solum patriæ cœlestis anhelemus ; & de peioribus ad meliora pergentes , tenebrosam Ægyptum relinquamus , intelligentes , nos hic non habere manentem ciuitatem , sed futuram inquitendam. Ad quam Mediatoris Dei & hominum, passione interueniẽte, toto mentis affectu curramus,vt non hospites & adnenæ , sed ciues sanctorum & domestici Deijibi esse possimus,colluadantes illum qui pane cœlesti in hac peregrinatione nos satiat, vt visionem æternæ claritatis suæ,sine defectu luminis cernere possimus.] Alia in hanc rem petere licet ex S.Thoma opusc.58.c.16, Nominatim verò annorandum est , cum Agno legali, calicem quoque ad potum interuenisse,quo Paschasius in expositо *sub medium* refert binos calices, à Luca c. 12. inter describendum cœnam vltimam memoratos.

Onomastiсon Eucharistiсum.

Secundùm titum comestionis Agni, tollebatur etiam hœdus. Absurdè enim, agnum qui simul hœdus esset quærebant carnales Iudæi vt eis exprobrat Zeno Veron.serm.1.de Exod. Nec posse inueniri talem agnum confirmat Autor libri viginti & vnius sententiarum in 2. (tom.4. Augustini.) Sed iussum Dei non spectabat eam absurditatem , sed mandabat simili modo quo immolatus esset agnus,immolari quoque hœdũ. Hunc Christo accommodat Zeno,necnon Agobardus l. de priuilegio & iure Sacerdotij,initio, quia & iustus ipse erat , & ex peccatoribus progenatus:vt Iudas , & Dauid, & in mulieres quot-

modica quantitate quæ ad corporis eibarionem esser planè inepta, vt supra monui ex Concilio 1. Nicæno. Verum iuxta Augustin. serm. 35. de verbis Dom. [Credimus in Christum, eum fide accipimus. In accipiendo nouimus quid cogitemus. Modicum accipimus, & in corde saginamur. Non ergo quod videtur, sed quod creditur, pascit.]

Alimentum vitale.

Franco Abbas tomo 10. de gratia Dei.

Locus Franconis est perelegans. Refero duntaxat plagulam. [Qui ergo maternam carnem assumpsit in vtero, & assumptam redemptionis nostræ conuertit in opus, eadem Verbi potentia assumit panem in manibus, & diuinæ benedictionis ac Verbi quod ipse est effectu; vertit in corpus suum salutis nostræ Sacramentum. Frangit aurem panem, tanquam potestatem habens ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Frumentum ergo Euangelicum, Iudæorum manibus molitur, igne passionis coquitur, & verbo vltæ panis viuus effectum, vitale fidelibus efficitur alimentum.] Fulbertus Epistola 5. Quod hic Franco vocat *vitale alimentum* nominat *vitale pulmentum* vt infra referam, haud dubiè significans hoc alimentum esse veram carnem.

Alimonia cœlestis.

S. Leo epist. 23.

Est quidem panis Eucharisticus firmamentū in terra seu panis eductus de terra & in terra eōfectus, satus ac coctus. Dicitur tamen cœlestis alimonia, tum quia correspondet veteri mannæ cui nomen panis de cœlo tributum est quia pinsebatur in aëre ministerio Angelorum: tum quia hic cibus alit ad cœlestem gloriam eóque referunt præstita per illum nutritio.

V. infra *Panis qui de cœlo descendit.*

Alimonia immortalitatis.

Creditur Cyprianus serm. de Cœna Dom. Paschasius l. de sacram. c. 11.

Algerus l. 2. c. 5. *in fine.*

Alimonia regalis.

Rupertus l. 9. in Genes. c. 34. vbi tamen aliqui Codices pro *regali* legunt *vitale.* Sed contextus series, fauet lectioni propositæ. V. infra *Panis pinguis,*

Alimonia spiritualis.

S. Leo epist. 23. [In illa mystica distributione spiritualis alimoniæ, hoc impartimur, hoc sumimus; vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus.

Alimonia vitalis.

Petrus Damiani serm. 10.

Glossam optimam huius rituli suppeditant illa S. Chrysostomi hom. 24. in 1. Cor postquàm egit de corpore Christi, tradito pro nobis in mortem. [Neque solummodò corpus suum tradidit, sed eum prior carnis natura è terra formata, à peccato mortalis facta, à vita deserta esset, in aliam vt ita dicam, massam fermentum induxit, hoc est carnem suam, natura quidem eandem, verùm à peccato liberam & vitæ plenam, quam omnibus tribuit vt participes fierent; vt ea nutriri, & priore abjecta quæ mortua erat, per hanc mensam viuentem & immortalem, in vitam immortalem contemperaremur.]

Altare.

Hugo Lingonensis Tract. contra Berengarium.

Verba Hugonis sunt notãda. [Per fidē ambulamus non per speciem. Aliter enim non venitur ad aram, quæ & Sacerdos & sacrificium est. In Christo enim bæc omnia. Iste est enim sublime altare Patris sicut scriptum. Putásne aliud esse altare vbi Christus Pontifex assistit, quàm corpus suum, per quod & in quo Deo Patri fidelium & fides offeruntur? Vnde & Psalmista, *Introibo ad altare Dei mei.* Sed & de quo diceret, adiunxit, *Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Hoc & apud Ambrosium. Forma (inquit) corporis altare est, & corpus Christi est in altari.] Lanfrancus in c. 13. ad Hebr. eodem modo accipit illud, *Habemus altare de quo edere non habēt potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* [Corpus Christi, (inquit) & in aliis diuinarum locis Scripturarū, *altare* vocatur, pro eo videlicet, quod in ipso, id est in fide ipsius, quasi in quodam altari oblatæ preces & operationes nostræ, acceptabiles fiunt Deo.] Apud Apostolum tamen, eo loco Epistolæ ab Hebr. *altare* videtur sumi pro ara Christiana, in qua sacrificatur; inde in græco est θυσιαστηρ q.d. *sacrificatorium* de quo ea ara, id est metonymicè de cōtento in ea Christo vt Turrianus expēdit l. 2. de Eucharistia c. 4. non comedunt qui tenaciter adhærent legalibus vbi fit allusio ad carnes sanctas quæ non comedebantur à Leuitis & Sacerdotibus, sed efferebantur extra castra, cremandæ in typum Christi extra Hierusalem crucifixi. V. Gagnerium.

Onomasticon Eucharisticū

Quicquid verò sit de notione *altaris* in eō Apostoli loco, disertè Hesichius (præter citatos) l. 2. in Leuit. c. 1. agnoscit corpus Christi, rectè dici altare. [Vnigeniti corpus (inquit) reuera altare dicitur. Quomodo sicut omne sacrificium super altare à Sacerdotibus ministrantibus ponitur, sic omnem animæ vinurem, in corpore Domini, id est ad eius imitationem Sacerdotes operantur. Hoc altare Moyses significans dicebat, *Altare de terra facietis mihi.* De nostra erenim terra, id est, conspersione siue massa, corpus Dominicum factū est & rursum ipse. *Quod si altare lapideū feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus; si enim leuaueris cultū tuum super eo polluetur.* Neque enim secta, neque dolata ab hominis manu est Christi caro, de qua Daniel dicebat, *Ascissum est lapis de monte sine manibus*, quia sine complexu viri & mulieris, conceptus eius processit & partus.] Videndus in hanc rem Matthæus Galenus l. de sacrif. c. 5.

Anaphora.

Græcis passim nomen est diuini sacrificij, extatque de ritu sacrificandi à S. Basilio edius libellus cui titulum fecit *Anaphora.* Nominis rationem hanc attigit Anastasius Sinaita orat. de Synaxi. [State (inquit,) obsecro cum reuerentia. State cum timore, tremenda illa eleuationis hora. Quo enim affectu, & quo animo quisque illo tempore assistit, sic & ad Dominum sursum fertur. *Anaphora* enim siue *eleuatio* dicitur, quia sursum ad Deum fertur.] Videtur Anastasius; notionem huius nominis totā referre ad effectum procreatum in eo qui assistit sacrificio, quasi idcirco tantum aut saltem maximè, dicatur *Anaphora* vel *sursum eleuatio*, quia qui adest, ex Sacerdotis monito vt sursum corda inuebantur, habet cor suū ad Dominum. Nihilominus sunt ex parte ipsius-met sacrificij, & hostiæ in eo immolatæ, potiores & germaniores causæ duæ, cur dici potuerit *Anaphora.* Prior causa est, quia hoc sacrificiū sua-

Sect. V.

pte natura est ascensus quidam in Deum. Nam si id de omni oratione verè dicitur, iuxta doctrinam Damasceni atque Chrysostomi, multo magis de sacrificio Christiano, quod supra tam multas orationes, continet sublimissimum actum protestationis diuini imperij supremi, & nostræ fiduciariæ (vt sic dicam,) recognitionis. Quæ eleuatio, est intrinseca sacrificio, etiamsi nulla externa & corporalis eleuatio interueniret, qua hostia attolleretur, sursumque efferretur per Sacerdotem sacrificantem. Posterior causa, cur sacrificium dici potuerit *anaphora*, peti potest ex corporea eleuatione & sublatione hostiæ: quam tametsi fatuè allatrarunt Nouatores, tamen antiquissimam & honestissimam esse, dubitare non licet. Psaltes sanè eo illustri oraculo de Eucharistiæ sacrificio psalm. 71. quod Rabbini ipsi Christo anteriores agnouerunt apud Galatinum l. 10. cap. 5. & apud Gaterium Classe Nona, *erit firmamentum in terra in summis montium*, manifestè astipulatus est huic sacro ritui. Quod enim vulgata habet *in summis montium*, Hebræi legunt *super capita Sacerdotum*; ita vt quod non pauci astruunt apud Pinedam l. 6. de Salomon. cap. 20. sect. 16. significare tanto ante voluerit Dauid, mirabile illud triticum, è quo multiplicationem filiorum Dei futuram prænunciat, dicens *& florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ*, sustollendum ac sursum efferendum fore super capita Sacerdotum; vt videmus post consecrationem fieri; & factum esse iam ab initio Ecclesiæ, constat ex Liturgia S. Iacobi, vbi is ritus exaltandi hostiam, diserte annotatur. Nec non in Liturgiis SS. Basilij & Chrysostomi. Optimè verò S. Germanus Constantinopol. in Theoria rerum Eccles. hanc hostiæ eleuationem, ait signum esse exaltationis Christi in Cruce, & resurrectionis qua è monumento sursum erupit. Hildebertus catm. de officio Missæ, hanc exaltationem hostiæ & calicis, retulit ad sublimitatem horum munerum, rebus quibusuis terrenis excelsiorum. Ab alterutra igitur, vel simul ab vtraque eleuatione proposita, nomen *anaphoræ*, diuino sacrificio adhæsit.

Antidotum qua liberamur à culpis quotidianis, à peccatis mortalibus præseruamur.

Concil. Trident. sess. 13. cap. 2.

Hoc quomodò intelligendum sit latè discussum est sect. 4. cap. 3.

Antidotum mortis, pharmacum immortalitatis.

S. Ignat. epist. ad Ephesios.

Vt intelligatur S. Ignatium agere de Eucharistia, locus eius adscribendus est. Hortabatur ergo Ephesios vt essent [Obedientes Episcopo, & Presbyterorum cœtui, mente indiuulsa frangentes panem vnum, quod pharmacum immortalitatis est, mortis antidotum, vitámque in Deo concilians per Iesum Christum, & medicamentum, omnia expellens mala.] Hæc ipsis Solis radiis scripta de Eucharistia videntur. Est de eadem geminus locus in Epistola ad Philadelph. quem ad Eucharistiam pertinere, Aduersarij quoque fatentur, vt Centuriatores ac Pettus Martyr, quibus institit Plessæus l. 4. cap. 4. Et vtroque loco S. Ignatius, perceptionem Eucharistiæ iungit cum subiectione ad Episcopum. Imo ne Eucharistiam quidem tam haberi vult, Epistola ad Smyrnenses, nisi quæ sub Episcopo fuerit vel sub eo cui ipse concesserit. Et paulo post, vetat absque Episcopo offerre, vel sacrificium immolare, vel dochen celebrare. Quem locum allegans Theodoretus dial. 3. *Eucharistiam* ibi accipit, non pro quacunque benedictione, sed pro immolatione incruenta, quam refragante Episcopo ciúsve Vicario, non vult frequentari à fidelibus. Et hæc est *doches celebratio*, iuxta veterem Ignatij interpretem; tametsi apud Clementem II. constit. c. 28. vt ibi notat Turrianus, *dochæ* pro *agapæ*, aut quocumque conuiuio accipitur. Ex consensione ergo loci ex Epistola S. Ignatij ad Ephesios, cum his aliis eius locis, quæ clarè de Eucharistia sunt, indubitatum manet, locum quoque ex Epistola ad Ephesios, ad mysterium Eucharistiæ pertinere.

Quomodò autem ibi, Eucharistiam nominet *mortis antidotum, & pharmacum immortalitatis*, exposita est sect. 4. cap. 2. ex Nysseno, Anselmo, Petro Damiani, Guitmundo, atque Ruperto. Nunc alius Anselmi locus attexendus est ex l. de sacram. altar. p. 2. cap. 10. fœtus testimonio Christiani Poëtæ. [Vterque (inquit,) domus nostræ postis, idest corpus & anima, signandus est Agni sanguine; ne ab exterminante vastetur, & flagellum appropinquet tabernaculo nostro. Sed & natura carnis nostræ quæ in primo parente suo, cibo vitiata illicito, originali propagine peccati, & pœna peccati tota erat infecta, & morti æternæ addicta, id est simul tradita corruptioni, in alterius cibi curanda erat antidoto; sicut pulcherrimè Christianus Poëta dicit.

Qui peremtem hominem vetiti dulcedine pomi,
Instauras meliore cibo, potuque sacrati
Sanguinis, infusum depelhi ab angue venenum.]

Sedulij versus sunt ex l. 1. operis Paschalis, in inuocatione subiecta Præfationi.

Antitypa corporis & sanguinis Domini.

S. Dyonis. cap. 3. Eccles. Hier. Clem. Rom. 5. cap. 13. & l. 7. cap. 26. Mac. homil. 27. Theodoretus Dial. 1. S. Basilius in Anaphora, Naz. orat. 11. Eusthatius adductus ab Epiphanio in 7. Synodo actio 7. S. Germanus in Theoria rerum Eccles. Andreas Cretens. serm. de ramis palm.

S. Gorgoniam sororem suam, (scribit supra Nazianzenus,) cum ægritudine distineretur, ad altare adrepsisse: Et cum caput illi admouisset, æquale clamores & lachrymas mulieris illius quæ Christi pedes rigauit, totúmque corpus hoc suo pharmaco & vnguine lachrymarum perfudisse. [Et si quid vsquam antityporum pretiosi corporis aut sanguinis manus recondiderat, id lachrymis admiscuisse] statímque liberatam se morbo sensisse, perfectéque in momento conualuisse. Omnes hactenus, in hoc Nazianzeni loco per *antitypa pretiosi corporis aut sanguinis*, intelexerunt ipsummet Christi corpus in Sacramento: Planéque ludit operam Gabriel Vasques 3. p. d. 197. num. 49. cum argutiolis ex præsenti circa Eucharistiam vsu petitis, contendit sermonem ibi esse Nazianzeno, non de Eucharistia, sed de aliquibus reliquiis, aut imagine quapiam passionis Christi. Sed hoc nullo modo est verisimile, neque vllatenus cum adiunctis narrationis cohæret, & prætet omnium sententiam est confictum. Non communicauit quidem tunc Gorgonia, quippè adhuc Catechumena: Tamen cum inaudisset de veritate

veritate corporis & sanguinis intra pastophorium asseruari & reconditi per Sacerdotes, magna cum fide sacra conditoria prehensasse, & manum sic sanctificatam lachrymisque delibutam, corpori laboranti applicuisse, celebratur. Itaque Nazianzenus, per *antitypa pretiosi corporis & sanguinis Domini*, intelligit Eucharistiam; quo eodem modo locuros esse de ea alios Patres obseruaut Bessarion l. de verbis consecrationis, Turrianus ad l. 5. Constit. c. 14. Billius ad illam 21. Nazianzeni orationem n. 2. Alanus l. de Euchar. c. 32. Sanctesius repetit. 3. c. 4. Bellarminus l. 2. de Euchar. c. 15. Iustinianus, 1. Petri 3. versu 21. Claudius Espencæus l. 4. de ador. Eucbar. cap. 12. Non tamen me latet, aliquos Patres, nomen *antityporum* tribuere pani & vino, duntaxat ante consecrationem, non autem post productionem corporis Christi sub speciebus. Ita Damascenus 4. fidei cap. 14. Anastasius Antiochenus l. contra hæsitantes, Theophilactus Matth. 26. & Marci 14. Elias Cretensis ad orationem 1. Nazianzeni. Et mordicùs id tenet Gabriel Vasquez 3. part. 297. cap. 4. fassus quidem corpus Christi in Eucharistia, & rorum Sacramentum dici posse *antitypum* alicuius alterius rei, non tamen corporis & sanguinis Domini.

Distinctio videtur adhibenda. *Antitypum* enim etiam duntaxat actiuè spectatum,) vt hîc contingit) potest bifariam accipi. Aio hîc antitypum sumi tantùm actiuè, non autem passiuè, vt sumeretur si designaret rem typo ex aduerso respondentem, siue exemplar imagine reptæsentatum. Qua ratione S. Petrus 1. Epistolæ capit. 3. vocat baptismum, arcæ Noëticæ antitypum; quia per arcam vt per figuram repræsentabatur. Vnde pari ratione Eucharistia, posset dici antitypum veterum eius typorum, & tam multiplicium figurarum, quibus adumbrata & prædelineata est. Sicut Græci vocant ἀντιβασιλεα, eum qui est pro Rege: & S. Chrysost. 2. Cor. 2. vocat Spiritum Sanctum πνεῦμα ἀντίψυχον, quia est pro anima, & vice animæ. Sic ergo Eucharistia, quia est loco veterum typorum, eiúsque successit vt veritas figuris, dici posset antitypum eorum, tanquam præ figurata per eos veteres typos. Nec video quanto iure Bellarminus l. 2. de Euch. c. 15. inficietur, *antitypum* sumi vnquam passiuè, & significare exemplar. Nam ex hoc loco S. Petri, manifestum est, *antitypum* aliquando sumi passiuè, seu pro exemplari per antiquum typum adumbrato. Quo item modo accipitur plerunque nomen *imaginis* ac *exemplaris*, vt notat Petrus Cellensis lib. 3. epist. 4. Verum tamen est, in præsenti negotio, *antitypum* sumi duntaxat actiuè: quia Patres iis locis in quibus Eucharistiam vocant *antitypum*, non comparant eam cum veteribus illius figuris per quas olim est adumbrata; sed aiunt eam esse *antitypum corporis & sanguinis Domini*, ad quæ Eucharistia non potest comparari nisi actiuè: Neque enim habet ad ea rationem exemplaris reptæsentati, sed imaginis repræsentantis de prædictorum Patrum sententia. Sumendo ergo *antitypum* actiuè, siue pro figura & imagine, dupliciter sumi potest vox *antitypi*, sicut dupliciter Eucharistia potest dici typus seu figura.

Primò *antitypus* idem sonare potest quod typus nudus, & meta figura. Neque enim Græcis infrequens est, præpositionem ἀντι in compositione adhibere loco præpositionis *pro*. Qua ratione *antitypus* sumitur pro typo, & symbolo nudo, aliquid absens referente. Sic Nazianzenus orat. 34. ait Abrahamum obtulisse *nouam hostiam & magna antitypum*, eius scilicet quæ per Christum erat offerenda. Similitérque orat. 42. noctem Paschalem vocat *antitypum firmamenti cœlestis*, eo quod ea nox apud Christianos magna vi luminum colluceret. Ibidem vocat serpentem æneum, *Christi antitypum*. Et orat. 34. tabernaculum Mosaicum appellat *mundi antitypum*. Ipse Apostolus Hebr. 9. sancta manufacta siue tabernaculum vocat antitypa vetorum ob aliquam inter vtraque analogiam absque identitate. Omnibus his locis, *antitypum* idem est quod nuda figura & meta imago. In quo sensu, meticulosissimè Damascenus, & Epiphanius Diaconus, ac Elias Cretensis negant Eucharistiam post consecrationem dici *antitypum corporis & sanguinis Domini*. Talis quippe imago siue figura, excluderet realem Christi in Eucharistia præsentiam. Huiusmodi verò puris imaginibus siue nudis figuris Christi, non esse annumerandam Eucharistiam, grauissimè contestata est Nicæna illa Synodus secunda, quæ agebat de puris imaginibus. Sicut nemo dicat, arcam Noëticam, idem reipsa fuisse cum Baptismo cuius dicta est *antitypum*; idest imago nuda, vt exponit Catena Græca 1. Petri 3.

Secundò *antitypum* dici potest de eo quod aliquid ita repræsentat, vt simul sit res repræsentata, sed sub diuersa ratione; ita vt ἀντίτυπος (quod notat Elias Cretensis *supra*,) idem sit quod ἐτέτυπος. Et hoc pacto S. Ambrosius in c. 5. Lucæ Christum triduo post in templo repertum, ait fuisse figuram, atque adeò antitypum sui ipsius triduo sepulti, & postmodùm rediuiui. Idem Christus visus in monte sancto inter Patres noui ac veteris Testamenti, statuitur à non paucis sacris Doctoribus, & imago sui ipsius provt conspiciendi in decore suo in splendoribus Sanctorum in medio electorum omnium. Christum item fingentem se longiùs ire, fuisse suipsius breui ascensuri in cœlos imaginem, docet S. Augustinus adductus ab Algero mox allegando. Simile esset exemplum, Regis qui post victoriam vellet seipsum pugnantem reptæsentare in scena. Quo exemplo Iacobum Laynem, Piscaci hanc veritatem contra Petrum Pseudo martyrem & Bezam illustrasse, habent eius Acta. Et proportionale est exemplum quod bis verbis suppeditat Algerus l. 1. de Eucbar. c. 18. [Non sustè quisquam mouebitur, si etiam eadem vera caro, idémque sanguis Christi, sui ipsorum Sacramenta existant, secundùm aliud atque aliud accepta; imaginaria panis fractione, & calicis de sanguine effusione; ita reptæsentando veram fractionem corporis sui, & effusionem sanguinis in passione. V. G. sicut ego senex, balbutiendo, & reptando, & alia puerilia mea imaginando repræsentarem me puerum: non alium tamen, sed meipsum; essémque ego ipse figura & figuratus: actio tamen qua meipsum reptæsentarem, in me

Onomasticon Eucharistiæ.

Sectio V.

sene esset imaginaria illius, quæ in me puero fuisset vera.]

Hac ergo ratione, Eucharistia est antitypus corporis Christi, non exclusa veta Christi præsentia. Id quod manifestè voluit S.Chrysostomus hom. 17. in ad Hebr. Nam docens illum ipsum Christum nunc offerri in altari, qui olim in cruce oblatus est, addit tamen, hanc immolationem esse figuram quandam & antitypum cruentæ immolationis. Et de Sacramento in facto esse, Idem dici potest salua veritate præsentiæ Christi. Potest inquam vtraque species, & Christus sub ea delitescens, dici *antitypus Christi* (seu *typus* provt loquitur Nazianzenus orat. 17. num. 25. & S. Hieronymus l. 2. in Iouin. c. 4. & 11.) provt exhibet Christum in cruce mactatum? vel provt eundem exhibet in specie visibili atque tractabili, aut provt repræsentat Christum colligantem Christianos ad inuicem, vt membra eiusdem corporis sub vno capite.

Esse Christum in Eucharistia, typum vel antitypum sui, provt in cruce immolati, docet manifestè Lanfrancus l. contra Berengarium eo loco quem ex Augustini sententiis apud Prosperum, allegat his verbis Gratianus cap. *hoc est* de consecrat. dist. 2. [Sacramentum corporis Christi, quantum ad id spectat quod in cruce immolatus est, ipse Christus Dominus, caro eius est, quam forma panis opertam in Sacramento accipimus, & sanguis eius quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro videlicet carnis, & sanguis est Sacramentum sanguinis. Carne & sanguine vtróque inuisibili, intelligibili & spirituali, significatur corpus Christi visibile & palpabile, plenum gratia & diuina majestate.] Magister quidem in 4. d. 10. §. *attende*, nomine *carnis*, quàm hîc autor, *carnis Sacramentum* nominat, intelligit accidentia panis: & nomine *sanguinis* qui est Sacramentum, sanguinis intelligit speciem vini. Sed hæc nimia verborum obiorsio est. Rectè igitur Billius ad orationem 11. Nazianzeni, Sanctesius repet. 3. c. 4. Stephanus Gardinetus responsione ad objectionem 185. contra Eucharistiam, Ioannes Hessels in probatione Eucharistiæ, tit. *ad verba Patrum*, Sacramentum corporis Christi visibilis, in eo loco, aiunt esse ipsummet Christum Sacramentaliter constitutum, qui sit sui ipsius Sacramentum ac repræsentatio in statu quem in cruce habuit. Et hanc esse genuinam Lanfranci mentem in prædicto loco, monstrant quæ apud eum paulo post habentur. [Nec iustè (inquit) quisquam mouebitur, si eadem caro idémque sanguis, sui ipsorum Sacramenta existant, secundùm aliud atque aliud accepta; cum ipse Dominus Iesvs post resurrectionem suam, sui ipsius, diuersa temporum ratione, typum gesserit & figuram. Apparens enim duobus discipulis, locutúsque eis quantum satis esse iudicauit, dum finxit se longiùs ire, sicut B. Augustinus dicit, significauit se post paucos dies in cœlum ascensurum esse. Quod iter longè remotum est à communi hominum vita, quæ in ipsis duobus discipulis euidentissimè figurata est. Christus ergo, Christi est Sacramentum, longiùs videlicet ire se fingens, longiùs suo tempore ascendentis in cœlum. Idem eiusdem nec tamen vsquequaque eiusdem. Verus namque Deus & verus homo, & fingens & ascendens. Veruntamen aliud est figmentum iterent itineris, aliud in cœlum veritas ascendentis. Nec aliquis ita de sipuerit, vt propterea abnegare præsumat, fingentem se longiùs ire, esse verum Christum; quia ipso figmento longioris itineris, significauit verum Christum ascensurum in cœlum.] Lanfrancum Magistrum suum, imitatus est hac in parte S. Anselmus l. de Sacram. altar. p. a. c. 11. his præter cætera. [Sapiendum est, quod carnis illius, vel corporis spiritualis de quo iam supra multa diximus, Sacramentum est caro vel corpus Christi, quod in ara crucis, & in altari, sactificatur & corporaliter mandueatur. Nemo autem nouitatis me arguat præsumptorem, quod corpus Christi Sacramentum appellem corporis Christi. Nam & Paulus ad Timotheum, magnum dicit esse pieratis Sacramentum, quod manifestatum est in carne. Sed & B. Ambrosius in libro ad Gratianum, dicit apparuisse hominibus Vnigenitum Patris, pèt Sacramentum assumpti hominis. Cæteríque Ecclesiæ Doctores, Sacramunto tenus eos dicunt corpus Christi manducare, qui manducant indignè.] Nec ita multo post. [Altera Christi caro, alterius est Sacramentum. Sacramentum enim, est sactæ rei signum. Signum autem est, quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in mentem venire. Caro autem illa, quæ ideò dicitur esse cibus quia veram efficit vitam, Sacramentum habet carnem Christi, quæ crucifixa est & resurrexit: quia confideratio huius cut sic dispensata, illam viuentem facit veuire in refectione mentis. Rursúmque caro quæ crucifixa est, in panis visibili forma suum habet Sacramentum, quia cum in mysteriis consideratur fractio, depositio, & eleuatio eius, (quæ licet visibiliter celebrantur, inuisibiliter tamen intelliguntur;) facit venire in mentem fidelium, mortem, vel sepulturam, vel ad cœlos ascensionem, totúmque otdinem rei cuius est Sacramentum.] Habet alia in eandem sententiam, & multa & prælata quæ apud eum legi, sit operæ pretium. Idem perpulchrè docet Paschasius l. de Sacram. c. 4. & epist. ad Fredegardum, & ex D. Augustino Algerus l. 1. contra Bereng. c. 4.

Quamuis autem vt hactenus munstraui, Patres prædicti rationem *antitypi*, siue *figuræ*, & *imaginis*, quam in Christo Sacramentaliter constituto agnoscunt, ferè exponant per hoc quod Christus in Sacramento repræsentat se ipsum vt in cruce mactatum; alij tamen insuper volunt, Christum hic repræsentare seipsum provt spiritualiter nos pascentem, aut nos secum & adinuicem colligantem; S. Maximus aliter idem exponit in c. 1. cœl. hier. Existimat enim Christum in Sacramento, esse antitypum, siue signum sui ipsius, vt nos in cœlo beaturi, quod eruit ex S. Dyonisio, ibi affirmante nostram cum Deo conjunctionem in cœlis obuenturam, esse conjectandam ex participatioue Christi in Euchatistia. Idem egregiè tradit in Expositione Liturgiæ cap. 25. Suffragatur collecta Ecclesiastica in Missa de corpore Christi, quæ sic habet. [Fac nos quæsumus Domine diuinitatis tuæ sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi corporis & sanguinis

ſanguinis tui temporalis perceptio præfigurat.] In eundem ſenſum S. Damaſcenus 4. fid. c. 14. panem ſupersubſtantialem quem poſcimus, ait verti poſſe *panem futuri ſeculi*, quia Euchariſtia, cui hoc tribui poſſe ait, eſt typus cœleſtis gloriæ. Nam eano quoque ob cauſam, iuxta eundem Damaſcenum, Euchariſtia dicitur *exemplar verorum*; ideſt futuræ beatitudinis, in qua fruitio Chriſti non deerit. Optimè præterea idem tradit Nazianzenus orat. 2. de Paſchate, agens de noſtro Paſchate, figurato per antiquum Paſcha obſcurius, & figurante Paſcha nouum æternum, celebrandum in regno Patris. Suntque hæc tria tabernacula, deſcripta ab Euſebio Emiſſeno, Sabatho poſt Dom. 1. Quadrag. vnum putè figurale, alterum figurale ſimul & verum, tertium abſque figura in nuda veritate.

Sic igitur accipiendum eſt, quod Patres initio adducti docuerunt, Euchariſtiam iam conſecratam, eſſe antitypum corporis & ſanguinis Domini, ſiue repræſentare corpus & ſanguinem Domini in alio quopiam ſtatu. Vbi corpus & ſanguis Domini in alio ſtatu quàm Sacramentali, aut prout aliquid in nobis cauſantia, ſunt termious paſſiuus ſignificationis actiuæ ſecundùm quam corpus & ſanguis Chriſti in Sacramento dicuntur antitypa ipſorum.

Ad ſenſum huius Catholicæ antitypotum enuncIationis de diuina Euchariſtia accommodandi ſunt alij quidam dicendi modi, fundati in vario vſu Græcæ vocis & multiplici notione particulæ *ἀντι*. V. G. iuxta aliquos corpus Chriſti in Euchariſtia dicitur *antitypum ſui*, ſumendo nomen *antitypi*, pro ſonoa ſigillo impreſſa, vt plerumque fit apud Græcos. Vetè enim in hoc Sacramento, ſubſtantia tota Chriſti Domini *ἀντιτυπεῖται* imprimitur impartibiliter omnibus partibus ſpecierum. Quæ eſt in hanc rem doctrina Eutychij Conſtantinopolitani apud Nicetam Choniatem l. 3. de tebus Alexij Comneni. Et earenus Chriſtus, vi verborum appreſſus ſpeciebus, eſt antitypum Chriſti typi, ideſt ſe ipſum imprimentis, ſalua veritate præſentiæ ſuæ ſubſtantialis. Sicut Chriſtus prout Verbum, dicitur character ſubſtantiæ Patris Heb. 1. ſalua identitate ac veritate eiuſdem eſſentiæ, in Patre & Filio. Latinus Nicetæ Interpres eum Eutychij locum obſcurauit, inducens Eutychium dicentem, *facultates proprias carnis & animæ Chriſto per myſticas hierurgias impressi antitypis*. Verum eo loco *ἐνώσεως*, debuit verti *ſubſtantiæ*: quo pacto eam vocem Græcam vſurpat Nyſſenus in orat. Catech. c. 4. & Theophil. in cap. 14. Matei. Et alij vt notat Caſaubonus l. 5. in Athen. cap. 15. Iuxta alios autem, *antitypa* idem ſunt quod *ἀντίγραφα* ſiue *exſcripta*. Synefius epiſt. 67. vocat *ἀντίτυπα τῶν γραφέντων*. Hac ergo ratione, ſalua veritate præſentiæ Chriſti, Euchariſtia eſt antitypum corporis & ſanguinis Domini, quia cum Verbum per Incarnationem ſit ſcriptum & exaratum in charta humanitatis iuxta perelegantem multorum Patrum allegoriam de qua plenè l. 1. de Chriſto ſect. 5. cap. 2. in hoc Sacramento Chriſtus eſt veluti exſcriptus ex eo exemplari, Sicut tamen exemplaris & Scripturæ inde expreſſæ, eadem eſt res contenta, (eadem enim eſt ſetus lucubratio Tullij quæ eſt in antiquo Codice, & quæ inde exſcripta eſt à Libratio) ita idem eſt quod in Chriſto in viſibili ſpecie erat, & quod hîc ſub ſpeciebus continetur. Hæ quoque notiones antitypotum corporis & ſanguinis Domini, quo pacto Patres Euchariſtiam nominant. Catholicæ ſunt, & cum Chriſti præſentia ſub ſpeciebus rectè cohærent. Nec eſt ferendus Matæus Epheſinus opuſc. de verbis conſecrat. qui ex eo quod S. Baſilius Euchariſtiam poſt verba Chriſti prolata vocet *antitypa* intulit Chriſtum poſt noſtram formam adhuc abeiſe: verba autem formæ duntaxat aptaſſe & præparaſſe myſteriam ad conuerſionem in corpus Chriſti; quod initio vocauerat ejaculari vim, potentiámque in propoſitá dona ad tranſmutationem mox certis precibus & Sacerdotis benedictione perficiendam. Quod commentum validè diſjecit Card. Beſſarion Opuſc. eiuſdem argumenti.

Onomaſticon Euchariſticum.

Poſſet verò addi alia notio *antityporum corporis & ſanguinis Domini*, ſi diceremus *corpus & ſanguinem Domini*, in ea locutione ſumi intranſitiuè, neque ſumi vt termiuum paſſiuum habitudinis actiuæ, competentis ei ſigno ſiue antitypo, quod eſt ipſe Chriſtus Sacramentaliter conſtitutus; ſed ſumi vt ipſum ſignum repræſentans, ſiue antitypum quod ſit ipſummet corpus & ſanguis Domini, tacito termino repræſentationis & ſignificationis. Qua ratione *antitypum corporis & ſanguinis Domini*, idem ſonat atque *antitypum quod eſt ipſum corpus & ſanguis Domini*, loquendi more Grammaticis non inſueto. Videoita philoſophatum Guitmundum l. 2. contra Bereng. [Aptiſſimè (iuquit,) & rationabiliter, facta oblatio eum aliorum multorum, bonorum tum etiam corporis Domini, ideſt Eccleſiæ ex multis hominibus vel populis velari granis inter duo Teſtamenta tanquam ſuperiorem & inferiorem molam contritis, ideſt humiliatis; per aquam Baptiſmi, & Spiritus ſancti, in vnum collectæ atque compactæ, dicitur ſignum. Ipſius verò corporis quo diuinitas Saluatoris propriè induta eſt, apud quempiam autorum, aut nuſquam, aut vix ſignum apertè dici reperies. Vbi ſanè inuenitur Euchariſtia dici *Sacramentum corporis Domini*. Quam conſtructionem verborum ſic reſoluimus. *Euchariſtia eſt Sacramentum, quod eſt corpus Domini*: vt ipſa quidem ſit verè corpus Domini; Sacramentum verò ſit aliarum rerum, prædictorum videlicet bonorum; ſicut ſolemus dicere; *Deus eſt fons bonitatis*; ideſt *fons qui eſt* bonitas, & *plenitudo diuinitatis*, ideſt plenitudo quæ eſt diuinitas, & multa huiuſmodi alia.] Hac ratione ſumendo *antitypa corporis & ſanguinis Domini*, non diffitebitur Vaſques, corpus & ſanguinem Domini eſſe *antitypa*, & hanc vocem etiam poſt conſecrationem cadere in Chriſtum, qui verè prout Sacramentaliter conſtitutus, eſt antitypum multorum bonorum quæ propoſuimus. Eſto iuxta hanc notionem *antitypum corporis & ſanguinis Domini* Chriſtus hoc loco, non ſit antitypum ſui ipſius.

Aqua.

Iſaiæ 55. & ibi Hieronymus.

Anathems Aquariis ſiue Hydropaſtis; qui vt memorat Clemens Alex. 1. Strom. vino à myſteriis ablegato, ſola aqua vtebantur. Pernicioſam eorum hæreſim, (ſic enim nominat

S. Chryſoſto-

Sect. V.

S Chrysostomus homil. 83. in Matth. (conuellit ex instituto S. Cyprianus epist. 63. Impugnat laiè in Armenis hunc errorem, Catholicus eorum Isaac c. 6. inuectiuæ, prolatis plerisque antiqois Liturgiis, & Patrum de hoc ritu aquæ vino commiscẽdæ testimoniis dissoluens: item quæ Armenij opponebant, nominatim ex Chrysostomo Hydroparastas fugillante, quem illi malè trahebant ad comprobationem erroris de aqua vino non admiscenda in sacrificio. Quem errorem Eutychiana duarum in Christo naturarum inficiatio, peperit ac fouit iuxta Isaacum prædictum. Impugnatur etiam in Armenis error Aquariorum Canone 32. Trullano, non indiligenter. Ea igitur peruersitate explosa, quam Christi factum & præceptum manifestè condemnat, explodúntque etiam figuræ veteres, vt Melchisedeci panem ac vinum offerentis, & aliæ apud Innocentium l. 4. de myster. c. 3. aio nihilominus Eucharistiam aliquando signari nomine *aquæ*, ob varios aquæ effectus bellè in Eucharistiam eadentes; nam & abluit, & refrigerat, & sitim restinguit. Adferibendus est optimus in hanc rem S. Hieronymi locus in cap. 51. Esaiæ, vbi Propheta inuitat ad aquas, omnes sitientes, & iis qui non habent pecuniam, ait *properate, emite, comedite.* [Mirum in modum (inquit S. Hieronymus,) emunt aquas absque pecunia, & non bibunt eas, sed comedunt. Ipse enim & & aqua, & panis est qui de cœlo descendit. Ergo quod in quibusdam exemplatibus legitur, *emite & bibite*, ab imperitis scriptoribus immutatum est, qui putauerunt esse consequentius, si biberentur potiùs aquæ, quàm comederentur. Est autem & pecunia pessima, siue argentum quod reprobat Scriptura, dicens *pecunia quæ datur cum dolo, quasi testa reputabitur.* Et in alio. *Argentum vestrum reprobum.* Et est argentum quod Dei eloquiis comparatur. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum probatum terræ purgatum septuplum.* Spreto igitur illo argento & pecuniis quibus aquas Domini emere non possumus, pergamus ad eum qui tenens calicem Sacramenti, discipulis loquebatur, *accipite & bibite, hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Quod vinum, miscuit & sapientia in cratere suo, omnes stultos seculi mundique sapientiam non habentes prouocans ad bibendum.] Apertè S. Hieronymus, *aquas* accipit pro Eucharistia. Paschasius quoque l. de Sacram. cap. 11. Eucharistiam nomine *aquæ* designat his præter cætera. [Nec dubium quin sub hoc mysterio, illam bibamus aquam, de qua Dominus, *qui biberit* (inquit) *aquam quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Propterea non inconuenienter etiam in hoc ibidem aqua consecratur, non quod aqua permaneat, sed vertatur in sanguinem, vt significet quid fides percipiat.]

Optimè verò S. Cyrillus in c. 94. Esaiæ ad illud *non esurient neque sitient* [Olim (inquit), non habebant aquarum intelligibilium fontem. At cum à Deo misericordiam consecuti sunt, spiritualia bona deinceps affatim suppeditabantur, & cibum qui animos iuuat habuerunt, panem de cœlo ederunt, aquam viuentem biberunt, de qua etiam ipse Christus dixit ad Samaritanam mulierem verba faciens, *quisquis de hac aqua bibit, iterum sitiet. At qui biberit de aqua illa quam ego dabo ei, fiet ei fons aquæ salientis in vitam æternam.* Dixit item Propheta Isaias de iustificatis fide, & Euangelicis oraculis credulis mentis submittentibus, *hic habitabit in excelsa spelunca rupis fortis, panis ei dabitur, & aqua fidelis.*] Idest incorruptibilis. Nam talis est hæc aqua, multo iustiùs quàm aqua Iordanis, cui post Christi contactum, data est incorruptibilitas, vt se expertum testatur Christophorus Radziuilus in Odœporico Hierosolim. Eodem modo accipit aquam refectionis de qua Psalmo 22. vt dicam V. *locus pascuæ*: Et consonat Guerricus serm. 2. de S. Benedicto. [An non (inquit) aquæ refectionis Sacramenta & subsidia nostræ salutis, quibus pascimur & potamur, in altari?]

Apertè etiam idem S. Cyrillus Isaiæ 33. panem & aquam fidelem intelligit de corpore & sanguine Domini quæ sunt sancta Dauid fidelia interprete Apostolo Actor. 13. Eodem modo locum illum Isaiæ 33. accipit Iustinus in Dialogo cum Tryphone. Additque ibi, ac etiam in fine secundæ Apologiæ, ex eo Isaiæ loco, nefarium Dei simium & sacrorum nostrorum adulteratorem Satanam, inuexisse profanam initiationem Mythragirtarum proposito pane & aquæ poculo: & quibus in spelunca, vt alluderetur ad speluncam illam petræ fortis, de qua ibi 70. Vulgatus habet. *Ille in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius.* Videndus de eo Mithræ Spelæo, Tertullianus l. de coro. mil. c. 15. & l. de Præscrip. c. 40. vbi huius quoque adulterij circa Eucharistiam meminit. Apud Eusebium l. 3. de vita Const. cap. 42. Apostoli à Christo in antro seu spelæo initiati dicuntur, atque adeò ibidem instituta Eucharistia; quod faleor me non satis capere, cum Apostolos in cœnaculo amplæ domus in ciuitate locatæ, & vt cum S. Ambrosio supra dicebamus, in domus illius parte edita, *initiatos* esse super meusam Eucharisticam ibi institutam, doceamur ex Euangelio. Erat cœnaculum in monte sion circa medium montis, vt ait Adricomius in descriptione vrbis Ierusalem num. 6. agnoscens ibi fuisse ædificatum à S. Helena magnificentissimum templum, in cuius postico, cœnaculum eircumcluserit. Ministrasséque Domino. Ibi Fratres Mennes per aliquot secula obseruat, donec anno 1561. Turcæ Francisanis in aliud cœnobium intra vrbem translatis, palatium sibi eo loco extruxerunt, tanta eiusdem ioci veneratione seruata, vt non nisi excalceati illuc subeant. Si igitur cœnaculum in quo Apostoli initiati sunt, & Eucharistia confecta, erat in monte sion, quando erat extra vrbem ad imum montem Oliuarum vt ait Eusebius, & ex eo projiciens Haræus in Actis S. Helenæ 18. Nauua ac diligens cæteroqui Scriptor, nihil iodiscussum solitus prætetire, hæc habuit pro planis Annali 3. anno 326. num. 38. Quæ mihi (vt dixi,) ænigmata sunt. Satis verò superque est ad rem præsentem, quod locus Isaiæ iudicibus S. Iustino & S. Cyrillo, quo aqua fidelis celebratur, ad Eucharistiam pertineat. Aqua de petra educta, cui ob delibutos summa suauitate Hebræos siti laborantes nomen *mellis è petra percussa elicuit*, tributum est, vt interpretatur Chrysostomus hom. 2. ad pop. fuit symbolum

bolum Eucharistiæ ea mente Apostoli : qui idcirco eam aquam vocat *potum spiritualem*. Fusè id prosequitur Turrianus l. 1. de Euch. c. 2. Ex his vides, non esse vniuersaliter admittendum, quod ait S. Cyprianus epist. 63. n. 13. quoties Scriptura aquam solam memorat, insinuari Baptismum, nunquam Eucharistiam.

Arca fœderis, siue testamenti.

S. Cyrillus l. 9. de ador. & l. 4. in Ioan. c. 28. S. Gregorius ac Beda ad c. 6. libri primi Regum, Aponius l. 1. in Cant. ad illud, *nigra sum sed formosa*. Philippus Abbas Bonæ spei l. de digoit. Clerico, c. 2.

Meronymicè arcam dici posse typum Eucharistiæ, ratione pastophorij & ciborij cum quibus habet analogiam, est extra dubium : idque nominis communitas docet. Nam etiam hæc Eucharistiæ vasa, dicti *arcam Domini*, Gropperus l. 2. de Euchar. c. 28. & Espencæus l. 2. de Ador. Euchar. c. 8. ac Iacobus Eueillon l. de proceff. Eccles. c. 25. colligunt ea canone 6. Concilij tertij Bracharensis : quo fugillantur quidam Episcopi, qui ad Ecclesiam progressuri, ferebant arcam Domini cum reliquiis de collo suspensam, succollantibus Leuitis, qui albas induti, Episcopos sellulis insidentes portabant. Hoc vulgo de reliquiis Martyrum accipitur. Esse tamen accipiendum de reliquiis corporis Dominici, siue de præsanctificaris ea sacrificio anteriore residuis, annotarunt Autores prædicti, & videtur habeti ex adiunctis. Nam eaordio ipso Canonis, habetur eum esse intortum lu malè *contrectantes diuina mysteria* : Et inferiùs additur, eos ea vanitate peccasse, portantes *arcam Domini* : Et rursus inferiùs, dicuntur portasse *sanctas Dei reliquias*. Gestabant ergo pomparici isti Episcopi sanctas Dei reliquias, cuiusmodi non sunt martyrum pignora, sed immaculata Christi mysteria, quæ nomine item reliquiarum Christi donat Rupert. l. 4. in Cant. *sub finem*. Sed & ante Rupertum grauissimi Patres, eodem *reliquiarum* vel *diuinarum reliquiarum* nomine, donant Eucharistiam ; S. Cyrillus Epistola ad Calosprium, vocat λείψανον. Euchologium Græcorum in liturgia præsanctificatorum, ἅγια λείψανα S. Germanus in Theoria θεῖα λείψανα, *diuinas reliquias*. Concilium Matisconense 2. c. 6. & simpliciter *reliquias* nominat ; & *reliquias sacrificiorum*. Itaque non est quod ambigamus, in eo textu Concilij Btacarensis, similiter accipi *sanctas Dei reliquias*, quas ad collum appensas gestabant, ij quos referebam pomparici Episcopi. Et arca in qua eas gestabant, idem erat quod turricula, vt dicemus sect. 6. cap. 2. ex Gregorio Turonensi l. 1. de glor. Mart. c. 86. & Venantio Fortunato, turriculam auream Felicis Biturien sis celebrante. Gestabant autem arcam hanc inclusa Eucharistia diuitem, progressiuri in Ecclesiam : quia videtur Eucharistia extra festiuitatem asseruata in Episcopio, aut alibi extra Ecclesiam, vbi esset à furibus sacrilegis tutior. Nisi si (vt in extrema parte citati Canonis insinuatur,) progressio illa ad Ecclesiam, non de progressione ex Episcopio ad templum intelligatur, sed de progressione ab vna Ecclesia, ad varia sanctarum Ecclesiarum conuenticula, procedente populo, vt moris antiquissimi est, de quo aliàs. Hæc tamen *Arca* de Eucharistia acceprio, tantùm ratione ciborij vel pastophorij, non est nisi mediata & remota.

Oncmastiçon Eucharisticum.

Proximè & immediatè, ipsiusmet Eucharistiæ imaginem fuisse arcam Testamenti, cum Patres iorio adducti tradunt, tum luculenter varij Patres ad illud Psalmi 98. *adorate scabellum pedum eius*, quod ad literam de arca dictum, ad Eucharistiam accommodant S. Augustinus, & S. Hieronymus *ad eum locum*, nec non S. Ambrosius l. 3. de Spir. sancto c. 12. Fusè id illustrat Thomas Bosius l. 13. de signis c. 7. n. 11. addens causas varias ob quas arca fœderis analogiam habuit cum Eucharistia, fuitque eius imago. Arca enim è lignis imputribilibus compacta erat, quale etiam est Christi corpus, in Eucharistia, de quo item æquè ac de arca, vox *Testamenti* Lucæ 22. & Matth. 26. vsurpatur ; dicitur enim *calix noui Testamenti*. Est hæc arca in vetè Sancto Sanctorum Christo, & habet propitiatorium è quo propitiationem petimus. Continet manoa panem Angelorum, & tabulas mandatorum diuinorum, quatenus robur ad ea exequenda tribuit : ac virgam Aaron Sacerdotalem. Voluerfa quippe potestas ordinis ; circum diuinam Eucharistiam vertitur. Per hanc veram arcam, sicco pede populus Dei ad terram promissionis Iordane transito petuadit, & muri Hiericunthini concidunt, Dagon confringitur, & bumi affligitur. Potestas quippe inimica, vi huius Sacramenti conteritur, & petuictis difficultatibus omnibus, terram viuentium ouantes subimus. Profanos vel immundos propiùs accidete ad hanc veram arcam, remve contiogete, capitale est : non secus ac Oza & Philistæis, capitalis fuit accessus ad arcam, Æquè enim hinc imbecillitares & domitiones præproperæ multorum, teste Apostolo. Obsigno banc arcæ & Eucharistiæ analogiam, restimonio Philippi Abbatis l. de dignit. Sacerdot. c. 2. vbi præmittit, arcam de lignis Seth im fabrefactam, fuisse typum omnimodæ incorruptibilitatis Christi, & quoad corpus nulla vnquam tabe violatum, & quoad animam nullo vnquam in carne sua verme libidinis, nulla damnosæ vetustatis carie, in seipsa contaminatam. Quæ cum genetatim ad Christi corpus pertineant, subdit sigillarim de eodem corpore provt est in Eucharistia. [Ecclesia dum de hac peregrinatione festinat ad gaudia diuinæ visionis, quasi de etemo ttansir ad terram promissionis. Ne autem huius itinetis labore defetiscat ; habet non mediocre munimentum, dum in secteris suis, corporis Christi salutare continet Sactamentum ; quod dum intra se videtur conseruate, ipsa potiùs ab eo conseruatur, vt non tam arca per tabernaculum, quàm per arcam tabernaculum muniatur.] Cui hæc ad similitudinem & analogiam arcæ Testamenti eum Eucharistia non sufficiunt, adeat Franciscum Mendoçam ad caput 6. primi Regum num. 21. ab annotat. 22. vbi plena concione (non enim Commentario,) hoc illustrat.

Archetypus verus typici Paschatis.

Theodoretus 1. Cor. 11.

Typicum Pascha erat Agnus legalis, quem fuisse figuram Eucharistiæ, monstrarum supra est V. *Agnus Dei agnum abigens*. Et fusè idem confirmat Thomas Bosius l. 13. de signis c. 7. num. 12. Sensus ergo Theodoreti est, Eucharistiam, typi sui, hoc est Agni legalis, verum

Sect. V.

verum archetypum ab agno illo adumbratum commere.

Aries primus Bruno Signienſis in cap. 27. Exodi, & in c. 8. Leuit. Arietem primum cuius capiti, Aaron & filij eius, imponere debebant manus, eſſe Chriſtum in Eccleſia quotidie immolatum, piè admodum proſequitur Bruno; eodem applicans ſanguis eius circa altare fundi præcipiebatur, & cætera quæ ad ritum ad primi illius arietis arietis erant indicta. Secundum verò arietem, vult Bruno ſignificaſſe hoſtias ſecundarias, ſanctorum ſcilicet Apoſtolorum & martyrum victimas. Quanquam alij ſecundum quoque arietem, myſterio Euchariſtiæ aptant, vt, conſequentes oſtendo.

Aries ſecundus.

Heſichius lib. 2. in Leuit. ad cap. 8. circa illud, *obtulit & arietem ſecundum.*

Septuaginta (inquit Heſychius,) edunt *obtulit Moyſes arietem ſecundum explicationis.* Rectè eorum quod in nos celebratur eſt myſterium, *ſacrificium explicationis* appellatur. Ipſum enim nos perficit, cum priùs eſſemus infirmi &c. Cur autem aries ſecundus, hîc nunc aries nominatur. Quia videlicet, priùs figuratam ouem cum Apoſtolis cœnans Dominus, poſtea ſuum obtulit ſacrificium; & ſecundò ſicut ouem ipſe ſemetipſum occidit: quod demonſtrant ſequentia, *poſuerunt Aaron & filij eius, manus ſuas ſuper caput eius. Quem cum immolaſſet Moyſes.* Neceſſariè ſimul cum Aarón, & filij eius ſuper caput arietis manus imponunt; quia communem cœnam feſtiuitatis Paſchalis, cum ſuis Chriſtus diſcipulis celebrauit, &c. Sed Moyſes ſacrificium hoc celebrat, quia præ aliis ipſe Chriſti figuram gerit. Tunc autem maximè ſacrificium ſuum Chriſtus celebrauit.] Accommodat eodem loco Heſychius ad Euchariſtiam, quæ ibidem narrantur à Moſe facta, poſt immolatum arietem ſecundum: tactum ſcilicet auriculæ Aaronis, & pollicem manus ac pedis dextri & filiorum eius, illito ſanguine arietis ſecundi: quod ad effectus Euchariſtiæ in eos qui illam percipiunt, & diuino ſanguine rubricantur, perpulchrè refert. Quod verò primus Aaron ſic immictus eſt aptat Chriſto Domino, [qui primus in cœna myſtic. intelligibilem accepit ſanguinem, atque deinde calicem Apoſtolis dedit.]

Arrhabo æternæ vitæ.

Nicolaus Methonenſis opuſc. contra hæſitantes circa Euchariſtiam.

Apage commentum Franciſci Stancari Sectatij, qui referente Federico Staphylo, Euchariſtiam dixit eſſe *arrhabonem corporis & ſanguinis Domini, quaſi interitura donati tradi, aut domus.* Non eſt Euchariſtia *arrhabo corporis & ſanguinis Domini*, ſed ipſum corpus & ſanguis Domini. Eſt tamen arrhabo vitæ æternæ. Hoc differt arrhabo à pignore, quod pignus eſt aliquid externum toti ſummæ debitæ æquiualens, iuxta S. Thomam 2. Cor. 5. lect. 2. At Arrha eſt *pars totius, & de tota fides*, vt ait Chryſoſtomus ſerm. 2. de reſurr. *ſub finem* & hom. 2. in ad Epheſ. Quo vtroque loco ait, dona ſpiritus ſancti, eſſe arrham futuræ reſurrectionis, & vitæ æternæ obuenturæ ſuo tempore: intéque ea ſpiritus dona, ſermone illo 1. numerat Euchariſtiam. Idcirco autem cenſet hæc dona vocari *arrham æternæ vitæ*, quia per ea, contractu agimus cum Deo. [Ex iis quæ data ſunt, (ait homilia illa 2.) ducit argumentum. Hinc ſanè quæ iam ipſis benignè impenſa erant, arrhabonem vocat. Arrhabo enim totius ſummæ pars qualiſcunque eſt. Emit à nobis quodammodò, noſtram ipſorum ſalutem. Dedit priùs nobis pignus, etiam iſtius ſalutis. Vt quid non ſtatim contulit ſolidam ipſam fœlicitatem? Quo videlicet, ipſi nondum opete expleuimus cuncta quæ pietas fidei noſtræ requirit. Credimus quidem, & hoc exordium eſt promerendi. In ſe credentibus, dedit etiam arrhabonem. Portò vbi fidem noſtram ipſis operibus expreſſerimus, tum & ipſe ſummam adijcet hæreditatis, ex pacto nobis præmiſſæ.] Et mox. [Cuiuſnam rei eſt arrha? Redemptionis illius atque acquiſitionis. Pura enim tunc redemptio fiet. Nunc iuterim dum in ſeculo iſto diuerſamur, in variæ incidimus diſcrimina humanæ conditionis. Adde quod, cum impiis conflictamur. Illa autem pura erit redemptionis libertas, cum deſierint eſſe peccata, cum paſſiones humanæ in tranquillo conquieuerint, neque res nobis fuerit cum promiſcua omnium turba. Tunc inquam vera erit libertas. Nunc autem iſtius redemptionis arrhabo, nobis prærogatur.]

Itaque coniunctio quam hîc per Euchariſtiam cum Deo habemus, eſt arrha pleniſſimæ conjunctionis in cœlo obtinendæ. Item guſtus ſpiritualis quem hîc accipimus per Euchariſtiam, eſt arrha guſtus plenioris tunc conferendi. Comparaui Euchariſtiæ effectus, nempe conjunctionem cum Deo, & guſtum cœleſtium, quæ hîc per Euchariſtiam obtinemus, cum coniunctione & guſtu alterius vitæ? quæ binæ coniunctiones & bini guſtus, comparãtur adinuicé vt arrha & totum. Si autem non agerentur de effectibus Euchariſtiæ vel de Euchariſtia prout illorum effectuum fonte; ſed formaliter de ipſamet Euchariſtia in ſe ſpectata; ſic dicéda potiùs eſſet pignus æternæ vitæ, quàm arrha: cum Euchariſtia vitam æternam æquet, aut etiam ſuperet, nec ſit de intrinſeca eius ratione. Interpretes tamen Chryſoſtomi apud Paulum, vbi nos legimus *dedit nobis pignus ſpiritus*, eodem loco intra paucas lineas, confundunt *pignus* & *arrham*, promiſcuè vtentes vtraque voce.

Aſſumptio.

Damaſcenus 4. fidei c. 14.

Græcè eſt μετάλη ψις. Quam vocem Ioannes Raguſinus orat. de comm. ſub vtraque ſpecie, in Concilio Baſilienſi, hunc Damaſceni locum allegans ait verti *aſſumptionem*, & de Euchariſtia dici, quia per Euchariſtiam Filij Dei diuinitatem aſſumimus. Faber vertit *participationem*, quam vocem retinuit Billius. Nec abs re. Singulatim enim participamus hîc omnes, diuinitatem Verbi, quam in Chriſto vniuerſim tantùm participamus, ratione vnius noſtratis indiuiduæ naturæ. Ea tamen eſt vniuſcuiuſque noſtrum quaſi aſſumptio ad perſonam Verbi; qualem cum vnoquoque fieri docuit, cum hypoſtatica vniuſcuiuſque humanitatis aſſumptio, dedeceret, vt dictum eſt ſect. 3. cap. 1. & 2.

B.

B

Bacchica nostra.

Paschasius initio libri de Sacramentis.

Mitabilis, ac potiùs premendus quam cuolgandua videri posset hic Euchatistiæ titulus, si nostro marte cuius esset. Quandoquidem tameu à Paschasio autore grauissimo eum habemus, prodeat sanè. Sic ille habet.

Legis adire sacra qui vis solemnia mensæ
Almiferum Christi corpus contingere votis,
Delicias vesci, roseum potare cruorem.
Bacchica nostra velim, puero quæ misimus olim,
Et misto castos condas in pectore flores.

Vocans Eucharistiam *Bacchica nostra*, alludit ad Prudentium, qui describens voces Ethnicorum de sacrificio Christiano, vocat illud *Orgia* siue *Bacchia*, hymno de S. Laurentio, dictus ex Ore impij Præfecti.

Hunc esse vestris Orgiis,
Morémque & artem proditum est;
Hanc disciplinam fœderis,
Lubent tot auro Antistites.
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem,
Auróque nocturnis sacris,
Adstare fixos cereos.

Neminem latet, Christianos ab Ethnicis creditos obire Bacchi & Cereris sacra, propter panis ac vini Sacramentum, vt S. Augustinus testatur l. 20. contra Faustum cap. 13. Cum hæc ipsa recenserem, incidi in opus recens R. P. Iacobi Bolduc, quo Eucharistiam esse Oggium Christianum ideſt mysterium antiquis Bacchici correspondens, latè & fusè demoostrare nititur, nominatim l. 2. c. 6. & 7.

Quid si verò Paschasius, per *Bacchica nostra*, intellexit mala Bacchi μῆλα ἔμιτυ quæ ad amorem mirum in modum valere existimarat? Confirmat id Iosephus Scaliger ad Virgilij Catalecta *pag.* 470. ex Philetæ, Theocrito Artio, Arnobio cum de Nana Nympha. Hæc igitur mala amoris profani quæ erant Ethnicorum *Bacchica*, detersо quocunque cœno impuritatis quod profanitas admiscoit, nobis in Eucharistia exhibentur; quatenus Christus Dominus in ea exhibetur pomi albi simul & rubri specie, iuxta Gregorij Nysseni obseruationem inferiùs referendam V. *Malum*. Non abhorret ab hac Bacchicorum notione, Paschasius: quandoquidem hæc Bacchica Christiana, condi pectore cum floribus optat. At est pomorum & florum fragrantium conluncio, conueniens ad amoris siue fomentum, siue lenimentum, vt in Canticо Canticorum legere est.

Benedictio.

Primasius, Haymo, & S. Thomas 1. Cor. 14. Existimarunt hi DD. benedictionem cuius Apostolus 1. Cor. 14. v. 16. meminit, pertinere ad mysterium Eucharistiæ. Sic enim ibi habet Apostolus. *Si benedixeris Spiritu, qui supplet locum Idiotæ, quomodò dicet Amen, super tuam benedictionem.* Græcè est ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ *super tua Eucharistia*, Censent ergo DD. prædicti, & ex recentioribus non pauci, esse ibi Apostolo sermonem de mysterio Eucharistiæ. Id quod diligenter versat Salmeron ibi; & procul dubio ita esse, affirmat Sanctesius reper. 7. cap. 4.

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

argumentum petens ex antiquo Ecclesiæ vsu, quo populus, vel Camillus vice populi astans & ministrans sacrificanti, auditis à Sacerdote verbis illis super panem, *hoc est corpus meum*, respondebat *Amen*. (Quod erat dicere, *verum est quod asseris*,) vt videre est in Liturgiis Iacobi & Clementis, Basilij & Chrysostomi. Non præsto ego quidem hanc expositionem, tanquam adæquatam Apostolo: Viderur enim Apostolus, *benedictionem* ibi accipere vniuersaliter, pro quacunque benedictione, etiam extra consecrationem: quam *benedictionem* adeò latè acceptam, negat Apostolus faciendam esse lingua aut spiritu, id est exotico & peregrino idiomate, quod non intelligat is qui astat, nec donu linguarum iustructus est. Sic enim idiota & rudis, non intelligens benedicentem peregrinis vocibus, non ædificabitur, & non respondebit *amen* super eam benedictionem. Eruditè id excutit Bellarm. l. 2. de verbo Dei c 16. Quamuis autem is videatur genuinus sensus Apostoli, tamen verisimillimum est, inter benedictiones illas vniuersè acceptas, comprehendisse quoque eam, ad quam specialiter constat responsum fuisse *Amen*, hoc est benedictionem consecratoriam, qua conficitur Eucharistia Quod confirmat cortex vocum. Nam tametsi Latinus Apostoli contextus, tantùm adhibet voces *benedictionis*, & *benedicendi*: (Legimus enim *si benedixeris Spiritu*: Et, *super tuam benedictionem*:) Tamen in Græco primùm est, ἐὰν ἴδῃς εὐλογοῦντα τῷ πνεύματι; Tum additur ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ. Sæpè item alibi *Eucharistia* & *benedictio*, itémque *Eucharistizare* & *benedicere*, sumuntur indifferenter in eundem sensum. Nam apud eundem Apostolum, & apud Euangelistas in descriptione institutionis Eucharistiæ, promiscuè adhibetur, nunc εὐχαριστῶν, nunc εὐλογῶν. Nam cum Marcus de Christo dicat, *accepit panem, & cum benedixisset*, εὐλογήσας, id referens Apostolus, vnáque Matthæus & Lucas, adhibent vocem εὐχαριστήσας Et ipsemet Marcus, quod circa panem dixerat εὐλογήσας; circa poculum exprimit voce εὐχαριστήσας. Similitérque Marcus c. 9. & Ioannes c. 6. narrantes miraculum multiplicationis panum, vtuntur voce εὐχαριστήσας, quam historiam describens Lucas, adhibet vocem εὐλογήσας.

Onomasticon Euchiristicum.

Itaque haud iouerisimiliter DD. initio adducti, benedictionem de qua Apostolus agit loco anootato ex 1. Cor. 14. exteudunt ad benedictionem consecratiuam, quæ est confectio mysterij Euchatistiæ. Quo ipso modo sumitur *benedictio*, apud creditum Cyprianum serm. de cœna Dom. cum ait, [Panem solemni benedictione sacratum, ad totius hominis vitam, salutémque proficere.] Item S. Ambrosius, eodem sensu l. de iis qui initiantur c. 9. [Ante benedictionem verborum cœlestium, alia species nominatur: post consecrationem, corpus Christi significatur.] Nec dissimiliter S. Augustinus l. de catech. rud. c. 26. descriptus à Lantfranco l. de Euch. Quanquam in Canone Missæ aliud esse benedictionem aliud consecrationem, quicquid secus senserint Autores Catechismi Concilij Tridentini *tit. de Eucharistia*, obseruat Vasq. 3. p. d. 196. c. 1.

Potest etiam ibidem apud Apostolum, benedictio super quam dicitur *amen*, accipi de Eucharista in facto esse, siue de termino consecrationis;

S

Sect. V.

secrationis. Is enim propriè est super quo dicitur *amen*, affirmando verum esse quod ipse adsit vi verborum consecrationis. Quod si consecratio dicitur *benedictio*, quia creaturam terrenam in Christo corpus transmutat; & Deum ipsum adoratione io Spiritu & summo cultu quo maior deferri non possit, honorat & reueretur: æquè Christus consecratione productus, dici potest *benedictio*, quia est origo innumeratum benedictionum: vt in simili dicam de voce *sanctificationis*, cum Autore imperfecti in Matth. hom. 17. *in fine*. Optimè quoque S. Augustinus serm. 1. ex 40. nouis. [Per carnem nos priùs benedicit Dominus. Norunt fideles qui accipiunt, quia per carnem benedicuntur: & sciunt quia non essent benedicti, nisi caro illa crucifixa, daretur pro seculi vita.] Accinit Paschasius l. de Sacram. c. 12. [Hunc cibum Iacobo Patriarcha esuriebat, dicens; *si fuerit Dominus mecum, & dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum:* Quotquot ergo in Christo baptizantur, Christum induunt, & panem Angelorum comedunt. In quo nimirum mysterio, beoedixit Isaac eundem Iacob filium suum, quasi nulla esset alia benedictio, quàm frumenti & vini; scilicet in pane carnis Christi, & in potu sanguinis; quæ de agro corporis, nobis quotidie per officium Sacerdotis matureſcunt, & comedimus. Hinc quoque idem ait; *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini.* Io *rore* quidem *cœli*, quia hæc mysteria, diuinitatis ope conficiuntur. *In pinguedine vero terræ*, quia hæc caro Christi, de Virgine orta creditur, vbi procul dubio Christianorum plenissima præstatur abundantia panis & vini; in quibus sine dubio, vita fruitur Angelorum. Non igitur charissime fili, ista paruipendas, vbi vitæ tanta redolent Sacramenta. Habes quàm à longè, tantus Patriarcha sensit in filio fragrantiam huius mysterij. Ait enim, *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*, quia profectò in isto agro corporis Christi, thesaurus absconditus vernat floribus immarcessibilibus & redolet suauitate odoris.] Nec ita multo post. [In quo vrique (mysterio,) Iacob verus benedicitur, & Dominus fratrum suorum constituitur; quia nimirum, sine isto nulla rerum alia proficit benedictio. Vnde B. Isaac, cum ferus venator Esau ad benedicendum tardiùs occurrisset, benedictione hac iam fratri indulta, ait; *Venit germanus tuus fraudulenter.* Ac deinde; *Frumento & vino stabilim eum.* Quod est apertè dicere; firmauit eum pane corporis Christi & vino sanguinis, in quibus illi æterna maneat abundantia. *Tibi autem* fili, *vltra quid faciam?* Quid igitur? Tantùs & Talis Dei cultor, si nihil inuenit filio vltra quod præbeat, nisi eadem illi votis imploret; putásne (quod absit,) si vetis indignus tanta gratia, vllis quod polleas bonis, vltra quàm nihil ampliùs in hac vita præstatur? Aut fortè ideò paruipendes, quia in ore non tibi sapit, quod in spiritu ille longè præsentiat in eo, & frui desiderabat? Sed hoc licet io spe refectus olim Abraham fuerat, ideò benedictus Deo excelso dictus est, qua denique benedictione post eum Deus Isaac perfuderat. Propietea & ipse filium Iacob eisdem ditabat donis, & prophetali eloquio implorabat quod omnibus erat reptomissum. Magnum igitor bonum, & summæ benedictionis arcanum, In hoc mysticè Christi Ecclesiæ præparatur.

Benedictio beatifica.

Concilium Barchinoo. 1. can. 9.

Rectè Binius legisse videtur, *beatifica*, pro eo quod in quibusdam Codicibus erat *beatica*. Beatificam porrò benedictionem in eo canone, sunt qui vellent sonare reconciliationem, qua potestas fieret somendæ Eucharistiæ. Sed non placet ea expositio. Non enim in Concilis aut Patribus, *benedictio* pro reconciliatione vsurpari solet. Et hîc nulla sunt adjuncta ei interpretationi suffragantia. Imo ex cohæsione canonis huius noui, cum octauo proximè procedente, perspicuum videtur, benedictionem beatificam appellari Eucharistiam; quæ & passim *benedictio* dicitur, & cum sit pignus gloriæ, ac viaticum ad beatitudinem, meritò denominatur *beatifica*. Cum igitur Canone 8. fuisset constitutum, vt qui in Infirmitate positi acceperant pœniteoriam, si conualescerent, segregareotur à communoione; additur Canone 9. [Iubemus verò vt in infirmitate positi, *beatificam benedictionem* percipiant.] Ideò, quamuis per tempus recuperatæ valetudinis segregentur ab vsu corporis Christi, tamen si denuò io morbum incidant, & de vita periclitentur, nolumus eos excludi participatione corporis Christi. Itaquè *benedictio beatifica*, est Ipsa diuina Eucharistia.

Benedictio dulcedinis.

Arnobius io Psalmom 20.

Perfectom hominem, de Dei virtute non de sua fortitudine gloriantem, præueniri à Deo benedictionibus dulcedinis, affirmat Dauid Psalmo 20. Glossa Arnobij ibi sic habet. [*Benedictio dulcedinis*, est corpus Christi. *Gustate* (ait) *& videte quoniam suauis est Dominus.*] Rationem cur Christus in Eucharistia dicatur *benedictio dulcedinis*, petit Arnobius ex magoa suauitate quam gustatua ingenerat, eóque accommodat versiculum allegatum Psalmi 33. quem idem Arnobius in eum Psalmum 33. sic glossat. [Gustate corpus vitæ, & videte quàm suauis est Dominus. Vitam enim habet io semetipso, qui manducauerit carnem eius & biberit sanguinem eios.] Adeò verò prorrita iam olim fuit versiculi illius expositio de Eucharistia, vt ob eum maximè versiculum Psalmus 33. è quo is depromptus est, concinneretor in accessu populi ad communionem, vt constat ex Clemente l. 8. const. cap. 13. vbi plenè Turrianus. Et quaoquam habetl etiam potuit ratio tituli psalmo præfixi, qui meminit immutationis vultus Dauidis, ad Christum in Eucharistia aptatæ ab Augustino, Arnoldo, Prospero, & aliis. Tamen rario præcipua ob quam Psalmus ille sub communionem concinebatur, petenda est ex illo versiculo, vt liquet ex Cyrillo Hierosolimitano Catech. 5. mystag. post descriptam Diaconi proclamationem *sancta sanctis*, in procinctu ad communionem. [Audistis (inquit,) deinceps diuina quadam melodia psallentem, atque ad sacrorum mysteriorum communionem, vos adhortantem, *Gustate & videte quod Christus est Dominus.* Num hoc corporeo palato, vt istud dijudicetis, vobis præcipitur? Nequaquam, sed potiùs

potiùs fide certa, & omnes dubitationis experti. Gustantes enim, non panem aut vinum vt gustent, iubentur: sed quod sub specie est, (videlicet panis & vini,) corpus & sanguinem Christi.] Hic S. Cyrilli locus significare videtur, solum versiculum propositum fuisse decantatum sub communionem. Saltem verò decet rationem decantandi lo eo temporis articulo Psalmum 33. fuisse eum versiculum, vt affirmabam. Eo potrò versiculo, suauitas atque dulcedo Christi in Eucharistia degustati, liquidò proponitur, aptè ad intelligendum quomodò Christus dictus sit *benedictio dulcedinis*. Quò etiam referri potest, quod Eucharistia Psalmo 67. dicitur *cibus à Deo in dulcedine sua paratus pauperi*. Nam quamuis cortex literæ specter manna, tamen Lyranus, Richelius, & alij, sub manna Christum in Eucharistia abditum agnoscunt. Et verò gustatur hîc dulcedo in suo fonte, vt dixit S. Thomas Opusc. 57. [Gustatus omnis saporis suauitas, & ipsa dulcedo Domini, & omne in hoc Sacramento delectamentum habetur.] Verba sunt Vrbani 4. qui adducitur Clement. vnica de reliq. & vener. Sanctorum. Quantam suauitatem perciperent in vsu Eucharistiæ, quædam perpurgatæ Dei famulæ, describit Card. Vitriacus in Prologo ad vitam S. Mariæ Oegniacensis.

Benedictio mystica.

S. Cyrillus in Glaphyr. in Pentat. c. de Adam *sub finem*, & passim Græci Patres.

Comparans D. Cyrillus, duas duplicis hominis radices; vnam scilicet hominis corporei, qui de Adam secùndùm carnem procreatus est; & alteram hominis spiritualis, quæ est Adam secundus, seu Christus; adhibet hanc longè pulcherrimam clausulam, Sacramento Eucharistiæ perhonorificam. [Absurdum fuerit existimare, è terra quidem factum, atque hominem existentem Adam, execrationis quæ ipsi accidit, vim tanquam hæreditatem quandam naturaliter in vniuersum genus humanum transmittere, superum verò ac cœlestem, & Deum secundùm naturam Emmanuelem, nostrámque similitudinem nactum, ac secundum nobis Adam effectum; non etiam perinde vitæ suæ participes abundè efficere, eos qui familiaritatem cum ipso in fide inire voluerunt. Concorporei enim ei, facti sumus per mysticam benedictionem.] *Mysticam benedictionem* nominat Eucharistiam, quia est mysteriis refertissima, & admodùm arcana. Neque enim illud, *mystica*, ad tropum Berengarij trahendum est, vt optimè sic monuit Lanfrancus tractans locum Concilij Ephesini mox allegandum. [Quod verò ait *benedictionis mysticas*, sic dictum accipe, quasi diceret *secretas*. Mysterium namque sicut B. Augustinus in lib. de catechiz. rud. dicit, à secreto nomen accepit. Quid enim secretius, quàm panis vinique speciem conspicere, saporem gustare, tactum sentire, & tamen mirabiliter operante Deo, veram carnem, verúmque sanguinem, credere, comedere, bibere? Loco per Lanfrancum adducto, S. Cyrillus, (eius enim est ex epistola 10. ad Nestorium, locus homine Ephesinæ Synodi allegatus,) Eucharistiam, numero multitudinis, *benedictiones mysticas*, nominat. Ità enim ibi habet sub Epistolæ medium. [Dum Vnigeniti filij Dei, hoc est Iesv Christi, mortem secundùm carnem, & resurrectionem ex mortuis annunciamus, assumptionémque in cœlos confitemur, mysteriorum in Ecclesiis perficimus cultum, atque ita ad mysticas accedimus benedictiones, & sanctificamur, participes facti sanctæ carnis, pretiosíq; sanguinis Seruatoris nostri omnium Iesv Christi: nec vt communem carnem accipimus, absit: neque tanquam viri sanctificati, & Verbo secundùm dignitatis vnitatem connincti, vt potè velut diuinam inhabitationem adepti; sed vt verè viuificatricem, & ipsius Verbi propriam. Cum enim vita sit secundùm naturam, vt Deus, quoniam vnum cum carne sua, viuificatricem eam ostendit. Itaque etiam si ad eos dicat, *Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis eius carnem, & biberitis eius sanguinem*, non tamen illam velut hominis cuiusdam ea nobis esse arbitremur? (Quomodò enim hominis caro secundùm naturam suam viuifica erit?) Sed tanquam propriè illius factam, qui propter nos Filius hominis & factus est & appellatus.] Hæc tametsi à S. Cyrillo scripta, nomine tamen Concilij Ephesini allegantur, non modò à Lanfranco, sed etiam à S. Anselmo l. de Sacram. altar. 2. p. c. 13. & à Gerocho Epistola ad Eberardum Salzburgensem in causa Folmari negauris concomitantiam. Concilium enim Ephesinum, cùius Præses & velut anima pro S. Cœlestino Papa erat S. Cyrillus, verbis S. Cyrilli sua fecit. Porrò sicut nomen *benedictionis*, commune est Eucharistiæ in fieri & in facto esse, ita & nomen *benedictionis mysticæ*. Sic enim Titus Bostremus in c. 22. Lucæ ad illud *desiderauì hoc Pascha*, benedictionem mysticam pro confectione Eucharistiæ vsurpat, scribens in hunc modum. [Non Agnus ex grege, sanctificat eos qui in Christo sunt, sed ipse potiùs Christus sanctè immolatus per mysticam benedictionem, in qua benedicimur & viuificamur. Factus est enim nobis panis vinus qui de cœlo descendit; & vitam dat mundo.] Et eodem modo Theophilactus in c. 6. Ioan. sit, panem interuentu benedictionis mysticæ, transmutari in corpus Christi.

Onomasticon Eucharisticum.

Benedictio parvula S. Cyrillus l. 8. in Ioan. cap. 17.

Hoc titulo donat Eucharistiam S. Cyrillus, eo insigni loco de efficacia huius Sacramenti citè percepti. l. 4. in Ioan. c. 17. [Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti, totam massam fermentat; sic paruula benedictio totum hominem in seipsum attrahit, & sua gratia replet, & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo.] Quam mox simpliciter *benedictionem* nominat, hoc loco appellat *paruulam benedictionem*, non ab exiguitate fructuum quos confert (sunt enim maximi & vberrimi, vt statim addit); neque à vilitate rei sub externa specie contentæ (est enim res supra omnem æstimationem, quippè Deus ipse:) Vocat ergo *benedictionem* hanc *paruulam*, spectando quantitatem molis; & vilem speciem externam. Sub exigua enim hostia, ac etiam sub eius quamcumuis exigua particula, vel etiam atomo, est Christus totus; in specie satis despicata; quod est esse paruulum sub hominum oculis. Recolenda, quæ de Christi corpore in Eucharistiæ definitione loeato, atque adeò sub paruula quoque hostia integro, superiùs dicta sunt sect. 3. c. 3. à numer. 20.

Sectio V. *Benedictio vinificatiua.*

S. Cyrillus epiſt. ad Calosirium.

Euchariſtiam non perſtare ſacram & Chriſti corpore diuitem vltra vnum diem, quidam Hæretici effutierunt, referente Turriano l. 4. contra Magd. c. 19. & idem iam olim retulerat S. Cyrillus, damnans eos inſaniæ, verbis quæ adſcribo; quibus & propoſitus Euchariſtiæ titulus continetur, & probatur. [Nec dubites an hoc verum ſit, eo manifeſtè dicente, *hoc eſt corpus meum*, ſed potiùs ſuſcipe verba Saluatoris in fide. Cum enim veritas ſit, non mentitur. Inſaniunt igitur, dicentes myſticam benedictionem à ſanctificatione ceſſare, ſi quæ reliquiæ remanſerint eius, in diem ſequentem. Non enim mutabitur ſacroſanctum corpus Chriſti, ſed virtus benedictionis, & viuificatiua gratia ſuget in eo eſt. Virtus enim viuificatiua Dei Patris, Vnigenitum Verbum eſt quod caro factum eſt, non deſinens eſſe Verbum, ſed efficiens carnem viuificatiuam.] Et mox. [Numquid ergo quoniam in nobis vita Dei eſt, Dei Verbo exiſtente in nobis, viuificatiuum erit noſtrum corpus ? Sed aliud eſt, ſecundùm participationis habitudinem nos habere in nobis Dei Filium, aliud ipſum fuiſſe factum carnem: Ideſt corpus ſumptum ex alma Virgine, proprium corpus effeciſſe. Decebat ergo eum noſtris quodammodò vniri corporibus, per ſacram eius carnem & pretioſum ſanguinem, quæ accipimus in benedictione viuificatiua, in pane & vino. Ne enim horreremus carnem & ſanguinem appoſita ſacris altaribus, condeſcendens Deus noſtris fragilitatibus, influit oblatis vim vitæ, conuertens ea in veritatem propriæ carnis; vt corpus vitæ quaſi quoddam ſemen viuificatiuum inueniatur in nobis. Vnde ſubdit. *Hoc facite in meam commemorationem.*] Errorem hic à S. Cyrillo conuulſum, attaxunt nuperi Sacramentarij, negantes Chriſtum ſpeciebus ſubeſſe cæteris vſum, quos propoſita D. Cyrilli argumentatio æquè reuincit; vt vix ſit neceſſe aggetere probationum immenſam vim; quod faciunt peteruditè Sanctesius repet. 4. c. 12. Eſpencæus toto lib. 2. de Euch. Bellarminus l. 4. de Eucb. c. 4. & Val. 3. p. d. 6. q. 1. p. 3.

Bonum.

Concilium Ancyranum c. 4. 5. & 6. & S. Baſilius in Epiſtolâ Canon. ad Amphiloch. c. 4. & 82. & 55. vocant Euchariſtiam τὸ ὕδωρ καὶ οἶνον, An profecere ex Iſaia, qui c. 55. præfatus de vino & lacte quæ Euchariſtiam præſignaſſe ſupra dictum eſt. V. *adeps & vinum* ſubdit, *audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra*, vbi Gloſſa, *bonum* exponit Chriſtum Sacramentalibus ſpeciebus contectum. Eſt in eandem ſententiam locus luculentus Eccleſiaſtis 8 *Non eſt bonum homini ſub Sole, præter quàm quod comedat & bibat.* In quem locum ita accommodatè ad rem præſentem ſcribit Olympiodorus. [Si adhuc voluptarium perſonam loqui exiſtimes, hæc in voluptate ac vſu ſenſibilium rerum, gaudium hominis repoſitum ducit atque mentitur. Sin verò quis loquentem ſibi proponat audire Eccleſiaſtem, ſtatim percipiet quis ſit verus cibus ac potus, cum fideles Chriſtiani iam in præſenti vita aerhabonem Spiritus acceperimus.] Incidens in eundem locum Eccleſiaſtis S. Auguſtinus 57. Ciuit. c. 20. egregiè in hunc modum diſſerit. [In libro qui vocatur Eccleſiaſtes, vbi ait, *non eſt bonum homini niſi quod manducabit & bibet*, quid credibilius dicere intelligitur, quàm quod ad participationem menſæ huius pertinet, quam Sacerdos ipſe mediator Teſtamenti noui exhibet ſecundùm ordinem Melchiſedec de corpore & ſanguine ſuo ? Id enim ſacrificium, ſucceſſit omnibus illis ſacrificiis veteris Teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri: Propter quod etiam vocem illam in pſalmo 39. ciuidem mediatoris per prophetiam loquentis, agnoſcimus; *ſacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi.* Quia peo illis omnibus ſactificiis & oblationibus, corpus eius offertur, & participantibus miniſtratur. Nam iſtum Eccleſiaſtem, in hac ſententia manducandi & bibendi quam ſæpè repetit, plurimúmque commendat, non ſapere carnales epulas voluptatum, ſatis illud oſtendit, vbi ait, *melius eſt ire in domum luctus, quàm in domum potus.*] Vulgata legit, *quàm in domum conuiui*. Similia S. Hieronymus Eccleſiaſtis 3. ad non diſſimilem locum. Baltazar Coderus in Notis ad illud Pſalmi 102. *qui replet in bonis deſiderium tuum*, obſeruat, paſſim Patres, eum locum de Euchariſtia accipere. Vnde addit, alios vertere teatum illum hoc modo: *qui ſatias bono, tuum*; bono videlicet, quo nihil præſtabilius dici aut fingi poteſt; quod immiſſum in os atque ſtomachum, animàm ſaturat. Et quamuis D. Hieronymus eum locum alio auertat, ſignificatam volens eo verſiculo, vbertatem bonorum quam quis poſſit expetere ad fauces animæ implendas; tamen verſio vulgata quæ expreſſit ſenſum 70. Interpretum, optimè habet, & refert ſatiatiuué animæ per cibum Euchariſticum, in quém omne boni genus confluit; quemque ſiue *bonum* ſiue *bona* dixeris perinde erit. Vnde apud Pſalten alibi, Deus dicitur *animam eſurientem ſatiaſſe bonis*, quia in hoc vno bono deliteſcit vbertas immenſa bonorum duodecim primaria bona quibus Euchariſtia eſurientes replet, fusè illuſtrat Gerſo Tract. 9. ſuper magnificat partit. 4. Spectat ad hunc Euchariſtiæ titulum, quod Hildebertus in metrica Miſſæ capoſitione, vocat Euchariſtiam *ſpeciale bonum*, ideſt eximium & ſingulare, ſic canens.

Ergo per Chriſtum rerum natura mouetur,
Communiſque cibus, fit ſpeciale bonum.

Bonum & pulchrum Dei.

Zach. 9.

Deſcripſerat Zachatias ædificationem Eccleſiæ conſtruendæ in templum ſanctum, expreſſerátque lapides ſanctos ſuper terram elcuandos & coædificandos vt Apoſtolorum Princeps diait, mirabiliter inſuuana liberum conſenſum lapidum ſanctorum, qui diuinitùs præuenti aſſurrecturi erant in ædificium. Subiungit Zacharias, id mirum videri non debere, quod viri eximiæ ſanctitatis (quos *lapides ſanctos* vocauerat,) leuandi ad eum modum, ſeu ſuſtollendi forent: quandoquidem daturus erat Deus Eccleſiæ, quod habet optimum & pulcherrimum; nempe Sacramentum panis & vini, ſub quorum ſpeciebus corpus & ſanguinis Domini deliteſcet; ad firmandum, roborandum, & exhilarandum corda fidelium. Ita Zachariæ verba. *Quod enim bonum eius eſt, & quod pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*; interpretati ſunt, Gloſſa, Haymo, Remigius,

Remigius, Lyranus, Richelius, atque Ribera ibi. Quorum hic rectè admonet, illud *eius*, non posse referri ad terram, de qua proximè egerat Zacharias. Nam Græcè & Hebraicè, illud *eius*, est generis masculini, nec potest referri nisi ad DEVM. Quamuis autem illud *bonum & pulchrum*, plerunque sint Synonima, & vno Græco nomine καλὸν significari soleant, vt etiam Plato, ex vi boni, pellectriee, notauit: Tamen hoc loco Eucharistia, pulchrum, ob exterſionem labecularũ, bonum verò ob collationem salutis, denominata est. Audi Pasehasium l. de Sacr. c. a 1. [De hoc bono, Zacharias olim repromisso admirans, ait, *& quid bonum eius, est & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines?* Vbi notandum, quòd non nisi electorum est, eibus ex quo bonum salutis Ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur: quia etsi quotidie sordescit, exinde reparatur, vt sponsa Christi sine macula & ruga, talibus inueniatur respersa muneribus. Alioqui dum quotidie peccamus, licet in minimis, quomodò sine macula esse possumus? Non est ergo immaculata, quam næui obscœnitas dedecorat. Sed quia per hæc purgatur iugiter, pulchrum eius est hoc corpus; ea quo iam speciosa per lauacrum amplius pulchrescit, vt candore lilij, & rubore sanguinis, in hoc mysterio decoretur. Bonum quippè, vt ad vitam æternam proficiamus: pulchrum verò, dum immortalitatis gloria vestimur; vt & interiùs ſruamur vitæ dulcedine, & exteriùs fulgeamus nitidiùs de tanti beneficij gratia.]

Onomasticon Eucharisticum.

De cœteris, dicto Zachariæ loco contentis Eucharistiæ titulis, frumento inquam electorum, & vino Virgines germinante, dicendum infra sub verbis illis. Nùnc breuiter adscribo Remigium Altissiodorensem, qui eum Zachariæ locum secundùm sacratiorem (vt ait,) sensum, sic glossat. [Dominus & Saluator est qui de se dicit, *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet.* De hoc frumento, mola passionis contracto, & igne mortis decocto, factus est nobis panis qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Ipse quoque, qui est panis & vinum quod lætificat cor hominis. Hoc vinum bibirut ab illis Virginibus, quæ secundùm Apostolum, sunt sanctæ corpore & spiritu; & inebriatæ dicunt cum sponsa, *introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Hoc vinum germinat Virgines; quia quos amor Christi inebriat, omnia mundi oblectamenta spernunt, & quasi ebrij & insensibiles mundo fiunt, ac solùm Christum diligunt; & dicunt cum Apostolo, *itaque nos ex hoc, neminem nouimus ſuper terram*]

Monstraui hactenus Eucharistiam esse *bonum Dei.* Esse autem potiùs vocandam *bona* numero multitudinis, latè prosequitur Gabriel serm. 1. de Eucharist. & fusissimè Gerso tract. 9. super Magnificat, præsertim partit. 4. qui illud *Esurientes implent bonis*, interpretantur de Eucharistia.

Botrus Cypri.

Aponius Cant. 1.

E vineis Engaddi, botrus lectissimus colligebatur, è quo eliciebatur vinum optimum, & ob Cypriarum arbuscularum viciniam odoratissimum. Hinc botro, cuius mentio est Cant. 1. collaram Eucharistiam censuit Aponius. Vnde hic titulus viderur propriè spectare speciem sanguinis, qui est vinum sapidissimum & fragrantissimum è botro Christo, verè (vt S. Augustinus serm. 186. de temp. nominat,) *magno botro*, in torcular crucis expressum, & hodiéque propinatum fidelibus, iuata illud credidit Bernardi serm. de dignitate Sacerdot. [Liquot iste quem vides, iam non est vinum, sed sanguis meus, quem pro te fudi in pretium, tibi reseruans in altari poculùm, in peregrinatione tua præsidium, in exitu de Ægypto conductum, in cœlo viaticum. Ego botrus eatris pro salute tua portatus sum ad torcular Crucis, inde eliquatum est mustum tuæ redemptionis. Sanguis autem meus, verè est porus.] Quamuis autem nomine *botri*, metonymicè designari, possit vinum è botro elicibile, siue sanguis vuæ, vt Iacob dixit agens de hoc mysterio, quod ex multis & Patribus & Rabbinis demonstrat Bosius l. 13. de signis c. 6. & l. 14. c. 1. Tamen cum Aponius, in botro proposito, agnoscat & esam & pomum, viderut pro symbolo Eucharistiæ statuere, vuam non calcatam, quam esse Verbi Incarnati accommodatum symbolum, alibi plenè prosequor. Haud ægrè huic referatur egregia disputatio Pasehasij l. de Sacramentis c. 10. vbi de Christo vua sanguinante, prælo passionis pressa. Itaque botrus Cypri, vtramque Eucharistiæ speciem signare potest. Non omitto, aliquos per *botrum Cypri*, intelligere ramusculum arboris Cypriæ, cuius semine manna referente, vt philosophatur Gillebertus serm. 36. in Cant. aptè indicatur species panis.

Buccella panis.

3. Reg. 2. ex interpretatione S. Augustini 17. Ciuit. c. 5.

Vir Dei in verbo Domini terribiliter denuncians Heli Pontifici, mutationem Iudaici Sacerdotij, sic habet præter cœtera. *Futurum est autem, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat numisma argenteum, & tortam panis dicat, dimitte me obsecro ad vnam partem Sacerdotalem, vt comedam buccellam panis,* Versat hunc locum quàm diligenter S. Aug. 17. Ciuit. c. 5. ex quo obseruanda sunt quæ sub finem capitis habet citra illud, *vnam partem Sacerdotij*; ita enim ipse legit. [Quamuis nonnulli (inquit.) *sacrificij tui*, sint interpretati non *sacerdotij tui*, quod nihilominus eundem significat populũ Christianum, vnde dicit Apostolus Paulus, *vnus panis, vnum corpus, multi sumus.* Et iterum. *Exhibeatis corpora vestra, hostiam viuam.* Quod ergo addidit, *manducare panem*, etiam ipsum sactificij genus eleganter expressit, de quo dicit Sacerdos ipse, *panis quem ego dedero, caro mea pro seculi vita*, Ipsum est sacrificium, non secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordinem Melchisedec. Qui legit, intelligat. Breuis itaque est ista confessio, & salubriter humilis, qua dicitur, *iacta me in partem Sacerdoti, tui manducare panem.* Ipse est obolus argenti, quia & breue est, & eloquium Domini est, habitantis in domo eredentis. Quia enim dixerat superiùs, dedisse se domui Aaron, cibos de victimis veteris Testamenti, vbi ait, *Dedi domui patris tui, omnia quæ sunt ignis filiorum Israel in escam*; hæc quippè fuerant sactificia Iudæorum, ideò dicit, *manducare panem*; quod est in nouo Testamento sactificium Christianorum.]

Sect. V.

Apertè itaque S. Augustinus, *buccellam panis* in vulgata editione memoratam, refert ad Eucharistiam. Auror Fortalitij fidei (quem Bartholomeus Spina bello suo contra Iudæos totidem verbis exhibuit,) conspirat in eundem sensum l. 3. consideratione 4. argumento 14. Et post recitata verba denunciationis Prophetica quæ iam adscripsi, subdit. [Litera Hebraica, sicut habui à quodam perito, conuerso de Iudaismo, reuelante mihi hoc secretum; hîc habet sic. *Ego suscitabo mihi Sacerdotem fidelem sicut cor meum, & voluntatem meam faciet & venient ad adorandum me in domo mea in calice argenti, & in placentula panis, & dicent, comunge me nunc vni istorum Sacerdotum ad comedendum hanc placentulam panis.* Litera Hebraica vbi nos habemus, *nummum argenteum*, habet *agorathqueseph*, quod sonat *in calice argenti*. Ex quibus manifestè patet, non solùm mutatio Sacerdotum, sed etiam nouum sacrificium fiendum in calice argenti, & torta panis: quæ vt clarè patet, impleta sunt in aduentu Christi, & suorum sacerdotum.] Igitur de veterum quoque Rabbinorum sententia, buccella illa panis quam Iudaici Sacerdotes exoptaturi erant, est Eucharistia.

Et est sanè Eucharistia, *buccella*. Vt enim aduertit S. Gregorius l. 2. in 1. Reg. c. 3. *in fine*, ad illud, *vt comedam buccellam panis*, buccella conficitur in rotunditate, quam esse figuram speciei panis, dicam V. *Corona*. Varij Patres, eam fortè ob causam, nominant Eucharistiam, *buccellam*. Sic S. Augustinus buccellam à Domino Iudæ porrectam ait, agens de Eucharistia. Nec enim agit de pane intincto, quem tametsi Eucharistiam fuisse senserunt S. Cyrillus l. 9. in Ioan. c. 16. & Anastasius orat. de Synaxi, tamen S. Augustinus tract. 62. in Ioan. ait eos tantùm, qui negligenter legerunt, sic esse opinatos. Et fusè idem tradunt Hildebertus epist. 64. & Hugo Victorinus l. 2. de Sacram. p. 8. cap. 4. Id quod fusè firmatum est in Tractatione de Iuda cap. 9. num. 41. Igitur D. Augustinus per buccellam Iudæ porrectam, quam ait fuisse Eucharistiam, non intellexit panem in catino intinctum, sed nomen buccellæ adhibet, agens de corpore Domini porrecto Iudæ. Similiter Eucharistiam donat *buccellæ* nomine, credibus Cyprianus serm. de Cœna Dom. n. 22. cum ait, corde siccos & aridos participantes donis, illota conscientia de manu Domini accipientes buccellam, in veste lutulenta se impudenter ingerentes diuinæ mensæ, duriùs tractandos, quàm si mola asinaria ad collum alligata, demergerentur in pelagus. Ausim eodem referre Tertullianum l. de Monog. c. 12. dicentem de Episcopis & Presbyteris; [Et illi planè sic dabunt viros & vxores, quomodò buccellas. Sensus enim est, iuxta Pamelium ibi n. 85. & Espencæum l. 2. de ador. Euchar. c. 6. Episcopos & Presbyteros Monogamos, iis qui digami esse volent, daturos in coniugium, vxores viris, viros vxoribus, quemadmodùm dabant buccellas, hoc est Eucharistiam domum asportandam, ibique per otium percipiendam, pro recepto tunc vsu de quo idem Pamelius ad librum Tertulliani de orat. n. 12. & ad l. 2. ad vxorem n. 36. & Baronius ad Rom. Martyrol. 15. Aug. cum de Sancto Tharsicio. Sicut enim Sacerdotes, eas buccellas sacras dabant quibuslibet petentibus, etiam si fortassis malè petentibus; dummodo non liqueret exteriùs de eorum malo statu: ita dabant coniuges omni petenti; ita vt quotiescunque aliquis vellet suum coniugium inictuento Sacerdotum firmari, pro more antiquissimo, vt coniugia apud Ecclesiam non professa deputarentur inter fœtationes, vt ipse Tertullianus affirmat l. de pudicit. c. 4. non plus abnuebant dare cõiugem malè petenti, quàm abnuerent dare Eucharistiam malè poscenti, de cuius nequitia non constaret. Volebat quippe Tertullianus infetre, non si Sacerdotes assistunt iungendis matrimonio digamis, honestam esse digamiam. Sicut non si Sacerdotes præbent Eucharistiam impiis non compertis, liberatur sacrilegio eorum communio. Quicquid alij aliter de illis apud Tertullianum buccellis statuant, negari non potest, quin hæc interpretatio sit verisimilis. Æquè nobis commodaret interpretatio Baronij anno 57. n. 49. aientis datas Eucharistiæ buccellas, quomodò vxores; quia coniuges cum inibant coniugium, percipiebant Eucharistiam. Id tamen an rectè quadret Tertulliano, pronuncient alij.

Est ergo Eucharistia buccella, quæ tametsi sicca, melior tamen est quàm domus plena victimis, quia gaudium infert & excludit iurgia, vt S. Thomas piè dixit Opusc. 58. cap. 4. Hoc est bucellatum Christianæ expeditionis, vt loquar cum S. Paulino Epistola ad Romanianum. Nam prodituris in prælium fidelibus, hoc munimentum esse necessarium, concors est Patrum doctrina. Videsis Cyprisnumepist. 54. & Aug. tract. 27. in Ioan. Et quæ infra dicoex Gilberto Tornacensi V. *Munimentum Dominica satietatis*. Iustius sanè Christiani hinc dicerentur Buccellarij, quam illi tempore Honorij milites vt narrat Olympiodorus apud Photum Cod. 80. exponitque Constantinus Porphyrog. libello de Thematibus, ac ex recentioribus Tornebus l. 24. Adu. c. 16. & l. 26. c. 15. & Rigaltius in Lexico.

C.

Calculus candidus.

Hugo Card. Apocal. 2.

Literæ ad Angelum Pergami Apocal. 2. exaratæ, sic habent. *Vincenti dabo calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.* Eum *calculum candidum*, aliqui interpretantur carbunculum, alij margaritam, quidam Smaragdum, & vt latè prosequitur Viegas ibi Comment. 3. sect. 6. bellè omnia illa quadrant in Eucharistiam. Qui de Topazio accipiunt calculum candidum, siue splendentẽ, æquè habent quomodò eum Christo in Eucharistia accommodent. Nam & Christus Topaxius est, vt concinnè tradit Philippus Abbas initio Tomi septimi in Cant. & specialiter in Eucharistia habet cum Topaxio affinitatem, quatenus non nisi noctu splendet, de die autem non erit manifestus. Vnde vt ex Agatarchide cap. 42. histor. scribit Photius Cod. 250. qui topazium conquirunt, Regio edicto noctu per vices circumagantur, higonibus variæ magnitudinis instructi: & obseruato splandore promicante è saxo, tantæ illum quantitatis vase circundant, quantam visæ imaginis magnitudo poposcit.

Pe-

Per diurnam poſtea lucem accedentes æqualem prioti deſignationi ſaxi partem exciodentes, ſegmentum peritis lævigandi artificibus tradunt, ſiequeTopazio potiuntur, Chriſtum in Sacramento non niſi per hanc noctem ſplendere; de die autem ceſſaturum eius Sacramentalem fulgorem, monſtratum eſt ſuperiùs. Eſt igitur hac quoque ex parte calculus candidus, ide eſt præfulgens ac ſplendens atque adeò Topazius, Calculum forcipe ſublatum de altari Iſaiæ 6. aliud non fuiſſe quam carbonem, omnes conſentiunt teſte Clyſtouæo ad librum 4. Damaſceni c. 14. Fuiſſe autem typum Euchariſtiæ, dicemus infra V. *Carbo diuinus.*

Calix admirandus,

Chryſoſtomus homil. 84 in Ioan.

Subiiciendus eſt locus Chryſoſtomi, poſtquàm Chriſti latus memorauit, iſta ſubdentis. [Arcanum myſterium conſummatum eſt. *Exiuit* enim *ſanguis & aqua.* Non caſu & ſimpliciter bi fontes ſcaturierunt, ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt. Sciunt hoc initiati. Per aquam enim regenerati, ſanguine & carne nutriti. Hinc myſteria ortum habent, vt quoties ad calicem admirandum accedis, tanquam ab ipſo latere, hauriens accedas.]

Calix benedictionis.

Apoſtolus 1. Cor. 10.

Verba Apoſtoli eo loco ſunt. *Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?* Exclamat adhæc verba S. Chryſoſt. hom. 24.] Quid dicis ô Beate Paule? Cum vis auditorem confundere, & horrendorum myſteriorum meminiſſe, *calicem benedictionis* appellas, calicem illũ formidoloſum & horroris plenum? Sanè quidem. Non enim patoũ eſt quod dicitur. Siquidẽ cum *benedictionẽ* dico, Euchariſtiam dico; & dicendo Euchariſtiam, omnẽ benignitatis Dei theſaurum aperio, & magna illa munera cõmemoro. Etenim cum calice, inenarrabilia Dei beneficia, & quæcunque conſecuti ſumus, addimus; ita ad eum accedimus, & cum eo communicamus, gratias agentes quòd humanum genus errore liberauit, quod cum ſpem nullam haberemus, & impij in hoc mundo eſſemus, fratres & conſortes ſuos adſcripſit. His & cæteris huiuſmodi gratiarum actionibus accedimus. Quomodò igitur contraria non facitis ô Corinthij, (inquit,) cum Deo benedicitis, qui ab idolis vos liberauit, iterum ad eorum menſas curritis? *Calix benedictionis cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt*: Maximè his ſibi verbis, & fidem facit, & horrorem. Horum autem huiuſmodi eſt ſententia. Quod eſt in calice, id eſt quod à latere fluit, & illius ſumus participes. *Calicem* autem *benedictionis* appellauit, quoniam cum præ manibus eum habemus, cum admiratione & horrore quodam inenarrabilis doni, laudamus benedicentes quod ſanguinem effudit, ne in errore permaneremus; neque tantùm effudit, ſed nos omnes eius participes effecit.

Iuxta Chryſoſtomum ergo, *Calix benedictionis*, eſt calix Euchariſticus, quo agnoſcentes nos omnibus diuinis bonis locupletatos, benedicimus Deo. Poteſt addi alius eiuſdem tituli ſenſus, quo *calix benedictionis*, dicatur eſſe calix omni nos benedictione cœleſti complens. Et ita eum titulum expoſuit creditus Anſelmus ad eum locum. Dici etiam poſſit, *calicem benedictionis*, idipſum eſſe quod calicem conſecratum. Nam *benedictionẽ* pro conſecratione accipi, ſupra monſtratũ eſt. Et neceſſariò ita intelligendũ eſt illud quod ait Apoſtolus, *calix cui benedicimus.* Illud enim *cui*, cadit in calicẽ, non in Deum. Græca habent τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν. Id eſt *calix quem benedicimus*, quod aliud ſonare non poteſt quam *calix quem conſecramus.* Imo Alanus l. de Euchar. cap. 15. latè contendit, benedictionem quam Chriſtus in Euchariſtiæ inſtitutione adhibuiſſe dicitur, eſſe ipſam conſecrationem. Quod quanquam minùs conſonat Canoni Miſſæ, & Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 1. ideóque à Vaſque rejicitur 3. part. d. 196. cap 2. tamen quæ Alanus profert, demonſtrant vocem *benedictionis* pro *conſecratione*, & verbum *benedicendi*, pro *conſecrando* interdum accipi, vt factum aſſero ab Apoſtolo verbis illis *cui benedicimus*, ac veriſimiliter etiam illis *calix benedictionis.* Non eſt huc aduocandus *calix* ille *benedictionis*, ſiue *calix ſalutum*, de quo Agellius & Genebrardus in pſal. 115. & nos infra V. *Calix ſalutaris.*

Onomaſticon Euchariſticum.

Calix inebrians.

Origenes Tract. 35. in Matth. Ambroſius in pſal. 35. Hieronymus q. 2. ad Hedibiam, Chryſologus ſerm. 160. Chryſoſtomos in Pſalm. 22. & ibidem Theodoretus, Cyrillus Catech. 4. myſtag. & alij gloſſantes locum pſalm. 22. vel in eum locum incidentes.

Egregiè præter cæteros, illud Dauidis, *calix meus inebrians, quàm præclarus eſt*, de Euchariſtia accipit S. Cypriaous epiſt. 63. num. 15. agens contra Aquarios. [Cuius rei (inquit,) Sacramentum, nec in Pſalmis tacet Spiritus ſanctus, faciens mentionem Dominici calicis, & dicens; *Calix tuus inebrians per quàm optimus.* Calix autem qui inebriat, vtique vino mixtus eſt, neque enim aqua inebriare quemquam poteſt. Sic autem calix Dominicus inebriat, vt & Noë in Geneſi, vinum bibens inebriatus eſt. Sed quia ebrietas Dominici calicis & ſanguinis, non eſt talis qualis ebrietas vini ſæcularis, cum diceret Spiritus ſanctus in Pſalmo, *calix tuus inebrians*, addidit *per quàm optimus*: quod ſcilicet calix Dominicus ſic bibentes inebriet, vt ſobrios faciat, vt mentes ad ſpiritalem ſapientiam redigat, vt à ſopore iſto ſeculari ad intellectum Dei vnuſquiſque reſipiſcat: & quemadmodùm vino iſto communi mens ſoluitur, & anima relaxatur, & triſtitia omnia deponitur, ita epoto ſanguine Domini & poculo ſalutari, deponatur memoria veteris hominis, & fiat obliuio conuerſationis priſtinæ ſæcularis: & mœſtum pectus ac triſte quod priùs peccatis angentibus premebatur, diuinæ indulgentiæ lætitia teſoluatur: Quod tum demum poteſt lætificare in Eccleſia Domini bibentem, ſi quod bibitur, Dominicam teneat veritatem.]

De hac per Euchariſtiam ebrietate, inſignitet diſſerit Gregorius Nyſſenus hom. 10. in Cant. ad illud *comedite amici, bibite & inebriamini chariſſimi*, quod perinde eſſe ait, ac verbis Euangelicis dicere *comedite & bibite ex hoc omnes.* Tametſi enim Chriſtus non addidit in actu ſignato *inebriamini*, tamen [Hoc ipſa fecit, quandoquidem omnis ebrietas ſolet efficere, vt mens excedat, à vino ſuperata. Quod ergo hic adhortatur, hoc tunc quoque factum eſt per diuinum illum cibum & potum: & ſemper fit,

Sect. V.

simul conueniente cum cibo & potu, mutatione & excessu à deterioribus ad ea quæ sunt meliora. Sic inebriantur vt dixit Propheta, *qui bibunt ex vbertate domus, & potantur torrente deliciarum.* Quo inebriatus etiam aliquando fuit diuinus Dauid, vt qui cum à se excessisset & fuisset in extasi, vidit pulchritudinem quæ non cadit sub aspectum, insignemque & celebrem illam exclamauit vocem *omnis homo mendax*, orationum ineffabilium benè dispensans interpretationem. Sic inebriatus quoque fuit nouus noster Benjamin Paulus, quoniam fuit in extasi cum diceret: *siue enim excessimus Deo,* (ad illum enim erat excessus,) *siue sobrij sumus, vobis*; sicut cum in iis quæ dicebat Agrippæ, se non insanire enunciaret, sed loqui verba sobrietatis & iustitiæ. Nouimus etiam B. Petrum in hoc genere ebrietatis, simul & propinantem & inebriantem.

Non est prætermittenda insignis planè disputatio quam ibi subtexit Nyssenus, de somno consequente ebrietatem inductam ab Eucharistia. Est enim effectus hnius inebriationis ad suam hanc causam valdè proximè pertinens, eámque ritè elucidans. [Ebrietatem (inquit,) consequenter sequitur somnus, iis quorum per concoctionem digesta fuerit ad bonam habitudinem ciborum facultas. Propterea post illud epulum, sponsa tenetur somno. Est autem alienus quidam somnus, & à consuetudine naturali remotus. Nam in consueto quidem somno, qui dormit non vigilat, & qui vigilat non dormit; sed vtrumque in se inuicem delinit: nempe somnus & vigilia sibi inuicem succedendo sedantia, & vicissim ad vnumquemque accedentia. Hic autem noua quædam & admirabilis mixtio, & coïtio contrariorum in ea cernitur. *Ego enim* (inquit) *dormio, & cor meum vigilat.* Quænam ergo est de his rebus accipienda sententia: Somnus est mortis similitudo: In eo enim soluitur omnis sentiens corporum operatio, cum nec visus, nec auditus, nec odoratus, nec gustus: nec tactus, somni tempore, suo fungantur munere. Procreat enim obliuionem sollicitudinum & curarum quæ sunt in homine, sopit metum, & iram lenit, & eorum qui sunt acris & exacerbati animi remittit vehementiam, & efficit vt nullus fit omnium malorum sensus, quamdiu dominatur corpori. Hoc ergo dicimus per ea quæ dicta sunt, quod seipsa euasit excelsior, quæ sic magnificè gloriatur, & dicit, *ego dormio & cor meum vigilat.* Reuera enim quamdiu sola anima in se viuit, à sensibus minimè perturbata, tanquam sub soporifero aliquo impedimento tenetur naturâ corporis: & verè dici poterit, quod dormiat visus per cessationem ab opere, contemptui habitis illis spectaculis quæ puerorum oculis solent afferre stupore. Non ea inquam sola quæ sunt naturæ terrestris, vt aurum & argentum, & gemmæ quæ pulchro aliquo colore, oculorum mouent auiditatem; sed & miracula quæ mouentur in cœlo, & stellarum splendores, & orbis Solis, multipléxque & varia Lunæ forma, & si quid aliud affert voluptatem oculis; propterea quod nihil temerè moueatur, sed simul moueatur & circumagatur cum motione & mensura temporis. His omnibus despectis, propter verorum bonorum contemplationem, otiosus est oculus corporis, cum ad nihil eorum quæ ab isto ostenduntur, perfectior attrahatur anima; propterea quod cogitatione ea sola aspiciat, quæ sunt superiora iis quæ videntur. Ita etiam mortuus est auditus & cessans ab operatione; cum in iis quæ sunt supra rationem, occupetur anima. De sensibus autem magis belluinis, non conuenit aliquid dicere: quod scilicet tanquam è morticinis quispiam fœtor ab anima sit abiectus, & naribus odores captans odoratus, & venttis tanquam Dei seruitio assidens gustus, & præterea tactus cui seruile & cœcum est sentiendi instrumentum, quod quidem fortè propter cæcos fecit natura. Quæ omnia cum propter cessationem ab opere, tanquam somno aliquo, sint vincta & oppressa, pura est cordis operatio, & sursum aspicit cogitatio, vt quæ à sensibus motiones sunt libera & minimè perturbata. Nam cum in hominum natura duplex sit voluptas; altera quidem quæ exercetur in anima per impatibilitatem, altera verò per perturbationem animi in corpore, quam ex ambabus libetum elegerit arbitrium, ea dominatur in alteram. Qui enim aspicit ad sensum qui per se innatus est corpori, is tractus à voluptate transibit expers gustus diuinæ lætitiæ. Quibus autem desiderium ad Deum est propensum; iis obscuratur quidem oculus corporis propter boni appetitionem, & censetur esse fugiendum quicquid veluti quibusdam Magicis carminibus delinit ac desipit sensum. Propterea anima, quando delectatur sola eius quod est contemplatione; ad nihil dicitur vigilare eorum quæ ad voluptatem fiunt per sensum; sed omni sensu corporali exuta, nuda & pura mente, per diuinam vigiliam, Dei susciput apparitionem.] Tantum de optatissimo somno, ebrietatem calice Eucharistico inductam consequente, Nyssenus.

Egregiè de eadem inebriatione per Eucharistiam Chrysost. *f. 34. Tomi 5. Græc.* Tractans enim illud Apostoli Ephes. 5. *Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini Spiritu* (sic legit, fortè insinuans Eucharistiam quæ sæpè *Spiritus* dicitur) addit, se in illa die quæ erat dies Paschatis de temperantia auditorum confidere, (quippè qui potati essent diuino calice ea die) describitque his verbis eum calfactum. Præclarus est nobis ebrietatis calix. Est calix ebrietatis qui temperantiam gignit, non paralysim. Quisnam ille porrò? Calix spiritualis, calix salutaris, calix impolluti us Dominici sanguinis. Non gignit ebrietatem ille calix, non paralysim gignit: non enim vires dissoluit, sed vires excitat. Ille non neruos infringit, sobrietatem quippe affert. Ille Angelis venerandus est, hominibus prætiosus, Domino amabilis. Vide quid dicat Dauid de spiritali calice isto qui propositus est in hac mensa. *Parasti in Conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians, quam præclarus est.* Etenim ne audito nomine ebrietatis subitò metueres, & eiusmodi putares esse vt infirmitatem inducat, adiunxit esse præclarum & firmum. Nouum ebrietatis genus, robur immittit & validum redditac potentem: quippè quod ex spirituali petra profluxerit. Non est deprauatio cogitationum, sed spiritualium cogitationum accumulatio. Hac ebrietate, ebrij simus.] Breuissimè hanc præclari calicis inebriationem attigit S. Augustinus in *Psal. 22.* censens signari eo nomine, obliuionem

nem vanstum priorum delectationum, quo totus Nysseni discursus denique tenoluitur. Apertè verò Nisseni dispotationem expressisse videtor Paschasios l. de sacram. cap. 10. bis præter cætera. [Sponsus adhortatur in Canticis, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi*, quia profectò talis esca & potus nunquam dignè sine ebrietate Spiritus sancti degustatur. Hinc quoque Dauid ebrius gratiarier in persona nostra canit, *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me: Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est.* Præclarus vtique, quia omni veritate & fulgore clariùs resplendet, & luce S. Spiritus illustratur, ac per hoc fidelium inebriat mentes. Quo nimirum haustu, illi ebrij erant hora diei tertia, super quos se idem Spiritus sanctus pleniùs diffuderat.] Optimè. Nam Apostoli, in die Pentecostes priusquam educerentur in aciem, haustu sacri calicis inebriati erant, facto tunc primùm sacro, vt habet Hesychios lib. 6. in Leuit. *pag. mihi* 548. & dicam infra V. *oblatio nostra* post Democharem l. 2. de Missa cap. 4. ac Genebrardum in Liturgiam S. Dyonisij cap 7. Non est porrò mirum, homines ealicis Eucharistici potu inebriatos esse, bodiéque inebriari: cum Deus ipse, vino passionis Christi hic propinato, veréque vino mero, vt dixerit S. Bernardus serm 9. in psal. 90. sit ebriatus, vt ex figura quæ io Nœmo præcessit obseruauit S. Cyprianus epist. 63. n. 7.

Hæc igitur est inebriatio calicis Christi sioe Sacramenti Eucharistiæ. Porrò noo est quod quis opponat, inebriationem sanctorum à Christo, factam, restituari in tempus beatitudinis, vbi sancti inebriabuntur ab vberitate domus Dei. Optimè enim id enodauit Rupertus l. 4. in Cant. *ad finem*, expendens illud, *bibite, & inebriamini charissimi.* Nam longam disputationem de cibo & potu nouæ salutis, contrapositio ei cibo qui oos perdidit, concludit ex persona Christi. [inebriamini igitur charissimi, inebriamini inquam, ita vt egestatis vestiæ obliuiscamini & doloris ampliùs non recordemini. Nam corpus quidem morruum, id est, certissimè moriturum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iostificationem. Et ipsam mortem, & omnes modos siue speeies mortis atque pœnarum, quicquid doloris & quicquid gaudij, quicquid timoris & quicquid spei mundus habere sine inferre potest aut potuit, obliuiscimini ebarissimi, præ ebrietate vioi vestri, præ abuodantia Spiritus sancti, præ doleedine nuptiarum præsentium quibus interesse meroistis, quarum festinitatem videre primi meruerunt beati oculi vestri. Vos enim estis conoiuæ nuptiarum præcipui, qui primi omnium, aquam vinum factam gustare meruistis. Siquidem iam hoc ipsum quod non habetis tristitiam sine dolorem sæculi, quod contemnitis gaudium mundi, quod timorem hominis non timetis, quod non io homine speratis; quæ videlicet quatuor passiones aquæ mortuæ, imo & aquarum mortuarum quædam capita sunt: Sed solummodò secundùm Deum contristamini, solummodò io Spiritu sancto gaudetis, solum Deum timetis, & in solo Deo speratis: Iam inquam hoc ipsum, est prægustare factum ex aqua vinum, & ebrietatis initium. Venier autem satietas, perficietur ebrietas post hoc, iuxta illud in Psalmo, *inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.*]

Onomasticon Eucharisticum.

Calix quam præclarus.

Idem versiculum Psalmi 22. de quo priore titulo, aptanies ad Eucharistiam.

Quod Dauid ait, *calix meus inebrians quam præclarus est*, Iansenius ibi, monet absque interrogatione legendum, & sensum esse *valdè præclarus est.* Nam etiam apud Tullium, ea particula *quàm*, in eo sensu appingitur positiuo. Videtúrque in hunc sensum intellexisse calicem quàm præclarum, & absque interrogatione legisse S. Bernardus serm. 9. in psal. 90. Nobis verò perinde est, siue interrogatio adhibeatur siue prætereatur. S. Cyprianus epist. 63. legit *quàm perceptimus.* S. Ambrosius in psal. 35. sacutus 70. legit *validus & potens.* Vtraque lectio recidit in nostram. Quanquam priot aptiùs & distinctiùs exprimit pretium tei cõtentæ in boc calice, sanguinis inqoam Christi Domini, qui est supra omne pretium. Neque enim est sanguis bircorum, aut taurorum, vel vitulorum, qui olim in lege ad huius sanguinis adumbtationem adhibebatur; neque est vinum libaminum; sed pretiosus eruor quasi Agoi immaculati. De huius diuini sanguinis pretiositate, ob quam inre oprimo denominari potuerit *præclarus*, & *quàm perceptimus*, sic disputat S. Chrysostomus homil. 45. in Ioan.

Alia notio vocis *præclarus*, pro potente ac valido, insinuat efficacitatem Eucharistiæ, & eximios effectus quos producit in anima suscipientis. Egregiè hanc ootionem *præclari calicis*, expressit creditus Cyprianus serm. de Cœna Domini n. 15. verbis illis. [Quam præclarus est calia iste, quàm religiosa est huius potus ebrietas, per quam excedimus Deo? & quæ rettò sunt obliti, ad interiora extendimus, non habentes sensum huius mondi, sed diuitis præparati delicias contemnentes, crnei hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnera figimus linguam, quo interiùs exteriúsque rubricati, à sapientibus huius sæculi iudicamur amentes, qui religionis huius abborrentes mandatum, vsque hodie retrò abeunt, & à secretis diuinis omniom infra se mysteriorum continentibus summam diffugiunt & tecedunt.] Hæc est illa sobria ebrietas huius præclari calicis, vt loquitur Guerricus serm. 2. de Pentec. ex qoa effeitur tanta ditario & lætificatio pauperis, (nam pauperi parauit Deus in dulcedine sua hunc calicem,) vt paupertas animum eius non vtat: & si dolebat ob peccatum, iam peccati reatus conscientiam non mordeat, vt idem Guerricus sapienter philosophatur.

Admonet porrò Stephanus Eduensis l. de sacram. Altar. cap. 16. noo esse quod quis existimet, calicem præclarum à Dauide prænonciatum, & de quo in Canone Missæ dicitur *accipiens & hunc præclarum Calicem*, nominari præclarum à præstantia materiæ è qua confectus est: [Non enim pro fulgore attribuitur claritas Calici, sed pro dignitate Sacramenti.] Ideóque quod retuli ea Canone, *accipiens & hunc præclarum*, negat accipiendum esse de identitate materiæ: cum nostri Calices plerunque sint argentei vel aurei; calix aotem quem Christus accepit ad consecrandum, luteus aut ligneus fuerit. Fauet Gabriel lect. 52. in Canonem *litera C,*

Sect. V.

tera C, qui ait non credi quod Christus qui auti & argenti possessione suis interdixit, & profiteri suam pauperratem extrema maximè vita voluit, aureum, vel argenteum, aut etiam stanneum calicem, adhibuerit ad consecrandum. Cutinum in quo Christus intinxit panem quem Iudæ porrexit, *vilem* nominat Clemens Alexandrinus 2. pæd. c. 3. Vnde Ioannes Brodæus l. 5. miscel. c. 19. adducitur vt credat, vulgi errore in primatia quadam vrbe quam signat, vas ex gemma pretiosa, haberi catinum qui vsui Christo fuit in suprema cœna. Haud dubiè ergo, Clemeos, non censuit calicem in quo Christus mysteria celebrauit, aureum argenteúmve fuisse. Nam sicut catinum censet vilem fuisse, ita de calice non vt decet secus sensisse. Videtúrque præiuisse S. Chrysostomus, qui homil. 51. in Matth. negat mensam in qua Christus confecit mysteria, fuisse ex argento, aut calicem fuisse aureum: sed quamvis illa omnia fuerint pretiosa & tremenda, quia spiritu plena erant, non tamen ob materiæ pretium. Vnde excurrit ibi S. Chrysostomus, in eos qui absque aureis animabus, aureos calices offerunt; & contaminati crudelitate in pauperes, de sactæ suppellectilis pretiosa materia sunt solliciti. Quanquam diserè addit, nequaquam displicere Deo donaria huiusmodi pretiosa, dummodò priùs consulatur charitati atque iustitiæ. Imitatione Christi fuisse olim calices è vili materia, neminem latet. Quo spectat S. Bonifacij acroama, adductum à Vvalafrido de rebus Eccles. c. 24. & à Radulpho Tungrensi l. de Cano. obseru. propositi. 23. quondam Sacerdotes aureos, ligneis vsos esse calicibus: nunc ligneos Sacerdotes, adhibere ad sacrificium aureos calices. In vita quoque S. Benedicti Anianensis hæc leguntur. [Vasa ad Christi conficiendum corpus, nolebat sibi esse argentea: siquidem primùm ei fuerunt lignea, deinceps vitrea, sic tandem conscendit ad stannea. Planetam verò refutabat habere sericeam, & si aliquis illi dedisset, mox aliis ad vtendum præstabat.] S. Columbanus æneo calice vsus est, cuius exemplo eius discipulus Gallus, recusauit vasa ministerij argentea, quæ Magnoaldus cogitabat facere, vt habent Acta S. Galli c. 18. apud Surium 16. Octob. vbi etiam refertur S. Gallum eam sui facti rationem reddidisse, quod Christus clauis æreis fuerit confixus.

Nihilominus non debet censeri vana religio, adhibentium ad sacrificium aureos & argenteos calices. Hierosolymis asseruatum calicem à Christo in cœna adhibitum Beda l. de locis sanctis cap. 2. testatur argenteum fuisse. Et idem S. Benedictus Anianensis, qui initio in sacris vasis aurum & argentum auersabatur, postea mutata mente, [pretiosa vestimenta Ecclesiastica, calices argenteos prægrandes, offertoria argentea, & quicquid operi Dei necessarium esse conspexit, summo cum studio acquisiuit.] vt ad finem vitæ eius narratur, vbi etiam additur, de simili studio Gulielmi ex Comite Monachi Gellonensis. Iam olim sub Decio, libabant auro Antistites, argentéisque scyphis vtebantur. Etiam gemmis oculabant aureos calices, vt habet Epiphanius Constantinopolitanus scribens ad Hormisdam. Quare hoc item nomine, nihil vetat (per se loquendo,) dici præclarum calicem, qui *Christi sanguinis* est *portator*, vt vocem Optati l. 6. contra Donatistas vsurpem.

Calix noui & æterni Testamenti.

Canon Missæ.

De Calice sanguinis Christi ista dicuntur, tanquam à Christo prolata, de quo non potest esse dubium, cum ita habeant in Canone, quem vacare errore certa fides est, ex definitione Coocilij Tridentini sess. 22. can. 6. Nomine *calicis* intelligi vas continens, contendit Vasques 3. p. d. 199. num. 36. Non minùs tamen procliue est, intelligere nomine *calicis*, liquorem potabilem intra vas illud contentum. Quo pacto constat accipi *calicem*, cum dicitur, *qui dederit calicem aquæ frigidæ.* Hoc est aquam calice contentam ad potandum. Et quia liquor prout potabilis, exprimitur nomine *calicis* quod non fieret si tantùm exprimeretur iub ratione liquoris, idcirco quia in Eucharistia sanguis Christi proponitor vt potabilis, meritò Romana Ecclesia ex traditione B. Petri, retinuit potiùs hanc formam secundæ consecrationis *hic est calix sanguinis*, prout retulerunt S. Paulus & S. Lucas, quàm illam aliam verborum cortice dispatem à Matthæo & Marco recitatam, *hic est sanguis meus.* Quamuis enim hæc verba videantur apertiora, tamen non designant explicitè sanguinem sub ratione potus, sicut faciunt voces illæ *calix sanguinis.* Hic sanguis liquidus & ex calice potabilis, dicitur *calix noui & æterni Testamenti.* Vbi *nouum & æternum*, synonima sunt. Quia enim nouum Testamentum non fuit abrogandum, imo est duraturum ad finem vsque mundi, ideò vocatur Testamentum, non modò nouum præ veteri & antiquato, sed etiã *æternum.* Dicitur quippè Testamentum æternum iuxta D. Gregorij interpretationem homil. 6. in Exech. quia nunquam est mutandum; vnde ad illud accommodat, quod Ezechiel habet de rotis; *Et non reuertebantur cum ambularent*; Cum è contrario vetus Testamentum ad semetipsum reuertsum sit, vt S. Gregorius loquitur, quia vsque ad finem non permansit, sed veniente Christo, euiguit, succedente Testamento nouo, quod nullius alterius Testamenti subrogatione mutabitur, eámque ob causam denominatur *æternum.* Alludiúntque ea appellatione, ad Prophetiam qua Christus prænunciatus est Sacerdos in æternum secundùm Ordinem Melchisedec. Addit Ianssonius in Canonem Missæ, significari ea æternitate, effectum perseuerantiæ custodientis nouitatem ab Eucbatistia collatam, qui effectus est valdè consentaneus Eucharistiæ. Verùm ea ratione, æternitas ista non caderet in Testamentum, quod tamen asseritur in forma consecrationis. Cur autem hæc appendix *noui & æterni Testamenti*, sit apposita formæ secundæ consecrationis, non autem formæ qua panis consecratur, rationem his verbis reddit Origenes tract. 35. in Matt. [Cur non dixit, *hic est panis noui Testamenti*, sicut dixit, *hic est sanguis noui Testamenti*? Quoniam panis est verbum iustitiæ, quam manducantes animæ nutriuntur. Potus autem est verbum agnitionis Christi, secundùm mysterium eius natiuitatis & passionis. Quoniam ergo Testamentum Dei, in sanguine passionis Christi positum est ad nos, vt credentes Filium Dei natum & passum secundùm carnem, saloi efficiamur non in iustitia, in qua sola sine fide passionis Christi salus esse non poterat, ideò tantùm de calice dictum est, *hic est calix noui Testamenti.*] Clariùs dixisset,

hanc

hane appendicem appositam esse formæ conse-
crationis calicis, quia sanguis Christi potus
potabilis, & rigans ac aspergens nos, cum
percipitur ex sacro calice, continet correspon-
dentiam ad constitutionem Veteris Testamenti,
io qua Moyses Exodi 24. accepto sanguine in
craterc, conspersit populum. Similiter enim
Christus Dominus condens Testamentum No-
um, aspersit suo sanguine Ecclesiam, tanto
sublimius fœdus pangens, quàm est pretiosior
sanguine brutæ pecudis, sanguis pretiosus pec-
dis Noui Testamenti, quo pacto Christum ap-
pellauit S. Augustinus epist. 86.

Calix salutaris.

Canon Missæ, & Hieronymus q. 2. ad Hedi-
biam.

Psalmo 115. qui in vulgata dicitur *calix salutaris*, apud 70. dicitur ποτήριον σωτηρίου quam vocem σωτηρίου iidem 70. passim vsurpant pro voce σωτηρ. Vt proinde idem sit *Calix salutaris* in gignendi casu: qui *calix Salutaris* siue vt Hebræa habent teste Hieronymo in psal. 115. *calix IESV*. Et sic accepit hunc ca-
licem salutatis, Paschasius l. de sacram. c. 21. sic scribens [Propheta ait, *calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Per hunc ita-
que, passio Domini designatur. Vnde idem ad Patrem: *Transfer* (inquit) *à me calicem istum*, scilicet mortis passionem, ne per manus Iudæo-
rum fiat. Ac deinde, *Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Pro-
pter quod & mos benè inoleuit, vt sanguis Christi nunquam in catino, neque in cra-
tere, neque in alio vase, quam in calice
consecretur. Sed neque alio nomine vt fie-
ri solet in aliis quibusque vasis, nisi sem-
per iuxta proprietatem linguarum, *calix* voca-
tur, vt exinde omnibus calix passionis Christi
ad memoriam reducatur. Ex quo nimirum ca-
lice, id est, ex eadem motte, sanguis, & per
sanguinem vita hauriunt æterna: quem cum bi-
bimus quid aliud quàm mortem Domini annun-
tiamus?]

Non repudio tamen quod præterea docet
Genebrardus in psal. 115. ex quo profecit Agel-
lius ibidem; nempe Prophetam alludisse ad ca-
licem qui in Dei honorem pro acceptis bene-
ficiis libabatur. Hæc enim libamina quæ erant
sacrificia vini, (& ab Ethnicis quoque vsurpa-
bantur, tantillo vino è patera defuso, vel in men-
sam, vel in terrâ, vel in quécunque alium locum,
vt variis exemplis illustrat Lipsius 3. Elect.)
apud Hebræos erant typi consecrationis calicis
nostri. Vnde sicut huiusmodi typicus calix præ-
uia benedictione sanctificatus, porrigebatur io
orbem astantibus cuicumque sacrificio, atque
conuiuio festiuo, vt gustarent enim in gratiarum
actionem; ita Christus *accepto post cœnam calice*,
iuxta Lucam cap. 22. *gratias egit & dixit, accipite & dividite inter vos.* Qui si non fuit secun-
dus calix (fuisse secundum, contendit Pasche-
sius in Exposito super cap. 26. Matthæi.) sed
idemmet calix Eucharisticus secundò per reca-
pitulationem ab Euangelista memoratus; eo
apertius erit, ritum prædictum cadere in cali-
cem Eucharisticum: eúmque allusione facta
ad illam ceremoniam, dictum esse *calicem salu-
taris.* Soliti præterea Hebræi inter sacrifican-
dum leuare calicem gratulatorium, eúmque pro
salute postulata, vel accepta, offerre Deo Ra-
bi Dauid in psal. 115. vbi nos legimus, *calicem salutaris accipiam*, legit *calicem salutem attol-
lam*, quod sic glossat. [Cum agitabo conui-
uium, & hilaria, lenabo calicem vini, & con-
fitebor illi super eo in conspectu multorum, &
memorabo salutem eius qua me ipse seruauit.
Atque hunc *calicem*, vocat *salutem.*] Eum
morem in vigilia Paschæ etiamnum perseuera-
re, notat Agellius. Vt proinde verisimilimum
sit, Christum institutione sui calicis, docere
nos voluisse, quem calicem gratulatorium Deo
pro acceptis beneficiis offerre debeamus, agnos-
centes cum haurimus hunc verè calicem salu-
tarium, quantis Deo beneficiis obstringamur,
propter hoc corpus & hunc sanguinem, vt piè
admodùm disserit S. Chrysostomus hom. 24. in
1. Corinth.

*Onomasti-
con Euchа-
risticum.*

*Canticum nouum immissum in os nostrum, carmen
Deo nostro.*

Eusebius l. 1. de demonstrat. c. vltimo, fauétque
etiam S. Augustinus in Psalmum 39.

Locus Eusebij est insignis. Agens enim de exa-
ctis veniente Christo antiquæ legis sacrificiis,
& substituto eis quotidiano sacrificio, quod
appellat *memoriam sacrificij crucis, & recordatio-
nem corporis & sanguinis Christi, quam recorda-
tionem vt ipsi Deo pro sacrificio offeremus, instituit,*
post hæc inquam diffusè expressa, subdit ibi
Eusebius. Itaque post omnia, quasi mirabilem
quandam victimam, sacrificiumque eximium
Patri suo operatus pro nostra omnium salute
obtulit, ciúsque rei memoriam, vt nos ipsi Deo
pro sacrificio offerremus instituit. Hoc etiam
Prophetarum præcipuus Dauid qui quod futu-
rum erat Spiritu diuino præniderat vaticinatus
est, vbi ait. *Expectans expectaui Dominum & in-
tendit mihi, & exaudiuit preces meas, & sus-
tulit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis, & sta-
tuit supra petram pedes meos, & direxit gressus
meos, & immisit in os meum canticum nouum, car-
men Deo nostro.* Quod porro sit hoc nouum
canticum, declarat deinceps vbi ait, *sacrificium
& oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi:
holocausta & pro peccato, non probasti, tunc dixi,
ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt
facerem Deus, voluntatem tuam, volui.* Et ad-
iungit. *Annunciaui iustitiam in Ecclesia magna.*
Sic planè docens, pro antiquis sacrificiis & holo-
caustis, Christi aduentum per assumptionem
humani corporis ciúsque corpus perfectum,
Deo oblatum esse; ipsúmque hoc Ecclesiæ suæ
nunciat cum gaudio, tanquam ingens mys-
terium, quod Prophetica voce in capite libri pro-
positum expressúmque sit. Cum ergo huius sa-
crificij memoriam signis quibusdam in mensa
celebrandam, corporisque item illius, sanguis
risque sanguinis vt Noui Testamenti institutum
habet, acceperimus: tursus à Propheta Dau-
de instruimur ad dicendum *parasti in conspectu
meo mensam aduersus eos qui affligunt me. Pingue-
fecisti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians
quàm præclarissimus.* Palam igitur in his mys-
ticam significat vnctionem & horrorem affeten-
tia mensæ Christi sacrificia; quibus operatores,
incruentas & rationales, eique suaues victimas,
io tota vita supremo Deo offerre, per emi-
nentissimum omnium, ipsius Pontificem, edocti
simus.]

Hæc omnia simul adiuncta, suadent canti-
cum nouum ori immissum carmen Deo nostro,

cuius

Sect. V.

cuius Eusebius initio meminit, esse Eucharistiam. Et verò, mundum esse diuinum melos, & canticum, ac organum Musicum Dei, Censorinus ex Dorylao prodidit l. de die Nat. c. 15, & Maximus Tyrius serm. 5. Eundem esse Dei poëma, & carmen Musicum, quia concinnè enarrat contuentibus quanta sit Dei gloria, tradit Philo l. quod deterius potiori insidietur. Quanto ergo magis canticum & carmen Deo Christus non modò in statu visibili de quo plenè l. 5. de Christo sect. 2. cap. 15. sed etiam in statu Sacramentali, qui illi est perpetuus status glorificationis Dei? Sanè venena turpium Canticorum, inde maximè dedecere os Christianum, quod Eucharistia illò subeat, flagitiúmque videatur hoc verborum lutum cœlesti cantico illinere, optimè monuit S. Augustin. serm. 1. de Christiano nomine.

Carbo diuinus.

Theodoretus Isaiæ 6. Iustinus quæst. 44. ad Orthod.

Christum in visibili specie, ob vnionem humanitatis cum diuinitate confert cum carbone S. Cyrillus l. de Incarnat Vnig. cap. 8 Eundem in Sacramento latentem, imagine carbonis ardentis exhibitum, habent Acta S. Clementis Ancytani. c. 7. Eucharistiá quoque carbone qué de altari forcipe sublatum vidit Isaias, expressit Theodoretus, & autor quæstionis 44. ad Orthodoxos, inter S. Iustini lucubrationes. Idem habetur in Missa Æthiopum, vbi Sacerdos sic orat. [Salue Virgo Maria genitrix, tu es thuribulum aureum quæ carbonem ignitum portasti. Benedictus qui eum de sanctuario recipit, quia verè Verbum Dei ipse est, qui peccata remittit & culpam delet, & ex te homo factus est, & Patri seipsum verum incensum & pretiosum sacrificium obtulit.] In liturgia S. Iacobi, *initio*, haberur similis oratio, & Christus duplicis naturæ carbunculus forcipe prehensus ad purgationem nostram à Seraphino appellatur. Optimè idem docet S. Damascenus 4. fidei cap. 14. verbis illis. [Ipsum omni puritate colamus: hoc est & spirituali & corporea, siquidem duplex ipso ipse est. Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibúsque in crucis formam compositis, crucifixi corpus suscipiamus: atque & oculis, & labiis, & frontibus impositis, diuini carbonis participes efficiamur, vt ignis desiderij in nobis insitt, assumpta ea quæ ex carbone oritur inflammatione, peccata nostra exurat, ac pectora nostra collustret, demúsque operam vt per diuini ignis perceptionem inardescamus, Dúque efficiamur. Vidit quippè carbonem Esaias. Carbo porrò, non simplex lignum est, sed igni vnitum. Sic panis quoque communionis, non simplex panis est, sed diuinitati vnitus. Corpus autem quod diuinitati vnitum est, non vna natura est, sed vna quidem corporis; altera autem diuinitatis cum ipso coniunctæ. Quo fit, vt vtrumque, non vna natura sit, sed duæ.]

Omisit Damascenus forcipem, quo vsum Angelum vidit Isaias. Hoc suppleo ex Iobio l. 6. cap. 25. apud Photium C. 222. [Fidem (inquit,) vt faciat his quod materiæ expertes Spiritus, materialiter nobis materiatis res cœlestes adferant forcipem illam adducere pergit, quam vnus è Seraphin ad Prophetam missus attulit, carbonem complexam. Palam enim est, corporalibus In symbolis, incorpoream illam potestatem incorporeorum quorundam atque intelligibilium mysteria significare apud Prophetam voluisse; docente nos S. Scriptura, quemadmodùm sine intermedio aliquo, & absque crassiore materia, ignis capi non potest, sic nec rerum diuinarum quicquam percipi posse sine materialibus symbolis, cæterisque rebus, iis qui susciperent accomodatis. Est autem forceps materiam designans: quemadmodùm & carbo, diuinum numen denotat. *Deus enim noster ignis consumens est. Et eloquia Domini, igne examinata.* Ipsa quoque vox *forcipis*, tactum significat, qui scilicet in solis spparet sensibilibus.] Itaque species, & corporea symbola corporis spiritualiter & inuisibiliter constituti, congruè adumbrantur per *forcipem*, quo carbo prehensus est de altari S. Paulinus epist. 5 *forcipem* pro *forfice* accipiens, accommodat ad duo Testamenta. Et verè vtroque Testamento, Eucharistiæ veritas & decora celebrantur. In liturgia S. Iacobi idem forceps exponitur de manibus Sacerdotis attrectantibus Eucharistiam. In Æthiopum liturgia forceps ille sumitur pro lanceola cuius vsus erat in sactificio, sicut etiam apud Græcos. Aliter accipitur forceps iste, apud S. Philastrium in calce operis de hæresibus.

Piè S. Chrysostomus homil. in Encœniis, illud Isaiæ visum, de Eucharistia æquè accipiens infert inde & consumptionem substantiæ panis per Christum, & insignem cautelam ac reuerentiam qua ad hunc ignem accedendum est. [Num (inquit,) si stetcus manibus haberes, auderes appropiate fimbriæ Regis? Num vides panem? Num vinum? Num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit. Ne sic cogites. Quemadmodùm enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit; sic & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Propter quod & accedentes, ne putetis quod & accipiatis diuinum corpus ex homine, sed ea ipsius Seraphin forcipe ignem, quem scilicet Isaias vidit, vos accipere.] Agens Chrysologus serm. 57. cum Neophytis qui noua à Baptismo suscepto communicabant, de hoc (vt vocat) ignito fidei Sacramento, sub imagine carbonis Prophetici adumbrato, rarisque eius ad incendendum & purificandum affectibus, tantáque suauitate mysterij, differit perpulchrè.

Portò sicut dignè ac piè communicantibus, Christus est carbo incensus, sublatus forcipe de altari; ita indignè participantibus, est carbo restinctus, caloris & lucis expers, ita vt adagio dicatur, denigrari quis supra carbones. Eáque specie subjisse ora malè communicantium quandoque visus est, vt ex Vitis Patrum recitat Algerus l. 2. cap. 1. & Guitmundus sub finem libri tertij contra Berengarium, referens fuisse qui inde colligerent, malos non percipere verè corpus Christi. Sed vt ait Guitmundus, butusmodi visum carbonis, nihil promouet causam negantium indignis veram Christi perceptionem. [Si enim panis porrigendus indignis, immutabilis remanet, quid sibi vult carbo datus eis, & non panis? Quod si omnes indigni, carbone pasti sunt, digni verò omnes carne & sanguine Domini, nihil igitur de pane non mutatum remansit: aut si caro & sanguis mutabantur indignis accedentibus in carbonem, non igitur

mutabantur

mutabantur in panem & vinum; non enim carbo est panis, neque vinum. Quapropter hoc exemplo, istorum (vt dixi,) opinio magis destruitur, quàm astruatur. Nobis potrò exemplum hoc in illo aduersari videtur. Potuit enim fieri sub oculis senis illius, vt caro & sanguis in ea quidem specie qua porrigebatur iustis, iniustis subtraherentur, & ad ostentionem iniquitatis eorum, ipsa eadem, in specie carbonis porrigerentur. Aut certè (sicut iam superiùs dixi,) non quidem vt semper ita fiat, sed vt seni eorum qui aderant peccatorum iniquitas per ipsum corrigenda panderetur, reuera caro & sanguis potuerunt per Angelum subtrahi, carbo verò mox aliunde aduectus dari. Vtro autem horum modo factum sit, salua fide nostra fieri potuit.] Ambiguus (vt vides,) est Guitmundus, circa hoc negotium. Ego idem in hac parte pronũciauerim, quod de Eucharistia specie cineris percepta, dicere memini in Notis ad Epiphanij Paulum secundum q. 9. *sub finem.*

Caro noua resurrectionis.

S. Bernardus serm. 1. de vigil. Nariuit. *sub finem.* Quid sibi hoc Eucharistiæ titulo voluerit S. Bernardus, locus eius docebit. [Considera (inquit,) quod in Bethleẽ Iudæ nascitur, & sollicitus esto, quomodò Bethleem Iudæ inueniatis, & iam non in re quidem suscipi dedignetur. *Bethleem* quippè *domum panis*, Iuda sonat confessionem. Tu ergo si diuini verbi pabulo repleas animam tuã, fideliterque, etsi non digna, certè quanta potes deuotione suscipias panem illum, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo, Dominicum videlicet corpus Iesu, vt veterem vtrem corporis tui noua illa resurrectionis caro refleiat & sustineat; quatenus nouum quod intus est vinum, hoc solidarum glutino, valeat contiuere: si denique ex fide viuas, & nequaquam gemere oporteat, quia oblitus sis comedere panem tuum; Bethleẽm factus es, dignus planè susceptione Dominica, si tamen confessio non defuerit. Sit proinde Iudæa, sanctificatio tua. Confessionem vt decutem induere, quam maximè stolam in ministris suis Christus acceptat. Denique breuiter tibi vtcumque commendat Apostolus, *Corde* (inquiens,) *creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Iustitia siquidem in corde, panis in domo. Est enim iustitia panis. Et *beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*] Opponit ergo carnem Christi gloriosam & rediuiuam, qualis nunc est in Sacramento, vetustati carnis peccati quam circumferimus. Et idcirco vocat carnem Christi, *carnem nouam resurrectionis.*

Causa resurrectionis prima.

Guerricus serm. 2. de Resurr. Si adiuncta apud Guerricum id paterentur, dicendum videretur, Eucharistiam esse causam resurrectionis primæ, quia est causa beatitudinis per collationem gratiæ sanctificantis. Prima enim resurrectio, qua sancti hîc depressi & obtriti, attollent capita; est beatitudinis collatio à Deo facta animabus, quam deinceps in mundi meta consequetur resurrectio corporum. Benè Ribera Apocal. 20. num. 49. demonstrat sicut duplex est mors iuxta Ioannem ibi, ita duplicem esse resurrectionem; & primam dici ingressum animæ in gloriam, oppositum sessioni, de qua Psal. 38. versu 1. Alius tamen est sensus Guerrici, qui imitatus D. Augustinum 20. Ciuit. cap. 6. & 7. Rup. l. 2. in Exodum cap 21. *in fine* resurrectionem primam cuius est mentio Apocal. 20. accipit pro conuersione peccatoris, & regressu ad gratiam. Eam quippe esse spiritualem resurrectionem, eruit D. Augustinus ex verbis illis Domini Ioan. 5. *Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent.* Quod dicitur de spiritualiter mortuis; & eorum spirituali resurrectione per conuersionem. Hoc sensu Guerricum affirmasse, Eucharistiam esse causam resurrectionis primæ, docent hæc eius verba. [Inuitat ipse Agnus Paschalis, amicos ad delicias corporis & sanguinis sui *Comedite* (inquiens) *amici, bibite & inebriamini charissimi.* Cibus iste & potus; vitæ est mysterium, immortalitatis medicamẽtum, causa resurrectionis primæ, pignúsque secundæ, quia diuinæ planè in nobis initium substantiæ.] En, idcirco ait Eucharistiam esse causam primæ resurrectionis, quia est initium diuinæ in nobis substantiæ: quod de gratia & sanctitate ab eo intelligi, sequentia docent. Et quanquam Eucharistia per se loquendo, non est nisi cumulatrix sanctitatis iam præhabitæ; (est enim Sacramentum viuorum:) & ad summum per accidens, est aliquando causa primæ gratiæ sanctificantis, ob bonam fidem subiecti aliquatenus dispositi ad remissionem peccati mortalis intus abditi, inxta sententiam quæ Sacramentis viuorum per accidens tribuit collationem primæ gratiæ sanctificantis, quam tradunt Suares t. 3. 3. p. disp. 7. s. 2. dub. 3. Ægidius 3. p. q. 62. num. 42. Bonacina disp. 1. de sacram. q. 4. p. 10. num. 2. & alij quibus suo loco adhæsimus: Tamen gratia illa sanctificans qua Eucharistia cumulat gratiam præhabitam, quia vi sua est abstersiua mortalis peccati, potest vocari *resurrectio prima.* Sicut post iam dissoluta per contritionem, & gratiam ab ea aduectam, peccati vincula, absolutio qua confertur gratia peccati remissiua & vinculorum eius exsolutiua, dicitur absolutio peccatorum: & Sacerdos de eis iam dissolutis verè dicit, *ego te absolno.*

Onomasticon Eucharisticum.

Celebratio pietatis.

Ita vocat ineuentum sacrificium S. Augustin. 3. Trinit. c. 10.

Cellarium continens in se omnium aromatum pretiositatem & virtutem.

Laurentius Iustinianus l. de discipl. & perfect. monasticæ conuersat. c. 19. Sumit *cellarium*, pro apotheca aromataria, vnde cordi refocillando suppetant idonea præsidia; instauratóque vigore fas sit recentem ac vegetum regredi ad operationem. Videsis locum exscriptum sect. 4. c. 2. §. 6. cum de fortitudine ab Eucharistia.

Cibi cœlestes.

S. Cyprianus lib. de lapsis n. 5. S. Leo epist. 23. Eucharistia dicitur *cibus cœlestis*, quia secundus homo de cœlo cœlestis, in ea continetur, & sumitur. Item quia nos eibat ad vitam cœlestem. Ac etiam, quia omne diuinum, cœleste dici ex vsu est, hic autem est diuinus cibus. Potest etiam esse allusio ad manna, quod apud Psaltem dicitur *panis de cœlo*. fuitque typus Eucharistiæ, quæ idcirco dicta est *panis de cœlo verus* Ioan. 6.

Cibus compositus.

Damascenus 4. fid. c. 14. Hæc compositio cernitur sub vnaquaque specie Eucharistiæ. Neque enim dicta est *cibus compositus*

Sect. 1.

tus, ob dupliceem speciem sub qua corpus & sanguis potrigunrur, vt duplicis substantiæ totus homo cibetur; sed dicitur Eucharistia *cibus compositus*, quia constat re terrena & cœlesti. Quæ est compositio Eucharistiæ tradita à S. Irenæo l. 4. cap. 34. verbis illis. [Qui est à terra panis, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis est, sed Euchatistiæ, ex duabus rebus constans, terrena & cœlesti.] Eámque compositionem ex visibili Sacramento & re Sacramenti inuisibili, approbat in Berengario, & confirmat ex D. Augustino Lanfrancus l. contra Bereng. *non multum ab initio.* Sacramentum visibile vocat species panis & vini superstites: rem verò Sacramenti inuisibilem, appellat Christum sub speciebus abditum. Tamersi Sactamentum quod habet rationem cibi animarum, dicitúrque *cibus compositus*, si adæquatè spectetur, non constat tantùm speciebus, sed vtraque illa parte componente. Nutrit enim animam, non prout est corpus Christi nudum, neque prout est nudum tectorium specierum, sed prout ex vtraque illa sui parte compinguut, quia soli sumptioni illius totius, alligata est à Christo collatio gratiæ, atque animæ nutritio.

Cur huiusmodi compositio; in cibo animæ interuenire debuerit, aperit egregiè S. Damascenus l. 4. fid. cap. 14. his præter cætera. Deus [Quia ipsius imaginem ac Spiritum quem nobis tribuerat minimè seruauimus, ipse pauperis & imbecillæ naturæ nostræ particeps factus est, quo nos lustraret, atque in incorruptionem vindicaret, diuinitatisque suæ rursus participes redderet. Oportebat porrò, non primitias tantùm nostræ natutæ, sed & quemliber hominem in participationem summi illius boni venire, ac denuò nasci, nouóque alimento ac natiuitati consentaneo vesci, sicque ad plenam & perfectam mensuram peruenire.] Nec ita multo post. [Quoniam autem spiritualis hic Adamus est, par scilicet erat, vt natiuitas quoque spiritualia atque item cibus esset. Verùm quia ex duplici natura compositi atque concreti sumus, duplicem quoque proinde natiuitatem atque item compositum cibum esse, necesse erat. Quocirca natiuitas quidem nobis per aquam & spiritum, hoc est per sanctum Baptismum data est, cibus autem, panis ipse vitæ, hoc est Dominus noster Iesus Christus qui de cœlo descendit.] Excurrit inde in Eucharistiæ iustitutionem. Quod autem compositionem huius cibi ex duplici hominis natiuitate repetit; non pertinet ad cibum, vt corpori, ita & animæ necessarium; sed ad geminam partem cibi diuini renato homini prouisi. Quia enim homo quantumcunque ex Deo natus, non est merè spititualis, sed ex parte constat corpore: signa & Sacramenta merè spitituali, non fuissent illi accommodata. Itaque necessarius illi fuit ad nutriendam animam, cibus partim spiritualis, partim corporeus. Et talem Christus instituit Eucharistiam: quæ ex parte Christi contenti, est spiritualis; ex parte vero specierum, est corporea. Egregiè hoc tradit S. Dionysius cap. 1. Eccles. hier. *sub finem*, & epistola 9 *sub medium*. Nec non S. Chrysostomus homil. 83. in Matth. cuius illa sunt sanè apposita. [Nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus id perspiciamus. Nihil enim sensibile traditum nobis à Christo, sed rebus sensibilibus: Omnia verò quæ tradidit, insensibilia sunt. Sic & in baptismo, per aquam quæ res sensilibilis est, donum illud conceditur: quod autem in ea conficitur, regeneratio scilicet ac renouatio, intelligibile quiddam est. Nam si tu incorporeus esses, nudè ipsa dona incorporea tradidisset tibi. Quoniam verò corpori coniuncta est anima tua, in sensibilibus intelligenda tibi traduntur.] Sic diuina sapientia diluit vinum quod nobis propinat iuxta Isidorum Peluſiotam lib. 2. epist. 3. & 5.

Cibus & conuiua.

Hieronymus q. 2. ad Hedibiam, & in c. 11. Oseë ad illud, *Ego nutritius Ephraim*, creditus Bernardus serm. de dignit. Sacerd.

Hoc dicunt hi Patres, quia supponunt Christum in extrema cœna, participasse suum corpus & sanguinem. Quæ fuit etiam multorum aliorum Patrum sententia: vt S. Basilj in Anaphora, Chrysostomi homil. 83. in Matth. ad illud, *hic est sanguis meus*, Anastasij libro 11. Hexaëmeton. Theophilacti, Euthymij, ac Bedæ in cap. 26. Matth. Theodori Metochitæ in Histor. Rom. eum agit de suprema Christi Cœna. Idem habet S. Thomas opusc. 60. art. 17. adducens Glossam Ruth. 3. & illud cuiusdam Distichon.

Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena;
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Villagagnonus toto libro de poculo sanguinis, id confirmat, prolato Apostulo, dicente Christum per proprium sanguinem introisse semel in sancta. Consentiunt Glycas parte 3. Annalium, & ex recentioribus Bartholomeus Ferrariensis Ord. Prædicat. lib. 3. de Christo abscondito, Sayrus l. 2. de sacram. in genere cap. 2. q. 4. artic. vnico num. 1. Cornelius in cap. 5. Cant. ad illud, *comedi fauum cum melle meo*, & ibidem Delrio, *circa literam*. Vnum pro omnibus adduco S. Augustinum in Psal. 68. Concione 2. ad illud, *dederunt in escam meam fel.* [Mysterium (inquit,) requirere debemus, secreta pulsare, velum templi conscissum iuttare, videre ibi Sacramentum, vel quod ita dictum est, vel quod ita factum est. *Dederunt* (inquit) *in escam meam fel.* Non ipsum quod dederunt, esca erat; potus enim erat: sed in escam dederunt. Quid? Iam Dominus escam acceperat, & in ipsam iniectum est fel. Acceperat autem ipse escam suauem, quando Pascha manducauit cum discipulis suis. Ibi Sacramentum sui corporis demonstrauit. Quare valet hîc quoque, quod Guerricus serm. 3. de Aununc. alia occasione ait. [Idem est qui cœnat, & quod cœnatur: & qui comedit, ipse est panis qui ab eo comeditur. Reuera res mira, sed res veta, quia Christus non alio pane, quàm seipso pascitur.

Ratio cur verisimiliter affirmemus, Christum percepisse diuinam Eucharistiam, fuisséque cibum & conuiuam, inde petenda videtur, quod Christus ea nocte sacrificans inctuentum sactificium, debuit hostiæ particeps esse com cæretis, quibus præiens discussit horrorem quo alioqui tangi potuisseut. Bartholomæus Ferratiensis l. 3. de Christo abscondito, cum de figura Seth, qui interpretatur *poculum*, adhibet ad hoc probandum verbum illud Euangelistæ *accepit panem similiter & calicem*. [Per quod verbum, (ait hic Autor,) non intelligitur quod Christus solùm acceperit panem & calicem in manibus:

manibus: sed eo modo accepit, quomodò aliis tradidit. Vnde cum dixerit *accipite & comedite, & accipite & bibite*, intelligendum est, quod ipse accipiens comederit & biberit.] Putátque hic Autor, tametsi hæc cibatio & potatio Christo planè inutilis quoad fructum gratiæ & glotiæ, immensa difficultate grauetur, tamen deuorandam esse difficultatem, fide vrgente ad sic credendum, vt ea prædictis colligit. Sed est collectio prorsus infirma, tum ratio quam adhibuit, sit planè frinola. Cum enim Christus accepit panem & calicem ad consecrandum, non accipiebat corpus & sanguinem sunm, uondum tunc facta consecratione; cum item dixit discipulis, vt accipetent escam quam porrigebat, & potum quem propinabat, consecratio uondum erat facta, quippe quæ peracta est verbis illis statim subiunctis. *Hoc est enim corpus meum. Et hic est calix sanguinis mei.* Quamuis ergo de fide sit, quod Christus accepit dandum & ptopinandum discipulis, fuisse corpus & sanguinem Christi interuentu consecrationis, tamen non est ea fide, sed tantùm verisimile, quod Christus sibi accepetit corpus & sanguinem iam consectatum, quæ distribuit discipulis.

Cibos credentium

Hieronymus in c. 8. Oséæ.

Ratio huius denominationis est, quia Eucharistia non potest communicari iis, qui fidei Sacramentum, siue Baptismum non susceperunt, vt disertè habet Iustinus Apolog. a. & S. Cyrillus 12. in Ioan. cap. 50. & optimè his verbis S. Augustinus in Psal. 80. [Cum transietis rubrum mare, cum eductus fuetis à delictis ruis in manu potenti & brachio forti, percepturus es mysteria quæ non nouetas quia & ipse Ioseph cum exiret de terra Ægypti, linguam quam non nouerat audiuit. Audies linguam quam non noueras, quam modò audiunt & tecognoscunt testantes & scientes qui notunt. Audies vbi debeas cor habere, quod modò cum dicerem, multi intelleaerunt & acclamauerunt: reliqui multi steterunt, quia nondum lingnam quam non nouetant audierunt.] Alludia ad exclusionem Catechumenorum à contuitu mysteriorum, & ab auditione præcipuæ partis sacri, de quo infra V. *cibus grandium*: Tantùm abest, vt permitterentur Catechumeni participare mysteriis. S. Chrysostomus hom. ad Neoph. tractans illud *exiit aqua & sanguis*, (sic enim legit, non autem vt habet vulgatus, *exiit sanguis & aqua*,) ideitco sic locutum air Euangelistam, vt communionem sanguinis, baptismo aquæ subiungendam doceret. [Vnum (innuit,) baptismatis symbolum, aliud Sacramenti. Ideò non ait, *exiit sanguis & aqua*, sed *exiit aqua primùm & sanguis*, quia ptiùs baptismate, & postea sanguine dedicamur.]

Non insisto lectioni quam S. Chrysostomus approbat; tantùm aduerto, ea eius mente baptismum ptæire communioni: sicut priùs nascimur quàm nutriamur, quæ est eiusdem Chrysostomi Philosophia de eo effluau aquæ & sanguinis hom. 84. in Ioan. allegata apud creditum Nyssenú l. aduersùs Iudæus in explicatione huius dicti Ioannis. Suffragatúrque Tertullianus l. de Baptismo c. 15. cum ait, Christum duplici illo liquore educto è latere perfossò, significare voluisse, qui aqua lauissent, etiam lauissent, etiam sanguine potandos: id est, qui fuissent baptizati, admittendos esse ad Eucharistiam: cæteros ab ea esse excludendos. Eundem ordinem communionis post baptismum ratum habet Rupertus l. 4. in Caut. *ad finem*, & optimè lib. 3. in Exod. c. 7. vbi huc refert aquas prius de petra eductas, quàm ianuæ cœli aperirentur. Theodotetus q. 27. in Exod. eodem refert manna, concussum post transitum maris rubri. Ratum quoque id habuit S. Eulogius l. 5. contra Nouatianos apud Photium Cod. 280. sed cum nonnullius fermenti admistione. Ait enim, Christum qui ptobè sciret Eucharistiam non esse cibum nisi baptizatorum, Petro & aliis discipulis in suprema cœna eam ttadidisse, quia erant baptizati baptismo Ioannis. [Christus (inquit,) Petrum & alios discipulos Ioannis baptismo baptizaros, tempore passionis, ttemendis Sactamentis dignatus est, non communicaturus illis immaculatum corpus & sanguinem, nisi perfectum Ioannes baptisma largitus fuisset.] Baptizatos Apostolos ad Euchsristiam admissos, quod S. Eulogius rectè supponit, lubens do. Sed inficiandum est, non accessisse nisi baptizaros baptismo Ioannis. Quanquam enim Christo Pontifici Maximo, in promptu etat dispensate in ea sua lege, qua baptismum omnium Sacramentorum ianuam statuetat, tamen iam baptizatos fuisse Apostolos eum communicatunt, receptissimum est ex Euodij Antiocheni testificatione apud Nicephorum l. 5. cap. 3. Multo verò magis inficiandum est, quod S. Eulogius de baptismo Ioanuis baptismum Chtisti æquante & gratiam conferente affirmat, quasi fuerit illis Eucharistia cibus credentium, quia bapriśmo Ioannis instrati erant. Hoc meritò reiicit Photius, dicens, contrarium visum esse plurimis Patribus. Quinetiam definitio Ecclesiastica post Photium idem confirmauit. Quare hæc adiuncta à S. Eulogio admista, de perfectione baptismi Ioannis, & de Apostolis eo duntaxat initiatis cum communicarunt, repudianda sunt, idque duntaaat retinendum quod affirmat, Eucharistiam non nisi vero & perfecto baptismo initiatis fuisse collatam, vt Ecclesiæ statueretur exemplum de communione solis baptizatis impertienda.

Onomasticon Eucharisticum.

Facto suo id firmauit S. Mellitus apud Bedam l. 5. histot. cap. 5. Nam filij Saberethi Regis Christiani, dispares Patri atque degeneres, cum viderent Pontificem celebratis in Ecclesia Missarum solemniis, Eucharistiam populo dare, dicebant (vt vulgo fettur,) ad eum, barbara inflati stultitia. Quare non & nobis porrigis panem uitidum, quem & Patri nostro Saba, (Sic enim eum appellare consueuerant,) dabas, & populo adhuc in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondebat; si vultis ablui fonte illo salutari, quo Pater vester ablutus est, potestis etiam, panis sancti cui ille participabat, esse participes. Sin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panem vitæ percipere. At illi. Nolumus (inquiunt,) foutem illum intrate, quia nec illo opus nos habere nouimus, sed tamen pane illo refici volumus. Cúmque diligentet ac sæpè ab illo essent admoniti, nequaquam fieti posse vt absque purgatione sacrosancta quis oblationi sactosanctæ communicet, ad vltimum furore commoti, aiebant; si non via assentite nobis in tam facili causa quam petimus,

Sect. V.

perimus, non poteris iam in nostra prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de suo regno cum suis abire iusserunt.] En maluit vir Sanctus, cum ingenti damno nouellæ Christianitatis, exulare; quàm date sanctum canibus, & Eucharistiam infidelibus; quia ptobè nouerat baptismum esse ianuam Sacramentorum omnium, quo non suscepto, & frustra & sacrilegè (per se loquendo, & secluſa ignorantia inuincibili,) susciperetur Eucharistia.

Nec id tantùm valet de non baptizatis infidelibus, sed etiam de Catechumenis. Hi enim non dicuntur *credentes* aut *fideles*, defectu consignationis per characterem baptismi, qui est signaculum iustitiæ fidei. Vnde pro Catechumenis quoque, inſtructuosa esset susceptio Eucharistiæ: ita vt quamuis si bona fide accederent ad sacrum conuiuium, vacarent peccato, tamen nullo modo essent inde nutriendi, & auctuti gratiam ex opere operato. Esto communicarent sine dubio materialiter, vel Sacramento tenus, quia verè excipetent Christum. Quod vnum voluit Innoc. 3. cap. *veniens* de baptismo cum dixit, Eucharistiam posse susceipt ante baptismum. Nempe duntaxat Sacramento tenus, & absque fructu ex opere operato, neque in præsentia, neque in spe. In quo hæc communio duntaxat Sacramentalis, differret à communione sacrilega hominis baptizati; qui alium quodammodò Christum accipit, iuxta S. Anselmum l. de sacr. alt. p. 2. c. 9. *in fine*, quia in præsentia, inſtructuosè communicat. Et tamen si postea resipiscat & tollat obicem Sacramento appositum, recuperat vel potiùs requirit tunc de nouo, quod propter appositionem impedimenti non acceperat cum collatum est Sactamentum, iuxta sententiam verisimillimam de reuiuiscentia Eucharistiæ æquè ac Baptismi. At in Catechumeno, & quouis actu non baptizato, communio nunquam reuiuiscit: quia nunquam fuit formalis seu apta fructificare, ob obiecti ineptitudinem.

Cibus Dominicus.

S. Hilarius l. 8. de Trinit.

Cibi dulces.

Hieronymus & Augustinus In Psal. 54. ad illud, *qui simul mecum dulcet capiebas cibus.*

Non sum sollicitus, an ibi reuera Psaltes per *dulces cibos* intellexerit Eucharistiam. Quod enim notate memini in Tract. de Iuda cap. 8. num. 10. ex Eusebio l. 10. de demonstr. in 2. agit ibi potiùs Psaltes de duleibus colloquiis & sacrorum sermonum suauitate. Ad institutum tamen præsens, suffiecit quod Enchatistia donetur nomine *dulcium ciborum*, à SS Hieronymo & Augustino ibi. Hieronymus sic habet. [A Iuda non se abscõdit, sed eum etiã conuiuio sancto acciuit, sicut sequitur, tu verò homo vnanimis qui cum aliis coniunctus eras Apostolis, &c.] Et mox in secunda ciborum dulcium interpretatione. [Cibus duleis, id est corpus & sangnis Christi, quod ipse, (Iudas de quo pleráque præmissa erant) accepit indignus.]

Augustini verò hæc sunt verba. [Qui sunt *dulces cibi*? Non omnes qui adsunt, nouerunt, sed non amaticent qui nouerunt; vt possint illis qui adhuc non nouerunt, dicere, *gustate & videte quoniam dulcis est Dominus.*] De hac dulcedine, dicendum non semel inferiùs, & optimè Vrbanus IV. adductus Clementina vnica *de reliq. & vener. SS.* vbi docet, in hoc Sacramento haberi omne delectamentum & omnis saporis suauitatem, ipsámque dulcedinem Domini degustari

Cibus grandium.

Blesensis serm. 17. Richardus Victorinus tract. de quibusdam dubiis ad S. Bernardum.

Hic titulus, videtur hausrus ex D. Augustino 7. confess. c. 10. Et quanquam ibi S. Augustinus agit de veritate æterna, siue de Deo vt pabulo animæ: tamen rectè idem titulus extensus est ad Eucharistiam, quæ verè est cibus grandium id est perfectorum, iuxta Blesensem sermone illo 17. Sed qui sint illi grandes seu perfecti, quorum cibus dicitur Eucharistia, non est vsquequaque perspicuum.

Videri inprimis potest, grandes & perfectos, quorum cibus est Eucharistia, dici baptizatos; iuxta antiquam phrasim, qua Baptismus nominabatur *perfectum*, vt habet Clemens Alexandrinus l. 1. pædago. cap. 6. & baptizati (vt idem refert,) dicebantur *perfecti*. Solotum autem baptizatorum, cibum esse Eucharistiam, supra dictum est V. *Cibus credentium.* Et vt optimè dixit Arnobius in Ps. 39. [Quid tam sanctũ, quàm communionem Christi percipere! Et quid tam iniquum, quàm si non baptizatus eadem sumat?] Imo Patres consulentes ruditati aut tenetitudini quorumeumque non baptizatorum, etiamsi voluntate iam Christo adjunctorum; timentes abortioni eorum; vt ait Origenes in cap. 24. Matth. ad illud *vch prægnantibus*, prudenter illos celabant omnia difficilia intellectu, nisi præcisè quatenus poscebat necessitas institutionis, accommodantes se imbecillitati rudium: quod in omnibus Scriptutis seruari, notauit egregiè Cæsarius Dial. 3. & tradunt etiam Clemens Alexandr. 1. Pædag. cap. 6. ac Origenes Dialog. 1. contra Marcio, optimè Philo l. de sactif. Abelis & Caini cum de Encryphiis. Idipsum specialiter quoad Eucharistiam, seruatum est ab antiqua Ecclesia; in qua ne clarè quidem, (etiam coram Cathecumenis,) de Eucharistia loqui ex vsu erat, quod Catechumeni velut paruuli edentuli, non viderentur capaces tam solidi cibi intellectu percipiendi. Vnde illud de Eucharistia frequentissimum, *norunt fideles*, vt videre est apud Origenem homil. 9. in Leuit. *sub finem*, vbi accommodans ad Eucharistiam, sanguinem propitiationis, sic obducit velũ sermoni, ob astantes Catechumenos. [Nouit qui mysterijs imbutus est, & carnem & sanguinem Verbi Dei. Non ergo immoremur in his, quæ & scientibus nota sunt, & ignorantibus patere non possunt.] S. Ambrosius l. de iis qui mysteriis initiantur c. 1. proditionis insimulat, euulgationem huius mysterij factam Catechumenis. Cyrillus Hierosol. admonet arcti silentij hac in parte, quoad Catechumenos, ptæfat. ad Catecheses.

Eodem modo loquitur S. Chrysostomus homil. 51. & 62. ad pop. Augustinus vix aliter nominat Eucharistiam, quàm *Sacramentum quod norunt fideles.* Videndus 20. Ciuit. cap. 6. & in Psal. 39. ac hom. 42. ex 50. ac serm. 46. de verb. Dom. ac tract. 11. in Ioan. vbi ob hanc causam ait, Iesum Catechumenis se non credere. Tractatu autem 96. eiusdem operis, silentium de hoc Sacramento, cum Catechumenis seruari solitum, refert ad excitationem appetentiæ huius cibi. Sed ratio proposita, est fortior.

Suffeciſſet

Oremus pro Eucharistiam.

sufficeret enim ad acuendam famem, negare Eucharistiam; eiúsque appetentia acrior fuisset, quo perspectior fuisset, per claram & liquidam de ea disputationem absque ambagibus. At Patres tunc temporis, coram catechumenis non nisi perobscurè, & ita vt capi non possent, agebant de Eucharistia. Vsque adeò vt apud Theodoretum Dial. 2. cum sæpe ingessisset occasio agendi de Eucharistia, & Hæreticus apertè de ea diceret, respondetit Orthodoxus. [Non oportet apertè dicere. Est enim verisimile, adesse aliquos, mysteriis non initiatos,] idest Catechumenos. Quod multo magis valuisset, si adfuissent alij simpliciter infideles, quibus ne ostendere quidem Eucharistiam fas erat, vt dico in qq. ad Epiphanij Panlum 11. q. 3. vnde nullo modo est verisimile, S. Paulum Actor. 27. confecisse Eucharistiam coram Ethnicis & catechumenis, vt censuit Autor Operis Imperf. in Matt. hom. 17. Sed nullus veterum ei interpretationi est adstipulatus, vt notauit Lorinus ad illud caput 27. v. 35. Catholicis iam ab Ecclesiæ initio in more positum fuit, Catechumenos à Sacro & Sacramentorum contuitu excludere, vt ex S. Dionysio discimus c. 3. Eccles. Hierar. Admittebantur quidem ad lectiones Sacras, mysterio præuias in Liturgia, vnde ea pars Liturgię dicebatur Missa Catechumenorum, ad Liturgiam verò propriè dictam, nequaquam. Vnde Chrysostomus homil. 4. in Matth. hoc fidelem epoptam ab aliis in speciem fidelibus & Christiano nomine gaudentibus discerni ait, quod fideles mysterij tempore intus remanerent, cæteri excludereutur. In eiusdem Chrysostomi Liturgia Diaconus post lectiones & apparatum ad ritum Sacrificij ter proclamat Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε μὴ τις τῶν κατηχουμένων. ἔσω πιστοί. *Quicunque Catechumeni recedite. Nullus Catechumenorum, sed soli fideles remaneant.* Non προέλθετε, quod prius sonat *accedite* sed προέλθετε legendum videtur; vt sensus sit *procedite* vt eam vocem Græcam vertit Interpres Liturgiæ S. Basilij) hoc est *ite* vel *discedite* vt est in Missa Chaldæorum post lectionem Euangelij. Quanquam constare etiam poterit prior lectio, & vsurpatio verbi significantis accessum, vt iubeantur Catechumeni accedere ad Diaconum extra cancellos abeuntem, & prosequi discedentem, vt cum ad imum templum peruenerit excludat eos; quippè nondum epoptas. Idque est quod idem Chrysostomus homil. 2. in 2. ad Cor. ait Catechumenos *abigi quando tremenda illa preces fiunt.* ἀπελαύνονται ὅταν φρικτὸν ἐγχεῖται εὐχὴν. Erasmus intentus in filum contextus Chrysostomi, eo loco fusè agentis de oratione pro catechumenis, malè vertit, *tremendas illas precationes quæ fieri solent, impertimur illis.* At contrarium mendæ Chrysostomus verbis proximè propositis, eosque extra Sacra tegalia adhuc stare, procul à Sacris cancellis, & abigi cum ad preces tremendas siue ad consecrationem venitur, liquidò tradit, & idcireo ait eos egere communibus precibus vt digni fiant, qui initientur & deinceps non excludantur. Multa Patres & Canones in eandem sententiam adducit Stephanus Durantus l. 2. de tit. c. 1. n. 2. & seqq. Ita igitur semper habuit vsus Ecclesiæ in qua omnia honestè & secundùm ordinem fiunt ex Pauli præscripto. E contrario autem magnæ confusionis insimulat Hæreticos, Tertullianus l. de præscrip. cap. 41. & nominarim Marcionitas S. Epiphanius hæc 42. quod ad omnia sacra, æquè Catechumenos ac fideles admitterent.

Ad hunc ergo modum Eucharistia, est cibus grandium seu perfectorum quia non est nisi baptizatorum, à quibus solis videri, & multo magis percipi & manducari potest, exclusis quibusuis Baptismi Sacramento non initiatis, quippè quibus nondum collata est per baptismum vita prima, nec obducta sunt per eum vulnera peccati. In quam rem pulchrè his verbis S. Ambrosius in c. 9. Lucæ. [Nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus. Et illi qui vocantur ad cœnam, priùs vocando sanantur. Si claudus fuit, gradiendi facultatem vt venitet, accepit. Si lumine erat priuatus oculotum, domum vtique Domini nisi refusa luce Intrare non potuit. Vbique igitur mysterij ordo seruatur, vt priùs per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur; postea alimonia mensæ cœlestis exuberet; quanquam uondum validioribus hæc turba reficiatur alimentis, neque Christi corpore & sanguine tesuna solidioria fidei corda pascantur. *Lacte* (inquit,) *vos potaui, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis.* In modum lactis, quinque sint panes. Esca autem solidior, corpus est Christi. Potus vehementior, sanguis est Domini. Non statim à primo epulamur omnia, neque potamus omnia. Hoc primum, (inquit,) bibe. Est ergo primum, est etiam secundum, est tertium. Primum, quinque panes sunt, secundum septem; tertium, ipsum corpus est Christi.]

Potest secundo loco Eucharistia, videri dicta *cibus grandium*, siue ætate perfectorum, iuxta literæ corticem, quia non est præbenda minusculæ ætati. Olim quidem, etiam infantibus datam Eucharistiam, tradit latè Espencæus l. 2. de ador. Euch. cap. 12. ac Sanctesius tepet. 6. c. 7. & liquet ex Clemente 8. Constit. cap. 20. Cypriano l. de lapsis n. 16. quem adducit S. Augustinus epist. 23. & ex S. Basilio quem allegat Hieremias Constantin. in Censura c. 9. itémque ex Ordine Romano, cum de baptismo Sabathi sancti. Et fructuosam fuisse huiusmodi infantium communionem, habetur ex S. Dionysio in Hier. Eccles. c. 2. & 7. (Licet repugnent Gabriel in 4. d. 9. q. 2. art. 3. dub. 4. Soto d. 12. q. 1. art. Petrus Soto lect. 8. de Euchar. & Cathar. opusculo de hac re) Nimirum infantes baptizati si communicent manducant Christum absque obice; cui manducationi facta est gratiæ per Eucharistiam promissio. Et ita tenet Ruard. art. 15. 5. *hunc aggressus.* Corduba l. 1. q. 8. Alanus l. de Missa c. 37. Vasq. 3. p. d. 212. c. 2. Henriq. l. 8. c. 42. u. 1. *litera D.* adducens multos. Egregiè in hanc rem totam scripsit Lantfrancus Epist. 133. quæ est ad Domnaldum Hiberniæ Episcopum à quo consultus fuerat de infantium communione. Respondet autem Lantfrancus, non Anglos tantùm, sed etiam transmarinos Episcopos, censere plurimùm expedire omnibus omnino ætatibus & in vita & in morte, munirí armatura cœlesti corporis & sanguinis Domini: neque tamen siue adultos qui gratiam Dei aliunde adepti fuerint ac seruarint, siue infantes baptizatos excludi beatitudine æterna defectu communionis solius. Itaque sententiam illam Domini Ioan. 6. qua negantur

Sectio V.

habituris in seipsis viram, qui corpus Domini non comederint ac sanguinem biberint, negat Lantfrancus, quantum ad comestionem oris, accipiendam esse tanquam generaliter ad omnes pertinentem: sed adultos teneri vi illius sententiæ, carnem Christi comedere & sanguinem bibere saltem *amare & suauitate cordis; videlicet amando, & in consciencia pura dulce habendo, quod pro salute nostra Christus carnem assumpsit, pependit, resurrexit, ascendit, & imitando vestigia eius ac communicando passionibus ipsius, in quantum humana infirmitas patitur; & Diuina de gratia largiri dignatur. Hoc est enim verè & salubriter carnem Christi comedere, & sanguinem eius bibere.*] Quod illustrat ex S. Augustino l. 1. doctr. Christ. cap. 10. & tract. 26. in Ioan. vbi differre S. Augustinus ait, hoc esse comedere carnem Christi & sanguinem eius bibere, in Christo manere & Christum in se manentem habere. Quæ doctrina valet quoad adultos, cum reipsa nequeunt communicare. Et commodat etiam extricando nodo circa infantes, quem Lantfrancus, minùs explicatè expediuerat; nam quæ proximè ex eo referebamus, exponunt tantum Eucharistiæ percipiendum votum pro adultis. Cum autem infantes vi percepti baptismi habeant gratiam sanctificantem, atque adeò Christus in eis maneat, & ipsi in Christo (quod iuxta D. Augustinum est corde Christum comedere ob præparationem animi saltem virtualem, ad comedendum ore si facultas supperetur,) idcirco infantes quoque per baptismum participant in voto virtuali Eucharistiam, & habent in se viram. Quare Eucharistiam posset quidem esse fructuosus cibus infantium, si eam realiter ore perciperent, atque in stomachum demitterent. Ecclesia tamen ob reuerentiam tanti Sacramenti, non admittit realiter ad Eucharistiam nisi gradiusculos, & qui per ætatem possint cum reuerentia & conuenienti deuotione, hunc cibum percipere. Ita vt ne in ea quidem ætate, in qua pueri incipiunt esse mortalis culpæ capaces, sint illico censendi idonei, qui admittantur ad Eucharistiam, vt fusè alibi disputatum est contra Ioannem Sanchez disp. 2. Selecta. Atque ita, etiam hoc modo, Eucharistia est *cibus grandium* ac ætate perfectorum.

Tertium, quod præcipuè videtur spectasse Blesensis, cum dixit Eucharistiam esse *cibum grandium ac perfectorum*, omnino à prædictis differt. Videtur enim per *grandes ac perfectos*, intelexisse prouectos in virtute. His quippe, hic cibus admodùm congruit. Non quod imperfecti quoque, si peccato mortali careant, non possint eo diuino cibo nutriri, & illum cum fructu suscipere, sed quod perfecti, plenius inde proficiant, etiam ex opere operato, iuxta verisimillimam sententiam: quæ fert, Sacramenta meliùs dispositis, (cuiusmodi sunt perfecti,) vberiorem gratiam ex opere operato, tribuere. Quod negat quidem Alexander Pesantius 3.p.q.62.art.5. disp. 4. Asseritur tamen à Vasque 3 p. d. 59. cap. 5. Suarez 3. 3.p. d.7.s. 5. & d.28.l.3. Ægidio 3.p. q.62. num.4. Henrique l.11. cap.14.n.1. & aliis plerisque recentioribus. Est ergo maximè, ac præcipuo feracitatis priuilegio, Eucharistia *cibus perfectorum* atque adeò *grandium*.

Cibus incomparabilis & ineffabilis.

Creditus Augustinus l. 2. de Visit. Infirm. cap. 4.

Idonea huius rituli glossa, peti potest ex S. Ambrosio serm. 18. in Psal. 118. ad illud *Iuuenis sum ego*. Sic enim ipse legit, ad hunc modum inducens loquentem Christianum populum. [Ille ego despectus ante, iam præferor, iam antepono electis. Ille ante despectus populus peccatorum, habeo cœlestium Sacramentorum veneranda consortia. Iam mensæ cœlestis honore suscipior: epulis meis non pluuia vndatur, non terræ partus laborat, non arborum fructus. Potui meo non flumina quærenda, non fontes. Christus mihi cibus, Christus mihi potus. Caro Dei, cibus mihi & Dei sanguis, est potus. Non iam ad satietatem mei, annuos expecto prouentus, Christus mihi quotidie ministratur. Non verebor ne qua mihi cœli intemperies, aut sterilitas ruris immineat, si pij cultus diligentia perseuerat. Non iam coturnicum pluuias mihi opto descendere, quas antè mirabar. Non manna, quod antè cibis omnibus præferebam; quia qui manna manducauerunt Patres, esurierunt. Meus cibus est, quem si quis manducauerit, non esuriet. Meus cibus est, qui non corpus impinguat, sed confirmat cor hominis. Fuerat mihi ante mirandus panis de cœlo, scriptum est enim; *Panem de cœlo dedit eis manducare*; sed non erat verus, ille panis; sed futuri vmbra. Panem de cœlo illum verum, mihi seruauit Pater. Mihi ille panis Dei descendit de cœlo, qui vitam dat huic mundo. Non Iudæis descendit, non Synagogæ descendit, sed Ecclesiæ descendit, sed populo Dei iuueniori descendit.]

Cibus inconsumptibilis.

Cæsarius dial. 3. Theolog. adductus sect. 4. cap. 4.

Hoc est vnum de præcipuis huius Sacramenti mirabilibus, quod varij Patres suspiciunt. Præter iam adductos s. 4. cap. 4. Eusebius Gallicanus hom. 5. de Pasc. [Benedictio (inquit,) huius Sacramenti, scit distribui, nescit distributione consumi.] S. Augustinus allegante Beda 1. Cor. 10. [Non timeamus Fratres manducare istum panem, ne fortè finiamus illum, & postea quod manducemus non inueniamus. Manducetur Christus; viuit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento sic fit, & norunt fideles quemadmodùm manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam: vnde & ipsa gratia, *partes* vocantur. Per partes manducatur, & manet integer totus.] Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. num. 6. stultitiæ notat Capharnaitas, qui audita Christi per fideles manducatione, [quia horrendū eis & nefarium videbatur, vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam vel assam, fecámque membratim edere dicerentur: cum illius personæ caro, si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere, qua semel consumpta videretur interisse religio, cui nequaquam vlteriùs victima superesset.] Rectè. Nam absque sacrificio, euanesceret Religio. Cessaret autem sacrificium, nisi victima perseueraret semper inconsumpta. Hæc esse *ciboria data in abundantia*, quia corpus perceptum manet inconsumptum, scite dixit Richardus Pampolitanus in Psal. 77. Adeundus item S. Thomas opusc. 58. c. 14. Allatrauit hunc Eucharistiæ titulum

titulum Berengarius, cui reponit Lantfrancus l. de Eucha. iuxta ipsum ad fabulas referendam fore narrationem, quæ extat 3. Reg. 17. de Lecytho Sareptanæ vidua, post multum olenm inde collectum inconsumpto. Ad Christi potentiam, hanc inconsumptionem reuocat Algerus l. 1. de Euchar. c. 15.

Ontologia de Eucharistia.

Cibus melle dulcior.

S. Maximus Taurin. hom. in Psalm. 21. adducendus V. *Manna.*

Cibus mysticus.

Græci passim hoc epitheto ornant Eucharistiam, vocantes *cibum* aut *panem mysticum*, vel *mensam mysticam*. Magnes l. 3. Apolog. contra Theostenem. [Panis communis ex terræ cultura elaboratus, etsi caro quædam terræ est, tamen vitam æternam præbete non promittit, sed breue solatium vescentibus tribuit, citò eo extincto fine diuino Spiritu. Panis verò in beata Christi terra, virtute diuinitatis vnitæ confectus, solo gustu immortalitatem homini affert. Mysticus enim panis, cum benedictionem Patris habeat inseparabilem, (illam dico quæ in corpore & sanguine eius facta est,) vnit comedentem corpus Christi eúmque membra Christi efficit.] S. Athanasius Apol. 2. frequenter meminit *calicis mystici*, idest initiati, & cuius vsus erat ad incruentum sacrificium. S. August. 20. contra Faust. c. 11. [Noster panis & calix certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur.] Nazian. orat. aduersùs mulieres ambitioßiùsse ornantes num. 39. [Non Sacerdotes extimescis, dum caput tanquam laruam quandam appositis inter se formis lucentem, illis subnitris? Non horrescunt manus, cum eas ad mysticum cibum extendis quibus tu luctuosam pulchritudinem pingis?] Alludit ad Eucharistiam exceptam manibus, interposito tamen quoad mulieres Dominicali seu linteo candido Chrysostomus hom. 45. in Ioan. [Hic mysticus sanguis, dæmones procul pellit.] Philo Carpathius in cap. 7. Cant. [Mysticum cibum corporis Christi, possidet Ecclesia.] Theophilact. in Cor. 10. [Participes mysticæ mensæ Christo communicant.] Et in cap. 6. Ioan. [Cibus mysticus apparet, vt consueta alimenta.] Quo loco veram Christi carnem alimenti consueti speciebus subesse, explicatissimè tradit, & tamen vocat *cibum mysticum*. Procop. in cap. 49. Genes. vocat *mysticum panem*. Nec Latini abstinentiores illius modi loqnendi. S. Ambrosius 2. Offic. cap. 28. poculum siue calicem iniatiarum, proximè aptum qui vsui sit ad sacrum ministerium, vocat *poculum mysticum*, Paschasius l. de Sacram. c. 2. *mysticorum* nomine, Eucharistiam designat: & mox mystici sacrificij appellationem adhibet. Et cap. 4. tractans illud Ioan. 6. *nisi manducaueritis carnem Filij* &c. [Vbi profectò non aliam quàm veram carnem dicit, & verum sanguinem, licet *mysticè*. Vnde quia mysticum est Sacramentum; nec figuram, illud negare possumus.] Videsis etiam Lantfrancum l. de Euchar. adductum V. *benedictio mystica*, qui rationem cur Eucharistia hoc cognomine donetur, inde repetit, quod *mysticus* idem sit ac *secretus*: sicut mysterium iuxta D. Augustinum l. de Catechizandis, idem est quod *secretum*. Nihil autem sit secretius, quàm Deus sub accidentibus panis & vini delitescens. Hæc à me ferè frustra annotata video. Sed vt annotarem, cuiusdam iusto auctior Censoris oculatissimi meticulositas, qui ad Philonis Carpathij Commentarium in Cantica, quod legebatur *mysticum cibum corporis Christi possides Ecclesia*, iussit expungi, & substitui hæc verba, *verum Christi corpus realiter in cibum datur Ecclesiæ*. O sollicitudinem intemperatam! ô timorem vbi non erat timor! S. Maximus hom. 3. de Nariu. Dom. concepium Christi ex Virgine vocat mysticum & Naz. orat. 1. vnionem animæ, cum corpore nostro mysticam appellat. Num idcirco hæc minus vera?

Cibus paratus.

S. Hilarius ad illud Psalmi 64. *flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum*, flumen Dei refert ad inundationem munerum Spiritus sancti; de cibo autem subdit. [Habemus etiam *cibum paratum*. Et qui hic cibus est? Ille scilicet, à quo ad Dei consortium præparamur per communionem sancti corpotis, collocandi. Id enim præsens Psalmus significat dicens, *parasti cibum illorum, queniam ita est præparatio tua*. Quia cibo illo quamuis in præsens saluemur, tamen in posterum præparamur.] Annuit S. Anselmus l. de Sacram. Altar. 2. p. c. 10. cum ait de Eucharistia. [Sumpta ore carnis nostræ caro Christi, nequaquam æstimanda sit lege communi ciborum. Hic enim cibus non est ventris, sed est mentis; dissimilis omnino ab illis cibis de quibus dicitur, *omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per secessum emittitur*. Hic est cibus qui non vadit in corpus, quia nequaquam sicut alij cibi, in naturam vertitur corporis, sed corpus nostrum vertit in suam naturam, & futuræ resurrectioni, & perpetuæ incorruptioni illud præparans, & coaptans; & in nobis, & vbi erat, scilicet in dextra Dei Patris.] Iuxta hos Patres Eucharistia aliter dicitur *cibus paratus*, quàm mannæ Sap. 16. tribuatur titulus *panis de cœlo parati*. Si cibum paratum velit quis dicere, Christum ipsum, se immolantem, poterit niti Origene qui hom. 9. in Leuit. multa habet de *parato*, idest sacro Ministro, sacrificante vnum ex hircis; & emittente alterum in desertum; quæ Christo sacrificanti accommodat & eum fuisse *paratum* demonstrat.

Cibus & potus immortalis.

Paschasius l. de Sacram. c. 19.

Per os nostrum intrare mortalia & exire immortalia; ex Platone tradit Philo referendus sect. 6. cap. vltimo. Attendebat scilicet incorruptos & immortales animi partus ore fusos; & è contrario cibos corruptibiles ori ingestos ad vitæ fulcimentum. Hic cibus ita cibat & & alit hominem, vt immortalis permaneat. Nec enim corrumpitur quoquomodo; aut in secessum emittitur, de quo plenè sect. 3. c. 6. ex Algero l. 2. de Euchar. cap. 11. tefellente fœdam hæresim Stercoranistarum, quam Erybaldus Episcopus Antissiodorensis, à Bertramo impugnatus impiè renexit in orbem, cum prædem sepulta esset, ex quo tradita fuerat ab Arrio, vt ferunt illa S. Chrysostomi. [Præbuit nobis Deus suum corpus & sanguinem, non consumptum, non corruptum, non abeuntem in secessum, vt furiosius Arrius effutiuit. Et per locum Nisibenum effusa sunt omnia viscera eius.]

Sect. V.

Cibus & potus spiritualis.

S. Ambrosius l. de initiand. c. 9. Pascha sui l. de corp. & sang. Dom. c. 10.

Non est sensus, Eucharistiam esse aliquid merè spirituale, (constat enim speciebus panis & vini nequaquam spiritualibus, & vero corpore & sanguine Domini, quæ rationem corporis cauere non possunt:) sensus ergo est, hunc cibum non pascendo corpori, sed reficiendo spiritui destinari. Itémque corpus & sanguinem Domini, quæ speciebus panis & vini superstitibus occultantur, non esse hîc modo corporeo, sed ad modum spirituum, (qua de re infra V. *Spiritus.*) Hoc ipso sensu sæpè legimus, carnem Domini in Eucharistia esse spiritualem, vel corpus Domini hîc esse spirituale. Id quod æquè de sanguine affirmatur. S. Hieronymi verba appendo ex cap. 1. Epistolæ ad Ephes. [Duplicitèr sanguis Christi & caro intelligitur: Vel spiritualis illa atque diuina de quo ipse dixit; *Caro mea verè est cibus. Et Nisi manducaueritis carnem meam & sanguinem meum, non habebitis vitam æternam.* Vel caro & sanguis quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea Iuxta hanc diuisionem & in sanctis eius diuersitas sanguinis & carnis accipitur, vt alia sit caro quæ visura est salutare Dei, alia caro & sanguis quæ regnum Dei nequeunt possidere.] Præclarè item Clemens Alexandr. l. 2. Pædag. c. 2 [Duplex (inquit) est sanguis Domini. Alter enim est carnalis quo redempti sumus ab interitu: alter verò spiritualis, quo scilicet vncti sumus. Et hoc est bibere Iesv sanguinem, esse participem incorruptionis Domini.] *Sanguinem carnalem quo redempti sumus*, appellat sanguinem visibilem, qualis in Cruce effusus est. Eum verò sanguinem qui in altari propinatur, vocat *spiritualem*, quia non est sub specie sanguinis, sed vini. Ait autem nos eos vnctos esse, alludens ad inunctionem postium domorum, admoto sanguine Agni Paschalis: quam inunctionem fuisse typum demissi intra viscera nostra sanguinis Christi Eucharistici, tradit disertè Naz. orat. 1. de Pasch. & creditus Cyprianus serm. de cœna Dom. nec non D. Gregorius hom. 22. in Euang. Theodotetus in cap. 12. Exodi, & passim Patres, exponentes typum. Agni Paschalis. Hic igitur est sensus, quo Eucharistia dicitur cibus & potus spiritualis. Et vt habet S. Bernardus serm. de S. Martino dicitur hic tradi spiritualiter. Addi potest respectus ad causam efficientem spiritualem. Solemne enim est Patribus, quæ fiunt, diuina virtute, *spiritualia* dicere etiamsi substantialiter sint corporea. Sic S. Hilarius l. 10. de Trinit. & S. Leo serm. 2. de Natiu. Christi conceptionem vocant *spiritualem*, quia non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Spiritu sancto conceptus est. Eodem modo S. Chrysostomus hom. 7. in 1. Cor. pstrum Deipatæ, resurrectionem Christi, Satæ puerperium, Adami & Euæ formationem, sit esse res spirituales: sicque exponit illud Apostoli *spiritualibus spiritualia comparantes.* Cum ergo Christus, sub speciebus cibi & potus corporei statuatur per Spiritum sanctum, & vi diuina, haud incongruè dicitur *cibus & potus spiritualis.* Addit S. Cyrillus l. 4. in Ioan. c. 14. haberi rationem in ea denominatione, conjunctionis quam corpus & sanguis Christi habent cum spiritu Dei, ac spiritualis virtutis quam imperiunt. Vide supra V. Alimentum spirituale.

Cibus pietatis.

S. Hieronymus in c. 66. Esaiæ.

Tractans S. Hieronymus illud Esaiæ, *qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis*, sic habet. [Omnes voluptatum magis amatores quàm amatores Dei, sanctificantur in hortis & in liminibus, quia mysteria veritatis non valent introire, & comedere cibos pietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu, nec comedunt carnem Iesv, neque bibunt sanguinem eius, de quo ipse loquitur, *Qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.* Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus: Qui non foris, sed in domo vns, & intus comeditur.] Eodem modo S. Anselmus l. de Sacram. altar. p. 3. c. 9. monstrans non omnes qui Sacramento tenus corpus Domini percipiunt, repleri gratia, & spiritualiter nutriti, sic scribit. [Secundùm Isaiam, omnes voluptatum amatores magis quàm Dei, sanctificantur in hortis & liminibus, quia mysteria veritatis non valent introire, & comedunt cibos pietatis, dum non sunt sancti corpore & spiritu, neque comedunt carnem Iesv, neque bibunt sanguinem de quo ipse loquitur *qui manducat carnem meam* &c. Sanctificantur quippè in liminibus, qui in Sacramento hoc solùm attendunt quod corporaliter accipiunt, & sanctum quoquomodò venerantur. Sicque comedunt cibos pietatis, sed pietatem ipsam repellentes à corde, sanctificationem gloriæ cœlestis, intra domus suæ limina nolunt recipere. Non enim efficiuntur corpus Christi, sumendo corpus Christi. Ideò & carnem Iesv de qua supra diximus, non manducant neque sanguinem bibunt.] Nempe vsque ad participationem Spiritus, vt loquitur D. Augustinus tract. 27. in Ioan. quamuis corpus Christi materialiter & Sacramento tenus percipiant.

Cibus potúsque nouæ salutis.

Rupertus l. 4. in Cant. *in fine*, Christum inducit paraphrasticè illud Canticorum exponentem, *comedite amici, & bibite*; monstrátque fusissimè hanc esse contrapositionem antiquæ cladis illatæ generi nostro per cibum vetitum; qua ea causa, Eucharistiam vocat *cibum nouæ salutis.*

Adscribo ex longa disputatione plagulam tantùm. [Hoc tantæ salutis Sacramentum, ab initio non feci vobis, hunc cibum potúmque vitæ æternæ, hactenus non porrexi vobis, cum ambularetis mecum ad prædicandum Euangelium regni Dei. Non enim tempus erat, neque ordo poscebat, vt vobis cibus aut potus daretur nouæ saluris, priusquàm mundaremini, priusquàm deleretur macula vestra, reatus antiqui, quam contraxetunt comedendo vetitum, vobisque omnibus nascituris intulerunt iam dicti homines, primi parentes vestri. Mundari autem aliter, neque vos potuistis, neque potuerunt veteres amici nostri, sancti antiqui ab otigine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei lauacrum regenerationis, (scilicet sanguinis & aquæ,) de latere meo decurrentis. Non igitur ante vobis facere aut dicere debui, *accipite & comedite amici, accipite & bibite charissimi.* Non inquam ante, sed

sed in ipso articulo passionis meæ, vel mortis qua emundari estis. Vnde & dico vobis, *quia & vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.* Nam quia credidistis, & quia permansistis mecum in tentationibus meis, idcirco ex quo ego cœpi agonizari, vos cœpistis emundari. Ac proinde sicut iam mundis, sicut emundatis à peccato originali, quod primus homo per cibum contraxit, hunc cibum & hunc potum feci vobis, apponendum cœteris amicis & filiis vestris, post vos nascituris; hoc ordine, vt ipsi priùs lauentur aqua baptismatis, quæ post sanctificationem verbi cum signaculo Crucis siue exorcismo passionis meæ vel mortis; non erit alia, sed eadem quam cum sanguine meo iam mortuus profundam, percussus lancea militis; & tum demum particeps fiat cibi huius ac potus, eo modo quo tradidi vobis.]

Cibus sanctus.

Origenes homil. 5. in diuers. [Quando sanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum, quando vitæ panc & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Et tu ergo humilians temetipsum, imitare hunc Centurionem, & dicito, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum*; vbi vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.]

Cibus satietatis.

S. Chrysostomus hom. ad Neopb. adductus à S. Gregorio 7. l. 1. regist. epist. 47. aliàs 50. ad Mathildem.

Cibus verè.

Ioan. 6. litigantibus Iudæis circa Christi dicta, subintulit Christus, ea & euoluens & confirmans, *Caro mea verè est cibus.* Quanquam eodem recidit, quod Euthymius ex Interprete habet, *verus est cibus*, tamen plus energiæ habet aduerbium *verè*: eóque optimè exprimitur, non modò præsentia substantialis Christi in ratione cibi, sed etiam quod corpori Christi conueniat proprijssimè ratio cibi, nutriendo animam quæ hominis pars est; quæ est præter cæteras huius tituli explicatio ab Euthymio adhibita & à Gulielmo Parisiensi tract. de Sacramen. Euchar. c. 3. qui considerat cibos alios esse cibos asini nostri; hunc autem esse cibum interioris hominis, qui est verus homo, atque adeò iste est verè cibus. Fusè de hoc Eucharistiæ titulo disputat Turrecremata tract. de Euchar. cap. 4. profetens quatuor rationes cur corpus Christi dicitur *cibus verè*: quarum illa oprima est, quod corporales cibi, magnam partem scateant excrementis ad cibandum & nutriendum ineptis. Vnde natura prouidit, vt essent in corpore variæ partes quibus cibus ingestus defæcaretur; & quòd verè in eo cibus est & nutritc aptum, excerneretur ab eo quod non est cibus, & admixtum est ci quod est verè cibus. Io hoc autem diuino cibo, nihil est impurum, nihil non verè cibans; atque adeò nihil excernendum. An hoc quoque innuere voluit Euthymius Ioan. 6. dicens corpus Christi vocari cibum verum, quia est *cibus aptissimus*? Aptitudo quippè cibi, in ea puritate & fœcum impermistione, optimè statuitur. Paschasius l. de Sacram. c. 19. cur caro & sanguis Christi dicantur *verè cibus & potus*, rationem petit ex vero munere cibi & potus, quod est famem & sitim depellere, ac mortem arcere. Hæc autem omnia præstat exquisitè Eucharistia cadúntque proinde in eam omnia quæ Ioannes Bruycrius disputat lib. 1. Dypnosophiæ c. 4. quærens quid sit cibus?

Onomasticon Eucharisticum.

Cibus vitæ.

Rupertus l. 1 2. de victor. Verbi Dei c. 1 2. Idem est *cibus vitæ*, quod *cibus causans vitam.* Id quod belle cadit in Eucharistiam. Nam sicut cibus contra legem ab Adamo gustatus, dicitur iure cibus mortis quia mortem intulit, ita Eucharistia ob contrariam causam, dicenda est *cibus vitæ.* Hanc fuisse causam institutionis Eucharistiæ sub ratione cibi, multi Patres annotarunt, adducti s. 4. c. 2. tractando Dei sapientiam in hoc mysterio & V. *Antidotum mortis.* Sat fuerit, hîc adducere Rupertum ex c. illo 12. vbi sic scribit. [Dicere quippiam libet de causa propter quam nobis sit necessarium tantum hoc mysterium. Causa hæc erat, quia primi homines Deo incredduli, Diabolo nimis malè credduli fuerunt; quia cum non viderent nisi pomum quaorumlibet suaue redolens, aut visu pulchrum, credidcrunt in illo esse diuinitatis effectum; crediderunt Diabolo dicenti; *Nequaquam ita erit vt Deus dixit. Si comederitis, morte moriemini, sed erit quod dico ego; si comederitis, eritis sicut Dy.* Contra cibum illum qui cibus fuit mortis, dictante ratione namque iustitiæ, dari oportebat cibum alium, qui esset cibus vitæ; & simili ordine, vt scilicet inesse illi mens crederet, quod oculus non videret, crederet esse cibum & potum, veraciter communicandæ diuinitatis esse effectiuum, carnem & sanguinem Christi, quod sentire non possunt sensus carnis & sanguinis. Per hanc fidem, sibi Deus ab homine satisfactum esse iudicat, dum non minùs sibi credit, quàm Diabolo crediderat.] Vides quàm verè Scuetus Alexandrinus in Ordine Baptismi, post administratam baptizatis Eucharistiam, sic eos alloquatur. [In similitudinem Angelorum ascendistis Dilecti mei è flumine Iordanis, virtute Spiritus sancti, haud marcescentes cotonas accepistis Fratres mei, & gloriam domus Adami bodie induistis: fructus quem non gustauit Adam in Paradiso, hodie in otibus vestris positus est]

Quâ porrò ratione Christus dicatur cibus causans vitam, (vtique spiritualem & internam,) attigit Christus ipse Ioan. 6. asserens qui hunc cibum manducat, viuere propter ipsum, sicut ipse Christus missus à Patre viuente, viuebat & ipse propter Patrem. [Naturalis per Sacramentum proprietas, (ait in hanc rem S. Anselmus l. de Sacram. Aliar. p. 2. c. 10.) perfectæ Sacramentum sit vnitatis, cum hæc accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eodem secundùm hoc quod nos sumus in Deo. Est ergo hæc vitæ nostræ causa, quod in nobis carnalibus per carnem Christum manentem habemus, junctum nobis per eum, ea conditione qua venit ille per Patrem.] Iungenda quæ mox dicam V. *cibus viuificus*, præsertim ex Cyrillo. Cæterum est Eucharistia cibus vitæ, iis qui illam dignè sumunt. Nam indignè sumentibus, sit gladius, vt dixit S. Cyprianus l. de lapsis numer. 90.

nantans

Sect. V.

narrans mortem illius quæ cum indignè de ipsius S.Cypriani manu communicasset, [non cibum, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena lethalia intra fauces & pectus admittens, angi & anima exæstuante concuti, postmodùm cœpit. Et pressuram non iam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans & tremens concidit.] Eodem loco fuerunt multi illi, quos Apostolus ob indignam communionem *dormire*, ideſt morti traditos fuisse diuinitus, contestatur.

Cibus vitæ æternæ.

S.Basilius serm. 1. de baptismo, *sub finem.* Ideirco Eucharistiam esse cibum vitæ æternæ tradit S. Ambrosius l. de bened. Patriar. c. 9. quia qui illam rite accipit, non moritur morte peccatoris, quia panis hic, remissio peccatorum est. Mors peccatorum pessima, est æterna damnatio quam subeunt impij, quia in peccatis suis moriuntur. Itaque Eucharistia præseruans à grauibus culpis, iure excludit mortem peccatoris, estque *cibus vitæ æternæ*, iuxta eam S. Ambrosij doctrinam. Sed optimè in hunc titulum Eucharistiæ disputauit S. Basilius loco annotato, staruens inprimis, fideles per baptismum regenerari ad vitam. Ex quo infert, opus esse regeneratis, vt ad vitam æternam nutriantur cibo vitæ æternæ, quam Christus Ioan. 6. per hunc cibum obuenturam spopondit, dicens, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Hanc ipsam ob causam iuxta S. Basilium, Christus dixit verba sua de Eucharistia, Spiritum & vitam esse: & S. Petrus rogante Christo discipulos, an & ipsi vellent abire, ob suspicionem antropophagiæ, tanquam lingua discipulorum respondit, *verba vitæ æterna habes.*

Cibus viuificus.

Iulius Firmicus l. de error. profan. c. 19. cibum Christi viuificum, contraponit cibo venenato mysterij Ethnici de quo erat illud pronunciatum. *De tympano manducasti, & de Cymbalo bibi.* Aptiùs Cæsarius in dial. de qq. Theologicis, hûc Eucharistiæ titulum refert ad contrapositionem eius cum cibo mortifero per Adamum degustato in exitium. Ait enim. [Omnia debita primi parentis, Christus pro illo subiuit, pro illius obedientia abiecta, factus est obediens vsque ad crucem. Ille per Euam tentatus comedit, hic tentatus à Diabolo non comedit, sed ieiunus fuit 40. diebus. Ille voluit fieri Deus, & cum non posset, amisit quod esse poterat, factus mortalis pro immortali; hic cum esset Deus, pro illo factus est mortalis, non mutata natura neque diuinitate: Ille ex paradiso in hunc locum laboriosum relegatus est, hic pro illo è cœlo delapsus, illius vitam suscepit; pro luce inaccessibi i habitans antrum huius mundi tenebricosum, pro Angelis circundatus à bestiis, pro hymnis & cantilenis cœlestibus audiens calumnias & contumelias; & illa, *dæmonium habes* Et; *In principe dæmoniorum ejicit dæmonia.* Et *seducit turbas.* Pro Eua Mariam semper Virginem excitauit; pro pœna illius, misit huic per Gabrielem τὸ χαῖρε. Pro ligno transgressionis, lignum resurrectionis, (crucem suam dico;) fixit: pro cibo, non natura sed aspersione inobedientiæ mortifero, naturam suam cum nostra copulans, viuificum cibum se nobis proposuit, qui ab omnibus participatur idem manens. Similem planè antithesim, latè ac minutè prosequitur Nazianzenus orat. 1. eo denique rem deducens, vt Dei Sapientia tanto artificio Verbi Oeconomiam contexerit, homini vnde exciderat paribus lineis reducendo: Atque adeò illi per cibum vitam conferendo, sicut per cibum mortem contraxerat. Perpaucis sed egregiè idem expressit in hunc modum S. Chrysostomus hom. 14. in 1. Cotinth. [Quoniam prior carnis natura è terra formata, à peccato mortalis facta, à vita deserta erat: aliam (vt ita dicam,) massam & fermentum induxit, hoc est carnem suam: natura quidem eandem, verùm à peccato liberam & vitæ plenam, quam omnibus tribuit, vt participes fierent, vt ea nutriti & priore abiecta, quæ mortua erat, per hanc mensam viuentem & immortalem, in vitam immortalem commiscereminr.]

Ad hunc modum explicant hi PP. quomodò Eucharistia dicatur *cibus viuificus?* Possumus tamen simpliciter, absque habitudine ad contrapositionem cum pomo vetito, dicere Christum in Eucharistia vocari *cibum viuificum*, quia confert vitam. Audi S. Cyrillum l. 4. in Ioan. cap. 23. [Quoniam cum viuificante Verbo, caro conjuncta est, tota est effecta viuifica. Noo enim ad corruptibilem suam naturam, junctum Dei Verbum detraxit, sed ipsa ad melioris virtutem eleuata est. Quamuis ergo natura carnis vt caro est, viuificare nequeat; facit tamen hoc, quia totam Verbi operatiooem susçepit. Corpus enim est, non cuiusuis hominis, cuius carq prodesse quicquam non potest, (non enim Pauli, aut Petri, aut cæterorum;) sed ipsius vitæ, aut Saluatoris nostri Iesv Christi corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere hoc potest. Nam si mel cum naturaliter dulce sit, ea dulcia facit quibus immiscetur, nónne stultum erit, viuificam Verbi naturam, putare non dedisse homini in quo habitat, viuificandi virtutem? Quas ob res, caro quidem cæterorum omnium, quicquam verè non prodest: Caro autem Christi, quia in ipsa Vnigenitus Dei Filius habitat, sola viuificare potest.] Videndus insuper idem Cyrillus eiusdem libri c. 14.

Cœna Dominica.

Non fuere ad huius cibi modum, viuifici plerique cibi quibus mortales famem depellere voluerunt. Sic comprobatum est in obsidione Parisiensi anni 1590. cum fames adeò dira obsessos pressit, vt matres filiorum fame enectorum cadaueribus sint pastæ, à oullis turpibus animalibus demortuis edendis sit temperatum, & ex rusis cadauerum ossibus confecta fuisse farina prodatur: quibus cibis complures morrem pro vita sunt assecuti, vt scribit Spondanus d. anno num. 11.

Apostolus 1. Cor. 11.

Non vocatur Eucharistia absolutè *cœna*, vt in Caluini gurgustio assolet. Non enim apud Patres ea appellatio occurrit, nisi fortè semel apud Augustin. serm. 33. de verb. Dom. Solent autem Patres, nomine *cœnæ* pro Eucharistia vteotes, quales refert Suares 3. p. q. 73. articol. 4 adhibere additum quoddam, & nominare *cœnam magnam*, *cœnam Euangelicam*, *cœnam*

cœna in Dominicam, aliove aliquo simili modo. Recentiores non pauci, nomen *cœna Dominica* cuius mentio est apud Apostolum, verbis illis *convenientibus vobis in unum, iam non est Dominicam cœnam manducare*, negant pertinere ad Eucharistiam, sed aiunt pertinere ad agapem quæ tunc temporis erat conuiuium antecedens sumptionem Eucharistiæ, exemplo Christi. Duranusque is vsus ad multa postea secula, vt constat ex Concilio Carthag. 3. cap. 29. & ex Sozomeno l. 7. histor. c. 29. De ea ergo cœna communi & vulgari, egisse verbis illis Apostolum, censent Petrus Soto lect. 1. de Eucharist. Sanctesius repetit. 6. cap. 1. Geoebrardus in Liturgiam S. Dyonisij cap. 8. Matthæus Galenus latè l. de sacrificio cap. 26. Bellarminus lib. 2. de Missa cap. 10. Henriques l. 8. cap. 1. num. 1. *Litera* X. Lorinus in cap. 8. Leuit. v. 31. Salmeron & Cornelius 1. Cor. 11. Maldonatus Matth. 26. num. 26. Baccbatus admodùm petulanter est hac ex causa in Maldonatum, Casaubonus Sectarius Exercitat. 16. in Baronium digress. 31. Sed cur in eum solum bilem effunderet, dimissis tot aliis idem æquè asserentibus, nulla ratio fuit. Et verò ea interpretatio Cœnæ Dominicæ in eu Apostoli loco, est admodùm verisimilis.

Est tamen etiam satis probabile, Apostolum ibi nomine *cœnæ Dominicæ*, intellexisse Eucharistiam; quamuis reliqua quæ adjungit, cadant in agapem aut cœnam vulgarem. Indecentissimè namque & irreuerentissimè se gerebant erga Eucharistiam, qui cibis communibus se ingurgitabant ante sumptam Eucharistiam; neque hoc erat Dominicam cœnam manducare. Quicquid verò sit de eo Apostoli loco, nomen *cœna Dominica* pro Eucharistia, non est nouum. Eóque disertè vtitur Autor sermonis de Iuda proditore apud Chrysostomum. Et manifestè idem sonat *cœna Dei* in verbis illis Tertulliani l. de spectac. [De parentato noo edimus, quia non possumus cœnam Dei edere, & cœnam Dæmoniorum.] Vbi negat Christianos de parentato & sacrificato Gentilium manducare, quia *cœnam Dei*, idest corpus & sanguinem Christi qui verè Deus est, assumentes in cibum, non debent idolothytis contaminari, quæ Dæmonibus sunt sacra, longéque abhorrent à diuino cibo. Apud Augustinum serm. 33. de verb. Dom. et 1. & 4. *cœna Domini* sumitur pro Eucharistia. Ait enim Iudæos Christum occidendo parasse nobis cœnam, eáque parata, vt est in Euangelica parabola, missos esse seruos inuitantes ad cœnam: quotum verborum hanc propsert ecphrasim c. 1. [Parata iam cœna, immolato Christo, post resurrectionem Christi commendata, quam sciunt fideles, cœna Domini eiusque manibus & ore firmata, missi sunt Apostoli.] Et inferiùs c. 4. [Cœnam manibus suis consecratam, discipulis dedit: sed nos in illo conuiuio non discubuimus, & tamen ipsam cœnam, fide quotidie manducamus] Apud eundem Augustinum in Psalmo contra partem Donati, idem est vocis illius vsus, cum dixit de Christo;] Quando dedit sanctam cœnam, nec tunc illum exclusit inde.] &c. agit de Iuda inferiùs. [Cum Iuda Apostoli acceperunt primum Sacramentum cœnæ.] Tandem Epistol. 118. tractans illud Apostoli, *iam non est Dominicam cœnam manducare*, sic ait: [Hanc ipsam acceptionem Eucharistiæ, Dominicam cœnam vocat.] Metonymicè à cœna Eucharistica, instituta feria quinta quæ Christo fuit vltima; iam olim dies illic, dictus est *cœna Domini*, vel *natale calicis*, vt notat S. Eligius hom. 10. de cœna Dom. *initio*. De Eucharistia sub ratione *cœnæ*, multa Salazar in Isagoge ad Cantica c. 12.

Onomasticon Eucharisticum.

Cœna Dominicarum carnium.

S. Chrysostomus hom. de Iob. & Abraham.

Cœna veritatis.

Rupertus l. 3. de oper. Spir. Sancti c. 21.

Opponebat Rupertus cœnam Eucharisticam, cœnæ legali, quæ non nisi typus & imago erat huius veritatis. Ideò cœnam Eucharisticam, vocant *cœnam veritatis*.

Collecta.

Acta Proconsularia SS. Martyrum Alutinensium.

Nomen *Collectæ*, apud Apostolum, sumitur pro coactione stipis. Eóque pacto sumptas *collectas*, voluit anteuerti, nec tunc fieri cum ipse veniisset. Leuit. 23. sumitur collecta pro conuentu ac cœtu, ad colendum Deum. Quo item modo vsurpatur ea vox Deuteron. 16. & 2. Paral. 7. Inque eum sensum loeutus videtur Tertullianus, c. vltimo libri de fuga in persecut. verbis illis; [Sed quomodò colligemus, quomodò Dominica solemnia celebrabimus?] In vsu Ecclesiæ, sumitur *collecta* pro oratione publica, quæ ita fit ab vno, vt tamen ab omnibus colligatur. Videndus Cassianus l. 2. de institutis & qui de quadruplici huius vocis notione, ex variis scitè disserit Bonarscius l. 1. de horis Cano. cap. 29. à numer. 50. Hîc *collectam* nimus, pro sacrificio Christiano; seu Missa ad quam Christiani conuenire solent. Quam vocis notionem, inter varia sacrificij Christiani nomina quæ recensent, hoc quoque annumerantes, agnoscunt Pamelius ad librum Tertulliani de orat. numer. 1. & Bellarminus lib. 2. de Missa capit. 16. Et apertè ita sumitur in Actis SS. Martyrum Datiui, Victoriæ, Saturnici, Emeriti, atque Felicis 31. Febr. vbi frequens mentio est *collectæ Dominicæ* religiosissimè celebratæ, & *sanctissimæ collectionis*, ac *collectæ* factæ, à Catholicis apud S. Augustinum, in breuiculo Collationis diei tertiæ, *pagina mihi* 718. Huc facient quæ infra dicam V. *Synaxis*.

Columna nubis & ignis.

Drogo de Sactam. Dom. Passionis.

Igneam columnam esse symbolum Deitatis, Clemens Alexandr. autor est lib. 1. Strom. *pag. mihi* 399. Eandem esse symbolum Christi Dei & hominis, ob corporeitatem triplici dimensione signatam, & lucidam, ac feruentem ignis naturam Deitati respondentem, notanit Elias Crerensis ad stationem 3. Nazianzeni *pag. mihi* 184. Igitur columna ignis de die ob Solis fulgorem visa columna nubis, aptè à Drogone adhiberi potuit ad exprimendam Eucharistiam. Locum dedi supra sect. 4. capit. 3. & monstraui, inde significari lucem & tenebricositatem, adunatas in hoc mysterio.

Commemoratio propitians Deum hominibus.

Origenes hom. 13. in Leuit.

Sectio V. Ex verbis Christi in huius Sacramenti institutione, & ex Paulo 1. Corinth. 11. constat Eucharistiam fieri in commemorationem Christi passi; aut (quod eodem recidit,) in commemorationem charitatis Christi erga nos, ac obedientiæ in Patrem, quo pacto obiectum huius commemorationis exponit Adelmannus Epistola ad Berengarium. Causam consilij Christi & mysterij Christiani in commemorationem passionis instituti, aperit his verbis S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. [Sicut in veteri, eodem hîc modo in beneficio reliquit, memoriam mysteriorum colligendo, & hinc hæreticorum ora frænando. Nam quando dicunt; vnde pstet immolatum Christum fuisse, & alia multa mysteria? hæc afferentes, ora ipsorum consuimos, Si enim mortuus IESVS non est, cuius symbolum ac signum, hoc sacrificium est? Vides quantum ei studium fuerit, vt semper memoria teneamus, pro nobis ipsum mortuum fuisse. Nam quoniam Marcio, Valentinus, Manichæus, eorúmque sequaces, negaturi erant hanc dispensationem, ita semper per hoc mysterium in memoriam passionis reducit, vt nemo non insanus seduci possit. Ita per sacratissimam istam mensam, & saluat & docet. Hoc enim caput bonorum omnium est.]

Prima illa verba S. Chrysostomi, paritatem aliquam inter antiqua sacrificia, & hanc commemorationem præferunt, sed cum diuersitate. Nam quamuis & istud sacrificium ingerat memoriam alicuius objecti, & illa quoque tunc alicuius memoriam injicerent; tamen sacrificia carnalia (cuiusmodi erant sacrificia antiquorum,) erant imagines futuræ Christi passionis: sacrificium verò incruentum, est passionis Christi commemoratio. Eleganter id norauit S. Fulgentius l. de fide ad Petrum cap. 19. verbis illis. [Firmissimè tene, & nullatenus dubites; ipsum Vnigenitum Deum Verbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odorem suauitatis, cui cum Patre & Spiritu sancto, à Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus tempore veteris Testamenti, animalia sacrificabantur; & cui nunc, id est tempore noui Testamenti, cum Patre & Spiritu sancto cum quibus illi est vna diuinitas, sacrificium panis & vini, in fide & charitate, sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbem terræ, offerre non cessat. In illis enim carnalibus victimis, figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus; & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio, gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit.]

Oprimè idem tradit creditus Bernardus sermon. de dignitate Sacerdotal. sic alloquens Christianos Sacerdotes. [Certè ibi loquitur Christus cum ministro suo. Pensa (inquit) iugiter, repone fideliter, amplectere suauiter quod vides, quod agis, quod tenes. Amplectere inquam piæ recordationis affectu, & piæ imitationis effectu, sciens quoniam talia oportet te præparare. Apparatus mensæ istius, non hominis est sed fidei, non facinoris sed mysterij, non temporalis alimenti sed æterni. Qui sum autor muneris, ipse sum testis veritatis. Altare cui assistis, quam pro te sustinui repræsentat crucem; & calix, sepulchrum in quo mortuus quieui: patena, lapidem superpositum; corporale, sudarium; substratoria corporalis, lineamina quibus involutus fui. Hostia quam vides, iam non est panis, sed caro mea quæ pependit in cruce pro mundi vita.]

Benè quoque Cabasilas in Explicatione Liturgiæ capit. 7. [Dominus postquàm vniuersum mysterium peregit, hoc dictum subjunxit, *Hoc facite in meam commemorationem.* Sed quænam est hæc commemoratio? Et quomodò in rei factæ celebratione Domini meminimus, quid agentis, quomodò se habentis? Dico autem quid de ipso reputantes? quid narrantes? An quod mortuos suscitauit, & cæcis visum dedit, & ventos increpauit, ex paucis panibus ad satietatem millia aliquot nutriuit, quæ eum & Deum esse, & omnia posse ostenderunt! Nequaquam. Sed ea potiùs quæ videntur significare imbecillitatem, crucem, passionem, mortem. In his nos tuslit facere eius commemorationem.]

Pulchrè Franco Abbas tomo 10. de gratia Dei, materias quoque remotas Eucharistiæ, huic commemorationi passionis Christi seruire docet: quatenus panis; vt pinsatur, moli & atteri, vinum vt fiat, vuas calcari & premi oportet.

Extrema loci ex D. Chrysostomo propositi verba duos errores Sectariorum conuellunt. Dixit enim S. Chrysostomus, hoc sacrificium esse commemorationem & saluantem & docentem. Docet quippe nos passionem quam commemorat; & saluat fructus passionis applicando. Sectarij verò, Eucharistiæ confectionem nudo commemorationis munere donant, negantque eius effectum esse saluare, & propitiare Deum, sed tantùm aiunt commemorari ab ea passionem Christi præteritam. Hæc in Concilio Tridentino sess. 22. canon. 4. percelluntur anathemate, Confectio namque Eucharistiæ, ita est cruenti sacrificij commemoratio, vt simul sit vera immolatio & sacrificatio Christi, ac quædam sacrificij cruenti repetitio incruenta, quia exhibentur Deo merita Christi, per sacrificium cruentum comparata. Et propterea sacrificium incruentum quod ex Christi institutione frequentamus, à S. Cypriano epist. 63. num. 53. vocatur nomine *passionis Domini.* Quia etiamsi differt specie physica ab immolatione cruenta, nec est actus nunc meritorius vel satisfactorius, eo quod Christus nunc non sit vltra viator; Tamen contineat vtilitates sacrificij cruenti. Ita ergo est commemoratio sacrificij crucis, vt simul sit vera Christi immolatio incruenta, nec sit nuda commemoratio, vel imago veræ immolationis, omni alio quàm docendi siue memoriam refricandi fructu vacua; sed DEVM propitiet immediata abstersione reatuum nostrorum, & mediata cum Deo coociliatione, exoratis auxiliis, quibus conuersio peccatoris obtineatur.

obtineatur. Quare sacrificium incruentum est verè *solemnitas*, vt fert notio vocis proposita à D. Augustino sem. 186. de temp. quæ cadit in id quod semel gestum, reuocatur in memoriam ne deleatur. Non est tamen nuda solemnitas, sed insigni insuper fructu ditatur. Quanquam rectè S. Eulogius l. 2. contra Nonatianos apud Photium Cod. 280. negat hoc sacrificium tremendum corporis Dei, (sic enim appellat) conueniere dictum Apostoli Hebr. 10. de non telicta iam hostia peccantibus: quia cum hoc sacrificium sit commemoratio sacrificij cruenti in cruce peracti, non constituit varia sacrificia, nempe quoad rem sacrificatam.

Communio.

Damascenus l. 4. fid. c. 14.

Non modò Sacramenti Eucharistiæ vsus ac sumptio, donatur *communionis* nomine, (quamuis, (contra Aureolum in 4. d. 8. q. 1. artic. 1. non sit essentialis pars huius Sacramenti:) sed etiam ipsum Sacramentum appellatur *communio*; idque non agnoscentes, magnæ stupiditatis arguit Pachymeres ad cap. 3. Hierarch. Eccles. S. Dionysij, vbi Lincolnienſis perpulchrè id expressit his verbis. [Ipsa Eucharistia est telete, teletarum omnium dignissima, & maxima, propter eam omnium dignissimam & maximam in hac telete contentam. Est enim in Eucharistia, secundùm B. Ignatium caro Saluatoris nostri IESV Christi pro peccatis nostris passa, quam benigoitate sua Pater suscitauit. Omnis alia telete, virtutem huiusmodi congregationis & reductionis ad Dei communionem, & perfectionis, ab hac telete suscipit; quæ primò per se & principaliter est nostri ad Deum congregatiua, & communionis ipsius effectiua. In hac enim telete, est vera caro nostri Saluatoris, quam assumpsit de Virgine, in qua passus nos redimit; non diuisa ab anima, nec à Deitate, sed inseparabiliter vnita; & sic est in ea Dei filius Deus & homo perfectus, qui nostram assumens humanitatem, nos coüniuit & communicare fecit secum, in vna natura: vt donans nobis suam carnem singularem ad comedendum, coüuit nos cum sua singulari persona vt omnes simus vnum in Christo, & eius perfectione perfecti, & in eius communione coüniti & congregati. Meritò igitur huic telcta, (quia ipsa primò principaliter est nostri ad Deum congregatiua, & communicationis ipsius effectiua, & perfectiua, aliis teletis ex sua virtute tribuens horum efficientiam,) appropiatur per excellentiam, nomen *communionis*.]

Attigit eam quoque *communionis* notionem, Nazianzenus orat. 3. cum ait, quod per incruentum sacrificium communicamus Christo, eiúsque diuinitati, & passionibus. Græcè est κοινωνῆσαι. Sette ad eum locum Elias. [Per quod sactificium, nos & passionibus & Deitati Christi communicamus. Hac enim de causa, seipsum nobis conjunxit, ac corpus suum in nos permiscuit, vt vnum quoddam effecti, & tanquam corpus cum capite copulati, in communionem cum eo, tum passionum tum Deitatis veniamus. Vt enim cum autum liquatur, siue mannm quispiam siue linguam injciat, aream eam confestim reddit, eodem hic quoque modo, ea quæ proposita sunt, animam & totum corpus efficiunt.] Agnoscit quoque eam vocis *communio*, notionem, Isidorus Pelusiota l. 1. epist. 228. & eandem ex Augustino refert Beda 1. Cor. 10. vbi etiam Chrysostomus homil. 24. tractans illud, *calix cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est, & panis quem frangimus, nónne communicatio corporis Christi est?* Vtrobique Græcè est κοινωνία, quam hic Interpres *communicationem*, alibi *communionem* vertit. Interrogat ego Chrysostomus, [cur non dixit *participatio*? Quia amplius quiddam significare voluit, & multam inter hæc conuenientiam ostendere. Non enim participatione tantùm & acceptione, sed vnitate communicamus. Quemadmodùm enim corpus illud vnitum est Christo, ita & nos, per hunc panem, vnione conjungimur.] Infert inde S. Chrysostomus, egregium charitatis & vnionis inter nos ipsos incentiuum, vt retuli cum de Eucharistia Sacramento charitatis. Tandem Damascenus 4. fid. cap. 14. *sub finem*, pro eadem notione vocis *communio*, ista habet. [*Communio* item optimo iure appellatur, quia per illud eum Christo commercium habemus, ac carnem ipsius & diuinitatem percipimus; atque adeò nos inter nos communicamus atque copulamur. Quoniam enim ex vno pane participamus, omnes vnum Christi corpus, & vnus sanguis, & alij aliorum membra efficimur, Christique concorporei existimus.] Eruit hinc Damascenus, cauendum quàm sedulò esse, ne Eucharistiam demus extraneis, vel ab eis accipiamus. Cum enim huius Sacramenti effectus sit, nos cum Christo & adinuicem vnire, manifestum est, cum qui Eucharistiam Hæretico porrigit, vel ab eo accipit, animo & voluntate cum eo copulari, sicque eius noxam & damnationem ad se attrahere. Hinc factum est, vt dicere aliquem esse *communionis catholicæ*, perinde sit, ac profiteri cum aliquo Catholicam fidem, denominatione petita à primatia tesserta professionis fidei, sita in communi Eucharistiæ participatione.

Communionis nomen Eucharistiæ Sacramento tribuitur.

Infrequenti admodùm notione, antiquus Patriarcha Hierosolymitanus, adductus ab Humberto Episcopo Sylvæ Candidæ, contra Nicetam Pectoratum, *communionis* nomine designat speciem solam panis. Sic enim scribit de Hierosolymitanis. [Cochlear cum quo communicent, sicut in Ecclesiis Græcorum, minimè habent; quia non ita commiscent, sanctam communionem in calice, sed sola communione communicant populum. Itaque in magnis & in paruis Ecclesiis, hunc mortem sibi traditum à SS. Apostolis, habent omnes Christiani ipsius prouinciæ.] Apertè, Christum sub sola specie panis vocat *communionem*, quæ (vt aiebam) admodum infrequens est illius vocis notio.

Communionis nomen *communitatem* significat.

Supperit alia huius titnli notio, sed quam Ecclesia vix spectauit. Vox *communionis* apud nonnullos, pro facilitate communicandi & conuersandi, quam plerique vetetum *communitatem* appellant, vsurpata est. Sic enim Chrysol. serm. 59. de Deo loquens, ait. [Quàm se communioni, quàm se familiaritati præbuit, & commisit humanæ?] Ennodius l. 5. epist. 21. [Potiorum sublimitas communione geminauit, & facem præfert eminentissimo, gratia concessa subjectis.] Et alibi eodem sensu ait, [Custodia communionis, honor est dignitatum.] Ea ipsa notione, animus *communis*, apud Terentium

Omnia sticon Eucharisticum.

Sectio V.

in Heaut. act. 5. ſc. 1. vt habet Aldina editio. Et apud Senecam epiſt. 89. [Communem ſe facilémque omnibus præſtat.] Item Cornelius Nepos, in vita Pomponij Attici. [Sic ſe gerebat, vt communis infimis, par Principibus videretur.] Traianum culparum quod circa omnes nimis communis eſſet, ſcribit Eutropius l. 8. Nec aliter Mamertinus in Panegyr. communibus Imperatoribus induſtriam, ſeriis gratiam defuiſſe obſeruat. Videſis plura apud Iuretum ad l. 2. Symmachi epiſt. 79. & apud Sauaronem ad l. 7. Sidonij circa concionem *pag.* 452. & Interpretes poſt Seruium ad illud 8. Æneid. *communemque vocate Deum.* Hoc ſenſu, Sacramentum Euchariſtiæ verè eſt communio, & Deus in eo veriſſimè eſt communis.

Cæterum quamuis tot ſint notiones quæ ſubijci poſſunt voci *communio*, prout de Euchariſtia dicitur; tamen cauendum eſt, ne more ac ſenſu vulgi exiſtimemus apud Concilia & Patres, aliud non eſſe communionem quàm Euchariſtiam vel eius participationem. Plerunque enim, vt latè trado in opere de Monitor. p. 2. c. 2. n. 1. communio ſumitur pro ſocietate in bonis ſpiritualibus; & cum agitur de communione alicui reſtituta, vel reddita, opponitur ſtatui pœnitentis ſonátque reſtitutionem in integrum, qualis interdum exprimitur nomine *pacis*, vt apud S. Cyprianum epiſt. 13. & 23. & de lapſis, alibíque paſſim De huiuſmodi communione agit apertè S. Ambroſius l. 1. de pœnit. c. 1. & l. 2. c. 9. ſumitúrque in hunc ſenſum in Concilio Eliberino negante communionem certis peccatis, etiam in vitæ meta. Quod de abſolutione accipiunt Baronius anno 305. & Bellarminus l. 2. de Imag. c. 2. Eam quippè duritiam erga paucos ad multorum ſalutem, expromendam cenſuit Concilium illud iuxta prædictos Doctores. Latiùs ergo olim patebat vox *communionis*, quàm nunc pateat, cum ad Euchariſtiæ arctatur vſum.

Conductum exitus de Ægypto.

Creditus Bernardus ſerm. de dignit. Sacerd. agens de Chriſti ſanguine in Euchariſtia, ait eum eſſe datum [peregrinationis præſidium, in exitu de Ægypto conductum, in cœlo (lego *in cœlum*,) viaticum.] *Conductum* ergo *exitus de Ægypto*, dicitur annona, ſiue farina quam filij Iſrael, conſperſam tantùm & infermentatam tulerunt, vt narratur Exodi 12. Ei *farinæ* ſeu *annonæ*, confertur Euchariſtia, quæ hinc tendentibus in terram promiſſam præbetur, vt ille panis azymus ac ſubcinericius qui & *panis afflictionis* dicitur Deuter. 16. quæ eſt aptiſſima Euchariſtiæ denominatio, ob Chriſti paſſionem in ea adeò expreſſam.

Conſernatorium ad reſurrectionem vitæ æternæ.

S. Athanaſius tract. in illud *qui dixerit verbum.*

Reſurrectio vitæ æternæ, eſt felicitas & gloria corporis & animæ ad quam conſeruatur, qui accipit donum perſeuerantiæ. Itaque inſinuatur hoc titulo Euchariſtiam conferre dignè communicantibus, perſeuerantiam. Non quod omnes dignè aliquando communicantes perſeuerent; id enim dici non poſſe, multorum caſus æterni poſt Euchariſtiam ritè ſuſceptam, demonſtrant: Neque quod Euchariſtia ſit medium neceſſarium ad habendam finaliter gratiam, & eatenus conferat perſeuerantiam, vt cenſet Peſantius 3. p. q. 73. art. 3. diſp. 3. Id enim non modò quoad infantes abique communione defunctos eſt perſpicuè falſum, ſed etiam quoad adultos, qui poſt Euchariſtiam perceptam lapſi, moxque per contritionem aut confeſſionem erecti, excedant è vita. Itaque Euchariſtia, reſpectu adultorum realiter eam ſuſcipientium, eatenus dici poteſt conferre perſeuerantiam, quatenus ex opere operato confert auxilia eluctabilia & multipliciter impedibilia, ac aliis item mediis, & nominatim per orationem comparabilia, quibus homo à peccatis mortalibus præſeruetur. Quæ eſt de hoc puncto probata plerique ſententia apud Sanctefium Repetit. 6. c. 7.

Conuiuium cœleſte.

S. Ambroſ. l. de initiandis c. 8.

Conuiua & conuiuium.

Hieronymus q. 2. ad Hedib. Paſchaſ. l. de Sacram. c. 21.

V. ſupra *Cibus & conuiua.*

Conuiuium inſpectionis.

S. Dionyſius cœl. hier. c. 8.

Euchariſtiam, τῆς ἐποπτείας ἱερατεῖα vocat S. Dionyſius, quia non admittuntur ad eam niſi epoptæ, & perfectè initiati; ſicut olim inter Ethnicos, ſacra non niſi epoptis patebant. Vetus tamen S. Dionyſij Scholiaſtes apud Turrianum l. 2. de Euch. c. 17. exiſtimauit, Euchariſtiam dici *conuiuium inſpectionis*, quia per eam, mentis contemplatione inſpiciuntur ea quorum eſt commemoratio, nempe paſſio & mors Chriſti. Quid ſi etiam *conuiuium inſpectionis* dicitur, quia continet ea in quæ electi omnes, etiam SS. Angeli, deſiderant proſpicere? teſte Petro, qui Græcum verbum παρακύψας adhibuit, quo ſignificatur inclinatio ad ptocul contuendum abſque ingreſſu in locum: Sicut Ioannes de ſe ſcribit, quod ſe in monumentum abſque ingreſſu inclinarit, vbi Græcè eſt παρακύψας Hoc ſenſu locum Petri de Angelis deſiderantibus proſpicere, acceperunt aliqui apud Anaſtaſium Antiochenum lib. de variis qq. Cenſuerunt quippè, Angelos in cœleſti manſione agentes, veluti inclinatos deſpectare altaria Chriſtiana, vt Chriſtum ibi immolatum conſpicentur.

Et ſanè ea in quæ deſiderant Angeli proſpicere Chriſtus enim codex habet, ἃ, non vt vulgatus ὅν (referens illud deſiderium Angelorum ad viſionem Spiritus Sancti:) maximè propriè ſunt myſteria conuiuij myſtici in Eccleſia per Chriſtum conſtituti. Videtur enim Petrus alludere ad arcam Moſaïcam, cuius operculo ſiue propitiatorio inſidebant duo Angeli, arcam ipſam auidè intuentes. Quo Angelorum proſpectu inſinuabatur in arca noſtra quæ Chriſtus eſt, omnes theſauros diuinæ bonitatis & ſapientiæ abſconditum iri, de quibus intellectu hauriendis, Angeli quoque futuri eſſent ſollicitiſſimi. Et nominatim Chriſtum prout in Euchariſtia latentem adumbratum eſſe per arcam teſtamenti, ſupra dictum eſt V. *Arca.* Confirmat hanc S. Dionyſij alluſionem ad locum ex B. Petro adductum, quod mox addit ſequenti capite, de lacte rationabili & ſyncerum per fideles hauriendo, quod ad Euchariſtiam pertinere, vis creſcendi in ſalutem ex eo lacte iuxta Petrum collata fidelibus veriſſimillimè confirmat.

Conuiuium

Conuiuium mysticum & immortale.
Theodoretus in Psal. 21.
Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. Isaiæ 25.
Agens de monte Sion Esaias post actas Deo gratias de mandatis executioni, antiquis, sanctis, fidelibus, cogitationibus, euersio Satanæ regno, & populo forti stabilito, ait Deum in eo monte Sion, (illo ipso in quo Christus Supremam cœnam, cœnauit,) facturum conuiuium, in quo pretiosissima & delicatissima esculenta ac poculenta apponerentur. Id est binæ species Eucharistiæ, vt intellexerunt Rufinus in symbolum, Cyrillus & Procopius in illud caput 25. & ex recentioribus accuratè Salmeron tomo 9. tract. 2. monstrans, Isaiam complexum esse & conuiuij autorem, & inuitatos, & locum conuiuij, & ciborum qualitatem, ac mitabiles illius conuiuij fructus, quos Isaias mox proponit, præcipitationem scilicet vinculi super omnes populos colligati, ablationem mortis in sempiternum, abstersionem lachrymæ ab omni facie, & depulsionem opprobrij de vniuersa terra. Hæc omnia mirificè per Eucharistiam præstari, idem Autor diligenter prosequitur, & saris insinuauit Esaias, eum recensionem omnium illorum bonorum tantum conuiuium subsequentium concluserit verbis illis; *& dicent in die illa, Ecce Deus noster, iste.* Placet Eusebium adducere, à quo hic Isaiæ locus ad Eucharistiam pulchrè accommodatur lib. 1. de demonstrat. cap. 10. post multa insigniter dicta de Eucharistia.] Hoc ipsum magnus quoque Propheta Esaias, mitabiliter diuino Spiritu indicante prouidit, & antequam fieret prædicauit. Dicit igitur sic. *Domine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res mirabiles.* Et quænam hæ sint res mirabiles, planè deinceps ostendit, dicens: *Faciet Dominus Sabaoth, conuiuium omnibus gentibus, bibent lætitiam, bibent vinum, vngentur vnguento. Trade hæc omnia gentibus, Consilium enim hoc, in omnes gentes.* Huiusmodi sanè erant Esaiæ mirabilia, quæ bonæ cuiusdam fragrantiæ vnguentique vnctionem; non Israël, sed omnibus gentibus promittebant; Ex quo non immeritò, propter vnguenti vnctionem, Christianorum appellationem consecutæ sunt. Sed quod vini quoque lætitiam gentibus varicinatur; in eo noui Testamenti quod à Christo conditum est mysterium subolcurè significat, quod sane apud omnes gentes in præsenti tempore perspicuè celebratur.] Luculenter quoque de eo Isaiæ loco in hunc modum Guitmundus lib. 1. de Eucbar. [Quod mysterium Esaias prophetasse videtur, vbi ait; *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ: Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos & præcipitabit mortem in sempiternum.* Propheta, in Ierusalem erat. Quid est ergo dicere, *in monte hoc*, nisi vbi crucifixus est Christus? Et quid est, *conuiuium faciet omnibus populis*, nisi quia illud quod pependit ibi, manducant omnes populi? Quid in *pinguibus istis medullatis*, nisi carnem gratia Spiritus sancti pinguissimam, in qua habitat plenitudo diuinitatis corporaliter? Quid in *vindemiæ defæcatæ*, nisi sanguinem sanctum, qui in specie vini bibitur, signat? Et quid nobis per istud conuiuium fiet? *Præcipitabit* (inquit) *mortem in sempiternum.*]

Conuiuium Eucharisticum.

Copulæ nuptiarum cœlestium.
S. Ephrem serm. de iudicio
Initi à Christo cum fideli anima coniugium sanctum, norius est quàm vt probari oporteat, cum sit in Scripturis prætirissimum. Diuini huius coniugij consummationem, effici per communionem, insinuat Nyssenus ad illud Cant. 5. *Vox fratruelis mei*, vbi meminit *thalami mysteriorum*, in quo nuptiæ Christi consummantur. Et idem significat S. Fulgentius lib. 2. ad Monim. c. 10. agnoscens Ecclesiam per Eucharistiæ vsum adhærere Christo vt vxorem viro suo, & esse duos in carne vna. Laurentius Iustinianus serm. de Euchar. n. 24. de hac corporis sponsi associatione cum corpore sponsæ, piissimè disserit: & præmiserat num. 23. [Huic castissimæ sponsæ (Ecclesiæ,) nedum in virginali adhæsit vtero, vt essent duo in carne vna, verum etiam in corporis & sanguinis sui Sacramento, quatenus sint duo in vno Spiritu, si tamen spiritualiter manducetur, quoniam qui adhæret Deo, vnus Spiritus fit cum eo.] Sed luculentet & explicatè tradit quod proposuimus, S. Ephrem loco allegato. [Quicunque mysteriis tuis indignus accesserit, suam animam ipse condemnat, *non ayiζων* ideſt castificans vt cœlestem Regem atque immortalem sponsum, sui pectoris puritissimi suscipiat thalamo. Nam anima nostra, sponsa est immortalis sponsi. Copulæ autem nuptiarum, cœlestia sacramenta sunt: quia cum manducamus eius corpus & sanguinem bibimus, ipse in nobis est, & nos in eo. Attende ergo te ipsum, Fratet; Festina vt thalamum cordis tui, ingitet virturibus exornes.]

Benè quoque Theodoretus in c. 5. Cant. *ad versum* 1. verbis illis. [Ne quis osculorum vocabulo perturberur, consideret quemadmodum mystico sponsi tempore, sponsi corpus suscipiemes, complectimur & osculamur, atque oculis cordis imponimus, & animo ac cogitatione quasi complexus quosdam & congressus nuptiales effingimus: arque ipsum charitate timorem foras ejicientes, nos amplexari putamus & suauiari.] Addo etiam Aponium l. 5. in Cantica *sub finem*, cuius hæc sunt verba. [Desponsationem annuli, & osculi traditionem, corporis & sanguinis sui Sacramentum sub passionis tempore Apostolis tradidisse probatur.] Ex Methodio in symposio, & Ruperto l. 2. de offic. c. 15. alia dedi supra agens de extensione Incarnationis per vsum Eucharistiæ sect. 3. c. 1. De superexcellenti in hac pulissima copulatione mentis dulcedine supra corporeæ commistionis voluptatem, disserit ex ipsius Christi ore S. Gertrudis, exscripta à Blosio in Conclaui animæ c. 6. n. 4.

Sunt hæc, ad intelligendam mirabilem conjunctionem quam nobis cum Christo confert Eucharistia, magis accommodata, quàm si dicamus cum Chrysost. homil. in illud *astitit Regina*, Eucharistiâ esse sponsalitium largitatè, & arthas

Sect. V.

quibus cœlestis sponsus ad promissum coniugium futurũ subarrhauit dilectam sponsam. Id quod etiam his verbis tradit creditus Bernardus serm. de dignit. Sacerd. [Benignissime Iesv, nobilissimæ sponsæ suæ dotalitium indulsisti, vt vel sic teneret columba tua, dulcissimum memoriale dilecti sui] Et mox. [Attham habes qua felicites sponso vnaris in patria. Gloriosa & amabilis sponsa, in terra sponsum habes in Sacramento, in cœlis habitura es sine velamento. Et hîc & ibi veritas, sed hîc palliata, ibi manifesta. Hic vtique sponsum habet Ecclesia suo ordine nondum puritatis majestate, vel æterniratis securitate. Hîc teneta quasi dulce præludium, & iucunda desponsatio: ibi nuptiale conuiuium, & beata fiet conjunctio, cum de fide ad speciem, de mense ad mensem, de Sabatho ad Sabathum, de calore panum ad æternalis conuiuij calorem transibimus. Vnde suspirat sponsa, & dicit cum Moyse, *ostende mihi te ipsum.*] Præuiderat S. Augustinus in Psal. 84. dicens. [Ille quippè sponsus, dans arrhas sponsæ suæ sanguinẽ suum & spiritum suum quo locupletauit nos interim in ista peregrinatione; adhuc autem seruat nobis occultas diuitias suas. Vnde enim tale pignus dedit, quid est quod seruat.]

Corona.

S. Gregorius l. 4. Dial. 4. c. 55.

Ptesbytet in balneis opera beneuoli administri, aliquandiu vsus, ne prorsus ingratè se gereret, *duas secum oblationum coronas* detulit pro munere. προσφορὰς vocauit in versione sua Zacharias. Has autem *coronas oblationum* fuisse panes benedictos censuit Gretserus l. 2. de bened. c. 28. Nec sanè videtur congruum, pro munere binas hostias consectatas offerre. Nihilominus cum defenctus visibiliter conspicuus ad quem panis deferebatur, responderit; *Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum*, videtur fieri non inuerisimile, quod hostiam consecratam obtulerit sacerdos ille in pignus amoris. Qua ex causa transmissam ad aliquem fuisse Eucharistiam, constat. Nec refert quod defunctus subdidisse referatur, *Si mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem.* Nam hunc panem dicit de alio externa specie simili qui consecratus in Missæ sactificio offerri Deo posset. Vt vt sit, Eucharistiam dici coronam, constat quoque ex Chrysostomo, vrgente, quàm nitere deberet manus, quæ hanc coronam pertractat.

Hoc puto dictum, non tam quia Eucharistia coronam gloriæ aduehit, quam ob rotunditatem specierum panis. Nam hostia non modò apud Latinos rotunda est (vnde dictam olim *rotulam*, habetur ex actis S. Orhmari l. 2. c. 3.) Sed etiam apud Græcos, vt diserrè tradit Seuerus Alexandr. in Ordine Missæ qui hostiam vocat *circulum*. Clarè item S. Epiph. in Ancorato & Cæsarius dial. 3. Theolog. & Humb. l. ad Græc. calumnias, vbi ait, eos *coronulam panis* ad sanctum sacrificium ferro leuare. Simeon quidem Thessalonicensis l. de Sacramentis Latinos hac ex causa allatrauit, quod offerant hostiam azimam circularis figuræ. Argumentum verò inde petit, quod Christus sit homo perfectus, anima constitutus, & corpore quatuor elementis constante. Vnde fermẽtum (quod animæ loco vult esse pani, adhibendum contendit, cum figura quadrangulari quæ exhibeat quatuor elementa, & quatuor item orbis plagas, quas Eucharistia sanctificat, nec non crucem, cuius labores & diuitiæ hîc reconduntur, conuenienter repræsentet. Hæc Græculus ille contra Latinos, sed admodùm inepiè. Nam vt causam fermenti aliò pertinentem huc non aduocem, cum omnia elementa sint circularia, & terra ex quatuor plagis integrata, eadem figura gaudeat; & crux passim in hostiis sculpta habeamr, quid expostulat Græca vanitas, aduersùs circularem hostiæ formam apud Latinos? Quanquam verò nulla huiusmodi quaternatiorum repræsentatio in hostiæ figura cerneretur, non plus esset quod Græci recentiores, (nam de antiquis secus est vt vidimus,) Latinis hac in parte obstreperent, quàm Latini Græcis recentioribus; eo quod non adhibentes hostiam rotundam, careant iis sensotum reconditorum mysteriis, quæ mox dicemus rotunditate hostiæ insinuati, vt plutibus prosequimur Arcudius l. 3. de Sacram. c. 38. quoad significatum diuinitatis principio & fine carentis, quod solùm Græci rotunditati hostiæ à Latinis vsurpatæ substernunt. Quicquid porrò hæ srgumentariunculæ valeant, circularem figuram, Græci quoque recentiores, eatenus in materia sactificij incruenti vsurpant, quatenus sigilli (vt loquitur Simeon) hue est panis, vnde particula consecranda decerpitur, figuram volunt esse circularem atque rotundam è qua eximunt quadrangularem particulam, quatuor incisuris adhibitis, quadrangulo plerunque intra circellum panaceum concluso, in parricula exempta ad consecrandum. Itaque rotunditas hostiæ apud Latinos & Græcos, rata esto. Quin etiam Rabbini quos adducit Ioannes Faber Dominicanus lib. 2. de Missa cap. 8. tractantes locum ex Psalmo 72. dixerunt, sacrificium Messiæ fore placentam, rotundam sicut est vola manus.

Sed cur tanta consensione inductum est, vt hostia sacra, esset formæ rotundæ? S. Vincentius serm. in Cœna. Dom. eam hostiæ rotunditatem refert ad significationem diuinæ æternitatis carentis principio & fine. Quo eodem modo S. Gregorius l. 2. in 1. Reg. capit. 2. rotunditatem buccellæ panis, signare ait æternitatem Christi: Nec minùs commodè rotunditas hostiæ referretur ad vniuersale Christi dominium. Nam etiam Hebræi, referente Vatablo ad cap. 29. Exodi v. 24. in Pentecoste eleuantes panem primitiarum qui erat Eucharistiæ figura, circumferebant eam oblationem quaquauersum ab Oriente in Occidentem, & à Septentrione in Meridiem, de quo plenìùs Fortalitium fidei lib. 3. consider. 6. impossibili 24. ex Ioanne Conuerso l. de concordia legum titulo 3. cap. 4. Et simile quiddam in Missis solemnibus Sacelli Pontificij, hodiéque fieri, scribit Emanuel Sà ad caput illud 29. Exodi, eamque oblationis circumlationem significasse vniuersale Dei dominium, omnes confirmant. Honorius in Gemma animæ l. 1. cap. 35. de hostiæ rotunditate sic philosaphatur. [Panis ideò in modum denarij formatur, quia panis vitæ Christus, pro denariorum numero tradebatur, qui verus denarius in vinea laborantibus in præmio dabitur. Ideò imago Domini

cum

literis in hoc pane exprimitur, quia & in denario imago & nomen Imperatoris scribitur & per unum panem imago Dei in nobis reparatur & nomen nostrum 10 libro vitæ notatur.]

Est sanè denarij & cuiusvis pecuniæ forma, vbiuis rotunda: quod instituerunt esse vt significetur pecuniam facilè volui, & ab vno ad alium transire, monuit S. Augustinus ad titulum Psalmi 85. Itaque Eucharistia eo quod sit cælestis, pecunia, meritò consecratur in forma rotunda, & quatenus referre dicitur denarios, quibus Christus venditus est, memoriam Dominicæ passionis refricat. Itaque non prorsus folide Bertoldus Presbyter Constantiensis in expositione Ordinis Romani expostulat, oblatas panis ad imaginem nummorum siue denariorum, esse redactas. Latet enim in ea imagine grande mysterium, vt declaratum est. In Iudaica pecunia, formam calicis sacri manna pleni fuisse impressam, scribit Genebrardus in Liturgiam S. Dionysij c. 11. & alij quoa retuli sect. 1. c. 6. Hoc constituto, quod rotunditas hostiæ pertinear ad significandam rationem pecuniæ cœlestis consertam Eucharistiæ; haud incongruè addi posset, Eucharistiam esse veluti naulum ac pretium pro cœlesti transuectione. Ethnici quippè pro transuectione ad Elysios in sutili Charontis cymba, portorij nomine obolum exigi fabulabantur, vt est apud Apuleium l. 2. Mileſ. traduntque Interpretes ad illud Iuuenalis Satyr. 3.

Infelix nec habet quem porrigat ore trientem

Eucharistia igitur est Christianis pro naulo & pecunia qua transuchantur ad gloriam. Estque verisimillimum, quod olim mortuorum ori inserebatur Eucharistia, inductum primò fuisse ad sanctificationem superstitionis Ethnicæ, qua in mortuorum ora inserebatur obolus. Tametsi postea Ecclesia vsum illum improbauit, de quo pluta Basilius Poncius q. 2. Scholast. cap. 5 Dicuntur ista cirea hostiæ rotunditatem plausibiliter.

Quid si verò habita etiam est ratio formæ scutorum? Scuta enim sunt formæ rotundæ, & habent rationem coronæ, vt est apud S. Hieronymum in Psalmum 5. ad illud *scuto bonæ voluntatis tuæ, coronasti nos.* At Eucharistia est verum scutum cordis, de quo Ieremias, *dedisti eis scutum cordis Domine, laborem tuum.* Nam siue is *labor Christi*, dicatur eius passio, vt censuit S. Gregorius l. 33. Mor. c. 30. siue ia labor dicatur esse congestio opum iuxta illud *labor Ægypti ad te veniet*, meritò Eucharistia vocatur *scutum cordis*, quia & continet passionem Christi, & roram Dei opulentiam suo complicau coërcet. Et esse sanè Euchatistiam, laborem Christi, pulchrè tradit S. Gaudentius, adducendus infra V. *Fecus cum melle.* Nouus Iudithæ Interpres c. 5. num. 97. hanc Eucharistiæ denominationem ex Tertulliano etuit c. 16. Apologet. Referens quippè ibi Tertullianus, multas & varias gentium opiniones de Christianorum. Deo. ait præter cætera. [Alij planè verisimilius, credunt Solem Deum nostrum. Ad Persas si forte deputabimur, (licet Solem non in linteo depictum adoremus,) habentes ipsum vbique in suo clypeo.] Hæc verba prædictus Interpres ad Eucharistiam pertinere putat, sensumque esse vult, Christianos vbique habere & adorare solem in suo Clypeo, quia in omnibus oppidorum templis, Christiani clypeum Solis, ideſt Solarem clypeum in sacra hostia expressum adoramus. Quam loci Tertullianici accommodationem ad Eucharistiam, idem Interpres laudat ea Rocensi, in re (vt ait) Tertulliani eruditissimo. Verùm hæc interpretatio, nullo modo quadrat Tertulliano, qui illud *habentes Solem vbique in suo clypeo.* manifestè de Persis dicit, non de Christianis, Neminem quippè latet, Persas adorasse Solem, & eius imaginem clypei forma, (quippè rotundam,) vbique circumtulisse. Videsis Gyraldum de Diis Gentium cum de Sole, & Brissonium l. 2. de regno Pers. *initio.* Cum ergo aliqui fabularentur, Christianoa habere Solem pro Deo; Reponit Tertullianus; Num huiusmodi nugones, habent nos pro Persis adoratoribus Solis, eum vbique quasi clypei forma depictum præferentibus, cum tamen nemo nostrum deprehensus vnquam sit, solem in linteo depictum adorare, sicut deprehendimur alias picturas sacras habere, & venerari) Hæc quid ad Eucharistiam clypei forma adoratam, vel expressam pertinent? Non sunt repudiandi noui conceptus, ea Patribus præsertim ereuti, sed figmenta & aborriones ingeniorum nostrorum affingi Patribus, nemo probarit.

Omnia Christi. con Eucharisticum.

Vt de Eucharistia dicatur nomen *coronæ*, ratione habita regiæ Christi coronæ non videtur solidum i tametsi esse hoc Christi regnum dicetur infra V. *Regnum*, estque hîc verissimè Christi martyrium, quod nomen regiæ coronæ Procopius agnoscit ad l. 4. Reg. in caput 11. Corona è panibus in Sacria Vestalibus, nihil ad rem præsentem facit. Meminit eius coronæ Lactantius l. 1. c. 21. & impositam asino dicit & quod rudendo validè, Vestam Virginem humi sopitam à Priapi insidiis somno soluto liberasset, cum è contrario Lampsacen. esm ob causam velut in vltionem asinum Priapo immolarent. Nihil (vt diai) talibus spurcitiis ad coronam specie tenus panaceam. Sicut neque coronis illis è panibus siligineis, ab Anteliano loco aurearum populo distributis apud Vopiscum.

Corpus σῶμα,

Isidorus Peluſiota l. 1. epist. 282. rogatus quid illud esset, *vbicunque fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquila*, ait sensum esse, quod Christus noa reducturus sit, vbi est corpus eius propter nos mortuum & occisum; hoc est in paradisum. vbi *corpus* Græcè σῶμα, à casu & clade denominati obseruat, cuiusmodi casus corpori Christi in passione obtigit, & in Encharistia exhibetur. Agnouit hoc S. Leo, vt quidem refert Turrecremata tract. de Eucbar. c. 5. sic scribens [Assistunt altari, immolationis hora, SS. Angeli Dei, diuinissimum hoc Sacramentum omni deuotionis cultu venerantes. Vnde super illud. Matth. 25. *Vbicunque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ*, ait Leo Papa. Circa corpus Domini, aquilæ sunt quæ spiritualibus alis circumuolant. Vnde SS. Angeli mundiriam amantes, mundum corpus Domini venerantes sunt, & fideles præsentes, protegentes] Hæc vbi apud S. Leonem legerit Turrecremata, non habeo quòd dicam. Est autem apud S. Ambrosium l. de Sacram. c. 2. & l. 8. in Lucam c. 17. planè simil. Item est apud S. Chrysostomum locus egregius ex homil. 24. in 1. Cor. hîc meritò adscribendus. (Cui an geramus fratrum. Ad hoc enim nos

Sectio V.

sacrificium illud formidandum & admirabile, quod iubet nobis, vt cum concordia & charitate maxima ad se accedamus, & aquilæ in hac vita facti, ad ipsum cœlum euolemus, vel potiùs supra cœlum. *Vbi enim cadauer* (inquit) *illuc & Aquilæ. Cadauer*, Domini corpus, propter mortem. Nisi enim ille cecidisset, nos non resurrexissemus. *Aquilas* autem appellat, vt ostendat ad alta eum opottere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune; neque ad inferiora trahi & repere, sed ad superiora semper volare, & in Solem Iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere. Aquilarum enim non graculorum, hæc mensa est.] Breuiùs idem habet hom. in cœmeterij appellat ad *finem*.

Corpus Dei.

Saluianus l. 2. ad Eccles. Cathol. componens Iudæos & Christianos. [Iudæi (inquit) habebant quondam vmbram, nos veritatem: Iudæi fuerunt serui, nos adoptiui: Iudæi accepetunt iugum, nos libertatem: Iudæi maledicta, nos gratiam: Iudæi literam interficientem, nos Spiritum viuificantem. Iudæi per mare transierunt ad eremum, nos per Baptisma intramus in regnum: Iudæi manna manducaucrunt, nos Christum: Iudæi carnes auium, nos corpus Dei: Iudæi pruinam cœli, nos Deum cœli.]

Corpus Domini.

Apostolus 1. Cor.

Adeò intet fideles protrita est hæc Euchatistiæ appellatio, vt plerisque locis plebs vernaculo Idiomate appellet Eucharistiam *corpus Domini*, retenta Latina voce, teuerentiæ ergo: vt de plerisque Hebræis vocibus philosophantur D. Augustinus. In omni tamen rigore, hanc locutionem esse minùs propriam, sic monuit Lanfrancus l. contra Berenger. [Vocatur baptismus, *fides*, secundùm eam locutionis formam, qua mysterium, eius rei cuius mysterium est, censeti nomine consueuit. Huius rei causa est, similitudo, quam in Sacramento & in re Sacramenti reperiti semper necesse est; sicut in baptismo & fide. Vtrumque enim lauat, purgat, purificat, illod carnem, hoc mentem. Sicut ergo cœlestis panis, quæ vera caro Christi est, suo modo vocatur *corpus Christi*, cum reueta sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, palpabile, mortale in cruce est suspensum, vocatúrque ipsa carnis ipsius immolatio quæ Sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate sed significante mysterio; sic Sacramentum fidei, quod baptisma intelligitur, fides est.]

Nihilominus vsus inualuit, vt simpliciter dicamus Eucharistiam esse Christi corpus & sanguinem, quia hæc est potior & principalior pars Sacramenti, à qua fieri denominationem, ex vsu est. Cauenda porrò est decipula hic apposita à Sectariis, quorum aliqui dixerint, Eucharistiam esse *corpus Domini*, quia quod demonstratur pronomine *hoc* in forma prioris, consecrationis, etiamsi non sit corpus Christi quod ex Virgine natum est, tamen est corpus Christi, tanquam corpus aliquod à Christo vniuersali Domino possessum. Verùm hæc stropha, nullum locum habet circa secundam consecrationem, cuius terminus appellatur ab Apostolo *sanguis Domini*. Et tamen si sanguis Christi tenera abest, non potest fingi quod accidentibus ibi demonstratis subsit aliquis alius sanguis substans, dominio Christi. Fateor Magnetem l. 3. apolog. contra Theostenem, sic accepisse illud *corpus meum*; non tenemut tamen præstare omnia quæ cuiuis antiquorum, soli, & aliis non suffragantibus veniunt in mentem: Præsertim verò Sectarios ea expositione abutentes, redarguit quod ibidem Magnetes stupiditatis damnet negantes veram Christi in Eucharistia præsentiam. Oppilemus os Sectariis illud interpretationis latibulum captantibus, adducto Ekberto serm. 11. contra Catharos, sic refellente hanc insulsitatem. [Scitote quia non est hæc sapientia à Domino Deo, sed adinuenit eam princeps vester Diabolus, vt per talem sermonem, daret infidelitati vestræ aliquem colorem, in quo similis esset fidei Catholicæ, quo minùs abhorreret eam populus stultus quem trahitis post vos. Nolite misera gens, fallere vosmetipsos inanibus, verbis. Verum quidem esse fatemur, quod omne corpus, omnis caro, Domini est, cuius est terra & plenitudo eius: & iustorum hominum non solùm animæ, sed & corpora, membra Christi dicuntur, vt apud Paulum qui dicit, *An nescitis quia corpora vestra, membra Christi sunt?* Nusquam tamen hic modus loquendi in Scripturis inuenitur, vt corpus alicuius hominis quantumliber sancti, vocetur *corpus Domini*, vel alicuius caro vocetur *caro Christi*, præter illud vnicum corpus quod vnitum est diuinitati in Domino Saluatore. Hoc singulariter vocatur *corpus Domini*, & *caro Christi* in Scripturis: & vbicunque loquitur Scriptura aliquid huiusmodi quod corpus Domini manducandum sit à fidelibus; ita hoc dicit, vt non possit sermo ille intelligi de aliquo alio, nisi de illo singulari corpore personæ Christi.] Addit Ekbertus & benè, hac duplicitate sermonis admissa, æquè confingi posse ac debere, carnem & sanguinem filij hominis, de quibus Ioan. 6. esse carnem & sanguinem alicuius puri hominis, cuius caro sit manducanda per antropophagiam, & sanguis cyclopicè ebibendus; quod ne ipsi quidem Sectarij sunt commenti.

Corpus humilitatis Domini.

S. Augustinus in Psal. 21. ad illud, *manducauerunt & adorauerunt* adductus & discussus sect. 3. cap. 5.

Corpus Regis.

Clemens Romanus 2. Constit. c. 61.

Corpus sanctum honoratum & vitale.

S. Matthæus in Liturgia Æthyopum.

Corpus vitæ.

Arnobius in Psal. 33.

Sicut panis vitæ & intellectus, denominatur qui vitam & intellectum ingenerat, ita *corpus vitæ* dicit viderut, quod vitam confert. Audi Leontium Ethalium in c. 6. Ioan. [Demittens se (Christus) ad nostras infirmitates, in proposita, scilicet panem & vinum, immittit virtutem vitæ, & transmutat ea ad enetgiam suæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tanquam semen viuificum inueniatur in nobis *corpus vitæ*.] Eodem sensu locutus videtur S. Ambrosius lib. 1. de sacr. c. 9. vbi componens nostrum manna, cum antiquo & corruptibili & mortem non prohibente, (nam *Patres manducauerunt manna, & mortui sunt*,) ita loquitur. [Considera nunc, vtrum præstantior sit panis Angelorum, an caro Christi, quæ vtique

corpus

corpus est vitæ.] Si cui *corpus vitæ*, dictum videatur pro viuo corpore, ne ea quidem notio vacat vetitate, vt liquet ex supra dictis de concomitantia. Neque enim hoc corpus est, qualia omnia corpora quibus cibamur quæ cadaueia sunt, vel ad corpus quod nunc cadauet est, pertinuerunt.

Corpus viuificum atque sacratissimum.

Paulus, in Actis S. Mariæ Ægyptiacæ.

Hunc titulum, & proximè ea Leontio, & supra ex S. Cyrillo ac Synodo Ephesiua, confirmauimus. Nunc iuuat in eius confirmationem pleniorem, adducere quæ habet Theodorus Melitinensis ad illud Ioan. 6. *si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* Ait enim, Christum vt dispelleret scandalum malè conceptum ex iis quæ de sua carne viuificatrice tradiderat, argumentationem verbis allegatis latentem contexuisse. [*Si* igitur, (inquit) *videritis filium hominis*, idest me qui videor vobis Filius hominis propter carnem, *ascendentem*, humanitate scilicet post resurrectionem, *vbi erat prius* diuinitate, quid dicetis tunc, scilicet ab ipsa vetitate conuicti? Etenim si eaistimatis carnem meam non posse viuificare, quia non inest hoc in natura carnis, quomodò instar auis in cœlum ascendet? Hoc enim æquè impossibile est carni terrenæ. Si enim supra naturam ascender, quid obstat quominus viuificer, quamuis non sit naturæ eius insitum, viuificare? Qui enim quod terrenum est facit cœleste, planè vinificum etiam reddet, licet innatum insitúmque naturæ eius propriæ sit, interiie. Non polliceor verbis tantùm ascensurum me in cœlum, ne rursum dicatis illud, *quomodò?* Quinimo oculos vestros adhibeo testes verborum. Vestra spectanio omnem contradicentem flectet; méque è cœlo descendisse, & omnia facere posse, planum faciet. Tametsi enim maaimè descensus meus è cœlo homines laiete videtur, & ob eam causam dubius vel eriam incredibilis putatur iis qui audiunt: attamen ascensus meus in cœlos post resurrectionem in conspectu discipulorum factus, omnem ambiguitatem dissoluet, & meum corpus viuificum esse demonstrabit. Non enim Ipsis cernentibus ascendere in cœlum possem, nisi inde priùs ad vos descendissem.] Sic verba illa Christi, ad demonstrandam vim Eucharistiæ vinificam, accommodat Theodorus. Quanquam sensus per se fluens, ex quo æquè eruitur, Christi corpus esse viuificum, videtur esse quem Betiramus, qualiscunque Autor, (quid autem vetat etiam si quod plerique volunt, liber reprobus asset, ex stercore, auri quoque tamentum legere,) his verbis expressit tract. de corp. & sang. Dom. [Dixit Christus, *hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* tanquam diceret. Non ergo carnem meam vel sanguinem meum vobis corporaliter comedendum vel bibendum per partes distributum, distribuendum putetis, cum post resurrectionem visuri sitis me cœlos ascensurum cum Integri corporis siue sanguinis mei plenitudine. Tunc intelligeris, quod non sicut infideles arbitrantur, carnem meam à credentibus comedendam, sed verè per mysterium panem & vinum in corporis & sanguinis mei conuersum substantiam, à credentibus sumendam. Et consequenter, *Spiritus est* (inquit) *qui viuificat, caro non prodest quicquam.* Carnem dicit quicquam non prodesse, illo modo sicut infideles intelligebant; alioqui vitam præbet sicut à fidelibus per mysterium sumitur.] Videsis Sanctesium repetit. 4. c. 9. *Onomasticon Eucharisticum.*

D

Dapes Saluatoris nostri.

Origenes homil. 38. in Lucam.

Defensaculum contra incentiua vitiorum & carnalis concupiscentiæ.

S. Tho opusc. 58. c. 21.

Delibatio panis futuri.

Damascenus 4. fid. c. 14.

Panis futurus quo in cœlo fruemur, Deus est, clarè perceptus. Eum nos panem, hîc prægustamus in Euchatistia. Eundem quippe Deum hîc accipimus, quo fruentes In cœlo beati erimus; tametsi hîc non habemus huiusmodi panem nisi futfure permistum, quia non conspicimus Deum sicuti est. [Habeo & ego, (inquit S. Bernardus serm. 33. in Cant.) verbum, sed in carne. Et mihi apponitur veritas, sed in Sacramento. Angelus ea adipe frumenti saginatut, & nudo saturatut grano: me oportet interim, quodam Sacramenti cortice esse contentum, carnis futfure, litetæ palea, velamine fidei.] Panem ἐπούσιον quem quotidie petimus, aliqui vertunt *panem futurum* vt notat Damascenus. Eius etgo panis futuri prælibario, est vsus Euchatistiæ. V. infra *Panis futurus*.

Diæta peregrinantium.

Ea S. Bernardo refett hæc verba Turrecremata tract. de corpore Christi c. 10. [Corpus Christi, est ægrotis medicina, peregrinantibus diæta, debiles confortat, valentes delectat, languores sanat, sanitatem setuat. Fit homo manstuetior ad correptionem, patientior ad labotem, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, ad obedientiam ptonior, ad gratiatum actionem deuotior.] *Peregrinantes* eo loco, suos viatores. Omnibus enim qui hîc viuimus, æquè conuenit esse peregrinos, vt larè prosequitur Greiserus in Calce opetis de peregrinationibus. Huiusmodi etgo petegrinantium diæta, siue victus necessarius, est Euchatistia. Nomen enim *diæta* pro cibariis ac victu accipi, monstrat quod Medicorum pueti, eam medicinæ partem quæ victu mederur, vocant *diæteticam* S. Bonauentura titulo *diætæ salutis*, opusculum conscripsit. Sed diætam accipit pro via ad salutem. Quo item sensu Hildebertus serm. ad Pastotes in synodo, distinguit tres diætas, quibus petactis offertur Deo beneplacitum sactificium. Primam declinate à malo. Secundam bene agere. Tertiam ascensiones in corde disponere. Alibi diæta sumitur pro cœnaculo, vnde Diætarij vel Zætarij, de quibus latè Laurentius Pignorius in opere de seruis *à pag* 241. & Antonius Velserus Epistola ad Hieronymum Fabrum de Diæta & Diætario. Nos hoc loco Diætam pro cibo viatoris accipimus.

Diuitiæ Dei.

Hugo Cardinalis in c. 6. Ioan.

Indignè communicans iuxta Hugonem; [diuitias Dei quas deuorauit euomet, (vt est apud Iobum,) quia non vult Dominus manere in sentina Diaboli.] Itaque agnoscit Hugo, corpus Christi in Eucharistia esse *diuitias Dei*. In quam tem adducere placet illustre testimonium

Sess. 13. V.

Marij Victorini qui l. 2. aduersùs Arium ad has diuitias aprat, quod in oratione legitima petimus panem subſtantialem. Nam *ſubſtantiam* ſonare plerunque diuitias, docet petitio adoleſcentioris Filij ad Patrem, vt acciperet portionem ſubſtantiæ ſibi debitæ. Poſtquàm ergo præmiſit Victorinus, Chriſtum eſſe Dei diuitias, ſubdit. [Audi orationem oblationis, quoniam vita eſt Deus, & æterna vita. Nos Chriſtiani, ideſt qui in Chriſtum credimus, docemur in Euangelio, quomodò Deum Patrem rogare debeamus: In qua oratione cum multa petimus, tum petimus panem, qui panis vita eſt: Sic enim dictum eſt, *hic eſt panis qui de cœlo deſcendit.* Hanc vitam & Chriſti & Dei; ideſt æternam, nomine ipſe dicit ἐνοίκιον ἄρτον ideſt *vitam ex eadem ſubſtantia.* Etenim ſi quod accipimus, corpus Chriſti eſt, ipſe autem Chriſtus vita eſt, quæritimus ἐνοίκιον ἄρτον. Diuitiæ enim in Chriſto corporaliter habitant. Græcum igitur Euangelium, habet ἐνοίκιον, quod denominatum eſt à ſubſtantia, & vtique Dei ſubſtantia. Hoc Latini, vel non intelligentes, vel non valentes exprimere, non potuerunt dicere, & tantummodò *quotidianum* poſuerunt, non ἐνοίκιον. Eſt ergo & nomen lectum, & in Deo ſubſtantia: & dici poteſt Græcè quod etiam Latinè non exprimitur: dicitur tamen Græcè, quia intelligitur.]

Has Dei diuitias, deuorat iuxta Hugonem qui indignè communicat, ſed Deus de ventre illius eas extrahet. In quam rem audendus Guerticus ſerm. 1. de Reſurr. [*Participes* (inquit Apoſtolus) *Chriſti effecti ſumus ſi tamen initium ſubſtantiæ eius uſque ad finem firmum retineamus.* Qui enim poſt acceptam gratiam, ad vomitum ſuum reuertitur, *diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Vel certè, *panis eius in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus*; quia nimirum gratia percepta, in pœnam conſcientiæ vertitur, cum ſanguis Teſtamenti quo ſanctificatus quis fuerat, polluitus ducitur, & ſpiritui gratiæ contumelia irrogatur. Hoc contemptu & nauſea, diuitiæ deuotatæ euomuntur, ita vt de eo qui eiuſmodi eſt, dicatur; *non remanſit quicquam de cibo eius & propterea nihil permanebis de bonis illius.*] Ad inferam, puella polluta de menſa Satanæ euomuit Euchariſtiam ipſi ingeſtam, vt ſcribit S. Cyprianus l. de lapſis num. 16. & S. Auguſtinus Epiſtola 23. Adultum vita functum, & iuſtu Dei iudicio damnatum, Euchariſtiam in ore ſeruaſſe, donec euocatus Sacerdos eam accipetet, haber certa narratio Gabrielis à Vega noſtri, quàm exſcripſit Philippus D'oultremant, Chriſtiani Pædag. c. 15. § 2. De Vdone quod referunt, non fuit niſi imaginatium.

Diuitiæ indefinentes quæ cœlorum nobis regnum conciliant.

S. Chryſoſtomi homil. de Natali Saluator. *ad finem.*

Dominicum.

S. Cyprianus epiſt. 63. n. 49.

Tametſi vox *Dominici* ſæpè ſumitur pro templo, vt apud Cyrillum Hieroſol. catech. 18. cum ait apud Hæreticos Dominicum eſſe pollutum, quia corum templa vt ait Euſebius l. 3. de vita Conſt. c. 63. indigna ſunt templorum nomine ob inquinationem: Tamen vox *Dominici* à S. Cypriano apertè ſumitur pro ineruento ſacrificio. [Numquid ergo (inquit,) Dominicum poſt cœnam celebrare debemus, vt ſic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus?] Vbi & *Dominicum* in ſingulari, & *Dominica* numero multitudinis, pro eodem vtuntur. Non diſſimiliter l. de opere & eleemoſ. vt bene ibi monuit Pamelius, & Lindanus l. 4. Panopl. c. 37. S. item Auguſtinus, epiſt. 86. meminit *horæ Dominici*, ideſt horæ celebrandi ſacrificij. Et in breuiculo collat. diei tertiæ ex Actis Martyrum conſtare ait eos *Dominicum egiſſe*, ideſt inteſtuiſſe ſacrificio. Et Chriſtianus dicitur non poſſe eſſe *ſine Dominico*. Annotauit hæc & alia, Stephanus Duranius l. 1. de ritibus c. 11. n. 4. & 5.

Donum cœleſte. Apoſtolus Heb. 6.

Sæpe quidem in S. Gregorij Sacramentario, diuina myſtetia vocantur *dona cœleſtia.* Tamen exiſtimarim quoque, Apoſtolum Heb. 6. hoc nomine donaſſe diuinam Euchariſtiam, cum dixit, *impoſſibile eſſe eos qui illuminati, guſtauerint donum cœleſte* (δωρεὰν τὴν ἐπουράνιον atque adeò *ſuperæ cœleſte,*) *& participes facti eſſent Spiritus ſancti, guſtato quoque bono Dei verbo virtutibuſque ſeculi futuri: denuoque renouari ad pœnitentiam, rurſum ſibi crucifigentes Filium Dei.* Multi quidem hæc accipiant de inſigni bus Apoſtolis, qui dicunt, *impoſſibile*, id eſt perquàm difficile eſſe, reparari per pœnitentiam: cui expoſitioni, cum Vaſque, Ribera, & aliis, inhæret Cornelius. Sed quàm communiſſima ſententia quam magis approbat Gagneius, & pro qua Fuſiſſime agit Iuſtinianus, eum locum accipit de pœnitentia ſub baptiſmum adhibita: vt planè videntur ferre omnia huius loci adiuncta. Et ita apud Oecumenium S. Cyrillus lib. 6. de adorat. Qua expoſitione ſuppoſita, non ambigo, quin illa *guſtauerunt etiam donum cœleſte*, pertineant ad ſumptionem diuinæ Euchariſtiæ, quæ vetè eſt donum cœleſte, quod ſuſcepto baptiſmo participabatur, vt notum eſt: ſicut ſequentia *participes facti ſunt Spiritus ſancti*, pertinent ad Sacramentum confirmationis, olim mox à baptiſmi ſuſceptione adminiſtratum. Cohæſio contextus videtur ſatis confirmare quod dico, de pane Euchariſtico verè cœleſti, imo ſicut ſuperſubſtantiali, ita etiam ſupetcœleſti, tectè accipi guſtationem illam doni cœleſtis. Sicut olim ſuper communionem cantabatur illud à S. Petro memotatum 1. Epiſtolæ c. 2. ex Pſalmo 33. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Videſis Turrianum l. 2. de Euchar. cap. 20. Non ignoro, Chryſoſtomum; et editum Ambroſium, Oecumenium, ac Theophilactum, *donum cœleſte* in hoc Pauli loco, accipere de remiſſione peccatorum: Alios verò id exponere de tranquillitate conſcientiæ, veluti paradiſum in tertiis præſtante, ob cœleſtem ſuauitatem diuinitùs indultam. Sed nihil video vetare admitti quod dixi, imo video ſilum Paulinæ orationis ferre potiùs vt diuinæ Euchariſtiæ menſio, cenſeatur non fuiſſe prætermiſſa, vrgendo beneficia quibus quis poſt baptiſmum ob ingratitudinem reddit ſe exoſum, & diuinæ gratiæ injurium, fruſtra expectans ſecundum baptiſmum, quo abſque labore emundetur, vt in confeſſione prima ei cort git.

Donum Dei inenarrabile.

S. Gaudentius tract. 2.

Donum tranſcendens omnem plenitudinem.

Clement. vnica de reliq. & veneꝛ. Sanctor.

Dona immaculata.

Fortunatus

Fortunatus l. 4. de vita S. Martini.

Ex hoc diuinæ Eucharistiæ titulo, eruit piissimè S. Theodotus Studita Catechesi 46. in eo qui immaculatis hisce donis participarit, omnia membra debere esse *absque macula* ob reuerentiam Dominici corporis, à quo sunt contacta. [Quamobrem (inquit) ne qui imbutus est *donis sine macula*, tumultibus; insania, fœdis desideriis, imbuitor; Heu os, immortali hausto fonte, sordidos sermones ac cloacas inanes edito; Heu oculi augusto sanguine piati efferum cernunto & aspectus metetricios figunto; Heu manus, sacris contactis opibus, quæ nefas sic, attrectanto, quia cuncta membra, perinde ac Christi membra custodiuntor atque seruantor.]

Dona intemerata & diuina.

Acta S. Theoctistæ apud Metaphrastem 10. Nouemb.

Locus est perelegans, quo refertur sanctã mulierem post annos quinque supra triginta in solitudine exactos, togasse venatorem qui ad eam fortè peruenerat, vt anno sequenti eò remigraturus, defereret secum Eucharistiam. [Peto (inquit, (vt in vase mundo mihi accipias vnum ex intemeratis donis corporis Domini nostri Iesu Christi. Exacto tempore rediit, acceptáque in pyxide parte diuinæ carnis, eam tulit ad beatam, vtque eam vidit, pronus in terra venetabatur. Et illa; Ne homo id feceris, diuinum donum afferens: Ne vras miseram, diuina dedecore afficiens, & apprehensum tunica leuauit. Ille è sinu eduxit pyxidem cum carne Domini. Cum illa autem in terram cecidisset, diuinum donum accepit, & lachrymis suffusa dixit, Nunc dimittis ancillam tuam Domine, quoniam viderũt oculi mei salutare tuum.] *Partem diuinæ carnis*, vocat vnam hostiam. Nam quamuis sub qualibet particula, imo & atomo, sit tota Christi caro, tamen ratione specierum, vna hostia denominatur *pars*, vt infra dicendum V. *Partes*. Bellè huc facit illud D. Augustini adductum à Beda 1. Cor. 10. [Norunt fideles, quemadmodùm manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit *partem* suam. Vnde & ipsa gratia *partes* vocantur.]

Dona pretiosa, ineffabilia, immaculata, gloriosa, reuerenda, horrenda, diuina.

Liturgia S. Iacobi.

Dona viuifica.

Acta S. Mariæ Ægyptiacæ c. 20.

Dulcedo dulcedinum.

Cteditus Bernardus sermon. de dignitat Sacerd. Hebraïsmus est pro re dulcissima. In Scripturis, huiusmodi congeminationes ad præcellentiam significandam perrinentes, sunt frequentissimæ, vt notauit Gregorius Nyssen. hom. 1. in Eccles. exponens quid sit *vanitas vanitatum*. [Eorum (inquit,) quæ sunt necessaria & vtilia, actio *opus* nominatur à Scriptura. Sed eorum in quæ studium confertur, quæcunque excellunt & quæ spectant ad ipsum Dei cultum, dicuntur *opera operum*, sicut declarat Scriptura; ostendens (vt puto,) hac dictione per quandam analogiam, ex opere operum quidnam sit præstantissimum ex iis in quæ studium confertur. Nam quam habet rationem ad otium in genere, id quod in opera confertur studium, eandem habet rationem ad alia opera quæ in altissimis & præstantissimis eorum in quæ studium confertur, ponitur operatio. Ita etiam *Sanctum* aliquid dicitur in Scriptura, & rursus *Sanctum Sanctorum*; adeò vt pari mensura & sanctum superet profanum in sanctitate, & hoc rursus Sanctum Sanctorum, quod summe & per exuperationem consideratur in sanctificatione. Quod ergo didicimus in re melioti ac præstantiori, Scripturæ consuetudine significante hac ratione intensionem rei quæ intelligitur; hoc etiam in vanitatum vanitate intelligentes, minimè aberrabimus. Dicit enim non absolutè esse vana quæ in rebus apparent, sed ea esse eiusmodi in aliqua exuperatione *vani* significationis: perinde ac si quis dicat, *mortuo magis mortuum & inanimo magis inanimum*: etiamsi comparatiua intensio locum non habet in iis quæ sunt eiusmodi; & tamen hoc verbo dicitur ad declarandam exuperationem eius quod significatur. Quomodò ergo intelligimus *opera operum* & *Sancta Sanctorum* quorum, explicatur exuperatio in eo quod est melius, ita etiam *vanitas vanitatum*, ostendit insuperabilem in vanitate exsuperationem.] Ad eundem ergo modum, quo *vanitas vanitatum* Hebraïco idiotismo sonat summam vanitatem, *dulcedo dulcedinum* sonat summam & exuperantem dulcedinem, cuiusmodi reuera est dulcedo Eucharistiæ, de qua plenius. V. *Fauus mellis*, & V. *Fructus dulcis* ac locis ibi notandis. Apud Bernardum sermo 1. super *Salue Regina*, ad illud, *vita, dulcedo*, hæc dicitur esse dulcedo nostra, apparata à Deo: qui ibidem vocatur *genus generalissimum dulcedinis*. Quasi Autor ille dicetet, hanc esse veram & puram dulcedinem hominis in summa Dei dulcedine paratam, vt ad litteram dicitur de Manna Psal. 67. & meritò aptatur ad Euchatistiam, cuius typus fuit manna. In Actis S. Elzearij cap. 10. summa Eucharistiæ, per eum perceptæ dulcedo, ab eo degustata referrur, ita vt diuinus cibus, fierer in ore eius sicut Sacharum. Cum mellis gustu & odore aromatico percipiebatur à B. Matia Oegniacensi, vt scribit Iacobus de Vitriaco lib. 2. vitæ c. 8. consulendus item in Prologo. Pium sæcularem, summa dulcedine perfunchi solitum in communione, exhibe. Nider. l. 1. form. c. 12.

Onomast. in con. Eucharisticum.

Iuuat huius tantæ dulcedinis rationem proferre ex recens refosso opere Matthæi Cardinalis de Cracouia, paræn. ad communionem. Ibi (pag. mihi 12.) ambigenti num suauitas quam in Eucharistiæ perceptione sentiebat, inde prodiret, an ab actibus comitantibus, respondet, sentiendum esse prodire ab Euchatistia. Cum hoc non solùm sit opus, per quod Deus voluit conferre gratiam, sed etiam motiuum habeatur per quod homo excitatur ad deuotionem & præsens sit omnis gratiæ fons & dulcor. Et quantum ad hoc, occupari cum hoc Sacramento, ministrando vel sumendo, omnibus exercitiis, præstantius est; in tantùm, quod etiamsi alicui non indigno daretur, & nulla gratia habitualis infunderetur, adhuc esset mirè delectabile: vt in Christo; qui sient desiderio desiderauit hoc Pascha manducare cum discipulis suis, sic sine dubio corpus suum delectabiliter Sacramentaliter sumpsit; nullam tamen gratiam inde consecutus. Quid enim iucundius dulcius, aut delectabilius potest esse, quàm habere personaliter & corporaliter præsentem Dominum Iesum Christum, donum vtique excellentissimum, vt totius delectationis spiritua-

lis.

Sect. V.

lis obiectum, seu materiam, causam efficientem, & finem? Et hæc est dulcedo quæ huic Sacramento singularis est, & ei nunquam deest, in qua & transcendit omnia alia Sacramenta. Hæc enim sola, habet accendere desiderium, humilitatem ingetere, compunctionem inducere, petere fiduciam, spem erigere, ad amorem inflammare, infundere gratiam, excitare ad reuerentiam, totam mentem liquefacere & oblectare, & ad affectus dulcissimos prouocare. Pro hac enim in nobis excitanda, tanti boni præsentia indulta est.

Multis hæc tanta dulcedo non sapit; sed est eur suum palatum corruptum & gustus depranationem deplorent, vt piè omnino prosequitur Guliel. Paris. in Rhetor. diuina cap. 53. corrumpitur autem maximè palatum animæ, melle corporearum voluptatum, quibus infodi ac immoti contigit benè multis, non secus ac Sarmatæ illi intra mellis foueam moriendum fuerat, nisi eum vesa fornito auulsisset. Rem fusè describit Iacobus Bidermanus Epigr. vltim. Estque factum geminum cum eo quod Pausanias in Messen. narrat de Atidmene per vulpem extracto è fouea.

E.

Effigies Dominica immolationis.

Missale Gothicum in præparat. ad Missam.

Quo sensu sacrificium incruentum dicatur effigies immolationis nempe cruentæ, dictum est supra sect. 2. c. 1. n. 6.

Epula vitales Angelorum.

Petrus Damiani opusc. 8. c. 4.

Epulum incorruptum.

Origenes homil. 5. in diuersos.

De incorruptibilitate Eucharistici conuiuij, benè S. Anselmus l. de sactam. altar. p. 2. c. 10. & nos plenè sect. 3. c. 6.

Esca lætissima.

Philo Carpath. ad illud Cant. 7. *guttur tuum sicut vinum optimum*

Videsis etiam infra V *Vinum lætitiæ.*

Esca omni carni.

Prosper. in Psalm. 135. post Augustinum *ibidem.*

Audiendus de hac esca S. Paulinus epist. 5. his verbis. [*Dat escam omni carni* Escam non istam quæ perit, sed illam quæ conficitur in æternum victum, qualem vel anima in Dei rebus operosa, vel Catholica Ecclesia coquit. Corpus est enim veri panis qui de cœlo descendit, & dat esam viuificantem esurientibus iustitiam. Non enim carnem facit, sed cor hominis firmat. Hic panis & fons est, qui quo amplius editur, plus esuritur, & quo magis bibitur, plus sititur. Hunc panem vt edamus in æternum, molamus in huius mundi pistrino tritticum bonum, quod est obedientiæ fidelis operatio, & charitas in corde puro & fide non ficta.] Rabbi Moses Hadarsam, referente Galatino l. 10. cap. 6. sic scripsit in eundem Psalmum 135. [Amplius dictum est verbum notum, *qui dat panem omni carni.* Hoc est quod dictum est Psalm. 34. *gustate & videte, quoniam bonus est Deus.* Quia panis quem dat omnibus, ipse est caro eius. Et dum gustatur panis, conuertitur in carnem. Et hoc est quod dictum est, *Et videte quoniam bonus est Deus.* Et erit hoc mirabile magnum.] Hoc de esca. *Omnem carnem* cui data dicitur, explicat Prosper, omnes renatos. Quamuis enim nunc infantes arceantur ab hac esca, tamen quantum est ex se, data est etiam infantibus eisque prodest si sumant illam, vt factum est per multa sæcula, de quo supra V. *Cibus grandium.*

Possimus etiam cum Guerrico sermo 4. de Natali Dom. hanc *escam omnis carnis*, accipere de esca & hominum & iumentorum. Nam & qui ex ratione vitam componsuerunt, & homines semper apparuerunt, & qui in bruta quodammodo mutati fuerant, si reueniant ad cor habent hîc escam suam: quandoquidem filio quoque prodigo, ad porcos & porcorum siliquas detecto, appositus est vitulus, saginatus, hic & sic Deus omne animal benedictione sua implet per Eucharistiam. Iuuat pium sensum Guerrici in hanc rem adducere. [Quæ (inquit) vnquam aurea ætas, simile aliquid habuit huius plenitudini temporis, quando panis Angelorum, omnem habens saporem suauitatis & omne delectamentum, apponitur etiam iumentis; & non solùm homines, sed & iumenta cibo pascuntur cœlesti? *Homines enim & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus!* Infinitè multiplex hæc tua Deus misericordia, vt qui panis es Angelorum, non solùm hominum ditas ac beatifices mensas, sed etiam fœnum factus, iumentorum repleas præsepia. Confiteris ô Domine, sapientia misericors, quia sapientibus & insipientibus debitor es: vt qui vtrosque fecisti, vtrisque necessariam alimoniam procures; & tam homines quàm iumenta, tam spirituales quàm animales, suo quemque gradu & ordine saluos. Confiteantur igitur Domino, misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum, quia misit Verbum suum, carnem factum, medicinam & escam omnium: vt etiam incapaces Verbi, sanentur tamen & satientur carne Verbi. Edant itaque pauperes, & saturentur, & confiteantur venisse beatam temporis plenitudinem, quando & in præsepibus suis, paratum sine sudore vultus sui, panem inuenirunt cœlestem. Numquid ergo mugiet bos, cum ante præsepè sic plenum steterit? Mugiat, sed præ gaudio Spiritus in iubilo cordis.] De hac benedictione cœlesti implente omne animal, rursus idem *in calce sermonis* & optimè serm. 5. ibidem, *sub finem.* Et hæc esse flumina aquæ viuæ fluentis largissimè de petra cruce percussa, quæ hodiéque bibit populus & iumenta, ait idem Guerricus serm. 1. de S. Benedicto.

Esca salutaris.

Petr. Cluniac. lib. 6. epist. 15.

Esca sanctorum.

S. Ambrosius libro de benedict. Patriarch. cap. 9.

Est planè hæc esca illa, quam aquilæ inata Iobom cap. 39. prospectant. *Nam vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Quod de Eucharistia eapossuere Patres adducti V. *Corpus.* Porrò ex eo quod Eucharistia dicatur *esca sanctorum*, non licet colligere, impios non comedere vetè corpus Christi, Sacramento tenus. Id enim est extra dubium; & bene S. Augustino traditur 21. Ciuit. cap. 25. necnon à Lanfranco lib. contra Bereng. qui malis concedit solam Christi manducationem corporalem,

lem, negata spirituali, quæ sita est in participatione gratiæ.

Benè verò in eam sententiam creditus Bernardus serm. de dignit. Sacerd. *sub finem.* [Comestio (inquit) Sacramentalis quantum ad visibilem speciem, & quantum ad corporis Christi veritatem, conuenit bonis & malis communiter. Sed est alia comestio (sicut iam diximus,) bonorum solummodò; quam per Dei gratiam & per fidem ex dilectione operantem, vitæ meritum efficit, & affectus mentium in cordibus percipientium vel ministrantium, intercedente spirituali & subtilioti quadam vnione capitis & membrorum. Vnde est illud, *vt nobis fiat corpus & sanguis, Filij tui.* Nobis (inquit) fiat. Fit enim procul dubio corpus Domini in mensa altaris semper, cum solemne illud celebratur mysterium ritu debito: sed non semper eis fit per quos fit. Vnde illud item in Canone. *Vt quotquot ex hac altaris participatione Sacramentum Filij tui sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur.* Non enim omnes qui corpus Domini sumunt, ex participatione altaris spiritualiter illa benedictione cœlesti & gratia replentur. Vnde est illud, *Vt quæ temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur.* Item & illud. *Vt quæ visibilibus mysteriis sumenda percepimus, inuisibilis consequamur effectu.* Et cætera io hunc modum.]

Esca spiritalis.

S. Ambrosius libro de initiand. cap. 8. vide supra V. *Alimentum spirituale.* & V. *Cibus spiritualis.*

Esca vitæ & poculum æternitatis.

Prosper. sent. 341.

Eucharistia.

Apud Iustinum Apolog. ad Antonin. & apud Origenem l. 8. contra Celsum, ac etiam in Concilio Nicæno can. 13. τὸ εὐχαριστια neutro genere legitur. Passim tamen est generis fœminini. In vita Heriuini Abbatis per Hilbertum Crispinum, Abbatem Vvestomonasterienscm conscriptà; cùm agitur de viri sancti è vita discessu, Eucharistia vsurpatur pro pyxide seu cibotio, in quo asseruari solet corpus Dom. Ait enim Gilbertus, postulante homine Dei sactum viaticum, valdè turbatum esse Abbatem Rogerum eo quod accurrès ad tabernaculum, nullam hostiam inoeniisset in Eucharistia. Hæc tamen *Eucharistia.* notio est admodù infrequens, etiá si per metonymiam saluari possit. Nazianzenus orat. 19. Eucharistiæ vocem vsurpat pro gratiarum actione & benedictione non consecratoria. Agens enim de Patre suo ægro, ac præfatus eum per miraculum peregisse sacra mysteria, ait postea eum de more protulisse verba Eucharistiæ, & populo benedixisse. Vbi verba Eucharistiæ post mysterium inter benedicendum populo, aliud esse non possunt, quàm verba benedictionis & actionis gratiarum, pro bonis populo collatis. Vel certè sunt verba gratiarum actionis pro diuini epuli participatione, vt Gilbius ibi attigit post Eliam. In eundem sensum, apud S. Basilium l. de Spir. sancto c. 29. & apud Nyssenum in Elogio S. Macrinæ, memoratur ἐγκύκλιος εὐχαριστια *Euchologia lucernaria*, quæ eadem est cum lucernalibus Psalmis, vt loquitur S. Epiphanius in synopsi *Psalmos lucernarios* appellat Magister in Regula. Alij neutro genere *lucernarium*, vel numero multitudinis *lucernaria* appellant, vt latè prosequitur Hugo Menardus ad Concord. Regul. c. 24. §. 2. monstrans ex 6. Synodo cano. 91. Lucernarium fuisse vespertinum officium, quod obibatur accensis in Ecclesia lucernis. Quanquam Oliuerius Bonartius, eam vocem aliò pertinere posse, etuditè monstrat l. 1. de hor. Canon. c. 25.

Onomasticon Eucharisticum.

. Quia verò principalissima & sublimissima laudatio & gratiarum actio quæ Deo per nos pendi possit, iuxta D. Augustinum l. 1. contra Aduers. legis c. 8. & lib. de spir. & litera c. 11. sita est in confectione corporis Christi, inde factum est, vt ei inditum sit antooomasticè nomen *Eucharistia*, vt optimè attigit Alanus lib. de Enchar. c. 2. & 4. Et præiuerat Cabasilas in Expos. Liturg. c. 52. Audi etiam S. Chrysostom. hom. 26. in Matth. [Optima beneficiorum custos est, ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria quæ omni certè Ecclesiæ congregatione celebramus, *Eucharistia*, id est *gratiarum actio*, nuncupantur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, capútque ipsum diuinæ erga nos charitatis ostenduot, nósque faciunt debitas Deo gratias semper exoluere.] Et eodem modo accipi potest ea benedictio Sacerdotis, conficientis panem à Christo præscriptum, à qua eundem panem dici *Eucharistiam*, tradit S. Iustinus Apolog. ad Antoninum, loco planè insignl de hoc mysterio, ita vt vix sit repente luculentiorem & expressiorem in illius ætui Scriptoribnt. Nam benedictio Sacerdotis à qua *Eucharistiam* dictam ait ibi Iustinus, alia non est quam confectio corporis Christi in gratiarum actionem pro beneficiis.

Ex eo autem quod Hieronymus in cap. 3. Sophon. & Ambros. in Monodia Satyri, passimque alij, dicant Eucharistiam *confici*, *portari*, *offerri*, *manducari*, perspicuum est, Eucharistiam non tantùm esse nomen actionis, sed etiam rei ad quam gratiarum actio terminatur. Et huc spectat alia notatio nominis *Eucharistia*, quæ magis arridet Lindano l. 4. panopl. cap. 17. qua Eucharistia idem est quod *bona gratia*, vel vt ea vox à D. Hieronymo expressa Latinè est, *gratiositas*. Nam εὐχαριστία, ex quo fluit Eucharistia iuxta Hesychium est χάρις ἱλαρὰ, gratia afficere & bonis emmulate. Cum igitur hoc Sacramentum sit velut opulentissimum cornu copiæ cœlestium omnium donorum, meritò acceipit nomen *Eucharistia*. Approbatur ea vocabuli notio cap. *multi* 1. quæst. 1. verbis illis. [Panis & calicis Sacramentum, Græcè *Eucharistia* dicitur, Latinè *bona gratia* interpretatur. Et quid melius corpore & sanguine Christi?] Nihil sanè Christi corpore ac sanguine melius, non modò quoad honestatem Metaphysicam, sed etiam quoad vtilitatem. Est enim hîc Christus gratiæ feracissimus, vnde causaliter dici potest *bona gratia*. Creditur Bernardus serm. de dignit. Sacerdot. astipulari videtur cum air. [Panis este per excellentiam dicitur *Eucharistia*, id est *bona gratia*. In hoc enim Sacramento, non solùm quælibet gratia, sed ille à quo est omnis gratia sumitur. Christus enim pro salute mondi semel factus est hostia salutatis, reconciliatio generalis, & omnibus Sacramentis tam præcedentibus quàm subsequentibus, virtutem dedit & efficaciam, vt tanta

&

Sectio V.

& tali hostia sanctificatentur omnes liberandi per illam.]

Agnoscit ergo hic Autor, Christum in hoc Sacramento, dici & esse bonam gratiam, quia est gratia fontalis è qua tui tunumeti gratiarum scaturiunt. Huc pertinent quæ de nomine *Eucharistia* fusè tradit Turrecremata tract. de Euchar. cap. 4. sex causas prosequens, cur hoc nomen *bona gratia*, indirum sit huic Sacramento. Nempe quia cum in omnibus Sacramentis gratiam participemus, in hoc tamen totum quod videmus, quod tangimus, & degustamus, gratiæ est, nec merito aut potestate vel pretio comparari potest. Item quia ab excellenter grata & bona Dei voluntate habemus hoc Sacramentum, quo benignè fit nobis ad ædificandos muros Hierusalem, ex viuis lapidibus incorporatis Christo. Adhæc, quia licut à gratissimo Deo, ita gratissimis amicis atque charissimis promissum est iuxta illud Cant. 3. *comedite amici, bibite & inebriamini charissimi.* Insuper quia gratiam bonam cor stabilientem operatur, estque gratia super gratiam, & enumerum infetens gratiarum; nimirum & gratiam communionis omnium Christi membrorum, & gratiam expiationis, ac redemptionis, & viuificationis ac refectionis, necnon æternæ beatitudinis, (quo S. Thomas opusc. 60. art. 57. refert hoc nomen;) ac denique quia continet conjunctim, bona quæ cæteta Sacramenta continent sigillatim, estque vas auri solidum, omnatum omni lapide pretioso. Hæc strictim ex fusiore Antonis prædicti disputatione, libata; satis superque esse videntur ad notationis propositæ illustrationem, ac dignoscendum, cur hoc Sactamentum donetur nomine sonante *bonam gratiam.*

His ita constituris, non videtur necessarium, vel etiam congruum, cum nonnullis, notationem propositam tepetere à conuiuio coniugum teconciliatiuo, celebrari solito in sacello Deæ Viriplacæ, quod ab effectu redintegratæ gratiæ dicebatur χαρίστια. Videndus de eo sacro Valerius Maximus l. 2. c. 1. & Naso 2. Fastor. qui referunt, ea *mensa sacra*, vt loquitur Valerius, principium accepisse a concilianda cognatorum omnium gratia. Pro correspondentia Ethnicæ illius Charistiæ & Christianæ Eucharistiæ, fusè disserit Salmeron tomo 9. tract. 18. Ac ne affinitas duntaxat nominum intercessisse videatur, obseruauit Lilius Gyraldus Syntagm. Deorum 17. iuxta aliquos, nomen sacri illius Romani fuisse *Eucharistia*, & ita legi in Codicibus Valerij non mendosis; apud Nasonem autem metri legibus, adactum, factam aphæresim.

Exemplaria victimæ immolatæ in cruce, siue corporis & sanguinis Domini.

Chrysostomus hom. 17. in ad Hebr.

Nomen *exemplaris*, vt notat Clyctouæus ad l. 4. Damasceni c. 14. *in fine*, vt plurimum souat prototypum quod imagine repræsentarut. Aliàs verò sumitur pro figura, seu imagine repræsentante aliquid perfectius. Qua ratione Apostolus Heb. 8. tirus Mosaicos vocat *exemplaria & umbras cœlestium.* Et c. 9. sanctum sanctorum, vocat *exemplaria veterum*, ideſt imaginem tabernaculorum cœlestium, in quæ Iesvs non Moyses intrauit. Plerique ego Græci Patres, vt fuse versant Espencæus l. 4. de ador. Euch. c. 12. & Alanus l. de Missa c. 12. vocant Eucharistiam *exemplar*, id est figuram & imaginem corporis & sanguinis Domini; non figuram nudam, sed junctam cum vera rei exhibitæ præsentia. Corpus enim Christi sacramentaliter constitutum, est figura suimet ipsius visibiliter versantis in terra, præsertim in cruce ac sepulchro, nósque beantis in cœlo, & colligantis in terra, suos omnes in vnum corpus mysticum. Videsis V. *Antitypa* & infra V.V. *Figura, Imago, Similitudo.*

Exemplar mortificationis.

Creditus Cyprianus serm. de pass. Dom.

Verba illius Auroris, sunt eximia. [Tu Domine, (inquit Christũ alloquens,) Sacerdos sancte, sancti huius sanguinis plenitudinẽ reliquisti, & cõstituisti nobis inconsumptibiliter potum viuificum, ernens signum, & mortificationis exemplum.] *Plenitudo sanguinis nobis relicta*, ea est quæ in Euchatistia percipitur; siquidem in ea est totus Christi sanguis, vnà cum toto corpore. Hic est noster *potus viuificus, & inconsumptibilis:* neque enim qui hunc sanguinem bibunt, obstant quominus alij alibi; & deinceps indidem bibant. Præterea hic sanguis, est *signum crucis.* Nam cum exhibeatur species sanguinis seorsum à specie corporis, significatur ad eum modum, passio Christi in cruce, in qua sanguis effusus est, & corpus mansit exanime. Propterea que S. Ambrosius, vt infra referam, vocat hoc mysterium *similitudinem mortis Christi.* Verùm hæc omnia, partim sæpe superiùs iam tacta sunt, partim infra variis locis attingentur.

Nunc considerandum est, quod hic Autor dixit, id esse *mortificationis exemplum.* Optime. Quomodocunque enim genuine sumatur nomen *mortificationis*, & ad quæcunque porrigatur, habet hîc plane locum in Christo Sacramentaliter constituto; qui proinde recte dici potest *mortificationis exemplum.* Mortificatio itaque apud Apostolum inbentem mortificari membra nostra quæ sunt super terram, non sumitur pro illatione mortis & extrusione animæ, sed pro redactione membrorum in eum statum, vt penè mortua videantur; eo quod non plus ferociant aduersùs rationem & superiorem partem animæ, quàm si vita destituerentur. Christus porrò in hoc mysterio, tametsi viuit, tamen perinde se habet, ac si vita careret; nec vllum exhibet vitæ signum sensibus peruium, qua nulla fingi potest mortificatio perfectior, aut extensiuè diffusior. Celebrant Ascetici, & viris spiritualibus commendant varias mortificationis veluti species, penes varia objecta circa quæ efferæues motus animæ coërcentur. Quas omnes in hoc veluti speculo licet perspicere, non modò eas quæ spectant corpus & corporis eommoda, quorum hîc Christus inextensè constitutus est incapax, sed etiam eas quæ cernuntur in superiori parte animæ, cuiusmodi est mortificatio appetitus glotiæ, & quæ dicitur mortificatio iudicij. Nam cum Christus sacramentaliter locatus, naturaliter loquendo, & secluso speciali miraculo, sit velut truncus ac stipes quoad scientiam naturalem & merè humanam, vt supra tractatum est sect. 3. c. 5. fatendum est, vi huius status summam & volitionum quarumcunque, & iudicij mortificationem, in Christo elucere. Est ergo Eucharistia, perfectum vndecunque mortificationis exemplum.

Exequiæ quotidianæ Salvatoris nostri.

Roperti

Rupertus 2. de offic. c. 10.
Sicut in exequiis aſtante corpore exangui, fiunt mortualia ſacra, & panguntur laudes demortui: ita in hoc myſterio, Chriſtus vi verborum mactatus ſiſtitur, eiúſque trophæa de Satana & peccato celebrantur. Itaque iure donatur nomine *exequiarum*. Sunt autem hæ exequiæ *quotidianæ*, vt fructus mortis Chriſti perpetuò applicetur, nec vnquam excidat tanti beneficij memoria, & odium peccati quod Chriſto tam caro ſtetit, ſemper ſit in nobis flagrantius.

Exinanitio Dei.
Dionyſ. Alex. Epiſt. ad Paulum Samoſat. ad q. 10. & Methodius in Sympoſ. vt fusè tractatum eſt ſect. 3. cap. 5.

Expiamentum placabilis ſacrificij.
Fulbertus epiſt. 1.
Locus eſt luculentus, quem pro huius tituli gloſſa adſcribo. [Reparata humanæ originis dignitate, ſciens ſempet Diabolus inuidere & nequiriæ ſuæ arte quærere qualiter hominem à ſui conditoris voluntate auerteret, & antiquæ perditioni (ſi fas eſſet,) obnoxium teneret, defectum ooſtræ fragilitatis miſeratus aduersùs quotidianas noſtræ prolapſionis offenſas, ſacrificij placabilis nobis prouidit expiamenta; vt quia corpus ſuum quod ſemel pro nobis offerebat in pretium, paulo poſt à noſtris viſibus ſublatorus fuerat in cœlum, oe ſublati corporis fraudatemur præſenti munimine, corporis nihilominus & ſanguinis ſui, pignus ſalutare nobis reliquit, non iuaois myſterij ſymbolum, ſed compaginante Spiritu ſancto Chriſti corpus verum, quod quotidiana veneratione ſub viſibilis creaturæ forma inuiſibiliter virtus ſecreta io ſactis ſolemniis operatur.] Quomodò autem in hoc myſterio dicatur eſſe *expiamentum* illæſis cruenti ſacrificij iuribus, eapoſitum ſupra eſt, cum Petro Cellenſi lib. de panibus c. 1. tractando ſapientiam Chriſti io hoc myſterio.

F.

Fauus cum melle.
Nyſſenus, Pſellus, Philo, Carpathius, Rupertus Cant. 5. Abſalon Abbas ſerm. 7. de Nativ. Berengoſus l. de Crucis myſterio, & duplici luce.

Locus Canticorum propoſitus, apertè in Euchariſtiam cadit, iuata 70. qoi vertierunt, *comedi panem cum melle*. Quam lectionem ſecutus Paſchaſius, *mel* de ſanguine eaponens, ait lib. de Sacram. c. 10. [Nos non ſolùm vinea Domini, ſed & vindemia eius ſumus. De qua nimirum vinea, Chriſtus in Canticis, *vindemiauit*, (inquit) *myrrham cum vnguentis meis, manducaui panem meum cum melle meo, & bibi vinum cum lacte meo*. Sed priùs panis comeditur, quàm myrrha io nobis mortificationis turgeſcat, & vnguentum boni odoris haribus teipergatur. Tunc itaque panem cum melle quod de petra quæ Chriſtus eſt, fluxit, comedimus: Tunc itaque vinum ſuauitatis, cum lacte bibimus.] Moa quoque mel pahi conjunctum confert diuinitati. [Illum (inquit) panem qui de cœlo deſcendit, comedimus, & ideò dicitur *comedi panem cum melle meo*, quoniam io illo diuinitatis dulcedo & humanitas prædicatur.]

R. P. Theoph. Raynaudi, Euchariſt.

Hæc mooſtrant, fanum cum melle, congruè de Euchariſtia accipi in eo capit. 5. Cant. Etſique id certa dubium, ſi expendantur adjuncta. *Comedi* (inqoit ſponſus,) *fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici, bibite & inebriamini chariſſimi*. Hæc paſſim Patres ad Euchariſtiam referunt: quorum etiam plerique, expendunt confeoſionem verborum Euaogelij, quo deſcribitur inſtitutio Euchariſtiæ, & inuitatio Apoſtolorum ad manducandum & bibendum; & verborum Cantici æquè inuitantium ad comedendum & bibendum. Quod à Nyſſeno ho. 15. in Cant. egregiè eſt expreſſum. Chriſtus itaque inuitans ſuos ad comedendum corpus ſuum & bibendum ſanguinem, ait ſe præguſtaſſe & præbibiſſe ſuum corpus & ſanguinem, ſeu comediſſe fauum cum melle; ideóque depulſa exemplo ſuo horrotis cauſa, iure inuitare ad ſimilem eſum & potum, pellicientibus præſertim tantis & tam eximiis eius manducationis & potationis fructibus, quantos S. Ambroſius l. 5. de Sacram. c. 3. *in fine*, in hunc locum Canticorum incidens, his verbis complexus eſt. [*Manducauit panem meum cum melle meo*. Vides quod io hoc pane, nulla ſit amaritudo, ſed omnis ſuauitas ſit? *Bibi vinum meum cum lacte meo*. Vides huiuſmodi eſſe lætitiam, quæ nullius peccati ſordibus polluatur. Quotieſcunque enim bibis, remiſſionem accipis peccatorum, & inebriaris io Spiritu. Vode & Apoſtolus ait, *nolite inebriari vino, ſed implemini Spiritu ſancto*. Vino enim qui inebtiatur, vacillat & titubat. Spſritu qui inebriatur, radicatus in Chriſto eſt. Et ideò præclara ebtietas quæ ſobrietatem mentis operatur.]

Eſt ergo Chriſtus, *fauus mellis* in Euchstiſtia. Quod firmate licet multis correſpondentiis Chriſti in eo ſtaro, & faut cum melle. Dimiſſa autem illis vbiuis in Chriſtum cadentibus, ex Alano de inſulis & Honorio Auguſtod. *ad hunc locum* quod [Sicut fanus, & mel latens io cera, ita anima Chriſti latuit io cellula carnis] Conſiderandum eſt cum S. Gaudentio, tract. in illud *Pater maior me eſt*, in Euchariſtia eſſe corpus de puriſſima materia, à Spiritu ſancto per Virginem Apiculam compactum: vt fauum melle refertum, ab ape Virgine ea lectiſſima materia conſtrui liquet. [Verum (inquit S. Gaudentius,) ſeipſum iam tum per Propbetiam compatare dignatus eſt: & hoc quidem non ſine ingentis rationé myſterij. Conſtat enim ſine coitu genetan tis, futuræ apis vermem naſci: cuius labores, Reges & mediocres ad ſuauitatem afferunt, ſicut ſetiprum eſt: Labores enim paſſioois Chriſti, quem velut apem Virginem permanſurum, Virgo mater dedit, tam Reges à tegendo, ſummi videlicet Sacerdotes, quàm mediocres quique ſe ſequentiú, vel ordinis Leuitici, vel fidelium plebis in figura corporis eius ac ſanguinis, pro ſalubritate vitæ communis offerimus; & agnitam dulcedinẽ, myſteriorum, conſcio ore teſtamur. *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus*.] Eſt item ea inſignis prærogatiua mellis, quod corpora ſeruet incorrupta. Ideóque apud Plinium l. 7. c. 3. ſub Claudij principatu, Hippocentaurus melle conditus eſt, vt citra rabem aſſernaretur. At Euchariſtia pollet inſigni efficacitate ad inbiberidam corruptionem ſine corporum, ſine animorum. Nam & reſurrectionis pignus peculiare eſt, ea Chriſti oraculo, & animam præſeruat à corruptione

Onomaſticon Euchariſticum.

Sect. V.

ruptione mortis internæ. Iure igitur dicitur *favus cum melle*. Et quod eodem loco Canticorum fic mentio lactis, reuocat in memoriam vsum antiquum, ob quem Tertullianus l. 1. contra Marcio. c. 14. dixit Deum suos infantare societate lactis ac mellis. Nempe quia qui baptizabantur, & in infantes Dei euadebant, lactis & mellis concordiam prægustabant, vt idem ait l. de coro. mil. cap. 3. Id quod hodiéque seruant Æthiopes, vt est in eorum libris Ritualibus. Plura de hoc ritu Vicecomes l. 3. de baptis. capit. 41. & 42.

Ferculum excellentissimum.

Eusebius de morte Hieronymi.

Sumit *ferculum*, pro missu conuiuiali, vt adjuncta docent. [ô lignum, (inquit) dilectionis inopinabilis, vt idem sit dator quod datum; & donator idem sit quod ipsum donum. Quàm magna dulcedo tua Domine, quam abscondisti timentibus te, & perfecisti eam sperantibus in te, ô ferculum excellentissimum, venerandum, colendum, adorandum, glorificandum, & amplectandum, omnibus extollendum laudibus, exaltandum cunctis præconiis, firmiter in cordis visceribus retinendum, & perpetuis temporibus alligandum animo. Cecidit homo per cibum ligni vetiti ad miseriam; per te releuatur ad æternam gloriam.] Non nemo, ferculum gestatorium quod fecit sibi Rex Salomon, ad Eucharistiam accommodat. Videsis præter cæteros Cornelium Cant. 3. *versu* 10. in primo sensu Parabolico illius loci. Certè hoc Sacramentum, & Christum & omnia quæ Christi sunt, iuxta se gestat; nec ad hoc gestamen ascenditur nisi per purpuram passionis, & immolationem. Adest reclinatorium autem pretiosissimum, in cuius medio ipsa charitatis, ipse inquam lediidia dilectus Patris, residet. Atque ita omnia ferculi Salomonici adjuncta, hic reperiuntur.

Fidelia sancta Dauid.

Isaiæ 55.

Propheta iuxta 70. post præmissam inuitationem ad emendum vinum & adipem, quod de Eucharistia accipi vidimus, subdit. *Disponam vobis Testamentum æternum sancta Dauid fidelia.* Nouum & æternum Testamentum, dici de Eucharistia, constat ea Marco, referente formulam secundæ consecrationis. Sancta verò Dauidis, sunt corpus & sanguis Christi propagata ex Dauide, quæ dicuntur *fidelia*, ob incorruptionem ex Apostoli interpretatione Actor. 13. Accuratus in huius loci ad Eucharistiam accommodatione est Turrianus l. 2. de Eucb. c. 32. Videndus etiam Henriques lib. 9. c. 9. n. 5. *Litera H* in Glossa. Non obesse autem incorruptioni Eucharistiæ corruptionem specierum, dictum est sect. 3. c. 7. Esse porrò hanc hostiæ Christianæ fidelitatem, siue incorruptelam, peculiare decus eius, antiquis sacrificiis negatum, nemo non vider. Nec enim audiendi sunt Rabbini, qui in capitulis Hebraicorum Pattum, in denario miraculorum domus sanctuarij Hierosolymitani, reponunt secundo loco, quod nunquam fœtuerit caro ibi immolata; & sexto loco numerant, quod non sit repertum vitium in Gomer, & in duobus panibus, & in panibus, facierum. Hanc incorruptionem & panum & carnium in templo immolatarum, sola Rabbinorum quorum proprium quasto modo est fabulinos agere testificatione nixam, nego admittendam, æquè ac repudiandam est quod ibi adjungitur, de vnquam visa musca in templo, da pluuia lignis sacrum ignem nutrientibus vnquam infesta, tametsi locus supernè patebat, déque vento columnam fumi ex igne erumpentem vnquam interturbante. Item de stantium in templo angustia, dilatatione autem adorantium, de scorpionibus atque serpentibus in vrbe Hierosolymitana planè innoxiis. Sicut hæc & huiusmodi alia priuilegia, absque diplomate cœlesti sola Rabbinorum fabulositate, eo quem dixi libro iactata, metitò exploduntur, vt inania; sic ibidem asserta carnium immolatarum & panum Deo oblatorum quantumcunque asseruarentur, incorruptio siue fidelitas, admitti non debet: Sed ea prærogatiua, soli diuinæ Eucharistiæ salua manere debet. Quod obitet insinuauit Isidor. Pelus. l. 1. epist. 401. qua ageus cum Benjamino Hebræo, incruentum Christianorum sacrificium subsannante, nidoruleuis Hebræorum bostiis id anteponit.

Figmentum magnum Dei.

Naz. carmine de Sacerdotibus.

Tametsi Billius, in sua noua interpretatione eique subjecta glossa, locum Naxiauzeni aliò auertit, tamen vetus interpretatio, (quæ probabilitatem suam retinet.) ad Eucharistiam spectat, eáque interpretatione vsum video Sanctesium rep. 2. cap. 5. Sic ergo ibi habet Theologus, ex illa interpretatione.

O sacrificia mittentes incruenta Sacerdotes;

O magnum figmentum Dei, in manibus portantes.

Nempe quia Christus Sacerdotum manibus portatur in Eucharistia, quæ est magnum Dei figmentum. Nam *fingere* est *componere*, vnde & compositores luti, *figulos* vocamus, vt ait S. Gregorius hom. 23. in Euang. Eucharistia autem est cibus ille compositus, in quo species terrenæ cum cœlesti substantia componuntur, idque à Deo. Nam ipse est qui corpus suum potentialiter ereat in hoc mysterio, vt suprà cum Pascbasio loquebamur. Scitè duo senes, agentes cum Monacho errante circa Eucharistiam lib. 5. vitæ Patrum libello 18. num. 3. [Nos credimus, quia panis, ipse corpus Christi est; & calix, ipse est sanguis Christi, secundùm veritatem, & non secundùm figuram: sed sicut in principio pulueream de terra accipiens, plasmauit homi[illegible] ad imaginem suam, & nemo potest dicere quia non erat imago Dei quamuis incomprehensibilis. Ita & panis quem dixit quia corpus meum est, credimus quia secundùm veritatem corpus Christi est.] Itaque corpus Christi Sacramentaliter constitutum, est magnum Dei figmentum de quo apertè sunt duo Theologi, quos inter, collocarat Iste qui aliò auersus est à Billio. Nam sacrificium incruentum de quo in primo versu, est sacrificium Eucharistiæ. Sociatio autem humani generis in vnum, de qua in versu tertio, propriè ac præcipuè fit à Sacerdotibus per sacrificium altaris.

Figura corporis & sanguinis Christi.

Augustinus Præfatione in Psal. 3. Tertullianus 4. contra Marcio. c. 40. Ambrosius 4. de Sacram. c. 5. Acta S. Stephani junioris.

Longissimè absunt hi Patres, à profanissima Sacramentariorum hæresi hoc mysterium transmutante in artolatriam: & pro vero Christi corpore nudam eius figuram exhibente; quod &

in

in Berengario pridem anathematizarum est, & ab aliis antiquioribus explosum, vt dicam l. 6. c. 1. Esse tamen Eucharistiam *corporis & sanguinis Christi figuram*, disertè dixit S. Augustinus præfatione in Psal. 3. [In conuiuio (inquit,) corporis & sanguinis sui figuram, discipulis commendauit & tradidit.] Tertullianus quoque loco citato, præfatus Christum dixisse *hoc est corpus meum*, glossat hoc dictum per ea verba, *id est figura corporis mei*. Eodem modo Christum in Sacramento vocant *figuram*, Ambrosius supra, & Paschasius l. de Sacram. cap. 4. ac Hugo l. 2. de Sacram. p. 8. cap. 6. Cum tamen & Augustinus, & Tertullianus, locis benè multis quæ sigoantur partim in Confessione Aug. l. 3. c. 6. partim in Tertulliauica, & apud Pamelium in caput illud 40. ac alibi, disertissimè agnoscant veritatem præsentiæ Christi in Eucharistia; eandémque cæteri apertissimè profiteantur iis ipsis locis quibus Christum in Sacramento esse *figuram* affirmant, certum esse debet, nihil his Patribus rei esse cum Sacramentariis vtcunque eorum verba sonent locis illis duriusculis quæ sunt prolata, nec difficilè molliri ac exponi possiunt.

Ordiamur ab Augustino, in quo Sectarij majorem vim faciunt. Quod enim in opere contra nouam libertatem p. 1. c. 8. n. 10. notare memini, mirabile est quanto semper studio hostes veritatis Augustinum sibi patronum ac suffragatorem asciscere sint conati, dimissis locis innumeris longè apertissimis, in quibus errores illorum patentissimè confodit. Faustus Rhegiensis (vt Facundus est Autor initio libri cõtra Mocianum,) obtortis quibusdam D. Augustini locis decipulam simplicibus apposuit, fuitque S. Fulgentio laborandum in genuino D. Augustini sensu aperiendo vt idem Facundos iestatur. Berengarius Augustinum vbique crepabat, vt scribit Goitmundus lib. 3. Vvicleffus à suis dicebatur *Ioannes Augustini*, tam frequens & assiduus erat in deprauatione S. Augustini, tantúmque eius studium emendebatur, vt autor est Vvaldensis l. 1. doctr. c. 34. num. 4. Caluinus perpetuus est in D. Augustini præconiis, tanquam cusis ab ipso Caluino nouitatibus suffragatetur. Nihil igitur mirum, si hoc item in puncto magna vis fit à Sectariis in mente D. Aogostini, & impigrè a Catholicis in ea elucidanda est laboratum. Duæ autem occurrunt traditæ ab antiquioribus, mentis D. Augustini explicationes.

Vna est Guitmundi lib. 2. qui ait, Eucharistiam iuxta Augustinum, esse *figuram corporis Domini*, idest corporis mystici quod est Ecclesiia. Quod Guitmundus confirmat ex D. Augustino, post S. Cyprianum, asserente vel ex materia remota Eucharistiæ quâ ex granis, quâ ex acinis adunata, constare mysterium Eucharistiæ referri ad vnitatem mystici corporis Christi siue Ecclesiæ. Quod ipsum traduot Beda in c. 6. Ioan. S. Gaudentius tract. 2. in Exodum, S. Anselmus l. de Sacram. Altar. 2. p. c. 11. *in fine*, & alij supra adducti tractando lucem charitatis, ab Eucharistia illatam aduersùs odij tenebras. Hinc erait Guitmundus, difficultatis propositæ solutionem, quam pauciotibus comprehensam repræsentro ex eodem in calce Confessionis suæ, de Trinitate & corpore Domini. [Hîc quæri potest, cur *mysterium*, vel *Sacramentum*, vel etiam *figura*, hæc consecratio dicitur, si ipsa res & ipsa veritas est, & nihil aliud per hoc significatur. Ad quod ego respondeo, quia & mysterium est, quia aliquid mysticum portat, & Sacramentum quia sacrum aliqoid intelligendum intra se occultat; & figura quia excepto hoc quod corporaliter agitur, spirituale aliud valdè necessarium figurat. Mysticum enim & sacrum & spirituale per hoc mysterium figuratur, quoniam sicut nos omnes Christi corpus corporaliter sumimus, ita nos ipsi eius corpus spiritualiter viuendo effici debemus: non illud corpus quod Verbum Dei in persona sua assumpsit, & *Dominicum* dicitur, sed quod in Scripturis sanctis Ecclesia, vocator. Vnde Paulus dicit, *ipse est caput nostrum & nos membra eius*. Hinc est enim quod de pane & vioo, Sacrameotum istud conficitur. Panis enim ex multis granis vuus efficitur, & vinum ex multis vinaciis in vnum liquatur. Similiter & nos, ex multis granis vnum corpus efficimur, de corpore & sanguine Domini, benè viuendo & credendo Catholica fide reficimur.] Hæc explicatio difficultatis ex D. Augustino petitæ posset satisfaeere, si D. Augustinus tantùm diceret, Eucharistiam esse figuram corporis Christi, quia verè Ecclesia est quoddam corpus Christi. Non potest tamen accommodati ad id quod addit D. Augustinus, Euchatistiam esse figuram sanguinis Christi. Vsus enim non ferit vt dicatur esse aliquis sanguis mysticus Christi, sicut dicitur esse aliquod tale corpus.

Omnes sticon Eucharisticum.

Itaqoe planior videtur esse illa alia responsio, quam adhibuit Lantfrancus lib. contra Berengarium, & Beisation l. de verbis consecratiónis, suppositione 3. ac Vvidefordus ad 3. Vvicleffi articulum, Espencæus lib. 4. de ador. c. 25. admittentes, Christum io Eucharistia esse figuram sui ipsius, provt visibilis & passi in cruce. Idem habet his verbis Paschasius lib. de Sacramen. c. 4 [Quia mysticum est Sacramentum, nec figuram illud negare possumus. Sed si figura est, quærendum quomodò veritas esse possit. Omnis enim figura, alicuius rei figura est, & semper ad eam referitur, vt sit res vera cuius figura est. Nam figuras veteris Testamenti vmbras fuisse, nemo qui sacras literas legit, ambigit. Hoc verò mysterium aut veritas est aut figura, ac per hoc vmbra est: aut certè quærendum est hoc totum, vtrum veritas dici queat sine falsitatis vmbra, quamuis mysterium huiusceemodi res appellari debeat. Sed figura esse videtur dum frangitur, dum in specie visibili aliud intelligitur quàm quod vsu carnis & gustu sentitur, dúmque sanguis in calice simul cum aqua miscetur. Potrò illud fidei Sacramentum, jure veritas appellatur. Veritas ergo dum corpus Christi & sanguis, virtute spiritus in verbo ipsius, ex panis vinique substantia efficitur. Figura verò dum Sacerdos quasi aliud exteriùs gerens, ob recordationem sacræ passionis ad aram venit, & quod semel gestum est, quotidie immolatur Agnus.] Posset etiam dici, Christum esse figuram sui ipsius non provt in cruce passi, sed provt suos in cœlo beaturi: aut (quod in responsionem Guitmundi reuoluitur,) coadunantis suos & cum Deo, & inter seipsos. Aliquo prædictorum modorum intelligendum esse D. Augustinum, non licet ambigere; quia alioqui sibimetipsi in locis

Sect. V.

innumeris contradiceret. Adunauit ex Auguſtino, inſigni diligentia, beuè multa in hanc rem Hieronymus Torreuſis in Confeſſ. Auguſtin. l. 3. c. 6. 7. & 8. Iuſtius autem eſt per tam multa toties adeò perſpicoè iterata, vnum verbo tenus duriuſculè dictum exponere, quàm per hoc vnum tantiſper ſcabrum & implexum, cætera clara & plana euertere.

Euodandus ſupereſt Tertullianus l. 4. contra Marcio. c. 40. Nam quod l 3. eiuſdem operis c. 19. & l. contra Indæos iiſdem vtrobique verbis ait, Chriſtum dediſſe figuram corporis ſui, aliud non fert quàm quod Chriſtus, præbendo Euchariſtiam impleuerit propheriam, quæ corpus Chriſti ſub figura panis exhibendum prænunciarat. Dixerat enim Hieremias, *venite mittamus lignum in panem eius*, quibus verbis recitatis addit Tertullianus. [Hinc cum intelligis corporis ſui figuram dediſſe, cuius retrò corpus in panem Prophetes figurauit:] Hoc eſt, dedit Chriſtus panem qui eſt verè corpus eius. Nam eriam corporis ſui figuram panem eſſe locutio illa Prophetica teſtatur. Hæc igitur Tertulliani loca minùs ægrè explicantur, quàm ille alius ex l. 4. contra Marcio. quo verborum illorum Chriſti, *hoc eſt corpus meum* ſenſum eſſe ait, *hoc eſt figura corporis mei*. Quid enim Sacramentariis accidere potuit acceptius, quàm rotidem ſyllabis ſuum errorem conſignatum legere, apud Scriptorem adeò antiquum? Nec licet excuſare, Tertullianum ſermone ac ſenſibus ſcabrum & aſperum, tenuiſſe eo item loco morem ſuum. Nihil enim leuius, quàm quod ibi habet, *acceptum panem, corpus ſuum fecit, dicendo; hoc eſt corpus meum, ideſt figura corporis mei*.

Nihilominus Tertullianus abeſt quàm longiſſimè à Sectariorum errore. Id quod cum alia loca ab aliis. (vt præmonui,) notata ferunt, tum vrgentiſſimè locus ex l. 5. contra Marcio. c. 8 vbi ait, ſe in ſuperioribus nempe libro 4. probaſſe veritatem corporis Chriſti contra phantaſma Marcionis, per Sacramentum panis & calicis: quo nihil clarius dici potuit pro veritate Catholica. Ad locum ergo propoſitum reſpondent Eſpencæus l. 4. ador. Euch. c. 25. & latè Ludouicus Richeomus r. 2. de Miſſa l. 2. c. 22. Euchariſtiam dici à Tertulliano *figuram corporis Chriſti*, facta comparatione ad corpus viſibile, præſertim in Cruce paſſum; quæ eſt reſponſio data ad locum D. Auguſtini. Hæc interpretatio non eſt mala. Non eſt tamen neceſſaria, & minùs congruit Tertulliano, vt liquebit ex ſequentibus Addit Eſpencæus c. illo 25. verba illa Tertulliani, *hoc eſt figura corporis mei*, dici poſſe recitata ab eo, ex Euangelio Marcionis, in qno ita ſcriptom eſſet. Hoc videtur voluntarium nec cohæret cum reliquo contexru, quo Tertullianus apertè ex ſua mente admittit. in Euchariſtia figuram corporis Chriſti. Pereſius Ayala in opere de tradit. part. 3. c. de ſacrif. altaris *pag. mihi* 104. ait Tertullianum ſumere *figuram* pro modo eſſendi ſpirituali, & abſque extenſione. Sed hoc nullo modo fundari poteſt, & planè voluntariè dicitur. Legitimus ergo Tertulliani ſenſus, duplex occurrit.

Prior traditur à Bellarmino l. 2. de Euch. c. 7. nempe quod illud *figura corporis mei*, non ſit nectendum cum eo quod immediatè præceſſit, *corpus meum*, ſed cum pronomine *hoc*: ita vt ſit ſenſus demonſtrato pane qui mutatur, *hoc*, id eſt panis qui olim apud Hieremiam fuit figura corporis mei, nunc eſt reipſa corpus meum. Id quod videtur confirmari ex verbis illis quæ immediatè ſubjiciuntur, *Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus*. Nam ſi ageret de Euchariſtia, eámque ſtatuetet figuram corporis Chriſti, non diceret, *figura autem non fuiſſet*; ſed *figura non eſſet*. Figuram ergo vocat panem in veteri Teſtamento præuunciatum, qui figura certè non eſſet, niſi ei veritas reſponderet. Diligenter hoc confirmat Turrianus l. 1. de Euchar. c. 22. Et cohæret ſanè cum ſcopo Tertulliani, qui erat monſtrare Chriſtum impleſſe figuras. Ipſe Caluinus, fatetur Tertullianum aliud noluiſſe, & Sacramentariis nullo modo fauere, vt illi opponit Sanctesius in Examine Doctrinæ Caluini, & in Apologia contra Bexam pag. 139. Videndus Pamelius ad librum 4. contra Marcio n. 662. Videtur non incommodè ad hunc modum expedita eſſe difficultas, quæ locum illum Tertulliani impediebat. Tantùm reſtare videtur aculeus, ex eo quod contra leges Grammaticæ, & plauum filum orationis, hyperbaron inuſitatum inuehamus; referentes illud, *hoceſt figura corporis mei*, non ad antecedens proximũ, ſed ad remotum, hoc eſt, non ad corpus, ſed ad panem figuratiuum, de quo antetiùs egerat. Verùm qui ſcabro & paſſim diſtorto ac hyperbarico Tertulliani ſtylo aſſueueruut, haud quaquam mirabuntur quod diximus. Similiter enim l contra Praxeam c. 29. explicarionem ſubjecti propoſitionis, videtur aprare attributo, dicens *Apoſtolus dicendo, Chriſtus mortuus eſt, ideſt, vnctus, id quod vnctum eſt, mortuum eſtendit*. Vbi ſecundum planum literæ filum, videtur ſenſum eſſe, mortem, ideſt vnctionem affirmari de Chriſto: cum tamen indubitatum ſit, per hyperbaton affirmari, *Chriſtum*, quod ſonat *vnctum*, mortuum eſſe. Idem hyperbaton occurrit apud Chryſoſtomum hom. 55. in Matth. iuxta Latinos Codices. Ait enim *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam ideſt fidem atque confeſſionem*. Vbi *fides* atque *confeſſio*, vel potiùs vt Græca habent *fide confeſſionis*, videntur referri ad Eccleſiam, cum tamen apertè referaurur ad petram ſuper quam ædificanda erat Eccleſia, & eius petræ explicarionem contineant. Similiter ergo in præſenti loco Tertulliani, *panem corpus ſuum fecit, dicendo, hoc eſt corpus meum, ideſt figura corporis mei*, hæc explicatio nun cadit in *corpus*, ſed in *panem*. Vt aliud dicere hîc noluerit Tertullianus, quam quod dixerat l. contra Iud. [Sic enim Chriſtus in Euangelio reuelauit, panem corpus ſuum appellans, cuius retrò corpus in panem Prophetes figurauit.] Idque eriam eo loco in quo verſabámur, ſatis expreſſit, cum dixit. [Vt hinc iam eum intelligas figuram corporis ſui, pani dediſſe.] Et l. 5. ſequenti, verſans eundem Hieremiæ locum. [Non intelligens (inquit,) veterem fuiſſe iſtam figuram corporis Chriſti.]

Eſt alia eiuſdem loci Tertulliani enodatio, forraſsè expeditior & verior, & quæ vt perſpiciatur, locus de quo agitur, integet tepræſentandus eſt. Sciſcitatus de Marcione fuerat Tertullianus, cur Chriſtus ad Euchariſtiæ, myſterium, panem potiùs quàm peponem adhibuiſſet; ait id fuiſſe & Ieremiæ vaticinio de ligno in panem eius mittendo, & panis figura tanto ante indicatum. Subdit verò. [Profeſſus ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha vt ſuum, (indignum

gnum enim vt quid alienum cõcupiſceret Deus,) accepmm panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit, *hoc eſt corpus meum* dicendo, ideſt figura corporis mei. Aut ſi propterea panem corpus ſibi finxit, quia corporis carebat veritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad vanitatem Marcionis, vt panis etucifigeretur.

Hic ſatis apertè aduersùs phantaſticum nec niſi apparentem Chriſtum Marcionis, (vt ipſemet inferiùs l. 5. c. 8. ad hunc locum ſe referens conteſtatur,) probat veritatem corporis Chriſti viſibilis, ex veritate corporis in Sacramento. Vnde non poteſt *figuram corporis* accipere pro nuda magine, ſed accipit *figuram* pro re ſolida, & vera ſubſtantia, quæ eſt peculiaris Tertulliano locutio. Vt enim habetur ex D. Auguſtino l. de hæreſ. c. 86. Tertullianus quamcumque veram ſubſtantiam donat nomine *corporis*. Vnde libro aduersùs Hermog. & l. de anima, & l. de carne Chriſti; negat effigiem & figuram ſolis rebus fictitiis, concedit autem figuram omnibus veris ſubſtantiis, etiam ipſi Deo. *Figuram ergo & veritatem corporis* nominat verum & non imaginarium ac phantaſticum (iuxta Marcionis delitia,) corpus Chriſti ſuis terminis atque figura conſtans: ita vt figura corporis, idem ſit quod corpus figuratum & ſuis terminis ac lineamentis ritè compactum. Hanc loci Tertulliani enodationem exiſtimo ſolidam. Refert eam ex Angelo Iuſtiniano gentili ſuo, Epiſcopo Gebennenſi, Bened. Iuſtinianus in c. 2. ad Philipp. verſu 6. n. 3.

Firmamentum in terra in ſummis montium.
Pſalmo 71.

Chaldæus habet, *Erit oblatio frumenti in terra.* Litera Hebraica, *erit placenta tritus in terra, in capite montium.* Hieronymus vertit. *Erit memoriale nomen, triticum in terra, in capite montium.* Cum ergo tam conſtanter variæ editiones meminerint tritici in eo textu, ſiue frumenti, exiſtimarunt Lyranus & Auror Fortalitij fidei l. 3. conſiderat. 4. *ad* 25. *argumentum*, irrepſiſſe mendum in vulgatam editionem, & pro *firmamento* legendum *frumentum*. Sed hallucinantur. Nam *firmamentum* in Scriptura interdum ſignificat triticum, iuxta illud *firmamentum panis contriuit*. Et affine eſt illud Eſaiæ 3. *Omne robur panis, & omne robur aquæ*. Quod S. Cyrillus ibi, de Euchariſtia exponit. Varia ſimilia loca addenſat Genebrardus in hunc locum Pſalmi 71. addens placentas ſiue Chuſcaoth, de quibus veteres Rabini ad eum textum meminerunt, pertinere ad Euchariſtiam. Vnde Rabbi Ionathan referente Paulo Burgenſi, vertit, *Erit placenta tritici in capitibus Sacerdotum*. Multos Rabbinos in eam ſententiam laudant Gahatinus lib. 10. de arcan. c. 5. Eſpenc. l. 4. de adorat. Euch. c. 2. Garetius Claſſe 9. Pineda l. 6. de Salom. c. 20 n. 31. qui addit n. 32. iuxta D. Hieronymi doctrinam lib. 1. Apol. contra Ruffin. vocem quæ hoc loco vertitur *frumentum*, potuiſſe verti *Filium*. Itaque filius eſt frumentum illud ſiue placenta, quæ ſupra Sacerdotum capita erat elevanda tempore Meſſiæ. Sacerdotes enim ſunt montes ſuſcipientes pacem populo, ſuper quorum capita ſuſtollendum eſſe frumentum ſactum, prænunciauit Pſaltes eo loco.

Fons donorum cæleſtium, ſuper quem Chriſtus ſedet, non vnam Samaritanam, ſed vniuerſam alloquens Eccleſiam, vnde non aquæ poculum, ſed ſanctificationis, & ſanguinem vinum largitur, qui ad Dominica mortis teſtimonium ſumptus, nobis ſit cauſa vitæ.

Onomaſticon Euchariſticum.

S. Chryſoſtomus hom. 7. in Matt.

Fons ſacratiſſimus ſanguinis & ſpiritus.

S. Chryſoſtomus hom. 83. in Matth.

Fontes altaris admirabiles, ex quibus alumni pietatis nutriuntur.

Tres Patres ad illud Cant. 1. *melioraſunt vbera.* Vbera dici fontes, monſtrat elegans vberum & fontium collatio inſtituta à Philone in Coſmop. & initio libri de Plantat. Noë, nec, non à Chryſoſtomo in Pſalmum 9. Nomine itaque *fontium nutrientium*, Tres Patres intelligunt Euchariſtiam; ob fluenta lactis rationabilis inde promanantia. S. Irenæus l. 3. c. 40. videtur eodem nomine donaſſe Euchariſtiam, cum de iis qui Spiritu ſancto deſtituuntur, ait. [Qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriantur in vitam, neque percipiunt de corpore Chriſti procedentem nitidiſſimum fontem: ſed effodiunt ſibi lacus detritos, de foſſis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem Eccleſiæ.]

Poſſumus tamen nomen quoque *fontium altaris*, pro Euchariſtia adhibitum, accipere de fontibus aquæ, cum quibus componatur Euchariſtia. Sic Abbas Paſtor in vitis Patrum lib. quinto libello 18. n. 17. [Scriptum eſt, *quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima ad te Deus.* Quoniam igitur cervi in ſolitudine, ſerpentes plurimos glutiunt, & cum auenſi eorum veneno fuerint, ad aquas peruenire deſiderant; bibentes autem tentantur à feruore ſerpentini virus: ita & Monachi in ſolitudinibus habitantes, accenduntur dæmonum malignorum veneno, & prupterea deſiderant Sabatho Dominico venire ad fontes aquarum, hoc eſt ad corpus & ſanguinem Domini noſtri Iesv Chriſti, vt purgentur ab omni amaritudine dæmonum malignorum.] Diuinè S. Chryſoſtomus hom. 45. in Ioan. *ſub finem* [Admiranda ſanè Eccleſiæ myſteria, admirabile ſacrarium. Ex Paradiſo fons ſcamriit è quo ſenſibiles fluuij emanarent. A menſa hac prodiit fons qui fluuios ſpirituales diffundit. Iuxta hũc fontem, non ſteriles ſalices germinant, ſed quercus cœlum ipſum attingentes, quæ fructus tempeſtiuos & ſolidos ſemper producunt. Si quis æſtuat, ad hunc fontem ſe conferat, & recreabitur. Mundat ſqualorem & ſordes, æſtus mitigat non ſolates, ſed quos ignitæ ſagittæ imprimunt. Etenim ortum ſuum ſupernè habet, inde radicem vnde irrigatur. Multi huius fontis riui, quos Paracletus diffundit, & filius arbiter eſt; neque bidente aut ligone viam facit, ſed animos noſtros aperit. Hic fons lucis, diffundens radios veritatis: huic ſupernæ aſtiterunt virtutes, fluctuum eius pulchritudinem inſpicientes. Nam manifeſtiùs quàm nos, illæ propoſitorum virtutem & fulgorem inacceſſibilem intuentur. Quemadmodùm enim ſi quis liquefacto auro manum vel linguam inijciat, quàm primùm deaurabitur; ita hæc nobis propoſita, animam auream reddunt. Reſurgit enim vehementiùs igne fluuius; neque incendit, ſed abluit tantùm quicquid comptehenderit.] Dixeris

Sect. V. iuxta Chrysostomum, fontem paruum creuisse in fluuium, & in lucem Solémque conuersum esse. Hæc est enim *aqua lucis*, vt cecinit S. Paulinus carm. de obitu Celsi pueri.

Nolo domum vini, lucis aquam sitio.

Et superius Christum alloquens,

Nam tu fons quo vita fluit, quo gratia manat,
Quo lux omnigenas funditur in populos.

De siti inextinguibili absque fastidio, & insignis cum dulcedine potantis, simul sitientis, pulchrè ibidem S. Paulinus.

Fontes spirituales.

S. Chrysostomus in fine homiliæ ad Neophitos, agens de Hebræis colatis cum Christianis. [Illi (inquit,] habebant Ducem Moysem, nos Dominum Saluatorem. Hoc de isto Moyse si quis dixerit, mihi crede, non errat. Nam & huius labia, Spiritus lenitatis amplexus est, huius animæ spiritus mansuetudinem tenet. Moyses tunc manus ad cœlum leuauit, & manna panem protulit Angelorum: iste Moyses dexteram tetendit ad cœlum, & protulit panem cœlestem. Ille percussit petram, & fontes aquarum protulit, iste proximans mensæ, petram percussit spiritalem, fontes spirituales ostendit. Ideò namque mensa, vt fons affluens in loco medio collocatur, vt vndique circunstantia satientur armenta, vt salutaris ille meatus abundanti largitate decurrens, nullum sitis rabie reperire permittat. Quoniam igitur talis nobis hîc fons est, talisque vita nostra conceditur, & omnibus bonis mensa completur, vt vndique nobis affluat largitio spiritalis, accedamus cum corde veritate suffulto, cum pura conscientia, vt accipiamus gratiam & misericordiam & auxilium opportuno tempore.]

Eodem reuoluitur quod legitur apud Pelagium Diaconum l. 5. vitæ Patrum libello 18. num. 17. his verbis. [Dixit Abbas Pastor. Scriptum est; *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Quoniam igitur cervi in solitudine serpentes plurimos glutiunt; & cum accessi eorum veneno fuerint, ad aquas superuenire desiderat, bibentes autem liberantur à feruore serpentini virus; Ita & Monachi in solitudinibus habitantes, accenduntur dæmonum malignorum veneno; & propterea desiderant Sabatho Dominico, venire ad FONTES AQVARVM; hoc est, ad corpus & sanguinem D. N. IESV Christi, vt purgentur ab omni amaritudine dæmonum malignorum.] *Sabathum Dominicum* appellat Sabathum Christianum; siue primam hebdomadæ diem, in quam religio Sabathi Iudaici translata est in lege Christiana. Nomen enim *Sabathi* generale est, caditque in quemcunque hebdomadæ diem; addita tantum nota numerali quæ signet quotus sit hebdomadæ dies; V. G. *vna Sabathi* pro prima die hebdomadæ, *secunda Sabathi* pro ea quam nũc *diem Lunæ* appellamus. Et fuisse eam locutionem, *primæ Sabathorum*, vel *secundæ*, aut *tertiæ* pro prima & secunda ac tertia die hebdomadæ, à Christianis quoque vsurpatam, discrtè tradit Gregor. Nyssenus orat. 2. de Christi resurr. Eo itaque Sabatho, quod diem Dominicum constituit, à Domini ascensu super occasum, sic denominatum, Monachi ad fontes aquarum spiritualium, ad corpus inquam & sanguinem Domini, spiritua lem suum expleturi & venenum Dæmoniacum eo malagmate purgaturi accurrebant, iuxta Pastorem Abbatem.

Facit ad hunc locum quod Turrecremata tract. de Euchar. cap. 5. ratione 7. eminentiam Eucharistiæ ostendi ait, [ex conditione fontanæ gratiæ, & virtutum quam habet. Continetur enim in hoc Sacramento fontalis origo omnium bonorum. Hic enim est fons copiæ, omnia per gratiam infundens, de quo dicitur Cant. 3. *Fons hortorum, putens aquarum viuentium quæ fluunt impetu de libano.* Libanus candidus, noster est Christus, è quo impetu diuinitatis, fluunt riui gratiarum.] Pergit ostendere ex Ambrosio, omnes gratias, & omnia bona, ex hoc veluti fonte promanare fidelibus, Additque ratione octaua, hunc esse fontem spiritualis dulcedinis [. Planè fons totius delectationis & suauitatis, est corpus Christi in hoc Sacramẽto existens, à quo riui dulcedinis deriuantur; quæ singulis viribus animæ, & virtutibus & potentiis diriguntur: & ad quoscunque non venit huius fontis influxus, siue hoc incrementum pietatis, aresc unt, destituuntur & marcescunt. Iste est fons de quo dicitur Genes. 2. *Fons ascendebat de terra*, id est de terreno corpore Domini in Sactamento, *irrigans vniuersam superficiem terræ*, idest omnia inferiora animæ rationalis, irrigat, fœcundat, dulcorat.] Hæc Ioannes Theologus. Sic enim in Concilio Florentino cum elogio nominatur Turrecremata.

Fons immortalitatis.

Isidorus Peluſiota l. 1. epist. 123. hunc Eucharistiæ titulum suppeditat, verbis illis. [Pura illa syndon quæ sub diuinorũ donorũ mysterio expansa est, Iosephi Arimathæensis est ministerium. Vt enim ille Domini corpus syndone inuolutum sepulturæ mandauit, per quod vniuersum mortalium genus resurrectionem percepit. Eodem modo nos, propositionis panem in syndone sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatem fontis in modum proferens, quam Saluator IESVS à Iosepho funere elatus posteaquàm à morte ad vitam rediit, largitus est.] Apud Lasicium Sectarium ad cap. 11. Theologiæ Moscouiticæ lego hæc verba de Ruffis [Panem sacratum, calici intritum, cochleari argenteo è manibus mystæ calicem tenentis hauriunt, quem & puerulis triennibus hæc dicentes ingerunt, corpus Christi accipite, & ex fonte immortali gustate.]

Fractio panis.

Actorum 2. & 20.

In Scripturis sæpè *frangere panem*, est esurienti erogare ſtipem, notátque S. Augustinus, serm. 61. de temp. eo loquendi modo insinuatum esse etiam pauperes de sua paupertate decerpere aliquid debere in egenos erogandum. Apud eum verò Autor libri de salutar. documentis cap. 5. ea *fractione*, significatam vult prudentem eleemosynæ distributionem in varios, vt pluribus benè fiat. *Fractio panis* de qua hîc agitur, aliam quàm vulgarem eleemosynam sonat: & vel corpus Christi immolatum in altari, vel eius immolationem designat. Alanus lib. de Enchrist. cap. 1. existimat sic accipiendum illud Apostoli 1. Cor. 10. *panis quem frangimus*, ideſt

ideſt *quem immolamus*. Nam fractio iis verbis expreſſa, non eſt ſolutio vel diuiſio corporis Chriſti in varias particulas, ſed eſt diuulſio carnis à ſanguine, quantum eſt ex vi verborum. Itaque *fractio* actiuè ſumpta, eſt immolatio corporis Chriſti. Sumpta verò obiectiuè, eſt ipſius Chriſti corpus in altari immolatum. Et ita manifeſtè videtur accipi Actor. 2. vbi Lucas deſcribeos feruorem fidelium receos per Apoſtolos conuerſorum, ait eos *perſeuerasſe in communicatione fractionis panis* quod apertè cadit in Euchariſtiam. Expenſio illius loci adhibita ab Vmberto Epiſcopo Syluæ Candidæ ſub Leone IX. in diſputatione contra Niceta Pectoratum, facit ad hanc rem. [Vt Lucas narrat, (inquit) *erant fideles perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis.* Quæ *communicatio*, qualiter & quibus fierer diebus, poſt demonſtrat, dicens *quotidie perſeuerantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos, panem ſumebant.* Hic io *fractione panis & communicatione*, non niſi perfectam actionem Miſtæ debemus accipere quemadmodùm & ipſum legimus, non imperfectam ſed perfectam commemorationem ſui, diſcipulis tradidiſſe in pane à ſe benedicto, & mox diſtributo. Non enim benedixit tantùm & ſeruauit frangendum in craſtinum, neque fregit tantùm & repoſuit, ſed fractum ſtatim diſtribuit. Vnde B. Alexander Papa, quintus à Petro, paſſionem Domini inſerens Miſſæ Canoni, non ait; *hoc quotieſcunque feceritis*; ſed *hæc*: ideſt ſi *benedixeritis, fregeritis, & diſtribueritis*, in mei memoriam facite. Quicquid horum fiat ſine reliquis, ſcilicet benedictio ſine diſtributione, aut fractio ſine benedictione & diſtributione, perfectam Chriſti memoriam non repræſentat; ſicut diſtributio nullam; ſine benedictione & fractione.] Vides quid iuxta Vmbertum ſonet *fractio* apud *Lucam*, & ſumi omnino pro immolatione inuenta vndecunque perfecta.

Multi eodem modo accipiunt fractionem panis Lucæ 24. vbi duo, diſcipuli, dicuntur cognouiſſe Dominum *in fractione panis*, quod accipiunt de conſecratione Euchariſtiæ. Ita frequenter S. Auguſtinus, nominatim l. 3. de conſenſu Euang. c. 25. & tract. 2. in epiſt. Ioan. & ſerm. 140. de temp. & aliis locis, annotatis à Hieronymo Torrenſi in Confeſſ. Auguſt. c. 6. §. 13. Item Autor imperf. operis in Matth. hom. 17. Beda, & Theophilactus Lucæ 24. Heſychius 2. Leuit. c. 9. Subſcribunt Ioannes Faber Dominicanus l. 3. de Miſſa c. 2. Maldonatus Lucæ 24. Alanus lib. de Euchar. c. 45. Vaſques 3. p. d. 196. c. 3. Sherlogus in Cant. Veſtigatione 15. n. 31. Fateor tamen hoc eſſe ſatis dubium, imo negatur à Ianſenio & Carthuſiano ibi, & à Suare t. 3. 3. p. d. 43. ſect. 3. *in fine*. Tum quia ſic, fatendum eſſet, Chriſtum conſecraſſe abſque ſacrificatione; nempe conſecrando tantùm vnam ſpeciem: quod quamuis per poteſtatem excellentiæ facere poterat, non eſt tamen ſine vrgentiſſima cauſa, quæ hìc certè deeſt,) affirmandum Chriſtum edere voluiſſe exemplum conſecrandi, contrarium inſtitutioni ſuæ de ſemper iungenda vtraque conſecratione. Itaque vt minimum eſt valdè dubium, an *fractio panis* eo loco Lucæ 24. ſignificet conſecrationem Euchariſtiæ.

Io Actis S. Arſenij in narratione de ſene priùs incredulo, *fractio panis*, & pro conſecratione, & pro ſpecierum iacturam diuiſione vſurpata haberur, verbis illis. [Aperti ſunt intellectuales eorum oculi, & quando poſiti ſunt panes in altari, videbatur tribus illis tantummodò, tanquam puerulus jacens ſuper altare: Et cum extendiſſet Presbyter manus vt frangeret panem, deſcendit Angelus de cœlo: habens cultrum in manu, & ſacrificauit puerulum iſtum: ſanguioem verò eius excipiebat calice. Cum autem frangeret Presbyter in parua fruſta panem, etiam Angelus incidebat membra pueri in modicas partes.] Priore loco, *fractio* eſt conſecratio; quæ quamuis ab Angelo effici nequeat, tamen vt Senex dedoceretur errorem, placuit Deo, Angelum magni conſilij, qui eſt Sacerdos in æternum ſic exhibere.

Onomaſticon Euchariſticum.

Fructus dulcis guſturi ſponſa.

Origenes hom. 3. in Cant. dulciſſimè de hoc dulci fructu his verbis diſſerit. [*Sicut arbor mali inter reliqua ligna Syluæ, ſic eſt ſponſus meus inter reliquos filios*, habens fructum qui non ſolùm ſapore omnes, ſed & odore præcellat: & duos animæ ſenſus, id eſt guſtum & odoratum reficiat. Diuerſis namque copiis menſam ſuam nobis præparat ſapientia, in qua non ſolùm panem vitæ apponit, ſed immolat carnes verbi. Et non ſolùm miſcet in cratere ſuo vinum, ſed & mela odorata ſatis adhibet & dulcia, quæ non tantùm in ore & labiis ſuauitatem reddant, ſed & interioribus tradita faucibus, dulcedinem ſeruent.] De Euchariſtia quoque, eum locum accepit Aponius l. 3. in Cant. Rectè etiam conferri poteſt Euchariſtia, eum fructu ligni vitæ ad veſcendum ſuaui., de quo Geneſ. 2. Et ita Paſchaſius l. de ſacram. cap. 7. & qui eum locum, cum citato loco ex Cantieis perpulchrè nectit, vtrumque Euchariſtiæ accommodans Rup. l. 1. *in Cant. ſub finem.*

Frumentum.

Arnobius in Pſalmum 4. illud, *A fructu frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt*, [Accepimus frumentum in corpore, & vinum in ſanguine, oleum in chriſmate.] Similiter Vigilius l. 3. contra Eutychen. [Iacob & Eſau, populi gentium & Iudæorum gerere figuram; nullum opioor ambigere Chriſtianum. Primus ergo populus gentium, cuius Iacob præformabat imaginem, à rore cœli, & à pinguedine terræ, id eſt à Chriſto qui eſt Deus & homo, benedictionis ſortitus gratiam: frumenti, & vini, & olei, eſt abundantia cumulatus; id eſt corporis & ſanguinis Chriſti, & chriſmatis eius miſterio conſecratus.] Video à nonnullis, in eundem ſenſum accipi illa Ieremiæ 31. *Et venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini, ſuper frumento, vino, & oleo.* Tuelmaonus in Pſalm. 4. eodem refert illud Ioëlis 2. *Zelatus eſt Dominus ſuper terram, & pepercit populo ſuo. Et reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus.* Hunc enim locum pertinere ad bona noui Teſtamenti, monſtrant ſequentia; quibus Diaboli electio, & deſerti gentium fructificatio, ac Spiritus ſancti effuſio, interprete B. Petro Actor. 2. eſt prænunciata, vt eruditè & more ſuo piè conſiderauit. Tuelmaonus. Denique Oſeæ 14. vdi nos legimus,

Sect. V.

vinum tritico, S. Hieronymus testatur legi *inebriabuntur frumento*, quæ est mirabilis nota huius frumenti, escam simul ac potum continentis.

Frumentum electorum.

Zach. 9.

Non nemo vertit *frumentum iuuenum*, vel *adolescentum*, quia huius frumenti maximè proprium est instaurare iuuentutem amissam, & restituere homini primum vigorem. Si enim ceruus ætatis suæ arbiter est, quia serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem, vt ait Tertullianus l. de pallio cap. 3. quanto iustius est hominem iuuenescere ac nouellari, pastum Christi corpore, quod serpente sanante expressum est? Pulchre S. Ambrosius lib. 5. de Sacram. ca. 3. [lignum aridum factum es in Adam: sed nunc per gratiam Christi Sacramenta es cœlestia consecutus.] Itaque agnoscit, per Eucharistiam hominem iuuenescere, ac renitescere. Idem lib. 4. eiusdem operis cap. 2. [Veniebas ergo desiderans ad altare, vtpotè qui tantam gratiam videras. Veniebas desiderans ad altare, quo accipetes Sacramentum. Dicet anima tua, *Introibo ad altare Dei mei ad Deum qui latificat iuuentutem meam.* Depositi peccatorum senectutem, sumpsisti gratiæ iuuentutem. Hoc præstiterunt tibi Sacramenta cœlestia. Denique iterum audi dicentem Dauid *renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua.* Bona aquila esse cœpisti, qui cœlum petis, terrena fastidis. Bonæ aquilæ circa altare. *Vbi enim corpus, ibi & aquilæ.* Forma corporis, altare est; & corpus Christi est in altari. Aquilæ vos estis, renouatæ ablutione delicti.]

Insigniter de hoc effectu Eucharistiæ, disserit Pasch. libro de Sacram. cap. 21. vbi illud Prouerb. 9. *sapientia miscuit in cratere vinum suum*, ait ita accipiendum, vt significetur sumptio Eucharistiæ de mensa Christi, quod vt ait, [Ideò fit, vt sanguis Christi, iude pro nobis exhauriendis quotidie delictis, rursus in pretium sumatur redemptionis, & interior homo noster per hoc plenius innouetur, & coúmatur Christo, non modò moribus & vita, verùm etiam & vnitate naturæ per corpus; vt hinc inde in illius forma inueniamur. Neque enim hic sanguis integrè percipitur, nisi & moraliter iocbriet mentem & spiritualiter de alari corporis Christi, nb renouationem nos refundat; vbi profectò Christus conuiuium & conuiua noster, simul esse voluit. Per hoc ergo quod nos corpus eius sumus, de carne & ossibus eius; ille nobiscum illud bibit nouum, in regno Patris, quia sanguis est noui Testamenti. Nos verò quia corpus eius sumus, & ille in nobis vt caput regnat, regnum Patris iure vocamur. In quo nimirum Christus iam illud bibit nouum, quoties fideles intra Ecclesiam dignè istud percipiunt. Sicut enim patitur in suis, esurit, & sitit, & vestitur, ac suscipitur: sic quoque bibit illud nouum in regno Patris, id est in Ecclesia, quoties eum digne sui, aut comedimus aut potamus. Nam de vinea illa quæ fecit labruscas, felle amaritudinis potatur, quod est calix passionis. Cæterum in regno adoptionis, de genimine vitis nouæ bibit, & de viuea Sorech quæ interpretatur *electa*. Rubentia enim musta in eo prelo Crucis eliquantur, dum quotidie Christi sanguinem de altari sumimus. Idcirco quoties nouum ex hoc vinum bibimus in regno Dei, Christus illud se bibere fatetur, cuius nos membra sumus, & qui bibimus. Hinc ergo conuiuium nostrum dicitur, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Conuiuæ verò eo quod cum illo epulamur transformati in nouitatem, quia corpus eius sumus, ex quo se in regno Patris illud nouum bibere testatur. Alioqui cum in illo regno futuro hunc potum corporeo gustu, & banc escam non bibiturum, nec peteepturum credimus, sed sicut ipse Sacerdos & Autor salutis instituit. Ex quo enim renouati sunt SS. Apostoli per aduentum S. Spiritus de cœlis & inebriati musto charitatis; ex eo sane credimus hunc calicem in Ecclesia consecratum: quoniam ille Spiritus veritatis in quo renouati sunt, ex vetustate, induxerat eos in omnem veritatem, & confirmauerat in plenitudinem doctrinæ. Profectò vbi iam sicuti à Christo, ita sanè ab eis & deinceps, in nouitate Spiritus sancti consecratur.]

Hoc igitur est, Eucharistiam esse frumentum nouellans & restituens iuuentutem. Vulgata lectio, quæ habet *frumentum electorum*, passim refertur ad prædestinatos, ita vt hoc titulo significetur, hunc esse cibum à Deo prouisum, vt in illius fortitudine electi perueniant ad patriam. Quamuis autem verissimum sit, Eucharistiam efficacitatem suam maximè prodere in electis, rameu cauendum est, ne sicut aliqui Hæretici solos electos habent pro verè iustis, nec nisi à iustis accipi Eucharistiam affirmant, ita à solis electis verè accipi Eucharistiam arbitremur. Iudas enim non erat electus, qui tamen Eucharistiam percipit, vt laiè tradit Castro V. *Eucharistia* hæresi 11. & nos plene tractat. de Iuda cap. 9. num. 29. Et iude Christi bonitatem maximè suspiciebat S. Elphegus vt habent eius Acta 19. April. Reptobi ergo, siue pro tempore quo sunt iusti, siue cum in malo statu (io quo denique obeunt,) ad sacram mensam acceduut, verè accipiunt corpus Christi, & cum fructu, quando per iustitiam temporariam, qua interdum collucent, dignè communicant. Itaque benigna mollitione, vel etiam correctione egent, illa crediti Bernardi serm. de dignit. Sacerd. *sub finem.* [Ttia in Sacramento altaris attendere debes, speciem panis, veritatem carnis, virtutem gratiæ spiritualis. Vsque ad speciem panis, sensus pertingit exterior: ad veritatem carnis, fides interior: ad virtutem gratiæ spiritalis charitas superior. Speciem panis, rodit aliquando sorex paruissimus; Christianus recipit, etiam pessimus: Virtutem gratiæ spiritualis, non oisi prædestinatus recipit.] Imo verò etiam non prædestinatus, si iustè cotumunicet, (vt potest contingere,) virtutem gratiæ spititualis ex Sactamento percipit, nili si ea virtua testringatur ad beneficium perseuerantiæ, cui exorandæ magnum præsidium est in Eucharistia. Qua ratione potest admitri quod Haymo 1. Cor. 11. ait, Christum omnibus prædestinatis ad vitam æternam, tradere panem quem quotidie consectant Sacerdotes.

Fundamentum fiducia.

S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor.

Prædarè de hoc fiduciæ fundamento in Eucharistia Petrus Chrysologus serm. 95. vbi agens de Pharisæo rogante vt Christus cum eo manducaret, ait, [Rogas Pharisæe vt manducea

cum

cum illo : Crede, esto Christianus, & manduca ex illo. *Ego sum* (inquit,) *panis qui de cœlo descendi.* Semper Deus maiora tribuit quàm togatur. Nam se manducandum dedit, qui rogabatur vt manducandi secum, fiduciam largiretur. Et tamen hoc dedit, vt illud quod postulatus est non negaret. Nonne sic promisit hoc, & sponte discipulis suis. *Vos perseveraſtis mecum, manducabitis & bibetis in mensa mea, in regno meo?* Christiane, qui se tibi hic manducandum dedit, quid suum tibi denegare poterit in futurum, Et qui tantum tibi viaticum patauit ad victum; quid in illa tibi mansione perpetua non parauit?] Optimè item Paschasius l. de sacram. c. 19. ferè initio, adductus sect. 4. c. 2. §. 2.

G.

Gloria Dei.

S. Ignatius Epist. ad Ephes.

De hoc titulo latè sect. 3. c. 5. tractando humilitatem Christi in Eucharistia.

Gratia.

Apostolus Hebr. 12. ait *habemus gratiam per quam seruiamus Deo, placentes cum metu & reuerentia.* Hunc locum de Christiano sacrificio esse accipiendum, benè prosequitur Turrianus l. 2. de Euchar. cap. 13. Nam illud *seruitium*, de quo ibi Apostolus, Grecè est λατρεία & supremum cultum Deo per hoc sacrificium exhibitum designat. Est etiam perquàm verisimile, Apostolum Hebr. 13. attentem Hebræos ab epulis sacrificantibus antiquis, huius gratiæ meminisse cum dixit. *Optimum est gratia stabilire cor, non escis quæ nihil profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Hæc postrema cadere in Eucharistiam, grauissimi Patres ibi à Cornelio notari tradiderunt. Ergo illa alia adiuncta, ad eundem scopum spectant : atque adeò *gratia* stabiliens cor est Eucharistia, cuius proptius effectus retinere ac munire animum, vt S. Cyprianus agnouit; prosp icies nc quis ad profitendam fidem, & subeundum pro Christo martyrium, aliter impastus, hoc cibo. Non tarò item *gratia* absolutè sumitur pro effectu sacrificij siue pro corpore Christi & sanguine. Iam supra retuli illa S. Ambrosij 5. de sacr. cap. 3. [Venisti ad altare, accepisti gratiam Christi, sacramenta es cœlestia consecutus.] Nec minùs apertè S. Augustinus tract. 27. in Ioan. [Gratia eius non consumitur morsibus.] Et sermone de verbis Euang. allegante Beda 1. Cor. 10. [Norunt fideles, quemadmodùm manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia, *partes* vocantur.] Sexta Synodus can. 101. [Corpus Christi & templum, hominem ad imaginem Dei creatum, diuinus magna voce appellat Apostolus. Omnem ergo sensibilem creaturam superans, is qui salutari passione cœlestem dignitatem est assecutus, Christum bibens vel comedens, æternæ vitæ adaptatur, animam & corpus diuinæ gratiæ participatione sanctificans. Quare si quis immaculati corporis in synaxis tempore esse particeps voluerit, & offerre se ad communionem, manu in Crucis formam, sic accedat; & gratiæ communionem accipiat.] Theodoretus Dialog. 1. ait, Christum symbola visibilia, sui corporis & sanguinis nomine deuorasse, non mutando naturam, (nempe apparenter ac externa specie,) sed gratiam adiungendo naturæ : Gratiam vtique substantialem, seu Christum. Autor qq. ex vtroque Testamento mixtim quæst. 106. [Arbor vitæ quæ posita est in paradiso, imago fuit futuræ gratiæ Dei, quæ est corpus Domini, quod qui edit, viuet in æternum.] Apud Palladium sect. 66. Laus. accessus ad gratiã, idem est quod accessus ad communionem. Ait enim Ammonam Monachum. vidisse Angelum signantem accedentes ad gratiam & scribentem in libro, illorum nomina. Eos autem qui aberant delenisse, & intra triduum defunctos esse. Denique Franco Abbas tom. 10. de Gratia Dei rationem optimam reddit cur Eucharistia dicatur *gratia*, sic scribens. [Christus instituto sacrosanctæ cœnæ conuiuio, vbi legalibus ceremoniis, celebratu Pascha typico finem imposuit, verum & æternum Pascha, typico finem imposuit, verum & æternum Pascha, veri agni oblatione substituit, in cuius immolatione, charitas, (ipsa est gratia de qua agimus,) oculis nostris quasi visibiliter se contendam exhibuit. *Maiorem enim charitatem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Si autem animam ponere pro amicis, tam magna est charitas vt maior esse non possit, quæ & qualis aut quanta est charitas, animam ponens pro inimicis? Nam cum pro amicis anima ponitur, vicissitudo amicitiæ redditur. Cum verò pro inimicis anima ponitur, rectè charitas, recte gratia vocator. *Commendat autem suam charitatem Deus in nobis*, ait Apostolus, *quoniam cum adhuc peccatores & inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.*]

Onomasticon Eucharisticum.

Gnosticos quoque, Eucharistiæ tribuisse nomen *gratia*, habetur ex S. Irenæo lib. 1. cap. 9. quem descripsit S. Epiph. hær. 34. Agens enim de præstigiis Marci, ait. [Pro calice vino mixto, fingens se gratias agere, & in multum extendens sermonem inuocationis, purpureum & rubicundum apparere facit, vt putetur ea gratia ab iis quæ sunt super omnia, suum sanguinem stillare in illius calicem per inuocationem eius, & valdè concupiscere præsentes ex illo gustare poculo, vt & in eos stillet quæ per Magnum hunc vocatur *gratia*.] Item Eusebius Emissenus homo hæreticus apud Theodoretum Dial. 3. inducit. Christum obiurgantem inficiatores veræ carnis Christi, & eorum testantem, primandum esse immortalitate & bonis per participatam Christi carnem conferendis, eo quod pro nihilo habuissent *gratiam*. Non modò igitur Sancti Doctores, sed etiam impij hæretici, diuinam Eucharistiam nomine *gratiæ* insigniuerunt. S. Dionysius extremo capite de communione, numero multitudinis appellat Eucharistiam *gratias magnas*, χάριτας μεγαλοπρεπεῖς.

Gratia bona.

Idem quod Græcè *Eucharistia*. Notationem *gratia bona*, prout de Eucharistia dicitur, quibus hic aperuit Ioannes Ragusinus orat. de commun. sub vtraque specie, quam habuit in Concilio Basileensi, meritò hîc adscribendus. Panis iste (inquit,) si dignè comeditur, impinguat. *Poculum tuum inebrians, quàm præclarum est.* Per hanc ergo Sactamenti virtutem, vniuersæ virtutes

actio V. tutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Is enim in hoc Sacramento ſumitur totus & integer, qui eſt fons & origo totius virtutis & gratiæ. Quapropter antonomaſticè reſpectu omnium aliorum Sacramentorum, *Euchariſtia* dicitur Græcè, quod Latinè interpretatur *bona gratia*; cuius nuncuparionis ſex poſſunt cauſæ & rationes aſſignari. Vna eſt, quia non eſt niſi gratia, & non niſi gratia eſſe poteſt. Secunda autem, quia non datur niſi à gratiſſimo. Tertia quia non niſi gratiſſimis adminiſtratur. Quarta autem, quia non niſi gratiam operatur. Quinta, quia gratia eſt ſuper gratiam. Sexta, quia eſt omnis gratiæ contentiuum. Etenim cum in omnibus Sacramentis aliis, gratiam eius per partes participemus, in hoc Sacramento totum quod videmus, quod tangimus, quod guſtamus, eſt gratia. Vnde Zachar. 4. dicitur de hoc Sacramento *exequabit gratiæ gratia eius*. Quia quicquid in omnibus Sacramentis & virtutibus ſparſim in gratiis colligitur, totum ſimul hic in vna gratia inuenitur. Vnde ſignificatur per Gomor, quod eſt menſura manna: quæ vnicuique ſufficiebat. *Exod.* 16. Menſura enim ſufficiens homini ad ſalutem, non eſt niſi quæ continet gratiam perfectam, in qua totus Chriſtus continetur. Hæc eſt vna autea continens manna *Hebr.* 9. quæ intra Sancta Sanctorum collocatur quæ ad vniuſquiſque ſufficit capacitatem.] Videndus de hac Euchariſtiæ denominatione Alcuinus libro de diuin. Offic. cap. 40.

Gratia corporis Chriſti.

Autor imperf. operis in Matth. hom. 17.

Idem eſt *gratia corporis Chriſti*, ac *gratia quæ eſt corpus Chriſti*, vt proinde hic titulus recidat in eum qui paulo ante eſt propoſitus.

Gratia Dei, Gratia Chriſti, Gratia Spiritus.

Palladius ſect. 63. Lauſ. agens de Dioſcoro centum Monachorum Patre, ait eum cum acceſſurus erat ad gratiam Dei, monuiſſe ſuos vt puri accederent; vbi *accederent ad gratiam Dei*, eſt accedere ad ſacrificandum, & portigendam ſuis Euchariſtiam. Vel certè eſt accedere ad communicandum: quo pacto *gratiam Dei* pro Euchariſtia, accipit idem Palladius ſect. 69. eiuſdem libri, vbi agens de Eulogio, ait. [Cum ſæpè vidiſſet aliquos Monachos ad aram acceſſuros, eos retinuit, dicens, quomodò audetis ad ſancta accedere Sacramenta, cum habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte, animo vetuſti turpem fornicationis cogitationem. Alius autem in animo ſuo reputauit; dicens, nihil refert ne peccator an iuſtus accedat ad *Dei gratiam*? Alius autem de dono dubitauit, dicens, numquid me accedentem ſanctificabit? Parum ergo recedite à ſanctis Sacramentis; & ex animo agite pœnitentiam, vt ſit vobis remiſſio peccatorum, & ſitis digni Chriſti communione. Niſi enim primùm mandaueritis cogitationes, non poteritis ad *Chriſti gratiam* accedere.] En quoties Palladius propoſitas diuinæ Euchariſtiæ denominationes vſurpat, vt clarum videatur fuiſſe tunc peruolgatas. Porrò quam *gratiam Dei* & *gratiam Chriſti* dictam audiſti S. Chryſoſtomus hom. 83. in Matth. vocat *gratiam Spiritus*, dicens. [Quaſi lactentes pueri, *gratiam Spiritus* ſugamus.] Hortatur ibi ad communicandum auidè & aſſiduè. Eodem modo accipit *gratiam Spiritus* hom. 3. de Dauide, vt dicam ſect. 6. c. 3.

Gratia Euchariſtia.

Concilium Cæſarauguſtanum c. 3.

Gratia ſalutaris.

S. Cyprianus l. de lapſis, n. 94.

Recenſens eo loco S. Cyprianus aliquot miracula in abutentes cibo Euchariſtico edita poſtremum ſic exponit. [Alius & ipſe macolatus, ſacrificio à Sacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus latenter accipere, ſanctum Domini edere & contrectare non potuit. Cinerem ferre ſe, apertis manibus inuenit. Documento vnius oſtenſum eſt, Dominum recedere cum negatur: nec imuerentibus ad ſalutem prodeſſe quod ſumitur, quando gratia ſalutaris in cinerem, ſanctitate fugiente muterur.] Eo loco ſacramtum Euchariſtiæ, apertè vocatur *gratia ſalutaris*. Vnde Pamelius firmati notat eam ſententiam, qui Euchariſtiam interpretati ſunt *bonam gratiam*. Quo ſpectaſſe etiam ait S. Hieronymum, qui Euchariſtiam vocauit *gratioſitatem & gratiam*.

Gratia ſecundum fidem, ſiue *in fide*.

Maximus de Eccleſ. myſtag. c. 22. aliàs 25.

Explicans Maximus quid vnumquodque eorum quod in myſteriis peragitur, myſticè deſignet cum venit ad ſignificationem participationis diuinæ Euchariſtiæ, habet hæc verba. Significamus. [Per ſanctam immaculatorum & viuificorum Sacramentorum participationem, eam quam cum ipſo eſſe contigit ex participatione præſimilitudinem, communicationem, & vt eodem verbo rurſus vtar, identitatem, per quam ex homine Deus fieri humo dignus habetur. Quorum enim hîc in præſenti vita per gratiam in fide credimus eſſe donorum S. Spiritus participes, eorum in futuro ſæculo, verè, & vt reipſa ita ſit, per ſpem fidei noſtræ quæ non excidit & eius qui eſt pollicitus, firmam & ſtabilem & quæ tranſilit non poteſt promiſſionem, cum præcepta pro viribus ſeruauerimus, credimus nos futuros participes tranſeuntes à gratia quæ eſt in fide, in gratiam quæ eſt in forma, Deo ſcilicet & Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, per oblationem eorum quæ in nobis corruptionem & interitum ſignificant, in ſeipſum transformante & tranſmutante; & quæ per ſigna ſenſibilia hic oſtenſa ſunt, archetypa & primitiua largiente Sacramenta. *Gratiam in fide*, præuiam gratiæ *quæ eſt in forma* vocat, gratiam ſecundùm fidem, præeuntem gratiæ quæ eſt ſecundùm ſpeciem. Ambulamos enim hic per fidé, non per ſpeciem vt in cœlo. Vnde Sacramentum Euchariſtiæ, cuius hic in via vſus eſt, dicitor *gratia ſecundum fidem*, vel *gratia in fide*. Gratia autem coniunctionis liquidæ & facilis cum Deo cuius communio præſens eſt antytipa, eſt *gratia in forma* vel *gratia coniunctionis ſecundum ſpeciem*.

Gratia ſuper gratiam.

Tuttectemaia tract. de Euchar. cap. 4. in quinta tatione nominis *Euchariſtia*, latè proſequitur notionem huius tituli. Summa diſputationis eſt, in Euchariſtia aceruari cumulum omnium gratiarum, indéque Euchariſtiam denominari *gratiam ſuper gratiam* non diſſimiliter atque mulier ſancta & pudorata dicitur gratia ſuper gratiam. Poteſt verò optimè huc aptari, quod proximè dictum eſt ex Maximo de gratia ſecundùm ſpeciem. Sicut enim per Chriſtum accepimus gratiam

tiam pro gratia, atque adeò gratiam, super gratiam, eo ipso quod gratiæ veteris legis, successit gratia noui Testamenti: ita per Eucharistiam, à gratia transimus ad gratiam auctiorem; ab vnione inquam Sacramentali ad factialem & apertam. Vnde rectè dicitur *gratia super gratiam.*

H.

Hæreditas Christi.

S. Chrysostomus hom. 2. ad populum *in fine*, sic describit præclaram hæreditatem nobis à Christo relictam in Eucharistia, confectens eam cum melote relicta Eliæ ab Elisæo. [Tanquam maximam hæreditatem, Elisæus melotem suscepit: Etenim verè maxima fuit hæreditas, omni auro pretiosior. Et erat posthac duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & deorsum Elias. Noui quod iustum illum beatum putatis; & velleris quisque esse vt ille. Quid igitur si vobis demonstrauero quid aliud, quod illo multo maius omnes sacris mysteriis imbuti recepimus? Elias nempe melotem discipulo reliquit; filius autem Dei ascendens, suam nobis carnem dimisit. Sed Elias quidem exutus; Christus autem & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Ne igitur animo concidamus, neque lamentemur, neque temporum difficultatem nimeamus. Qui enim sanguinem suum pro omnibus effundere non recusauit, & carnem suam & rursus ipsum sanguinem nobis communicauit, quid pro salute nostra recusabit?] Adducendus in eandem sententiam est S Gaudentius tract. 2. in Exod. *sub finem.* [Deus noster (inquit,) ignis consumens est, potgans, erudiens, & illuminans corda nostra ad intelligentiam diuinorum; vt & ipsius à Christo instituti sacrificij cœlestis causam rationémque noscamus, inenarrabili dono eius sine fine gratias relaturi. Nam verè istud est hæreditarium munus Testamenti eius noui, quod nobis ea nocte qua tradebatur crucifigendus, tanquam pignus suæ præsentiæ reliquit.]

Sed & Prosper in opere de promiss. a. p. c. 40. agens de Iesu Naue. [Rectè huic nomini, etiam tetrena hæreditas distribuenda, seruata est: quoniam non esse aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo nos oporteat saluari, Apostolica est sententia præfinitum, quæ nostrum ducem Iesum Christum Dominum ostendit, suis hæreditatem perpetuam, seipsum distribuentem, qui eum percipientes dicunt; hæreditas mea, præclara est mihi.] est etiam in hanc rem pulcherrimus locus apud S. Auitum serm. de Natali Calicis, vbi sic concludit plenioren dispntationem. [Agnoscamus fideliter, summam hæreditaris indeptæ. Illud est videlicet, quod cœnantibus Apostolis, æterni libaminis, ordinem, consecrauit. Itaque videmus, quod nihil nobis de substantiæ plenitudine minuit; qui quod pro nobis assumpsit, vnum nobis reliquit. Alij hæredibus suis sua tribuunt, ille semetipsum, id est, carnem vel sanguinem corporis sui.]

Benè de Eucharistia accipit Turrecremata tract. de ea c. 4 *ratione* 5, illud Isaiæ. 58. *Sustollã te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui.* Censet hic Autor, *altitudinem terræ*, esse excellentiam corporis Christi: Et hanc ipsam esse hæreditatem Iacob, & omnium ab initio Patriarcharum, quia omnes in fide & benedictione huius Sacramenti sunt vegetati atque refecti, quas nos quoque nunc cibamur atque reficimur.

Onom. sticon Eucharistiæ.

Hierurgia.

S. Dionysius cap. 3. hierar. Eccles. donat hoc nomine incruentum sacrificium, quia in eo Hierarcha ἱερουργεῖ τὰ θεάρχια. *Operatur sacra diuinissima.* Christi scilicet corpus & sanguinem, quæ sacro ore, & sacris verbis à Christo adhibitis & præscriptis conficit. Non enim ea vtcunque fiffit, sed verè conficit, vt fert vetiō vocis ἱερουργεῖν & disertè air S. Hieronymus, negans licere sibi obluqui de Sacerdotibus; qui Christi corpus sacro ore conficiunt: Alios similiter locutos, protuli supra sect. 3. c. 2.

Holocaustum salutis, holocaustum Dominicæ passionis.

Rupertus l. 6. in Gen. c. 32.

Quomodò sacrificium incruentum dicatur *holocaustum salutis & dominicæ passionis* dictum est supra sect. 3. cap. 1. exponendo comparationem vtriusque sacrificij. S. Clemens epist. 2. singulas hostias vocat *holocausta*, quod quomodò sit intelligendum patebit ex dicendis V. *Sacramenta.*

Hortus conclusus.

S. Ambrosius l. de initiandis cap. 9. hunc titulum suggerit & euoluit, verbis illis. [His igitur Sacramentis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animæ firmatur substantia. Meritóque videns profectum eius gratiæ continentem, dicit ad eam: *Quàm decora facta sunt ubera tua, soror mea sponsa, quam decora facta sunt à vino, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub linguatua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor libani. Hortus conclusus soror mea, sponsa mea, hortus conclusus fons signatus.* Quo significat, signatum debere apud te manere mysterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio castitatis; ne diuulgetur quibus non conuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona ergo debet fidei tuæ esse custodia, vt intemerata vitæ ac silentij integritas perseueret. Vnde & Ecclesia altitudinem seruans mysteriorum cœlestium, reiicit à se grauiores venti procellas, & inuitat vernantis gratiæ suauitatem, & sciens quod hortus suus Christo displicere non possit, aduocat ipsum sponsum, dicens, *Exurge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent vnguenta mea. Descendat frater meus in hortum suum, & edat fructum pomiferarum suarum.* Bonas enim arbores & fructiferas habet, quæ radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo, & in bonos fructus nouæ fœcunditatis germine pullulauerint, vt non iam Prophetica cædantur securi, seu Euangelica vbertate fœcundentur. Denique fertilitate earum Dominus delectatus respondet, *ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa, vindemiani myrrham cum vnguentis meis, manducaui cibum meum cum melle meo, bibi potum meum cum lacte meo.* Quare cibum & potum dixerim fidelis intellige. Illud autem non dubium, quod in nobis ipse manducat & bibit, sicut in nobis legisti, quia in carcere esse se dicit. Vnde & Ecclesia videns tantam gratiam, hortatur filios suos, hortatur proximos, vt ad Sacramenta concurrant, dicens, *edite proximi mei & bibite, & inebriamini charissimi mei.* Quid edamus, quid bibamus,

Sect. V.

bibamus, alibi tibi per Prophetam Spiritus sanctus expressit, dicens, *gustate & videte quoniam suauis est Dominus.*] Videndus Philo Carpathius Cant. 5. ad illud *ingredere in hortum meum.*

Hostia incruenta.

Isidor. Pelus. l. 3. epist. 75. omnibus Christianis Sacerdotium sui corporis tribuens, sacrificium incruentæ hostiæ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, solis Sacerdotibus initiatis concedit. De eadem incruenta hostia, accipiendum est quod Nazianzenus orat. 3. de Iuliano Apostata loquens, ait. [Hinc quidem facinora sua auspicatur, quemadmodùm narrant qui ipsius arcanis gloriantur: (Prob in quos sermones incutrere cogor!) impuro & nefario sanguine lauacrum extergit, initiationi nostræ execrabilem initiationem opponens, sus videlicet in cœno prouoluta, sicut est in prouerbio; manúsque suas profanat, vt nimirum eas ab incruento sacrificio, per quod nos Christo ipsiúsque passionibus & diuinitati communicamus, elueret ac repurgaret.] *Sacrificium incruentum*, eo Nazianzeni loco, sumitur pro hostia incruenta. Neque enim Iulianus fuerat Sacerdos, vt sacrificare Christiano ritu posset. Sed quia pro more tunc recepto, iotet communicandum hostiam incruentam nudis manibus exceperat, arbitrabatur eas esse contaminatas, & conspurcatas. Ideirco illas eluere voluit ad modum prædictum.

Hostia laudis.

Apostolus Hebr. 13. de Christo ait, *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, semper Deo.* Hoc de hostia Eucharistiæ accipit Matthæus Galeuus l. de sacrific. & cap. 5. & Turrianus l. 2. de Euch. cap. 14. Nec abnuit Cornelius Ibi, quin sit legitima expositio, tametsi (vt putat,) inadæquatæ: quod aliæ præterea sint hostiæ laudis, & fructus labiorum confitentium nomini eius, quamuis ista est præcellentissima. Potest autem profetri duplex ratio, qua hoc mysterium dicatur esse *hostia laudis*; primò absolutè & absque respectu ad vllum antiquum sacrificium. Verè enim Eucharistia est *hostia laudis*; & quidem suptemæ, qua Deus in Spiritu & veritate adoratur. Quo sensu S. Augustinus l. 2. contra aduers. legis c. 18. negat aliud esse sacratius sacrificium laudis; quod splendidissimè iterat c. 20. Et hoc sensu Isaiæ 62. Eucharistia dicitur comedenda à laudantibus. Sic enim habet Propheta. *Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. Si dedero triticum tuum vltra inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti: quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum; & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.*] Glossa S. Hieronymi in eum locum sic habet. [Hoc est autem triticum, & hoc vinum quod non comedent nisi laudantes Dominum, & non bibent nisi in atriis sanctis eius, de quo Dominus in passione dicebat, *amen amen dico vobis, non bibam de genimine vitis huius, donec illud bibam nouum in regno Patris mei.* Quæ ex parte complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus discipulis suis, *bibite amici mei & inebriamini fratres:* Quod vinum lætificat cor hominis, & in plena luce atque meridie bibitur à Ioseph: Et complebitur plenius, quando inebriabitur terra benedictionibus Domini. Triticum quoque de quo panis cœlestis efficitur, illud est de quo loquitur Dominus, *Caro mea verè est cibus.* Russúmque de vino; *Et sanguis meus verè est potus.*]

Sed de cumulata & plena laude, per hanc hostiam Deo exhibita, ob quam plebs Christiana ad nullum aliud diuini publici cultus pensum astringitur in festis, quàm ad assistendum huic sacrificio, multa sæpè iam sunt dicta; nominatim tractando Christi in Eucharistia humilitatem, & alia addemus in sequentibus.

Monendus verò hîc obiter est Lector, Catholicæ fidei hostes decipulam hîc apposuisse simplicibus, vt refert Alanus lib. de sacrif. c. 24. Ex eo enim quod Eucharistia dicatur *hostia laudis*, & eius immolatio appelletur *sacrificium laudis*, inferunt ratione hostiæ & sacrificij non habere locum in hoc mysterio, nisi latè & cum abusione vocis, iuxta quam S. Chrysostomus, in Psal. 95. decem sacrificiorum genera numerat, inter quæ recenset laudem Dei. Scatent scripta Patrum huiusmodi dictis de sacrificio laudis ignitæ in templo cordis; vt loquitur Laur. Iustinian. serm. de Purific. B. Virg. qui etiam l. de Casto connubio c. 24. hæc habet de eo sacrificio. [Optimè vtique exercetur mens cum diuinis exercetur in laudibus. Est namque diuina laus, sacrificium salutare, oblatio munda, thymiama suauissimum, munus acceptabile, & grata libatio, fragrantissimus odor, & hostia immaculata.] Apud Anastasium q. 2. in Script. ex doctrina cuiusdam Anachoretæ perfecta adoratio in spiritu & veritate & liturgia Deo acceptissima, præ qua externus sacrificandi ritus non videatur tanti esse, statuitur hæc sui immolatio in ara cordis & templo animæ

Hinc igitur eruunt Hæretici; cum Eucharistia dicitur *hostia laudis*, vocem *laudis* esse additum diminuens; quale est quo *homo* dicitur *pictus*, & æquè tollere veritatem ac proprietatem hostiæ & sacrificij, sicut esse pictum adimit veritatem humanæ naturæ ab eo qui denominatur homo pictus. Sed veritas Catholica docet hoc sacrificium ita esse supremam Dei laudem, vt simul sit verum sacrificium. In quam sententiam & veritatem immolationis hîc agnoscendam supra nudam laudem, multa ex Patribus accumulat Ioannes Fabri Ord. Prædicat. l. 5. de Missa c. 8.

Altera ratio ob quam Eucharistia dici potest *hostia laudis*, continet respectum ad priscam hostiam laudis, de qua Leuit. 7. Benè eam hostiam in hunc modum describit Philo l. de victimis. [Sacrificium quod laudis dicitur, sit hunc modum. Cum aliquis in oullam aduersitatem incidit, vel rerum externarum vel corporis, sed quieta tranquillâque vita fruitur, prosperè degens & feliciter, absque offensis damnisque omnibus longum vitæ cursum, ceu nauim, in alto dirigens in serenitate perpetua, secundæ fortunæ auris à puppi aspirantibus; necesse est vt Deo gubernatori debeat, sanitatem continuam, & non interpellata commoda, atque in vniuersum sinceras felicitates nullis vitiatas calamitatibus: & horum largitorem demereatur hymnis, laudationibus, sacrificiis, & aliis gratiarum actionibus; quæ omnia comprehenduntur *laudis* nomine. Hanc victimam, non biduo sicut priorem illam pro salute, sed ipsa prima die lex iubet absumi, vt qui experti sunt propensum patrumque fauorem cœlestis numinis, incunctanter de hoc sacrificio impertiantur aliis.] Recolendum in hanc rem est, duo fuisse genera

genera hostiæ pacificorum : vnum pro accepto beneficio,alterum quod vel ex voto, vel sponte offerebatur. Prior hostia , præcipuè habebatur hostia laudis,& in ea duo panes absque fermento offerebantur , quorum vnus Sacerdoti cedebat. Aquila Psal.49. v.14. & Psal.106.v.22. expressit hoc sacrificium , nomine *ἐυχαριστιας*, vt vtrobique monuit Agellius. Habemus ergo , & materia , & ipso nomine adumbratam nostram Eucharistiam in antiqua hostia laudis : cuius etiam adiuncta ex Philone recitata, perbellè in Eucharistiam cadunt. Nam ad eam accedendum est,fruenti summa pace & lætitia.

Hostia munda , diuinum , sacrosanctum, Deóque dignissimum sacrificium.

Eulebius libro. de demonstrat.capite vltimo. Nostra hostia,*munda* dicitur ad differentiam hostiæ pecuinæ:quæ quia cruenta erat, multis sordibus obnoxia necessariò erat , & iia incommodis quæ sordes illas consequuntur. Quanquam Hebræi in Capitulis Patrum inter decem miracula domus Sanctuarij numerant , quod nunquam abortiuerit mulier ab odore immolatorum in templo,nunquam caro ibi immolata fœtuerit,nunquam ibidem visa sit musca. Quorum fides sit penes Autores.Nostra hostia,nullis talibus incommodis, citra omne dubium est obnoxia;estque verè munda & nitens,& in se,& quoad omnia adiuncta. Debétque esse curæ iis qui apparant sacrificij materiam , vt mundissima & nitentissima sit,ac digna sub cuius accidentia & exuuias subeat Christus.Eáque de causa,hostiæ diligendæ sunt ex pura & candida materia. In quam rem scitè Algerus l.2. de Euch. c.9. præmissa hac interrogatione. [Quæritur,quare in candido pane conficeretur magis corpus Christi, quam in nigro,vel cuiuscunque coloris;cum sanguis consecretur in vino albo,vel tubro, vel cuiuscunque coloris.] Respondet. [Pane quidem cuiuscunque annonæ siue coloris,non prohibetur fieri corpus Christi , si necessitas fuerit : sed decet reuera eum candidissimum esse & mundissimum, si facultas non defuerit,qui transferri debet in splendidissimum corpus immaculati Agni. Sicut enim mucor & vetustas in tali Sacramento probibentur, ne irrogeor sumentibus fastidium;sic in eo nihil debet esse,quod sumendi minuat desiderium.]

Scribit Cæsarius l.9.c.65.iuxta Colooiam Aggrippinam accidisse, vt Sacerdos oblaturus hostiam, aduerterit eam resilire à sacro ministerio: id tertiò cum contigisset , aliam hostiam afferri iussit,qua adhibita sacrificium placidè & absque vlla difficultate perfecit. Sacro finito,eandem illam hostiam tertio abiectam assumens , in cœtu virorum grauium ac peritorum, rei gestæ seriem exposuit : & cunctis præ stupore hærentibus, vnus hostiam aduerso Sole contuitus , maculosam deprehendit: eáque diuisa , deprehensus est intra eam cimex decoctus:Indéque compertum, cur SS. Angeli, hostiam adeò immundo animalculo inquinatam,à sacro ministerio reiectam voluissent. Ab oculatis testibus eam se narrationem comperisse;scribit Cæsarius,qui etiam cum ea scriberet , testatur Sacerdotem cui ea hostiæ reiectio acciderat,fuisse superstitem.

Admonet hic locus , circa vinum quoque adhibendas esse cautiones ; ita vt non modò adhibeatur vinum de vite liberum nimiis admistionibus extraneis , & totali acore ac corruptione, & iam digestum sufficienter ad naturam vini: (alioqui enim non esset valida secundæ consecrationis materia,) sed etiam adhibeatur vinum, quod quauis impuritate & fœculentia careat; cuiusmodi sanè non est mustum ex vuis maturis expressum in dolia vel in ipsum calicem : quæ esset quidem validę consecrationis materia:cum tamen non sit conuiuium vindemiæ defœcatæ, in quo huiusmodi potus propinator , infrequentissimum est vt(ob talis vini impuritatem)liceat in eo vino consecrare , quod rectè affirmat Alanus l. de Euch.c.11.& Suar.t.3.3.p.d.45.s.1. Et ratio est,quia fœces musto admistæ,non sunt vinum,nec consecrantur,moxque seorsim à speciebus vini in fundo calicis subsidunt : aut si totam vini substãtiam ita permearunt,vt vinum essent, & consecrarentur,mox corruptæ, & vini hypostasis siue sedimentum effectæ,desinunt esse species vini, nec vltra continẽt Christi sanguinem. Vtrumuis autem contiogere supponatur,nõ exigua io Christi sanguinem irreuerentia est,vinum hic impurum,priusquàm defœcatum fuerit,consecrare. Porrò quod Suares loco allegato ait , se non existimare vigere vllibi eum vsum consecrandi vinum ex vuis maturis expressum in calicem,ad sctibi non possum ; qui sciam variis locis ineunte Augusto,alibi verò(vt Auenione in quadã religiosa domo 6. Augusti,)in more fuisse non ita pridem , vt huinsmodi vinum consecraretur specie pietatis in primitiarum vineæ consecratione & oblatione,Deo facta.

Hostia omnium Sacerdotum.

S.Paulinus Epist.5.

Agens de Christo S.Paulinus,[Ipse (ioquit,)pro nobis & animam & carnem suam posuit & recepit:qui & Sacerdos,& hostia,& agnus,& pastor est,qui pro ouibus suis Pastor, & pro pastoribus suis agnus occisus est.Ipse enim Dominus,hostia omniũ Sacerdotũ est,qui semetipsum pro omniũ reconciliatione Patri libans , victima Sacerdotij sui,& Sacerdos suæ victimæ fuit:cuíque nunc vt omniũ Domino, omnis noua creatura sacrificiũ, ipsiq; sunt hostiæ Sacerdotes.]In Eucharistia valet quod de Christo hîc asserit S.Paulinus,eũ esse omnium Sacerdotum victimam & victimam Sacerdotij sui.Omnes quippè Sacerdotes Christiani,hanc vnam victimam offernnt , & ipse cum omnibus,ac in omnibus offert.Quo faciunt quæ S.Irenæus l. 4. c.33. & ibi varij Patres à Feuardentio prolati tradunt,de Christo in singulis sacrificiis Christianis offerente ac Sacerdote. Disertè Hincmarus opusc.de diuortio Lotharij , & Thiebergæ *sub principium.* [Dominus semel in cœna,pridie,quàm pro reparatione & salute omniom,qui in Adam perieraot,pateretur,de pane è farina & aqua confecto , & calice sacrosancti altaris,qui aqua miscetur,Eucharistiam suis manibus benedixit,& ore commendauit,quam quotidie in omni Catholica Ecclesia , longè latéque per orbem diffusa , indeficientibus eisdem suis verbis,per manus & ora Sacerdotum, in redemptionem & reparationem atque salutem credentium conficerat.] Huc pertinet quod in actis S. Vdalrici scribit Bernoapud Surium 4.Iulij nempe visam dexteram consecrantis,cum S.Vdalrico consecrante.

Oxomastigon Eucharisticum.

Hostia passionis Christi.

S.Gregorius hom.37.in Euang.

Hostia placationis.

S.Gregorius ibidem.

Sect. V.

Hostia propitiationis.

S. Cyrillus Carech. 5. mystag. sic habet. [Postquàm confectum est illud spirituale sacrificium, & ille cultus incruentus, super ipsa propitiationis hostia, obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate mundi, pro Regibus, pro militibus, pro sociis, pro ægrotis, & afflictis, & in summa pro iis omnibus qui egent auxilio. Indigemus autem omnes.] En quàm latè paret propitiatio per hoc sacrificium exorata. De qua etiam optimè S. Chrysostomus hom. 77. in Ioan.

Hostia salutis mundi.

Petrus Blesensis epist. 86. allegato S. Ambrosio, orat. ante Missam. quæ vetè est S. Anselmi.

Hostia vitalis, hostia totius mundi.

S. Gregoeius initio libri Sacramentorum. Hostiam vitalem vocat, non modò ob vitam quam procreat, sed etiam quia Christus ita immolatur, vt integer perseueret & viuus. Itaque sicut Isaac dictus est *viuus Martyr*, quia non tetigit nisi per Dei bonitatem quominus vita spoliaretur: Ita Christus viua seu vitalis hostia dici potest, quia nisi obstaret diuina manus concomitantiam inferens, mors Christo inferretur vi verborum. Legendus de proportione Christi & Isaaci hac in parte Rupertus l. 6. in Genes. cap. 32. Nec tantùm Isaias à Chrysostomo t. 5. Græcol. serm. 29. denominatur *viuus Martyr* quo nomine hîc Christum affici volumus, sed etiam Confessores omnes à Nazianzeno orat. 20. n. 13. & Religiosi à Cassiano collat. 18. c. 7. Offerunt enim hostiam viuam & rationabilem vt est apud Apostolum, nempe seipsos citra mortẽ corporis. Hoc autem præcellentissimè circa Christũ efficitur in sacrificio incruento. Salua quippè vita corporis ob concomitantiam diuina manu interpositam, immolatur Deo, ac proinde est hostia viua & vitalis. Eadémque est hostia totius mundi, quia fructus hostiæ in sacrificio incruento immolatæ, plane ad omnes pertinet, vt proximè ex S. Cyrillo Hierosolymitano vidimus.

Hostia vnica & perfecta Ecclesia, fide æstimanda non specie.

Eosebius hom. 7. de Pasch

Cur Eucharistia dicatur *non æstimanda specie sed fide*, perspicuum est. Nam quod ex ea apparet, est valdè despicabile: sed fides monstrat, quantus thesaurus sub eo vili tegmine delitescat. At cur hæc dicatur esse *vnica & perfecta Ecclesia Christiana hostia*, ratio peti debet ex abrogata antiquorum sacrificiorum & hostiarum veteris Testamenti varietate; vt huic corpori omnes illæ vmbræ loco cederent. Etant enim omnia sacrificia antiqua, vmbræ huius sacrificij, vt docet D. Augustinus l. 1. contra aduers. legis & prophet. cap. 18. & pulchrè lib. 17. Ciuit. c. 20. verbis illis mensa Christi [quam Sacerdos ipse mediator Testamenti noui exhibet secundùm ordinem Melchisedec, de corpore & sanguine suo. Id enim sacrificium, successit omnibus illis sacrificiis veteris Testamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri. Propter quod etiam, vocem illam in Psalmo trecesimo & nono, eiusdem mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: *sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi.* Quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus, corpus eius offertur, & participantibus ministratur.] Et ibidem lib. 10. cap. 20. [Et Sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio. Cuius rei Sacramentum quotidianum esse voluit, Ecclesiæ sacrificium, quæ cum ipsius capitis corpus sit, seipsam per ipsum discit offerre. Huius veri sacrificij, multiplicia variáque signa erant sacrificia prisca sanctorum; cum ob hoc vnum per multa figuraretur, táquam verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendarentur. Huic summo veróque sacrificio cuncta sacrificia falsa cessetunt.] Pulchrè item S. Leo serm. 8. de passio. cap. 7. [Nunc (inquit,) carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum, vna corporis & sanguinis tui implet oblatio, quoniam tu es verus Agnus Dei qui tollis peccata mundi, vt sicut vnum est pro omni victima sacrificium, ita vnum de omni gente sit regnum.]

Egregiè Porto Prumiensis l. 2. de statu domus Dei [Israël (inquit) carnalis, multitudinem hostiarum in parabolam accepetat. In agno enim qui offerebatur, illius innocentia qui sicut ouis ad victimam ductus est, signabatur. In hirco, similitudo carnis peccati, in ipso qui est sine peccato declaratur. In ariete principatus eius monstratur, qui est princeps panis. In tauro, fortitudo illius insinuatur, qui est fortis & potens in prælio. In vitulo, virtus eius significatur, qui est Dominos virtutũ & Rex gloriæ. In columba, simplicitas illius indicatur, qui suos discipulos vt sint simplices sicut columbæ, docet. In turture, castitas eius manifestatur qui lumbos nostros præcingi iubet. In passeribus, corpus & anima ipsius significatur, qui posuit animam suam pro ouibus suis. In decima, consummatio operum eius exprimitur, qui in cruce dixit, *consummatum est.* Ecce quàm plurimis hostiis, domus Israël vmbræ fututorum seruiebat. Sicut enim plurima verba legis, sic plurimas hostias carnalis Israël habebat. Sed apud nos est vnum verbum: Verbum scilicet incarnatum; & vna hostia, quæ semel in consummatione sæculorum, per mediatorem noui Testamenti Christum oblata, consummauit in sempiternum sanctificatos. Exterior namque illa domus, quæ à veritate cœlestium longiore distabat interuallo, carnalibus hostiis spiritale saetificium velabat. Interior verò domus hæc, quam sibi sapientia Dei ædificauit, septem columnis suhnixa, septiformis speciei virtute suffulta, in spiritualibus hostiis appropinquat cœlestibus. Nam & arca quam in diluuio Noë rexit, inferiùs latioribus spatiis distendebatur, superiùs breuiore spatio angustabatur. Inferiùs quippè irrationale animal, superius rationale continebat. Secundùm hanc similitudinem, inferior domus quæ est synagoga, in carnalibus sacrificiis & terrenis promissionibus dilatabatur. Superior verò domus quæ est Ecclesia in carnalibus angustatur, in spiritualibus dilatatur. Pluralitas namq, vetetum hostiarũ, ad vnum redacta est sactificiõ, quod in eadẽ figurabatur area, quæ post tantam longitudinis, latitudinis, & altitudinis dimensionem, in vno cubito consummata est. Denique præter vnum verum summúmque sactificium, quod secundùm ordinem Melchisedec in consectatione Eucharistiæ offerimus, nullum aliud munus præstantius aliari sancto superimponimus.]

Quamuis autem per hæc testimonia, satis superque confirmatum manet, quod proposito titulo

tulo continetur, tamen illustrare id præterea iuuat considerata obiter varietate veterum sacrificiorum, quæ vel penes finem, vel penes materiam, vel penes modum offerendi, multiplicia erant. Finis erat, vel diuini imperij suptemi protestatio & eo titulo debitus numinis cultus, vel pro peccatorum expiatione, vel pro agendis gratiis, vel pro exorandis beneficiis quibusdam. Inde magna existebat sacrificiorum varietas. Nec minor ex materia, quæ vel solida erat vel liquida. Solida victimas complectebatur ex animalibus iugulatis, & immolationes ex farinis, pane, sale, thure ad liquidam materiam spectabant libramenta. Tandem modus offerendi varius erat, indéque existebat sacrificiorum varietas. Nam alia quidem materia planè consumebatur igni, vnde holocausta. Alia ex parte comburebatur, ex parte verò cedebat in Sacerdotum & offerentium escam, siue eodem die absumenda esset, siue reseruari vltrò posset, vt aliquando factum. Quorundam sacrificatio erat cruenta, nonnullorum incruenta. Hæc vniuersa varietas antiquorum sacrificiorum, mitum in modum adunata cernitur in vnico & singulari sacrificio Eucharistiæ, quod & λατρευτικὸν est ac summè honorarium diuini numinis, & expiatorium, & impetratorium, & Eucharisticum pro acceptis beneficiis. Victima hic est excellentissima, & quidem animata, & tam solida quàm liquida. Offertur autem modo incruento; sed cum nexu multiplici ad sacrificiū cruentum. Cōflagrat hæc hostia igne charitatis Christi in hoc mysterio, nec tamen consumitur, sed integra & incōsumpta perseuerat. Itaque meritò vna hæc oblatio, omnes differentias antiquarum oblationum implere dicta est.

Humilitas Christi.

S. Augustinus in Psal. 33. conc. 1.

De re ipsa actum est plenè sect. 3. cap. 5. Pro titulo autem proposito, sufficiunt illa S. Augustini, ibidem [Fetebatur Christus in manibus suis quando cōmendans ipsum corpus suum, ait, *hoc est corpus meum* Ferebat enim illud corpus in manibus suis. Ipsa est humilitas Domini nostri Iesu Christi, ipsa multùm commendatur hominibus. Ad ipsam nos hortatur fratres, vt viuamos, id est humilitatem eius imitemur, vt percutiamus Goliam & tenentes Christum, vincamus superbiam. Procidebat enim ad hostia pottæ. Quid est *procidebat*? Ad humilitatem se ipse deiiciebat.]

I.

Ignis diuinus.

Hesychius Centur. 1. cap. vltimo.

Concinunt omnino multi & tricenario rationum, idem enmmunit Bartholomæus Ferrariensis l. 4. de Christo abscondito, *figura vndecima inanimata.* Quibus vltrò præientis, Patres ex innumeris paucos adscribo. S. Ephrem. l. de non scrutanda Dei natura. [Participa immaculato corpori Domini tui, fide plenissima, certus quud Agnum ipsum integrum comedit. Ignis immortalis sunt mysteria Christi; noli temerè ea perscrutari, ne in ipsorum perscrutatione comburaris. Hoc sane excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnémque sermonum, quod fecit nobis Vnigenitus Filius, Christus Saluator noster. Ignem & Spiritum manducandum ac bibendum præstitit nobis carne vestitis, corpus scilicet & sanguinem suum.] *Onomasticon Eucharisticum.*

S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. [Non sufficit ipsi, hominem fieri, flagellis intetim cædi: sed nos secum in vnam (vt ita dicam,) massam reducit: neque id fide solùm, sed reipsa nos corpus suum efficit. Qua igitur re mundiorem esse non oportet cum qui hoc sacrificio participaturus est? Quos tadios solares non deberet excedere manus illa, quæ hanc carnem pertractat? Os quod igne impletur spiritali? lingua quæ cruentarut hoc admirabili sanguine?] Idem homil. in Encœniis. [Sub horam tertibilis mensæ, in vaniloquentiæ conuenticulis occupati sunt. Quid facis homo? Non promisisti Sacerdoti, qui dixit *sursum mentem & corda*, & dixisti, *habemus ad Dominum*? Non reuereria & erubescis, & illa ipsa hora mendax inueniris? Papæ! Mensa mysteriis instructa est, & agnus Dei pro te immolatur, Sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit. Seraphin astant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cum Sacerdote intercedunt; ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere hausius est; & non erubescis, reuereris & confunderis; neque Deum ti bi propitium facis?] Et in calce homilia de S. Philogonio. [An nescitis, quod hæc mensa plena est igne spirituali? Et quemadmodùm fontes aquæ vim exundant, ita hæc flammam quandam habet arcanam. Ne igitur accessetis, stipulam afferens, non ligna, non fœnum, ne augeas incendium, cutásque animam ad communionem accedentem: sed accede fetens lapides pretiosos, aurum, argentum, quo putiotem teddas materiam, multóque cum luero discedas.]

S. Damascenus in oratione versibus Anacreonticis concepta, in fine quam Billius ibi rectè admonet esse de Eucharistia, de qua multa erant præmissa.

Assumo latus iguem,
Fœnum licet, licet sim,
Stipulàque; quádque mirum,
Velut rubo mihi sic
Est flamma veris iustar.

Iguem illuminantem & ædificantem, agnoscit in Eucharistia Stephanus Educnsis l. de sacram. altar. c. 16. Expendens enim iussum illud Christi vt hoc mysterium in sui memoriam fieret, ait id ab eo tactum. [Sciebat enim monumenta Scripturatum ad hæc non sufficere, nec Scripturis animos sequentium ad cum diligendum tanta moueri deuotione, quanta mouerentur ipso præsente. Quis enim sine lugubri compunctione, potest hanc immolationem repræsentare? Quis tenens in manibus Dominum suum pro se crucifixum & mortuum, quasi seruus nequam & immemor beneficiorum contemnat, quod morte sua consecipsit Testamentum? Hic tustitia fidei cōualescit in camino charitatis, vbi ignis est non comburens sed illuminans, non consumens sed ædificās. Vnde cum Dominus ad discipulos suos loquens diceret, *quo ego vado, vos non potestis venire*, sui memoriam commendauit, vt in eius memoria intenderent cum sequi, hæc conficientes Sacramenta. Quod Petro interroganti, *Domine quo vadis?* responsum est à Domino, *quo ego vado nō potes me sequi modò, sequeris autē postea.*] Itaque

Actio V. contingit omnibus Chriſtianis igne paſci, quod tanquam præcipuam Eliæ prærogatiuam, refert ea Rabbinicis gentis Dorotheus in Synopſi c. de Elia vbi etiam de eius infantuli faſciis igneis.

Frequens admodùm eſt apud Patres, deſcriptio Chriſti in Euchariſtia ſpecie ignis eaurentis malè communicantes. Sic habetur in vitis Patrum libro 6. libello 1. num. 56. Ea atea in qua Euchariſtia aſſeruabatur, exiluit ignis, cùm apertæ fuiſſet ad ſumendam indignè Euchariſtiam, vt ſcribit S. Cyprianus l. de lapſis. Metaphraſtes carm. de Euchariſtia idem conteſtatur ſemel, iterum, ac tertiò, in hunc modum.

Tu qui comedere cogitas corpus tui
Domini, tumens accede ne igne hoc ardeas.
At ſanguinem ad communionem almum bibens,
Primùm dolorem dentibus veniam dato,
Exinde fretus myſticum cibum cape.
Ante hoſtiam quam tu tremendam porcipis,
Domini tui vitam afferentis corporis,
Hoc appreeare modo, metu cum maximo.
Accedo iam ad communionem myſticam,
O conditor, tu ne me adure hoc cibo,
Namque ignis es, qui non idoneos conteris
Purum effice ergo me, a notis ſordentibus.
Cernens cruorem, horreſce quiſquis aſpicis,
Nam vetus verbo eſt qui perieris impius:
Corpus Dei me alit, & Deum quendam facit,
Nam Spiritus Deum efficit. mentémque alit.

Guerricus ſerm. 5. de purific. planè ſubſcribit. [Si inuenimus (inquit,) cor pollutum fœdis cogitationibus, aut mala voluntate, ah eius contactu, vt ab igne, & nos & alios arceamus. Ignis enim conſumens eſt, ad quem indignus non debet accedere, ne interiùs conſumatur, & in reprobum ſenſum tradatur.] Ignis exiliens ad fractionem hoſtiæ per Sacerdotem cœno auaritiæ & luxuriæ ſordeatem huc referendus eſt. Narrat viſum Petr. Dam. opuſc. 40. c. 6. In calice S. Annonis Colonienſis Archiepiſcopi ſacrificantis, apparuit ignis, vt ſcribit Autor vitæ eius l. 5. c. 22. apud Surium 4. Decemb. S. Cathatinæ Senenſi objecta eſt Euchariſtia ſpecie fornacis ſuccenſæ, vt ſcribit Thomas Capuanus: quod quanquam referri poteſt ad incenſiſſimam in hoc myſterio Dei charitatem; pto vſu tamen Scripturæ, fornacem ſuccenſam ad ſupplicium referre ſolitæ, poteſt ad cruciatum & conflagrationem eorum ſignificandam pertinere, qui tanto myſterio indignè vſi fuerint, nec ad illud acceſſerint qua par fuerit mentis diſpoſitione & ſanctitate. Deus ipſe ab iis qui iguem altaris holocauſtorum frequentabant, exigebat ſummam innocentiam. Quo ſpectat locus ex Iſaiæ 33. iuxta genuinam Lyrani interpretationem. *Quis poterit habitare ex vobis cum igne deuorante? Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur veritatem; qui proiecit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum: Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius, panis ei datus eſt, aqua eius fideles ſunt.* Hæc poſtrema ad Euchariſtiam retulit Iuſtinus, agens cum Tryphone. Prima verò verba, iuxta literæ corticem, ſpectant ignem altaris holocauſtorum, ſemper ardentem & inextinctum: cuius adminiſtros qui per eum offerebant ſacrificia, Eſaias ſumma ſanctitate (qualem reliqua oratione deſcribit,) uitentes exigebat, & panem & aquam ſi ſic aptarentur, id eſt corpus & ſanguinem Dommi, accepturos fructuosè confirmat. Si autem ſecus acceſſerint, interitum illis ac exitium comminator.

Eſſe igitur ignem, Euchariſtiæ ſymbolum, extra dubium eſto. An verò hinc manauit vſus lucernæ ante Euchariſtiam perpetuò ardentis? Erit cui potiùs cum Lorin. Leuit. 6. vt vſus repetêdus videatur ex lege lata eo Leuitici loco, vbi ſic ſancitur. *Ignis in altari ſemper ardebit quem nutriet Sacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, &c. Ignis eſt iſte perpetuus qui nunquam deficiet in altari.* Videndus de eo igne Ribera l. 5. de templo c. 27. Eſtque plane veriſimile ex eo Hebræorum vſu, male æmulante Sarana ductum apud varios Ethnicos vnum aſſeruandi magna cura ignis perpetui, quidem apud Romanos Veſtales cuſtodiebant, acceptum à Troianis, iuata illud Matonis ex perſona Hectoris.

Sic ait & manibus vittas veſtámque potentem.
Æterníque adytis effert penetralibus ignem.

Et illud l. 4.

.....Vigilémque ſacrauerat ignem.
Excubias Diuæ æternas.

Vnde quod Liu. l. 7. & Dionyſ. l. 2. Ouid. 6. Faſt. & Plutarch. in Numa id recenſent inter Numæ inſtituta, accipiendum eſt de cuſtodia per Veſtales; quamuis ignis aſſeruatio eſſet anterior. Videſis de ea cuſtodia per Veſtales Lipſium in ſyntagmate de eis cap. 8. Datum id munus virginibus, quia ignis non parit iuxta illud 6. Faſtor.

Nec in aliud Veſtam quam virum intellige flammam.
Natáque de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur virgo eſt, qua ſemina nulla remittit.
Nec capit, & comites virginitatis amat.

In Poliadis item Mineruæ Templo, virgines Lychnum perpetuo ardentem ſeruabant ex Strabone lib. 9. Quem prophanum vſum an ſanctificare voluerit Sancta Brigida mandans ſuis virginibus cuſtodiam æterni ignis in foco, non annotauit qui eam cuſtodiam accuratè deſcripſit Gyraldus Cambrenſis in Topographia Hyberniæ cùm de Kyldaria Lageniæ. Athenis ignem perpetuum in Prytaneo aſſeruabant non virgines, ſed fœminæ ineptæ coniugali commercio.

De perpetuo apud Ægyptios ſacro igne tunc tantum extincto, cùm Princeps fato fungebatur adeundus Diodorus lib. 17. De perenni apud Perſas igne ſacro Procop. lib. 2. de bello Perſ. ac ex variis Briſſonius lib. 2. de Regno Perſarum pag. 255. num. 2. tandem apud Cappadocas quoque fuiſſe ſacrum ignem æternum, docet Strabo l. 15. De aliis vide Lipſium ſupra cap. 15. ex Plutarcho, Silio, Ammiano, Pauſania, Athenæo, Iuſtino & indiarum occiduarum ſcriptoribus.

Prædictæ obſeruationes Ethnicorum videntur ductæ ex illo quem notabam vſu Hebræorum, Sathana, hic ſimium agente, vt præmiſi: Chriſtianum verò vſum ignem perennem ante diuinam Euchariſtiam cuſtodiendi, aliò referendum puto; nempe ad teſtimonium Regiæ in Chriſto maieſtatis. Nam ignem præferri

Regibus

Regibus vsus peruntiquus tulit. Et ita nominatim Ammianus l. 23. de Magis agens. [Ferunt (ait) etiamsi iustum est cedi, ignem cœlitus lapsum, apud se sempiternis ferculis custoditi, cuius portionem exiguam, vt faustam, præiuisse quondam Asiaticis Regibus dicunt. Hinc ductum vt Imperatoribus ignis præferretur, vt multis docet Volfangus Lazius l. 9. de Imper. Rom. cap. 2. nec pauca in eam rem congessit Martinus de Roa l. 2. singul. cap. 16. & Bulleng. lib. 2. de Imperat. cap. 26. Sed & Imperatricis Lampas vna præferebatur, vt habet Balsamon in Melete de hoc more & quia Patriarcha habebatur veluti Imperator in sacris siue Rex Sacrorum, idcirco ei quoque lampas præferebatur, quod ad Archiepiscopum Bulgariæ ac Cypri, & paucos quosdam Metropolitanos extensum esse notat Goarus ad cap. 1. libri tertij Codicis pag. 219. Regi itaque nostro ac Pontifici summo Christo Domino, sipario speciem ubducto, iure lampas & ardens perpetuò ignis in suprema maiestatis protestationem adhiberi iustum fuit, & iam olim constitutum vt monstrant quæ adducit Stephanus Durantus lib. 1. de ritibus cap. 8. Neque tamen intendo excludere alius eiusdem perpetui ignis fines quos ex variis annotat Scottia lib. 2. de Missa cap. 14. num. 6.

Imago participationis Christi.

Hugo Victorinus l. 2. de Sacr. p. 8. c. 8.

Imago passionis Christi.

S. Gaudentius tract. 2. in Exod *ad finem.* [Voluit (inquit,) Christus beneficia tua permanere apud nos: Voluit animas pretioso sanguine suo semper sanctificari per imaginem propriæ passionis: & ideò discipulis fidelibus mandat, quod primos Ecclesiæ suæ constituit Sacerdotes, vt indesinenter ista vitæ æternæ mysteria exercerent, quæ necesse est à cunctis Sacerdotibus per singulas totius orbis Ecclesias celebrari, vsquequò iterum Christus de cœlis adueniat, quò & ipsi Sacerdotes, & omnes pariter fidelium populi, exemplar passionis Christi ante oculos habentes quotidie, gerentes in manibus, ore etiam sumentes ac pectore, redemptionis nostræ indelebili memoria teneamus: & contra venena Diaboli, dulcem medicinam sempiterni tutaminis consequamur, sicut Spiritus sanctus hortatur: *gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.*]

Imago, & similitudo corporis & sanguinis Christi.

Origenes Dial. 3. contra Marcionem & quisquis demum operis verus patens. Gelasius lib. de duabus naturis, *ad finem* ante adscriptionem locorum ex Patribus.

Repræsentandus est locus integer, Gelasij, quia faciendæ est ei medicina, duplici ex capite. [Sapientia (inquit) ædificauit sibi domum; septiformis spiritus soliditate subnixam, quæ carnis Christi per quam efficimur diuinæ consortes naturæ, ministraret alimonium. Certè Sacramenta, quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuina res est propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ: & tamen esse non desinit substantia vel natura panis & vini. Et certè imago & similitudo corporis & sanguinis Christi, in actione mysteriorum celebratur. Satis ergo nobis euidenter ostenditur, hoc nobis in ipso Christo Domino sentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus, & sumimus; vt sicut in hanc, scilicet in diuinam transeunt sancto Spiritu perficiente substantiam, permanente tamen in sua proprietate natura: sic illud ipsum mysteriom principale, cuius nobis efficientiam virtutémque veracitet repræsentant, ex quibus constat propriè permanentibus vnum Christum quia integrum verúmque permanere demonstrant.] *Onomasticon Eucharisticum.*

Duplici ex capite, (vt dicebam,) morbosus videtur hic locus Gelasij, quisquis demum is fuerit. Nam quamuis Canus lib. 6. de locis cap. 8. ad 9. Baronius anno 496. à num. 2. & Bellarminus lib. 2. de Euchar. cap. 27. ac l. de Scriptoribus in Gelasio, negent esse Gelasium Romanum Pontificem, tamen certum est, esse grauem & antiquum Autorem. Citatur enim cum laude à S. Fulgentio ad quæst. 2. Ferrandi, à Ioanne Papa epistola ad Auienum, & à Theodoreto Dial. 3. Non potest ergo illius autoritas declinari effundendo supet eom contemptionem. Et tamen videtur in verbis propositis, admittere permanentiam substantiarum panis & vini post consecrationem: insupérque Eucharistiam vocat *imaginem Christi.* Verùm permanentia substantiarum quam inuehit, non est nisi specie tenus. Nam disertè affirmat, eas substantias mutari, & transire in diuina: hoc est in corpus & sanguinem Domini; quod cum vera substantiarum illarum permanentia cohærere non potest. Legendi in hanc rem Bellarminus cap. illo 27. & Baronius ad annum signatum à n. 8.

Ægrius expediti videtur, quod Eucharistiam vocat *imaginem corporis Christi.* Hæc enim videtur ipsissima Iconomachorum sententia, quibus non alia imago probabatur, quam Eucharistia, vt videre est in 7. Synodo actio. 6. Tomo 3. vbi Gregorius Neocæsarienfis, pro hac imagine multa effutit, quæ refellens Epiphanius Diaconus, constantet affirmat [ligna, & fœnum, & stipulam apposuerunt, quorum finis in combustione. Nullus enim aliquando iubarum Spiritus, sanctorum videlicet Apostolorum aut illustrium Patrum nostrorum, ineruntum sacrificium nostrum quod in commemorationem Christi Dei nostri ac omnis dispensationis eius effecitut, dixit imaginem corporis eius. Neque enim acceperunt à Domino sic dicere: vel confiteri: sed audiunt Euangelicè dicente eo, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non intrabitis in regnum cœlorum.* Et *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Et *accepto pane, gratias agens fregit & dedit discipulis suis, & ait, accipite & comedite, hoc est corpus meum* Et *Accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens, bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et non dixit *accipite & comedite imaginem corporis mei.* Sed & Paulus diuinus Apostolus, ex diuinis Domini vocibus hantiens ait: *Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit, accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens, hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine hoc facite in meam commemoratione-*

Sect. V.

ſionem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc & calicem hunc bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. Ergo liquidò demonſtratum eſt, quod nullquam Dominus, vel Apoſtoli, aut Patres imaginem dixerunt ſacrificium ſine ſanguine, quod per Sacerdotem offertur, ſed ipſum corpus, ipſum ſanguinem.] Et inferiùs. [Generoſi iſti, volentes venerabilium imaginum demoliri viſionem, aliam imaginem introduxerunt, quæ non eſt imago, ſed corpus & ſanguis. Portò fatigatione & aſtutia depreſſi, ſophiſmate prauo ſemet decipientes, adoptione *ſibi* nominauerunt fieri hanc diuinam oblationem. Et quemadmodum hoc dicere aperta inſania eſt, ſic & imaginem aſſerere corpus & ſanguinem Domini, æquali quodammodò appropinquat amentiæ, & ampliorem indiſciplinationis habet impietatem. Deinde dimiſſo mendacio, tangunt panxillum quid veritatem, diuinum corpus dicentes fieri. Et ſi imago corporis eſt, non poteſt eſſe hoc diuinũ corpus.]

Eodem modo argumentatur S. Nicephorus Conſtantinopolitanus lib. de Cherubinis Moſaicis c. 7. his præter cætera. [Si corpus Chriſti dixeritis eſſe imaginem Chriſti, ipſe q idem corpus proprium vocat. Conſtantinus verò Iconomachus, imaginem Chriſti vocat, quod nobis dedit Chriſtus ad manducandum. Quomodò igitur idem dicitur corpus Chriſti & imago Chriſti? Quod enim eſt alicuius imago, hoc corpus eius eſſe non poteſt. Et rurſus quod eſt corpus, non poteſt eſſe eius imago. Omnis enim imago, alia eſt ab eo cuius imago eſt. Quod ſi Filium dicit Scriptura imaginem Patris, at ſi non natura, hypoſtaſe tamen & perſona differt Filius à Patre. Si igitur Sanctum corpus quod in communione ſacra ſumitur, imago Chriſti eſt, aliud dicitur eſſe præter corpus Chriſti: Nullum enim corpus alicuius, eſt imago eius, ſicus imago.] Hæc contra Iconomachos & Copronymum S. Nicephorus. Et planè ſimilia habentur in opere de imag. inſcripto Carolo Magno l. 4. c. 14. ac in Concilio Francofordienſi. Quis igitur non videt, pertinere ad hæreſim Iconomachorum, dicere Euchariſtiam eſſe corporis Chriſti imaginem? Sacramentarij quoque toti ſunt in hac imaginaria Euchariſtia aſtruenda: & qui imaginum infenſiſſimi ſunt hoſtes, ſollicitiſſimè ſatagunt pro hac imagine Scilicet Satanæ perinde eſſe quomodocunque perdat, dum perdat.

Vera huius nodi expeditio, petenda eſt ex dictis V. *Antitypo*: vnde conſtat, Euchariſtiam dici *imaginem corporis Chriſti* ſalua veritate præſentiæ eius. Non enim eſt imago nuda, ſed imago ſuiipſius in alio ſtans, non excluſa ſubſtantiali præſentia. Et ita latè docet Hugo Victorinus l. 2. de ſacr. p. 8. c. 6. & 7. Nec refragabantur ſeuera Iconomachi quoad rem præſentem, vt ex citato Concilij Nicæni loco apertè haberur. Quamuis errarent reſpuentes alias quaſvis imagines: & meritò vox quæ poterat eſſe ambigua, reprehenſa in illis fuerit.

Nonnulli Sectarij, vt rationem puram ac nudæ imaginis aſſcribant Euchariſtiæ, vrgent locum Tertulliani ex l. 2. contra Marcio. vbi ait de Chriſto. [Panem quo ipſum corpus ſuum repræſentat.] Atqui *repræſentatio*, videtur ſonare nudam imaginem à prototypo diſtinctam. Hæc tamen eſt mera ignorantia Latinitatis. Tantùm enim abeſt, vt verbum *repræſentandi* apud Latinos, ſignificet duntaxat nudam imaginem, vt potiùs idem planè ſit *repræſentare*, quod *præſentem ſiſtere*. Sic Tullius lib. 12. ad Attic. [Reliquæ pecuniæ, vel vſuram Silio pendemus, dum à Fabetio vel aliquo qui Fabetio debet, repræſentabimus.] Idem Philipp. 2. [Ego corpus libenter obtulerim, ſi repræſentari morte mea, libertas ciuitatis poſſet;] Id eſt *præſens ſiſti*. Apud Iuriſperitos, eadem verbi prædicti notio eſt frequentiſſima, vt videre eſt apud Caluinum V. *Repræſentare*. Nihil item apud Tertullianum crebrius, ea quam dico notione verbi prædicti, vt videre nominatim licet lib. contra Praxeam cap. 24. & lib. de reſurrect. carnis cap. 63. & in Apolog. cap. 48. & lib. 4. contra Marcio. cap. 22. Quare ſtultè allegatur Tertullianus pro mere imaginaria præſentia Chriſti in Euchariſtia, eo quod dixerit, corpus Chriſti in ea, ſub panis ſpecie repræſentari.

Immortalitas.

Paſchaſius lib. de ſacram. cap. 1. Euchariſtiam, abſolutè vocat *immortalitatem*, ſic ſcribens. [Quicquid Chriſtus promiſit in hoc myſterio, vtique verum eſt; & ideò vera eſt Chriſti caro & ſanguis, quam qui manducat digne, habet vitam æternam in ſe manentem. Sed viſu corporeo & guſtu propterea non demutantur, quatenus fides exerceatur ad iuſtitiam: & ob meritum fidei, merces inſtitiæ conſequatur. Alia namque Chriſti miracula, hoc vnum paſſionis confirmat Sacramentum. Et ideò non ob miraculum iſta mutantur exteriùs in ſpeciem ſed interiùs vt fides comprobetur in ſpiritu, vetuſtiſſimè confitemur: vt quia iuſtus ex fide viuit, habeat iuſtitiam fidei in myſterio, & per fidem, vitam in ſe ſuſcipiat maneotè, qua ſecurior adhuc mortalis, immortalitate paſtus, quantociùs ad immortalia feſtinet, vbi non pedibus, ſed fide, cum bonis operibus peruenitur.

Indumentum maximum.

Chryſoſtomus catech. ad illuminandos. [Ne amplius (inquit) ad mortalia maneamus hiantes, nec circa menſæ delicias; nec circa veſtimentorum ornatum. Habes enim maximum indumentum; habes menſam ſpiritualem; habes gloriam ſupernè & omnia tibi Chriſtus factus eſt, & menſa, & veſtimentum, & domus, & caput, & radix. Quotquot in Chriſto enim baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Ecce quomodò veſtimentum tibi eſt. Vis diſcere quomodò & menſa tibi ſit? *Qui me comedit* (inquit) *viuet ille propter me.* Quod autem domus eſt tibi: *qui comedit carnem meam, in me manet, & ego in eo.* Viderut Chriſtus, etiam prout in Euchariſtia percipitur, vocari hoc loco *indumentum noſtrum*. Quod enim ait, Chriſtum eſſe indumentum, quia quotquot baptizati ſunt, induerunt Chriſtum, referri poteſt ad communionem, quæ olim ſtatim ſubſequebatur baptiſmum, ita vt etiam infanti inſtillaretur fugenda ſub ſpecie vini, de quo Vicecomes lib. 5. de baptiſ. cap. 36. Et ita vocem *indumenti* de communicante eaponit hom. illud, *aſſiſtit Regina*. Non minùs clarè, Chriſtum in Euchariſtia *indumentum noſtrum*, nominat idem Chryſoſtomus homil. 45. in Ioan. *in fine*, ſic ſcribens de Chriſti ſanguine quem in altari potamus. [Hic oshis terrarum decus eſt, hic eſt quo Chriſtus emit,

emit, quo vniuersam ornauit Ecclesiam. Vt enim homo seruos auro emit & ornat, ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes, cum Angelis & Archangelis & supernis virtutibus commorantur, ipsam regiam Christi stolam induti, spiritualibus armis muniti. Sed nihil dico. Imo ipsum induti sunt Regem. Sed sicut hoc magnum est & admirabile; ita si putè accesseris, ad salutem accessisti; sin prava conscientia, ad poenam & supplicium. *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Nam si qui Regiam purpuram coinquinant, haud secùs quàm qui scindunt, puniuntur: quid mirum si qui immunda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicium subeunt, quod qui eum clauis etuci affixerunt?] Nimirum quia æquè rei sunt læsæ majestatis, ob coinquinatam regiam eius purpuram. Accommodare quoque hùc licet, quod idem Chrysostomus hom. 24. in ad Rom. *sub finem*, air signum amoris perfecti esse indui aliquem. [Christum (inquit), induamur cúmque illo perpetuò simus; quandoquidem istud demum est iudutum esse, nunquam ab ipso deseri, ipsúmque vndique in nobis per nostram sanctimoniam mansuetudinémque conspicuum esse. Ad eum modum & de amicis dicimus; *is illum prorsus indutus est*, multam dilectionem, itremissúmque conuictum significantes. Indutus siquidem id esse videtur, quod indutus est. Appareat itaque in nobis vndique Christus.]

Meritò igitur hîc dicimur Christum induere, vbi tantum pignus amoris Christi recipimus. S. Leo epist. 23. planè consentit, agens de cõuinio nuptiali. Hæc esse vestimenta Esau valdè bona, ait Petr. Cellens. epist. 40. S. Hieronymus in cap. 54. Esaiæ aptat baptizatis, quia tunc communicabant, verba Iacobi, vouentis si accepisset panem ad vescendum, & indumentum quo operiretur. S. Cyrillus l. 12. in Ioan. cap. 12. accommodat ad Eucharistiam vestes Christi, sortitione distributas, salua integritate vestis inconsutilis. [In quatuor partes (inquit,) cæteris diuisis, vnam tunicam dilacerare visum non est. Sortis ergo illàm faciunt munus. Non enim poterat mentiri Christus, de seipso apud Psalmistam dicens, *partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.* Hæc enim omnia, prædicta sunt, vt rerum euentibus, ipsum essa qui venturus erat crederemus. Non enim magna solùm, sed parua quoque prædicta sunt, vt ab omnibus rectè ad veritatem deducti, non erraremus. Sed non nocebit, imo verò, etiam proderit, nonnihil de partitione vestimentorum, sublimius dicere. In quatuor partes vestimenta diuisa sunt, & tunica solàm indiuisa remansit, quod mystiè, cuiusdam rei signum fuisse dixerim. Nam quatuor orbis partes ad salutem reductæ, indumentum Verbi; ideſt carnem eius impartibiliter inter se partitæ sunt. In singulos enim partibiliter transiens Vnigenitus, & animam atque corpus eorum per carnem suam sanctificans, impartibiliter atque integrè in omnibus est; cum vnus vbique sit, nullo modo diuisus, sicut Paulus ait. Huius mysterij vim, legis quoque figura obumbrat. Agnum enim tempore congruo accipere iubebat, non per singula capita vnum, sed per singulas domos atque familias. Sic diuidi quodammodò Agnus videbatur. Sed vt tunsus quasi integer atque indiuisus remaneret, *vnus in domo comedatur* (inquit) *non exportabitis de carnibus eius.* Sic partibiliter quantum ad singula vnius familiæ capita, & impartibiliter quoniam in vna domo atque familia, vnus in omnibus Agnus inueniebatur. Simile quid & de vestimentis intellige. Alia enim in quatuor partes diuisa sunt sola, tunica integra permansit. Quæ inconsutilis & desuper etat contexta, vt significaret, absque conuentu sexuum, virtute S. Spiritus desuper corpus Domini contextum atque confectum de sanguine Virginis fuisse.]

Omnes Christicon Eucharistiam.

Hoc ipsum vestimentum desuper contextum, induunt Christiani, cum accedunt ad sacram mensam. Denique ereditus Nyssenus tract. aduersùs Iudæos, in explicatione illorum verborum, *eximit sanguis & aqua*, tradit fideles cum communicant, induere diuinitatem; vtique quia Christus Deus est; & qui communicat, induit Christum.

Indumentum regale.

S. Chrysostomus hom. ad baptizandos.

Inciderat eo loco S. Chrysostomus in somnium pincernæ, de quo Gen. 40. & quod per somnium acceperat, fore vt calicem denuò Phataoni porrigeret. Iude in Catechumenorum beatitatem excurrens S. Chrysostomus ait. [Ille dicebat quia à te calicem manus Tyranni suscipiet. Ego autem dico, quod ipse Imperator, ipse Dominus, tuis manibus terribilem calicem ministrabit, qui honore vitamque superat creaturam, & omni virtute decotatur. Norunt istius calicis virtutem, qui sunt diuinis consecrati mysteriis: sed & vos paulo post, poteritis addiscere. Memento te igitur mei, quando vos illud suscipiet regnum, quando regale vos proteget indumentum, quando purpura Dominico sanguine tincta decotabimini, quando coronam Solis radiis splendidiorem sentietis in capite. Talia enim illius sponsi dona esse consueuerunt; quæ nostrum quidem meritum vincunt, sed danti sunt congrua pietati.]

Initium diuina in nobis substantia.

Guerricus serm. 2. de Resurr.

Videtur Guerricus, vocare Euchatistiam *initium diuina in nobis substantia*, quia est in nobis principium gratiæ, quæ est diuina substantia, & creata in nobis diuinitas, vt dixere quidam Patres apud Catbonem l. de interiori hom. c. 18. Initium ergo huius in nobis diuinitatis participatæ, ideſt causa & principium eius, est Eucbatistia, & quidem omnis gratiæ, etiam primæ per quam præstatur prima iesurrectio sine iustificatio, cuius causam Guerricus statuit esse Euchatistiam. At quomodò prima gratia potest esse ab Eucbaristia, quæ est Sacramentum viuorum? Videtur Guerricus locutus iuxta mentem eorum qui etiam gratiam baptismi referunt ad Euchatistiam in voto pereeptam, ita vt etiam infantes eum baptizantur, eo ipso edant carnem & bibant sanguinem Filij hominis, vt est apud S. Anselmum l. de Sacram. Altat. p. 2. c. 20. & S. Fulgentium l. da baptismo Æthiopis, qui adducit S. Augustinum; & idem habetur apud alios adductos à Tolsto in c. 6. Ioan. annot. 28.

Insitum.

S. Dionysius c. 3. Hierar. Eccles. vocat communionem

Sectio V.

nionem *inſitionem ſpiritualem Chriſti in nobis*, atque adeò Chriſtum habet pro germine nobis inſito: Quo poſſit etiam haud renitenter flecti S. Iacobus, cohortans fideles ad ſuſcipiendum cum mansuetudine inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas. Eſt ſanè Chriſtus verbum inſitum, de qua analogia plenè alibi. Sicut ergo participando Euchariſtiam, ſimus quodammodò idipſum quod Chriſtus, ita verum eſt, Chriſtum veluti inſitum electum, Sylueſtri trunco noſtro ioſeri, vt fructus edat ſuaues, & germini implantato reſpondentes. Vnde ſicut ad inſitionem neceſſarium eſt, vt ſtollones detondeantur, & truncus viuat; alioqui ſutenlus ab truncorum inutilium vbertate quaſi oppreſſus, non ſucreſcet in arborem felicem, ſed à vi agreſti trunco natiua abſorbebitur: ita ad inſitionem hanc ſpiritualem, prærequiritur vita gratiæ in Chriſtiano, quaſi truncus Syluestri, qui truncus inſerendus eſt, inſupérque exigitur reſectio incondirorum affectuum, vt hominis animus cum diuino illo ſorculo poſſit concreſcere. Fructus inſignes ex hac inſitione colligendos, S. Thomas opuſc. 58. & 25. eleganter cruis ex c. 12. Ezech. vbi medulla cedri ſublimis, plantanda dicitur in montem excelſum, & factura fructum.

Iter quo oſtenditur ſalutare Dei.

Heſych. Pſal 49.

Improbarat Deus cruenta ſacrificia. *Nunquid* (ait) *manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem Hircorum potabo?* Subdit autem de ſacrificio laudis celebrando in nouo Teſtamento, *ſacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Id eſt, in eo myſterio, eſſe viam ad beatitudinem. Splendidè eum locum exponit Turrianus l. de Euchar. c. 30. Videſis infra V. *Viaticum*.

Exiſtimarim referendum nnn incongruè eſſe ad effectus hoc titulo expreſſi ſignificationem, vſum antiquum Romanorum Pontificum iter agentium, antecedente per vnius diei interuallum diuina Euchariſtia; de quo ritu F. Angelus Roua, librum edidit, in quo tamen minùs aſſecutus videtur inſtitutionis ſacri illius ritus ſcopum, cum toto 1. parte contendit Pontifici peregrè proficiſcenti præcedere Euchariſtiam, vt habeat paratum viaticum, ſi forte mors immineret. Eáque etiam ex cauſa in ſacello Pontificio Vaticano aſſeruari Euchariſtiam affirmat; & cum Pontifex per tempus æſtiuum degit in monte Quirinali ad radices eiuſdem montis in templo S. Marcelli, vel Apoſtolorum, eadem ex cauſa aſſeruari Euchariſtiam aſſerit. Sed exiſtimo longè alia de cauſa inductum eſſe ritum illum. Nam ſi ſpectaret viatici neceſſitatem ſubitam, malè præmitteretur interuallo vnius diei. Vt taceam alia pleriſque viis poſſe ei neceſſitati proſpici. Vera igitur illius ritus ratio, repetenda eſt ex eo quod in Euchariſtia ſit iter ad ſalutare Dei, hicque ſit dux noſter ad vitam & terram promiſſam, ſicut columna huius Sacramenti typus antecedebat populum. Et idcirco Clemente VII. Maſſiliam Liburnis nauigante, triremis præuia, in qua ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum geſtabatur, vocabatur *Dutiſſa*, vt ſcribit Blaſius de Cœſena in Diario anni 1533. Addi poteſt, Euchariſtiam Pontifici quoque præmitti ad præſidium, ſicut arca fœderis, imago diuinæ Euchariſtiæ, à populo in caſtria expetita eſt ad præſidium. Et abeuntibus in terram promiſſam, idem præſidium triduum itinere præcedens, prouiſum eſt, vt habemus Num. 10. Quid ſi etiam in ſymbolum Catholicæ communionis cum iis qui adeuntur, præmitti curat Pontifex Euchariſtiam? Sicut olim eam ob cauſam, peregrè aduenientibus mitrebarur, in charitatis pignus & communionis. Neque enim cogitabant de mittendo illis viatico ſi forte ingrueret eius neceſſitas. Prima tamen ratio propoſita fundata in titulo Euchariſtiæ quem nunc illuſtramus, eſt maximè accommodata iter agenti Pontifici.

Iubar ſplendificum.

Epitaphium Ceadualle Regis apud Bedam l. 5. hiſtor. c. 7.

Hoc *ſplendificum iubar*, eo carmine, ſignificare Euchariſtiam, dixi ſect. 4. cap. 19. *ſub initium*.

L.

Lac rationabile ſine dolo.

1. Petri 2.

Hortatur fideles B. Petrus, vt quaſi modò geniti infantes, lac rationabile & ſincerum, concupiſcant. Hoc lac eſſe Euchariſtiam, fusè dictum eſt in tract. de Agno cereo cap. 5. à n. 52. & benè ac larè confirmant Turrianus lib. 2. de Euchar. cap. 20. & 21. ac Salmeron 5. Petri 2. nec abnuit Cornelius, quin hoc ſit primarium lac Chriſti infantium tametſi eodem nomine, omnem animarum ſpiritualem eſcam, vt doctrinam, virtutes, Sacramenta quæcunque, deſignari arbitretur. Ex multis tamen adiunctis, veriſimillimum ſit, ſolam Euchariſtiam à S. Petro deſignatam eſſe nomine *Lactis rationabilis*. Nam neque doctrina Chriſtiana, neque virtutes, ſuns alimenta rationabilia ſiue ratione prædita, vt fert vox Græca λογικὸν. Neque verò ad excipiendam doctrinam atque virtutes, fuiſſet præexigenda illa depoſitio omnium macularum, quam Apoſtolus ad lactis illius rationabilis perceptionem prærequirit. Quin potiùs facta doctrina, præmittenda eſt ad abſterſionem illarum ſordium, quod item valet de virtutibus. Ad Euchariſtiam verò præexigitur illa diſpoſitio. Rarione item ſolius Euchariſtiæ valet quod ſubdit Apoſtolus, *ſi tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt Dominus*, quæ verba Pſalmi 33. de Chriſto in Euchariſtia, accipiunt SS. Baſilius & Ambroſius & olim concinebantur ſub tempus communionis ex mãdato Apoſtolorum, vt habebatur apud Clementem l. 8. conſt. c. 20. Poſſem multus eſſe, in accommodandis Euchariſtiæ, proprietatibus lactis, de quibus Clemens Alex. 1. Pedag. cap. 6. Et expendenda præſertim eſſet vis auctrix: cuius nominatim meminit Apoſtolus verbis illis de hoc lacte, *vt in eo creſcatis in ſalutem*. Nec prætereundum, quod lac iuxta Philonem lib. de charit. [cibi potúſque vicem præbet. Nam quidquid ineſt aqueum pro potu habetur, pro cibo verò id quod coagulatur: narura proſpiciente modò genitis fœtibus, ne patiantur inopiam, mox à vitæ initio; ſed eadem opera, eodémque remedio duas moleſtias, ſitis famíſque arcent.] Itaque meritò Philo appellat lac, alimentum tenerrimum & tempori aptiſſimum, quippè quod & eſculentum ſimul ſit & poculentum. Quo nihil

congruen

congruentius in rem præsentem proferri potest, cum Christus in Eucharistia simul sub cibus & potus, non tantum ratione vtriusque speciei, sed sub alterutra. Non desunt aliæ coossensiones. Sed memini me hîc breuem glossam non concionem adornare.

Hoc lac esse ἄδολον & sincerum, nec admistione vlla gypsi alteriúsve fuci adulterari, monstraui capite illo 5. Quàm verò sit concupiscendum præclarè tradit S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. Dignum verò ac iustum est, suspicere bonitatem Christi, qua lac nobis effici voluit. Vsurpo in eam rem verba S. Irenæi l. 4. c. 74. [Dominus noster in nouissimis temporibus recapitulans in seipso omnia venit ad nos, non quomodò ipse poterat, sed quomodò illum nos videre poteramus. Ipse enim in sua inenarrabili gloria ad nos venire poterat, sed nos magnitudinem gloriæ ipsius portare non poteramus. Et propter hoc, quasi infantibus ille qui erat panis perfectus Patris, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundùm hominem eius aduentus: vt quasi à mammilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare & bibere verbum Dei, & eum qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris, in nobis ipsis eum continere possemus.]

Hæc est lactatio filiorum, de ventre gratiæ natorum, vt loquitur Petrus Cellensis lib. 5. epist. 8. addens de lacte gloriæ edendo in delicatum plenitudine, de quo ad Eucharisticum collato exclamat in hunc modum. [ô clarum lac! ô suaue! ô jucundum? Clarum, quia per veniam transferimur de regione tenebrarum ad lucem gaudiorum. Suaue, quia per suauitatem ab amaritudine tentationem, ad dulcedinem deducimur immarcessibilium delectationum. Iucundum, quia per gloriam à seculi tristitia eximimur ad æternum & incommutabile gaudium. O abundans jucunditas! ô jucunda abundantia! *In die enim illa nutriet homo vaccam boùm*, vt ait Esaias, *& pra vbertate lactis comedet butyrum.* Quæ namque est vacca boùm, nisi anima consors naturæ, & gloriæ cœlestium spirituum? Quam homo Christus nutriet, non sicut nunc in vmbra Sacramenti obumbrati veritate, sed in declaratione veritatis, & in derectione referati per clauem Dauid mysterij, de mensa corporis, & de vino pretiosi sanguinis, de vestimentis gloriæ, & de lacte matris gratiæ, quod præ vbertate misericordiarum vertitur in butyrum dulcedinum; quia omni fluxibilitate & immortalitate de medio sublata, omnimoda commutatione transformabitur à claritate in claritatem, & sic in Deum. Tunc enim erit omnia in omnibus.] Qui lac in mysteriis pro vino consecrabant, damnati in Concilio Bracar. III. cap. 1. nihil in hoc allegorico Eucharistiæ titulo habebant, quo reuera tuerentur suam insulsitatem.

Latria.

Eusebius l. 4. de vita Constant. c. 71.

Negat S. Augustinus l. 20. contra Faustum c. 21. quod Græcè *Latria* dicitur, posse Latinè vno verbo dici: cum sit quædam propriè debita diuinitati seruitus, vni Deo debita, ad quam pertinere ait, illum ritum quo Deus sibi sacrificari noui Testamenti manifestatione præcepit. Quibus verbis insinuat D. Augustinus, omnem supremum cultum & Deo proprium, donari *latriæ* nomine. Id quod etiam perpulchrè tradit Ionas Aurelian lib. 1. contra Claud. Taurin. sed maximèac præcipuè sacrificium Eucharistiæ. Hoc antonomasticè, imo absolutè & simpliciter, à Græcis appellari *latrium*, notauit Lindanus l. 4. panopl. cap. 53. & suffragatur planè S. Epiphanius, qui in Compend. doctr. agens de piis superstitum erga defunctos officiis, ait, Catholicos eorum memoriam facere *εὐτυχὰς τελοῦντες τῇ λατρείᾳ τῇ ἀναγκαίᾳ, perficientes in eorum gratiam preces, sacrificia, & eleemosynas.* Eusebius quoque, post descriptam insignem pompam, qua Constantini cadauer elatum est, ait, Sacerdotes adhibuisse diuinum cultum; *τάυτ τῆς ἐνθάδε λατρείας δι' εὐχῶν ἀναγκαίων quæ diuini cultus sunt, adhibitis precationibus, compleuerunt.* Et ibidem paolo post, exponens quæ ea latria fuerit, ait, Constantinum demortuum, habitum fuisse dignum *diuinis ritibus, & liturgia mystica.*

Onomasticon Eucharisticum.

Legatio Sacerdotis ad Deum pro hominibus.

S. Gregorius homil. 37. in Euang.

Qui se vitibus infectiorem sentit, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Eam legationem, cum alia pia opera designare, tum nominatim hostias placationis in ara Dei oblatas, affirmat S. Gregorius. Et disertè quoque Rabanus lib. 1. Instit. Clerico. cap. 32. verbis illis. [Missa est legatio inter Deum & homines, cuios legationis officio fungitur Sacerdos, cum populi vota per preces & supplicationes, ad Deum offert. Et benè hoc tempore sacrificij fit, quando illius passionis memoria celebratur, Christi videlicet, mediatoris Dei & hominum; qui semetipsum obtulit Patri pro nobis.] Munus Sacerdotis esse munus legati, dicam sect. 6. cap. 2. Missam verò esse *legationem*, quod asserit Rabanus fusè prosequitur Gisbertus Scheuicauius l. de Ecclesiasticorum vita & officiis cap. 115. Quod si nomen *Missa* Latinum est, vt plerisque placet, est *Missa*, idipsum quod *legatio*: sicut *Missus* olim idem erat cum nuncio, siue legato. Tradit eam Missæ notionem Hugo Victor. l. 2. de Sacram. p. 8. cap. 14. & Honorius in Gemma animæ lib. 1. cap. 2. Huc item referri potest, aut etiam debet, quod Canon Missæ, illa inquam totius Liturgiæ pars sacerrima, in qua Filius Dei immolatur, vocatur *actio*. Sunt quidem variæ illius vocis notiones, & earum causæ variæ, de quibus argutè Gabriel lect. 15. in Cano. *litera F.* tamen omnium communissima videtur esse, ea quam petit à legatione, obita per Sacerdotem, qui est eo tempore internuncius Christi & Ecclesiæ, nostrámque cum Deo causam agit, siue tractat *intra eam actionem.* Sic enim legendum esse, non *infra* ex variis antiquis Codicibus confirmat Angelus Roccha ad l. Sacramentorum D. Gregorij *pag. mihi* 274. Indéque factum videri potest, vt tota Missa in Concilio secundo Carthag. vocetur *agenda.* Diuúsque Augustinus epist. 118. c. 6. ordinem celebrandi ritu Christiano, vocet *ordinem agendi.*

Liberatorium omnis mortalis generis proprium.

Cosmas Hierosol. in hymno magnæ feriæ V.

Eriam corporea libertate, multos captiuos per Eucharistiam esse donatos, illustribus exemplis demonstrat Brendebachius collat. 1. cap. 3. 4. & 5

Lignum

Sect. V.

Lignum vitæ.

Rupertus in cap. 2. Apocal. ad illud, *vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.*

Non quærimus correspondentiam Christi visibilis, cum ligno vitæ: de qua S. Augustin. 13. Ciuit. cap. 20. eò aptans illud *lignum vitæ est: apprehendentibus eam:* sed quærimus correspondentiam ligni vitæ, & Christi in Eucharistia: de qua correspondentia, hæc præter cætera Rupertus. [Numquid vt resurgamus, & viuamus in æternum, de illo materiali ligno est edendum? Non vtique. Sed *qui manducat* (inquit,) *carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Christus namque, lignum vitæ est: cuius & in cœlesti paradiso, visione, & in præsenti Ecclesia, corpore, sanctæ reficiuntur animæ. Illud materiale lignum vitæ, hominem morte animæ, scilicet peccato, iam mortuum, non viuificasset, sed carnem viuere faceret in æternum, quod infelicissimum esset. Mortuus quippè in anima, si corpore viueret homo in æternum, non recuperaret vitam animæ in æternum, & esset æternaliter miser, vt dæmones sunt. Hoc autem lignum vitæ, quod est Christus, dum nos corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animam à morte peccati, & carnem nostram in nouissimo die resuscitabit. Sæpè autem is qui necdum vincit, deest qui pœnitentiam non egit, edit de hoc ligno vitæ, quod est in paradiso Dei. Manducat corpus & bibit sanguinem Domini. Non illi dat Christus, sed ipse rapit, & ideò iudicium sibi manducat & bibit.]

Sæpè superiùs ex eodem Ruperto, notata est vis Eucharistiæ, vt cibi viuifici contra mortiferum cibum ligni Paradisi; in quo magna est analogia Eucharistiæ cum fructu ligni vitæ. Et addenda est in analogia ex innouatione vigoris & iuuentæ per vtrumque illum cibum. Paschasius l. de Sacram. cap. 7. in eam sententiam ita scribit. [Arbor quidem ligni vitæ, Christus nunc in Ecclesia est, cuius imago, in Paradiso arbor illa fuit. Idcirco scire conuenit, quod veritas hinc completur, quam priùs figura præmisit. Nam si homini ex illa semper, Dei seruatis mandatis, edere licuisset, nunquam mori potuisset. Sic itaque ex hoc ligno corporis, quicunque spiritualiter comedunt, si mandata obseruauerint, nunquam in spiritu mortales erunt, alioqui præcidendi sunt, vt meliùs reiseranur. Vnde & *lignum vitæ* iure dicitur, quia sicut illud immortalitatem corporis sumptum præstitisset, ita istud, imo solidiùs, vitam præstat cum obseruatione mandatorum Dei æternam. De quo in laude sapientiæ; *lignum vitæ est, his qui apprehenderint eam.* Et in Apocalypsi Ioannes, *qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei,* quia profectò non aliis largitur etiam in mysterio quam viuentibus.]

Liturgia.

Græci Patres, incruentum sacrificium vocant *Liturgiam.* Vox est vt notat Strabo & autor Ethymologici, designant publicum officium, vel ministerium, aut munus, quandoque etiam tributum. Vnde oratio Demosthenis in Leptinem, eo nomine prænotatur: & passim in Græcis legibus ἀλειτουργησία pro immunitate sumitur. Quia verò nulla est functio, nullum ministerium, magis publicum quam quod obit Sacerdos sacrificans pro vniuerso orbe terrarum, omne autem Sacerdotis officium ad sacrificium dirigitur, inde factum est, vt Ethnici quoque, nomen *liturgiæ* ad omne Sacerdotis officium aptauerint, vt ex Vitruuio tradit Genebrardus in Liturgiam S. Diony sij cap. 4. eam ob causam ex Isocrate secernens liturgiam ab ergasia. Græci ergo Patres, sacrificium incruentum tanquam ministerium maximè publicum, antonomasticè *Liturgiam* appellant, iuxta illud S. Lucæ, qui Actor. 13. ait, *ministrantibus autem illis Domino,* λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ. Erasmus vertit, *cum autem sacrificarent illi Domino.* Et Lucæ 1. dies Sacerdotalis officij Zachariæ, dicuntur ἡμέραι τῆς λειτουργίας, Hebr. 9. vasa sacrificiorum Mosaïcorum, dicuntur τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας. Et cap. 10. Sacrificans dicitur λειτουργῶν. De hac Græcis solemnissima sacrificij Christiani denominatione multa eruditè Sanctesius in præfatione ad Græcorum Liturgias c. 4. Lindanus 4. Panopl. cap. 37. Edmondus Augerius l. de Missa cap. 1. artic. 3. Stanislaus Socolouius ad caput 13. Censuræ Hieremiæ Constant. Iacobus Gaulterius sæculo. 1. vetitate 1. §. 16. Locus tamen adductus ex cap. 13. Actorum, vbi *ministrantes*, ab Erasmo vertuntur *sacrificantes*, non facit vsquequaque certam notionem *ministerij* pro sacrificio Christiano, siue Missa. Est quidem longè verisimilius ita esse, vt expensis loci illius adiunctis, rectè statuunt Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 13. Suares t. 3. 3. p. d. 78. sect. 1. Salmeron, Stapletonus, Cornelius, Sancius; ad eum locum Actorum: Quod tamen quæ pro aliis notionibus ibidem ei voci subjectis, à quibusdam, (etiam Catholicis) afferuntur, non sint prorsus improbabilia, fatendum est argumentum inde petitum pro sacrificio Christiano, graue & idoneum esse, non tamen plane ineluctabile.

Locus Pascua.

S. Ambr. in Psal. 118. serm. 16. ad vers. 3.

Non pauci item alij Patres, locum pascuæ, de quo Psal. 22. de Eucharistia accipiunt. Pulchrè S. Cyrillus in cap. 56. Esaiæ, ad illud, *omnes bestiæ agri, venite ad deuorandum*, proposita prima loci illius interpretatione de Ethnicis; subdit. [Si gentium vt ferarum meminit, dicimus, illis hoc dictum esse à Deo, *venite & comedite*, quo omnem sacrosanctorum charismatum affluentiam, illis datam esse significat, & mensam esse appositam quæ viuificat. Ederunt enim & ipsi panem vitæ, & panis Christi, participes facti sunt, & eiusdem cum sanctis corporis, adeò vt gaudentes dicant, *Domine pascit me, & nihil mihi deerit, in loco herbido me collocauit. Ad aquam requietis enutrivit me, animam meam conuertit. Parasti in conspectu meo mensam.* Dixit etiam per vnum è sanctis propbetis *Edite, bibite, & ebrij estote vicini.* Qui enim procul aberant à Deo, propinqui per fidem facti sunt, qui quondam errabant, & sacro cibo repleti sunt. Scriptum enim est, *Panis roborat cor hominis.*]

Petrus Cellensis l. 9. epist. 5 eundem locum Psalmi juncto allo ex Cant. 1. more suo pereleganter de Eucharistia sic accipit. [Habes vinum de vite vera, expressum in torculari Crucis, & attractum aperto ostiolateris. Sicut enim

enim tonellus foratur, vt vinum habeatur, sic latus Christi lancea militis apertum est, vt exiret aqua baptismatis, & sanguis nostræ redemptionis. Hunc quotidie sumimus in altari sub specie vini. Altare siquidem, est locus pascuæ, de quo dicitur, *in loco pascuæ ibi me Dominus collocauit.* Et in Cantico. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quod est *in meridie*? In luce, in puritate, in veritate, & charitate. Qui latet vt anguis in herba abscondens peccata sua, non est in meridie: qui impudicè viuit, & templum Dei violat immunditia aliqua, non est in meridie: qui dolosus & fraudulentus est speciem pietatis habens & virtutem abnegans, non est in meridie; qui tepet odio fraterno, non est in meridie. Non ergo ipsum vel cum ipso pascit Christus, qui dicit; *superbo & insatiabili corde cum hoc non edebam.* Non cubat etiam nisi vbi pascit.] Chrysostomus serm. 46. sicut illud Psalmi 94. *quoniam Deus magnus Dominus*, ad Eucharistiam aptat, ita consequenter significat, illud, *nos populus pascuæ eius, & oues manus eius*, eodem pertinere. Et disertè idem de pascuis Christi Pastoris, id est Eucharistia, habet S. Augustinus l. 2. contra litter. Petil. c. 47.

Lux.

Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor.

De hoc titulo plenè sect. 4. toto cap. 1. Notandus verò insuper est, locus singularis Philonis Carpathij ad illud Cant. 7. *Guttur tuum vt vinum bonum* Exponens enim quam fructuosa sit Eucharistia si modò à iustis & rectè dispositis percipiatur, id demonstrat ex Psalte eo versiculo Psal. 96. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia*, vocans Eucharistiam & *lucem* & *lætitiam*, docétsque eum versiculum recidere in illud Apostoli, *probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.*

M

Malum.

Philo Carpathius ad illud Canticor. *sub arbore malo suscitauí te.* [Hæc malus (inquit,) salutifera, si ad arborem respicias, crux est humanæ salutis auctrix, in qua salus mundi autórque pependit. Si verò ad pomum eius ac fructum suauissimum atque sanctissimum, de quo sæpè iam diximus, cœleste totum ac salutare malum, est corpus IESV Christi salutariter nobis ab eo datum, in escam scilicet & potum, sub mystico pane & vino, ex quo quidem Christianos omnes sanctissimè pascit ac beat.] Rubotem simul ac candorem huius mali, ad vtramque Eucharistiæ speciem referre licet cum Nysseno hom. 4. in Cant. V. Superiùs V. *Bacchica.*

Manna.

Successisse mannæ Eucharistiam, sicut virgæ crucem, & baptismum circumcisionì, S. Chrysostomus autor est serm. 11. in 2. ad Cor. ad illud *vetera transierunt.* Et optimè quoque S. Augustinus serm. 44. de diuers. à cap. 8. Non est autem opus hanc analogiam fusè persequi, cum tam multi recentiorum, diligentiam in ea probarint, præsertim Turrianus l. 2. de Euch. c. 5. & 2. Vieg as in cap. 2. Apoc. comment. 3. sect. 4. Magalia. in cap. 5. Iosuè v. 12. annot. 24. Bosius l. 13. de sign. cap. vlt. Cornelius in c. 16. Exodi & 1. Cor. 10. vers. 3. Salianus anno mundi 2244. num. 313. Potiora analogiæ capita sunt, quod manna opera Angelorum piusebatur, sicut Eucharistia intetuentu Sacerdotum, quos S. Ambrosius l. 1. de Sacram. cap. 2. ex Malach. 2. Angelorum nomine donari probat. Manna viaticum erat, nec nisi post transitum mare rubrum, est concessum, & quidem pugnantibus, Eucharistia est cibus viatorum, nec nisi tenatorum, vt benè perspexit Hugo Victorinus in summa Sententi. Tract. 5. cap. 2. estque munimentum ad prælium. E manna qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. In Eucharistia, atomus specierum æquiualet totis speciebus, nec plus quisquam aut minus habet, si quid habet. Excipiebatur manna duplici rore, subtus ac supra obuoluente, velut integumento. Eodem modo Christus, tegmini bus specierum obuoluitur; & sicut ad Solis exortum euanescente rore superiore, apparebat mannæ substantia, ita aduenientè fidei Sole, Christus apparet. Iuxta Hebræos apud Genebrardum Psal. 94. v. 10. manna continebat cibum & potum, ita & in Eucharistia vtralibet species corpus & sanguinem continet. Erat manna cibus suauissimus & omni sapore dines ex Sap. 16. qua ex causa Gregorius Nyssenus tract. 1. in Psalmos cap. 8. ad illud, *omnem escam* vocat manna, *cibum omnipotentem.* Æquè hunc cibum Deus in sua dulcedine parauit, saporis ac sensus pro percipientium voluntate admodùm differentis. [Nec vanum tibi videatur, (ait Fulbertus epistola 1. ad Adeodatum) quod iuxta animæ desidetantis intuitum, dicimus Christum formari intra præcordia communicantis, cum non nesciat Patres nostros veteris eremi solitudinem peragrantes, Angelicis pistibus refectos, quibus imber fœcundus cibum vnicolorem sed dinersi saporis intulit, & iuxta singulorum appetitum infundebat saporis varia oblectamenta, vt quicquid auiditas concupisceret, occulta largitoris dispensatio subinferret: quibus præbebat gustus quod ignorabat aspectus: quia aliud erat quod videbatur, & aliud quod sumebatur. Desiste igitur mirari. Quod legis manna sub vmbra signabat, hoc Dominici corporis pandit veritas patefacta. In quo Deifica maiestas miserantur nostræ infirmitati condescendit, vt quo alimenti genere corpora aluntur humana, idem in corpore sensualiter sapiat, sed Deus in pectore proficiat.

Onomastikon Eucharistiæ.

Non defuerunt, quibus visum est vt refert Castro ad cap. 16. Sapientiæ, intetuenisse mannæ transubstantiationem in cibos: quod si verum esset, admirabilis typici mannæ cum vero, consensio deprehendetetur, ob mutationem substantiarum panis & vini. Præter cæteras mannæ & Eucharistiæ correspondentias, quas diligenter persequitur Rupertus lib. 3. in Exod. à cap. 6. ad 18. ea est notatu digna, quam dicto cap. 18. (imitatione Origenis homil. 7. in Exod. *in ipso fine*) assignat de verme, exorto ex manna: si haberetur contra præscriptum. [Scatens (inquit) de manna vermiculus ille est qui loquitur in Psalmo, *ego autem sum vermis, & non homo.* Sicut enim vermis sine concubitu de manna

Sect. V.

na scaturit, sic solus sine virili semine de Virgineo ventre conceptus & natus est Christus Filius Dei. Sed hoc vbi prædicatur infidelibus Iudæis, scandalum est illis. Sordidum enim & indignum Deo reputant de fœmina potuisse nasci. Computruit ergo talibus manna verum quod de cœlo descendit, sed quod hoc pacto infirmum est eis, fidelibus virtus est & sapientia.]

In eandem sententiam S. Maximus serm. in Psal. 21. sic habet. [Legimus in libris Moysi, de manna vermiculos procreatos. Digna planè & iusta comparatio. Si quidem de manna vermiculus gignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur. Quin potiùs ipsam Mariam, manna dixerim, quia est subtilis, splendida, suauis, & Virgo; quæ velut cœlitùs veniens, cunctis Ecclesiarum populis, cibum dulciorem melle defluxit; quem qui edere ac manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit, sicut ipse Dominus ait, *nisi quis manducauerit meam carnem, & biberit meum sanguinem, non habebit vitam in semetipso*: ac potiùs ipse cibus in iudicium conuertetur, sicut Apostolus dicit. *Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat.* Quod filiis Israël subtiliter prophetatum est in veteri Testamento. Manna enim illis contra diuina præcepta tractantibus vermes effecti sunt, ideſt contumaciæ vltores & Iudices. Quæ similitudo Christum indicat Dominum, quem qui suauem cibum & dulcem potum haurire neglexerit, iudicem patietur, sicut ipse ait; *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.*] Hoc de Christo, quia Iudex noster erit, reuerenter in Eucharistia excipiendo, pulchrè prosequitur Guerricus serm. 5. de Purif.

Itaque compertissimum ex dictis manet, maximam cerni analogiam inter antiquum manna & Eucharistiam, non tamen absque differentiis, quas vnà cum conuenientiis sic attigit Petrus Blesensis carm. de Eucharist. capit. 5.

Istum namque cibum, cibus olim significauit.
Quo Deus Israel, deserta per annua pauit.
Manna fuit populis cibus omnibus omnis in ore,
Pro variis animis, vario existente sapore,
De quo qui modicum tanquam qui plus capiebat:
Et saturabatur, quia cunctis sufficiebat,
Mysterium magnum nostro sub tempore tandem
Enituit, causamque parit res mystica grandem.
Manna quidem Dominus de Virgine matre creatur,
Cuius in altari corpus de pane sacratur
Sed quàm dissimiles sunt hic cibus & cibus ille?
Nam cibus hic Deus est, cibus alter vt vmbra fauilla.
Ille cibus periit & edentes hunc perierunt,
Qui panem vitæ Christum non esurierunt.

Cæterum Eucharistiæ præcellentiam supra manna Ioan. 6. testatam, S. Ambrosius fusè exposuit l. de initiandis c. 9.

Manna absconditum.

Tironius Aretas, Primasius, Beda, Ansbertus, Rupertus & Hugo Card. Apocal. 2.

Dicitur Eucharistia *manna absconditum*, quia aliud in hoc Sacramento obijcitur sensibus, aliud latet. Cur autem decuerit ita fieri, pulchrè prosequitur S. Thomas Opuscul. 58. cap. 7. & 8. Sponderur hoc manna vincenti, quia iis solis fructuosa est Eucharistiæ perceptio, qui aduersùm seipsos & Satanam pugnarint, vicerintque, vt Rupertus Apocal. 2. rectè aduertit.

Manna cœleste.

Cassianus collat. 22. c. 7.

Margarita immaculata corporis Christi.

Analtasius apud Damascenum orat. 3. de Imag. *sub finem.*

Exornans carmine turriculam auream Felicis Bituricensis structam ad excipiendam Eucharistiam, Fortunatus, ait condendum in ea.

Margaritum ingens, sacrati corporis Agni.

Ingens sanè, pretio, non mole specierum similitérque Eucharistiam *margarita* nomine donat Chrysostomus in liturgia, verbis illis, [Ingreditur Sacerdos in prothesim, & quod in sacro calice remanserat, attentè & reuerenter absumit, lauátque sacrum calicem ter; prospicítque ne quod dicitur *Margarita*, remaneat.] Idem ferunt illa S. Germani. [Sancta mensa, est pro mensa Christi cum mystis, & qui in ea sunt *Margariti*, diuina dogmata Doctrinæ Christi Patris ad discipulos exhibent.] Nimirum Christus extra Eucharistiam quoque *Margarita* denominatur, vt videre est apud Clementem Alexandrinum lib. 2. pædag. cap. 12. Epiphanium homil. de Resurr. Dom. *sub finem*, & Isidorum Pelusiotam lib. 1. Epist. 182. & apud S. Ephrem mox adducendum. Commodè ergo in Eucharistia quoque, eum idem ipse sit, denominatur *Margarita.*

Nomine porrò *Margarita*, vt S. Ephrem tract. de ea annotauit, comprehendi potest quælibet gemma. Vnde mysteria quæcunque gemmarum, accommodari optimè ad Eucharistiam possunt. Huc faciunt delapsæ interdum in sacrificantium calices gemmæ: quod S. Lupo Senonensi accidisse scribit Sigebertus in Chron. anno 616. & refertur in Romano Martyrologio 1. Septemb.

Margarita pretiosa.

Gregor. Nyssen. in Epist. Cano. cap. 4. statuens reddendos esse communioni, eos qui à cœno peccatorum emerserant, ait iustum non esse, vt qui porci esse desierant; & in homines euaserant, diutiùs priuentur pretiosæ margaritæ fruitione: donans Eucharistiam nomine pretiosæ margaritæ; & ad eam accommodans illud Christi, *nolite proycere margaritas ante porcos*, quod Methodius apud Photium Cod. 235. exponit de margaritis virtutum non abjiciendis in voluptates. Acta S. Danielis Stylitæ 11. Decemb. aiunt eum percepisse *cœlestem margaritam.* Ideſt diuinam Eucharistiam. Petrus Cellensis lib. 5. epist. 11. Pascha nostrum quod est Christus, in Eucharistia describit symbolicè, sub imagine pretiosæ margaritæ vilibus panis inuolutæ. [Moyses (inquit,) in illo quadragenario ieiunio, vbi à colloquio diuino cornutam faciem reputauit, Pascha illud in literis suis prænominauit, & in illo sacrosanctas reliquias religans, annuo recursu ad publicum nostrum deuoluendum constituens, diem certum præfixit. Siquidem hîc panuus, ideſt Pascha, in exteriori facie plurimùm nitoria exhibet, sed valdè

ampliora

ampliora intrinsecùs continet, & cariora pignora. Rubet igitur purpureo colore, propter passionem; rutilat hyacinthina specie, propter resurrectionem: subobscurus est, propter sputorum, & alaparum, & flagellorum, & cæterarum injuriarum coacervationem: albet vnica nube, propter innocentiæ integritatem, & peccati immunitatem. Ecce colores; colores cingentes Pascha gloriosum, & delicatum animæ pallium quò melius amiciuntur purpureis seminicincti, quàm diuites purpura & bysso induti. Reuoluere autem illas pretiosas margaritas quæ sigillantur in sigillo isto aureo & argenteo, quis accedet, nisi mundas habuerit manus? nisi oculos columbinos? nisi labia purgata? nisi abluto toto homine interiori & exteriori sacro Iordanici fluminis baptismate? Quia ergo vobis sunt manus tornatiles per obedientiam, oculi elari per pudicitiam, labia stillantia myrrham primam per accusationem reatuum vestrorum, & ad scurrilia æternam clausuram, applicate pannum Paschalem & expandite thesaurum absconditum, vt exinde captiuus mutuet redemptionem, mortuus resurrectionem, peccator iustificationem, afflictus consolationem, religatus solutionem, anathematizatus absolutionem. Sanctificate ora vestra sanctis horum osculis; oculos tangite his smaragdis; singulos sensus exhilarate singulis benedictionibus. Sed quæ sunt pignora tam cara pro pretio, tam efficacia pro remedio, tam rara pro numero, tam sancta pro merito, tam perpetua pro æuo, tam amabilia pro beneficio? Pignora, fratres mei, ista, ore pudico timore debito nominanda, & amplectenda, sunt caro & sanguis Agni incontaminati Iesv Christi, ossa, nerui, medullæ, cartilagines, cutis, corium, & quæcunque membra in corpore Iesv de sacris suis visceribus edidit Virgo Virginum.]

Medicamentum immortalitatis.

S. Ignatius epistola ad Smyrnenses, Guerricus serm. 2. de Resurr.

Medicamentum simul & holocaustum, ad sanandas infirmitates, & purgandas animas.

Cyprianus serm. de Cœna Dom.

Medicamentum salutare.

Gregorius 7. l. 2. epist. 47.

Medicina.

S. Ambrosius l. 5. de Sacram. c. 4.

Agnoscunt vim medicam corporis Christi in Eucharistia, qui communicantes conferunt cum muliere fluxum sanguinis patiente, cui admotio fimbriæ vestimenti Christi, sanitatem creauit: Vnde exemplo illius mulieris, prouocant communicantes, vt Christi contactu sanitatem exquirant. Nazianzenus in S. Gorgoniæ monodia, ait eam in quadam ægritudine imitatione sanguifluæ illius mulieris, sanatam esse admota Eucharistia. Chrysologus serm. 33. eandem mentem sic habet. [Tetigit vestimentum muliet, & curata est absoluta languore. Miseri qui quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & à nostris vulnetibus non curamur. Non Christus infirmantibus, sed fides deest. Nam multo magis modò in nobis manens poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem præteriens sic curauit.] Et serm. 34. [ô quam docuit muliet, quantum sit corpus Christi, quæ in Christi fimbria tantum esse monstrauit. Audiant Christiani, qui quotidie, corpus Christi attinguut, quantam de ipso corpore sumete possunt medicinam, quando mulier totam tapuit de sola Christi fimbria sanitatem. Sed quod nobis flendum est, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina ipsa retorqueretur in vulnus. Hinc est quod Apostolus, tangentes indignè corpus Christi taliter admonet & deplorat; *qui enim tangit indignè corpus Christi, iudicium sibi sumit,* Et quod inde temeritas infirmitatem capiat vnde fides accipere debebat sanitatem tutius intuli, *propterea inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi*]

Non aliter philosophatur S. Chrysostomus homil. 51. in Matthæum de ea muliere, & simul de Gerasenis, togantibus vt vel fimbriam vestimenti eius contingerent, vt sanarentur. Subjicit S. Chrysostomus. [Tangamus ergo etiam nos fimbriam vestimenti eius, imo verò totum. Ipsum enim (si volumus,) non vestis solùm, sed corpus ipsius nobis propositum est, non vt tangamus solummodò, sed vt comedamus & saturemur. Adeamus igitur Christum singuli ægrotantes, magna cum fide. Nam si qui fimbriam vestimenti eius tunc tetigerunt, rectè omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur, si totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere, non est vt tantummodò propositum corpus recipias, verùm etiam multo magis vt mundo corde tangas, vt sic adeas quemadmodùm ad ipsum Christum.]

Alia de vi medicatrice Eucharistiæ, dabit S. Thomas Opusc. 58. cap. 1. *sub finem* & c. 26. *initio*, ac Turrecremata tract. de Euchar. cap. 1. *in septima causa.* Planéque Eucharistiam habent pro medicina, qui eam dicunt esse institutam ad remissionem peccatorum, (quæ sunt animarum infirmitates,) tanquam ob finem secundarium, si sermo si sermo sit de leuibus peccatis, quæ per Eucharistiam sanari, supra vidimus. Pascbasij in hanc rem locus, est luculentus l. de Sactam. cap. 9. [Quotidie peccamus, saltem peccatis, siue quibus mortalis infirmitas viuere non potest; quia licet omnia peccata condonatâ sunt in Baptismo, infirmitas tamen peccati adhuc in carne maner. Vnde Psalmista, *Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Et ideò quia quotidie labimur, quotidie pro nobis Christus mysticè immolatur; & passio Christi in mysterio traditur, vt qui semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua delictorum, per hæc Sacramenta corporis & sanguinis, peccata relaxet.] S. Cyrillus l. 12. de ador. idem voluit verbis illis. [Igitur sine vlla controuersia, arcetur à sacris qui fuerit alicuius maculæ reus. Arceatur autem non quominus sancto cibo vescatur; *comedet enim* (inquit) *de sanctis*, sed ne ad velum ingrediatur, neque accedat ad altare. Nam qui languoribus adhuc in animo latentibus obnoxij sunt, ij participes esse benedictionis Christi possunt: non tamen eo modo quo sancti viri percipiunt ad sanctificationis incrementum & animi firmitatem, & ad fixam in rebus præclaris perseuerantiam: sed eo modo qui infirmis conuenit ad vitij abiectionem cessationémque

Sectio V.

que à peccato, & mortificationem voluptatum, valetudinisque spiritualis recreationem. Nam quia Christus noua creatura est, secundùm Scripturas, eam ob causam nos quoque, illum in nobis ipsis accipimus, vt per sanctam eius carnem & sanguinem in vitæ nouitarem, per ipsum & in ipso reformati, deponamns veterem hominem qui corrumpitur secundùm desideria erroris, sicut scriptum est.] Eodem reducuntur quæ ex variis Patribus adducta sunt l.3. c.a. ad monstrandum Eucharistiam sapientissimè à Deo prouisam esse vt medicamentum contra venenum contractum per cibum veritm. Itaque minùs placet quod Malachias Ord. Prædicator. libro cui titulus est, *Venenum* c.4. videtur Eucharistiam habere pro medicina, tantùm sub ratione cibi restauratiui, cum dicat. [Caro Medici, facta est medicina ægroti, secundùm illud *Caro mea verè est cibus*, ad saluandam animam. Ergo contra venenum peccati, mors Christi in ligno. Remedium restauratiuum, corpus & sanguis Christi pro cibo.] Ar Patres (vt præmisi) Eucharistiam habent pro medicina ad depulsionem veneni infeliciter ebibiti.

Prudens mnnitnm Petri Cellensis lib de panibus c.3. est huic negotio obsignando opportunum.], Pane nostro, (inquit,) animali quia rationale est, minist temus, sed non fermentarum quia corruptum est & abominabile factum in studiis suis. Nec apponamns priùs azymum; sed quod animale deinde quod spiritale. Nam vt indecens est, vinum nouum mittere in vrtes veteres, sic stomacho iniquitate corrupto, & dentibus putridis propter mendacia labiornm, panem azymum qui corruprionem non vidit, cum periculo anteponimus. Probet enim se priùs homo, & sic de pane illo id est azymo edat: Iudas buccellam panis quidem azymi accepit, sed medius crepuit. Vis enim magna discernens mundum ab immundo in pane illo cum stercoribus auaritiæ & infidelitatis Proditoris, non patitur immorari, Est in tuinam & in resurrectionem multorum. Est odor mortis in mnrrem, est odor vitæ in vitam. Aut purgat aut necat. Si sanabilis es, curat te: si insanabilis, ægritudinem augmentat. Medicina est. Morbus si curabilis est, apta medicina; quia si qualia oportet purgari purgentur, confecti & benè ferunt. Contraria verò importnnè sumentur, vt qui sine reuerentia & sine delectu panem sanctum accipit, plus ai sua irreuerentia obsit, quàm cibi sanctitas prosit. Qui ergo in iniquitatibus suis, adhuc velut sus in volutabro lnti submergitur, panem fermentatum in sudore vultus sui comedat, gemens & dicens, *Iram Domini quia merui portabo.* Indignnm se ad panem azymum comedendum conteftetur & dicat, *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus*]

Mel.

Richardus Pampolitanua ad illud Psalmi 80. *de petra, melle saturauit eos.* V. supra, *Fauus mellis.*

Membra Dominica occisionis.

S. Augustinna serm. 11.de sanctis, agens de sepultura martyrum sub altari, iuxta Ioannem Apocal. 6. air. [Sub ara Dei, vidi animas occisorum. Quid reuerentius, quid honorabilius, diei potest. qnàm sub illa ara requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur; in qua offerntntur hostiæ, in qua Dominus est Sacerdos, sicut scriptum est, *Tu es Sacerdos in aternum secundùm ordinem Melchisedec*? Recte sub altario iustorum animæ requiescunt, quia super altare corpus Domini offertur. Nec immeritò illic iusti vindictam sanguinis postulant, vbi etiam pro peccatoribus Cbtisti sangnis effundiur Conuenienter igitur, & quasi pro quodam consortio, ibi martyribus sepultura est, vbi mors Domini quotidie celebratur, sicut ipse ait. *quotiesf unqua hæc feceritis, mortem meam annunciabitis donec veniam*; scilicet vt qui propter eum mortui fuerant, sub Sacramenti eius mysterio requiescant. Non immeritò inquam, consortio quodam illic occisis tumulua constituitur, vbi occisionis Dominicæ membra ponuntur, vt quos cum Christo vnius passionis causa deuinxerat, vnius etiam loci religio copularet. Legimus pletosque iustorum, Abrahæ sinibus refoueri, nonnullos paradisi amœnitatis lætari. Nemo tamen melius præter martyres metuit ibi requiescere, vbi & hostia Christus est & Sacerdos; scilicet vt propitiationem de oblatione hnstiæ consequantur & benedictionem functionémque Sacerdotis accipiant.] *Membra* ergo *Dominica occisionis*, sunt porpus & sanguis Christi: mactati & martyrio affecti, impositi altari.

Membra cœlestia.

S. Damasus carm. de S. Tarsicio.

Tarsicium sanctum Christi Sacramenta gerentem.
Cum malè sana manus peterst vulgare profanis;
Ipse animam potius voluit dimittere cæsus,
Prodere quàm canibus rabidis cœlestia membra.

Fuit enim S. Tarsicius letho datus 15. Augusti, qnia noluit diuinissimam Eucharistiam quam gestabat, exhibere Ethnicis, probè conscius non esse cœleste illnd margaritum projiciendum ante porcos.

Membra immaculata ouis.

Autor sermonis primi de Iuda proditore apud Chrysostomum.

Memoria passionis Christi, & sacrificij crucis.

Helycbius in cap. 2. Leuit.

Ipse Christus in sui memoriam celebrandum esse hoc mysterium docuit, & idem habet Apostolus, docens annunciandam per hoc mysterium esse mortem Cbtisti, donec veniat. Petrus Cellensis l. de panibus c.1 *sub finem*, hanc memoriam sic exponit, agens de mensa altaris. [vbi veritate corporis & sanguinis Domini existente, sed sub specie visibilis panis & vini latente, memoria Dominicæ passionia cum effectu nostræ redemptionia, si adsit integritas fidei, tam vtiliter quàm fideliter recolitur.] Et mox, comparans sacrificium cruentum in cruce, cum hoc incruento. [Ibi mota Cbtisti, omninm salutem; hîc memoria mortis illius similiter nnstram non desistit operari saluationem Sacramentaliter.] Tametsi verò Sacerdos sacrificans, non omittit, verbo memoriam Christi passi restificare, & in actu signato iussum Cbtisti de hac memoria teperenda proponit, tamen propriè & essentialiter hæc memoria est realis & in actu exercito, per disjunctionem corporis à sanguine, vi verbornm. Et hinc habetur, hanc memoriam primatiò ac expressiùs contineri sacrificatione & immolatione Christi per consecrationem geminam. Quod vnum euincit

Sanctesius

Sanctesius repetit. 10. cap. 3. Non tamen quod ille contendit, participatio Eucharistiæ sub altera tantùm specie, est expers memoriæ Christi passi. Contrarium enim significat Apostolus, & clarè S. Augustinus 20. contra Faustum cap. 18. verbis illis. [Hebræi victimis pecorum quas offerebant Deo, multis & variis modis sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ victimæ quam Christus obtulit: Vnde iam Christiani, peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi.] Quod si Concilium Ephesinum in Professione fidei, ait præmitti memoriam mysteriorum, tum sequi participationem corporis Christi, non sequitur participationem vacare ea memoria. Concilium enim eum non posset omnia enunciare simul, proposuit vnum post aliud, non tamen abrogauit communioni ecclesiæ passionis memoriam. Quomodò enim potest sumi corpus vt verborum exaugue, quin cogitetur mortuum? Non est tamen negandum, quin hæc memoria expressiùs & nobiliùs excreceatur per sacrificiū.

Insignes omnino fructus, & eximia incrementi sacrificij ab hac memoria, egregiè in hunc modum proponit Laurentius Iustinianus serm. de Eucharist. numer. 26. [Sanè nullo alio sacrificio honorificentiùs laudatur Deus quàm pœ altaris immaculatam hostiam, quam præcipuè ob diuinæ laudis exhibitionem complendam, Ecclesiæ suæ Christus offerendam instituit. Ipsius namque passionis & humanæ redemptionis in ea mysticè celebrantue mysteria, hoc ipsum Domino propalante qui ait, *Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Memoria etenim in oblatione hac agitue illius quam in sua passione Dei Filius excellentissimæ nobis charitas ibtam fecit. Qua nulla major, nulla vtliot, nulla amabilior, nullaque oculis diutuæ majestatis est gratior, dum honoeem Deo, Angelis contubernium, exulibus cœlum, celigioni cnltum, iustitiæ debitum, normam sanctitati, obedientiam legi, gentibus fidem, lætitiam mundo, credentibus gaudium, vnitatem populis, Sacramentis legalibus finem, initium gratiæ, vietuti robur, hominibus pacem, lucem mentibus, spem labotantibus, peregrinantibus viam, & petueniennibus tribuit speciem. Nempe dolotes mediatoris nostri; irrogata conuicia, excepta flagella, aceti & fellis pocula, clauorum & lanceæ vulnera, ex rediuiua sacrificij huius celebratione memoranmt. Offertur æterno Patri, Natî assumpta humanitas; quatenus agnoscat ipse quem genuit; quémque pro hominum salute misit in terras; vt interuentione ipsius, delinquentibus veniam, lapsis manum, & iustificatis præoger vitam. Clamat idem Redemptor ad Patrem, corpntis sui cicatrices ostendens, quatenus ab æternis suppliciis, sua homines intetpellatione custodiat. *Aduocatum* (inquit Ioannes Apostolus,) *habemus apud patrem IESVM Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Vides perspicuè, nullum acceptabilius Deo posse offerri sacrificium ad exoluendum laudes, siue ad exhibendum gratias seu ad impetrandum indulgentiam vel ad gloriam promerendam, quàm corporis & sanguinis Christi sacrosanctum mysterium.] *Onomasticon Eucharisticum.*

Memoria mirabilium Dei.

Laur. Iustiuianus serm. de Euch. num. 15. & 18. omnium Dei mirabilium antiquorum memotiam, in hac esca data timentibus Deum iuxta Dauidem Psal. 110. comptehendi, tectè annotauit & ex parte exposuit. Subjicio Vbertinum de Casalis qui l. 4. arboris vitæ cap. 4. pulchrè & optimè id est prosecutus, vetbis illis. [Debes videre, quomodò istud benedictum Sacramentum, est memoria mirabilium. Est autem memoria mirabilis operationis, quia in hoc Sacramento est tanta multitudo mitabilium, vt superent intellectum viatoris, & sensum comprehensoris. Vnde hic est verè, Deus absconditus. Vnde ibi abscondita est fortitudo eius, dum innumera mirabilia fiunt in hota consecrationis, quæ latent in abscondito Sacramento. Primò quidem ex parte virtutis operatiuæ; considera, quod in hoc Sacramento concurrunt simul virtus Verbi creati, & increati: illius vt profetentis, huius vt assistentis; illius vt inuocantis, huius vt operantis. Vnde Christus ex humanitate formam protulit, ex Deitate conuersionem plenam fecit. Concurtit enim successiua prolatio & instantanea mutatio, vt talis oratio formæ, sit enunciatiua & operatiua. Et tamen successiua est enunciatio, & instantanea operatio. Quia virtus infinita Dei sine tempore, transubstantriationem panis & vini facit in instanti, in verum corpus & sanguinem Christi per prolationem & ad prolationem formæ Sactamenti, quæ successiuè protertur per os ministti cum intentione animi: Vnde finis dicti, per opus Dei est complementum facti. Miracula sunt hæc; vt meriò possit intellectus dicere, *manbu*; ideſt, *quid est hoc?* Hæc sunt illa abscondita de quibus dicitur Isaiæ 45. *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt scias quia ego sum Dominus.* In hoc enim Sactamento, per banc operationem, thesauri gratiæ absconditi conferuntur, & arcana secretutum fidei Ecclesiæ proponuntue, vt sciat intellectus fidelis credendo veraciter, quia ipse est Dominus qui quia potentissimus potuit quia clementissimus vuluit, quia veracissimus & sapientissimus facit signa & mirabilia in hoc Sacramento, quorum non est numerus. Disia sancta profitetur in Christo ineffabilem cit enim, *hoc est corpus meum.* Et ideò Eccle- veritatem qua sic dixit, & insuperabilem potestatem qua potuit. Ex quibus concludit Sacramenti irrefragabilem veritatem, quia ita sit. *Omnia enim quæcunque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.* Si consideratur species contenriua, occurrit tibi ttifaria consideratio mirabilium, scilicet, quidditas transitiua, quantitas dimensiua, qualitas objectiua. Quidditas panis & vini, transit in substantiam corporis & sanguinis Christi, in quo ttansitu sunt mirabilia mirabilissima. Nihil enim substantiæ relinquitur, sed totum conuertitur: nihil substernitur, nihil de nouo efficitur. Solum enim transit quid in aliquid, & tamen sine annullatione. Non enim annullata est substantia panis & vini, sed verè in Christi

Sect. V.

corpus & sanguinem conuersa. Non tamen effecit corpus Christi de nouo quod prius erat, sed de nouo ibi est per coouersionem alicuius in ipsum, vbi & ibi priùs non erat. Nihil ibi substernitur, quia transit totum in totum, nullum habens subjectum commune. Quantitas enim dimensiua specierum sine subiecto supra naturam subsistit, sub qua Sacramentaliter continetur Christus in se dimensionatus à speciebus, non dimensiuè contentus; in se commensuratus, non tamen commensuratione contentus. Signatus, quia sic est in altari vbi consecratur, quod non est in alio loco vbi non consecratur: & tamen non definitiuè, quia sic est hîc quod tamen eodem modo alibi potest esse. Est igitur totus in tota specie visibili, totus in qualibet parte signabili, totus in qualibet parte partibili. Qualitas etiam specierum insensibilium terminat visum, alterat gustum, excitat odoratum, immutat tactum. Nullus enim istorum quatuor sensuum, discernit istum spiritualem cibum solus fidelis auditus iudicat verum, dum audit, assentit & credit, *hoc est corpus meum.* Fides enim ex auditu. Ipsa etiam accidentia, per virtutem diuinam accipiunt talem modum essendi & operandi, quod ex illis accidentibus, & circa illa accidentia, possuot omnia fieri quæ primò poterant, quando ibi erat substantia panis & vini. Durantibus illis accidentibus, tamdiu existit ibi verum corpus Christi, quamdiu non est facta talis mutatio, ex qua sequeretur corruptio substantiæ panis & vini.] Ad hunc modum exponit Vbertinus, quomodò Eucharistia dicitur *memoria mirabilium Dei.*

Memoriale mirabile ac stupendum.

Clement. voica de reliq. & venet. SS. refertur pars Decretalis Vrbani qoarti, qua titulus Eucharistiæ propositus, in hunc modum egregiè exponitur. [Traositurus de hoc mundo ad Patrem, Saluatot noster Dominus Iesvs Christus, cum tempus suæ passionis iustaret, sumpta cœna, in memoriam mortis suæ instituit summum & magnificum sui corporis & sanguinis Sacramentum eorpus in cibum, & sanguinem in poculum tribuendo. Nam quoties hunc panem manducamus, & calicem bibimus, mortem Domini annunciamus. In institutione quidem huius Sactamenti, dialt ipse Apostolis, *hoc facite in meam commemorationem* vt præcipuum & insigne memoriale amoris sui esimij quo nos dilesit, esset oobis hoc præcelsum & venerabile Sactamentum: memoriale Inquam mitabile ac stupendum, delectabile, suaue, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innouata sunt signa, & mirabilis immutata; in quo habetur omne delectamentum, & omois saporis suauitas, ipsáque dulcedo Domini degustatut: In quo vtique vitæ suffrsgium consequimor & salutis. Hoc est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, & memoriale saluificum, in quo gratam redemptionis nostræ recensemus memoriam, in quo à malo tetrahimur, & in bono confottamur, & ad virtutum & gratiarum proficimos incremeota: io quo ptofectò ptoficimus, Ipsius corporali præsentia Saluatoris. Alia namque quorum memoriam agimus, spiritu mentéque complectimur, sed oon propter hoc realem eotum præsentiam obtinemus. In hac vetò Sactamentali Christi commemoratione, Iesvs Christus præsens, sub alia quidem furma; in propris verò substantia est nobiscum.] Legesis reliqua io tem hanc ab Vrbano eximiè dicta io diplomate quo festum corporis Christi indixit, dato, anoo 1262. quod extat apud Laëttium Cherubinum tomo 1. Bullatij.

Vbertinus de Casalis l. 4. arboris vitæ capite 4. idem paucis attigit, vetbis illis. [Inter omnia opera dilecti Iesv, memotiale suæ feruidæ charitatis, & admirabilis potestatis, & diffusæ liberalitstis fuit institutio istius venerabilis Sactamenti, qua non suiùm seipsum dedit in cibum, sed etiam instituit & potestatem dedit veris Sacerdotibus Apostulorum successoribus, vt istud Sacramentum confiicerent, & in æternum dum durabit Ecclesia petegtina, illud baberent verum sacrificium, cibum, & viaticum, & memoriale dignissimum suæ factatissimæ mortis.] Sunt ista quæ ab Vbertino, boc loco, & alio superiùs proximè recitato, nec oon quæ à Clemente Pontifice ex Vrbani dictis ptulata sunt, sanè ptæclata, & quàm stupendum ac mitabile & hominibus conducibile sit, hoc memoriale egregiè aperiunt. Verumtamen eius & commoda io ratione memorialis, minimè attingunt. Quare euoluendum superest, quàm mirabile fructuosum ac necessarium sit, hoc memoriale, formaliter vt sic dicam, & provt monimentum excitans recotdatiooem & excutiens obliuionem.

Vtilitas ergo ac necessitas diuini huius memorialis aduetsùs obliuiositatem nostram attingitur à S. Thoma Opusc. 58. cap. 1. io prims causa institutiouis Euchatistiæ. Ego addo insigoem in eam tem Ruperti disputationem lib. 2. de Offic. cap. 10. vbi tractaus illod, *hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis,* [Qui habet autes audiendi, sic accipit hoc dictum, sicut lacbrymabilem morientia pro filiis patris affectum, sicut germanæ pietatis eloquium, sicut præacutum vulnificæ charitatis spiculum. Quia venerat eius hots vt transiret ex hoc mundo ad Pattem, quia verum erat quod dicebat discipulis, *quo ego vado vos non potestis venire,* & Petro dicenti; *Domine quo vadis? Quo ego vado* (inquit) *non potes me sequi:* Quia inquam non poterant eum tunc sequi, hæreditatem illis competentem scribens, visibilem sui memoriam commendsbat. Noo enim Scripturarum solam commonitionem ad hoc sufficere iudicabat. Obliuiosum namque & ex magna parte indocilem ægrotum, scilicet genus humanum curandum susceperat. Ecce videmus eius quæ in sacris Scripturis est, medicinalis discipulæ difficultatem. Quota enim pars nostri, capit illam quæ in sancto Euangelio fragrat tam oprimis vnguentis; antidotum illud quud in principio erat Verbum, Deus apud Deum per quod omnia facta sunt, quodque caro factum est? Nam Illud quidem ruminate, medela est probatissima, & dulcis faueibus amsntis animæ; sed tantus cibus, valdè paucorum est. Prætetea meditatio hæc, solius mentis pabulum est, solius animæ sanctificatio est. At ille vtrumque

que nostrum, corpus & animam sibi astringete ardebat: vtrumque infirmum, imo vtrumque mortuum, immortalitatis medicamento sanare properabat. Magna igitur charitatis arte, pigmenta sua Dei sapientia composuit, quibus lethargicam magni ægroti mentem, renouata quotidie suæ salutis commemoratione petetiieret, & infantilium edentulam plebem animatum, quæ verbi antiqui & æternj principij solidum non potetat tetete & tuminate cibum, dulcissimo hoc liquamine confecto verbi eiusdem diuinitatem in panis & vini Sacramento sotbillare consutfaeeret. Aufet à cœtu Ecclesiæ quutjdianas Saluatotis nostri huiosmodi exequias, & vide quàm meritò dicat ipse Saluatot, *qua vtilitas in sanguine meo*? Refrigescente enim ea quæ hoc modo nunc vbique calet, eius memotia, refrigescet vniuersa charitas, mutta erit fides, claudicabit spes, conticescet magnos ille clamot sanguinis iusti Abel, qui pet traditum tanti sactificij ritum, quotidie reparat vocem, quotidie laxat os bibentis & vociferantis terræ, stilicet Ecclesiæ, maledictum coargnens Cain & matutam indignè fusi sanguinis vindictam repostcens. Calente etgo memotia ram celebri, charitas Christi concalescit; petstat suptt fundamenrum suum, ædificium fidei; fides, quotidiana peccatorum remissiooe reuiuiscit.]

Mensa.

S. Chrysostomus homil. in illud *Astitis Regina*, disserens de variis Christi nominibus, sic habet. [Quamobtem vocatus est vestimentum? Quod eum sim indutus in susceptione Baptismi. Cur mensa? Quia ipsum edo, dum perfruor Sacramentis.] Apparatum huius mensæ, concinnè his verbis expressit Petrus Cellensis l. de panibus c. 2. [Hic hic Ecclesiam taoquam mensam habuit, mappam in mensa, fidem in Ecclesia; magna luminaria, quatuor Euangelia; Aquam Salomonis, Sacramentum baptismatis, panem & vinum, Eucharistiæ mystetium; cibos innumerabiles, sanctas virtutes; seruitotes, distinctos Ecclesiæ otdines; conuiuatores, vniuersos fideles; vestes epulantium, motes credentium; fructus pomorum, exempla sanctorum. Miser & misetabilis, qui non intrat in locum conuinij, siué tabernaculi admirabilis; qui extta est, tanquam fratet senior in agto.] Cæterum non inficiot, pletnque apud Patres io hoc negotio, *mensam* accipi pro altari; vt apud S. Dionysium c. 11. Eccles. Hierat. cum meminit deosculationis sacræ mensæ: & apud S. Paulinum Natali 9. S. Felicis vbi inctepans inferentes vinum altati S. Petri, sic eanit, *mensam* sumens pto *altari*.

Mensa Petri recipit, quod Petri dogma refutat?
Vnus vbique calix Domini, & cibus vnus, & vna.
Mensa domusque Dei; diuendant vina tabernas.

Et superiùs in eodem Natali 9. desctibens conditorium Apostolorum sub altari.

Nam quasi contignata sacris tœnacula tectis,
Spectant de superis altaria tota fenestris,
Sub quibus intus habent Sanctorum corpora sedem.
Namque & Apostolici cineres sub cœlite mensa

Depositi, placitum Christo spirantis odorem
Pulueris inter sancta sacri libamina reddunt.

Sancta sacri libamina, vocat sactificium Missæ, celebratum super sacram mensam, subter quam jacerent Apostolorum cinetes. Et idem commune fuisse aliis Mattyribus & Sanctis, catalogus reliquiatum ibidem conditatum descriptus à Paulino demoostrat, confirmántque illa Prudentij de S. Hippolyto.

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter vbi apposita est ara dicata Deo.
Illa Sacramenti donatrix mensa eadémque
Custos fida sui martyris apposita.

Propter operta, ideest *in vicinia opertorum*, est ara. Sicut *propter*, *dolos posuisti eis*. Ideest vicinè tetendisti eis decipulam. Etant autem vetè vicina aræ sacra ossa, cum ara seu mensa esset conditotij operculum. Quæ causa est, cur S. Hieronymus l. contra Vigilant. c. 3. dicat Romanum Pontificem sacrificasse super ossa sanctorum, & tumulos eorum, Christi atbitratum esse altaria seu mensas sactas. Quem fuisse olim vniversum Canonismi appatatum, docet Baron. anno 1027. Apud S. Augustinum notantur sermones aliqui, habiti ad cuiusdam Sancti mensam; V. G. ad mensam S. Cypriani. Sic ptænotatur serm. 94. & 137. de tempore, & Tractatus in Psal. 38. & serm. 26. ex 40. nouis. Ipse D. Augustinus serm. 113. de diuers. quid esset ea S. Cypriani mensa, sic exponit. [Sicut nostis quicunque Carthaginem nostis, in eodem loco vbi propter nomen Christi, sanguis fusus est Cypriani, mensa Dei constructa est. Taoen mensa dicitut Cyptiani; non quia ibi est vnquam Cyprianus epulatus, sed quia ibi est immolatus; & quia ipsa immolatione sua, parauit hanc mensam; non in qua pascat siue pascatur, sed in qua sactificium Deo, cui & ipse oblatus est, offeratur.] Hæc quamuis ita sint, & mensa clarè omnibus locis ptæmissis sumatur pto altari seu opetculu tumuli Martyrum; tamen metonymia illa qua mensa pro contento super sacram mensam siue Christo immolato suptr altare sumitur, adeò frequens est, vt nihil sit necesse de signandis plutibus exemplis esse sollicitum.

Mensa Domini.

Apostolus 1. Cor. 10. interptete Concilio Tridentino sess. 22. cap. 1.

Negat Apostolus, posse quempiam, *mensæ Domini* (sic nominat Eucharistiam,) & mensæ dæmoniorum participem esse, vt faciebant Angli illi apud Bedam lib. 2. histor. cap. 15. quibus in eodem fano, ttar altare pro Eucharistia, & atula pro victimis dæmoniorum. Nec secùs illi alij ibidem cap. 5. memotati, qui cum essent Ethnici, & expettes baptismi, volebant sumete Euchatistiam conspurcati idolothytis. Sed nulla est mensæ Domini consensio, cum mensa dæmoniotum: & quàm indigna sit ea mixtura, nullo negotio perspicier, quisquis attendetir quæ sit & quanta mensa Domini. Tentauit id exponere Petrus Cellensis lib. de panibus cap. 1. *in fine* post expositam vltimam Christi mensam visibilem. [Est itetum (inquit) mensa Domini, in qua non iam visibiliter apud mortales, sed Sacramentalitet inuisibiliter apud fideles, vsque ad consummationem sæculi tpulatur. Est autem mensa altaris.] Et mox. [Veraciter quod de Virgine

Onomasticon Eucharisticum.

Sectio V.

sumptum est corpus immaculatum, quod in cruce sub Pontio Pilato à Iudæis clamoribus, *crucifige, crucifige*, & à Gentilium militibus appensum est & immolatum, manu Sacerdotali contrectatur, & vi verborum Christi conficitur, & fidelibus populis traditur, mediantibus quidem pristinis & consuetis speciebus panis & vini, carnem veram & verum sanguinem Christi percipimus: interuenientibus verò carne & sanguine Agni, Deitati Verbi communicantes. Patri quoque Verbi, per ipsum Filium cooperante & assistente Spiritu sancto, indubitanter accedimus. Et sic ex ipso, & per ipsum, & in ipso, vivimus, monemur, & sumus, non sicut quælibet creatura, sed tanquam nouæ & senonatæ ad imaginem Dei, rationabilis creatura.] S. Hilarius in Psal. 127. ad illud *filij tui in circuitu mensæ tuæ*, quæ sit mensa Domini primaria, his panibus arrigitur. [Mensa Domini est ex qua cibum sumimus, panis scilicet viui, cuius hæc est virtus, vt ipse viuens, eos quoque, qui se accipiunt vivificet.]

Mensa mystica per quam & mundus est stabilitus, & orbis terra consistit, & regnum custoditur, & Ecclesia multiplicatur, & Deus sacrificatur.

Theodorus Presbyter Hierosol. orat. de Hypap.

Mensa mystica prima, cœleste summique venerandum sacrificium.

S Chrysostomus in Psal. 95.

Vocat hanc mensam, *primam mensam*, per comparationem ad alias complures animæ mensas, quibus spiritualiter pascitur. Cuiusmodi est mensa diuinorum eloquiorum, & Scripturæ, ex Blesensi epist. 76. id quod fusissimè prosequuntur Nouatinus l. 1. Elector. sacror. c. 3. & Mendoça in præludiis ad libros Regum. Per comparationem itaque ad has alias animarum epulas, mensa Eucharistica vocatur à Chrysostomo *mensa mystica prima*; sicut ibidem vocat sacrificium Eucharistiæ, *primum sacrificium*: quia eminet inter complura analogice dicta sacrificia, quæ ibi enumerat.

Mensa matrix animarum & vinifica.

S. Germanus in Theoria rerum Eccles.

Mensa pacis.

Damascenus 1. Parall. cap. 11. ex Chrysostomo. Duobus modis potest Eucharistia dici *mensa panis*. Primò quia spiritum charitatis & pacis immittit. Ee ad hunc sensum pertinet locus Chrysostomi allegatus à Damasceno qui habetur hom. de prodit. Iudæ *sub finem*, ex patre descriptus sect. 4. cap. 3. §. 6. eum de fratre mitigatione per Eucharistiam. Hac maximè ex causa S. Dionysius cap. 3. Eccles. Hierar. *in theoria*, communionem vocat, *pacis plenam*, seu *pacificam operationis perfectionis*. Suffragatur antiquos vsus, quo Episcopis Romam aduentantibus, missam in signum pacis fuisse Eucharistiam docuerunt ex Euseb. hist. c. 24. & ex Nicephoro lib. 4. histor. cap. 49. Nec aliò fortassis respexerunt, qui vas Eucharistiæ asseruandæ destinatum, in formam columbæ iam olim effinxerunt. Est enim columba symbolum pacis. In hanc tem multa habentur in ea lucubratione cui titulus est Homo Dominicus Loricatus, in præludiis eum de studio pacis quo flagrat Ecclesia. Præclarè Rupertus in calce Commentariorum in Danielem cap. 26. quo caput 9. Malachiæ seruatur, Eucharistiam agnoscit esse sacrificium pacis, quod Dominus adeò adamarit, vt per illud pacem homini cum hominibus, & cum Angelis conciliatam voluerit. Hoc enim esse censet quod à Malachia dictum est post prænoniatam reprobationem sacrificiorum Iudaicorum & stercus veterum solemnitatum in vultus celebrantium regestum, *placebit Deo sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi & sicut anni antiqui*. Sacrificium Iudæ & Hierusalem, ait Rupertus esse. [Sacrificium confessionis & pacis; quod est corpus & sanguis Christi, de quo & Psalmista reprobatis carnibus taurorum & sanguine Hircorum, *immola* (inquit) *Deo sacrificium laudis*. Ita placet hoc sacrificium sicut dies sæculi & sicut anni antiqui. Idest sicut sancti Angeli qui immortalitatis seculi, dies occidi sunt & anni æterni. Nam per hoc singulare sacrificium fit, vt simus æquales Angelis Dei.]

Secundo loco, Eucharistia est *mensa pacis* cum Deo. Quod probè norunt Angeli, tamum pacificum hinc prehendentes, vt habet S. Chrysostomus hom. 3. contra Anomœos *in fine*. Eodem spectat elegans obseruatio S. Cyrilli l. 3. de ador. Notat enim, pestem quæ est bellum diuinum, cessasse tempore mensæ, sub Dauide: Verba S. Cyrilli sunt. [A mane hoc est à primis huius seculi temporibus, mors depasta est eos qui in terra erant, vsque ad horam prandij, hoc est vsque ad mensæ tempus. Vbi enim aduenit nobis sanctæ mensæ tempus, nimirum illios in Christo ac mysticæ, in qua pane vescimur illo cœlitus dato atque vitali; quæ priùs terribilis erat, cuique difficilè obsisti poterat, mors cessauit.] A Gersone tract 9 super Magnificat partit. 2. *in fine*, Eucharistia confertur illi ramo oliuæ, quem columba pacifera detulit ad Noë post diluuium.

Mensa parata aduersùs eos qui tribulant nos. Psalm. 22.

Hanc mensam aduersùs tribulantes paratam, S. Bernardus serm. altero de cœna Dom. accipit de Incarnatione, & multus est in exponendis variis eius ferculis. Sed grauissimi Patres de Eucharistia accipiunt. Perstringo aliquos. Nazianzenos orat. 4. [Mensam habeo, spiritualem hanc scilicet & diuinam, quam Dominus paranit mihi in conspectu meo, aduersùs eos qui tribulant me; ni qua seficior & deliciot, neo propter saturitatem petulantia efferror, quin potiùs omnem turbidarum animi perturbationum impetum consopio.]

Eusebius lib. 1. de demonstr. c. 10. [Quando huius sacrificij memoriam signis quibusdam in mensa celebrandam, corpúsque item illius & salutarem sanguinem, vt noui Testamenti institutum habet, acceperimus, rursus à S. Prophera Dauid instrumor ad dicendum, *parasti in conspectu meo mensam contra eos qui affligant me. Pinguefecisti in oleo caput meum, & calix tuus inebrians quàm præstantissimus.* Palam in his mysticam significat vnctionem, & hostorem afferentia mensæ Christi sacrificia; quibus operantes, instrumentis & rationales, eique suaues victimas in tota vita, supremo Deo offerre per eminentissimum omnium, ipsius Pontificem, edocti sumus.]

Cyrillus Hierosol. Catech. 4. mystag. [Nulla subeat

subeat dubitatio esse tibi donata Christi corpus & sanguinem. Explicat hanc vim Dauid his verbis, *Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos qui tribulant me.* Quod hîc dicit tale quiddam est. Ante tuum Domine aduentum, dæmones hominibus mensam pollutam & diabolica contaminatam facultate parabant: sed posteaquàm tu aduenisti, *parasti in conspectu meo mensam.* Quid aliud significat nisi mysticam illam & spiritualem mensam, quam Deus nobis proposuit, aduersatam illi quæ nobis antea parabatur à dæmonibus, & cum illis communionem habebat: hæc cum Deo habet, &c. *Et calix tuus inebrians me, quàm præclarus est.* Vides hic dici de calice quem Iesus accipiens, gratias egit & dixit *hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Ideireo & Salomon cum in Ecclesiaste hanc eandem gratiam in ænigmate significates. *Age (inquit) manduca in lætitia panem tuum*, panem videlicet spiritalem, & *bibe vinum in corde bono*, spiritale scilicet vinum.] Sic nominari Eucharistiam, dictum est V. *Cibus.*

Onomastican Eucharisticum.

S. Ambrosius lib. de initiandis cap. 8. [His ablata plebs diues insignibus, ad Christi contendit altaria, dicens, *Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Depositis autem inueterati erroris exuuiis, renouata in aquilæ iuuentutem, cœleste illud festinat adire conuiuium. Venit igitur, & videns sacrosanctum altare compositum, exclamans ait; *parasti in conspectu meo mensam.*] Pelpulchrè l. 5. de sacram. cap. 3. verbis sallis. [Ergo veniisti ad altaria, accepisti corpus Christi. Audi dicentem sanctum Dauid, & illo in spiritu hæc mysteria prouidebat, & lætabatur, & nihil tibi absisse dicebat. Quare? Quia qui acceperat corpus Christi, non esuriet in æternum, Quoties audisti vigesimum secundum Psalmum, & non intellexisti? Vide quemadmodùm aptus sit cœlestibus Sacramentis. *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum. Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Virga imperium, baculus passio est; hoc est, æterna diuinitas Christi, sed etiam passio corporalis. Illa crenuit, hæc redemit. *Parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos qui tribulant me: Impinguasti in oleo caput meum, & poculum tuum inebrians quam præclarum est.* Veruisti ergo ad altare, accepisti gratiam Christi, Sacramenta ex cœlestia consecutus.]

S. Chrysostomus in Psalm. 22. [Ista mensa, agnoscitur altaris Domini consecratio. Nam vide quid dicit sapientia. *Sapientia ædificauit sibi domum, suppositis columnas septem, parauit mensam suam, misit famulos suos, conuocans omnes & dicens, venite & edite de panibus meis, & bibite vinum quod miscui vobis.* Ea quia istam mensam præparauit seruis & ancillis in conspectu eorum, vt quotidie in similitudinem corporis & sanguinis Christi, panem & vinum secundùm ordinem Melchisedec nobis offerret in Sacramento, ideo dicit *parasti in conspectu meo mensam aduersùs eos qui tribulant me.* Qui sunt isti qui nos tribulant? Suggestiones inimici, exaggerationes, cupiditates, delectationes, seculi honores. Isti tribulant, quia huiusmodi qui ita viuunt, tribulationes carnis habent; sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea quæ apponuntur eis, accipere cum timore & tremore, & tribulationes efficiuntur consolationes. Auferuntur ea quæ sunt carnis, infunduntur ea quæ sunt spiritus, & ex mensa præparata, proficiunt contra eos qui tribulant eos.]

Mensa plena visceribus misericordiæ.

Petrus Cellensis l. de panibus, c. 2. *initio*, sic de hac mensa, differit. [In tabernaculo testimonij, iubente Domino, mensa ponitur extra cœlum: & candelabrum, contra eam in latere tabernaculi meridiano. Escam animarum, panibus spirituum, dapes cœlestium deliciarum, præfert hæc mensa. Hæc inquam mensa plena visceribus misericordiæ, charismatibus referta gratiæ, edentium penetralia mirabiliter implendo non explet, appetitus residentium saziando, acriùs sed & sacratios vrget. Etenim huius conuiuij nihilominùs & conuiuantis natura, vt succumbant semper desiderio, nunquam fastidio. Quid enim? Cui visio gloriæ, cui beatitudo sempiternæ vitæ, cui exultatio indeficiens, cui jobilatio semper sufficiens, iu tædium potest venire? Procul dubio, huius mensæ edacitas inculpabilis potiùs commendatur, quam condemnatur. Abstinere quidem his culpa est & pœna, absorbere verò gloria & corona. Num forte ibi formidas consumptionem, vbi omne bonum exundat consummationem? Non parcè prandendum, vbi cibum inuenis Deum. Hodie si totum præsumpseris, totum eras, sine dubio nihilominùs habebis. Totum diligendo, totum sumis, sed non consumis. Vt enim diligendo non vastatur dilectio, sic quando à nobis sumitur amando, nequaquam finitur ille qui est vera dilectio. Verumne times operare? Imo abundanter accipe, si ventrem & mentem vis leuare. Onera nostra namque tollit, non imponit. Non in ventre tumor, non in vena excrescit superfluus humor. Cor purgat & sanat, cor implet & mundat, cor lustrat & illustrat. Cibus iste vitam sine molestia parat, leuamen sine grauamine, immortalitatem sine corruptione. Non desunt etiam à mensa Domini fructus pomorum, non botrus Cypri, non fistula & cinnamomum, non vnguenta suauissimi odoris, non denique quicquid visu est delectabile,]

Mensa potentis.

Prouerb. 23. *iuxta* 70. expositoribus Chrysostomo in Psal. 116. Hesychio l. 6. in Leuit. c. 22. Paschasio l. de Sacr. c. 2. & aliis.

Tametsi S. Bernardus sermone altero de Cœna Domini, laiá hunc locum de Incarnatione accipit, tamen Patres allegati, *mensam potentis* interpretantur Eucharistiam, aiúntque ex ea commendati charitatem in proximum. Optimè hoc monstrat S. Augustinus tract. 47. in Ioan. verbis illis. [Quodam loco, scriptum est; *si sederis cenare ad mensam potentis sapienter intelige quæ apponuntur tibi, & mittere manum tuam, scisces quia talia te oportet præparare.* Mensa potentis quæ sit, vestis, vbi est corpus & sanguis Christi. Qui accedit ad talem mensam, præparat talia. Et quid est *præparet talia*? Quemadmodò ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificandam plebem, ad assegendā fidem, animas pro fratribus ponere.] Idem tract. 84. eiusdem operis. [Quemadmodùm Christus pro nobis animam suam posuit, &

Sect. V.

nos debemos pro fratribus animas ponere, diligentes vtique inuicem, sicut ipse dilexit nos, qui pro nobis animam suam posuit. Nimirum hoc est quod legitur in Prouerbiis Salomonis: *si sederis cœnare ad mensam potentis, considerans intelligè quæ apponuntur tibi, & sic mitte manum tuam, sciens quia te talia oportet præparare.* Nam quæ *mensa* est *potentis*, nisi vnde sumitur corpus, & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est *ad eam sedere*, nisi humiliter accedere? Et quid est *considerare & intelligere quæ apponuntur*, nisi dignè tantam gratiam cognate? Et quid est *sic mittere manum, vt sciás quia talia te oportet præparare*, nisi quod iam dixi, quia sicut pro nobis Christus animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere? Sic enim ait etiam Apostolus Petrus. *Christus pro nobis passus est; relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius.* Hoc beati Martyres ardenti dilectione fecerunt, quorum si non inanitèr memorias celebramus, atque in conuiuio quo & ipsi saturati sunt, ad mensam Domini accedimus, oportet vt quemadmodum ipsi, & nos talia præparemus.]

Obscurus sed pius Autor Gerardos Leodiensis lib. de doctrina cordis, benè eundem locum expendit in hunc modum. [Christus Dominus tuus, qui scipsum tibi in cibum tam diligenter & tam studiose præparauit, in Sacramento videlicet altaris, pro symbolo tanti conuiuij, à te vicem reddi petit, vt te ipsum in cibum eidem studeas præparare, vt sicut ipsum in cibum cõmedis, ita re ei efibilem exhibeas, vt ait Salomon in Prouerbiis. *Quando sederis vt comedas cum Principe, diligenter attende quæ sunt posita ante faciem tuam, quia talia oportet te præparare.* Dicit ergo; *Quando sederis*, in mensa videlicet altaris, *vt comedas cum Principe*, id est cum Christo, cum quo & quem comedis in altari, *attende quæ posita sunt ante faciem tuam*, ad manducandum, quia panis vitæ qui de cœlo descendit, & vinum vuæ meracissimum; Christus in cruce fuit quasi vua pressa in torculari; vt vinũ sui sanguinis in mensa altaris, nobis propinaret. Attende ergo quid appositum est ante te in mensa altaris, agnus videlicet immaculatus.] Immensus est in huius loci Prouerbiorum accommodatione ad Eucharistiam, secundùm varias interpretationes, Salazarius, ibi.

Mensa rationalis.

Theodoretus serm. 10. de Prouid.

Quotsum hanc mensam dicat *rationalem*, docebit locus integrè repræsentatus. [Natus Christus Dominus (inquit Theodoretus,) materna quidem perinde vt nos vbera fugit, in præsepe autem brutorum animalium mensa ponitur, simul hominum brutam & ratione carentem naturam accusans, & suum erga homines amorem manifestans, quod cum ipse nutritor sit Deus; secundùm humanitatem, hominum cibus fit, qui magna & brutali ignoratione laborabant. Nunc verò cum brutorum ignorationem humana natura abiecerit, & rationis vsum receperit, mystica hunc excipit mensa, ipsa præsepij illius typus facta, & homines erudiens, quod cũ homo in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis irrationabilibus, & similis factus est illis. Præsepe, diuinum illum & spiritualem cibum suscepit. Postquàm verò in seipsam transiit natura & imaginem diuinam circumiacere manifestè cognouit, tunc postea super rationalem mensam cibus ille transiuit.]

Mensa regalis.

Chrysost. hom. 17. in ad Hebr.

Mensa sacra.

S. Leo serm. 6. de ieiunio septimi mensis.

Græci passim, vocant ἱερὰν τράπεζαν. Nazianzenus voce pereleganti idem sonante, ἄνακτος appellat Iambic. 15. num. 24. cum agens de diuino Missæ sacrificio, ait de iis quæ in templo peraguntur.

Nãos locus vbi sordibus plebs se expiat.
Donum Tonantis lustrica sunt victima,
Quæ dona sedes excipit mensa est sacra.
Mentes Sacerdos purgat & sanctas facit.
Hominem Deique copulans, homini & Deum.

Voces Græcæ, expressissimè sonant Eucharistiæ mysteriom, vt ibi benè perpendit optimus Interpres Billius; castigato Leunclauio Sectario, qui vnguenti illius suauitatem petere tentauit, referens hæc ad suffitus orationum, quas ait ad altare peragi solitas. At non ita, afflati Spiritu sancto Patres; qui non inde solent extollere sacram mensam, quod ad eam fundantur orationes, quas vbique fas est fundere; sed quod in ea petagatur tremendum sacrificium corporis & sanguinis Domini: quæ sunt illa dona, illa munera, illa sancta sacrificia illihata à Nazianzeno memorata, vocante *dona & lustricas victimas in sede altaris repositas à Sacerdote per eas purgante populum* ritè participantem. Vox Græca quam Latinos Interpres vertit *sacram* est θυσιαστὸν, id est *sacrificia capiens*, quod perbellè cadit in altare; quod inde sacerrimum est; quia vt S. Optatus dixit l. 6. sacra vasa Christi corpus excipientia, & calices sanguinis Christi potitores, in eo reponuntur inter faciendum tem diuinam.

Ethnici referente Arnobio l. 2. *in fine*, mensam, sacram fieri censebant appositu salmorum & simulachrorum. Quanquam simulachra polluebant reuera potiùs & profanabant mensas. Ad hanc verò sacram mensam, non dæmonum simulachra, sed ipsum substantiale Christi corpus, eiúsque anima, & diuina personalitas intetueniunt, vnde constare potest ac deber, quàm sit sacra. Nec sal mysticum deest, nempe diuina Verbi Sapientia, quæ omnia defatuat, & salis symbolo optimè exprimitur. Fuerunt qui salem quoque materialem in eam infertent vt intelligitur ex Paschasio id refellente sub finem Expositi in cap. 26. Matth. Et aptissimè idem habetur ex hac mixtoræ salis confutatione, apud Alcuinum. epistola ad Fratres Lugdunenses, quæ est numero 60. [Audiuimus (inquit,) aliquos in illis partibus affirmare, salem esse in sacrificium corporis Christi mittendum. Quam consuetudinem nec vniuersalis obseruat Ecclesia, nec Romana custudit autoritas. *Tres sunt* iuxta Apostolum Ioannem, *qui testimonium dant, spiritus, aqua, & sanguis.* Tria sunt quæ in sacrificiu huius testimonij offetenda sunt, panis, & aqua, & vinum. Sicut enim Spiritus viuificat corpus, ita panis confirmat cor hominis. Sicut sanguine liberauit nos Christus, ita vino lætificat. Item de aqua. *Qui biberis ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum.* Sic & panis qui in corpus Christi consecratur, absque fermento vllius alterius infectionis, debet esse mundissimus; & aqua absque omni sorde putrissima

fima , & vinum absque omni commistione alterius liquoris , nisi aquæ , purgatissimum. Igitur Aqua vtrique conueniat. Ex aqua & farina, panis fit qui consecratur in corpus Christi. Aqua & vinum in sanguinem consecrabitur Christi. Si enim aqua & sal , vt huius sectæ dicunt Autores , vnius sunt naturæ , infunde carnem tecentem aqua , & aliam sale consperge , videbis cito si vnam aqua & sal habuerint effectiuam potentiam. Nunquid caro Christi computruit in sepulchro , vt nunc sale indigeat corpus eius in sacrificio ? Quod itaque in veteri lege sal præcipitur in victimis habendum, significatio tunc fuit futuræ rei intelligendæ , non obseruatio in præsenti tempore habendæ , sicut omnia Iudaicæ legis sacrificia quæ iuxta Apostolum , *in figura contingebant illis. Scripta sunt autem propter nos. Littera enim occidit , Spiritus autem vinificat.* Huius verò sacratissimæ oblationis figura in Melchisedec præcessit , qui vinum & panem Deo summo offerre solebat. Huius quoque mysterij sanctificatio , nostræ salutis portendit effectum. In aqua populus intelligitur credentium. In granis tritici vnde farina efficitur vt panis fiat , adunatio totius Ecclesiæ designatur quæ igne S. Spiritus in vnum decoquitur corpus, vt suo capiti membra compaginentur. Item in aquis quæ vino miscentur , figura (vt diximus ,) gentium designatur. In vino autem, sanguis Dominicæ passionis ostenditur. Atque ita dum in Sacramentis , aqua tritico, vel vino miscetur , fidelis populus Christo incorporatus adjungitur. Sed de huiusmodi figurationibus, epistolaris angustia , diu me disputare prohibet. Sed & Canones Carthaginenses cap. 24. In sactificio corporis & sanguinis Domini, nihil amplius offeratur , quàm ipse Dominus tradidit , hoc est panem & vinum aqua mixtum.] Non est igitur sal admiscendum mensæ nostræ , neque tamen idcirco sacra non erit cum sacertimum cibum continet.

Mensa salutis.

Petrus Biesensis serm. 18.

Mensa sapientiæ.

Prouerb. 9. vt interpretantur Tertullianus l. 4. in Marcio. S. Augustinus l. 17. Ciuit. cap. 20. S. Gregor. 17. mor. cap. 14. Benè Iansenius Proverb. 9. *in sensu mystico* , & Samuel Marochianus ex Iudæo Christianus lib. de aduentu Messiæ cap. 20. Vnus pro omnibus sat esse potest S. Germanus in Theoria rerum Eccles. cuius hæc est oratio. [Poculum , est ad exemplum crateris illius quem describit proptiè sapientia , siue Filius Dei. Miscuit enim sanguinem suum vice vini illius , & proposuit in sancta mensa , inquiens omnibus , *Bibite sanguinem meum pro vino , mixto vobis in remissionem peccatorum , & in vitam æternam.* Christus Dei sapientia & virtus, suam carnem ædificauit , & vinum non experta casta matre & Virgine , præpurgata anima & corpore , & verbum caro factum est & habitauit in nobis, & suffulsit columnas septem S. Spiritus septenarium donum , quemadmodùm ait Esaias. *Requiescent super eum septem spiritus* , id est septem operationes Spiritus , in quibus sunt aduersa vitiis totidem. Mactauit suas victimas, Prophetas suo tempore interfectos ab infidelibus pro veritate , & clamantes *propter te morti addicimur tota die , reputati sumus quasi oues occisionis.* Et miscuit in eratere suum vinum , in suspectsancta Virgine suam Deitatem vniens carni , vt viuum meum. Seruator enim genitus est ex ea , inconfusè & absque coniuge Deus & homo , & parauit suam mensam agnitionem S. Trinitatis quæ annunciatur ; misitque suos seruos in vniuersum mundum qui inuitarent omnes gentes ad agnitionem Dei , & mentis indigis ait , nondum adeptis S. Spiritus gratiam, *Venite comedite meum panem & bibite vinum quod miscui vobis.* Diuinam suam carnem & sanctum suum sanguinem , dedit nobis Christus edendum & bibendum in remissionem peccatorum.]

Ommastiçon Eucharisticum.

Mensa spiritualis.

Naz. orat. 4.

Mensa venerabilis.

S. Ambrosius l. de Elia & ieiunio cap. 10. hunc titulum suppeditat , eo insigni de Eucharistia loco. [Mystica quoque mensa ieiunio comparatur. Illa mensa de qua dicit Dauid , *parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* Mensa ista , famis acquiritur pretio ; & poculum illud inebrians sobrietate , cœlestium Sacramentorum siti quæritur. Dixit enim Dominus , *qui sititis , ite ad quam , & quicunque non habetis argentum , ite & emite , bibite & manducate.* Et alibi ait ; *Ecce qui seruiunt mihi , manducabunt, vos verò esurietis* Qui *vos?* Nisi qui ante potastis ? de quibus supra dixit ; *Parasti in conspectu meo mensam , & impleti tis fortuna poculum.* Ergo si ad mensam illam venerabilem , ieiunia sancta nos perducunt , si hac fame , illa quæ sunt æterna mercamur , quid de iis dubitamus , quæ in vsu humano sunt , quod etiam suauiora hæc nobis faciat ieiunium? Non autem omnis fames acceptabile ieiunium facit, sed fames quæ Dei timore susçipitur. Considera. Quadragesima totis præter Sabarhum & Dominicam ieiunatur diebus. hoc ieiunium , Domini Pascha concludit. Venit iam dies resurrectionis , baptizantur electi, veniunt ad altare , accipiunt Sacramenta sitientes totis hauriunt venis. Meritò dicunt singuli refecti spiritali cibo & spiritali potu ; *parasti in conspectu meo mensam , & poculum tuum inebrians quàm præclarum est.*] Affine huic S. Ambrosij loco , est quod finem ieiunij quadragesimalis esse communionem diei Paschatis , obseruatum est à S. Chrysostomo tomo 5. Græcol. serm. 52.

Mensa viuens.

S. Chrysostomus 1. Cor. hom. 24.

Ministerium in quo est præcipua salus Christianorum.

S. Epiphanius Epist. ad Ioannem Hierosolymit. sic nominat sacrificium incruentum , agens de humilitate S. Hieronymi & vincentij Presbyterorum , non audentium ad hoc sublime *ministerium* manum admonere. Apud Latinos proprie ministerium ad seruos trielimares pertinet vt erudirè prosequitur Laur. Pignorius lib. de seruis *pag.* 54. addens eosdem seruos Græcè dictos *Diaconos.* Sed vsus Ecclesiasticus eam vocem aliter accipit. Cum autem multiplex sit Sacerdotum *ministerium* , siue *seruitium* , quod Deo exhibent , huc tamen est omnium sublimissimum ; eum Latinè idem sit quod *sacrificium*, quæ est eminentissima Religionis functio. Et est proprissimè dictum ministerium, cum exhibentur in mensa sacra Abstinet tamen vt plurimum, (nunc quidem) Catholica Ecclesia voce *Ministerij*, & nomine *Ministri* ? quia nomen *Ministri*

in

Sectio V. In sacris iuxta protritum vsum si sumatur vt proprium, est nomen victimarij, seu cultrarij & laniſtæ, cuius erat post preces à Sacerdote fusas, jugulum pecoris ferro petere, iuxta illud ex 3. Georg.

Inter cunctantes, cecidit moribunda miniſtros.

Et illud ex 4. Fasto.

A bene succincti, cultros remouete Miniſtri.

Alia in eam sententiam dabit Genebrardus in cap. 8. Liturg. Extra sacra quoque, nomen *Miniſtri* est admodùm vile: Significat enim apparitorem, siue viatorem Matth. 5. & Actor. 5. Viderint qui poppas suos, *Miniſtros* vocare gaudent, exploso *Presbyterorum* vocabulo, quibus cum de nomine consentiant, tectores eorum.

Miniſterium ſanctum.

Acta S. Basilij per Amphilochium *pag. 5.*

Miraculum ſuper omnia ſtupendum.

Clement. vnica de reliq. & venerat. SS.

Astipulantur frequentissimè PP. ac DD. & hîc agnoscunt miraculum. [Omiraculum, (exclamat S. Chrysostom. hom. de sacra & diuina mensa ac iudicio,) mensæ mysticæ tam magnificè instructæ, in qua agnus Dei pro te mactatur, ad quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui senis aliis præditi vultus demittunt: vbi omnes Angeli cum Sacerdote pro te legationem obeunt]

S. Basilius (vt refert Durandus Leodiensis, Epistola ad Henricum Regem Francorum contra Berengarium, & Algerus l. 1. de Euchar. cap. 12. ac Tuttrectem. Tract. de Euch. cap. 5.) sit exclamat. [ô miraculum! ô Dei in nos beneuolentiam. Qui sursum sedet ad dexteram Patris, sacrificij tamen tempore, hominum manibus continetur, traditúrque lambere cupientibus eum, & cum benedictione complecti: sitque hoc totum sub oculis humanis.] Est verò hîc Basilius, non Cæsarieusis, sed quantum video, Seleuciæ, qui cum Chrysostomo colloquitur in libris de Sacerdotio, vbi hæc sententia habetur lib. 3. c. 4. & l. 6. c. 4.

Huitmundus l. 1. [Omnes creaturæ, Dei miracula nobis inexplicabilia sunt: Christus verò inter omnia, aut præ omnibus, miraculum singulare.] Christus inquam, cum sub specie visibili, tum etiam, & quidem maximè,) in statu Sacramentali, qui & in fieri, & in facto est, grande miraculum est Stephanus Eduensis l. de sacram. altar. hoc mysterium vocat *miraculum insigne.* S. Thomas opusc. 57. vocat *miraculorum à Christo factorum maximum.* Et opusc. 58. vocat *stupendum miraculum*, idque sigillatim declarat c. 11. 12. 13. & 14. idem, miracula Eucharistiæ, decursis decem prædicamentis & mirabilibus quæ per singula occurrebant annotatis, descripsit opusc. 59. Tumanus l. 1. de Euch. c. 6. & 7. huius miraculi magnitudinẽ demonstrat, facta eius contentione cum aliis quibusdam illustrissimis Christi miraculis, vt mutationis aquæ in vinum, multiplicationis panum, & subuectionis corporis Christi in cœlum. Alia pleráque expendunt ad eundem finem Alanus l. 1. de Euchar. cap. 24. Stephanus de Caietan. in Sacramentali q. 9. de Euchar. & Ruffensis lib. 1. de verit. corpor. & sang. Christi in Eocbar. cap. 9. & 12. ac multis sequentibus agens contra impium Oecolampadium, qui nullum cerni in Eucharistia miraculum contendebat.

Et non debet quidem nomen *miraculi* in hoc negotio, sumi toto vocis rigore, quia miraculum est res præter communem legem, qualia non est Eucharistia, quæ ex diolua institutione ad finem vsque mundi contiouabitur. Tamen quod reipsa constituit miraculum, hîc reperitur, & valde multiplex. Et tale quidem, vt sola autoris voluntas & potentia, fidem faciat miraculo: Quod Hesychius l. 6. in Leuit. castigato & correcto sensuum omnium judicio, statuendum esse fidelibus, docet his verbis, excutiens iussum de addenda quinta parte, cum eo quod comedit. [Et quomodò eius quod iam comedit & consumpsit, addere quis quintam potest? Neque enim aliud, aut aliunde, sed de ipso, & cum eo vel sicut 70. super ipsum iubet addi quintam. Ergo quinta eius super ipsum, sermo est qui prolatus est ab ipso Christo super Dominicum mysterium. Ipse enim liberat nos ab ignorantia, temouétque nos additus, carnale quippiam & terrenum de sanctis arbitrari, sed diuinæ & spiritualiter accipi sancit, quod *quinta* propriè nominatur: quia qui in nobis est diuinus Spiritus, & sermo quem tradidit, qui in nobis sunt componit sensus; & non solùm nostrum gustum producit ad mysterium, sed & auditum, & visum, & tactum, & odoratum, ita vt nihil in eis minori rationi & infirmæ menti proximum, de his videlicet quæ valdè superna sunt, suspicemur. Quicumque ergo sanctificata per ignorantiam comederit, ignotans eorum virtutem sicut diximus, adder quintam eius super eo, & dabit Sacerdoti in sanctuarium. Sanctificationem enim mystici sacrificij, & à sensibilibus ad intelligibilia translationem, seu commutationem; ei qui vetus est Sacerdos, videlicet Christo, opottet dari: id est ipsi de eis miraculum cedere & imputare: quia per eius virtutem & prolatum ab eo verbum, quæ videntur tam sanctificata sunt, quàm cunctum carnis excedunt sensum.] Expressit iste Paschasius l. de sactam. c. 2.

Rectè porrò admouet Goltmundus l. 1. contra Bereng. hoc miraculum non esse manifestum, sed occultum. Nam [manifesta miracula non propter fideles, sed propter infideles, dicit Apostolus fieri. Hæc autem Sacramenta, non sunt infidelium, sed fidelium. Vnde nec infidelibus fas est illa distribui, sed nec etiam pandi. Non igitur infidelibus per aperta miracula pateant. Soli verò fideles, non carnis intuitu hæc, sed mente cernant.] Ad eandem mentem acutè Algerus lib. 2. c. 3. [Quod Ecclesiæ suæ Deus voluit esse tam fructuosum, non omnimodo voluit esse otiosum: quia dum in mysterio quod non est, apparet, quod est, occultatur; fidei lucta proponitur, vt meritum augeatur: dum contra hoc quod videtur, credens quod non videtur, de credita intus veritate, de superata exteriùs falsitate, duplicem assequitur gratiam. Cætera enim Christi miracula, cum sint infidelibus in figuum vt conuertantur, hoc solùm fidelibus datur ad merimm, vt ab illo erudiantur. In illis enim quæ Deus in extrinseca materia fecit, roborator fides: In hoc autem solo quod ex seipso facit, fides exerciratur, vt victa & inuicta feliciùs coronetur.

Missa.

S. Iacobus in Liturgia.

Nonnullis hæc vox Hebræa est, aliis Græca, quibusdam

quibusdam Latina. Multi sunt in his excutiendis Sanctesius præfat. ad liturg. c. 4. Genebrardus c. 7. Liturgiæ; Conart. 4. var. c. 2 a. Durantus 2. de ritibus c. 1. Bellarm. lib. 1. de Missa c. 1. Suares t. 3. 3. p. d. 74. s. 3. Scortial. 1. de Missa c. 1. qui alios prosecuti. Argumentum quod Vvalterus Cœna 3. cap. 45. eruit ea Liturgia S. Iacobi, in qua hæc voa adhibetur, probabile facit esse vocem Hebræam, vt censent Demochates l. 1. de Missa c. 1. Genebrardus supra, Baronius Anno Christi 34. n. 59. Alcatus 7. parerg. c. 10. Adricomius in tribu Leui n. 55. Gaulterius sæculo 1. veritate 1. §. 15. Verisimiliùs tamen est, esse vocem Latinam, ductam à *missione* siue *dimissione*, vt censent S. Isidorus l. 2 Orig. c. 19. Liudanus 4. panopl. c. 3. Alanus lib. de Missa c. 14 Henriq. l. 9. c. 10. n. 3. Vasq. 3. p. d. 221. c. 1. & latissimè Maldonatus in opere de Sacram. p. 3. de Euchar. *pag.* 335. Sæpè sanè Cassianus, (vt observat Ciaconus in Onomastico Cassiani V. Missa, & Gazæus ad l. 2. de Institut. c. 7. & l. 3. cap. 12.) per *Missam* intelligit quamcunque dimissionem ab aliquo conuentu: ita vt sicut à probatione *proba*, & à collectione *collecta*, ita etiam à missione voa *Missa*, sit deriuata. Vnde olim cum finito sacrificio populus non dimittebatur, sed continuanda erat oratio, Diacoos non inclamabat, *Ite missa est*, sed *benedicamus Domino*. Quod Autor Micrologi c. 46. extendit ad omnes dies non festiuos. Nam in diebus festiuis, dimittebantur tunc populus. Indéque factum videtur, vt aliquando nomen *Missæ* pro die festiua & solemnitate vsurpatum legatur, vt in Synodo Pistensi vbi dicitur; [Communi placito constituimus, vt vsque ad Missam S. Remigij id est Kalendis Octobris &c.] Et in Capitular. Frisecor. l. 2. c. 18. [Vt l. 2. c. 20. iuberut pontes exhiberi restitutos, ad Missam S Andreæ & absque vlla excusatione eiò possit emendari, spatium vsque ad Missam S. Martini date decreuimus.] Vbi liquidò Missa sumitur pro solemnitate. Sicut etiam l. 5. c. 136. & apud Aymoinum l. 5. c. 34. ac Flodoardum in Chronico anno 921. illustrat propositam vocis *Missa* notationem, Couartuuias loco annotato, ex eo quod quemadmodùm apud Christianos peracto sacrificio plebs fidelis dimittitur, inclamante Diacono, *Ite Missa est*: sic olim apud Græcos & Ægyptios, cum sacra erant consummata, sacrificus inclamabat λαοῖς ἀφεσις; quod idem est ac si cum Romanis post peracta sacrificia dixissent, *Ilicet*, hoc est *ire* siue *abire licet*. Et idcirco S. Auitus Epist. 1. Missam fieri ait, & in Ecclesiis & in palatiis ac prætoriis cum populus ab obsecratione dimittitur. Alij vero vocem *Missa* Latinam æque agnoscentes, deriuant eam à *missione* siue *transmissione* oblatorum ad Deum, quæ est sententia Hugonis l. 11. de sacram. & pro ea notatione latè pugnat Vgolinus l. de potest. Episc. c. 9. §. 1. num 4. partim refellens priorem notationem proximè propositam, aliquot rationibus quæ reuera non sunt tanti; partim directè hanc sibi probatam notationem illustrans, ex eo quod sacra illa actio denominari debeat ab eo quod est in illa præcipuum, qualis reuera est transmissio & oblatio corporis & sanguinis Domini ad Deum. Petrus Cluniac. l. 2. de mirac. c. 28. agens de primis Catthusianis habet hæc verba quibus eam doctrinam ratam habet. [Salutare omnipotenti Deo pro salute sua ac mundi sacrificium offerunt, quod ea vsu iam veteri tracto nomine quia Deo mittitur, *Missa* vocatur.] Hæc tamen notatio vocis *Missa*, minùs cohæret cum ea inclamatione Diaconi qua in calce sacrificij dimittens populum, ait: *Ite Missa est*. Ibi enim *Missa*, videtur perspicuè sonare *dimissionem*. Quod enim subintelligatur aliquid, V. G. quod sensus sit; *Ite, Missa est peracta*, diuinare est.

Onomasticon Eucharisticum.

Vt vt verò habeat nominis notatio, extra dubium est, illud vt vulgatissimum, ita & antiquissimum esse: quod fusissimè demonstrat Iacobus Fabet Molinensis, libro pro sacro Missæ sacrificio *à pag.* 31. Ridiculi verò sunt Sectanj, qui syllabas ipsas nominis *Missa* in Scriptura exquirunt, & vbi Christus Missam celebrauerit, scisciantur. Quasi verò (vt benè ait Ebrardus l. contra Vvaldenses c. 8.) aliud reipsa fuerit quàm Missa, quod Christus in supremæ nocte cœnæ fecisse, & ab Apostolis faciendum instituisse, legitur.

Mixtum.

Philo Carpathius ad illud Cantic. cor. *Vmbilicus tuus, crater tornatilis, nunquam indigens proueniat*, legit & glossat ea verba in hunc modum [*Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam carens mixto vel temperamento.* Vmbilico sponsi Sacerdotium ipsius Ecclesiæ nunquam carens miato comparat. Cum enim dicit, *nunquam carens temperamento vel mixto*, manifestum est de Sacerdorali dignitate intelligi: quæ quidem in tam diuino & tam salutari sacrificio, & tam ineffabili Sacramento, nonquam caret vero corpore & sanguine Iesu Christi, cui populus per fidem charitatémque miscetur; id quod per aquam illam quam Sacerdos vino miscet in calice, apertissime docetur.] Similiter S. Hieronymus Prouerb. 9. vinum miatum ad quod bibendum inuitat ibi sapientia, accipit de sanguine Christi producto ex vino & aqua commixtis, vt habet vsus antiquissimus, de quo Alanus latè l. de Euchar. cap. 13. Non quod aqua sit de necessitate Sacramenti, vt malè sensit Armacanus l. 9. de qq. Armenor. cap. item 9. faucnte S. Cypriano epistol. 63. ac Petro Blesensi carm. de Euchar. cap. 12. (contrarium enim est certum, ex Tridentino sess. 22. cap. 7. docente, Ecclesiam, id est Apostolos iuxta Paschasium l. de sacram. cap. 11. *initio*, præcepisse eam aquæ & vini mixturam:) sed quod ita institutum sit, ad exprimendum imitationc factum Christi, qui vinum aqua miatum consecrauit, vt habent liturgiæ SS. Iacobi & Marci: traditúrque etiam Clemens l. 8. constit. cap. 12. *aliàs* 17. Irenæus l. 5. cap. 2. Hieron. in cap. 14. Marci. Theodoretus Dialog. 1. & alij quos refert Coccius t. 2. lib. 6. artic. 13. refragantibus licet Rabano lib. de corpor. & sang. Dom. cap. 28. Paschasio l. de sacramento. cap. 12. Petro Blesensi carm. de Eochar. cap. 13. ac Vvaldensi tomo 3. cap. 32. Præcteà verò spectata est in ea institutionc, insinuatio coniunctionis fidelium cum Christo, vt aquæ cum vino, & aliarum mysticarum significationem, de quibus Concilium Trident. sess. 22. cap. 7. Illa est concinna, quam adhibet Algerus l. 2. de Euchar. cap. 6. sic scribens. [Quia panis & vinum, propnè proprius cibus & potus est, non bestiarum sed hominum, ideò Christus vtriusque est vsus mysterio, vt singularis

Sect. V.

latis & propria hominum crederetur refectio: Cui etiam postmodùm per Apostolos aquam admiscere voluit, qui communis potus est bestiarum & hominum, vt ad vnitatem tanti mysterij pertinere signaret, non solùm iustorum, sed & peccatorum si pœnitere vellent, consortium: vt quod suum erat, ipse per se in exordio Sacramenti priùs esequeretur, & nos quod nostri erat mysterij, postmodum adderemus.]

Itaque Christus sub specie vini, appellatur *mixtum*: eò quod materia consecrationis calicis, ex necessitate præcepti, sit vinum aqua mixtum. Ad speculationem verò scholasticam pertinet, an posito quod aqua vino affusa ob breuitatem temporis non transierit in vinum ante consecrationem, transeat in sanguinem Christi immediatè, vi consecrationis. Vbi suppono, aquam vino in calice commistam, ægrè de facto transire in vinum ante consecrationem: Tempus enim videtur nimis breue, ad eam transmutationem naturaliter causandam. Suppono propterea, si per sparium temporis sufficiens, & per vini efficacitatem liceret, aquam naturaliter posse in vinum conuerti, vt rectè affirmat Petrus Cellensis epist. 56. & innumeri quos alibi profero, nequicquam reclamantibus Dandino lib. 2. de anima digress. 5. Aguilonio 5. Optic. propos. 18. Arefio lib. 1. de gener. quæst. 53. & opusculo de eo argumento, & Ægidio 5. part. quæst. 74. n. 177. & 178. Sed quamuis aqua vino affusa, possit per vini efficacitatem verti in vinum, tamen vt de facto conuertatur, eo breui tempore quod ab affusione aquæ ad consecrationem vsque decurrit, ægerrimè suadetur. An igitur aqua vino immissa, nec ante consecrationem in vinum versa, transeat immediatè in sanguinem Christi, anticipitis controuersiæ est. Negant Abulensis Parad. 2. cap. 35. & 36. Vasques 3. p. d. 178. cap. 2. Valent. 3. p. d. 6. q. 2. p. 1. assert. 5. Suares tom. 3. 3. p. d. 45. s. 4. & Bonacina d. 4. de sacram. quæst. 2. part. 4. num. 7. adducens alios. Contrarium docet Alanus lib. de Euchar. c. 13. qui id certum censet, de quocunque liquore qui vino admisceatur, in simili quantitate in quo nunc aqua vino admiscetur. De aqua verò admista, putat id esse de fide. Scribit Baronius anno 1188. & 1192. videturque haberi ex multis Patribus quos collegit Gaufridus Clarauallensis Epistola ad Cardinalem Albanensem, recitata à Baronio, dicto anno 1188. qui nominatim citat Paschasium Siculum, à S. Gregorio laudatum lib. de corp. & sang. Dom. cap. 11. dicentem, aquam in Eucharistia consecrari, ri, & non manere aquam, sed in sanguinem transmutari. Et quanquam hîc Paschasius alius est ab eo quem laudant S. Gregorius, (est enim Paschasius Corbeiensis, Ioannis Scoti exagitator S. Gregorio posterior,) tamen scriptor est, & antiquus, & grauis. Similiter verò Algerus lib. 1. de Euch. cap. 16. ait, vinum & aqoam admistam, fieri vnum saoguinem. Quod ita habent S. Irenæus lib. 4. c. 57. Cyprianus epist. 63. Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 4. & 5. Hieron. in cap. 14 Matei, & Damascenus 4. fid. cap 14. Itaque censere videntur, aqoam ante consecrationem non versam in vinum, verti tamen immediatè in sanguinem Christi; sicut pauca grana alterius materiæ, admista tritico è quo conficitur panis consecrandus, transeunt immediatè in corpus Christi. Ex quo sequitur, quod si species aquæ eximerentur è speciebus vini post consecrationem, vt certo artificio posse fieri jactatum est, Christus æqoè speciebus illis subesset, ac speciebus vini, ex qno semel supponeretur immissis speciebus aquæ vino permistæ, per immediatam talis aquæ consecrationem, & coouersionem in Christi sanguinem. Vtraque dissidentiũ illarum sententiarum probabilis est, sed secunda probabilior: quam intra limites opinionis, amplexantur Petrus Soto lect. 14. de Euchar. Tolenus l. 2. Instruct. cap. 25. Ianseniua c. 131. Concord. ad illud *similiter & calicem* Pesantius 3. p. q. 74. art. 8. disp. 2. & ante hos omnes Glossa cap. *cum Martha* de celebr. Missar. vbi Innocentius III. videtur suffragari, vt Iansenius supra rectè adoertit.

Non plura de eo mixto quod per consecrationem eoadit corpus Christi. Legitimum dicere liceat præ illo alio quod aliquando adhibitum legitur. Nempe præmulso siue melliio, vt loquitur Concilium Antissiodor. Can. 8. vocans grande scelus, talem materiam ad sacrum calici immittere.

Munimentum Dominica saturitatis.

5. Cyprianus epist. 54. Eucharistiam armis pugnatorum munientibus componens, autor est cum Concilio Antistitum cuius nomine Epistola exarata est, vt omnes lapsi ob instantem persecutionem, restituerentur negatæ priùs communioni corporis Christi, ne iis armis nudati, paterent hostium telis, & cadetent in causa fidei. Locum adscripsi & aliis ex D. Augustino ac Chrysostomo additis confirmaut sect. 4. c. 2. cum de Eucharistia pane fortium. Nuoc addo S. Ambrosium serm. 8. in Psalm. 118. ad illud *media nocte*, vbi hæc de munimento Eucharistiæ. [Non perfunctoriè ista dicuntur, sed diuina tibi mysteria declarantur. Præueni & tu insidias tenatoris, instauta priùs cœleste conuiuium. Indictum est jeiunium, caue ne negligas. Et si re fames qootidiaoum cogit ad prandium, vt intemperantia decliner jeiunium, tamen cœlesti magis te seruato conuioio. Non epulæ paratæ extorqueant, vt cœlestibus sis vacuus Sacramentis. Differ aliquantulum, non longè finis est diei. Imo plerique sunt eiusmodi dies, vt statim meridianis horis adoeniendum sit in Ecclesiam, cauendi hymni, celebranda oblatio. Tunc vtique paratus assiste, vt accipias tibi munimeurum, vt corpus edas Domini Iesu, in quo remissio peccatorum est, postolario diuinæ reconciliationis, & protectionis æternæ. Suscipe ante, Dominum Iesum tuæ mentis hospitio. Vbi corpus eius, ibi Christus est. Com bospitium ruom aduersarius viderit occupatum cœlestis fulgote præsentiæ, intelligens locom tenamentis suis intercluſum esse per Christum, fugiet ac recedet.]

Scitè Gilbertus Tornacensis serm. de sactam. Altar. Eucharistiam confert bnccellaro, (vulgo *pain de munition*,) quo castrum ante obsidionem munitur. [Vnusquisque (inquit) carnem amici sui in obsidiooe comeder. Obsessi sumus ab hostibus nostris: licet non videamus eos, ipsi vident nos. Ideò pane muniendum est castrum cordis nostri & carnibus; Sacramento scilicet isto, quod est panis in specie, & caro in veritate, verbi virtute. Virtute enim verbi, panis in carnem

nem Christi conterritus. Panis enim materialis, aduenientè Domino, scilicet quasi digniori, defert ei honorem, locum suum ei relinquit, ita quod iam consecratione facta, non remanet panis.] Est ergo Eucharistia munimentum Christiani militis. Alio sensu *munimentum* Eucharistiam vocauit Philippus Abbas adductus V. *Area.*

Munus absconditum.

S. Thomas opusc. 58. cap. 25. vel (vt alij malunt) Albertus Magnus, & Turrecremata de Euchar. cap. 11. de Eucharistia exponit illud Proucrb. 9. *munus absconditum frangit iras.* Aiunt enim id significari ijs verbis, iram Dei per Eucharistiam abstergi & dulcedine charitatis mutari. Nostræ item iræ, franguntur per hoc munus absconditum, vt dictum est cum de Eucharistia Sacramento charitatis, & cum de tenebris iræ, luce huius Sacramenti depulsis. Quantum sit hoc munus, pulchrè expendit idé Turrecre. cap. 4. adductus sect. 3. ca. 4 *sub finem.*

Munus consecratum.

Origenes hom. 13. in Exod.

Munus libatum.

Acta S. Pachomij cap. 24.

In hoc negotio vt Autor est Innocentius lib. 3. de Myster. cap. 3. *libatum* idem est quod *immaculatum*; quale est *munus* id est sacrificium Christianorum iuxta illud *si offers munus tuum ad altare*, & iuxta illud *vt offeras dona & sacrificia pro peccatis.* Est iuquam nostrum sacrificium immaculatum, tum ratione Christi, tum ratione oblatis summi ad quem Sacerdos sacrificans obstringitur. De huius muneris præstantia extant hi versus S. Odonis Cluniac.

Muneribus variis, & pluribus inde repletis,
Frumentū & vinum, sanctis hoc protulit vnū,
Hoc sacrat, hoc nimiū, quod fit breue, quod nimis altum,
Tam modicū sumptū tam facile tamq; paratū.
Tam sublime tamen quod totum habeat Deitatē,
Sufficit hoc solum, mundi purgare piaculum.
Hinc placet hoc munus, quod fit de pluribus vnū,
Corpus & hinc capiti, coque inde cohaeret & illi.
Hoc genus hoc vnū placet, hoc durabit in aeuum,
Hoc facile est, vtidem simplex, Deique plenum.

In Canone Missæ numero multitudinis dicuntur *hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata.* Vbi Rupertus l. 2. de offic. c. 6. & Stephanus Eduensis l. de Sacram. alt. c. 13. obseruant, binas partiales Christiani sacrificij portiones, dici *dona* quatenus à Deo datur; *munera* autem vocari, quatenus à nobis offeruntur. Quod scirè his versibus expressit Hildebertus carmine de Officio Missæ.

Dona vocat primùm, nunc munera nuncupat esca,
Post sacrificij nomine, censet eas.
Dona vocat, quoniam Deus has donauit, vt inde
Sustentaretur lege modoque caro
Munera sunt, quoniā Deus his donatur & inde
Munerat auctorem: cur dedit autor eas.
Nam quod sacrifici censentur nomine, monstrat
Quo ratione prius munera dicat eas.
Scilicet ideirco, quia sacrificantur, & aptè
Munerat autorem qui data reddit ei.
Sic eadem quæ dona vocat, cum sacrificantur
Munera sunt, quoniam munerat inde Deum.

Hæresim Græcorum recentiorum, de pacticis hostiæ non consecratis, eo quod apud eos non dicuntur *ὥρα sen munera*, sed *antidotum*, refert & reijcit Arcudius lib. 3. de Sacrament. c. 17. ad tertium. *Omnastion seu Eucharisticum.*

Munera sancta.

Stephanus 14. Epist. 4. quæ est ad Pipinum. Sacrilegas profanitates Longobardorum in munera sacra cum præmisisset Stephanus, ne quid subesset dubij, subdit ea munera esse corpus & sanguinem Domini. Idque est quod Græci, *panem benedictum*, vocabant *antidotum*, quia dabatur vice *muneris*, id est, corporis Christi, vt obsecuat Autor Notarum ad sermonem historicū Georgij Decapolitæ num. 27. Fateor quæuis Sacramenta esse munera, iuxta illud D. Augustini concione 1. in Psalm. 103. [Respice ad munera ipsius Ecclesiæ. Muuus Sacramentorum in baptismo, in Eucharistia, in cæteris Sanctis Sacramentis; quale munus est;] Est igitur quodvis Sactamentum, munus diuinum, & munus sanctum; tamen antonomasticè ac per excellentiam, Eucharistiæ Sacramentum est munus sanctum. B. Petrus 2. Epistolæ cap. 1. vocauit *dona maxima & pretiosa, per quæ efficimur diuinæ consortes naturæ.* Longobardis Thrucis io hunc modum scribit Stephan. III. iuxta alios II. ad Pipinum Francorum Regem [Ecclesias Dei incenderunt, & sacratissimas Sanctorum imagines in ignem proijcientes, suis gladijs consumpserunt, & munera sacra, id est corpus D. N. Iesv Christi, in suis contaminatis vasis quæ *folles* vocant, miserunt. Et cibo carnium copioso saturati, comedebant eadem munera.

Mystagogia.

Nas. orat. 17. & 19.

Agens cum irascente Præfecto, Theologus, sic eum affatur extrema orat. 17. [Audacem me dolor facit. Christum tibi officio Christique pro nobis inanitionem, impatibilis passiones, & crucem & clauos quibus peccato solutus sum, & sanguinem & sepulturam, & reditum ad vitam, & ascensionem, atque adeò mensam hanc ad quam communiter accedimus, salutisque meæ typos; quos eodem ore perago, quo hanc ad te deprecationem obeo; hoc inquam sacrosanctum mysterium, atque in cœlum nos tollens.] Græcè est *μυσταγωγία.* Similiter Damascenus orat. de defunctis, ait; eos iuuari *mystagogijs*, ideest est ineruentis sacrificijs.

Mysterium vel *Mysteria.*

Sic passim Græci ac etiam Latini, mutuata à Græcis voce nominant Eucharistiam. Quid porrò subsit voci *mysterium*, paulo altiùs repetendum est. Clemens Alex. 10 Protrep. & ex eo Eusebius 2. Præpar. cap. 5. vocem *mysterij* deriuant *ἀπὸ τῦ μύειν* hoc est ab *execratione & abominatione*, quibus Græcè doctissimis, eique linguæ innutritis, mirum est non venisse in mentem, quod prædictæ ethymologiæ opponunt Soto in 4. d. 1. art. 1. & Sanctius reperit. 4. c. 3. Nempè quod exercratio & abominatio, Græcè *μύειν* per *ι*, non *μύειν* per *υ* scribatur. At consideratum ab istis Mineruam docentibus oportuerat, *μύειν scelus* significare, quod vtique est abominandum & exercandum. Quæ autem apud Ethnicos habebantur mysteria, nefaria scelera erant, dignissima abominatione & exercratione, vt monstrant quæ de eis habent Clemens Alex. in Protrept. Arnobius l. 5. Minutius sub medium Octauij. S. Augustinus 2.

Sectio V.

Ciuit. c. 4. & 5. & l. 7. c. 26. Porrò ve hæ abominationes ac execrationes diuturniores essent, prouiderat Sathan, vt manerent quàm occultissimæ: ita vt non absque capitis periculo, alijs quàm initiatis euulgarentur. Notum Æschili discrimen, ob publicatum nescio quid ad Eleusinia pertinens, quod summum periculum ægrè Æschilus declinauit excusans ignorantiam. Et planè decebat, vt tanto arcano obseruarentur spurca & horrenda sacra Gentilium, ad quæ Clemens supra, extingui faces postulabat, exclamans *extingue ignem ô Sacerdos, reuerere lampades ô tu qui faces geris: Tuum lucibum lux arguit.* Vere *digna* vt idem addit, *nocte & igne mysteria.* Ab hac tanta secreti arcitudine, Ethnicorum sacra dicta esse *mysteria*, obseruat Elias Cretens. ad orat. 3. Nazianzeni. num. 91. Romani Autore Festo, ea vocabant *secluſa*, quod ea *διὰ μύστας τηρεῖν ἐδει* oportet occludentes, intus custodire, vt notat Ludou. Cœlius l. 9. antiq. lect. c. 9. Apud Plinium l. 10. cap. 61. eandem ob causam dicuntur *opertanea.* Et consonat quod Athenæus lib. 3. cap. 10. mysterla à *murium latibulis* vult derinata. Initiatis quidem parebant omnia, sed admodùm setò, hoc est exacto quinquennio ante quod non erant epoptæ, sed mystæ tantùm, solis minusculis mysterijs distenti, interimque non intra sactarium, sed in vestibulo consistentes, vt est apud Senecam l. 7. qq. natur. cap. 31. & diligenter enucleat Iosephus Scaliger ad l. 3. Tibulli Eleg. V. pag. mihi 193. iude emaculans & illustrans locum Tertulliani ex c. 1. libri contra Valentinianos, valdè luxatum ac fœdè corruptum in vulgatis Codicibus. Ab ea igitur conclusione mysteriorum pro mystis nondum initiatis, ductum & mystetiorum vocabulum.

Ex hoc vsu Ethnicorum, adeò alię sua sacra ptonentium, indęq; ea vocantium *mysteria* manauit ad Christianos vsus consimilis, vt quæ ob religionem ac reuerentiam passim vulgari effectique non debetent; dicerentur *mysteria* Vnde Elias Cretensis ad orationem 3. Nazianz. air mysteria apud Christianos, sic dici, [quia mystica sunt, nec apud vulgus efferendat & quia ijs quibus traduntur, danda opera est, vt sensus suos velut clandentes, ac, supra omnes corporeas rerum species assurgentes, supernas illuminationes excipiant. Astipulatur egregiè Facund. l. 12. c. 1. negans mysteria esse vulganda, vt hoc sint quod dicuntur. Hoc est quod aiebat S. Chrys. hom. 7. in 1. ad Cor. ad illud *loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est.* Ibi enim quærens quid sit. Est tamen alia præterea ratio, denominandi Eucharistiam *mysterium.* Quam rationę benè proponit ibid. S. Chrys. Præmissis enim ijs quæ tetuli, *mysterium*, ait primò, idem esse quod arcanũ, nec passim enunciandũ; addit. [Vocatur etiam *mysterium*, quoniã non id quod credimus intuemur; sed quod alia videmus, alia credimus. Huiusmodi est mysteriorum nostrorũ natura. Aliter igitur ego, & aliter incredulus disponitur] Profert in eam rem exemplum Christi crucifixi, & resurrectionis mortuorum. Sed magis apposita sunt exempla Sacramentorum, quæ si subijcit. [Audiens ille lauacrum; simpliciter aquam esse, sibi persuadet. Ego verò unum simpliciter video quod video, sed animæ per spiritum purgationẽ: ille locũ mihi corpus duntaxat; ego animam & puram & sanctam credidi, nec non sepultũ, resurrectionẽ, sanctificationem, iustitiam, redemptionẽ, adoptionẽ, iustitiam, hæreditatem, regnum cœlorum, spiritus satietatem cõsidero. Non enim aspectu iudico quæ videntur, sed mentis oculis. Audio corpus Christi. Aliter ego hoc, aliter incredulus accipit. Et quemadmodùm expers literarũ, cum etiam libros intuetur, Scripturæ vim non intelligit, neque nouit quod oculorũ sensu percipit; qui autem in litteris eruditus est, multam in ijs conditam vim; & totas vitas & historias & epistolas inueniet, verũ hatum ignarus, chartã duntaxat & atramentum putabit: expertus, & voces accipiet; & alloquetur absentẽ, & quodcumque voluerit per literas rursum rogabit? Eodem modo in mysterio vsuenit. Incredulí enim quamuis audiant, non tamẽ videntur audire; Fideles autem per spiritum experientiam assecuti, in absconditis virtutem intuentur. Hoc ipsum Paulus significans, inquit quod nunc prædicatio, abscondita est; *perentibus enim* (inquit) *est abscondita.* Præterea prædicationis excellentia per mysterii apparet. Sic enim consueuit appellare Scriptura, quæ præter spem & præter humanam fiunt opinionem. Quare & in alio loco, *mysterium meum, mihi, & meis.* Et rursum Paulus. *Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Quod si vbique prædicatur, & sic mysterium est. Etenim quemadmodum iussi sumus, quæ in aure audiuimus dicere in tectis, ita jubemur non dare sancta canibus, neque proijcere margaritas ante porcos. Alij namque sunt animales non intelligunt. Alij autem velum habent in cordibus eorum, & non vident. Ergo mysterium hoc maximè est quod vbique prædicatur, non autem cognoscitur apud eos qui non tectam habent sententiam.]

Est igitur Eucharistia verè *mysteriũ.* Nam & colari profanos debet, & in externis omnibus sensibus imponitur, ita vt longè aliud obuersetur sensibus, quã ipsa se habeat à parte rei; meritóque proinde dicatur *abscondituum quid.* Quam vnã causam profert S. Chrys. Epist. quadã, cur Eucharistia dicatur *mysterium.* Eius Epist. insigne fragmentũ refertur in tractatu Anonymi Dominic. contra Græcos edito à Steuartio dist. 3 § *respõs. ad aliud*, quod sic habet. [Panis antequam consecretur & conficiatur, siue azymus siue fermentatus fuerit indifferenter panis est & dicitur in sactis eloquijs provt postmodùm ostendemus. Postquàm consecratus fuerit, neque azymus neque fermẽtatus dicitur, vel est, sed corpus & caro Domini, eadẽ nec alia quã quæ ab incorrupta Virgine à Verbo Dei assũpta & in dextera collocata, à nobis Orthodoxis & Catholicis mystice sumitur. Propter quod & *mysteriũ* hoc est *absconditũ* nominatur. Et ideò non nullis est incõprehensibile hoc Sacramentũ. Trãsmutator autẽ diuina virtute à Spir. Sancto in corpus & sanguinẽ Iesv-Chr. secundũ quod ipsa sacra secreta indicar, & etiam manifestat. Dicimus enim. Te rogamus Sancte Sanctorũ, vt beneplacito tuæ bonitatis, veniat Spir. Sãctus tuus super nos, & super omnia hæc tua dona sine moneta, & benedicat & sanctificet: & ostendat quidem hunc panem, ipsum pretiosum corpus Domini & Dei Saluatoris Nostri Iesv Christi.] Cnncinit Remigius in expositione Canonis Missæ, & allegato D. Aug. Lantfrancus lib. de Euchar. sic scribens. [*Mysterium* sicut B. August. in l. de

catechiz.

Catechix. rudibus dicit, à *secrete* nomen accepit. Quid enim secretius, quàm panis viníque speciem conspicere, saporem gustare, tactum sentire, & tamen mirabiliter operante Deo, veram carnem, verúmque sanguinem bibere?]

Huc faciunt quæ de notis ne nominis *mysterium*, latè Petrus Arcudius l. de Sacram. cap. 1. in quem his ptidem conscriptis incidi. Concludit autem, *mysterium*, idem esse quod *arcanum*, vel *latens sub aliena specie externa*. Nazianzenus Iambico 15. quod est de inaccuratis definitionibus, mysteria vocem sic enucleat.

Mysterium quid? Cultus arcanus Dei.

Cultum porrò arcanum, vocat quam Christus Ioann. 4. appellanit, adorationem in Spiritu & veritate, quæ scilicet tametsi est vera sacrificatio, iuxta notionem adorationis Genes. 22. v. 5. tamen latet oculos carnis, & soli spiritui est perspicua, cum exhibeat victimam lusticam (vt ibidem loquitur Theologus) per modum spiritus. Non probo quod Elias ad orationem 19. vocem *mysterij* diffundit ad festa eo quod in festis peragerentur mystica officia, ac etiam ad tempus sacri conuentus, eo quod ibi Nazianz. dicat; *Mysterij tempus aderat, & venranda statio, atque ordo ad ea quæ celebrabantur quietem & silentium tenens* Nihil hîc deprehendo quod vrgeat accipere *mysterium* pro tempore conuentus. Sicut neque cum dicimus *appetit hora sacrificij*, sactificium vsurpamus pro tempore immolationis. Antiquos item festa vocasse mysteria, quod ibidem tradit Elias, non videò quàm vere dicatur, si de nostris hoc est de antiquis Christianis agatur. Itáque sistendum est in propositi ratione vocis *mysterium*.

Mysteria vita æterna.

S. Gaudentius ser 3. ad Neophytos.

Locus Gaudentij est notatu dignus. [Idcò (inquit) discipulis fidelibus mandat, quos primos Ecclesiæ suæ constituit Sacerdotes, vt indesinenter ista vitæ æternæ mysteria exercerent, quæ necesse est à cunctis Sacerdotibus, per cunctas totius orbis Ecclesias celebrari, vsquequo iterum Christus de cœlis aduenias.] Non vocantur porrò *mysteria vita æterna*, quasi duratura sint in cœlo per totam æternitatem, vt baber noua imaginatio nullo vel verisimili fundamento subnixa, imò disertè explosa à varijs Patribus ad illud Exod. 12. *non remanebit ex eo quicquam vsque mane*. Vocantur ergo mysteria vitæ æternæ, & quia præfigurant æternam Dei perceptionem, & quia ad illam deducunt fideles dignè accedentes.

Mysteria sancta & vitam largientia.

Seuerus Alexaud. in Ordine Baptismi *in fine*.

Mysteria Christi ab omni labe pura.

S. Damascenus in Histor. Barl. c. 39.

Sic dicuntur sacra nostra, ad distinctionem mysteriorum Ethnicorum quæ omnibus sordibus erant inquinata, ita vt ne absque pudoris quidem flagellatione, audiri aut legi possent, vt liquet ex ijs quæ de sacrorum Ethnicorum turpitudinibus perstricta suot in Natur. Theol. dist. 3. n. 141 Præter cœnosas verò carnis & luxuriæ fœditates, multa in ijsdem erant horrenda præ crudelitate, vt infanticidia, exenterationes prægnantiũ, qualia pleráque deprehensa sunt post Iuliani Apostatæ necem effractis templorũ penetralibus, vt est apud Nazianz. orat. 1. in Iulia. Chrys. otat. contra Gentil. & Socrat. 5. histor. cap. 11. De antiquis sacrificijs ex humanis victimis fusè Euseb. l. 4. de præpar. c. 7. exscripto Clem. Alex. Nulla talis labes incestat nostra mysteria, quæ proinde puta ab omni labe meritò pronũciãtur.

Onomasticon Eucharisticum.

Mysterium Dei.

Acta S. Susannæ 11. Aug. sic habent de S. Caio. [Consecrauit corpus & sanguinem D. N. Iesv Christi, & lac & mel & foutem, participauitque cum omnibus mysterium Dei.] Hoc manifestè dicitur de Eucharistia, vt omnia illius loci adjuncta clamant, alioqui dimissum fuisset quod præcipuè circa recens baptizatos obseruabatur, vt videre est apud Pamelium & Tertul. de Baptis. ac Vice-Comitem in Opere de Baptismi ritibus, & omnes susceptionis Baptismi tractatores. Mitum ergo videri potest, quod D. Suarefius Coroll. 2. ad Onuphrij libellum de Bapt. c. 12. pag. 145. mysterium cum omnibus participatum, accipiendum velit de sigillo mystico à cera, siue de cereo agno. Quæ est manifesta *mystery Dei*, obtusio in seusum prorsus extraneum. Non sanè participabat agnos quos Neophytis distribuebat Pontifex, id est, non sibi decerpebat vnum Agnum cereum, vt esset monimentum Baptismi à se percepti, quandoquidem non erat ipse in numero baptizatorum. Quare facessat ea *mysterij Dei* expositio, nullo modò cohærens cum serie Actorum B. Susannæ.

Mysterium faciens vt terra nobis cælum sit.

S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor.

Sic dicitur Eucharistia, quia Christũ nobis exhibet, cuius finitio erit pars maxima gloriæ, & cœlestis beatitudinis, quam hîc prægustamus Christum percipientes. Vnde meritò subdit S. Chrys. [Ascende igitur ad cœli portas, & diligenter attende: Imo non cœli, sed cœli cœlorũ, & tunc quod dicimus, intueberis. Etenim quod summo honore dignum est, id tibi in terra ostẽdam. Nam quemadmodùm in regijs, non parietes, non tectum aureum, sed regium corpus in throno sedens omnium præstantissimum est; ita quoque in cœlis, regium corpus quod nunc in in terra videndum tibi proponitur. Neque enim Angelos, neque Archangelos, non cœlos, non cœlos cœlorũ, sed ipsum horũ omnium tibi Dominũ ostendo.] Iodidé hom. 8. de pœnit. *in fine*, idẽ S. D. etuit non esse dignũ perceptione Eucharistiæ, cum qui non est dignus videre Deũ. Vnde infert quanta cum omnibus pax & sanctimonia sit necessaria commuoicaturis, quia scriptum est, *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deũ*. Arbitratur denique qui Eucharistiam (vt par est;) perspexit, animo in terris non hæsurũ. Sic enim pronunciat l. 3. de Sacer. c. 4. [Dum conspicis Dominũ immolatum, Sacerdotem sactificio incumbentem, ac preces fundeutem, tum verò turbam circumfusam, pretioso illo sanguine intingi ac rubefieri, etiámne te inter mortales versari, atque in terra consistère censes? Ao non potiùs è vestigio in cœlos transferris? An non carnis cogitationem omnem abijciens nudo ánimo, mente pura, circumspicis quæ in cœlo sunt? ô miraculum! ô Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo; omnium manibus pertractatur, ac se ipse tradit volentibus ipsum excipere ac complecti. Fit autem id nullis præstigijs, sed apertis sc circumspicientibus circumsistentium omnium oculis.]

Sectio V.

Mysterium fidei.

Canon Missæ & Apostolus 1. Tim. 3.

De Diaconis, ait Apostolus ibi, versu 8 *habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Quod *mysterium* esse Eucharistiam à Diaconis populo sub specie vini porrectam, asserunt ad eum locum Catharinus, Hesselius, Soto maior, Magalianus, Cornelius, Salmeron, Valentia t. 4. disp. 9. q. a. p. 1. Lorinus ad c. 6. Actor. versu 3. ac ex instituto Andreas Saussay in opere de mysticis Galliæ scriptoribus sæculo 1. ritu 2. Paulino: vbi tametsi minus astricte quod ait de calicis consecrati distributione, facta à Diacono, non ex officio, sed ex Apostoli dispensatione atque licentia, cum tamen passim Doctores contrarium statuant; tamen quod eum Pauli locum, accipit de calicis consecrati distributione facta à Diacono, maximè placet. In subsidium enim Sacerdotis speciem panis distribuentis; Diaconus, (quippe vt vox ipsa præfert, administer & adiutor Sacerdotis,) ex diuina institutione, calicem à Sacerdote consecratum, fidelibus porrigit. Tametsi enim id quoque, ex officio, Sacerdoti competat, tamen non excludit subsidiariam Diaconi operam; qualem S. Laurentius eo ipso quod à Sixto constitutus erat Diaconus, ait sibi ab eo commissam. Et eadem ex causa S. Balsemius Diaconus & Martyr, in Actis eius, vocatur *pincerna Christi.* Idque inter munera iure diuino competentia Diacono, rectè numerant Bellarminus l. de Clericis c. 13. & Vasq. 3. p. d. 236. c. 7. & 8. Hoc ergo est quod Apostolus Diaconis mandabat, vt haberent *mysterium fidei in conscientia pura*; ideſt, vt eum magna conscientiæ puritate sumerent in manus sacrum calicem, dispensandum fidelibus communicantibus pocula vitæ miscendo, & latices cum sanguine Agni porrigendo, vt canit Arator agens de Lenitis.

Cur autem Eucharistia dicatur *mysterium fidei*, varias causas vestigat Gabriel lect. 54. in Canonem *Litera P.* nec paucas his verbis proponit Odo Cameracensis in expositione Canonis Missæ. [Dicitur *mysterium* quod sensibilibus tegitur occultum, sicut veritas sanguinis in sapore vini latet & specie. Calix ergo altaris, est *mysterium fidei*, quia sub figura & sapore vini occultus: creditur vetus sanguis. Est *mysterium fidei*, quia quod creditur, sensibilibus quibusdam obtegitur: nam vetus sanguis creditur, quod vinum visu sentitur & gustu. Est *fidei mysterium* quia quod fides credit, intus est occultum. Intus est vetus sanguis, veta fide, exteriùs est falsum vinum, veta specie. Sentitur vinum, & non est. Non apparet sanguis, & est. Sensus decipitur qualitate, certa tenetur fides rei veritate. Ideóque sanguis dicitur *fidei mysterium*, quia sanguinem fides intus occultum. Apertum est quod sentitur, occultum est quod creditur. Et si quid occultum est, fidei est; sicuti quod patet, est sensus. Est ergo sanguis *mysterium fidei*, siquidem occultus pertinet ad fidem.] Hincmarus Opusc. 2. §. 11. haud dissimiliter philosopharur, cum ait. [Quod hîc dicitur, *mysterium fidei* & in illis verbis Domini, quibus mysterium corporis & sanguinis sui tradidit, non legitur, videtur de alio loco Euangelij sumptum esse, vbi secundum Ioannem de hoc eodem Sacramento quibusdam discipulis non credentibus loquens ait; *Verba quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non crediderunt.* Ostendit enim magnum, istud mysterium, non esse nisi fidei & fidelium qui verba audiunt, & ideo eis spiritus & vita sunt, quia eos spiritualiter intellecta viuificant. Totum ergo quod in hac oblatione Dominici corporis & sanguinis agitur, mysterium est; aliud enim videtur, aliud intelligitur; Quod videtur speciem habet corporalem; quod intelligitur, fructum habet spiritualem.] Habet bis affinia Aleuinus in confessione fidei parte 4. c. 5.

Ratio quam latè illustrat Iansonius in expositione Canonis Missæ, videtur valdè accommodata. Nempè quod in sola secunda forma consecrationis, adhibeantur hæc verba *mysterium fidei* vt significetur, sanguinem Christi referre passionem & mortem Christi. Sanguis enim non est effusus, (qualis exhibetur in calice,) nisi præuia vulnetatione, & passione, ac morte, quæ sût primaria fidei nostræ objecta, quorum hac ratione fit commemoratio. Dicere præterea licet, Eucharistiam peculiariter dici *mysterium fidei*, ob summam caliginem qua hoc mysterium offunditur, vt dictum supra est sect. 3. c. 3 post tractatam Dei in hoc mysterio omniporentiam. Et inde solent eruere Patres, in hoc præsertim mysterio, abstinendum esse curiosa scrutatione mysterij, & præbendum esse fidei locum. Sunt quidem omnia fidei mysteria dignissima, quibus ea reuerentia deferatur, vt pulcherrimè disserit Euseb. Gallican. hom. 1. de symb. Sed Euchatistiæ maximè, ob conglobatam in ea caliginem cæterorum omnium fidei nostræ mysteriorum.

Cautionem istam de curiosa mysterij scrutatione cauenda, & fidei vigore hîc exercendo, ponunt varij Patres, quorum aliquos iuuat non omittere, vt intelligatur quanto iure eam ob causam Eucharistia dicatur, *mysterium fidei.* Creditus Bernatdus sermone de dignit. Sacerdot. [Mira sunt (fratres) quæ de Sacramento isto dicuntur. Fides est necessaria, scientia rationis superuacua. Scientia ratione & intellectu colligitur; fides sola autoritate inducitur. Aug. contra Felician. Hoc fides credat, intelligentia non requirat, nec aut non inuentum putet incredibile, aut repertum non credat singulare. Hæc sunt (Fratres,) quæ fidem necessariò exigunt, rationé omnino non admittunt. Expetunt simplicem creditorē, arguunt impium discussorem. Et ideò credi oportet simpliciter inuestigari non potest vtiliter. Hîc est ille torrens, quem transuadere non potuit Elisæus. Nolite itaque, nolite quærere quomodò fiat; nolite dubitare vtrum fiat.]

Guitmundus l. 1. de Euchar. [Ipse Dominus noster Iesvs-Christvs, Sacramenta hæc, *mysterium fidei* appellauit. Vt quid ergo *mysterium*; nisi quia occultum? Vt quid *fidei* nisi quod hoc non carnis oculo, sed intuitu fidei conuenit contemplari? Nam sicut sanctissimus ait Gregorius, *non habet fides meritum, cui humana ratio præbet experimentum.*]

Algerus l. 2. de Euchar. c. 3. *sub finem.* [Quia ineffabile est, quomodò corpus Christi hîc fiat, & ibi maneat, ad intelligentiam spiritualem & fidem talia cogitantes reuocat, quia etsi sciri non potest, credi potest: quia quod videtur, non materiale corpus panis est, sed species corporalis: quod autem intelligitur, Christus est, qui omnia quæcumque vult, in cœlo & in terra

terra potest. Sicque dum exteriorum sensuum testimonio non acquiescit, nec interiore inquisitione comprehendens; de veritate tamen non titubat; fit per Dei gratiam, vt in tali suo agone fides nostra exerceatur, exercendo augeatur, augendo perficiatur, perfecta coronetur. Vnde Augustinus in serm. super Ioan. 68. Fides qua eorum qui Deum visuri sunt quandiu peregrinantur corda mundantur, quod non videt, credit. Nam si vides, non est fides. Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium. Eat ergo Dominus, eat ne videatur, lateat vt credatur, creditus desideretur, vt desideratus habeatur. Quia ergo in hac peregrinatione nostra, expedit latere Christum vt credatur, benè igitur Christus sub Sacramento dedit nobis seipsum, vt per hoc nobis & fidei meritum & gratiæ suæ augeat beneficium, dum in terrena quadam & prorsus solita panis & vini forma, majestatem sapientiæ Verbi Dei substantialiter comprehensam, incomprehensibilem credere & venerari non erubescimus, quæ quantitate & qualitate suas ita eius excellentiæ videtur indigna, vt nullatenus etiam æstimari debeat nisi quia ipse est, Deus quæ omnia quæcumque voluit fecit In cœlo & in terra, nisi quia etiam cato eius ipsa est, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra; vt potestate tali sit in veritate personæ in cœlo & in terra, quandocunque & quomodocumque ipsa placuerit.]

Blesensis epist. 140. [Sacramentorum ratio & inquisitio cesset: Claudatur puteus, ne bos in eum, aut asinus cadat, ne periculosè nimis ossa Regis Idumeæ tedigantur in cinerem, & bestia quæ montem tetigerit lapidetur. Magna in Sacramentis est eminentia, intelligentia quorum, fide potiùs explenda est quàm adinuentione humana. Et vt gratia exempli, in vno Sacramentorum videas abyssum profundissimum & humano sensui imperceptibilem, pane & vino transsubstantiatis virtute verborum cœlestium in corpus & sanguinem Christi, accidentia quæ prius ibi fuerant, sine subjecto remanent & apparent. Cúmque corpus Christi cato sit & non Spiritus, Spiritum tamen & non corpus reficit, spiritualiter pascens atque viuificans. Corpus idem apud nos est in diuersis locis, quia In diuersis altaribus contra naturam corporis: idem tamen corpus, eodem tempore est in cœlis. Licet enim ex natura corporali & circunscriptibili, si vno duntaxat in loco, tamen in pluribus locis est, virtuali potentia, & spirituali modo. Tanta enim est vnio diuinitatis & carnis, quæ tota diuina & gloriosa facta est, vt ex plenitudine diuinitatis, (quæ teste Apostolo corporaliter ibi habitat,) istud corpus licet in vno loco corporaliter & naturaliter, in pluribus: tamen est diuina & spirituali virtute. Et sicut ipse Deus, quamuis in pluribus, imo in omnibus locis sit virtualiter & essentialiter tamen secundùm aliquem modum existendi, idest personaliter est in vno loco, idest in ipso homine assumpto per gratiam: ita quod diuinitatis est, retribuit ineffabiliter corpori suo, vt ex vnionis virtute, & in vno homine sit Verbum, & in pluribus locis sit illius corporis & sanguinis incomprehensibile Sacramentum. Gregorius in homilia Paschali. (*imo* 4. *Dialog.* c. 58.) Eodem momento & in cœlum rapitur ministerio Angelorum consecratum corpus Christi, & ante oculos Sacerdotis in altari videtur. Sicut autem diuinitas Verbi totum implet mundum, ita corpus illud in locis pluribus consecratur: nec sunt multa corpora, sed vnum corpus, & vnus sanguis: ideóque siue plus siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter Christi corpus integerrimè sumunt. In his & similibus, ratio prorsus defecit: non deficit tamen fides, sed attingit quod non præsumit ratio: & quod mirabilius est, ex rationis defectu, fortiùs conualescit. Apprehendit fides rei gratiam, quod non potuit ratio capere per seipsam. Infirmatur ratio, vt sit fortior fides: ratio succumbit, vt fides ampliùs meteatur. Nec inuider ratio merito fidei, sed libenter & humiliter acquiescit. Quod enim fides meretur, non sibi ipsi meretur, sed potiùs rationi. Sanè fides euacuabitur, & ratio permanebit. Fides nimirum non est, nisi in via: ratio autem erit in patria, plena & perfecta. Ibi ratio seu scientia metet, quod nunc seminat fides, dignúmque est vt ratio ibi fructum percipiat de merito fidei quam adjuuat, dum se prorsus abnegans hîc defecit; vt quandóque fidei beneficio in se crescat. Fidei igitur sine contradictione consentiens, gratiæ Dei tota innititur, & dat gloriam Deo, sciens ipsum posse facere quod non potest ratio humana percipere.]

Omnastic. con Eucharisticum.

Inquirit porrò quàm accuratè Algerus l. 1. de Euchar. c. 4. cur conueniens fuerit, Eucharistiam adeò abscondi vt mysterium fidei esset, nec circa eam ratio sed humilis fides negotiari deberet. Et rationem eius rei adhibet, quam breuiùs his verbis perstrinxit Rupertus l. 3. in Exod. c. 15. vbi præfatus. Iudæos tentatos esse circa cibum, addit. [Potrò vt de hoc spirituali cibo & potu tentemur nos, æquum esse manifesta defendit ratio. Tentatus enim est homo à Diabolo, & victus est: Tentetur à Deo, vt illius tentatoris fraudem vincat; & tali antidoto, iuxta naturam morbi competenter vitæ suæ subueniat. Tentati inquam sunt primi homines à Diabolo dicente; *Comedite & eritis sicut Dei*, & crediderunt ei plusquàm Deo dicenti, *In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini.* Proinde tentetur à Filio Dei, dicente de pane & vino, *Comedite, hoc est corpus meum Hic est sanguis meus.* Comedite, & eritis filij Dei. Ctedamus verbo eius plusquàm oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis & vini speciem intuemur: & ita, inlquam crudelitatem patentum nostrorum, pia crudelitate in nobismetipsis euacuemus.]

Hæc omnia mentibus fidelium Infixa esse voluit Ecclesia, (vt ratiocinatur Iuo Carnotensis,) cum in forma consecrationis Calicis, posuit ea verba, *mysterium fidei.* Fuerunt quidem eæ voces à Christo inter consecrandum adhibitæ: sicut tamen Matthæus & Lucas omiserunt verba illa à Christo pronunciata, *pro vobis*, & Marcus quoque illa præterijt, *in remissionem peccatorum*: ita Apost. 1. Cor. 11. & omnes Euangelistæ factum Christi & Eucharistiæ institutionem narrantes, omiserunt voces illas *mysterium fidei*, tametsi à Christo adhibitas, eo quod saluo valore formæ, possint omitti. Nimirum absque his vocibus reliqua formæ verba sufficienter significant conuersionem terrenæ substantiæ in Christum, atque adeò eam efficiùt prinsquam cætera verba adjungantur; vt verè

Sectio V.

adjungenda ſunt ex ſola neceſſitate præcepti, quamuis ſint à Chriſto prolata, vt rectè ſtatuit Magiſter in 4. d. 8. vbi Carthuſianus q. 8. adducit multos antiquos ſcholaſticos, ſubſcribúntque Alanus de Euchar. c. 19. Suares t. 3. 3. p. d. 59. ſ. 1. Vaſques 3. p. d. 198. c. 3. Valent. 3. p. d. 6. q. 6. p. 1. *circà ſextum placitum*, & paſſim alij, quanquam refragante D. Thoma 3. p q. 78. art. 3. cuius ſententiam adeò ratam habuit Bartholomæus Spina apud Henriquem l. 8. c. 17. *litera X.* vt ſcripſerit, contrariam eſſe *ſchiſmaticam & hæreticam*. Sed hoc non eſt ſcribere, ſed deſipere. Sic enim ſanctiſſimi & antiquiſſimi Patres, qui in ſuis Liturgijs voces illas omiſerunt, neque conſeceraſſent ipſi, neque ab hæreſi & ſchiſmate iuxta huius ſpinæ aculeos, immunes eſſent, alijque erroris authores & implanatores fuiſſent. Nec licet fingere cum Capreolo in 4. d. 8. q. *vnica* diſpenſatum eſſe à Deo cum illis Patribus, vt poſſent abſque ijs vocibus, (etiam ſi alioqui eſſentialibus,) conſecrare. Vnde enim conſtat de ea diſpenſatione? Itaque fixum eſto, ea verba non eſſe eſſentialia formæ, etiamſi à Chriſto ſint pronuncista. Eccleſia tamen iubet ea non prætiri: quæ cauſa eſt, cur aliqui dicant ea verba eſſe formæ conſecrationis addita ab Eccleſia. Quid portò ſit myſterium hoc fidei *in conſcientia pura accipere*, docebit Guerricus ſerm. 4. de Epiphan.

Myſterium nouæ ſalutis.

Naz. orat. 16.

Enumerans Nazianzenus aliquot nomina ex innumeris, quibus Deo obſtringimur, & quorum iuuoitu, Dei erga homines beneficentiam imitari obligamur, ſic diſſerit. [Deus hominem condidit, ac ſolutum turſum collìgit; tu lapſum ne deſpicias. Ille eum maximis in rebus commiſeratus eſt: eùm ei præter cætera, legem, Prophetas, ac priùs etiam naturalem legem, hoc eſt non ſcriptum eorum quæ geruntur, cenſorem dedit. atguens, admouens, obſecrans, caſtigans, poſtremò ſeipſum pro mundi vita redimenda tradens, atque inſuper Apoſtolos tribuès, Euangeliſtas, Doctores, Paſtores, morborum depulſiones, miracula, reditum ad vitam, mortis oppreſſionem, trophæum aduersùs eum qui vicerat, fœdus in vmbra, fœdus in veritate, Spiritus Sancti diſtributiones, nouæ ſalutis myſterium.] *Hoc eſt Chriſti corpus & ſanguinem* ait Nicetas gloſſans hæc poſtrema verba. Idcirco autem Euchariſtia vocatur nouæ ſalutis myſterium, quia eſt Sactamentum memorans Chriſti paſſionem qua parta eſt ſalus mundi per Chriſtum poſt ruinam.

Myſterium magnum ſalutis.

S. Baſilius in Liturgia.

Myſterium noſtræ ſalutis

S. Martinus s. Epiſtola ad S. Amandum deſcripta à Philippo Abbate in Actis S. Amandi c. 3 s

Item Nazianzenus orat. 17.

Myſterium ſacroſanctum & auguſtiſſimum.

S. Dionyſius Eccleſ. Hierarch. c. 3. p. 2.

Myſteria ſancta & immaculata.

Laur. Iuſtinianus ſerm. de Euchar.

Myſteria vinificationis & redemptionis.

Acta S Mariæ Ægyptiacæ per Sophronium 2. April.

Myſterium vitæ.

Guerricus ſerm. 2. de Reſurr.

Myſterium vnitatis.

S. Auguſtinus apud Bedam 1. Cor. 10. ad illud *calix benedictionis*, &c. ex ſermone ad Infantes qui legitur quoque apud S. Fulgent. ad calcem Tract. de Baptiſmo Æthiopis. In eandem tem, ſcitè Duraudus Troarnenſis Tract. de Euchar. parte 3. tractans illud Pſal. 98. *Adorate ſcabellum pedum eius*, ait adorandam eſſe humanitatem Chriſti [tum præſertim, quando munus ſupplet alternæ communionis; ad hoc ſiquidem diuinitus inſtitutum, ad hoc diſcipulis à Domino indictum, ad nos vſque, venerabile hoc decucurrit Sacramentum, vt per vnitatis myſterium, ipſius participatione compararum, diuinitatis efficiamur grata ſedes & regnum, ab humanis videlicet in diuina transfigurati, & à carnalibus ineffabiliter ad ſpiritualia prouecti.]

N

Nerus noſtræ ſalutis.

S. Chryſoſtomus hom. 24. in 1. Cor.

Nerui, ſunt neceſſaria inſtrumenta motus progreſſiui, adeò vt abſque eis deſperanda ſit progreſſio. Inde tranſlata voce, pecunia *nerus belli* dicta eſt, quòd abſque ea geri bellum non poſſit. Significari itaque hoc Euchariſtiæ titulo videtur, Euchariſtiam eſſe medium ad ſalutem neceſſarium, vt affirmant Sanctius repetit. 6. c. 1. Turtianus l. 2. de Euchar. c. 10. Toſantius 3. p. q. 73. artic. 3. diſp. 1. Annuant Ribera Ioan. 6. ad illud *niſi manducaueritis*, & Henriques l. 8. c. 3. num. 4. ſed patum conſequenter, eam neceſſitatem reſtringunt ad adultos. Nam ſi Euchariſtia eſt neceſſarium ſalutis remedium, nemo planè abſque ea, ſalutem ſiue primam, ſiue ſecundam, hoc eſt gratiam, aut gloriam conſequi poteſt. Sicut quia baptiſmus eſt ad ſalutem neceſſarium medium, omnes & adulti & infantes, indeclinabili neceſſitate vtgentur ad baptiſmum ſuſcipiendum, ſalute alioqui deſtituendi. Non nemo Euchariſtiæ cum baptiſmo paritatem, quoad hanc neceſſitatem, fundari ſufficienter putat in illis Chriſti verbis, *niſi manducaueritis*, &c. quæ videntur æquiualere illis alijs, neceſſitatem baptiſmi, quoad baptiſmum fundantibus, *niſi quis renatus*, &c. Eſt tamen reuera diſpar ratio. Nam quoad Euchariſtiam, Chriſtus vſus eſt verbo actiuo *niſi manducaueritis* quod propriè ſonat ſolam præcepti neceſſitatem, cuius ſoli adulti ſunt capaces. Id verò attendentes aliqui Patres, vocarunt Euchariſtiam neceſſarium ſaluris medium: non in eo rigore in quo Scholaſtici aiunt aliquid eſſe neceſſarium neceſſitate medij; ſed quatenus eius vſus eſt ad ſalutem perutilis, & ex præcepti neceſſitate vſurpandus adultis. Et ſic quoque eſt intelligenda propottio eum neruis principiantibus motum: non autem ita vt ſicut nerui ſunt abſolutè & ſimpliciter neceſſarij ad motum, nec abſque neruis exercetri poteſt motus, ſic Euchariſtia ita ſit ad ſalutem neceſſaria, vt abſque eius vſu ſit ſalute excidendum; quod fert notio medij neceſſarij, ſimpliciter dicti.

Nomen ſanctum Dei.

Clemens Rom. 7. Conſtit. c. 27.

Vt rectè perſpiciatur hoc eſſe apud Clementem diuinæ Euchariſtiæ attributum, recolendus eſt eiuſdem Clementis eo loco ſcopus. Præmiſerat ibi Clemens c. 26. gratiarum actionem præuiam

ad

ad sumptionem diuinæ Eucharistiæ, & nonnulla monita ad eandem sumptionem antecedentia. Tum c. 27. subdit paradigma actionis gratiarū post communionem, quod concipit his verbis. [Gratias agimus tibi Deus & Pater Iesv Saluatoris nostri, pro sancto corpore tuo, quod in nobis habitare fecisti.] Ita quidem vertit Turrianus, sed quantum video non satis appositè. Non quidem quia dixit *corpore*, vbi Græca habent *ἁγιάσματος*, quod mox patebit non malè à Turriano factum esse, sed quia sanctum corpus, quod in nobis habitat per communionem, ait esse corpus Patris, cum tamen Pater non sit incarnatus; neque ipse sit qui dixit *Hoc est corpus meum*, sed Filius humana carne circumamictus. Planius ergo Carolus Bonius Græca Clem. verba sic expressit. [Gratias agimus tibi Deus & Pater Iesv Saluatoris nostri, pro sancto nomine quod habitauit in nobis.] Non malè (vt præmisi,) Turrianus, vt consuetudini sermonis nostri seruiret, posuit *corpore* vbi Græcus contextus habet *nomine*: quia frequens est apud Græcos, vt corpora viua vel personas vocent *nomina*. Sic Actor. 2. *Erat autem turba nominum insuper centum viginti.* Similiter Apocal. 3. *Habes pauca nomina in Sardis.* Rursúsque ibidem c. 11. v. 13. *Occisa sunt in terræ motu, nomina hominum septem millia.* Græcum idioma hunc vsum loquendi adhibet, à quo sermo Latinus abhorret: & ideò non fuit cur Erasmus Actor. 3. adeò concitaretur in eam iectionem quam vulgata editio ibi exhibet. Potuit enim eo loco Interpres ipse, nun sollicitus de expressione corticis exiimi Græcæ vocis, sensum reddere vtendo voce, Latino vsui congruentiore. Qui verò Interpretes idiotismis textum primigenij adeò inhærent, vt eos quoque, in suæ interpretatione expressos velint, non tardò ineptiunt, aut obscuritatem interpretationi suæ offundunt. In quam rem legendus S. Hilarius l. de Synodis *sub initium* S. Hieronymus in præfatione ad Chronicon Eusebij; & Euagrius in præfatione ad versionem suam vitæ S. Antonij, à B. Athanasio conscriptæ. Itaque ex hoc capite, reprehensione vacauit Turrianus, verens apud Clementem *corpore*, vbi iuxta Græcum contextum, esset dicendum *nomine*, quia *Nomen* iuxta Græcum idiotismum, *corpus* aut *hominem* significat. Et quia Gratianum actio à Clemente proposita, dirigitur ad Patrem cuius proles est Deus homo, quem communicando suscipimus, quadrate posset contextui Clementis ea interpretatio quam plerisque scripturis adhibet Martinus à Roa l. 3. singul. c. 14. si tam solida esset, quam subtilis. Ait ergo, Christum (id quod ex multis Patribus illustrat Petrus Faber c. 1. Dodecameri,) dici *Patris nomen*, idque perinde esse ac si diceretur, *Patris soboles*. Idque etiam externis non est inusitatum. Martialis enim lib. 6. De Filio Domitiani agens, sic habet;

Nascere Dardanio promissum nomen Iulo,
Vera Deum soboles.

Hoc sensu, Christus in Eucharistia, aptissimè dicitur *nomen Patris*, quia est verus Dei Filius. Quod autem hoc sensu moneamur petere in nomine Christi, idest tanquam de eius familia, ac vt posteri Christi, quò collimat à Roa loco annotato, hoc est quod aiebam videri acutius quàm solidius.

Onomasticon Eucharisticum.

Nouitas omnium nouitatum.

Eusebius (qualicunque demum Autor,) De morte S. Hieronymi, hunc Eucharistiæ titulum suppeditat, verbis illis. [Sed quomodò piè Iesv tu, cuius tanta est magnificentia, vt nulla eam queat explicare creatura, quem cœli, mare, & omnia quæ eius ambitu continentur, capere non possunt: qui idem totus vbique locorum præsens es, nec intus incluſus, nec extra exclusus, idem in cœlo ad Patres dexteram, omnium supernorum ciuium beatitudo & gloria, quæ tuæ celsitudinis speciem contemplantur, idem in terra, pugillo ipsam continens & concludens; idem in mari & in abyssis ad vnum regens omnia & conseruans; idem in inferno potenter dominans, sub tanta panis breuitate contineris, non particulariter, sed integrè & perfectè ac inseparabiliter? ô ineffabilis admiratio! ô omnium nouitatum nouitas! Oculi in te vident albedinem; saporem sentit gustus, odorem olfactus, tactúsque subtilitatem reperit. Sed auditus cordi repræsentat in te, illa non fortè accidentia. Hîc certè per se sola existunt accidentia sine subjecto, quia non vt humanis videtur sensibus panis es, sed Iesvs-Christvs integer, sicut in cœlo ad Patris dexteram residens, Deus & homo.] Eucharistiam ergo nouitatem esse omnium nouitatum, habet hic Autor. Quod idem est, atque Eucharistiam esse nouitatem super omnes nouitates.

Quomodò Eucharistia sit nouitas super omnes nouitates, pulchrè docet Gillebertus serm. 7. in Cant. *sub finem* Præfatus enim Christum apparuisse formosum in stola carnis suæ, & in resurrectione & in ascensione, postremo loco statuit tanquam id in quo Christus in stola sua apparuit maximè formosus, quod caro eius, [omni die (quod super omnia mirandum & amandum) in salutis cibum, credentibus sit proposita. Quis non ad singula ista, (anteriora de conceptu, incorruptione, ascensione gloriáque carnis Christi) miretur amanter & dicat, *quis est iste tam formosus in stola sua?* Cucurristi per hæc omnia admirationis genera; imo stupidus per singula substitisti, & ecce denuò noua tibi admirationis materia, inde exurgit. Cum satis in illis exercitatus fueris, hîc iterum ad stupendum excitaris, quasi illud tibi dicatur Propheræ, *ne memineris priorum, noua ego facio.* Quid magis nouum, quàm quod in mysterio Dominici corporis mutatur materies, & species seruatur? Pristina manet forma, sed noua gratia, quia noua substantia. Nova quidem non in se, sed in huiusmodi specie. Nouum planè, quod carnis Dominicæ substantia, in aliena specie sumpta, sanctificationis virtutem animæ confert, & spiritualem emundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouum quidem & supra reliquorum vsum Sacramentorum, quod nun modò sanctificationis nona gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per Sacramenti benedictionem, accipit oblatus panis hanc ineffabilem mutationem. Ex mystica consecratione & Verbi viuentis copulatione, hæc vinificatrix gratia in carnem Christi redundat. Caro enim non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuificat, sacrosanctæ carni conferens in solemni Sacramento spiritualem efficaciam ad viuificandum tamen participes.

Sectio V.

cipes myſterij. Formoſus ergo in ſtola, hoc eſt in carne ſua, ſed multo formoſior in aſſumpto Spiritu, qui vtique carne præſtantior, quia Verbo vicinior.]

Nutrimentum ſpirituale.

Palladius ſect. 48. Lauſiacæ.

Sapidiſſimè Clemens Alexandrinus t. Pædag. cap. 6. ait hoc nutrimentum ſpirituale, eſſe lacti ſimile, [cum & ſit dulce propter gratiam, nutriens autem tanquam vita, candidum autem vt dies Chriſti.] In hanc rem multa dicta ſunt ſect. 2. cap. 2. cum de analogia ſimiliformi Sacramenti Euchariſtiæ, eiúſque effectuum. Et ſuperiùs V. *Alimentum ſpirituale.* Nimirum Euchariſtia eſt Sacramentum inſtitutum ſub ratione cibi & potus ad reficiendas animas; vnde meritò vocatur earum nutrimentum, & quidem ſpirituale; quia tametſi corpus eſt, tametſi corpus eſt, tamen eſt corpus conſtitutum ad modum ſpiritus, nec cibat corpus ſed animam. Videri poſſit S. Irenæus l. 5. cap. 2. etiam ad nutritionem corporis hoc nutrimentum diffundere. Probans enim reſurrectionem corporum ex participatione Euchariſtiæ, ait. [Et quoniam membra eius ſumus & per creaturam nutrimur, creaturam autem ipſe nobis præſtat, Solem ſuum oriri faciens, & pluens quemadmodùm vult; vt calicem qui eſt creatura, ſuum ſanguinem qui effuſus eſt, ex quo noſtrum ſanguinem; & eum panem qui eſt à creatura, ſuum corpus confirmauit ex quo noſtra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur & conſiſtit carnis noſtræ ſubſtantia, quomodò carnem negant capacem eſſe donationis Dei qui eſt vita æterna quæ ſanguine & corpore Chriſti nutritur, & membrum eius? Quemadmodùm & B. Apoſtolus ait, in ea quæ eſt ad Epheſios Epiſtola, *quoniam membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius:* Non de ſpirituali aliquo & inuiſibili homine dicens hæc, (ſpiritus enim neque oſſa, neque carnes habet,) ſed de ea diſpoſitione quæ eſt ſecundùm vetum hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & oſſibus conſiſtit: quæ de calice qui eſt ſanguis eius, nutritur; & de pane qui eſt corpus eius augetur.] Eo quoties S. Irenæus ait corpus noſtrum nutriri & augeri per Euchariſtiam.

Ridet hac in parte S. Irenæum Oecolampadius: cum quo confligit pro ſancto Martyre, Martyr & ipſe Ioannes Roſſenſis l. 4. de Euch. c. 20. docens Euchariſtiam dici nos alere tametſi non veriatur in corpus noſtrum, ſicut aurum & margaritæ cum in medicamentis hauriuntur multum fomentum corpori præbent, illúdque quodammodò alunt citra conuerſionem in corpus. Eam enim latiſſimè profligat Thomas Eraſtus in opere de Auto poculento. Clariùs dici poteſt, corpus Chriſti dici nutrire corpora noſtra, quia ſubit corpora noſtra ad modum nutrimenti. Inde etenim fit, vt Euchariſtia penetret intimè corpora noſtra eáque attactu ſuo & intima ſubitione ſanctificet, quod ſufficit vt ratione eius iuſtum ſit conferri nobis incorruptionem corporum, qui erat prædicto loco ſcopus S. Irenæi. Quod eleganter dixit Paſchaſius l. de Sacram. c. 11. carnem noſtram enutritam per immortalitatis alimoniam, ſemina vitæ percipere & idcirco non poſſe in morte detineri. Alia ad genuinum & Catholicum tituli propoſiti ſenſum facientia, dabo V. *panis ſubſtantialis.* Eodem porrò modo quo expoſui S. Irenæum, accipiendus quoque eſt S. Iuſtinus in calce Apologiæ ad Antoninum, dicens alimoniam mutatam in carnem & ſanguinem Chriſti, outrire noſtrum corpus & ſanguinem.

O

Oblata.

Synodus Germanica ſub S. Vdalrico conſtit. 19.

In ea conſtitutione, *oblata* idem eſt quod Sacramentum ſub ſpecie panis. Græcè προσφορα. Exiſtimauit Card. Baronius anno 741. *oblata* nomen ſignificare certam panis & vini menſuram, quæ decreto Gregorij III. è Romano Patriarcheio per Diaconum Oblationarium, (ſic enim ab hoc vſu illum nominat Anaſtaſius,) proferebatur ad Miſſas celebrandas. Nec ſanè negari poteſt, quin aliquando vox *oblata* extendatur ad hoſtiam nondum conſecratam. Sic enim ſæpè loquitur Humbertus l. contra Græcorum calumnias. Similiter Concilium Toletanum XVI. cap. 6. agens de pane conſecrando, jubet eſſe *modicam tantùm oblatam.* Item Couc. V. Arelat. cap. 5. mandans oblatas cunſici ad formam Eccleſiæ Arelatenſis, oblatam eodem ſenſu ſumit. Vt & Ruthardus in c. 66. Regulæ S. Benedicti eam ait Patrem qui filium ad profeſſionem offert, debere ponere in filij ſui dextera *oblatam*, de qua in regula S. Benedictus; quæ erat hoſtia non conſecrata eum à Patre poneretur, & à Filio in manu exciperetur, poſt antiquatum iam vſum excipiendi manibus Euchariſtiam. Non ratò tamen vocem *oblata* pro ipſa Euchariſtia accipi, docet locus allegatos ex Synodo Germanica, & annuit ex libris pleriſque Rimalibus Baronius. Quod in vita S. Othmari l. 2. c. 3. dicitur conſepultas ei fuiſſe *oblatas* ſiue *rotulas*, qua notione dicatur, ambigi poteſt.

Oblatio.

Ennodius *ſub finem Apologetici*, inducit Eccleſiam ſic loquentem. [Me quam Dei ſummi templa, repudiatis fanorum cultibus, & nouæ lucis oitore gaudentem, fecerunt eſſe conſpicuam; quam poſt ſacella ſordentia, & multo pecudum tabo polluta, ab hoſtiarum cruore, Dominici & Apoſtolici ſanguinis effuſio purgauit; quam à victimis liberauit Oblatio.] Hic *oblatio* perſpicuè pro ſacrificio incruento accipitur. Quem eſſe vocis illius vſum frequentem, diligenter monſtrat Pamelius ad librum Tertulliani de cultu fœminar. c. 11. n. 65. & Iacobus Greteſerus in animaduerſionibus aduerſùs notas Iunij in Tertullianum c. 3. Vnus aut alter locus veterum Patrum id commonſtrabit. Tertul. l. 2. ad Vxor. c. 9. [Vnde ſufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij quod Eccleſia conciliat & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant, Pater rato habet?] *Conciliari ab Eccleſia matrimonium* dicit, quia vt idemmet Tertul. l. de pudic. c. 4. ait occultæ quæque conjunctiones, id eſt non priùs apud Eccleſiam profeſſæ, iuxta mœchiam & fornicationem iudicati periclitantur. Confirmari verò oblatione coniugium, aliud non eſt, quàm fieri ſacrum de ſponſo & ſponſa, & ſuper illud adhibeti con-

iugibus

iugibus Sacerdotalem benedictionem [Sacerdotaliter (inquit Euaristus Papa Epist. ad Episcopos Africæ,) vt mos est, cum precibus & oblationibus à Sacerdotibus benedicuntur.] Ad quem locum Euaristi, probabile est respexisse Tertullianum. Huiusmodi *oblationes* siue incruenta sacrificia Tertullianus sæpè alibi agnoscit, vt lib. de Monog. c. 10. eum ait, vxorem viduam factam, adpostulare marito defuncto refrigerium, & *offerre* annuis diebus dormitionis eius. Ideò curare ei anniuersarium sacrum. Quod item habet lib. de coron. mil. c. 3. verbis illis solemnissimis. [Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus.] Denique l. de Exhort. ad Castit. c. 11. auocans maritum à secundo conjugio. [Repete (inquit) apud Deum pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illas oratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per Sacerdotem de Monogamia, ob pristinum de virginitate sanctum, circundatum Virginibus ac vniuiris, & ascendet sacrificium tuum libera fronte?] Absurdum pronunciauit, curate Bigamum pro defuncta priore sacrificati per Sacerdotem de Monogamia, ideò vnius vxoris virum, & virginibus vniuirisque circundatum; & arbitrati tale sacrificium quod *oblationem* dixerat, ascendere ad Deum libera fronte. Itaque his omnibus locis, *oblatio* sumitur pro incruento sacrificio. Nugacissimas verò Iunij Caluinistæ nugas ad adulterationem omnium prædictorum locorum, validè dispellit Gretserus ante adductus.

Aliam tamen præterea esse notionem vocis *oblatio*, vulgatissimum est. Quanquam circa eam quoque aliam notionem, pleriq; multa confingunt. Videsis Albaspineum lib. 1 obseruat. 5. Pro *oblatione* in hunc sensum sumpta, siue pro *Oblagia* quæ erat tessera cõsociationis per missionem pania non consecrati, alicubi legitur *oblagia*; siue per errorem librarij, siue per sensim inductam oblæsionem vocis *Eulogia*. Legitur ea vox in Regula Magistri c. 76. verbis illis. [Cum Oblagiæ à Pontifice summo vel à Sacerdotibus sequentibus, monasterio aduenerint; mox Abbas osculans transmissum oblagiæ munus & leuans secum, omnibus qui ibi astant orantibus, dicat hunc versum, *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Et complens, sedeat.] Sed de hujusmodi *oblatione* plura infrà V. *Panis benedictus.* Nunc obiter dico ridiculè & cum erassa hæresi nuperum Anonymũ cuius lucubratio in Batauia prodijt, ex eo quod huiusmodi oblatio concedatur Laïcis ab antiquis Patribus & Concilijs, intulisse, Laïcos (ac etiam fœminas) absente Sacerdote posse validè consecrare; laudato imprimis Tertulliano l. de exhortat. Castit. c. 7. vbi ait [Nónnè & Laici, Sacerdotes sumus? Scriptum est, Regnum quoque nos, & Sacerdotes Deo & Patri suo fecit. Differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas & honor per ordinis consessũ sanctificatus. Adeò vbi Ecclesiastici ordinis non est consessus, & OFFERS & tinguis, & Sacerdos es tibi solus.] Verùm Tertullianus iuxta emaculatam ab Hurnio & Pamelio lectionem nihil iuuat errorem propositum. Priora eam verba, quibus utitur loco Ioannis ex Apocalypsi, quamuis possent cum Cajetano ientaculo 3. q. 1. accipi de Sacerdotio proprie dicto quo Deus in aliquibus personis honestauit populum Christianum; tamen æquè commodè extricantur, accipiendo ea de Sacerdotio similitudinario: quod eodem modo Cajetanus ibidem q. 3. accipit S. Petrum Epistolæ 1. cap. 2. adhortantem Christianos vt euaderent in Sacerdotium Sanctum, offerentes spirituales hostias. Et est communis interpretum expositio, quoties memoratur Sacerdotium promiscuè fidelibus collatum. Videsis Bellarminum l. de Sacram. in genere c. 25. & l. 4. de Euchar. c. 16. Suarem t. 3. 3. p. d. 77. sect. 2. & omnino multos quos addensat Scortia l. 2. de Missa c. 5. n. 1. & 2. Nominatim verò inter Patres S. Basil. l. 2. de Baptism. c. 8. & S. August. 20. Ciuit. c. 10. eam distinctionem Sacerdotij spiritualiter nec nisi similitudinariè accepti perspicuè agnoscunt nec nisi tale Sacerdotium omnibus promiscuè fidelibus attribuunt. Postrema verò Tertulliani verba loco allegato, quæ obscuriora videri possunt prout adducta sunt; liberantur omni difficultate, iuxta lectionem à Pamelio & Harrisio probatam quæ sic habet. [Vbi Ecclesiastici ordinis est consessus, & offert & tinguit Sacerdos qui est ibi solus.] Sed quamuis alteri lectioni inhæteremus, facilè esset Tertullianum exponere, de oblatione panis consecrati domum asportati (vt ferebat vsus antiquus, ab ipso Tertulliano annotatus, sub finem libri de Oratione,) & post piam ac religiosam perceptionis faciendæ ad Deum directionem, participati, vt benè exposuit Petauius Diatriba de poreslate consecrandi c. 2. conuellens hanc *fatuissimam* ex Lutheri sorde hausiam & pridem latè reiectam à Tilmanno Sigebergensi in tractatione de Sacram. c. de Ordin. Igitur non offerunt proprie & consecratiuè Laici, nisi per Sacerdotes legitimè institutos, quos ad id adhibent. Quo pacto Autor. qq. veteris ac noui Testam. *ad 46. veterem*, exponit omnia loca Scripturæ, quibus Samuel, Dauid, Salomon, & alij qui ex filijs Aaron non erant, sacrificasse dicuntur.

Onomasticon Eucharisticum.

Oblatio munda.

Malachiæ 1. ex interpretatione Concilij Tridentini sess. 22. c. 1.

Nauseam suam circa carnalia Iudæorum sacrificia contestans Deus, ait apud Malachiam. *Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meũ in Gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Quem locum de Eucharistia accipiunt, non modò Rabbini veteres apud Galatinum l. 10. de arcanis c. 4. sed etiam vnanimiter Patres, quos addensant Castro, Ribera, Sanctes, Cornelius, & alij ad eum Malachiæ locum; Pamelius ferè initio Liturgiarum Latinarum, Matthæus Galenus l. de Sacrif. c. 4. Feuard. ad l. 4. S. Irenæi c. 32. num. 20. Bellarminus lib. 1. de Missa c. 30. & Maldonatus parte 3. operis de Euchar. *à pag.* 323. Et esse locum pro veritate Christiani sacrificij ineluctabilem, habetur ex S. Aug. 18. ciuit. c. 35. & l. 19. c. 23. Et sanè constat, *oblationem* de qua agit Malachias, non posse accipi de sacrificio Crucis, quod non fuit celebratum in omni loco: neque de sacrificijs Gentilium, quæ item non fiebant in omni loco, eráque immundissima, & dæmonijs non Deo offerebantur: Neque iram potest ea *oblatio* accipi de sacrificijs Iudaicis, vt insulsè nimis, & contra

Sectio V.

contra suam Ipsorũ legem ad vnum locum Iudaïca sacrificia arctantem, effutiuere quidam Iudæi, reiecti ab Anastasio Abbate *sub finem* operis contra Iudæos. Igitur Malachias more prophetico de re futura loquitur tanquã de præsenti, describitq; sacrificiũ Missæ. quod & offertur in omni loco, & est mundissimũ ac nitentissimũ.

Quod exhibeatur hæc oblatio in omni loco, iam à tempore Apostolorum, benè ostendit Feuard. supra n. 19. & Democharis bona operis de sactificio. Optimè verò S. Chrys. in Ps. 95. eam Christiani sacrificij per tot spatia diffusionem, opponit circũscriptioni sactificiorũ Iudaïcorũ ad vnum locum. Ecclesia enim [à nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædicit Deus per Prophetam. Nam & Ecclesiasticam exprimens synceritatem, alterius populi ingratitudinem traducens, ad illos loquitur, *Non est mea voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, nec accipiam hostias de manibus vestris, quoniam ab exortu Solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est inter gentes, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, & sacrificium purum.* Vide quàm luculenter, quámque dilucide, mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. *Thymiama* verò *purum* appellat, sacras preces, quæ post hostiam offeruntur. Hic enim suffitus Deum refocillat, non is qui terrenis radicibus sumitur, sed qui à puro corde exhalatur. Dirigatur igitur oratio mea tanquã incensum in conspectu tuo. Vides vt vbicunque concessum est, Angelicum illud sacrificium inclarescere? Vides nullis finibus circumscriptum, neque altare, neque canticum? *In omni loco, thymiama offertur nomini meo.* Est igitur hostia pura, prima quidem mystica mensa; cœleste summéque venerandum sactificium.] S. Cyril. l. aduersùs Iudæos qui est in fine Collectaneorũ, obseruat, Deum quidem, Iudæorum purigini ad Idololatriam, prospiciẽdo, adstrinxisse cultum suum septemum per sacrificia ad certum locum: viros tamen eximiæ virtutis, vt Samuelem & Eliam, fuisse sacrificare in omni loco, idque in eis approbasse: quia præfiguratum Dei per Christianum sacrificium, ad orationem in omni loco.

De munditia à qua præterea celebratur Christiana oblatio, iam dictum est superiùs, ea eo quod non sit cruenta & fœtoti obnoxia, celebrari eius nitorem. Qui item considerandus est ea parte materiæ è qua conficitur, vt sæpè notant Patres, cum reddunt rationem cur hæc materia ad nostrum sacrificium delecta sit potiùs quàm alia minùs & pura nitens. Accidit puritas maxima, quam in huius Sacramenti materia apparanda adhibendam esse non semel cautum est. Sic lex S. Pachomij vt est in eius Actis c. 47. mandabat vt qui hostias conficiebant silentium seruarent & inuicem diuinis meditationibus insisterent. Theodulp. ea Abbate Floriac. Episc. Aurelian. Epist. ad suos compresbyteros cap. 5. statuit in hanc modum. [Panes quos Deo in sacrificium offertis, aut à vobis ipsis, aut à vestris puetis coram vobis, nitidè ac studiosè fiant: & diligenter obseruetur, vt panis & vinũ, & aqua, sine quibus Missæ nequeunt celebrari, mundissimè atque studiosè tractentur, & nihil in eis vile, nihil non probatum inueniatur.] Non frustra id cautum esse, apparet ea prolato superiùs exemplo V. *Hostia munda.* In Lantfranci constitutionibus, vna huc spectans adscribenda est. Prodit enim ardens studium munditiei circa hanc oblationem. Ita habet. [Hostiæ vt mundissimè & honestissimè fiant, summoperè studere debet Sacrista. In primis si fieri potest, frumentum cum magno studio grauatim eligatur: Electum in sæculo mundo, & de bono panno facto, & ad hoc opus tantùm, ponatur; & à famulo boni studij ad molendinum deferatur. Quo delato, famulus aliud frumentum in ipso molendino moli priùs faciat, vt illud vnde hostiæ fieri debent, sine aliqua sorde moli postea valeat. Reportata farina, secretarius, & fratres qui eum iuuare debent, antequam incipiant, manus & facies lauent, albis induantur, capita amictibus velent, præter eum qui ferra renturus, & inde seruiturus est. Horum vnus, super tabulam mundissimam ipsam farinã aqua conspergat, & manibus fortiter compingat & maceret. Frater qui ferra in quibus coquuntur, tenet, manua chirotheca habeat inuolutas. Interim dum ipsæ hostiæ fiunt & coquuntur, dicant ijdem Fratres psalmos familiares horarum, & horas Canonicas, vel de Psalterio ex ordine quod tantundem valeat, si ita potiùs voluerint. Silentium loquendi omnino teneant. Ille tamen qui ferra tenet, si necesse sit, breuiter quod vult indicere potest famulo qui focum facit, & ligna portat, quæ debent esse valdè sicca, & ante multos dies de industria præparata,] Quod accuratius studium adhiberi in hanc rem potuerit, quàm quod his à Lautfranco præscribitur? Non fuisse tamen vbiuis in occidente seruatam tantam accurationem liquet ea lib. 1. historiæ Goffredi Normanni per Ioannem maioris Monasterij Monachum pag. mihi 50. Et hodiéque Lutetiæ aliquid ea in parte fieri minùs decorum, expostulat Franciscus Combefis ad Narrationem de rebus Armeniæ num. 9. pag. 297.

Denique Humbertus lib. contra Græcorum calumnias, in socordiam & frigentissimam pietatem Græcorum tedarguit, quod non sicut Latini, essent de munditia circa huius Sacramenti materiam admodùm solliciti. [Vos (inquit,) aliquando pretio fermentatum à quocunque viro seu fœmina præparum habetis; In tantum vt nonnunquam ab ipsis publicis negotiatorum tabernis emptum panem, ad Dominicam mensam transferatis. Quem tractatum illotis & Sacerdotum quorumlibet manibus, negate non potestis.] Doleo quod potuerint Græci in quosdam Occidentales huiusmodi probrum retorquere. Audi enim Concil. Toletan. 16. c. 6. [Delatum est, quod in quibusdam Hispan. partibus, quidam Sacerdotũ, partim nescientia impliciti, partim temerario ausu prouocati; nõ panes mũdos & ea studio præparatos supra mensam Domini in sacrificio offerant: sed passim quomodò vnumquemque aut necessitas impulerit, aut voluntas coëgerit, de panibus, suis vsibus præparatis, crustulam in rotunditatem auferant, eámque super altare cum vino & aqua pro sacro libamine offerant.] Ita quidem pauci illi Occidentales, sed illico coërciti ab ea Synodo, quæ grauiter edicit ne id deinceps fiat & vt [non alter panis in altari Domini Sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus.] Iure igitur Humbertus, vsum prædictum tanquam apud Græcos vigentem, nec à maioribus improbatum,

probatum, attribuit Græcis atque reijcit, tanquam alienum à munditia huic Sacramento debita, & apud Latinos studiosè captata.

Et cum Græci calumniarentur, azymum panem quoad confectionem Eucharistiæ vtimur, confici in terra, sic retundit cauillum calumniosum. [Quod calumniamini, azima deorsum terræ conjuncta, non negamus vulgo hæc eadem sic parari lapidibus aut argilla superposita, non sicut dicitis terræ coniuncta. Verùm hæc, ad communes vsus hominum & cæterorum animalium transeunt. Nam ad magnam Christi mensam non accedunt: sed illud solùm, quod Diaconi cum Subdiaconis seu ipsi Sacerdotes sacris amicti vestibus, cum melodia Psalmorum, conspersum & in ferro paratum ex secretario profrrunt. Nempè sicut Apostolici Actus indicant, Diaconi specialiter constituti sunt super hoc opus, Petro dicente, *non est æquum vt relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis.* Vos autem sicut facere nos reprehenditis, nec in lapide, aut argilla, seu aliquo metallo, vestrum fermentatum parati.] Apud Hebræos panes propositionis conficiendi erant per ipsosmet Sacerdotes: & quidem ex frumento quòd ipsimet seuissent, messuissent, moluissent, pinsuissent, atque coxissent, teste S. Hieronymo ad illud Malach. 1. *offertis super altare meum panem pollutum.* Leuitis Caathitis id tribuitur 1. Paralip. 9. v. 32. & c. 23. v. 29. Et tamen panes propositionis, aliud non erant quàm panes, qui sacri quidem habebantur & laicis panibus contradistinguebantur, quia in typum panis Eucharistici super altare Dei exponebantur ante faciem Domini, hoc est ante arcam, vnde *panes facierum* appellabantur: sanctitate tamen intrinseca & vi efficiendi in comedentibus sanctitatem, planè carebant. Fuisse Eucharistiæ nostræ imaginem agnoscont Hesychius & Rupertus in c. 24. Leuit. Cyrillus catech. 4. mystag. Damasc. 4. fid. c. 14. & passim alij. Si tanta accuratio ad seruandum olorem penes causam efficientem deposcebatur ad panem typicum, quantum par est adhiberi ad panem verum, qui de cœlo descendit.

Spectant ista munditiam oblationis Eucharistiæ sub specie panis. Ad monditiam verò eiusdem sub specie vini pertinet, quod tanquam Euangelicæ & Apostolicæ doctrinæ contrarium, proscribitur in Concil. III. Bracarrensi c. 1. eorum scilicet abusio qui vinum è botro immediatè in calice expressum consecrabant. Quod ibi non tantùm improbatur ob defectum aquæ ei vino admistæ (posset enim facilè post expressum vini liquorem adjungi aqnula,) sed etiam reijcitur ob talis vini nondum defæcati fœculentiam & immunditiam. Eáque etiam ex causa, in Synodo Chalced. actione 10. in libello Samuelis & aliorum aduersùs Ibam o. 7. tanquam valdè indignum refertur, quod in sacrificio ad hibitum esset *vinum infirmum atque luteosum, & tempore quo fuerat vindemiatum.* Nemo negat, huiusmodi vinum posse esse validam consecrationis materiam, cum supponantur vinæ esse maturæ, & liquorem ex eis expressum, esse verum vinum: Tamen non omnis materia ad validam consecrationem sufficiens, censenda est idonea ad decentem & à peccato liberam consecrationem, quæ exigit materiam cum aliàs congruentem, tum maximè puram & mundam, cuiusmodi non est vinum priusquàm plenè sit defæcatum. Singulare est quod Riculfus Suessionensis Episcopus in sua Constitutione c. 7. post nonnulla circa munditiã Christianæ oblationis præscripta quoad sacrã supellectilem, & manus acora offerentium rite abluenda, addit in fine. [Illud etiam expresè præcipimus, vt domus vestras nitidas & sine sordibus, & fœtoribus habeatis, vt exinde puriores ad altare Domini procedatis.]

Omnibus con Eucharisticum.

Tantùm de munditia oblationis Christianæ. Obseruatione porrò dignum est, Malachiam huiusmodi mundam oblationem expressisse nomine *Mincha*, quod Leuit. 2. est nomen sacrificij è puta farina ad mundationem lepræ, addita incensi cremationc. Vt propterea Malachias eo loco in quo versamur, vtrumque iunxerit; & quod benè monstrat Eusebius l. 1. de Demonst. c. 10. oblationem farinæ retulerit ad sacrificium nostrum incruentum: incensionem verò thuris, ad preces sanctorum & hymnos comitantes consecrationem ac oblationem.

Oblatio nona noui Testamenti.

S. Irenæus l. 4. c. 32.

Fuit in antiquo Testamento *oblatio nona*, cuius mentio est Leuit. 23. quæ vt accuratè considerat Genebr. c. 5 Liturgiæ constabat tritico lectissimo, & panibus duobus, ex adipe frumenti quod horreo immissum non fuisset, rite confectis. Fiebat hæc oblatio in Pentecoste, in fiduciariam agnitionem primitiarum: vnde illi festo, nomen *Festi primitiorum.* Nomen item huic vni oblationi, *Missa nedaba* oblatio voluntaria, *& oblatio nona.* Nihil horum non cadit bellissimè in mysterium Eucharistiæ; quod manipolo lectissimi tritici constat: id est Christo quem adumbratum esse eo manipulo primitiarum, splendidè tradunt S Chrysost. hom. 9. de Ascens. à Vossio edita, & S. Cyrillus l. 4. Glaphyro. Titulo *Christum nobis factum esse panem vitæ.* Et Hesych. lib. 6. in Leuit. Est item Christus, panis lectissimus, & nulla vetustatis corruptione contaminatus. Oblatus verò primum est ab Apostolis in Pentecoste, vt post Hesychium notant Genebrardus supra, & Democharcs lib. 2. de Sacrif. cap. 4. Cum itaque tam multæ sint correspondentiæ illius nouæ oblationis quæ fiebat in veteri Testamento, & oblationis Eucharistiæ, meritò S. Irenæus vocauit mysterium Eucharistiæ *oblationem nouam noui Testamenti.* Idest oblationem in nouo Testamento, correspondentem ei veteris Testamenti oblationi, quæ tunc dicebatur *nona oblatio.*

Oblatio perpetua redemptionis.

Eusebius Gallicanus hom. 5. de Pasch.

Explicat seipsum satis superque Eusebius, verbis illis. [Quia corpus assumptum ablaturos erat ex oculis nostris, & syderibus illaturus, necessarium erat, vt nobis in hac die, Sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in preriom: vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominum salute redemptio, perpetua esset etiam redemptionis oblatio; & perennis illa victima viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia.]

Oblatio benedicta, adscripta, rata, rationabilis, acceptabilis.

Canon Missæ.

Dicuntur ista ante consecrationem, sed per ordinem

Sectio V.

dinem ad statum subsecuturum conseerationem mox perficiendam. Varij variè hos Eucharistiæ titulos enucleant, vt videre est apud Stephanum Durantum lib. 2. de Ritibus cap. 37. num. 2. & 3. Sed concinnè Paschasius lib. de Sacram. cap. 12. oblationem vocans, [*benedictam*, per quam nobis benedicamus, *adscriptam*, per quam nos omnes in cœlo conscribamur, *ratam* per quam in visceribus Christi censeamur; *rationabilem*, per quam à bestiali sensu eauamur; *acceptabilemque* facere dignetur, quatenus & nos per hoc quod in nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus.] Nec malè Stephanus Eduensis lib. de Sacrament. altar. cap. 13. verbis illis [Oramus, vt eibus hominum fiat eibus Angelorum, scilicet vt oblatio panis & vini, transsubstantietur in corpus & sanguinem IESV-CHRISTI, qui est oblatio *benedicta*, hoc est omnium gratiarum benedictione plena, de cõius plenitudine nos omues accepimus. Patet enim ad mensuram non dat Filio, sed data est ei omnium gratiarum plenitudo. Ipse est super quem requiescit spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Ipse est omnimoda benedictio & sanctificatio, &c. Filius Dei dicitur oblatio *adscripta*, Scripturis sanctorum Patrum designata & nulla obliuione delenda; & ideò *rata*, idest firma & immobilis, scilicet firmata statu Immortalitatis & incorruptionis, in æternum permanens, & ad dandam salutem ac remissionem peccatorum sufficiens.]

Verùm de vllo propositorum titulorum vix dubitatio esse potest quid sonet, prætetquàm de illo quo oblatio nostra dicitur *adscripta*. Turrianus lib. 8. Constit. cap. 12. *adscriptam*, accipit pro *incircumscripta*: Græci dicerent, ἀπερίγραπτον, censétque Turrianus, insinuari Christum non esse sub speciebus circumscriptiuè & finitè, atque adeò esse infinitum. Cæterum hìc cauenda est æquiuocatio. Nam essa alicubi circumscriptiuè, non est ibi esse infinitè, sed tantùm est, non circumscribi terminis quantitatiuis; ita vt para parti, & totum toti spatio respondeat. Sicut Angelus, & anima rationalis, sunt incircumscriptiuè in spatio, neque tamen sunt in eo infinitè, sed vt loquuntur definitiuè, quia definiuntur eo spatio, tametsi non quantitatiuè, & ita vt pars parti commensuretur. Odo Cametacensis in Canonis expositione, ad scripturam. Verbi per Incarnationem hìc renouatam recurrit, verbis illis. [Potest videri, nequit explicari, quomodò vnum verbum inscriptum sit omnibus formis omnium rerum: sicut alibi scriptum est, *Calamus scribæ velociter scribentis*. Patet est scriba, qui verbo suo velociter inscribit omnia. Velociter scribit, quia alterum non moratur pro altero. Velociter scribit, quia sine mora scribit omnia. Est ergo Filius Dei Verbum scriptum. Sed & corpus assumptum, rectè dicitur scriptum. Sicut enim vox transitoria scribitur, vt quæ per se fugit, scripto permaneat, sic corruptibile aliquid scribitur, cum in incorruptum transit, vt quod corruptioni transitorium erat, scripto incorruptionis permaneat. Sic ergo corpus Christi, quoddam scriptum est, quod de passibili carne, impassibile factum est in resurrectione, & de pane terreno quotidie fit cœlestis super altare. Sic ergo in Christo, & verbum dicitur scriptum, & corpus etiam nihilominus dicitur scriptum. Quid autem est *adscriptum* nisi scripto appositum scriptum? Est ergo corpus Christi non solùm scriptum, sed etiam *adscriptum*, idest scripto appositum scriptum, idest Verbo corpus adjunctum. Quando igitur oramus hostiam fieri *adscriptam*, quid aliud optamus, nisi vt quæ adhuc est panis corruptibilis, fiat substantia incorrupta; idest de voce fiat scriptum; scripto, idest Verbo adjunctum? Fac ergo Domine nostram oblationem *adscriptam*, idest scriptum scripto adjunctum, vt pretiosum Christi corpus fiat, Verbo Dei adunata, & in vnitate personæ cuniuncta.] Fortassis autem simplicissima & maximè genuina tituli illius *oblatio adscripta*, enodatio fuerit, *adscriptum* idem sonare quod *ratum & approbatum atque acceptum*. Nam *adscribi* Latinis est approbare & ratum habere.

Oblatio sanctissimi mysterij.

S. Dionysius Epistola ad Demophilum.

Obses cœlestis gratiæ.

Petrus Blesensis Epist. 123.

Oeconomia.

Apud Græcos nomen *œconomiæ* aptatur exprimendo mysterio Incarnationis, quia hæc facit dispensatio magni consilij diuini, per quam Christus ad instar boni Patrisfamilias tanquam fidelis in tota domo Dei, Heb. 3. genus humanum perditum reparauit summa sapientia, restituens illud, & quidem in meliorem statum quàm à principio, vt benè attigit Franciscus Turrianus ad præmium Ioannis Cypariſſiotæ de expositione dictorum de Deo num. 5. Quia verò Eucharistiæ mysterium, adeo neaum est cum Incarnatione, vt assumptio luti nostri per Eucharistiæ mysterium suadeatur, iuxta Sanctum Chrysostomum supra non vno loco adductum; mirum non est, nomine *œconomiæ* Eucharistiam quoque significari. Sic Sanctus Epiphanius hær. 75. disputans contra Arrium suffragiorum pro defunctis impugnatorem, *οἰκονομίαν τοῦτον* sumit pro oblatione sacrificij incruenti. Et in argumentis Tomi Primi Libri Tertij, idipsum quod loco allegato vocat *facere œconomiam*, appellat προσφέρειν, *τὴν οἰκονομίαν*, quod manifestè pertinet ad Eucharistiæ sacrificium, vt benè confirmat Billius ad Iambicum 15. Nazianzeni: obseruaris, aliquando dici *τοῦτο οἰκονομίαν μετρίαν* quia verè Eucharistiæ sacrificium, exhiber perfectissimè Deo, supremum Latriæ cultum. Hinc verò supra modum sustollitur dignitas Sacerdotij Christiani, quo aliquid sublimius efficitur, quàm certum sit factum esse à Deipara: Hanc enim certum duntaxat est, cooperatam esse ad vniendum animæ Christi corpus, cuius ipsa suppeditarat materiam. Sacerdos verò, etiam ad vniendam physicam Christi substantiam eum Dei Verbo pertingit; id enim est facere Incarnationem, quod illi adscribit Nazianzenus.

Opinitas Dominici corporis, qua vescitur prodigus veniens.

Tertull. c. 9. de pudic.

Idem quod vitulus saginatus de quo infra V. *Vitulus.*

Opus

Opus diuinum nouissimum, futura fœlicitatis indicium, ac diuinæ miserationis præsagium certum.

Laur. Iustin. serm. de Euch. n. 31.

Origo & via qua Spiritum sanctum participamus, & Deo vniti sumus.

S. Cyrill. lib. 11. in Ioan. c. 17.

Ouis epulationis nostræ.

S. Ambrosius in Psal. 43. ad illud, *facti sumus sicut oues esearum.* [Bonus (inquit,) Dominus noster Iesus Christus, quia factus est ouis epulationis nostræ. Quæris quomodò factus sit? Audi dicentem; *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Et considera, quemadmodum parentes nostri in figura diripientes agnum manducabant, significantes Domini Iesu passionem, cuius quotidie vescimur Sacramento. Per ipsam igitur ouem, facti sunt, *greges esearum*, sicut Aquila dixit. Vel *greges in escas*, sicut Theodotion locutus est, vel *pascua edentiu* sicut Symmachus dixit. Sed bona est epulatio, non solùm non metuenda Sanctis, sed etiam concupiscenda. Aliter enim ad regnum cœlorum non poterit peruenirii, cum ipse Dominus dixerit, *Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam æternam.* Probatnm est igitur, quia Dominus nostet sit cibus epulationis vel alimentum edentium, sicut ipse ait; *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Et vt scias qui hæc omnia propter nos facta sunt, ex quo ille descendit, ex illo Sanctus ait: *Nos omnes, vnus panis sumus.* Non ergo timeamus, quia facti sumus oues esearum. Sicut enim Domini caro, & sanguis ipsius, nos redemit, ita etiam Petrus pro Ecclesia, multa roletauit. Multa etiam Sanctus Apostolus Paulus, & cæteri Apostoli pertulerunt, cum cæderentur virgis, cum lapidarentur, cum in carceres truderentur. Illa enim tolerantia iniuriarum, & vsu periculorum Domini, fundatus est populus, & Ecclesiæ incrementum est consecuta, cum cæteri ad martyrium festinarent, videntes per illas passiones, nihil Apostolorum decessisse virtutibus, sed etiam propter hanc breuem vitam: immortalitatem illis esse quæsitam.

P.

Pallium à Christo nobis relictum.

S. Chrysostomus hom. 2. ad Pop. *in fine*, adductus V. *Hæreditas.* Nec dissimiliter hom. de Diuitiis & paupertate, verbis illis. [Elias in cœlum ascendens, nihil aliud quàm ouillam illam vestem, Elisæo discipulo suo, reliquit. Cum hac (inquit) aduersùs Diabolum luctatus sum; hac tu quoque aduersùs illum, te arma. Firma enim sunt arma, inopia & inuictum præsidium. Et accepit ouillam vestem, petinde atque maximam hæreditatem, Elisæus. Enimuerò maxima procul dubio erat hæreditas, & omni auro pretiosior. Et erat duplex Elias ille, eratque supra Elias, & infra Elias. Noui quod beatum iudicetis iustum illum, velitque vnusquisque vestrum, ipse esse. Quid igitur si vobis demonstrabo, aliud quiddam multo maius illo, nos omnes accepisse? Nam Elias quidem vestem ouillam demisit discipulo; Filius verò hominis ascenden, suam ipsius carnem, nobis reliquit.]

Fusè planè ac pulchrè Hinemarus ad calcem encomij S. Remigij, Sacramentum Eucharistiæ cum Eliæ pallio hæreditate pretiosa Elisæi componit. Nam post vatia in Elisæi ac Eliæ figuram ad Christum apratam, addit. [Elias dimisit Elisæo, pallium quo erat indutus. Ascendens Iesus Dominus in cœlum, Sacramenta humanitatis assumpræ, discipulis, imo Ecclesiæ quibus sanctificaretur in virtute dilectionis, ac caleferet, reliquit. Assumens Elisæus pallium Eliæ, percussit eo aquas Iordanis, & vbi inuocauit Deum Eliæ, diuisæ sunt, & transiit. Assumpserunt Apostoli, assumpsit instituta per eos omnis Ecclesia, Sacramenta sui Redemptoris, quibus spiritaliter erudita, abluta & confecrata, ipsa quoque inuocato nomine Dei Patris, impetum mortis superare eiusque obstaculo contempto, ad vitam transire didicit sempiternam, iuxta quod Dominus in Euangelio dicit, inquiens, *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Quoniam qui credens in Christum, passionis suæ Sacramenta, confitendo, syncriter imitando, fideliter sumit, saluatur in perpetuum ab omni morte, quam peccando, in anima pariter & carne contraxit; & non solùm perditionem euadet pœnarum, sed & vitam percipiet sempiternam.]

Onomasticon Eucharisticum.

Drogo quoque serm. de Sacr. dom. pass. sic Christum alloquitur. [Ecce sublatus es. Amplius te tuus non videbit Elisæus. Remansit tamen ei pallium tuum in memoriam tui, vt præsentia absentiæ tuæ, dolorem eius semper & augendo leniat & leniendo augeat. *Hoc sumite*, (ait,) *in meam commemorationem.* Hoc est Sacramentum corporis tui, quod sumimus in commemorationem donec venias. Pallium tuum est caro tua qua vestitus ad nos processisti. Et latuisti quidem perfidos, sed fidelibus tuis reipsum ostendisti, sicut & vsque hodie. Sub hoc pallio, abscondita est maxima fortitudo Samson.]

Panis.

Ioan, 6.

Cauesis idcirco censeas esse in Eucharistia panis substantiam. Non est enim Eucharistia panis nisi specie tenus. Rationes tamen cur *panis* denominetur, optimæ sunt, proferuntúrque à Lantfranco sub finem libri contra Bereg. & ab Algero lib. 1. cap. 6. verbis illis. [Notandum est, cum diuina pagina corporis Domini *Panem* vocat, non substantialiter. sed mysticè & figuratè dicit: vel quia ex eo conficitur, eiúsque nonnullas retinet qualitates; vel quoniá animam pascit, eiq; vitæ æternæ ministrat substantiá, vel quoniá panis est Angelorum. Solent scripturæ, quasliber res vocate nominibus illarú rerum ex quibus fiunt. Vt cum dicitur homini, *quid superbis terra & cinis?* cum homo non sit cinis, sed ex cinere factus. Seu quæ putantur esse & non sunt, vt cum legitur Abraham vidisse tres viros, cum essent Angeli: seu quibus similes aliquo modo existunt, vt cum Deus dicitur Leo propter fortitudinem. Sic igitur corpus Domini *panis* vocatur, vel quia vt dictum est ex pane conficitur, vel quia intuentium oculis cum sit caro, panis videtur: vel ea similitudine quia sicut panis materialis carnem, sic ipse spiritualis alit mentem.]

Paschasius lib. de Sacram. cap. 10. *initio*, singulare quiddam addit. [Nec mirum (inquit,)

Sectio V.

si caro Christi *panis* dicitur, dum caro portigitur; sed caro, quia in eadem carne passus in veritate creditur. Panis verò, quia granum frumenti cadens in terram, & mus de ipso nihil aliud quam frumentum per fidem genuit. Vnde per hoc, seipsum suis membris ex se natis vitam præbuit, & præstando nihil nobis aliud quàm panis æternus fuit. Nihil enim ad figuram manifestius, nihil ad mysterium euidentius. Granum quippe frumenti Christus in terram cecidit, sed multa grana de se genuit. Quæ nimirum grana nihil sunt aliud quàm frumentum quod in horreum coaceruatur. Vnde mira in ipso nostræ naturæ vnitas prædicatur. Nam omnes nonimus, quod panis vnus ex multis naturaliter granis efficitur, ex quo nostra in Christo commendatur vnitas, & figura veritatis in mysterio approbatur. Ad hoc quippe illud vnum mortuum est in terra, vt ex eius adipe & pinguedine nos fœcundaremur, quia vt ipse ait, *nisi mortuum fuerit, ipsum solum maneret.* Nunc verò quia mortuus resurrexit, multum iam fructum affert in se credentibus. De quo nimirũ fructu, vnus panis efficitur, quia Christus & Ecclesia vnum corpus esse probatur: vnde dictum est, *erunt duo in carne vna.* Rectè ergo hoc mysterium in pane celebratur, quatenus per hoc altiùs designetur, quid in eo geratur] Similiter philosophatur circa species vini. Possit etiam videri Christus in Eucharistia dictus *panis*, quia quemadmodùm præcipuum ad vitam corpoream est panis & aqua; ita præcipuum ad vitam spiritualem, est corpus Christi. Vnde Varadatus Monachus Epistola ad Leonem Augustum, subjuncta Cõcilio Chalcedonensi, sic loquitur [Datum est sanctis Sacerdoribus Domini, tenete corpus sanctum filij Dei, & non vtuntur communicantes hominibus cibum æternum. Legitur, *vita hominis panis & aqua.* Non est panis qualem comedunt Iudæi, & operarij non credentes, quia vita est hominum, sed corpus quod inius est filius Dei ex Maria Virgine, & est figmentum Dei, panis qui de cœlo descendit.] Aquam ait denotare Baptismum à quo item est vita hominis.

Aliam rationem cur Dominus *panis* sit appellatus, præter vulgatam per se illico occurrentem, quia scilicet est cibus salutis, inde ducit Isidor. Pelus. lib. 3. epist. 360. [quia humanæ conspersionis fermentum copulauit ac perpurgauit, atque diuinitatis suæ igne velut excoxit, atque vnà cum eo persona, atque vnæ adoranda hypostasis factus est.] cum tot sint idoneæ interpretationes locorum in quibus scriptura, Eucharistiam appellat *panem*, etiamsi sit verum Christi corpus, mirum est hæreticos, errorem suum vmbratilis Euchatistiæ, in ea denominatione fundare. Gulielmus Anglus 1. contra Vvicleffi Trialogum quem Garetius Classe 1. circa ann. 1371. vixisse notauit, aduersùs peruersam hanc argumentationem quod Eucharistia non sit verè corpus Christi, quia in Scriptura vocatur *panis*, vtget locum S Ignatij Antiocheni, discipuli (vt ait) S. Ioannis, à quo id relatum scribit iter errores Anthropomorphitarum. Hunc tamen locum non vrgeo, quia apertè est suppositirius, vt reuincitur ex enata tanto post S. Ignatium hæresi Anthropomorphitarum.

Non est itaque in Eucharistia substantialiter panis terrenus, tametsi eam denominari *panem*, legamus. Quare Cyrillus Hierosolymitanus Cathec. 4. mystago. iure concludit. [Ne ergo considetes tanquam panem nudum, & vinum nudum: Corpus enim est & sanguis Christi, secundùm ipsius Domini verba. Quamuis enim sensus hoc tibi suggerit, tamen fides te confirmet, ne ex gustu rem iudicies, quin potiùs habeas ex fide pro certissimo, ita vt nulla te habeat dubitatio, esse tibi donata corpus & sanguinem.] Et infernùs. [Hoc sciens, & pro certissimo habens, panem hunc qui videtur à nobis non esse panem, etiamsi gustus panem esse sentiat, sed esse corpus Christi. Et vinum quod à nobis conspicitur, tametsi sensui gustus vinum esse videatur, non tamen vinum, sed sanguinem esse Christi. Et quia de hoc dixerat olim Dauid in Psalmo, *panis cor hominis confirmat, vt exhilaret faciem in oleo*, confirma cor tuum participans de hoc pane, vt spirituali, & exhilara faciem tuam.]

Panis Angelorum.

Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. Videtur esse allusio ad manna quod Psalm. 77. & alibi panis & esca dicitur Angelorum, quia Angelorum opeta pinsebantur. Similiter enim Eucharistia, Angelorum terrestrium, vt Blesensis serm. 13. *in fine*, docet, cibus est, quia pet Sacerdotes conficitur, quos Malachias & Paulus Angelos nominant. V. infra *Panis cœli.* Ahò tamen respexisse creditum Cyprianum docent hæc eius verba. [Panem Angelorum sub Sacramento manducamus in terris, eundem sine Sacramento manifestiùs edemus in cœlis: non ministerio corporali, sæpè repetitis actionibus ad eundem reuertentes, sed consummato Sacerdotio nostro, erit & permanebit perpetua & stabilis, implens & reficiens nos sufficientia, qua proferet se palam absque vllis integumentis, omnibus conspicabilis summi præsentia Sacerdotis.] Itaque Eucharistia dicitur *panis Angelorum*, quia idem panis qui hic nobis in altari apponitur, manducatur ab Angelis in cœlo, sed absque furfure Sacramenti, vt S. Bernardus serm. 33. in Cant. disserit. Sicut nobis panis Euchatisticus porrigitur absque furfuribus figurarum, quibus admistis in veteri Testamento prædelineabatur, inxta præclaram Sugerij Abbatis Sandionysiani cogitationem. Is enim instantata regij illius cœnobij Basilica cum vitreis fenestris pulcherrimis eam adornaret, in eamm fenestrarum vna appinxit emblema S. Pauli accipientis frumentum à Mose ac Prophetis præparatum, illúdque mola rerentem, & secretis à farina furfutibus panem nostrum perennem, piè effotmantem, subiecto emblemati hoc distichc.

Tollis agendo molam, de furfure Paule farinam:
Mosaica legis intima nota facis.
Fit de tot granis, verus sine furfure panis.
Perpetuóque cibus noster & Angelicus.

Ex quo vltimo verbo constare videtur, panem à Paulo confectum atque propositum non esse panem Euangelicæ doctrinæ, quæ non est cibus Angelorum; sed esse panem de cœlo vetum, qui sno modo detersis specierum furfuribus, cibat Angelos, vt aiebat loco annotato S. Bernardus

natdus. Laurentius item Iustinianus serm. de Euchar. num. 17. tractans illud Psalmi 77. *panem Angelorum manducauit homo*, sic habet. [Nusquam Hebræorum populum legimus Angelorum manducasse panem, sed tantùm coturnices & manna. Verùm neque Angeli manuæ illius vescebantur cibo : quippe cum pro refectione datum fuerit corporum, quibus illi carent. Sed Christus Dominus, Angelorum dictus est panis, non quod illum Sacramentaliter, sed spiritualiter comedunt. Sanè cum humanitatis ipsius excellentiam, gratiarum affluentiam ; gloriæ sublimitatem, vnionem personalem, potestatem traditam, & capitis prærogatiuam, contemplando mirantur & diligendo fruuntur : eundem spiritualiter edunt. At verò homo qui per fidem ambulat, toties Angelorum manducat panem, quoties corporis & sanguinis Christi percipit Sacramenta. Nam quamuis non eodem modo, quo illi, eundem tamen manducat cibum. Vnus enim Deus, vnus Dei & hominum mediator, homo Christus Iesus, illis quidem reuelata facie se præbet, hominibus autem per fidem.]

Panis beatitudinis.

S. Athanasius Orat. In 5. Feriam.

Acturus de Eucharistiæ institutione S. Athanasius, sic auspicatur. [Dominicæ beneficentiæ, Lampades sunt accensæ. Hodie in angulo cœna paratur & vniuerso orbi mensa instruitur. Hodiernus dies, cœlestis cibi spicam produxit. Hodie absque periculo, homo voluptatis lignum attingit. Hodie mysteriorum thesaurus aperitur. Hodie panis beatitudinis, Apostolis in cibum apparatur. Hodie spiritualium deliciarum perceptio incipit. Hodie profertur illud, *accipite, manducate, hoc est corpus meum.* Præuenio crucem, diuido membra mea, venditionem tuam & Iuda præoccupo, sanguinis mei effusione : quem venditurus es, præuenies tu, gratis distribuo.]

Dicitur Eucharistia *panis beatitudinis*, quia continet illum ipsum Deum quo in beatitudine cibabimur. Videsis. V. *Panis futurus*, & V *Panis supersubstantialis*, in fine, ac V. *Panis superuenturus*, & V. *Panis vita aterna.*

Panis benedictus.

S. Augustinus lib. 3. de Consensu Euang. c. 25. ita nominat Eucharistiam. Sed & Autor Imperfecti in Matth. hom. 17. exponens quæ sint sancta non danda canibus, vocat Eucharistiam *panem benedictum*, quem negat debere porrigi, nisi iis qui per fidem facti sunt capaces benedictionum. Hoc autem non posse accipi de pane vtcumque benedicto, constat ex fine homiliæ, vbi panem benedictum ab Eucharistico diuersum, air posse dari infidelibus & animalibus. Apagè verò spureum Hæreticum, quem Thomas Vualdensis testis oculatus scribit, diuinitus esse correptum per aranearn, cum negaret aliud esse Eucharistiam quàm panem benedictum, qui substantialiter panis esset, cuiusmodi est panis eathecumenorum quem S. Augustinus lib. 2. de Peccat. merit. cap. 26. air esse Sacramentum & sanctiorem cæteris cibis, licet non sit corpus Christi. Plura de eo Durantus lib. 2. de Rit. cap. 58. & Scholiastes ad librum secundum D. Augustini de peccator. merit. cap. 26.

Passim Græca voce, panis benedictus, *Eulogiæ* nomine designatur, alias nomine *benedictionis.* Fateor vtramque hanc vocem ad alia quoque præter panem extendi, vt latè prosequitur Gretserus l. 2. de benedictionibus à cap. 24. Aliquando enim omne osculentum aut poculentum, *Eulogia* nomine denotatur, vt notaris Autorum veterum locis illustrat Rouerius ad Historiam Monasterij Reoma. n. 23. Nec tarò quælibet munuscula inter pios ad testandam charitatem transmissa, nomine *Eulogiarum* signata leguntur. Videsis fusè de his Eulogiis agentem Gretserum libro illo 1. à cap 26. ad 30. Notissima tamen & frequentissima Eulogiarum notio in panem cadit, præsertim benedictione Ecclesiæ sanctificatum. Interdum quidem in signum communionis & charitatis leguntur missi panes, vt apud S. Paulinum Epist. 5. & 41. & 45. nec sit mentio præuiæ benedictionis. Tamen panis cui Ecclesiastica benedictio accesserat, autonomasticè nomen *Eulogiæ* obtinuit, vt habemur ex Concilio Laodiceno can. 14. & 32. deque huiusmodi Enlogij die Dominica & festis post Missam distribuendis iis, qui non communicarent, est decretum S. Pij primi, repetitum totidem verbis in Concilio Nannetensi. Nimirum vt hoc veluti symbolo diuinæ Eucharistiæ, aliquatenus sanctificarentur qui non fuissent diuino pane refecti, & vt esset symbolum vnitatis quam panis ex variis granis adunatis confectus, bellè repræsentat. Vnde Eulogiæ istæ nec ab hæreticis accipiebantur, vt sanxit Concilium Laodic. c. 32. nec ad excommunicatos mittebantur, habetur in vita S. Albini Andegauensis. Apud Græcos vt scribit Cabasilas in Explicatione Liturg. c. 32. panis residuus ex eo è quo decerpta fuerat hostia, eo ipso habebatur benedictus, & distribuebatur fidelibus. dicebatúrque ἀντίδωρα, eo quod vice corporis Christi traderetur. Vt enim ex D. Augustino dicebam, non est hic panis corpus Christi, licet sit Sacramentum siue symbolum mysticum ipsius corporis Christi.

Onomastikon Eucharisticum.

Panis benedictionis.

Origenes Tract. 35. in Matth. cum de hymno in fine cœnæ. Accipit autem *benedictionem* pro consecratione. Vel quia hoc est sacrificium laudis & benedictionis exquisitissimæ quam Deo pendimus, vocat Eucharistiam *panem benedictionis.*

Panis cœlestis, vita vniuersi.

Liturgia S. Iacobi.

Panis cœli.

Psalm. 77. & ibi Cassiodorus ad illud, *pluit illis manna.*

Tractans Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 10. locum illum Psalmi, *panem cœli dedit eis*, ad Eucharistiam sic eum accommodat. [*Panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo.* Quisnam hic panis cœli, panis Angelorum ? Numquid Angeli illo pane cibantur in cœlo, quem populus ille colligens similem coriandro, fraugebat mola, siue terebat mortariolo ? Ergo panis cœli, panis Angelorum, ipse est qui in Euangelio suo dicit, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Hic enim victus est & vita est Angelicæ substantiæ, nam in eum desiderant Angeli prospicere, quod quia facere contempsit Angelus, cecidit & factus est Diabolus : qui &

Sectio V.

huius panis sempiternam pariens inediam, semper est pallidus, & mors illum sequitur. Digna ergo Prophetæ exclamatio, digna admiratio, quia ianuis cœli apertis, panem Angelorum manducauit homo. Vnde hoc? videlicet ex eo quod *mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit:* id est præostendit Apostolis, siue etiam Prophetis de quibus illud est, *Tenebrosa aqua in nubibus aeris*, id est occulta scientia in Prophetis: & deinde per semetipsum clausas priùs hominibus ianuas cœli aperuit, solutis in carne sua veteribus inimicitiis, sicque terrenis cœlestia coniunxit, id est homines Angelis sociauit, vt eodem vescantur pane cœli: illi in cœlestibus in manifesto conspectu diuinitatis, isti adhuc in terra positi in Sacramento pietatis, de quo dicit Apostolus, *Magnum est* (inquit) *Sacramentum pietatis, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.* Equidem illhic panem cœli, panem Angelorum singulatiter, hîc autem *ego panem vobis panes*, pluraliter dictum est. Nullam tamen suspiceris dissonantiam. Nam & illic pluraliter subiunctum est, *cibaria misit eis in abundantia.* Ergo secundùm se, panis vnus Christus, vel vnum corpus Christi: verumtamen secundùm locales Ecclesias, & secundùm offerentium personas, siue accipientium innumerabiles populos, *cibaria* siue *panes*, tectè dicas pluraliter.

Panis concordia quem qui sumunt non litigant.

S. Augustinus Tract. 26. in Ioan.

De re ipsa dictum plenè est sect. 4. cap. 2. cum de Eucharistia Sacramento charitatis. Et c. 3. cum de depulsione tenebrarum itæ per lucem Eucharistiæ. Hîc rem duntaxat illustro appositione historiolæ quæ legitur in Annalibus seruorum B. Mariæ centur. 2. lib 4. cap. 13. *pag. mihi* 130. B. Biuda vidua, vnicum filium à familiæ hostibus interemptum lugebat immedicabiliter: nec tam odio quàm rabie æstuabat erga ficarios, vt prudens quisque ex dolotis magnitudine facilè æstimabit. Eorundem porrò siccariorum truculentia & maliguirate pluſquàm barbara effectum est, vt mater in conuiuio fraudis ignara appositum vnici filij cor comederit in cœna pluſquám Thyæstea. Mirum dictu. Cibata filij corde mater, cor illico muranit, & restincta ira planéque positis odiis, orbitatem suam patientissimè deinceps tulit. Nec ita multo post, renuncians sæculo, & adscripta Ordini Seruorum, insigni sanctitatis laude, viram concluſit. Accipimus in Eucharistia cum reliquo Christi corpore, einsdem sacrum cor. Quis dubiter, cibationem ex eo corde quod amore puriſſimo in proximum flagrauit, pollere ea efficacitate ad conciliationem concordiæ, & restinctionem irarum, qua appositum ditè ac nefariè cor Filij erga ſic paſtam martem valuit? Est ergo Eucharistia panis concordiæ quo qui cibantur sunt mites.

Panis cor hominis confirmans.

S. Ambtosius in Psalm. 118. serm. 18. ad illud *adolescentulus sum ego*, (Ipse legit, *iuuenis sum ego & despectus,*) pulchrè hunc titulum enucleat, Et videtur ad eius doctrinam respexisse Iesse Ambianensis in Encyclica ad suos, qui præscripturus communionem infantis baptismo iniatiari, ait. [Nouissimè corpore & sanguine Christi confirmatur infans.] Clariùs S. Cyrillus Catech. 5. ait hunc panem confirmare substantiam animæ, nempè ne amittat vitam spiritualem, & idcircò dici panem superſubstantialem. Eadem leguntur apud S. Ambrosium l. 5. de Sacr. & l. 3. de Fide c. 7.

Neque tamen negandum est, confirmari quoque, hoc panè cor hominis, id est corpoream vitam fulciri & firmari, ita vt subtracto corporei alimenti subsidio, sola hac adipe frumenti sustentatus homo, possit incolumis ad longum tempus durare. Testis senex ille apud Moschum c. 100. Lymon. Nomen illi erat, Petro Pontico, degebatque in Monasterio Turrium ad Iordanem. Rogauit is fratrem Theodorum, vt veller secum pergere ad montem Sina, nullo sumpto cibo. Quod renuente præstare Theodoro, senex oratione præmissa, profectus nihil toto eo itinere comedit, nisi post sumptam in Sina monte Euchatistiâ, similiter è Sina perrexit Alexandriam ad S. Menam planè jeiunus, sed denuo refectus ibi cœlesti panè, materialem postea cibum percepit. Idem præstitit continuato itinere à S. Mena vsque ad sanctam Ciuitatem, In hoc ergo toto tantóque itinere impastus præterquàm tribus locis prædictis, vegetante se Encharistia, & cor eius confirmante, in fortitudine diuini panis, homo annosus peruenit ad tam dissita loca incolumis. Ludouicum Pium Imperatorem per totos quadraginta dies hæsisse ieiunum, sola Eucharistia quotidie pastum narrant eius vitæ Acta *sub finem.* Eodem Ludouico Pio regnante, vt scribit Sigebertus & Aymon. lib. 5. cap. 19. puella Tullensi post Eucharistiam sumptam, toto triennio hæsit ieiuna. Per quinque quadragenas idem contigisse virgini nomine Felici, scribit in eius vita Bonsignorius Cacciaguerra. Similéque de aliis plerisque recitat Thomas Bosius l. 15. de signis c. 2.

Panis Dominicus, quo Saluatoris corpus ostenditur.

Theophilus Alexandr. Epist. 1. Paschb. refellens Origenem. [Ad aliam (inquit,) eius veniamus impietatem, quam velut de profundissimis tenebris eructans loqnitur, & blasphemiarum suarum pessimam mundo reliqnit memoriam. Dicit enim Spiritum sanctum non operari per ea quæ inanima sunt, nec ad irrationabilia peruenire. Quod asserens non recogitat, aquas in baptismate mysticas aduentu sancti Spiritus consecrari, panémque Dominicum quo Saluatoris corpus ostenditur, & quem frangimus in sanctificationem nostri, & sacrum calicem, quæ in mensa Ecclesiæ collocantur, (& vtique inanima sunt,) per inuocationem & aduentum S. Spiritus sanctificari.] Ex his verbis S. Hieronymus Epistolæ illius interpres, hunc fructum erui docet in præfatione ad eam. [Mirati sumus in opere tuo vtilitatem omnium Ecclesiarum, vt discant qui ignorant eruditi testimoniis scripturarum, qua debeant veneratione *sancta* suscipere; & altatis Christi ministerio deseruire, sacróque calices, & sancta velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis, non quasi inanima & sensu carentia, sanctimoniam non habere, sed

ex

ex consortio corporis & sanguinis Domini, eadem qua corpus eius & sanguis majestate veneranda.]

Panis de pane cœlesti.

Origenes Tract. 35. in Matth. hunc Eucharistiæ titulum his verbis suppeditat. [Panis iste, quem Deus verbum, corpus suum esse fatetur, verbum est nutritorium animarum, verbum de Deo Verbo procedens, & panis de pane cœlesti, qui positus est super mensam de qua scriptum est, *præparasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me.* Et potos iste quem Deus Verbum sanguinem suum fatetur, Verbum est potans & inebtians præclarè, corda bibentium, qui est in poculo de quo scriptum est, *Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est!* Et est potus iste, generatio vitis veræ, quæ dicit *Ego sum vitis vera.* Et est sanguis vuæ illius, quæ missa in torculat passionis, protulit potum hunc. Sic & panis, est verbum Christi, factum de tritico illo quod cadens in terram bonam, multum reddidit fructum.]

Panis Dei, panis cœlestis, panis vita.

S. Ignatius Epistola ad Rom.

Panis divinus.

Anastasius Sinaïta Orat. de Communione.

Panis Domini, Panis Dominus.

S. Augustinus Tract. 59. in Ioan.

Panis eductus de terra.

S. Anselmus lib. de Sacram. altar. p. 2. c. 9. [Duplicitet (inquit,) intelligitur cato Christi vt spiritualis illa sit diuina, de qua ipse dicit, *Caro mea verè est cibus*, & cato illa quæ crucifixa est & sepulta. De carne enim illa priori quæ crucifixa est, hæc altera procedit: & secundùm Psalmistam, *educit Deus panem de terra*, cum à terreni corporis agro quem à nobis assumpsit, mysterium profert cœlestis panis, ac poculi salutaris quo refeitur Ecclesia.

Panis Eucharistizatus.

S. Iustinus Apol. 2. nominat Eucharistiam ἄρτον ἐυχαριστηθέντα, *super quo gratia sunt acta.* Quo etiã modo S. Irenæus lib. 4. cap. 34. vocat Eucharistiam, *panem in quo gratia acta sunt.* Quia verò illæ gratiæ, idem fuit quod *consecratio* seu *benedictio immutans*, panis Eucharistizatus idem est quod panis consecratus & conuersus in corpus Christi.

Panis facierum.

Exod. 25. iuxta Hebræos Doctores, ibi.

Qui in vulgata, dicuntur *panes propositionis*, diuino iussu collocandi in mensa Domini, ab Hebræis dicuntur *panes facierum*, vt fusè prosequitur Galatinus lib. 7. cap. 6. Quanquam quod *faciem* vult ibi accipi pro substantia, & significari ea locutione, panem Eucharistiæ continere diuinitatem simul & humanitatem, minus quadrat, vt latè prosequor in Tractatione de speciebus Sacramentalibus, sect. 1. p. 2. V. *Panis facierum* Commodiùs autem binæ facies panis Dominici semper in mensa Domini proponendi donec veniat referuntur ad internam faciem Christi de duplici substantia constitutam, & ad externam in speciebus conspicuam, quem sensum indicat Rupertus, exponens mensam inauratam de auro purissimo l. 4. in Exod. c. 7. [Cur (inquit de mensa,) non fusilis aut ductilis est tota ex auro, sed facta de lignis Sethin, inaurata auro purissimo videlicet quia specie vtræque panis & vini, de terra sumuntur; vtræque de communi vel publico: hæc de granario, illa de apotheca capiuntur: sed accedit substantiatum atque specierum creator Deus, atque formator Spiritus sanctus: autúmque verbi Innati, aurum Christi crucifixi, mortui, ac sepulti atque post gloriosam resurrectionem assumpti in cœlum, ad dexteram Patris, non superficie tenus inducit, sed efficaciter hæc in carnem & sanguinem eius conuertit, permanente licet specie exteriori.]

Onomasticon Eucharisticum.

Panis futurus.

S. Athanasius lib. de Humana natura suscepta contra Apollinarium.

Vocem ἐπιούσιον quam vulgatus vertit *quotidianum*, S. Athanasius ait sonare *futurum*; ac proinde quotidianum panem quem petimus, (id est Eucharistiam, vt exponunt multi Patres apud Durantum 2. de Ritibus cap. 48. num. 26.] ait vocati debere *panem futurum.* Quomodò verò panis futurus, si quotidianus, quo pacto vocem ἐπιούσιον exponunt Nyssenus Orat. 4. in Orat. Dom. Basilius reg. 252. breuium Chrysostom. Theophilactus, Euthymius Matth. 6. Dicendum videtur, vocem, ἐπιούσιον quæ propriè sonat *supersubstantialem*, significare panem qui sit supra omnem substantiam & alimoniam præsentem siue nostratem, atque adeò significare panem futurum.

Panis inconsumptibilis.

Acta S. Leontij 18. Iunij.

Panis mirabilis, sine agricultura.

Gregorius Nyssenus lib. de Vita Mosis, tractans cibum Iudæis in deserto prouisum, eómque referens ad Eucharistiam, ait. [Illud prætermittendum nullo pacto est, quod postea quàm mare transierunt, posteaquàm amaritudo aquarum, sitienti virtute ligni in dulcedinem conuersa est, posteaquam deliciosè apud fontes & palmas fuerunt postea denique quàm ex lapide biberunt; tunc quæ ab Ægypto viatica & cibos sibi assumpserunt, penitus eos defecerunt; tunc omni cuiusmento quod ab Ægypto ferebant absumpto, desuper sibi defluit cibus varius simul & simplex. Simplex visu atque vnicus. Qualiter varius? Ad singulorum cupiditates se vertens. Quid igitur hinc discimus? Quod oporteat videlicet, fide, baptismate, labore, omni virtute, omni Euangelica doctrina mundos purósque animos nostros facere, ita vt omnino alienigenæ mores & Ægyptiaca vita, vitiorum scilicet omnium turba nos deficiat; & demum depurato defœcatóque animo, cœlestem cibum esse suscipiendum, quem nulla nobis satio agriculturæ artibus produxit. Sed panis est absque semine, absque aratione, absque alio humato opere nobis paratus. Is desuper defluens, in terris inuenitur. Panis enim qui de cœlo descendit, qui verus cibus est, qui ænigmaticè hac historia significatur, non incorporea quædam res est. Quo enim pacto res incorporea, corpori cibus fiet? Res verò quæ incorporea non est, corpus omnino est. Huius corporis panem, non aratio, non satio, non agricolarum opus efficit; sed terra intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes mysterium Virginis perdocti facilè saturantur. Is igitur mirabilis sine agricultura panis, varietate qualitatis, ad suscipientium habitudinem, virtutem suam commutat.]

Panis mysticus,

Origenes hom. 13. in Leuit.

Panis pinguis præbens delicias Regibus.

Sect. V. S. Hippolytus, & S. Cyrillus in Catena Gen. 49. & ibidem Eucherius, ac Procopius, & Rupert. lib. 9. in Gen. c. 34.

In benedictione Aser, qui *dixitem*, atque adeò Christum sonat, vt pulchrè monstrat S. Ambrosius lib. de Bened. Patriarch. cap. 9. dicimur panem eius pinguem fore, & delicias Regibus præbentem. Hoc de Eucharistia accipiunt Patres prædicti, quæ verè est panis pinguis, id est impinguans & inebrians animam, quem inter eius effectus duodecimo loco oumerat Turrecremata Tract. de Euchar. c. 10. ex Isaiæ 30. vbi dicitur, *panis frugum terræ tuæ erit uberrimus & pinguis*: quod accipit de pane corporis Christi accepto ex terra Virginea, plenè reficiente & saginante hominem: vt propterea dicatur esse conuiuium pinguium Isaiæ 25. Item Ieremiæ 31. animæ Sacerdotum dicuntur inebriandæ pinguedine. Et Isaiæ 55. præmissa abhortatione ad comedendum bonum, (id est Christum iuxta Glossam:) additur, *& delectabitur in crassitudine anima vestra.*

Hic panis pinguis, non præbet delicias quibusuis, sed Regibus. Quod imprimis ad literam accipi potest: Quàm multis enim magnis Regibus in deliciis fuit diuina Eucharistia? Sed insigne præter cæteta est exemplum S. Vvenceslai Regis Bohemiæ, quem Mulaeus ad Vsuardum 28. Sept. ait præ affectu erga hoc Sacramentum tempore messis ac vindemiæ, suis manibus messuisse ac vindemiasse quod in sacrificiales hostiss Sacerdotum manibus erat vsurpandum. Æmulari forsassis voluit Hebræorum Sacerdotum curam. Ipsis enim incumbebat panes propositionis, serere, demetere, molere, coquere: vt ea traditionibus Hebraicis scribit S. Hieron. Malach. 1. Præter literæ verò cortitem, Eucharistia præbet delicias Regibus. His enim debetur hæc Regalis alimonia, qui sui ipsorum Reges sunt, vt Eucherius ac Rupertus supra admonent. Et Eucharistia quidem Ps. 67. pauperi parata dicitur & Psalm. 21. dicuntur esuri & saturandi pauperes. Quantumcunque autem sint ex se pauperes ac mendici quibus hic cibus apparatur, tamen Dei benignitate fiunt Reges, nec possunt satis obstupescere ob tantas delicias adeò miseris mendicabulis à beneficentissimo Deo indultas. Sensus est longe suauissimus S. Macarij hom. 7. *initio*, verbis illis expressus. [Quemadmodùm si quis ingressus palatia Regia, depictas ibi contempletur historias, & speciosa quæque: quadam in parte videat thesauros reconditos, atque etiam cum Rege recumbat, & apponantur ei hedysmata & pocula suauissima, variisque modis delectetur spectaculis illis atque ornamentis: postmodùm autem abstractus inde, in loca fœtida deducatur: Aut velut si formosissima puella, sapientissima ac locupletissima omnium, virum pauperem accipiat, humilem, deformem, pannosisque indutum, quem exuris sordidis vestimentis veste Regia induat, & impositio illi diademate coniux ei fiat; Tum mendicus ille obstupescere incipit ac dicere; Hæccine mihi misero, mendico, abjecto, & homili, data est socia? Ita se Deus gessit erga hominem miserum, & abiectum. Gustate fecit illum quæ sunt alterius sæculi, aliúmque cibum suauissimum: apetuit illi gloriam, & ornamenta regia, arcana, & cœlestia. Qui conferens illa spiritualia cum his quæ pertinent ad hoc sæculum, hæc omnia respuit, siue Regem videat, siue Principes, siue sapientes, ante oculos habens thesaurum cœlestem. Nam cum Deus sit charitas, accepit cœlestem atque diuinum ignem Christi, vnde recreationem ac lætitiam concipiens, manet illhic deuinctus.]

De variis modis tantas huius escæ delicias percipiendi & excitandi sensum palati spiritualis ad tantis saporis gustationem, differit omnino insigniter Gulielmus Paris. Tract. de Sacr. Euchar. cap. 7. proponens duodecim in eo masticanda. In viris namque piis, defectum perceptionis suauitatis huius Sacramenti, refers ad defectum mandendi cibum ea se adeò suauem. Sicut qui cibum corporeum adeò festinanter glutit, vt nullo modo dentibus commolat, suauitatem eius quantumuis insignem minimè percipit.

Panis qui de cœlo descendit.

Ioan. 6.

Varij Patres sic de hoc pane. Petrus Chrysologus serm. 67. [Ipse dixit: *Ego sum panis qui de cœlo descendi.* Ipse est panis qui satus in Virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulchri, in Ecclesia conditus, illatus altaribus, celestem cibum quotidie fidelibus subministrat.] Petrus Blesensis serm. 13. *in fine.* [Panis qui de cœlo descendit, formatus in vtero Virginis, decoctus in clibano crucis, dispensatus per Sacerdotes super manum altaris.] Similia ea S. Ambrosio allegat S. Thomas opusc. 58. cap. 15. Sed & Fortunatus ad quartam petitionem Orationis Dominicæ. [Quisquis sd veram salutem peruenire meruit, Christum esse panem vitæ perpetuæ non ignorat, quia dixit. *Ego sum panis vitus qui de cœlo descendi.* Vnde iste panis non est communis cum reliquo, quia ille corpus protegit, iste nouit animas eunrire; & qui illum manducat, esurit: qui autem isto fruitur, oulla fame torquetur. Et ideò tanto magis iste cibus quærendus est, quanto plus reficit epulatus.] Addit dici quoque panem quotidianum, quia cum iste sit vita nostra, à nutrimento nostro peregrinos nos facimus, nisi quotidie Eucharistiam percipiamus.

Petrus Collensis lib. de Paubus cap. 4. *initio.* [Venit Dei Filius natus ex Virgine absque fermento culpæ, & tulit de Massa humanæ naturæ solummodò farinam incorruptæ carnis, non fermentum seu fomentum originalis peccati. Cribru namque Spiritus sancti euentilauit furfur iniquitatis à sacrosancta carne, concepta in vtero de vtero Virginis. Animam quoque rationalem in vnitate personæ sibi assumpsit. Et carnem quidem in sacrosancto cœnæ conuiuio, tanquam repatationis azyma nobis apposuit.]

Quod multo admirabilius est, Sybilla Babylonica vel Erythræa tanto ante Christum, Eucharistiam designauit nomine *panis qui de cœlo descendit.* Eius hi versus Græcè referuntur à Theophilo ad Autolycum lib. 2. in fine, & à Lactantio lib. 4. cap. 13. Reddam Latinè verbatim.

Deum verò colentes verum sempiternúmque,

Vir am

Vitam hæreditate acquirent in æternum tempus, ipsi
Habitantes Paradisi æquè per amœnum hortum,
Edentes dulcem panem è cœlo stellato.

Hæc non posse de alio pane quàm Eucharistico accipi, fusè prosequitur Thomas Bosius lib. 14. de Signis cap. 2.

Panis quotidianus.

Chromatius in cap. 6. Matthæi, Fortunatus ad quartam petitionem orationis Dominicæ, & veterum plerique apud Maldonatum Matthæi 6. num. 11.

Infert ex hoc Eucharistiæ titulo S. Ambrosius lib. 5. de Sacrament. cap. 4. [Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodùm Græci in Oriente facere cósueruntAccipe quotidie, quod quotidie nbi prosit. Sic vive, vt quotidie mereari accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quomodò Iob sanctus pro filiis suis offerebat quotidie sactificium, ne fortè aliquid vel in corde, vel io sermone peccasseot. Ergo tu audis quod quotiescunque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, elevatio Domini significetur, & remissio peccatorum; & panem istum vitæ non quotidianum assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est quia sub peccato sumus. Medicina est cœleste & venerabile Sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est.]

Eandem illationem ex prædicto Eucharistiæ titulo, Chromatius loco allegato. Videndus verò de vi illius illationis Sherlogus Anteloquio 4. in Cant. sect. 11. num. 85. qui observat non paucos DD. nomine panis huius quotidiani, aliud intelligere quàm Eucharistiam, etiamsi in eius vocis significato, Eucharistiam quoque comprehendi velint. Et ita apertè S. Cyprianus lib. de Orat. Dominica in expositione huius petitionis, & plerique quos allegant & sequuntur Bellarminus lib. de Orat. cap. 6. & Suarez lib. 3. de Orat. num. 18. Hæc verò bifariis illarum vocum sententia, nobis non incommodat. Neque enim novum est, vt idem scripturæ locus etiam ad litteram sit multiformis, de quo plenissimè Sherlogus Anteloquio 1. in Cant. sect. 4. num. 24. & anteloq. 11. sect. 6. à num. 51. Vnicus ergo locus primigenius, ab interprete alicubi expressus est per panem quotidianum, puta apud Lucam, & in formula precandi passim à fidelibus frequentata: alibi verò expressus est per panem supersubstantialem, nimirum Matth. 6. Et ita legerunt S. Ambrosius lib. 5. de Sacram. cap. 20. & Cassianus collat. 9. cap. 20. Er est verè Eucharistia cibus supersubstantialis, ac si quid præterea ad emphasim pertinens adijci potest, vt infra dicam V. *Panis supersubstantialis*, & est etiam *Panis quotidianus*, vt delicta quotidiana laxentur, & præseruemur à quotidianis in graues culpas incurrendi periculis. Est item *panis quotidianus*, quia duntaxat per huius vitæ tempus quod hodie cognominatur, nec nisi quotidianum est, vsurpatur sub tegmine Sacramenti. Iuxta quam doctrinam expeditum breuiter manet quod longa disputatione excutiunt. Maldonatus Matth. 6. & Angelus Caninius lib. de Locis Noui Testamenti cap. 14. ac Bellarminus lib. de Orat. cap. 6. scrutantes quomodò idem panis, dici potuerit supersubstantialis, & quotidianus.

Onomasticon Eucharisticum.

Panis sanctus vitæ æternæ.

Canon Missæ.

Bellè huic titulum Eucharistiæ illustrant illa Algeri lib. 1. contra Beteng. c. 19. [Sua ex se similitudine Sacramentum significat, sicut cum Dominus dicit, *caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.* Et; *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi:* quia sicut cibus & potus temporalem vitam, sic ipse dat æteroam. Vnde ait; *si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Et meritò: si enim tanta vis est in cibo qui non viuit nec manet, vt labentem vitam huius temporis foueat & retineat quamdiu. Deo placuerit; quanto magis Christus cibus viuens immortaliter, vitam æternam conferre credendus est quibus sibi placuerit? Magis enim credendus est vitam conferre qui vitam in se habet, & vita est; quàm qui non habet. Cum enim sit via, & veritas, & vita, corpus eius nobis viaticum est, ne moriamur & deficiamus in via, sed perducamur ad vitam. Veritas est, ne eius promissionibus fallamur. Vita est; vt ea io peruentione felicitet fruamur. In hac ergo mortali vita, immortali cibo vitæ æternæ nos pascit, ne in æternum moriamur.]

Panis sanctificatus.

Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. Marcus Eremita lib. de Melchisedech.

Panis secundum mysterium.

Acta S. Arsenij.

Idest, qui ad retinendum mysterij arcanum, vt fides circa hoc Sacramentum habeat locum; apparet panis, ne reneta est. Celebraot enim ea in parte Patres Dei sapientiam, quod vt fides hîc locum haberet, grandi miraculo veritatem sui corporis, tegmine exuuiarum panis obtexerit.

Panis simul & caro.

Hesychius lib. 2. in Leuit. cap. 8.

Locus est luculentus; sed cui emplastrum est necessarium, ne videarur Impanatoribus fauere. Sic ergo habet Hesychius. [Præcepit Dominus eis dicens, *coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas.* Et sicut addunt 70. *in loco sancto.* Est autem locus sanctus, altare; Ibi enim sanctus sanctorum tequiescit. Sed quid addidit? *Et ibi comedetis eas. Panes quoque consecrationis*, (siue vt 70. edunt) *& panes qui sunt in canistro consummationis, edite sicut præcepit mihi Dominus. Aaron & filij, eius comedent eos.* Quomodò ergo in his non admiranda sit sapientia spiritus? Nullam quippe dubietatem huiusmodi intellectui dereliquit: Propterea carnes eum panibus comedi præcipiens; vt nos intelligeremus illud ab eo mysterium dici, quod simul panis & caro est, sicut corpus Christi panis viui qui de cœlo descendit. Propter quod Eliæ secundùm 70. editionem, carnes manè, panes autem vespere deferebant corui supernè; præfigurare hoc mysterium Domino volente, quod intus opottet in Ecclesia, in loco sancto, idest ad altare coqui & comedi, alibi verò nequaquam.] Est ergo diuina Eucharistia iuxta Hesychium, *panis simul & caro.* Non est sensus, Eucharistiam esse reipsa panem simul & carnem, siue compenetrantibus se panis & carnis Christi substantiis; siue sub-

Sectio V.

stantia panis ad subsistentiam Verbi pet Christi corpus euecta, vt Rupertus & Ioannes Parisiensis commenti sunt, cum manifesto errore contra fidem. Tantum itaque voluit Hesychius, Eucharistiam esse teipsa carnem, specie autem externa esse panem: & eatenus simul esse panem & carnem.

Panis substantialis, ad totius hominis vitam salutémque proficiens.

Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. Cyrillus Catech. 5. Mystago.

Videtur Eucharistia dici *panis substantialis*, quia est substantia fouens substantiam absconditi cordis hominis. Nam Christus qui est animæ alimentum, est vera substantia. Difficultas tamen est, quomodò hæc substantia dicatur præterea proficere ad vitam & salutem corporis. Verba enim de hoc Sacramento prolata, spiritus & vita sunt: & sicut hîc Christus ad modum spiritus homini porrectus spiritum eius viuificat; ita cato carni collata, non videtur prodesse quicquam, vt infinities contestantur Patres, negantes huuc esse cibum corporis, aut esse hîc parandum dentem & ventrem. [Erit qui ad hunc nodum expediendum, & mouistrandum quomodò Eucharistia corporis vitæ salutique proficiat, adducenda existimet exempla quædam sanctorum, qui referuntur ad longum tempus vixisse sola Eucharistia pasti. Ludouicum Pium Imperatorem scribit Aimonius lib. 5. de Rebus Francorum cap. 19. per 40. dies nihil terreni cibi aut potus gustasse, solo Christi corpore refectum. [Laudante eo iustitiam Dei & dicente, *Iustus es Domine*, vt quia quadragesimæ tempus non ieiunans exegi, saltem coactus idem tibi ieiunium exoluam.] S. Ioannem Calybitam statuisse solo Christi corpore pasci, habent eius Acta: De S. Maria Magdalena canit Petratcha carm. de Adolescentia sua.

Bis tria lustra, cibi nunquam mortalis egentem
Rupe sub hac alui; tam longo tempore, solis.
Diuinis contenta epulis, & rore salubri.

Idem lib. 4. rerum memorand. cap. 9. mulierem fuisse scribit Perusiæ, quæ toto septennio nihil cibi acceperit præter diuinam hostiam. De alia muliere cui *Columbæ* nomen, & de alia Germanica, quod annos integros sola Eucharistia refectæ exegerint, scribit Lilius Gyraldus dialo. 17. De alia cui nomen *Felici*, sua memoria, quod tres totas quadragenas sola Eucharistia percepta vixerit, prodit Thomas Bosius lib. 15. de Signis capit. 3. Alia per triennium idem seruauit apud Sigebertum in Chron. sub annum 813. De Nicolao à Saxo, sic canit Henricus Glareanus in descriptione Heluetiæ.

——*Huic est vasta pius incola eremi,*
Nicolaos qui vno & viginti fobrius annis,
Nil potus esúsque vlus: mysteria cœli
Edoctus, sacro viuebat corpore Christi.

Diffusiùs id narratur ab Hentico Lupulo in historia sancti huius Eremitæ, fuséque confirmatur à Ioachimo Eichornio, in auctiore editione eiusdem historiæ. Attestatur Nauclerus Generat. 50. & ex Corn. Aggrippa, qui tunc cum ea scriberet, superstes esset Nicolaus, astipulatur Lælius Bisciola tom. 1. subsec. lib. 16. capite 2.

An igitur hanc ob causam, Eucharistia ad corporis quoque vitam & salutem dici potest proficere, quod aliqui ea sola pasti, aliis cibis abstinentes, vixerint ad longam moram? Non puto. In his enim adeò præter legem & vsum communem exemplis, non est putandum Eucharistiam fuisse pro cibo & conuersam in alitum eique subministrasse spiritus, & reparationem dispendiorum per calorem natiuum illatorum corpori. Sed Deus ad præsentiam diuinæ Eucharistiæ, miraculo tesocillabat huiusmodi abstinentes, longè efficaciùs quàm auicula illa apud Prosperum in dimid. temp. cap. 6. ori puellæ, noctis medio; nescio quid infundens per septuaginta dies ac noctes; planè ieiuuam nullo pallore vel debilitate confectam, quin potiùs robustam succo viscerum, mole membrorum dæmoniaca arte seruauit. In actis Nicolai de Saxo Eremitæ *pag.* 53. narratur cum ter duntaxat in mense communicater sola assistentia in communione Sacerdotis, miram confortationem & vigoris reparationem sentire solitum. Eundemque aliquando fassum. [Dominicæ Passionis euenire memoria, vs vbi primùm animæ corporisque Christi separationem meditando contingeret, ineffabili cor suum perfundi dulcedine; qua deinde sustentatus, communis vitæ nutrimenta facilè contemneret.]

Vera itaque ratio, qua Eucharistia ad vitam salutémque corporis proficit, ea est quam suppeditat his verbis Paschasius lib. de Sacram. cap. 19. *initio*. [Totus homo qui ex duabus constat substantiis redimitur, & ideò carne simul Christi & sanguine saginatur. Denique non sicut quidam volunt; anima sola hoc mysterio pascitur, quia non sola redimitur morte Christi & saluatur; verùm etiam & caro nostra per hoc ad immortalitatem & incorruptionem teparatur. Carni quidem caro spiritualiter conuiserata transformatur, vt & Christi substantia in nostra carne inueniatur, sicut & ipsum nostram in suam constat assumpsisse Deitatem.] Sic accipio quod S. Cyrillus Catech. 5. mystago loco proximè adducendo, ait, Eucharistiam distribui in corporis & animæ vtilitatem. Videsis etiam S. Irenæum lib. 5. c. 2.

Panis supersubstantialis.

Augustinus serm. 28. de Verbis Dom. qui exscriptus est ex S. Ambrosio libro 5. de Sacramentis capite 4. Durandus Troarnensis parte 4. libri contra Berengar.

Vox Græca est ἐπιούσιος, quam S. Ambrosius expendit, præ se ferre panis Eucharistici, animam non corpus fulcientis, præcellentiam. Id quod confirmat his verbis S. Cyrillus Catech. 5. mystag. tractans quartam petitionem Dominicæ Orationis. [Panis hic communis, non est ἐπιούσιος, ideſt supersubstantialis. Panis verò iste sanctus, supersubstantialis dicitur, eo quod substantiam animæ confirmet. Panis hic non in ventrem descendit, & in secessum emittitur, sed per te totum ad corporis & animæ vtilitatem distribuitur.] Non negat S. Cyrillus species Sacramentales & Christum illis obtectum demitti in stomachum: sed tantùm vult, non digeri in ventre, ita vt pars Christi speciebus contecti, excernatur in stomacho & intestinis, ac vt reliquis cibis assolet tanquam fœculentum quid egeratur in latrinas. S. Ambrosius lib. 5. de Sacrament. & ex eo S. August. serm. 32. de Verb.

Verb. Dom. ferè similiter loquuntur, & ex adiunctis liquet, sensum esse, hunc panem non transire in corpus sumentis, idest non conuerti in illud vt accidit cibo corporeo. Perelegantèr in hanc rem disserit Durandus loco allegato adducens insuper Paschasium.

Onomasticon Eucharisticum.

Itaque supersubstantialis panis dicitur Eucharistia, vt significetur esse supra corporei panis substantiam, qua corpus solum reficitur. Verùm Barbarus, multò auctiùs de hac præcellentia nomine *supersubstantialis* expressa, staruit. Nam lib. de Sacramentis diuinis, in expositione Orationis Dominicæ ait panem supersubstantialem dici, qui est super omnes substantias, & vniuersas superat creaturas, cuiusmodi est solus panis viuus qui de cœlo descendit. Profecit Rabanus ex Hieronymo qui in c. 6. Matthæi, & ad Titum 2. obseruat, 70. solere vocem Hebræam *Segulla*, Græcè voci ἐνιούσιος respondentem, vertere περίουσιον. Symmachum verò eâdem vocem exprimere per vocem ἐξαίρετον, quæ idem sonat quod *egregium*, vel *eximium*, atque adeò *peculiarem*, ob excellentiam insignem. Denique Cassianus collat. 9. cap. 20. tractans illam petitionem Orationis Dominicæ, qua petimus panem ἐνιούσιον, ait: [Illud nobilitatis ac substantiæ eius significat qualitatem, qua scilicet super omnes substantias sit atque omnes creaturas sublimitas magnificentiæ eius ac sanctificationis excedat.]

Quia tamen vox ἐνιούσιος quæ si ab, *usia* siue *substantia* deriuetur, vertitur *supersubstantialis*, vt hactenus tradidimus, deriuari poterit à verbo ἔιμι, quod significat *ire*, vnde ἐπιέναι idest *aduenio*: Inde factum est, vt pani ἐνιούσιος, ab aliquibus vertatur *panis adueniens*. Consonátque quod S. Hieronymus Matth. 6. testatur se in Euangelio quod dicitur secundùm Hebræos, pro pane supersubstantiali, reperisse scriptum *manbar* idest *crastinum*. Erasmus Matth. 6. & Lucæ 11 *posstridianum* vertit. Nam etiam Actorum 7. ἐπαύριον ἡμέρας dicitur *postera dies*. Id quod Erasmus refert ad moderatam curam futuri; quasi petatur tantùm panis, non in multa secula, sed duntaxat in crastinum, seu pomeridianum diem. Et quia is qui vesperi orat pro victu posstridiano, aliud non petit quàm victum quotidianum, inde factum putat, vt alibi interpres adhiberit vocem *quotidiani panis*, loco *panis crastini*. Id ipsum videtur tradere Angelus Caninius lib. de Locis Noui Testam. cap. 14. variatis duntaxat nonnullis minutiis. Ait enim ἐνιούσιος esse nouam vocem ab interprete Matthæi, (quem plerique censent fuisse S. Ioannem Euangelistam,) primò adhibiram. Negat verò ea voce significari, vel *substantialem*, vel *supersubstantialem*. Sic enim dicendum forer ὑπερούσιος, & ἐνιαύσιος, vel saltem ἐνοῦσιος. Cum igitur Matthæi interpres in Hebraico textu legisset vocem *Dimhar*, vt D. Hieronymus refert, nec suppeterer Græca vox respondens voci illi textus primogenij, formauit nouam vocem ab ἐπιοῦσα quod est *posstridie* siue *cras*, denominans ἐπιούσιον. Græci enim quod crastinum referat, verbum nullum habent sed *cras δύριον* dicunt. Simili licentia S. Lucas deficiente Græca voce quæ responderet voci Syriacæ Rachimtâ, effinxit primus vocem κεχαριτωμένη. Et præiuerant septuaginta, multa & ipsi Græca vocabula nouantes, vt notionem vocis Hebraicæ exquisitè redderent. Hæc sunt quæ Caninius, supra expositam ex Erasmo doctrinam tradit, in cæteris consentiens; & *quotidianum panem*, pro *crastino* dictum admittens. Id nimis coactum esse ait Theodotus Beza Matth. 6. eadem facilitate repudiandus, qua id asserit.

At S. Ambrosius libro 5. de Sacram. c. 4. putat panem ἐπιούσιον dictum esse à Latino interprete *quotidianum*, quia Græci aduenientem diem idest hodiernam & iam appetentem, vel occœptam, vocant ἐπιοῦσα ἡμέρα. Et consonat quod Marius Victorinus lib. 1. contra Arium panem ἐπιούσιον vertit *panem hodiernum*, quo scilicet quotidie hodiéque egemus: vt propterea Seuetus Alexandrinus lib. de Ritibus baptismi & Synaxeos apud Syros, legat *panem indigentiæ*. Omnes hæ panis supersubstantialis notiones, optimè cadunt in Eucharistiam, & nominatim dici potest Eucharistia *panis crastini*, quia idem cibus, qui hîc opertus tegminibus specierum nos pascit donec cognominarur hodie, reuelatus & retectus apertè cibabit nos in cœlo, vt dixi supra V. *Panis futurus*.

Panis superuenturus, panis substantiuus, panis iusti.

S. Hieron. in c. 18 Ezech.

Panis *superuenturus*, idem est qui panis *futurus*, vel panis *crastini* de quo proximè. Panis item *substantiuus*, idem est cum pane substantiali, de quo iam actum. Panis verò *iusti* quis sit, audiendus est S. Hieronymus, tractans illud *panem suum esurienti dederit*, vbi præfatus id videri dictum de eleemosyna, quam quis non de rapina sed de suo fecerit; addit: [Melius autem est, vt intelligamus panem iusti eum esse, qui dicit *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, & quem in oratione nobis tribui deprecamur. Panem nostrum substantialem siue superuenturum da nobis, vt quem postea semper accepturi sumus, in præsenti sæculo, quotidie mereamur accipere. Hunc panem iustus esurientibus tribuit, de quibus scriptum est, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam*. Quia qui iustus est, communem omnium panem, suum facit proprium; qui defecerat in Iudæa, Propheta dicente, *auferam ab eis fortitudinem siue baculum panis*. Hoc quod loquimur, si tamen Christi sumus, imo quod Propheta commemorat, panis credentium est & esurientium. Qui omnino non dandus est iis qui manducauerunt, & biberunt, & saturati sunt, & incrassati calcitrauerunt, de quibus dicitur; *Vos qui saturati estis nunc, quia esurietis*, ne cuomant illum, dicente Salomone, *Euomet enim & contaminabit sermones tuos bonos*. Quod aliis verbis Saluator loquitur, *ne detis sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*.] Est ergo eo loco iuxta S. Hieronymum, diuina Eucharistia, *panis iusti*.

Neque ramen Eucharistia ita dicitur *panis iusti*, vt Sacramento renus non sumatur eriam à malis. Verè quippe, sed absque participatione Spiritus, percipi à malis corpus Christi, confirmant larè Guitmundus lib. 3. contra Bereng. & Algerus lib. 1. cap. 21. & Alphonsus de Castro V. *Eucharistia* hæresi 11. Dicitur ergo Eucharistia, *panis iusti*, quia soli iusto proficit, & in eum duntaxat finem est institutus,

vt

Sectio V.

vt augeat iustitiam siue sanctitatem, quod nisi iusto conferre non potest.

Panis verbi omnipotentia caro factus.

Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. Siue *Verbum* pro diuina persona secunda, sine pro Dei locutione sumamus, verum est, panem in hoc mysterio carnem fieri per verbi omnipotentiam. Nam & Christus est qui panem transmutat, vt dixit S. Chrysostomus homil. 83. in Matth. & hæc omnia præstat verbo suo, quod à Sacerdotibus in sua ipsius persona vsurpari & frequentari mandauit. Et sicut olim verbo dixit & facta sunt omnia, ita hic operatorius est sermo Christi, vt perpulchrè differit S. Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4.

Panis verus.

Ioan. 6.

A tribus veri panis effectibus, satietate, confortatione, & vitæ conseruatione hanc Eucharistiæ denominationem petit & illustrat S. Th. Opusc. 58. c. 25. Cæterum ex Christi Domini mente eo loco vnde hic Eucharistiæ titulus depromptus est, fit collatiu Eucharistiæ cum manna, quod præ Eucharistia non est verus panis de cœlo. Et in hoc sensu, S. Ambrosius serm. 18. in Psalm. 118. ad illud *adolescentulus sum ego*, inducit Ecclesiam sic sibi gratulantem. [Fuerat iam mihi ante mirandus panis de cœlo; scriptum est enim; *Panem de cœlo dedit eis manducare?* sed non erat vetus ille panis, sed futuri vmbra. Panem de cœlo, illum verum mihi seruauit Pater. Mihi ille panis Dei descendit de cœlo, qui vitam dat huic mundo. Non Iudæis descendit, non synagogæ descendit, sed Ecclesiæ descendit, sed populo Dei inuenienti descendit. Nam quomodò Iudæis descēdit panis qui vitam dedit, cum omnes qui illum panem manducauerunt, hoc est manna, quem putauerunt Iudæi verum panem, in deserto mortui sint? Quomodò synagogæ descendit, cum synagoga omnis interierit, & æterno ieiunio fidei, macerata defecerit? Denique si accepissent panem verum, non dixissent; *Domine da semper nobis panem hunc.*] Videsis supra V. *Cibus verè.*

Panis vita.

Origenes homil. 38. in Lucam S. Ambros. l. 5. de Sacram. cap. 4. S. Augustinus serm. 28. de Verb. Dom. S. Chrysostomus hom. 27. in 1. ad Cor. Allusio est ad illud, *Cibabit illum pane vitæ & intellectus.* Donauit etiam hoc nomine Eucharistiam S. Ignatius Epistola ad Romanos, illis omni sesano sapidionibus verbis. [Non comedam escam corruptionis, neque voluptates huius mundi desidero, Panem Dei volo, panem cœlestem, panem vitæ qui est caro IESV Christi Filij Dei viui, qui natus est in nouissimo & semine Dauid & Abrahæ. Et potum volo sanguinem eius qui est dilectio incorruptibilis & vita æterna.] Cur autem Eucharistia dicitur *panis vita*, ratio petenda est ab effectu fouendæ & augendæ vitæ spiritualis. Vnde S. Ambrosius, serm. 18. in Psal. 118. ad illud *adolescentulus sum ego*, [De hoc pane dictum est, *Omnes qui elongant se* à te peribunt. Si elongaueris ab eo, peribis: si appropinquaueris ad eum, viues. Hic est panis vitæ. Qui ergo vitam manducat, mori non potest. Quomodò enim morietur, cui cibus vita est? Quomodò deficiet, qui habuerit vitalem substantiam. Accedite ad eum & satiamini quia panis est. Accedite ad eum & potate, quia fons est. Accedite ad eum & illuminamini, quia lux est. Accedite ad eum & liberamini, quia vbi spiritus Domini ibi libertas. Accedite ad eum & absoluimini, quia remissio peccatorum est. Qui sit iste, quæritis! Audite ipsum dicentem; *Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet vnquam.* Audistis eum, & vidistis eum, & non credidistis el, ideò mortui estis. Vel non credite, vt possitis viuere.]

Non etit difficile, huc referre sensum Marij Victorini lib. 1. contra Atrium, qui panem ἐπούσιον idem esse dicens cum pane hodierno, & pane vitæ, ait. [Vnde deductum ἐπούσιον, quàm à substantia? Da panem nobis ἐπούσιον hodiernum. Quoniam IESVS vita est, & corpus ipsius vita est; corpus autem panis, sicuti dictum est, *Da nobis panem de cœlo.* Significat ἐπούσιον, ex ipsa, aut in ipsa substantia, hoc est vitæ panem. Sic rursus & Paulus in Epistola ad Titum, populum περιούσιον, circa substantiam, hoc est circa vitam consistentem populum; sicuti & in oblatione dicitur, *munda tibi populum circumuitalem, amulatorem bonorum operum, circa suam substantiam venientem.*] Panis itaque vitæ, Victorino idem est quod *panis victus*, seu quò viuimus, quod ad Eucharistiam vitæ seruatricem facilè aptatur.

Panis vita æterna, & calix salutis perpetua.

Canon Missæ. Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom.

Panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit.

S. Ambrosius lib. 5. de Sacrament. capit. 4. & S. Augustinus serm. 28. de Verbis Dom. Dicitur Eucharistia *panis vitæ æternæ*, quia non est panis deseruiens terrenæ huic vitæ, cuiusmodi est panis corporeus; & est viaticum ad æternam vitam, ac etiam est idem panis quo beati fruuntur. Vnde Algerus lib. 1. cap. 5. [In fine cuiusdam Missæ, oratur & dicitur, *perficiant in nobis Domine, quæsumus, tua Sacramenta quod continent, vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.* Postulat quippè Sacerdos, vt corpus Christi quod sub specie panis & vini nunc geritur, manifesta visione, sicuti reuera est, quandoque capiatur. De qua visione Dominus in Euangelio secundùm Ioannem, *qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Et de hoc eodem Sacramento legitur in passione B. Dionysij, qui dum sacrum mysterium celebraret in carcere, apparuit ei Dominus, dansque illi sancta dixit, *Accipe hoc chare meus, quod mox complebo tibi vnà cum Patre meo,* Ac si diceret: Quod tibi do modò in viatico, non mutabo in præmio vt dem aliud, sed idipsum complebo, meipsum manifestans.] Anbæc est portio in compatatione ad plenitudinem, memorata à credito Cyprian. serm. de Cœna Dom. [Hoc Sacramentum, (inquit iuxta germanam & rectè restitutam lectionem, aliquando corpus suum, aliquando carnem & sanguinem, aliquando panem Christus appellat vitæ æternæ, cuius portionem secundùm hæc visibilia, corporali communicauit natura.]

Panis viuus.

Ioan.

Ioan. 6.

Glossa Durand. Troanensis l. de Euch. contra Bereng. digna est quæ hic apponatur. [Hic est (inquit) panis viuus , ea similia nostræ humanitatis & Diuinitatis rore confectus. Sicut enim granum frumenti volubili tritum mola , respergitur aqua , vt panis fiat ; ita illud frumenti granum per dispensatoriam mortem in terram deciduum, vt multum afferret fructum , stillicidio irrotatu diuinitatis , vt sit iam non duo sed vnus panis , atque ita figura Dei & figura carnis , vna sit figura Sacramentarij panis non futilis sed plena veritatis ; quem illa mulier Euangelica , tribus farinæ satis occuluit, quoad sufficienter fermentatus fieret accommodus vsibus humanis. Hoc igitur spiritualiter pane dignéque prægustato , ita merebimur concorporari Christo , vt ipse in nobis & nos simus in ipso , fiétque ea compluribus , non plures sed vnus panis , per consummatæ videlicet Sacramentum vnitatis in ipso & in nobis.] Plenius de hac vita per Christum panem viuum collata sumentibus , tota parte 2. eiusdem operis.

Papilla spiritualis.

V. Supra V. *Lac* , & Tractationem de Cereo Agno cap. 5.

Partes.

S. Augustinus serm. de Verbis Euangelij apud Bedam 1. Cor. 10. sic habet. [Quando Christus manducatur , vita manducatur. Nec occiditur vt manducetur , sed mortuos viuificat. Quando manducatur , reficit ; sed non deficit. Non ergo timeamus fratres , manducare istum panem , ne fortè finiamus illum, & postea quod manducemus non inueniamus. Manducetur Christus , viuit manducatus , quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus , partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento sic fit: & norunt fideles quemadmodùm manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam. Vnde & ipsa gratia , *partes* vocantur. Per partes manducatur & manet integer totus. Per partes manducatur in Sacramento , & manet integer totus in cœlo , manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud Patrem quando venit in Virginem ; impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem vt eum homines manducarent , & manebat integer apud Patrem , vt Angelos pasceret.] Idem S. Augustinus Epistol. 86 quæ est ad Casulanum , *partem* sic dixit in singulari. [Dicit cessisse paui pecus tanquam nescieus & tunc in Domini mensa, panes propositionis poni solere, & nuoc se de Agni immaculati corpore , partem sumere.]

Infans Iudæus quod in templo diuinas partes ediisset à furente patre, in fornacem vitriariam conjectus , diuinitus seruatus est , vt ait Euagrius l. 4. cap. 24. & Nicephor. l. 17. c. 25. Acta S. Theoctistæ Lesbiæ to. Non. produnt eam petijsse à venatore in quem post annos triginta quinque secessionis suæ incidit ; [vt in vase mundo mihi accipias vnum ex irremeratis donis corporis Domini nostri Iesv Christi , ex quo enim hanc habitani solitudinem , tali dono nequaquam sum dignata.] Et inferiùs ex persona venatoris dicitur. [Cum essem nauigaturus ad venationem , accepta in pyxide parte diuinæ carnis Domini, eam tuli ad beatam.] Et mox. [Clam reuersus sum in templum , & protinus sacrosancta mi fiet apparuit iodata runicâ quam à me priùs acceperat. Cum me autem in retiam projecissem, accurrit , & cum lachrymis dixit eminùs ; Nequaquam hoc facias ô homo , nequaquam facias , diuinum donum afferens , ne vtas misera, diuina dedecore afficiens. Me itaque tunica apprehensum erexit. Ego autem eduxi è sinu meo , pyxidem cum carne Domini.] Quam prius vocarat *partem diuinæ carnis* , nunc *carnem Domini* absolutè appellat ; sicut ipsa sancta appellat , *diuinum donum* , & *diuina*. Non potuit autem a fideli illo venatore hostia quam deferebat , appellari pars diuinæ carnis , quasi verè esset fragmentum carnis Christi , quia à sumente non concisus , non confractus , non diuisus , sed integer accipitur Christus. Syuechdochicè ergo *partem carnis* dixit, *particulam* vnam , vt passim loquimur , idest hostiam paruam conficeratam , qualis porrigitur in laica communione. Notius autem ferè est quàm vt moneri oporteat per fractionem in partes non minui virtutem , nec minus posse segmentum exiguum quam maius. [sicut ignis (inquit Rupertus lib. 6. in Genes. cap. 32.) licet diuisus in partes , mutuati tamen luminis detrimenta non nouit. Sic panis iste , solemni fractione diuisus , non minùs in singulis partibus quàm in toto habet Sacramenti aut virtutis ; quin omnia peccata cunsumat si habeat pabulum fidei. Quemadmodùm patua licet ignis scintilla , si fomenta ignis non desint, magnam syluam comburi]

Onomastikon Eucharisticum.

In hac Eucharistiæ denominatione , videtur alludsum ad morem vbique receptum , partem de victima oblata decerpendi , vt is qui obtulerat , inde cum amicis epularetur. Is mos , & apud Hebræos ratus erat , & apud Ethnicos, vt ex Herodoto & aliis docet Gyraldus syntagm. 17. de Diis gentium , obseruans missa victimæ *μοιρίαν* , vt qui abfuerant essent sacrificij participes. Multo magis autem qui adestant , parte sua donabantur , vt in eis comprobaretur illud Apostoli 1. Cor. 10. *qui ederunt hostias, participes sunt altaris* Hunc vsum Christus , circa sacrificium incruentum seruari voluit. Vnde Sacerdos sacrificans , præcepto diuino affirmatiuo iussus est participare hostiam quam immolauit , eiusque alios volentes facere participes.

Participatio. & Sacramentum Dei benedictum.

Liturgia Æthiopica.

Pascha nostrum.

Apostolus 1. Cor. 6. Creditus Cyprianus serm. de Cœna Domin. Origenes in cap. 26. Matth. Chrysostom. homil. de Iudæ proditione , Ambrosius in cap. 1. Lucæ qui de Eucharistia interpretantur Apostolum , vt ibi refert Cornelius num. 75. & alios adducit Tortianus lib. 2. de Euchar. cap. 3. Ego aliunde eum Eucharistiæ titulum astruo. S. Leo serm. 14. de passione *in fine.* [Pascha Domini in azymis syncerita-tis & veritatis legitimè celebratur , dum fermento veteris malitiæ abiecto , creatura de ipso Domino inebriatur & pascitur. Non enim aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi , quàm vt in id quod sumimus transeamus , & in quo mortui & consepulti & conresuscitati sumus ipsum per omnia & spiritu & carne

Sectio V.

carne gestemus, dicente Apostolo, *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*]

S. Gregorius Naz. orat. 2. de Paschate, magnum & sanctum Pascha veluti animatum alloquitur, donárque insignibus titulis; & præter cætera decora vocat *mundi purgationem*. Ex quo patet eam Apostrophen non dirigi ad diem Paschatis: Rectè ergo Pachymeres ad c. 3. cœlest Hierar. art, Theologum alloqui diuinam Eucharistiam ad quam inter dicendum obuertebatur: esseque eam allocutionem geminam eius. quæ apud S. Dionysium legitur dicto capite. Est & alius præclarus de nostro Eucharistico Pasch. locus, eadem oratione 42. apud Nazianzenum. Sic enim ait. [Iam verò Paschatis participes erimus, nunc quidem adhuc typicè tametsi apertiùs licet quàm in veteri (legale siquidem Pascha nec enim dicere verebor figura figuræ erat obseurior:) aliquanto post autem, perfectiùs & putiùs; tum videlicet, cum Verbum, nonum illud nobiscum in tegno Patris bibet, parefaciens ac docens, quæ nunc minùs plenè demonstrauit. Nouum enim illud, sempet est, quod nnnc intelligitur.] Benè ibi Nicetas nostrum quoque hoc Pascha, futuri Paschatis figuram dici posse obseruat: quia quandiu hîc legimus, Deo per crassitiem carnis Christi cuniungimur; purè autem & absque typorum symbolis fruituri sumus Deo in altera vita.

S. Paulinus Epist. 5. [Panis verus ac vinus, Christus est, quem non potest manducare piger operarius: quia idem est Pascha nostrum, quod expediti, atque præcincti, & firmiter calceari, nec depositis à mann baculis, (id est operibus quibus nitimur nũquam remissis,) eum omni festinantia edere præcipimur, quia tempus breue est, & expedit nobis sine cura esse, sicut Apostolus suadet, ptopter instantem necessitatem, vt inueniamur parati & pulsanti Domino non timeamus aperire, de conscientia somni aut negligentiæ, digna metuentes.]

S. Augustinus lib. 2. contra Liter. Petil. c. 37. opponit Pascha quod Iudæi de oue celebrabant, ei quod in eorpore & sanguine Domini frequentamus.

S. Chrysostomus homil. 5. in 1. ad Timo. *in fine* [Nihil habet amplius qnod in Pascha consummatur mysterium, eo quod eontinuò celebratur. Vnum quippè atque idem est: Eadem est spititus sancti gratia, sempet Pascha est. Nostis profectò qui initiati estis qnod dicimus; siue sexta feria, siue sabbatho, siue Dominica die, siue in celebritate martyrum, eadem litatur hostia, idem sactificium cunsummatur. *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc & calicem biberitis, mortem Domini annunciabitis.* Nulla obseruatione temporis, sactificium eireunscribete voluit: Cm igitur inquies tuuc solùm dicirur Pascha? Quia runc pro nobis Christus mottuus est.] Idem Orat. de tegtessu ex Asia, satisficiens illi suotum quærimoniæ, qua dixerant, *desiderabamus tecum facere Pascha*, respondet. [Pascha mecum in votis facete habebatis? nemn prohibet, hodie vos mecum facere Pascha. Sed forsitan dicetis; Numqnid duo Paschata facturi sumus? Non, sed vnum & ipsum multipliciter. Sicut enim sempet sol exotitur, & non dicimus multos soles, sed est sol quotidie orieus: sic & Pascha semper consummatur, & cum semper celebretur, vnum est solemnitatis nostræ. Iudæorum similes non sumus, non seruimus loco, nec subditi sumus necessitati remporis, Dominica voce firmati; *Quotiescunque* (inquit) *manducaueritis panem istum, & biberitis calicem hunc, mortem Domini annunciabitis.* Annunciamus namque hodie mortem Christi, sed tunc quidem festiuitas, & hodie festiuitas.]

S. Hieronymus in cap. 26. Matth. [Postquam typicum Pascha fuerat impletum, & Agni carnes cum Apostolis eomedetat, assumit panem qui confortat eor hominis, & ad verum Paschæ transgreditur Sacramentum, vt quomodò in præfiguratione eius, Melchisedech summi Dei Sacerdos, panem & vinum offereus fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis teptæsentaret.]

S. Gaudentius Tract. 2. [In vmbra illius legalis Paschæ, non vnus agnus occidebatur, sed plures. Singuli enim occidebantur per domos: nam sufficere vnus non poterat vniuersis, quoniam figura etat, non proprietas Dominicæ passionis. Figura etenim non est veritas, sed imitatio veritatis. Nam & homo ad imaginem Dei factus est, nec ramen idcireo Deus est. Tametsi ea ratione qua imago Dei dicatur & Deus. Quomodò natura vnus Deus est, positione plures. Ergo in hac veritate qua sumus, vnus pro omnibus mortuus est, & idem per singulas Ecclesiarum domos in mysterio panis ac vini refieit immolatus, viuificat creditus, consecrantes sanctificat consecratus. Hæc agni caro, hic sanguis est. Panis enim qui de cœlo descendit, ait *Panis quem ego dabo, caro mea est pro sæculi vita.*

Et præclarè înfetiùs, aceommodans Pascha seo transitum Domini ad transubstantiationem. [Oportet etgo nos, ex præcepto Dei mortificare priùs eoneupiscentias carnis, & sic accipere eorpus Christi, qui pro nobis seruientibus in Ægypto est immolatus. Propter quod *probet se homo*, vt ait Apostolus, *& sic de pane ipso manducet, & de calice bibat.* Quod autem dicit, cum festinatione illud manducandum, præcipit ne lento corde & ore languido Sacramentum Dominici eorpotis sumamus, & sanguinis: sed cum omni auiditate animi, quasi vetè esurientes & sitientes institiam: *Beati* enim (dicit Dominus Iesvs) *qui esuriunt & sitiunt institiam, quia ipsi saturabuntur.* Concludens autem proposita lectio, præclara quæ dixerat fine dignissimo Pascha enim Dominl. O altitudo diuitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei. *Pascha est* (inqnit) *Domini:* Hoc est transitus Domini, ne terrenum putes quod cœleste effectum est, per eum qui transit in illud & fecit illud corpus suum & sanguinem.] Simplicius quidem & germanius Theodoretus q. 24. in eap. 12. Exodi, transitum Domini cum de Phase agitur, accipit de sacrificio pro transitu. *ἱερὰ διαβατήρια* vocabant Græci, vt videre est apud Plutarchum in Lucullo. Eáque ipsa voce, sacrificium Moysis pro transitu exponit Philo lib. de Migrat. Abtah. Latini dixere *propter viam* vt notaui sect. 3. c. 3. *fere in fine*, tamen sensus S. Gaudentij, pius est, & veritatem Catholicam egregiè confirmat.

Sicut autem ex hoc titulo, S. Gaudentius intulit

intulit transitum panis & vini in corpus & sanguinem Christi, sic Paschasius lib. de Sacram. cap. 10. *in ipso fine*, indidem erui transitum oostrum. [Idcirco (inquit, nostra ad accipiendum præparanda sunt cotda, vt tali epulo tefecti, ad altiora in fortitudine transeamus. Nemo igitur dignè accipit, nisi qui transit. Vnde & Pascha, *transitus* appellatur. Pascha autem nostrũ immolatus est Christus. Ad quod qui vult venire, & videre hanc visionem, transeat & ipse cum Moyse, sicut & Christus transiuit de hoc sæculo; vt totus iam spiritualis, spiritualia ista condignè percipiat.] Est hæc Philosophia, accoiomodata scopo Apostoli, qui succeosuetat Cotinthiis, quod dissimulantes incestuosi flagitium, visi essent communicare eius sceleri, & fermentari, tantæ nequitiæ tanquam putris fermenti admistione; eum tamen maximè dedecerer Christianos baptizatos, ac per Christum azimos, & à peccato putos factos, effici fermentarios, nec præfette iocotruptæ vitæ nouitatem. Huius decentiæ, qua expurgandum vetus fermentum coocludebatur, ne labes vniuetso corpori ab vnius cotruptione infertetur, rationem sic reddit Apostolus. *Etenim Pascha nostrum, immolatus est Christus*, Sensus est, vt Theodotetus ibi indicauit; Haudquaquam frustra peto, vt sitis azymi & absque fermento maliriæ. Nam multo ptæstaotior agnus Pascbalis comedendus à nobis est, quam comedetent Iudæi. Illi sine fermento etant, & azymis vescebantur, quia comedebant agnum materialem. / At nostrum Pascha, est ipse Christus immolatus, quo nobis quotidie vescendum est In Sacrameoto. Itaque epulemur io azymis, idest vescamur eo, abijcientes omne malitiæ & nequitiæ fermentum.] Quæ hoc loco desiderari possent circa vocem *Pascha*, adducta snot in Ttactatione de Iuda cap. 9. num. 7. Videri etiam potest Nebrissensis in quinquagena cap. 34. & Francolious lib. de Horis Canon: cap. 71. & 72. Infames Gnostici apud Epiphanium hær. 26. suas passiones ignominiæ aiebant esse *Pascha & corpus Christi*, addebantque. [Ideo pariuntur corpora nostra & coguntur coofiteri passionem Christi.] Quibus verbis supponebant Pascha sonare *passionem*. Sed hoc iam olim exploosum est à Nazianzeno, oratiooe illa 42.

Pascha Authenticum.

Eusebius in Chronico, in summa annorum vitæ Christi.

Christum (ait Eusebius,) cum comedisset vmbratiuum Pascha, subiecisse authenticum Luna 14. die hebdomadæ quinta. Non inuenitur quidem sic locus in superstite nunc Eusebij Chronico, sed Anastasius q. 93. in scripturam adducit fragmentum quod ex Eusebij Chronico exscripsit quo ea quæ dixi Eusebij verba continentur. Nec notio vocabuli dissentit. *Authenticum* quippè idem est quod *primarium*. Vnde *authentica cænatio* lib. 2. C. *de metat.* pro principali parte ædium. Et *authentica tabula* l. 4. ff. *famil. herciſc.* pro tabulis primariis quas tenere debet hæres, solo concesso apogtapho. Quia ergo Christus in Eucharistia immolatus, fuit primarium Pascha cuius non nisi vmbra fuit antiquum Pascha, haud abs re dictus est *Pascha Authenticum*.

Pascha nouum.

Origenes io cap. 26. Matth. Blesens. de Euch. cap. 13.

Sacrificium Agni Paschalis, quoad omnia sua adjuncta, imago quàm conciona fuit sactificij Eucharistici, quod idcirco appellatur *Pascha nouum*. Agnum immolauit Moses, vna nocte, antequam populum ex Ægypto educeret, & in libertatem assereret; & immolauit in voa domo cum aspersione sanguinis, mandans vt in perpetuam rei memoriam ea teligio phase frequentaretur. Nihil horum omnium, siue tempus, siue locum, siue vsum spectes, à Christo est prætermissum circa ouem figuraiam, ideſt onem ac pecus noui Testamenti, vt S. Augustinus Epist. 86. nominat. Nam & pridie quàm exiret de mundi Ægypto, ptidie inquam quàm pateretut, eam immolauit; & de nocte, & in voa domo, nec absque aspersiooe sanguinis, quo introrsum bausto perfundi voluit omnes adstantes; & vt in perpetuum donec veniat, eadem teligio io sui memoriam repetetetur, indixit. Est ergo in hoc mysterio Pascha nouum, vel vt Hesychius l. 2. in Leuit. cap. 8. dixit, *ariet secundus*.

Onomasticon Eucharisticum.

Passio Domini.

S. Cyprianus Epist. 63. num. 53. agens de altaris sacrificio, ait. [Passio Domini est, sacrificium quod offetimus.] Et S. Gregor. hom. 37. in Euangel. [Qui Passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari quod agimus.] Io Sacramentario eiusdem S. Gregorij, Oratio super oblata in Missa Domioicæ XI. post Pentecosten, sic habet. [Concede nobis, hæc quæsumus Domine, dignè frequentare mysteria, quia quoties huius hostiæ commemotatio celebratur, opus nostræ tedemptionis exercetur.] In Missali Romano hæc orario habetur Dominica 9. post Pentecosten:

Concinere videtut S. Hietonymus, qui in præfarione præfixa operi Paschali Theophili Alexandrini, ait vasa sacrificij spectare Dominicam Passionem. Nemo non videt, si hoc quod sacrificium Christianum dicitur *Passio Domini*; crudè acciperetur, locum fore confutationi ex Guitmundo lib. 2. [Cum dicimus, in celebratione Dominici corporis, Christus immolatur, nemo carnaliter hæc secundùm litteram debet accipere. Christus enim semel mortuus, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur; Sed dum Passionem eius, Missas celebrando memoramus, pro nobis olim mortuus designatur. Denique si quis dicat; *Celebratio Dominici corporis, est Dominica passio*, tanquam carnaliter sentiens, à nobis repellitur. Non est enim celebratio, ipsa Dominica passio, sed Dominicæ passionis iam peractæ significatiua commemoratio.] Similiter Lantfrancus lib. contra Bereng. expendit S. Gregorium dixisse sacrificium nostrum imitari passionem. [*Imitatur* dixit, *non operatur*, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur.] Sensus ergo S. Cypriani est, sacrificium nostrum repræsentatiuè esse passiouem Christi; & in eo virtualiter, spectata sola vi verborum, Christum in statu mactati ac mortui constitui; Hietooymus verò tantùm ait, nostrum sacrificium esse cultum passionis, non ait autem; esse formaliter ipsam passionem. Vel certè Hietonymus eodem sensu quo S. Cyprianus, passionem vocat sacrificium Euchatistiæ, quia per illud Christi passio tecolitur, estque eius memotiale. Ad passionis verò sic sumptæ cultum, ideſt ad decentem & congruè conuestitum

Sect. V.

tum ministerium, pertinent sacra vsa & opetimenta eorum, quibus omnibus ea coniunctione cum Christo cuius incruentæ immolationi deseruiunt, veneratio impenditur, tanquam respectis majestate eius cuius sacrificio adhibentur. De hoc loco S. Hieronymi pleniùs in discussione somniorum de speciebus Sacram. p. 1. V. *Velamina.*

Pax, Pax Christi.

S. Cyprianus passim, S. Ignatius Epist. 4.

Quod de danda vel neganda pace lapsis, toties apud S. Cyprianum legitur, de danda vel neganda Eucharistia accipiendum esse, ait Gareias Loaysa ad II. Concilium Toletanum. Et dictum sanè est de Christo, *& erit iste pax* quod valet quoque de Christo in Eucharistia, vt supra notauimus V. *Legatio.* Ægerrimè verò ferebat S. Chrysostomus homil. de Laude Dei, quod eum Christus in Eucharistia assidnè perceptus, sit pax; tam malè tamen seruemus pacem, idque omni luctu dignum existimat. Concludit enim. [Nullus profectò, huiusce tragœdiæ occurris condignus luctus. Vetesmini inquam vereamini mensam hanc, cuius omnes sumus participes, quæve desuper victima in illa iacet, Christus scilicet, qui nostri causa occisus est. Prædones enim, ve primùm apud quempiam salem degustarint, prædari desinunt, apud quos sal ille præsumptus sit: Quin etiam perditissimorum hominum mores hæc mensa immutat, efficitque ex his qui feris bestiis sæuiendo fuerint immaniores, ouibus ipsis mansueriores. At nos talis mensæ & cibi participes facti, in nos ipsos atma cõuertimus; cum potiùs id in nostrum illum & communem hostem moliri oporteret.] Huc faciunt quæ notata superiùs sunt V. *Mensa pacis.*

Perfectio perfectionum.

S. Dionysius c. 3. Eccles. Hierar.

Græcè est τελετὴ τελετῶν, qua loquendi formula exprimitur insignis præcellentia huius Sacramenti super omnes symbolicas perfectiones hominis in terra adhuc peregrinantis, cuiusmodi sunt Sacramenta. Vt propterea antiquum nomen Baptismi, sit *perfectio*, ex Clemente Alexandrino 1 pæd. cap. 6. Symbolicarum igitur perfectionum à Christo institutarum ad hominis perfectionem, præcellentissima est Eucharistia: ideóque *perfectionũ perfectio* dicitur inata phrasim Scripturæ, de qua supra V. *Dulcedo dulcedinũ.* De titulo autem ipso, V. infra V. *Telete.*

Pharmacum immortalitatis.

S. Ignatius Epist. ad Ephes.

Idipsum est quod Theophanes Nicænus Epistola 3. quæ est de Sacerdotij præcellentia, vocat Eucharistiam *fomitem immortalitatis*, atque id habere Eucharistiam quia nos Christo coniungit, & membra sub capite efficit; in quo eam discriminat à Baptismo, qui nos efficit adoptione filios, eum Eucharistia nos Christo agglutinet ac subnectat vt capiti membra. Et quia Christus rediuiuus iam non moritur, neque nos ei vniti vt membra moriemur, in æternum. Hac ergo ratione, Eucharistia est fomes immortalitatis, vel vt loquebar cum S. Ignatio, *Pharmacum immortalitatis.*

Glossam optimam huius tituli, continent illa Magnetis l. 3. Apol. contra Theostenem. { Panis communis ea terræ cultura elaboratus, etsi caro quædam terræ est, tamen vitam æternam præbere non promittit, sed breue solatium vescentibus tribuit, citò eo extincto, sine diuino spiritu: Panis verò in beata Christi terra, virtute diuinitatis vnitæ confectus, solo gustu immortalitatem homini affert: mysticus enim panis, eam benedictionem Patris habeat inseparabilem, illam dico quæ in corpore & sanguine eius facta est, vnit comedentem corpus Christi, eúmque membra Christi efficit. Vt enim charta vim quam per literas Magistri accepit, discipulo tradit, & per esm eum Magistro illum vnit, sic corpus quod ille panis mysticus est, & sanguis qui illud vinum immortalitatem intemeratæ diuinitatis participanti tribuunt, *ἀντίδοσις* ideſt è suo, siue ea seipsis, & per eam ad mansionem incorruptibilem Creatoris reducunt. Caro enim Saluatoris, mãducata non corrumpitur, nec sanguis hic, potatus consumitur. Quin potiùs, qui edit ad incrementum virium venit: qui verò editur, consumi non potest, quia omnis consũptio, ratione quadã, naturę eognata est.] Hunc locũ, Authoris & antiquissimi & doctissimi, quod sit omnino eamus, iam ex parte aliqua relatum supra memini. Hic tamen integrè ascribendus fuit, quod egregiam rationem suppeditet tituli de quo agimus. Portò notatu dignum est, quod sub initiũ dixit Magnetes, nempe panem Christi, *solo gustatu immortalitatem homini affere.* Gustatus enim inata phrasim Scripturæ, ibi somendus est pro manducatione. Cæteroqui enim sola per sensum gustus perceptio absque manducatione, non conferret effectus Eucharistiæ, qui soli manducationi sunt à Christo constituti.

Pharmacum vitale.

Magnetes l. 3. Apol. contra Theost. descriptus à Turriano lib. 1. de Euch. c. 17.

Pignus resurrectionis secundæ.

Guerricus serm. 3. de Resurrect.

Eucharistiam conferre speciale ius ad resurrectionẽ corporis in quo fuerit excepta, & nouum titulum resurrectionis gloriosæ suppeditare, mõstrat illa Christi promissio Ioan. 6. *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Voco hunc Eucharistiæ effectum, speciale ius, & nouum titulum ad resurrectionẽ gloriosam corporum, quia illi quoque qui non communicauerint, & tamen in gratia excesserint, vt infantes communioni prærnortui, resurgẽt gloriosi, titulo gloriæ corpori debitæ, ob animam gloriosam. Sed in iis qui communicauerint, accedet ius nouum, & nouus titulus resurrectionis gloriosæ corporum, ob exceptionẽ corporis Christi. Dico duntaxat ius nouum & nouum titulum; non enim propter communionem auctior erit corporum gloria, nisi aliunde dcheator gloriæ augmentum, consequenter ad maiorem animæ gloriam, ob maiorem gratiam hîc comparatam.

Placet hunc titulum nouum, iúsque speciale gloriosæ resurrectionis corporum, illustrare suffragio aliquot Patrum; præter illud quod 318. Patres in Concilio I. Nicæno tulerunt, vocantes Eucharistiam *symbolum resurrectionis.* Multus in hoc púcto est S. Irenæus l. 4. c. 34. & l. 5. c. 2. probans futuram corporum resurrectionem, ea eo quod nostra corpora hîc excipiãt carnem Christi viuificatricem. Eiusdem veritatis suffragium sanè luculentum, ex Nysseno Or. Magna catech. c. 37. his verbis referunt Euthymius p. 2. panopl. tit. 31. & Bessar. Opusc. de Verbis consecrationis Euchsristiæ [Quemadmodùm *parum fermenti*, vt dicit Apostolo. *sibi assimilat totam conspersionem*, ita corpus à Deo motæ affectũ, cum fuerit intra

nostrum

nostrum, totum ad se transmutat & transfert. Quomodò enim cum quod est exitiale, mistum fuerit cum sano, quicquid est contemperatum simul redditur inutile; ita etiam corpus immortale, cum fuerit intra eum qui sumpsit, vniuersum quoque transmutat in suam naturam. Sed fieri non potest, vt sit aliquid aliter intra corpus, nisi per esum & potionem misceatur visceribus. Necesse est ergo eo modo quo naturâ potest, spiritus viuificam suscipere virtutem. Cum autem totum illud corpus quod Deum suscepit, hanc gratiam accepetit; ostensum sit autem aliter fieri non posse, vt nostrum corpus sit in immortalitate, nisi per communionem cum immortali, factum sit particeps incorruptionis, &c.

S. Cyrillus Alexandr. diuinè hoc prosequitur lib. 4. in Ioan. à cap. 14. his præter cæteta. [Quoniam Saluatoris caro, Verbo Dei quod naturaliter vita est, coniuncta, viuificæ effecta est; quando eam comedimus, tunc vitam habemus in nobis, illi coniuncti, quæ vita effecta est. Hac de causa, in exsuscitandis mortuis non solummodò verbo atque imperio, vt Deus, vtebatur.; verùm etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhibebat, vt reipsa ostenderet, carnem quoque suam, quoniam sibi coniuncta est viuificam esse, atque fideles doceret, suum non alterius corpus esse. Nam quando synagogæ principis filiolam suscitabat, manum eius apprehendit, vt scribitur, & exexit dicens, *Puella surge*; ita vt Deus, & verbo, & carnis suæ tactu eam excitarit, vnam ab vno se Christo, Deo videlicet atque homine operationem producens. Quando etiam in ciuitatem, Naim vocatam, ingrediebatur & efferebatur Vnigenitus matris filius iam mortuus, tetigit corpus eius; dicens, *Adolescens tibi dico, surge.* Non ergo verbo solùm semper, (vt diximus,) verùm etiam tactu, mortuos excitabat, vt ostenderet, corpus quoque suum, viuificare posse, quod in solo tactu suo corrupta redintegrantur, quomodò non viuemus qui carnem illam & gustamus, & manducamus? Reformabit enim omnino ad immortalitatem suam, participes sui. Nec velis Iudaïcè, *quomodo* quærere, sed recordare quamuis naturaliter aqua frigidior sit, adoentu tamen ignis, frigiditatis suæ oblita æstuat. Hoc sanè modo, etiam nos, quamuis propter naturam carnis corruptibiles simus, participatione tamen vitæ, ab imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatem illius, ad vitam reformamur. Oportuit enim certè, vt non solùm anima per Spiritum sanctum in beatam vitam ascenderet, verùm etiam vt rude atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, tactu, & cibo ad immortalitatem reduceretur.]

Seuerianus Gabalorum Episcopus, agens de mystica cœna sacræ illius operationis magni mysterij, in qua Christus pane accepto ac benedicto dixit, *hoc est corpus meum*, addit, [Quod & comedimus, & est impassibile, & Immortale, & incorruptione plenum, & impleos nos benedictione & immortalitate atque incorruptione, tanquam semen quoddam futuræ in nobis diuinæ gratiæ, & virtutis resurrectionis.]

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

Paschasius lib. de Sactam. cap. 11. [Simul caro & anima, rectè sitiunt & potantur sanguine, sicuti & pascuntur simul carne Christi, quia non carnaliter ista percipiuntur, sed spiritualiter. Sitit igitur anima talibus refrigerati, sitit & corpus: comedit anima, comedit anterm & corpus: quia talis esca, non minùs pertinet ad animam, quàm & ad corpus: quibus vsque ad finem vegetari, anima immortalis ad vitam transit, caro verò propter sententiam primi hominis ad terram redit. Sed quia Christo incorporata per lauacrum & per immortalitatis alimoniam enutrita, semina vitæ percipit, nunquàm post finem sæculi in morte detineri poterit. Imo quod in capite præcessit, membris præstabitur.] Ibidem cap. 18. [Ad hoc immortalitatis præstitit alimoniam, vt mortem non timeamus. At verò quod vltimum est, si post resurrectionem hoc dedisset, dicturi essent Hæretici, quod incorruptibilis iam Christus & in cœlo positus, non posset in terris eius caro à fidelibus vorari. Nunc verò quod integer & incorruptibilis manet, dicimus contra eos, quod in morte eius ista percipimus, vt vsque ad finem sæculi omnes inde pascamur: & tamen quod seminatum est, resurgens incorruptum permaneat. Ob hoc ergo granum frumenti cecidit, vt multum fructum afferret. Si enim hoc ille concessit seminibus; multo magis id sibi præstirit, vti & ipsum maneat incorruptum, & deinceps multam alimoniam immortalitatis præbeat ex sua fructificatione credeotibus. Vnde qualis ille resurrexit, talia sunt & hæc semina immortalitatis faciant dignè percipientes. Et ideò quoties ista comedimus, mortem Domini annunciamus, quia de morte ista, immortalis meruimus, donec veniat vinus & mortalis; vt cum eo etiam & nos, tali longè diúque refecti immortalitatis cibo, per eum immortales regnemus.] Optimè item c. 19.

Onomasticum Eucharisticum.

S. Paulinus Epist. 33. [Qua occasione poterimus de resurrectione dubitare, quam & de Verbo Dei audiuimus, & Apostolorum oculis vidimus, manibúsque palpauimus? quique ita per Christum Deo iuncti & insiti sumus, vt Dei arrabhonem teneamus in terra nostra Spiritum sanctum quem dedit nobis: & nostri pignus habeamus in Deo, carnem Christi; quia interuallum istud immensum quo à diuinis mortalia disparantur, medio & inter vtraque communi interuenta suo, velut quodam (vt sic dixerim) ponte continuat, vt eius tramite; terrena cœlestibus conferantur, cum hoc corruptibile nostrum, incorruptio superna perfuderit, & mortale nostrum, vt scriptum est, immortalitas hauserit, mortémque deuictam victrix in Christo & à Christo nobis vita sorbuerit.]

Pignus salutis æternæ.

Optatus lib. 6. contra Parmen. Valafridus lib. de rebus Eccles. c. 17.

Habet hîc locum doctrina D. Thomæ 2. Cor. 5. lect. 2. ad illud, *dedit nobis pignus spiritus*, vbi sic ait. [Pignus debet tantum valere, quantum valet res pro qua ponitur. Sed in hoc differt à re pro qua ponitur, quia pleniori iure possidetur res quando iam habetur, quàm pignus, quia possidetur vt quid suum, pignus

Sectio V.

verò seruatur, & tenetur quasi pro certitudine rei habendæ. Ita est de Spiritu sancto; quia Spiritus sanctus tantum valet quantum gloria cœlestis, sed differt in modo habendi; quia nunc habemus eum quasi ad certitudinem consequendi illam gloriam; in patria verò, habebimus vti rem iam nostram, & à nobis possessam.] Hæc de pignore Spiritus doctrina, æquè valet circa Eucharistiam; pérque eam doctrinam, exponendum est quomodo Eucharistia dicatur

pignus gloriæ, siue *æternæ salutis*.

Pignus vitæ.

Petrus Blesensis carm. de Euchar. c. 24.

Pignus Christi abeuntis.

Creditus Hieronymus reuera Pelagius 1. Corinth. 11. sumens pignus pro monimento, vt monstrant hæc eius verba. [Passurus, victimam nobis commemorationem, siue memoriam dereliquit. Quemadmodùm si quis peregrè proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit, derelinquat: vt quotiescunque illud viderit, possit eius beneficia & amicitias memorari, quod ille si perfectè dilexit, sine ingenti desiderio non potest videre, vel fletu.] Reuocat in memoriam hic Christi titulus, quæ de Eucharistia pignore abeuntium quorundam fidelium sunt prodita. Regum gemmæ S. Ludouici noni abeuntis, pignus apud Soldanum, fuisse Encharistiam ex eius historia compertum est. Nec satis video quàm solidè Spondanus anno 1250. num. 6. fabulositatis insimulet eam narrationem, cui non obscurè fauet quod narrat Contin. Belli sacri l. 4. cap. 7. de cusis eo tempore per Saracenos aureis nummis impressa calicis & hostiæ superpositæ effigie quasi Christianis de captiuo apud se Deo ipsorum insultarent. Vicissim verò S. Ludouicus teste Villanio l. 6. c. 37. monetæ à se cusæ parte altera boias seu vincula impressérit. In alio exemplo, abeuntis pignus in diuina Eucharistia Bernardus Saccus l. 6. histor. Ticin. cap. 14. Describit ibi hic Autor, S. Epiphanij Ticinensis peregrinationem ad Gundebaldum Burgundionum Regem pro recuperatione libertatis quinquedecim millium captiuorum quos Gundebaldus ex Longobardia abduxerat. Diuionem Gundebaldi tunc fedem cum peruenissèt S. Epiphanius, pro ea dicendi vi quam in eo eximiam celebrat Ennodius, captiuos reduxit liberos, etiam non persoluto multorum litro. Abiturus autem à Rege rogatus est vt aliquod sui monimentum relinqueret. Acquieuit S. Epiphanius pio postulato, & facto postridie sub abitum sacro, alteram hostiam è duabus quas consecrauerat, absumpsit pro more ad sactificij integritatem: alteram Regi ac populo astanti exhibuit à se relinquendum ad perpetuam Clementiæ Gundebaldi erga captiuos memoriam, ideóque eam hostiam fore semper incorruptam denunciauit, nec impune à quoquam è regione illa asportandam. Sic contestatum S. Epiphanium hostiam illam sacro tabernaculo immissse ibi conseruandam scribit Saccus, & ibi hodiéque incorruptam seruari ab anno 489. ad tempus quo scribebat, nimirum anno 1557. Educi autem semel in anno è tabernaculo, & adorandam palam proponi semel in anno in natiuitate Domini. Testes laudat narrationis huius suæ Saccus Paulum Diaco. l. 6. Blondum dec. 1. cadentis imperij Rom. l. 3. Sabellicum Enneade 8. l. 2. & Platinam in Gelasio 1. & ipsos Burgundiones apud quos se versatum in Gallia & hæc ab illis edoctum profiterur. Cæterum hæc omnia sunt meta fabulamenta. Nam Autores allegati, ne syllabam quidem de relicta hostia in pignus memoriæ habent. Burgundi autem quibus semel in mense ea hostia publicè proponitur, saris nouum iam hostiam apud se non fuisse ante annum 1433. quo ab Eugenio IV. ad Philippum Bonum Burgundiæ ducem transmissa est, educta è tactario Pontificio vbi asseruabatur ob sanguinationem in transfixione eius per dæmonem corporatum. Diploma Eugenij ad Philippum in eadem arcula cum sacra hostia asseruatum, legere memini cum transiens Diuione ad contuendam cominùs sacram hostiam in ara maxima vbi populo confertissimo exhibebatur admissus essem. Itaque fuisse Eucharistiam pignus abeuntis S. Epiphanij figmentum est in Sacco illo cum aliis omnino multis conclusum.

Poculum Christi.

Creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom.

Benè monstrat Sanctesius repetit. 3. cap. 3. *poculum*, cum de hoc mysterio agitur, suum pro potione poculo contenta. *Potio* autem, & ordinariam corporis rigationem ex materia poculenta significat, & medicinam. Vetant quæ illam notionem, nomini *pocuti* subjectam, quadrare in Eucharistiam, ex laculemio loco creditì Cypriani discere licet. [Bibimus (inquit,) de sanguine Christi, ipso iubente, vitæ æternæ cum ipso & per ipsum participes; animalis vitæ peccata quasi sanguinem impiorum horrentes & fatentes, nos per peccati gustum à beatitudine priuatos & damnatos, nisi nos Christi clementia ad societatem vitæ æternæ, suo sanguine reduxisset. Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in Christo, & quos reconciliauit Deo, omnes excedens victimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit vt non tantùm exteriùs hoc sanguine liniremur, sed & interiùs aspersione omnipotenti in anima muniremur, & penetrans omnia ranti medicamenti virtus, quicquid esset intus ibi durum effugaret & renouaret, sanaréque quicquid morbi carni vel spiritui veteris vitæ adhæsisset corrupisela. Meritò autem hoc poculum dicitur *poculum Christi*, quia & à Christo ipso est institutum, & ipse Christus est qui in eo potatur. Hic est *sanguis vulnerationum*, sic enim legit Origenes homil. 16. in Numeros, eo loco quidem vulgatus Numer. 23. vertit. *, non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat* Hoc ibi Origenes de sanguine vuæ illius interpretatur, quam pater Agricola excoluit; Christi inquam qui propter nos vulneratus est & occisus. Obseruat enim non valere quoad Christianos, priscum fuisse de abstinendo à sanguine; quia agebatur de sanguine pecuino qui inficit & inquinat potantem. At sanguis quem fideles bibimus, est ipsius Christi vulnerati sanguis. Quanquam possit etiam dici sanguis vulneratorum pro Deo Apostolorum & eorum qui illis succesissent, quatenus per Apostolos & iis suffectos ministros, dispesatur

tur nobis Christi sanguis, estque & in potum & in medelam, restringens sirim nostram, & cutans ægritudines. quod facete quoad aliquos morbos dicitur hominis necati sanguis, vt docet exemplum Faustinæ Commodi Imperatoris mattis; quæ ægra animo, & in gladiatorem ardens insano amore, eiusdem gladiatoris intestecti calido sanguine potanda fuit, vt furiosum illum affectum exueret. Præstat nobis similem sanitatem potus in Sacramento sanguis Christi pro nobis vulnerati & occisi: quæ ipsa occisio in hoc mysterio exhibetur. Ad comitialem item morbum conferre humani sanguinis haustum, persuasum erat Ethnicis vsque adeò vt ob eam causam Arnobio teste l. 1. de arena fetas humano sanguine illitas, vel membris hominis & cruore saginatas deoorarent. Quid verò ad morbi nostri caduci, qui verè superbia est, cutationem opportunius haustu huius sanguinis in hoc Sacramento, vt plenè supra est demonstratum vel si eam caducitatem de infirmabilitate in bono, & fragili ad virtutem adhæsione sumere libeat manifestus est effectus iste huius morbi cutandi, in tanta Martyrum fortitudine post huius sanguinis haustum, vt dictum est sect. 4. c. 2. §. 6.

Prandium.

S. Cyrillus in Collectaneis ex 2. Reg. 28.

Tractans S. Cyrillus illud, *dedit Dominus morsem in Israël, à mane vsque ad horam prandij*, sic habet. [A mane hoc est a primo tempore vitæ humanæ, mors propter peccatum depasta est homines vsque ad horam prandij, hoc est ab Adam vsque ad Christum; Ipse enim est prandium tanquam panis vitæ, & vt qui nos alat & potet immaculato suo corpore & pretioso sanguine.] Eadem habet l 3. de adorat. & quidem vberius.

Pretium nostræ redemptionis.

Acta S. Laureotij Dublinensis cap. 8. apud Surium 14. Nouemb.

Pretium nostrum.

S. Augustinus concio. 1. in Psalm. 48. & in Psalm. 93. & Epistol. 162. & serm. 96. de Temp.

Prosphora

Nazianzenos carmine de vita sua num. 37. vt monstret se non texisse Ecclesiam Sasimorum, ait se ne semel quidem illic sacro operatum, ac diuinum Missæ sactificium illic nunquam petagisse. ἀλλ' ἔστιν λατρείαν μίαν θεῷ προσενεγκεῖν. Vbi Billius admonet, nihil aliud sonare λατρείαν θεῷ προσφέρειν, quàm vt Gregorius Presbyter in Theologi vita dixit, προσφορὰν ἐπιτελέσαι, idest *oblationem perficere*, obiterque perstringit Sectarium Leunclauium, qui alio auertit mentem Theologi. Plenius verò eundem Sectarium castigat ad Iambicum 15. Nazianzeni nom. 25. vbi asserit προσφέρειν. cum absolute dicitur, idem esse quod ἱερουργεῖν λειτουργεῖν, & vt Latinè loquimur *sacris operari*; atque eodem προσφορὰν nihil aliud indicare, quàm sactificium quo Sacerdos Deo offert corpus & sanguinem Domini. Vnde S. Epiphanius in argumenti tomi primi libri tertij, quod hæt. 75. dixerat, Aërium negare offerendum esse sactificium pro mortuis, exprimit per hæc verba, δογματίζει μὴ δεῖν προσφέρειν ὑπὲρ τῶν προκεκοιμημένων. Similiter Eusebius 6. Histor. cap. 43. Cum agit de iuramento extorto per Nouatum à suis, ne rediret ad Cornelium, interposita ad iurandum Eucharistia, *facere sacrificium incruentum* expressit per ea verba, ποιεῖν προσφοράν. Eodémque sensu S. Ignatius Epist. ad Smyrnenses, vetat προσφορὰν iniussu Episcopi, idest sactificium celebrare. Varia alia loca id sententia, collegit Arcadius lib. 3. de Sacrament. cap. 15. & Socolouius in caput 13. Censuræ Hieremiæ Constantinopol. Aliàs tamen *Prosphora* significat quamcunque oblationem, etiamsi non ad sactificiom; vt notat Sanctesius in præfatione ad Græcorum Liturgias cap. 5. Et eiusmodi erant pleræque oblationes promulgari in Ecclesia solitæ; proclamante Diacono, vt meminit S. Hieronymus in capite 18. Ezech. ad illud *panem suum esurienti dederit.*

Onomastica Eucharistiæ.

Pulchrum Dei.

Zach. 9.

Videsis supra V. *Bonum.* Cadit egregiè in hunc locum, quod Galatinus lib. 10. cap. 5. *in fine*, adducit ex Rabbi Ramban. in Psalm. 105. de Corpore Messiæ in specie panis, quod est pulchritudo panis, terræ: Exponens enim illud *Ex pane cœli saturauit eos*, sic scribit Ramban. [Proiecit de cœlis in terram pulchritudinem Israël, significare volens, quod Deus descendere fecit de cœlis pulchritudinem in terram. Et notato secreto eius huiusmodi; nec discedas ab eis. Et Ipse ad se accipiet pulchritudinem, cum beneplacitum sibi fuerit; quemadmodùm intelliges ex benedictione Sacerdotum. *Ascendere faciet Deus, facies suas ad se.* Etsi hoc intellexeris, etiam quod supra dictum est; intelliges.]

Pulmentum vitale incarnate Deitatis,

Fulbertus Epistol. 1.

Purpura Dominico sanguine tincta.

Chrysostomus homil. ad Baptizandos.

Q

Quasi ingens arbor virentibus referta foliis, sub qua quicunque fugiunt laborantes & peregrinantes, protegantur in ipsius umbraculo, à diei æstu, à turbine quoque & pluuia.

Laur. Iustin. lib. de Disciplin. monast. conuersc. 19.

R.

Radix nostra secunda.

S. Cyrillus lib. 1. Glaphyt. cap. de Adam.

Christum vt radicem alteram generis nostri, radicem sanctam radici vitiatæ ac corruptæ (Adamo scilicet primo,) oppositam exhibet S. Cyrillus lib. 5. Pentabibli & lib. 1. Glaphyr. cap. *de Adam.* Hoc porrò secundo loco, eam radicem statuit in Euchatistia. [Absurdum enim fuerit (inquit,) existimare, e terra quidem factum, atque hominem existentem Adam, execrationis quæ ipsi accidit, vim tanquam hæreditatem quandam naturaliter in vniuersum genus humanum transmittere: Supernum verò ac cœlestem, & Deum secundum naturam Emmanuelem, nostramque similitudinem nactum, ac secundum nobis Adam effectum, non etiam penitus vitæ suę participes abondè efficere eos qui familiaritatem cum ipso in fide inire voluerint;

Sect. V.

voluerint. Concorpotei enim ei facti sumus per mysticam benedictionem : Vnitè autem etiam sumus alio modo, quia diuinæ ipsius naturæ facti sumus participes per spiritum.]

Recordatio sacrificij, crucis.

S. Chrysostomus homil. 17. in ad Hebr. præfatus de crucis sacrificio semel oblato, addit. [Quid verò ? Nos nónne per singulos dies offerimus ? Offerimus quidem, sed ad recordationem facientes, mortis eius. Et vna est hæc hostia, non multæ. Quomodò vna est, & non multæ ? Quia semel oblata est in sancta sanctorum : Hoc autem sacrificium, exemplar est illius : Idipsum semper offerimus. Nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper eundem ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium, hac ratione. Alioqui quoniam in multis locis offertur, multi Christi sunt ? Nequaquam, sed vnus vbique est Christus, & hîc plenus existens & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus est, & non multa corpora, ita etiam & vnum sacrificium. Pontifex autem noster, ille est qui hostiam mundantem nos obtulit. Ipsam offerimus & nunc ; quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc autem quod facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est : *Hoc cum facite* (inquit,) *in meam commemorationem*, Non aliud sacrificium sicut Pontifex, sed idipsum semper facimus : magis autem recordationem sacrificij operamur.] An professeit Chrysostomus ex creditio Ambrosio, reuera Hilario Diacono, tantisper anteriore, qui ibidem agens de antiquis sacrificiis, ait. [Commemoratio peccati fuit, non absolutio, quia quotidie ipsdem purgabantur hostiis, etiam & ipsi Sacerdotes, & populus patitur. In Christo è contrario, semel oblata est hostia putens, ad salutem sempiternam. Quid ergo nos : Nonne per singulos dies offerimus ? Offerimus quidem, sed recordationem facientes mortis eius, &c.] Verbatim eadem omnino habentur hoc loco apud creditum Ambrosium, quæ iam ex Chrysostomo recitauimus. Minus mirum est eadem penè legi apud Theophilactum Hebr. 10. Nam Theophilactus solet ex Chrysostomo proficere. Eius hæc est oratio. [Num & ipsi sine sanguine immolamus ? Ita quidem : sed Christi tunc remittimur obitus : estque ea hostia vna, non plures. Et idcirco dicitur *semel oblatus*. Eundem enim semper offerimus, quin potiùs oblationis illius memoriam facimus, perinde ac si esset hoc tempore immolatus.] Fatetur aliorum item Christianorum mysteriorum recordationem in Eucharistia exhiberi, vt disertè tradit S. Basilius in Anaphora, & Christiani Angamalenses siue Thomæi in sua Liturgia, in quâ hæc præcedentia de Christo. [Tradit nobis Sacramenta sua sancta (*nomen id est diuinæ Eucharistiæ*) quibus recordaremur omnis gratiæ quam erga nos ostendit.] Tamen principaliter ac per se primò, mysterium quod in sacrificio Eucharistiæ recolitur, est Christi pro nobis occubitus & mors in Cruce, de quo plenè sect. 3. cap. 2.

Est igitur Liturgia nostra, recordatio sacrificij crucis. [Dominus, (inquit Cabasilas in explicatione Liturg. cap. 7.) postquàm vniuersum mysterium peregit, hoc dictum subiunxit, *hoc facite in meam recordationem.*] Exquirit Cabasilas cuius rei sit ea recordatio, docétque esse procul dubio recordationem imbecillitatum Christi, crucis, passionis mortis. [in his (inquit), nos iussit facere eius commemorationem. Et vndenam hoc scire possumus ? Ita intelleait Paulus qui quæ eius sunt, optimè nouit. Ad Corinthios enim scribens de mysterio, cum narrasset, Dominum dixisse, *hoc facite in meam recordationem*, subiunxit : *quoties enim panem hunc comederitis, & de calice biberitis, mortem Domini annunciabitis.* Hoc ipse etiam Dominus ostendit in traditione Sacramenti. Cum enim dixisset ; *Hoc est corpus meum? Hic est sanguis meus :* non adiecit eis miracula, dicens quod mortuos suscitauit, quod leprosos mundauit : Sed quid ? Passionem solùm & mortem. *Quod pro vobis frangitur Qui pro vobis effunditur.* Et quæ nam est ratio, quod non miraculorum, sed passionum meminit ? Quoniam hæ sunt illis tanto magis necessariæ, quod hæ quidem sunt nostræ salutis efficientes, & sine his minimè possit homo resurgere ; passiones inquam : Illa autem tantùm demunstrant. Fiebant enim miracula vt Dominus crederetur esse verè Seruator.]

Regnum Dei.

Clem. Alex. 3. pædag. c. 2. agens de osculo sancto quod figebatur sub Eucharistiæ perceptionem. [Regno (inquit,) dignè gustato, ore modestu & clauso, beneuolentiam animi ostendamus.] Vbi *regnum gustatum*, est Eucharistia ore percepta. Et verò Christum in scripturis *regnum Dei* appellari, protritum est. Et quod in legitima oratione poscimus, sanctificari nomen Dei, & aduenire regnum eius, à S. Nilo cap. 35. de Orat. eaponitur ; hoc quidem de Christo, illud autem de Spiritu sancto. Quod Lucæ 22. habetur *non bibam de hoc genimine vitis, donec regnum Dei veniat*, Et quod legitur Marci 14. *donec illud bibam nouum in regno Dei*, Alanus lib. de Sacrif. Missæ cap. 8. num. 7. ita interpretatur, vt *regnum Dei*, ibi aliud nun sit quàm Eucharistiæ mysterium, & sactificium nouî Testamenti. Alienum non meum de locis illis sensum refero, quia planior sensua illorum Christi verborum, is est quem tradit S. Hieronymus Matth. 26. v. 29. Theophilactus & Beda in cap. 22. Lucæ, & ex recentioribus Franc. Lucas, Maldonatus, & Cornelius ad versum illum 29. & diligenter Sanderus ad calcem Orationis de transubstantiatione, assetentes tametsi Matthæus & Marcus subobscuriùs locuti, videri possint insinuare prædicta Christi verba pertinere ad vinum iam consecratum, & esse prolata post cœnam Eucharisticam celebraram ; tamen ex Luca distinctiua rem describente patere, prolata esse ante Eucharistiæ consecrationem ; quando verum genimen vitis erat in mensa, consimile ei quod Christus post resurrectionem bibit cum Apostolis in testimonium suæ veræ resurrectionis. Vnde illa Christi verba non pugnant cum conuersione vini in sanguinem, quasi sicut post resurrectionem haustum est à Christo vinum vulgare, ita simile duntaxat vinum propinauerit in calice consecrato, quod nefariè sectarij ea illis Christi subobscuris verbis colligunt. Eorum autem collectio

collectio vana planè redditur iuxta hanc interpretationem, siue Christus ipse in cœna vltima biberit de calice de quo talia proferebat, siue non bibetit vt contendit Origenes, id ex his ipsis verbis etuens sub initium libri septimi in Leuitic. Quamuis igitur sensus genuinus horum propositorum, non ferat, Euchatistiam dici *regnum Dei*, tamen non est reiiciendus sensus ex Alano propositus quasi protsus improbabilis; Et ei interpretationi subscribens haud improbandus interpres, ait: [Euchatistiæ Sacramentum, tectissimè dicitur *regnum cælorum*, iuxta id Domini in Euangelio Lucæ 22. v. 18. *non bibam de generatione vitis donec regnum Dei veniat*: quod plures SS. Patres de Euchatistiæ Sacramento exponunt; & benè, quia in hoc Sacramento, idem communicatur Deus, qui in regno cælorum, cœlestis impertitur dulcedinis copia maxima, & donum exhibetur immortalitatis, quod eius regni est proprium.] In Missa Moxatabum, cum venitur ad commistionem corporis & sanguinis Christi sic habetur. [Libera nos quæsumus Domine. Et tundendo pectus dicit; Pace Domine finem peccatis. Qua (oratione) finita, acceptam particulam quæ dicitur *regnum*, præmissa oratione ponit super calicem; mox addita alia immittit in illum.] Audin partem illam hostiæ, dici *regnum*. Cur verò regnum diceretur, ratio duci potest ex eo quòd circum calicem ageretur (vt etiam nunc fit) ad insinuandum regnum Christi per Crucem. Sicut olim ad regnum ac dominium portectum quaquauersum symbolo extetno insinuandum hostia primum ab Oriente in occidentem, tum à Borea in meridiem mouebatur, vt Vatablus notauit ad c. 29. Exod. 33. vbi etiam Manuel Sà. v. 24. simile quippiam in Sacello Pontificio fieri obtetuat. Ob motum igitur propottionalem hostiæ, contestando omnem honorem & gloriam tanto Regi deberi, videri potest ea pars hostiæ sanguini commiscenda ad nostram cum Christo vnionem & subiectionem insinuandam, eiusque in nos regnum testandum appellata esse nomine regni. Quod item ipsi Christo absolutè plerumque tribuitur, vt dicitur agendu de Christi nominibus.

Regnum Dei à Iartone expetitum, repertiri in Euchatistia obseruat Gerso p. 3. tract. cui titulus est, *documentum notabile de Sacramento altaris* in ipso fine, vbi sic habet. [Si gratiam dicit sapiens vnus esse paradisum in benedictionibus, nunquid non Euchatistia quæ per excellentiam dicitur *bona gratia*, titè dicetur & etit paradisus? Est igitur recipiens Euchatistiam; particeps illius superadmirandæ dignitatis; promissi particeps quod Dominus petenti Latroni iureiurando dixit, *Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso*. Vbi papa, ibi Roma; vbi Rex ibi regnum: Gaudeat idcirco Sacerdos, & tantæ fœlicitati nou sit ingratus, nec abiiciat gratiam Dei quæ nutrit omnia vt dicit alter sapiens, & de qua Apostolus, *Gratia Dei*, vita æterna. Verus ænigma de hoc regno Dei in Euchatistia, aperuit his verbis S. Cyrillus lib. 13. de Ador. [Mensa propositionem panum habens inctuentam hostiam significat, qua benedicimur dum panem manducamus illum qui de cœlo est; Christum scilicet, qui etiam nostri similis factus est: sed idem tamen erat & est similiter Deus, supernè atque ex Patre veniens, & super omnia, vt rerum omnium Rex & Dominus. Ænigma verò regni Christi est, (vt mihi quidem videtur,) quod super mensam concbyliatum pallium, id est tegum eorum purpureum, extensum est] *Omnastico cum Eucharistico.*

Coronas antiquorum è frumentaceis spicis, recenset Paschalius lib. 7. de Coron. cap. 15. quas huius coronæ ac regni adumbrationes, quia dixerit. Benè sit Petro Aragonio, qui Regia corona Romæ donandus, non alia e materia passus est eam fabricari, quàm ex spicis frumenti, è quibus granum etuitur quod denique cedit in diuinæ Eucharistiæ materiam. Quæ sanè corona fuit religiosa, non illa spicea corona fratrum Arualium, ab Acca Laurentia nutrice Romuli excogitata, teste Plinio lib. 18. cap. 2. qui air, hanc fuisse primam apud Romanos coronam, duodecim illis Sacerdotibus aruorum (quos inter duodecimus frater Romulus,) attributam, quæ vitta alba colligabatur, & in Sacerdotio dabatur pro religiosissimo insigni, erátque bonor qui non nisi vita finiebatur, & exules etiam capióque commodabatur. Meminit eiusdem spiceæ coronæ Agellius lib. 6. cap. 7. Non esset difficilè, si res ferret, harum prærogatiuarum analogiam, & quidem longè præcellentiùs micantem in Eucharistia quam in spicea illa corona fratrum Arualium, exhibere. Fortassis autem Petrus Aragonius has spiceæ illius coronæ prærogatiuas in Eucharistia (quæ nostrorum Sacerdotum corona est) tecognoscen, vt suum erga Euchatistiam affectum testaretur, spiceatá, alij corona panis azymi coronatum scribunt; vt Marinæus lib. 10. de reb. Hisp. cap. 9. & Tataph. ae Blanch. de Regibus & tebus Aragon. quod perinde est ad rem nostram. Quamquam non me latet, quanti sit hæc narratio Spundano anno 1204. num. 16.

Haud grauatè huc tetulerim factum Francisci eo nomine vltimi, Britanniæ Armoricæ Ducis, institutoris Ordinis Militaris cui nomen à *spica*, de quo latè Fauinus in Theatri hominis lib. 3. Torques ordinis ex spicis frumenti in modum Crucis intrtextis veluti in coronam constabat, habens in basi Mutem Ponticum album quem vulgo *Arminium*, vel *Herminium* vocitant, addito lemmate *ad vitam meam*: quod candidissimus ille mus, adeò feratut adamate puritatem ac nitorem, vt si in fuga occurrat cœnum, capi priùs à venatoribus eligat, quàm inquinari. Varias omnino interpretationes huius emblematis assignat supta Fauinus. Súntque nominatim, qui atbitrentur intentum illius Principis fuisse, innuere genetosum incontaminatæ & nullo probro notatæ vitæ propositum, ptæ quo mors potiùs oppetenda esset, vitáque abiicienda, quàm aliquid fœdum admittendum. Sed quid si vita illa pro more Punicorum, teste D. Augustino lib. 1. de peccat. merit. cap. 24. dicatur esse Euchatistia, ad quam aptasi exquisito vitæ nitore & summa animi putitate vellet? spicea certè corona redolet Euchatistiam, & Crux in cuius modum, spicæ alias aliæ subsequentes intertexuntur, memoriam crucis & passionis Euchatistiæ implantatam, congruè refert. Non minùs aptè hæc dici puto quàm quod præter alios à variis apud Fauinum adducta symboli huius sensa tradi video à Francisco Menenio in opere de delic. equestr.

Sect. V.

pag. 160. vbi arbitratur hanc fuisse expressionem spiceæ coronæ Fratrum Arualium, de qua paulo ante. Sed quid cum cogitatione Principis Christiani Fratres Arvales?

Remedia immortalium sanitatum.

S. Ambrosius lib. de Viduis.

Nostra hîc sanitas vaporea est, vt scitè dixit S. Augustinus serm. 34. ex 40. nouis. Quod non tantùm valet de sanitate corporea cuius in hac vita, tanta est imperfectio, vt Hippocrates alibi adductus, hominem pronunciauerit esse *totum morbum*; sed multo magis valet de sanitate animæ, quàm iuges infirmitates multiplicatæ, vt Dauid expostulabat, perfectione pruhibent. In altera autem vita erit perfecta sanitas, vt Theodosius 4. significatum voluit eo lemmate quod sepulchro suo apposuit, SANITAS Er æquè poterat SANITATES dicere, ob corporis & animæ perfectam salutem illic obtinendam, iuxta illud Dauidis *qui mandas salutes Iacob.* Harum sanitatum, & huius multiplicis salutis in cœlo consequendæ, & immortaliter possidendæ, remedium est Eucharistia. Nam per eam, & corpus nouo titulo resurget ad vitam immortalem, nulla vnquam tentandam inualerudine; & anima, salute nunquam iemeranda potietur, vt proinde iure dicatur immortalium sanitatum remedium.

Remissio peccatorum.

Acta 3. Theoctistæ. 10. Nouemb. sic eam de percepta abs se Eucharistia loquentem inducunt.] Remissiouem peccatorum in manibus accepi.]

Replicatio memoria passionis Christi.

Hincmarus in vita S. Remigij.

Locus est perillustris quoad veritatem præsentiæ Christi in Eucharistia, & efficaciam ergaritè vsurpantes. Quod enim Ioannis Scoti peruersitate, inualuisset tempore Hincmari apud aliquos fermentum quod postea Berengarius diffundere molius est; idcirco graues ea ætate scriptores, vt Paschasius, & Hincmarus, veritatem Catholicam dilucidè sum professi. Præstat hoc Hincmarus cum ad calcea emendij S. Remigij, tum nominatim loco annotato, vbi sic habet. [Non solùm Christus lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in Cruce pro nobis, vel quando quisque nostrum in mysterium sacro sanctæ passionis illius, Baptismi aquis ablutus est; verum etiam quotidie tollit peccata mundi, lauatque nos à peccatis nostris quotidianis in sanguine suo, eum eiusdem beatæ passionis ad altare memoria replicatur: cum panis & vini creatura in Sacramentum corporis & sanguinis eius, ineffabili spiritus sanctificatione transfertur: sicque corpus & sanguis illius, non infidelium manibus ad perniciem suam funditur & occiditur, sed fidelium ore sumitur in salutem. Cuius rectè figuram Agnus in lege Paschalis ostendit, qui semel populum de Ægyptiaca seruitute liberans in memoriam eiusdem liberationis, per omnes annos immolatione sua populum eundem sanctificare solebat, donec veniret ipse cui talis hostia testimonium dabat. Oblatúsque Patri pro nobis in hostiam odoréque suauitatis, mysterium suæ passionis oblato agno, in creaturam panis vinique transferret, Sacerdos factus est in æternum, secundùm ordinem Melchisedec, qui per proptium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta: quia Verbum quod erat in principio Deus apud deum, cibus sempiternus sanctorum Angelorum, vnde viuunt supernæ virtutes, caro factum est: idem Deus Verbum quod erat apud Deum, homo factus est: (sicut dictum est, & semper credendum atque dicendum est:) quo autore & redemptore, nunc in cœlo viuunt cibo sempiterno beatorum spiritus, ac perpetuo omnis viuet Ecclesia Sanctorum: & nos vera eius carne de Cruce pascimur, & sanguine verò ac viuo qui de latere eius in Cruce manauit, potamur, qui manducatus & potatus, integer perseuerat & viuus, quia surrexit occisus. Et in hac mystica distributione spiritualia alimoniæ hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestia cibi in carnem eius, qui caro nostra factus est, transeamus: & in quo crucifixi, cui commortui, & consepulti & conresuscitati, ipsum per omnia carne & spiritu gestemus. Nam aliter in sancta Ecclesia quæ corpus eius est, nec tata Sacerdotia nec vera sunt sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ, verus nos Pontifex reconciliet, & verua immaculati Agni sanguis emundet. Qui licet in patris dextera sit constitutua in eadem tamen carne quam assumpsit ex Virgine, Sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo *Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Haud obscurè interpellationem Christi pro nobis accipit de Christo in Eucharistia pro nobis sactificato & interpellante dum replicat & exequitur Crucis mysterium.

Requies beatorum.

Aponius lib. 3. in Cant. [*Ecclesia* (inquit,) *amica* est appellata, quæ in eius aduentu qui dixit, *venite ad me omnes qui laboratis & ego vos requiescere faciam* sub tegmine defensionis eius, credendo vnum Deum, requiescens læta dicit, *In vmbra eius quem desiderabam sedi & fructus eius, dulcis gutturi meo.* Quam *dulcedinem regni cælorum & beatorum requiem* nominat, siue corpus eius & sanguinem, delibando vitam æternam conferentem exultans ait, *Et fructus eius, dulcis gutturi meo*]

Res diuina.

Chrysostomus homil. 5. in 1. ad Timo. *initio moralis.*

Non tarò Patres corpus & sanguinem Christi nomine *rerum diuinarum* donant, vel nomine *diuinæ essentiæ*, aut *diuina substantia.* Cypr. de Cœna Dom. [Sacramento visibili ineffabiliter diuina se se infundit essentia.] ideſt corpus Christi. Gelasius lib. de Duabus nat. [Sacramenta quæ sumimus corporis & sangoinis Christi diuina res est, propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ.] Et mox addit, panem & vinom in diuinam transire Spiritu sancto perficiente substantiam. Ideſt in Christi sobstantiam.

Res mirabiles.

Eusebius lib. 1. de Demonstr. cap. 10. post multa de Eucharistia ex Dauide, sobdit. [Hoc ipsum magnus quoque Propheta Isaïas mirabiliter diuino spiritu indicante prouidit, & antequàm fieret, prædicauit. Dicit igitur sic. *Domine Deus meus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti res mirabiles*, planè deinceps

ostendis

ostendit, dicens, *faciet Dominus Sabbaoth, conuiuium omnibus gentibus, bibent lætitiam, bibent vinum, ungentur unguento. Trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc in omnes gentes.* Huiusmodi sanè erant Eliæ mirabilia.]

Robur panis.

S. Cyrillus lib. 1. in Esaiam ad illud ex cap. 3. *auferetur ab eis robur panis*, sic habet. [Aufertur ab illis fortitudo panis, non sensibilis, sed eius veriùs de quo Dauid ait, *panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo*, &c. Et sermo est mysticus. Etenim nos qui per fidem ad sanctificationem vocati sumus, panem habemus; panem inquam de cœlo, hoc est Christum seu corpus eius. Si verò quis interroget, cuiusmodi tandem illius robur ac vis sit, viuificum esse dicimus. Dat enim mundo vitam, &c. Priuati sunt itaque Iudæi ciusmodi bonis, quoniam apud eos non est panis robur, ideſt illa quæ est in Christo viuificatio.] De robore per Eucharistiam collato, dicta sunt non pauca superiùs sect. 4. c. 2. §. 6.

S.

Sacramentum Altaris.

Anselmus, hoc titulo librum de Eucharistia inscripsit, passimque alij ita eam denominant à loco in quo confici consueuit. Quanquam aliquando præter morem ac legem, extra altare confectam esse Eucharistiam, historiis proditum est. Sic S. Lucianus in carcere cum altare deesset, super pectus suum sacrificauit, vt scribit Nicephorus lib. 8. cap. 31. & Baronius anno 311. num. 2. Testatur etiam Theodoretus in Relig. hist. cap. 20. se in gratiam Mariς Anachoretæ, deficiente altari, celebrasse in manibus Diaconorum.

Sacramentum benedictionis.

Tertullianus lib. de Pudicit. cap. 14.

Sacramentum charitatis.

S. Thomas Opusc. 58. cap. 25. hanc Eucharistiæ denominationem, testatur esse receptam, eamque ipse multis illustrat. Nec pauca etiam eam rem habet Laur. Iustin. l. de Casto connubio Verbi & animæ cap. 24. Breuiter autem dicendum est, hanc denominationem perbellè cadere in hoc mysterium; quod & summæ Christi charitatis pignus est, & potentissimum mutuæ inter nos charitatis incentiuum: vt vel ipsa eius materia simultis coagmentata demonstrat. V. supra sect. 4. cap. 2. Idem portò est, dici Eucharistiam *Sacramentum charitatis*, ac *Sacramentum amoris*. Non est tamen Eucharistia Sacramentum amoris, eo sensu quem imaginata sibi est mulier à Sathanâ deluſa; quæ vt amorem sibi conciliaret mariti retentâ intra os Sacra hostia, osculum marito fixit, vt testatur Alex. III. in Concilio Later. p. 50. c. 30. vbi addit, consecutum miraculum de hostiæ illius conuersione in carnem, & carnis iuxta molares supercretione, ita vr glutiri Eucharistia non posset; perspicuè monstrante Deo, indebitè vsutpatam esse ad amoris coniugalis conciliationem cibum diuinis Christi nobiscum nuptiis addictum.

Sacramentum communicatæ carnis & sanguinis.

S. Hilarius lib. 8. de Trinit.

Sacramentum corporis Christi.

S. Anselmus lib. de Sacram. Altar. p. 2. cap. 11. præter obuium illum sensum qui fert hoc esse Sacramentum quod continet corpus Christi, & partialiter est ipsum corpus Christi, exhibet alium præterea. tituli propositi sensum, quod scilicet corpus Christi abditum sub speciebus, sit Sacramentum sui ipsius in forma visibili. Quod verò S. Augustinus Ep. st. 23. ait, Sacramentum corporis Christi, secundùm quendam modum esse corpus Christi; ita accipiendum est, vt cum vera Christi præsentia sub speciebus, non pugnet. [Diligenter in id enodandum incumbit Lanfrancus lib. contra Bereng. & ex eo Hieronymus Torrensis in Confess. Augustin. lib. 3. cap. 6. §. 5. Simplicissima & admodum genuina expositio esse videtur, species Sacramentales esse quadantenus, siue secundùm quendam modum hoc, est repræsentatiuè corpus Christi. Audi Algerum lib. 1. de Euchar. c 18. *sub finem.* [Quod dixit Augustinus ad Bonifacium; Sicut Sacramentum corporis Christi, secundùm quendam modum corpus Christi est, ita Sacramentum fidei fides est; intelligendum est de forma panis & vini; quæ non verè, sed figuratè & nuncupatiuè dicitur corpus Christi. Quia igitur Augustinus ad comprobandum quod Sacramentum fidei fides diceretur, duas similitudines dedit, vnam actualis Sacramenti, immolationis scilicet imaginariæ, alteram verò realis, formæ scilicet panis & vini: vt immolatio imaginaria, figuratè vocatur mors & crucifixio Christi: & sicut forma panis & vini figuratè vocatur *corpus Christi*; sic Sacramentum fidei, scilicet baptisma, figuratè vocetur *fides*. Notandum quod in altera harum similitudinum, cœlestem panem qui verè Christi caro est, non communis, sed suo & quasi proprio modo, *corpus Christi* vocati dixit: quia scilicet corpus illud, non corporale, sed spirituale & diuinum præ omnibus corporibus singulariter vidit. In altera autem, Sacramentum corporis Christi, id est formam panis absolutè secundùm quendam modum *corpus Christi* dixit, quia communi figura non existentium quod dicuntur, illud dici *corpus Christi* notauit.] Interdum *Sacramentum corporis & sanguinis*, idem sonat quod *corpus & sanguinem*. Qui est sensus Bedæ hom. de Epiph. cum ait, panis & vini naturam ineffabili sancti Spiritus sanctificatione, transferri in Sacramentum carnis & sanguinis Christi: id est in sacram. carnem & sanguinem Christi. Eteodem sensu S. Ambrosius lib. 2. de Fide. c. 4. ait, Christum passum esse per sui corporis Sacramentum. id est in carne iuxta S. Petrum, siue in suo sacro corpore.

Ononastiicon Eucharisticum.

Sacramentum corporis Christi mystici, id est Ecclesiæ.

Guitmundus lib. 2. contra Beteng. his præter cætera Hunc Eucharistiæ titulum exponit. [Cum sicut nos B. Apostolus Paulus docuit. *Ipse caput Ecclesiæ* sit, & Ecclesia corpus eius, ipsum suum proprium quod de B. Virgine sumpserat corpus, corporis sui quod est Ecclesia, signum est, & figura, & Sacramentum. Quod videlicet Ecclesiæ corpus, ad instar capitis sui, de Spiritu sancto & Ecclesia Virgine, corde nascitur, & ex omnibus gentibus, tanquam ex diuersis membris in vnum nouum hominem congregatur. Omnia portò hæc per id quod de altari Dominico sumitur, credimus figurari. Nam vt inde facili compendio satisfaciam, neque tamen rationes

Sectio V.

rationes altissimas diuinorum mysteriorum passim prodam, de hoc certè vniuersalis Ecclesia testis est, quia quotiescunque id sumimus, nos vtique Christianos esse, ideſt spititualiter natos ostendimus. Consequenter ergo & concrucifixos, & commortuos, & consepultos Domino uostro per Baptismum in mortem, sed & consurrexisse nos declaramus. Per hanc quoque vitia expellimus, per hanc uos in noua vita confirmari confidimus: per hanc postmodùm perfectos ad regnum æternum nos ascensuros speramus. Iam verò quod vniratem corporis Ecclesiæ, sacra figuret oblatio, non est necesse vt hoc probando laborem. Paulus enim id sufficienter declarat Apostolos dicens. *Panis quem frangimus, & calix cui benedicimus, nónne participatio corporis & sanguinis Domini est? Quia multi vnum sumus in Christo.*] Confirmat hoc ex Cypriano & Augustino. Tum addit. [Aptissimè igitur & rationabiliter, sacra oblatio, cum aliorum multorum bonorum, tum etiam corporis Domini, ideſt Ecclesiæ ex multis hominibus, vel populis veluti granis, inter duo Testamenta tanquam supetiorem & inferiorem molam contritis, ideſt humiliatis, per aquam Baptismi & ignem Spiritus sancti, in vnum collectæ atque compactæ, dicitur signum.]

Sacramentum egregium & super omnia excellens.

Algerus lib. 2. cap. 3.

Indignus est Lutherus qui vel tefellatur tum effutiuit omnia Sacramenta nouæ legis esse dignitate paria: quod Concilium Trid. sess. 7. can. 3. anathemate perculit, conuellitúrque à Bellarmino lib. de Sactam. in genere cap. 28. Sed ferè frustra videtur is labor suscipi cum infinita dignitas Christi sub specierum in volucro contenti, satis superque euincat summam & inadæquabilitet eminentem huius Sacramenti præcelleutiam, de qua nominatim legendus Blesensis Epist. 123. *initiò.*

Sacramentum fidelium.

S. Ambrosius Oration. de Satyro, S. August. serm. 2. de Verbis Apostoli, & Epistola 120. cap. 24.

Ex vsu Ecclesiæ, soli baptizati appellantur *fideles*, eamque appellationem contrapoui olim solitam appellationi *catechumenorum*, videre est apud S. Augustinum Tract. 44. in Ioan. & lib. de Pastor. cap. 13. etiamsi dubitare non licet, quin reipsa Cathecumeni ante susceptum de facto Baptismum, possint habere fidem, cum actualem, tum habitualem: Itaque Sacramentum Euchatistiæ dicitur *Sacramentum fidelium*; quia est Sacramentum baptizatorum, qui sunt perfectè fideles, & planè initiati quales etant apud Ethnicos, quos ipsi vocabant τελεσχρίνους, vt est apud Theodoretum q. 28. in Deut. V. supra *Cibus credentium.*

Sacramentum magnum in Christo & Ecclesia.

Methodius in Sympoſio.

Apostolus Ephes. 5. ad Christi & Ecclesiæ coniunctionem transtulit, quæ de Adami & Euæ cooiugio extant Genes. 2. Eadem ad coniunctionem Christi nobiscum per Eucharistiam, transferuot varij Patres præter Methodium, vt S. Irenæus lib. 5. cap. 6. Paschasius lib. de Sacrament. c. 7. Pulchrè S. Chrysostomus homil. ad Neopb. dum expendit illud, (vt ipse quidem legit,) *exiuit aqua & sanguis*, quæ ait fuisse symbola procreationis & nutritionis nostræ per baptismum. [Ex his enim sancta fundata est Ecclesia per lauacri regenerationem & renouationem Spiritus sancti; per baptisma inquam, & mysteria quæ ex latere videntur esse prolata. Ex latere igitur suo Christus ædificauit Ecclesiam, sicut de latere Adam eius coniux Eua prolata est. Nam hac de causa Paulus quoque testatur dicens, *De corpore eius, & de ossibus eius sumus*, latus videlicet illud significans. Nam sicut de illo latere Deus fecit fœminam procreari sic & de suo latere Christus, aquam nobis & sanguinem dedit, vnde repararetur Ecclesia. Et sicut in sopore quiescentis Adæ, Deus lateris membra patefecit: sic modò post mortem, aquam nobis douauit & sanguinem. Et sopor ille nunc mors est, vt discas mortem nulla soporis separatione discerui. Videte quemadmodum sponsam sibi Christus coniunxit: Videte quo uos cibo societatis enutrit. Ipse nobis cibi substantia est atque nutrimentum. Nam sicut mulier affectionis natura cogente, genitum alere sui lactis fœcunditate festinat, sic & Christus, quos ipse regenerat, suo sanguine semper enutrit.]

Non est prætereundus S. Leo Epistol. 23. vbi agens de eo qui se in nuptiale conuiuium intrusit, ait. [Caro Christi, velamen est Verbi, quo omnis qui Christum confitetor, integrè induitur. Erubescens autem illud, & quasi indigum tefutans, nullum ex eo habebit ornatum. At licet se regio ioferat festo, sacrisque se epulis importunus immisceat, discretionem tamen Regis fallete imptobus conuiua non poterit, sed sicut ipse Dominus protestatus est, *tolletur ligatis manibus & pedibus, & mittetur in tenebras exteriores, vbi erit fletùs & stridor dentium.* Vnde quicunque in Christo non confiretur corpus humanum, nouerit se mysterio Incarnationis indignum, nec eius Sacramenti habere consortium, quod Apostolus prædicat dicens, *quia membra sumus corporis eius, de carne eius & ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Ex exponens quid per hoc significaretur, adiecit; *Sacramentum hoc, magnum est; Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Ab ipsu ergo principio generis humani, hominibus Christus est denunciatus in carne venturus. In qua sicut dictum est, *& erunt duo in carne vnâ*, vtique duo sunt, Deus & homo, Christus & Ecclesia quæ de spõsi carne prodijt, quando ex latere crucifixi manante sanguine & aqua, Sacramentum redemptionis & regenerationis accepit. Ipsa est enim noua conditio creaturæ, quæ in baptismate, non indumento veræ carnis, sed contagio damnatæ vetustatis exuitur, vt efficiatur homo corpus Christi, quia & Cbristi est, corpus dominis.] Hoc ipsum est, quod S. Leo ibidem præmiserat. [in quibus isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore iacuere, vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis Sacramenta fidei taceamt] Quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ, hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus.]

Fusè

Fusè in hanc rem Franciscus Turrianus lib. 2. de Euchar. c. 7.

Sacramentum magnum pietatis

1. Timoth. 3. ex interpretatione Blesensis Epistol. 123. ac inter recentiores, Magaliani 1. Timoth. 3. v. 16.

Huc pertinet quod S. Augustinus, Eucharistiam *Sacramentum pietatis* appellat tract. 26. in Ioan. & in Psalm. 122. ad illud, *eripe me de inimicis meis*, ac ex eo Prosper sent. 69. Est autem *pietas*, nomen biforme vt habetur ex eodem D. Augustino 10. Ciuit cap. 1. Nam primò sonare potest cultum supremum quem Deo impendimus: per proportionem ad quem cultum, honor & & reuerentia quam liberi parentibus deferunt, ad pietatem erga eos pertinet: Vnde Antoninus ab officiis erga patrem adoptiuum Adrianum, denominatus est *pius*, & apud Festum atque Valerium, Acilius templum dicauit *pietati*, quo loco filia patrem ad mortem ex fame damnatum, suo lacte aluerat. Secundò nomen *pietatis* sonare potest affectum misericordem superioris, ac ipsius etiam Dei, erga inferiores: quo pacto Iudith 7. Deus denominatur *pius*: & Apocal. 15. *solus pius*. Vtrauis porrò ratione spectetur *pietas*, Eucharistia meritò denominatur *magnum pietatis Sacramentum*: quod clarum est si agatur de pietate Dei erga nos, quam satis illustrauimus agendo de amore Dei erga fideles prodito per hoc mysterium, si verò agatur de nostra in Deum pietate, est etiam Eucharistia *magnum pietatis Sacramentum*, cum contineat adorationem in spiritu & veritate, proficiatque affectus suauissimos denotionis erga Deum, obiectu tot bonorum quæ per hoc corpus & sanguinem nobis obuenerunt. In quam rem eximiè disserit S. Chrysostomus hom. 24. in 1. Cor. informans communicantem, proposito paradigmate eorum de quibus erga Deum pius esse debet in eo articulo. Benè etiam S. Augustinus lib. de Spiritu & litera cap. 11. verbis illis. [Per legem fidei quisque cognoscit, si quid benè viuit, Dei gratia se habere: & vt perficiatur in dilectione iustitiæ, non se aliunde consecuturum. Quæ cogitatio pium facit, quia pietas est vera sapientia, quam Græci θεοσέβειαν vocant. Ipsa quippè commendata est, cum dictum est homini quod in libro Sapientiæ legitur. *Ecce pietas est sapientia. Deosebia* porrò si ad verbi originem Latinè expressum interpretaretur, Dei cultus dici poterat, qui in hoc maximè constitutus est, vt anima ei non sit ingrata. Vnde & in ipso verissimo & singulari sacrificio, Domino Deo nostro agere gratias admonemur.] Idem lib. 3. de Trinit. cap. 10. vocat hoc sacrificium, *celebrationem pietatis*.

Eo primariam nostram erga Deum pietatem in hoc Sacramento. In quam rem lagendus quoque Laur. Iustin. da Triumph. Christi ago. c. 4. Quod si pro vulgato vsu vocis *pietas*, siue *deuotio*, vsurpetur ad designandos sensus suaues, & dulces affectus, nullum est mysterium nostræ in Deum pietatis, cum isto æquandum. Existunt enim ex eo suauissimi affectus, quibus deliciata voluntas dulcissimè in Deo colliquescit. Qua de re amœnissimè præter cæteros credirus Cyprianus sermo. de Cœna Dom. num. 19.

Si lubeat reliquum loci Apostolici in quo versamur, vel ad Eucharistiam accommodare vel de ea simpliciter accipere, vt factum dixi à nonnullis recentioribus, haud multum inuito ibidem Iustiniano, dici potetit mysterium Eucharistiæ, manifestatum esse in carne, quia caro Christi verè est cibus. Magalianus manifestationem hanc in carne censet factam in illis apparitionibus Sacramentalibus, quibus carnis species est obuersata. Videndus Thyræus lib. de appar. Sacram. & tractatio de eodem argumento attexta vitæ Pauli secundi per Epiphanium, §. 5. Idem mysterium, iustificatum est in Spiritu. Verè enim conuictum est nihil esse in hoc mysterio falsum, quia Christus sub accidentibus panis & vini est ad modum Spiritus; ad quem Christi statum omnes officinæ hostium veritati huius Sacramenti infestorum discutiuntur. Iustificatur præterea in Spiritu, quia hoc Sacramentum homines carneos efficit Spiritus, tribuens spiritui nostro transire quadantenus in diuinum à quo viuificatur. Apparuisse verò Angelis venerabundis, & in illud prospicere desiderantibus, docent quæ habentur apud Chrysostomum lib 3. de Sacerd. & apud Gregorium 4. dialog. De eodem mysterio, verè dicitur quod prædicatus sit gentibus, vt Malaeb. c. 1. ptænunciauit. Creditum item est in mundo, iuxta illud Psalmi 21. quod de Eucharistia accipit D. Augustinus *apud te laus mea in Ecclesia magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum.* Mouit quidem Satan omnem lapidem, vt fidem huius mysterij abrogaret; Nam & per Iudam, primũ Sacramentarium auctorem nisus est Discipulos à fide huius mysterij, & postea per Berengarium, & infausta eius gemmina idem tentauit. Sed steterit inuicta Ecclesiæ fides circa hoc mysterium. Quod denique assumptum est in gloria, quia apud omnes gloriosè celebratur ac colitur, & in futuræ gloriæ pignus assumitur, sunt qui in ipso Empyreo per totam æternitatem, assentiantur isti Eucharistiam dicant, eaque ratione hoc mysterium dici assumptum in gloria. Sed mihi ea subuectio Eucharistiæ in cœlum, nunquam arrisit, vt dixi in Hereroclitis circa Christum. Tametsi igitur communiùs Interpretes aliò concedunt & de mysterio potiùs Incarnationis, siue de verbo carni nostræ adiuncto, propositum Pauli locum de magno pietatis Sacramento accipiunt, præeuntibus Patribus præsertim Leone Magno Epist. ad Flauia & serm. 8. & 10. de Natiu. Dom. Fulgentio lib. 1 ad Trasim ac S. Gregorio l. 14. mot. c. 4. alias 7. Tamen negari non debet (vt Iustinianus animaduertit) quin ante cedentia & consequentia apud Paulum, huius interpretationi de Eucharistia faueant, etiamsi de industria Paulus, pro veteri vsu paulo obscurius de Eucharistia sit locutus.

Onomasticon Eucharisticum.

Sacramentum magnum supra omnem æstimationem, supra omnem intelligentiam supra omnem eminentiam. In quo salus est mundi, pretium seculi, pretium sine pretio, pretium impretiabile.

Blesensis Epist. 123.

Sacramentum memoriæ.

S. Augustinus 10. contra Faust. cap. 21.

Hoc præcipuè dicitur, quia hoc mysterium continet commemorationem passionis ac mortis Christi. Potest tamen etiam referri ad illum insignem huius Sacramenti effectum quem celebrat Dauid Psalm. 22. vt scilicet qui edunt hunc

panem

Sect V.

panem, teminiscantut. Depulsio hæc est obliuionis, quam pet hoc Sacramentum tolli egregiè docet Rupertus a. de offic. c. 10. & his paucis attigit S. Chtysostomus hom. 51. in Matth. [Iudæis quidem singulis annis beneficiorum suorum monimenta post festos dies Deus proposuit: Tibi verò, quotidie, ipse ne obliuiscaris, proponitut. Noli etgo crucem vetecundari. Hæc enim sunt decora nostta, bæc Sacramenta: hoc otnamur dono, hoc gloriamut. Nec si cœlum, si terram, si matis dixero à Deo creata, si Prophetam, si Angelos missos, quicquam huic æquale proferam. Hoc certè capui boootum est, quia proptio Filio non pepercit', vt fugitiuos seruos setuaret.] Hoc autem est quod nobis ob oculos quotidie ponitut pet Eucharistiam; ne hominibus, vere Enos, vetè obliuiosis, possit excidere. Nam vt cum Cabasila in Expositione Liturgiæ c. 31. dicam, [Magna est obliuionis tyrannis, & nulla humana affectio tam frequeter & tam facilè hominem subuertit, vt hæc affectio.] Est ergo *Sacramentum memoriæ*. Piè admodùm in hanc tem disserit Turrectemata tract. de Euchat. cap. 1. *in tertia causa institutionis huius Sacramenti*; quod esse instituium censet, vt esset memoriale petenne beneficiorum ptæcipuorum Christi, nempe passionis eius ac mortis, quæ tantoperè nostti interat nunquam fugere recordationem nostram: Ita vt existimet ptædictus Aotor, Christum hinc contentissimè nobis inclamate in actu exercito, & factis, non sono verborum, illud Theno. 3. *Recordare paupertatis meæ, & transgressionis; absinthy quoque ac fellis.* Nec non illud Sapientis; *Gratiam fidejussoris tui ne obliuiscaris. Posuit enim pro te animam suam.* Addit & illud Vtbani IV. [O digna & nunquam terminanda memotia, qua mottem nostram recolimus mortuam, nostrúmque interitum vitæ obitu interiisse, ac lignum viuificum ligno Crucis affixum fructus nobis salutis sttuliſſe.] Legesis cætera à Clemente V. recitata in Concilio Viennensi Clement. vnica de teliq. & vener. SS. vel in ipso Vtbs ni diplomate, quod integrum extat apud Laërtium Chetubinum Tomo 1. Bullarij.

Sacramentum panis.

S. Augustinus lib. 3. de consen. Euang. cap. 25. *semel & iterum.* Pulchrè item in eandem sententiam. S. Chrysost. hom. 51. in Matt. [Audiamus tam Sacetdotes quàm alij, quàm admirabilis tes nobis concessa est. Audiamus oro, & perhotteſcamus; carnes suas nobis ttadidit: seipsum immolatũ ptoposuit. Quam igitut satisfactionẽ afferemus, cum tali pabulo nuttiti, peccemus? Cum agnum comedentes, io lupos conuertimur; cum ouinis catnibus satutati vt leones tapimus: præsertim cum id Sacramentum non à tapina solùm verùm etiam ab omni suspicione inimicitiatum, mundum semper setuste iubeamur. Pscis enim Sacrameutum est, hoc Sacramentum.] Glossam optimam huius tituli, suppeditat S. Augustinus serm. ad Infantes de Sactamento qui extat apud Fulgentium lib. de Baptis. Æthiop. vetbis illis. [Sicut vt sit species visibilis panis, multa grana in vnum conspergunter, tanquam illud fiat quod de fidelibus ait Scriptura. *Erat illis anima & cor vnum in Deũ*, sic & de vino Fratres, recolite, vnde sit vnum. Grans multa pendent ad bonum, sed liquot granorum, in vnitate confunditut. Ita Dominus Iesus Christus nos significauit, nos sd se pertinere voluit. Mysteriom pacis & vnitatis nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non setuat vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se.] Videsis eundem Augustinum serm. 83. de diuers. & beoè multos notatos sect. 4 c. 2. §. 3. à n. 15.

Sacramentum passionis Christi.

S. Gregor. hom. 22. in Euang. Pschas. lib. Sactam. c. 1.

Glossam idoneam suppedltat his verbis Lanfrancus lib. contta Beteng. [Sacrameota illarum rerum quarum Sacrameota sunt, sempet similitodinem gerunt. Sicut in Sacramento de quo hæc quæstio ventilatur, dum frangitut hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid sliud qoàm Dominici corporis in cruce immolstio, eiúsque sanguinis de latere effusio, designatur. Alioqui Sacramentum non esset.]

Sacramentum præclarum & venerabile.

Concilium Tridentinum sess. 13.

Plenè ac splendidè io hanc rem disserit Turrecrem. Tract. de Euchat. cap. 5. ptobans insignem huius Sacramenti supereminentiam, ex nobilitate tetum contentarum, ex pleoitudine sanctitatis, ex singularitate & sublimitate miraculorum, ex maioritate valoris, & gratitudine acceptabilitatis, ex antiquitate & multiplicitate figurarum qoibus in lege & ante legem ptædelineatom est, ea singulatitate cultus, ac veoetatione Angelorum etga ipsum, ex conditiooe fontanex gratiæ ac vttutum; ex magnitodine susoitatis & vtilitatis eius, ac denique ex eo quod est finis & consummatio quorumcunque Ssctificiorum & Sacrameotorum.

Sacramentum propitiationis.

Hincmarus io vita S. Remigij.

Sacramentum quo subingatus est mundus.

S. Eligius hum. 8.

Huius tituli illustrationem, ex Insigni tametsi obscuta historiola Auenionensi, subministrare memini in Antemurali ad opus S. Ioannis Benedicti *pag.* 16.

Sacramentum salutis.

Paschasius lib. de Sacram. c. 11.

Hunc Euchsristiæ titolum ex Innocennj III. lib. de Mysterlis, sic illustrat Ioannes Ragusinus io Concilio Basil. Otst. de Commun. Sub vttaque specie. [Per Eucharistiæ Sacramentum Christus eripuit nos à potestate peccandi, liberat à peccati voluntate. Nam Encharistia si dignè sumatur, à malo liberat, & confirmat in bono, venialia delet, & cauet mottalia: vnde cum ptæmittimus in otatione Dominica, *panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*, statim adiungimus: *Et dimitte nobis debita nostra. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo*, quia per pshem istum cœlestem, libetamur à malis ptætcritis, ptæsentibus, & futuris. Dedit etgo nobis hoc Sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ipse ism mori non potest, per hoc Sacramentum quod in memoriam mottis eius accipimus, remissionem peccatorum quotidie consequamur.]

Sacramentum singulare.

S. Gregorius 7. lib 1. Epist. 47.

Sacramentum Societatis Iesv.

Algerus l. 1. c. 3. & habetur etiam ex S. Dionysio cap. 1.

cap. 1. cœl. Hierar. *Sub finem*, & ex credito Cyptiano serm. de Natiu. Dom. *ad finem*.

Societas beatis erit cum IESV, per totâ æternitatem, tanquam membris illius capitis, cuius influxu pertigerint ad Dei cum eo fruitionem, omnis boni refertissimam, & nullius mali labe inquinatam. Erit sanè ea societas beatis iucundissima, recolentibus Dei erga se propositum, per subsidia à Christo patta, executioni esse mandatum, & omnem illam abyssum gaudij, cui in perpetuum immergeretur, ab hoc fonte dimanasse. Huius ergo felicissimæ Societatis, in æternum beatis interuersuræ cum Christo, typus & imago, atque adeò etiam Sacramentum, est conjunctio cum Christo quæ in via obtingit per Eucharistiam. Nam in hac conjunctione tanquam in imagine, adumbratur illa intimior & æterna. Quod si IESVS spectetur vt est diuina persona & Deus verus, potientur sanè beati Societate IESV in cœlo quam rudi typo delineat in hac vita participatio corporis Christi, quæ proinde hoc item sensu dici potest Sacramentũ Societatis IESV. Nam ea ipsa de causa, participans diuinæ huic mensæ, Ioan. 6. dicitur habere (in præsenti) vitam æternam. Et tabernaculum nostrum à Paulo Hebr. 9. dicitur habere *exemplaria verorum cælorum*. Antiqua enim sancta, non erant vera sed vmbratica, vt philosophatur S. Dionysius post Apostolum ibidem c. 8. 9. 10. quia continebant vmbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, quæ nostro Sacramento exhibetur; rem quidem, sed typo ac imagine obductam contioente. Et hæc ipsa imago siue exemplar ac ectypum aut apographum verorum quæ in cœlo absque vlla imagine & vmbra erunt, nunc adumbrat æternam illam cum Deo societatem absque velamine fidei concedendam. Apponitur enim nobis quoque non minùs quàm beatis, veritas, sed nunc in Sacramento, vt pijssimè, disserit S. Bernardus sess. 33. in Cant. quod propterea Damasc. 4. fidei cap. 14. vocatur ἀντίτυπον μυστήριον, vt supra dictum est V. Antitypa.

Sacramentum spei.

S. Augustin. lib. 12. contra Faust. cap. 20. Hincmarus Opusc. 2. §. 11.

Exponens D. Augustin. postremam emissionem columbæ ex arca Noë, quando non est deinceps reuersa, sic habet. [Quod post alios septem dies, dimissa, reuersa non est, significat finem sæculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in Sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur Ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manauit; sed iam in ipsa perfectione salutis æternæ, cum traditur regnum Deo & Patri, vt in illa perspicua contemplatione Incommutabilis veritatis, nullis mysterijs corporalibus egeamus.] Est ergo Eucharistia Sacramentum spei, quo hîc interim fruimur, dum nondum rem tenemus, cessaturum cum Deus absque sipario, fruendum se exhibebit. Est etiam Sacramentum spei; quia valdè roborat & auget spem nostram, ex tanta Dei in nos bonitate. Hoc egregiè prosequitur Algerus lib. 1. cap. 3. multa cap. 2. præfatus de spei nostræ argumentis ac pignoribus ex Incarnatione.

Sacramentum vitale.

Adelmannus Epist. ad Berenq.

Sacramentum viuificum ac cœleste, per quod destructa est mors, & caro ista terrena ac corruptioni obnoxia incorruptionem induitur.

S. Cyrillus in cap. 1. Malachiæ.

Sacramentum vinum corporis & sanguinis filij Dei.

Seuerus Alexand. in Ordine Missæ.

Sacramenta.

S. Gregorius in Sacramentario passim, S. Ambrosius lib. de Sacramentis, & passim alij.

Est quidem Eucharistiæ Sacramentum specie vnicum, vt pulchrè tradit Algerus lib. 2. cap. 8. & benè expendit Alaous lib. de Eucharist. cap. 2. tamen sæpè dicimur sumpsisse Sacramenta, ob eorum numericam multiplicitatem, ratione vtriusque speciei. Quæ causa est, cur plerique Patres scribentes de Eucharistia, opus suum inscripserint *de Sacramentis*, vt S. Ambrosius, & S. Gregorius, atque Paschasius. Sic enim ipsemet Paschasius Epistola ad Frudegardum, & in exposito de Cœna Domini, allegat opus illud suum quod passim præfert titulum *de corpore & sanguine Domini*. Et specifica quidem huius Sacramenti vnitas, petitur ex ordine ad vnicam integram & plenam spiritualem refectionem, expressam per symbola integræ refectionis corporeæ, in qua cibus & potus inueniuntur. Et ita hanc specificam vnitatem declarant S. Thomas 3. p. q. 73. art. 2. Valentia 3. p. d. 6. q. 1. p. 4. & Vasques 3. p. d. 168. cap. 1. Multiplicitas verò numerica, penes quam numero multitudinis denominamus Eucharistiam *Sacramenta*, in binis speciebus ad invicem comparatis fundari potest, vt iam dixi, & nemo dubitat. Ambigunt verò aliqui, an fundari quoque possit in vatijs speciebus eiusdem rationis, puta pluribus hostijs, vel vel pluribus calicibus non substantibus eidem consecrationi. Negat Bellarminus lib. 4. de Euchar. cap. 22. sed rectè affirmat Vasques 3. p. d. 168. cap. 2. & patet, quia eorum cuilibet competit suaratio Sacramenti, vt manifestum erit, si definitio Sacramenti eis singulatim applicetur. Admitto tamen eum Valentia puncto illo 4. *sub finem*, quando multæ hostiæ consecrantur vnica formæ prolatione quæ virtualiter est multiplex forma; tunc ob moralem conjunctionem totius illius materiæ, & identitatem materiæ proximæ principalis, hoc est Christi; censeri moraliter vnicum numero Sacramentum. Esto, physicè, sit multiplex numero Sacramentum, actu quidem quoad species, æquiualeret autem quoad formam.

Sacramenta æterna.

S. Clemens 1. Epist. 2. S. Hilarius cano. 30. in Matth.

Dicuntur *æterna*, ob nunquam secuturam durante mundo eorum mutationem, qualia non fuere antiqua. V. *Calix æterni Testamenti.*

Sacramenta consummantia.

Sanctus Dionysius in Hierar. Eccles. cap. 2. parte 3.

Sacramenta humilitatis Christi.

Hincmarus in elogio S. Remigij *in fine*;

Sacramenta inaudita atque tremenda.

S. Chrysostomus homil. in octauam Dominicam, & Thomam Apostolum.

Sacramenta passionis & mortis.

S. Leo serm. 7. de Passio. cap. 4.

Sacramenta quibus anima firmatur substantia.

S. Ambrosius lib. de Initiandis cap. 9.

Ideſt quæ sunt refectio animæ, & illud firma-

Omnesfi-con Eucharisticum.

Sectio V.

mentum ac robur panis, quod cunfirmat cor hominis.

Sacramenta sancta, impolluta, & supercœlestia, data nobis propter beneficium & sanctificationem, & medelam animorum, & corporum nostrorum.

S. Basilius in Liturgia.

Quomodò corpora per hoc Sacramentum dicantur proficere, expositum est supra. V. *Panis substantialis.*

Sacrificium explicationis.

Helychius lib. 2. in Leuit. cap. 8. *iuxta.* 70.

Tractans Hesychius arietis secundi immolationem, de qua multa statuuntur eap. 8. Leuit. air: [Apertè hæc sanctio, eorum quæ circa nos aguntur mysteriorum exponit traditionem, & Pascha mysticum quod Christus cum discipulis suis comedit, significat. Quod docent ea quæ per partes in sacrificio peragi præcipiuntur. *Obtulit & arietem secundum in consecratione Sacerdotum.* 70. autem eduni. *Obtulit Moyses arietem secundum explicationis.* Rectè eorum quod in nos celebrarum est, mysterium, *sacrificium explicationis* appellatur. Ipsum enim nos perfecit, cum priùs fuissemus infirmi; & ab imperfecta lactis educatione produxit, idest ab ea quæ in lege est, de qua Paulus dicit, *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ; parvulus enim est.* Et rursum. *Nihil autem ad perfectum adduxit Lex.* Subintroductio autem maioris spei quæ data est, in hac nos spe constituit. Veruntamen sacrificium hoc, eam quæ dicta est maior spes, pec quam semper propinquamus ad seruiendum Deo, innuit.] Liquet, Hesychium *explicationem* pro *perfectione*, & vt inferiùs habet, *consummatione* accipere. Quia enim parvulus quamdiu infans est, nec seusa mentis explicare verbis potest, admodùm imperfectus & infirmus est, propterea sacrificium Eucharistiæ quod infantiam nostram depulit, & loquelam contulit ijs qui priùs lactentes, muti, ac elingues erant, meritò *sacrificium explicationis*, simúlque *perfectionis & consummationis* appellatur.

Potest huc pertinere, quod Bartholomæus Ferrariensis Ord. Prædic. lib. 3. de Christo abscondito, tradit *circa secundam proprietatem sanguinis*, agens de loquela expedita, aut etiam loquacitate spirituali, quam confert sumentibus diuina Eucharistia: Considerat enim, hoc vinum germinans Virgines, reddere hominem loquacem, non minùs quam hausto vino materiali soluitur silentium, & homo garrulus ac loquax efficitur, iuxta illud,

Facundi calices, quem non fecêre disertum.

Quinetiam auiculæ, vt experientia docet, pastæ & vino potæ, euaduut garrulæ. Idem itaque proportione seruata, iuxta eundem Autorem, contingit bibentibus vinum Eucharisticũ. Neque enim possunt amplius secretum suum sibi continere; sed erumpunt illico in sermones de immensis Christi beneficijs, & de Diuinis perfectionibus. Profert ille in hanc rem exemplum D. August. qui sic potatus non satiabatur loquens cum matre de Rebus diuinis. Accommodatiùs verò est, exemplum Apostolorum; qui antea elingues, vbi primum post Christi passionem diuino epulo satiati, & diuino calice inebriari, (quod primum per Apostolos factum est in Pentecoste, vt ex Hesychio alibi est dictum,)illico velut Lympbatici, & sacra ebrietate correpti, soluerunt silentiũ, & liberè ac intrepidè de Christo & rebus diuinis agere ad populum cœperunt. Est ergo verè in hoc sensu sacrificiũ incruentũ, *sacrificium explicationis.* Potest verò insuper explicatio accipi pro euolutione & dilatatione. Quæ enim conuoluta sunt, non patent latè, sed cum deducuntur ac euoluuntur, latè funditue eorum extensio. Nomen ergo Domini quod ante Missæ sacrificium angustijs ferè gentis Hebraicæ concludebatur, post institutum Missæ sacrificium ex ea conuolutione transijt in explicationem & delectationem magnam iuxta illud Malachiæ de hoc sacrificio ab omnibus (Aria dempto) & ab ipsa Tridentina Synodo intellectũ *Non est mihi voluntas in vobis* Hebræis, *ab ortu solis vsque ad occasum, magnum meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Hæc ego oblatio munda quippè incruenta, & nullis spurcitijs contaminata, nomen Domini magnum fecit in gentibus, & ab angustijs synagogæ diffudit ab ortu vsque ad occasum. Sicut vbicumque hoc sacrificium non offertur, fides contrahitur & quasi conuoluitur. Vnde tantum Diabolo œstrum vt per suos emissarios hoc sacrificium ableget. Est ergo in hoc sensu Missa Christiana, *Sacrificium explicationis.*

Sacrificium formidandum & admirabile.

Chrysostomus homil. 24. in 1. Cor.

Sacrificium laudis.

S. Augustin. Epist. 120. cap. 18. & lib. 1. contra Aduers. cap. 18. Acta SS. Processi & Martiniani 2. Iulij.

Tractans D. Aug. illud Psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me*, sic vrget legis Aduersarium. [Quod est sacratius laudis sactificium, quàm in actione grariarum? Et vnde maiores agendæ sunt Deo gratiæ, quàm pro ipsius gratia per IESVM CHRISTVM Dominũ nostrũ? Quod totũ fidcles in Ecclesiæ sacrificio sciunt, cuius vmbræ fuerũt omnia priotũ genera sacrificiorũ.] V. supra. V. *Hostia laudis.* Fabella quã de hoc sacrificio laudis refert Rabbi Haecados, ad quintã Antonini Consulis petitionẽ, nõ malè hue cadit. Habetur apud Galatinũ lib. 10. de Arcanis c. 7. Scribit ille Rabbi, ex lib. Simeon. filij Iohaj. [Quod cum semel idẽ Rabbi Simeon in spelunca duplici orans, vidisset Eliam sibi apparentẽ, & se tanquam summum Pontificem induentem, rémque sacram facientẽ, atque ideò omnes lærantes; tandẽ post multa interrogauit, dicens: sacrum illud quod faciebatis coram Deo sancto & benedicto, quidnã erat? Respõdit ei Elias. Hoc est sacrificiũ, quod postquã venerit Messias, faciẽt Sacerdotes corã Deo sancto & benedicto. Tone enim cessabunt omnia sacra quæ ptiùs fiebãt. Facient autẽ sacrificiũ illud, ex pane & vino. Quod cũ primũ Sacerdotes, fecerint omnes Angeli cœli audientes illa sacra sanctáq; verba ex ore Sacerdotũ prodeũtia, intelligẽtes, innidebũt mitũ in modũ illis & contremiscent: itaq; omnes ad Deũ veniẽt, dicentes; O Domine mundi, quàm magna est laus ista quam dedisti Israël, qui peccatis pleni sunt, & non dedisti nubis qui coram te à peccatis sumus immunes. Deus respondebit illis, dicétque: non est vobis locus inuidiæ in Israël, quandoquidem vos oratum pro illis accessistis. Quia autem illi peccatores sunt, & ad peccandum proclines, ideò vt illis remittam, Messiam mitũ, docuíque eos hanc excellentem laudem.

laudem. Vos verò qui peccare non potestis, non indigeris huiusmodi laude. Tunc Angeli ab ira discendentes, dicent, *Domine Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos.* Tunc Deus misericordia implebitur, & virtute ingenti sanctorum verborum, quæ ab ore Sacerdotum manabat, illud omne sacrificium quod in vtraquaque ara celebrabitur, in corpus Messiæ conuertetur. Tunc autem Angeli varijs instrumentis coram Deo sancto & benedicto laudes maximas edent, dicentes, *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus DEVS exercituum. Pleni sunt cœli & terra gloria eius.*]

Sacrificium magnæ hostiæ Christi.

Acta Tarasij Constantinopol.

Sacrificium mysticum vitæ.

S. Germanus in Theoria.

Mysticum dicitur, quia incruentum; & quia ob concomitantiam, impeditur ne sicut præcisè vi verborum contingeret, Christus hîc sistatur exanguis, & reipsa mactatus. Vita autem sic mysticè, quamvis verè immolata, Christus est. Quanquam posset etiam dici vitæ sacrificium, quia vitam exorat.

Sacrificium nostrum incruentum in memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius suæ dispensationis.

Synodus Nicæna 2. Actio. 6.

Dispensatio idem quod Græcè *Oeconomia*, qua voce Græci designant Incarnationem, & texturam adjunctorum ei mysteriorum, quæ omnia hoc Sacramento memorantur, vt dictum est V. *Commemoratio.*

Sacrificium panis.

S. Augustinus in Psal. 11. Expositione 2. & lib. 4. Trin. cap. 14. & S. Bernardus lib. de Præcep. & dispens. cap. 26.

Hoc sacrificium dicitur *sacrificium pacis*, primò inter nos ipsos; quem sensum amplectitur D. Augustinus priore loco. Secundò dicitur *sacrificium pacis* inter Deum ac nos. Est enim reparatio sacrificij crucis, quo pax cum Deo conciliata est, & Deus exacerbatione deposita placatus. Merita autem cruento illo sacrificio parta, hîc erogantur. Et hoc pacto in Gotthico Missali præfatione in Vespera Paschæ, *celebrare pacem Domini* est offerre incruentum sacrificium.

Hunc sensum amplexus est S. August. capite illo 14. Nam cum egisset cap. 13. contra Gentiles obduratos, qui pia humilitate, non sicut alij bibunt pretium suum, subdit cap. 14. illustrissimè celebrans nostrum sacrificium pacis. [Cum de Ritibus, (inquit) sacrificiorum suorum multùm præsumant, quæ se fallacibus superbisque spiritibus immolare non sentiunt; aut si iam sentiunt, aliquid sibi prodesse arbitrantur perfidorum & inimicorum amicitiam, quorum intentionis nullum negotium est, nisi impeditio reditus nostri; non intelligunt ne ipsos quidem superbissimos spiritus, honoribus sacrificiorum gaudere potuisse nisi vni vero Deo pro quo coli volunt, verum sacrificium deberetur: neque id posse ritè offerri nisi per Sacerdotem sanctum & iustum; nec nisi ab eis accipiatur quod offertur pro quibus offertur, atque id sine vitio sit, vt pro vitiosis mundandis possit offerri. Hoc certè omnes cupiunt, qui pro se offerri sacrificium Dei volunt. Quis ergo tam iustus & sanctus Sacerdos, quàm vnicus filius Dei, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia nec ex humana vita quæ adduntur? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offertur, quàm humana caro: Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis vitijs morralium, quàm sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero, & ex vtero Virginali? Et quid ram gratè offerri & suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri, corpus effectum Sacerdotis nostri? Vr quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio; cui offeratur, à quo offeratur quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse vnus verúsque mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret cui offerebat, vnum in se faceret pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.]

Onomasticon Eucharisticum.

Sacrificium plenum, horrorem offerens, sacrosanctum, nouomore, secundum nouum Testamentum, hostia munda.

Eusebius lib. 1. de Demonstr. cap. 10.

Omnia antiqua sacrificia, erant egena & vacua; hoc solum est plenum.

Omittamus sacrificia Ethnicorum, quæ non modò ratione termini ad quem dirigebantur, erant plena sceleris & horribiliter sacrilega, sed etiam ratione victimæ plerúmque erant abominanda, vt illa hominum sacrificia de quibus Theod. lib. 7. contra Græcos *sub finem*, & Euseb. 4. Præp. c. 7. Philo. lib. de Abrah. à medio Lact. lib. 1. c. 21 Ex recentioribus Alex. Neapol. 6. genial. c. 16. Genebr. in Psal. 105. ad V. 37.

His sacrificiorum abominationibus dimissis, Iudæica sacrificia (vi quidem ipsorum,) erant vacua fructus spiritualis, & plena corporeæ immunditiæ, quippè cruenta. In hoc nouj Testamẽti sacrificio, nihil tale cernitur: sed est vndecunque nitens, & plenum fructus interni. Ex quo Eusebi rationem reddit, cur Christiani non distineantur vlteriùs cruenris sacrificijs ritu antiquo. [Quando igitur (inquit) secundùm testimonia Prophetarum, inuentum est magnum magnísque æstimandũ pro redimendis & Iudæis pariter & Græcis pretium, illud videlicet pro toto mundo piaculum, illud pro anima cũctorum hominum sacrificium, illa pro omni macula & peccato purissima hostia, ille vtique Agnus Dei, illa Deo accepta & mundissima ouis, ille agnus de quo Prophetæ tam multa dixerunt, per cuius diuinã ac mysticã doctrinã, omnes nos qui de gentibus assumpti sumus remissionem priorum peccatorum inuenimos; ex quo etiam, Iudæorũ quicunque in illo spem habuerunt, à Moysi execratione liberãtur: Meritò sanè quando illius memoriã, corporisque eiusdem & sanguinis recordationem quotidie celebrant, & ad longè præstantius & sactificium & munus assumpti sunt, quàm illud antiquius fuerit. Quando igitur omnia hæc ita se habent, non amplius fas esse puramus, in prima illa & infirma elementa recidere, quæ vtique signa quædam & imagines, non ipsam veritatem complectuntur.]

Sacrificium preti; nostri.

S. Augustinus 9. Confess. cap. 12. & Anselmus in Manna. cap. 11.

Sacrificium rationale, incruentum, & mysticum.

S. Clemens 6. Constit. cap. 23.

Sectio V.

Vocatur *rationale*, à victima quæ non est pecuina, sed Christus ipse, tatio Patris. Et eodem modo accipiendus est Apostolus Rom. 12. vbi obsequium supremum, Græcè *Latriam* quam Deo pendere hortatur, exhibitis ei corporibus nostris in hostiam sanctam atque viuentem, vocat *obsequium rationabile* λογικὴν λατρείαν, non brutum & corpotalem, qualis erat Iudæorum pecora cædentium, sed victimæ rationalis sine morte immolatæ. Quod æquè in Eucharistiæ sacrificio contingit, de quo aliqui, vt ibi refert Cornelius *in quinta expositione*, accipiunt propositum locum Apostoli; sed minùs aptè nec cohærentem ad reliquum contextum.

Sacrificium sanctum & diuinissimum.

S. Dionysius cap. 3. Eccles. Hierar.

Sacrificium sempiternum.

Philippus Abbas lib. de Continentia Clerico. cap. 57. *sub finem* edisse eos illud Numer. 28. *Offerent decimam partem Ephi simile in sacrificio sempiterno*, sic habet. [Mirum quomodò illi Aaron significatiuo, possit hæc determinatio conuenire, vt in die vnctionis suæ, sacrificium debeat sempiternum offerre; cum nec illa vnctio, nec legalis oblatio, sempiternum habuerit statum, sed veniente sancto sanctorum cessauerit vnctio Iudæorum, & iam non templum, non altare, non Sacerdotium, non sacrificium, certum sit eisdem Iudæis remansisse, sed hæc omnia terminum accepisse. Nostris itaque Clesicis, sempiternum sacrificium vtriùs assignatur, quod vsque in finem seculi nullatenùs terminatur. Tunc verò nullum alium inuenit finem, quàm de quo scriptum est, *Omnis consummationis vidi finem*, & pro quo multi Psalmi titulantur *in finem*.

Sacrificium vespertinum.

Cassianus lib. 3. de Institut. cap. 4. exponit illud Dauidis Psal. 140 *elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum* [De vero illo sacrificio quod vespere à Domino Saluatore cœnantibus Apostolis traditum est, cum initiaret Ecclesiæ Sacramenta.] Ad literam quidem, *Sacrificium vespertinum* dicebatur alterum è binis in dies singulos præscriptis, vs in altari æreo quod erat in exterio templo offerretur in holocaustum, ad defetendum Deo cultum, & cum dies incipit & cum desinit, vt diligenter explicat S. Chrysostomus, ad illud Psalmi 140. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Etátque vtrúmq; hoc sacrificium semper Deo acceptissimum: non sicut sacrificium psu peccato, quod poterat pollui per offerentium maculam & pro diuersitate affectus offerentium, erat acceptum, vel reprobum. Nostrum ergo sacrificium quasi agni immaculati quia ad vesperam ptimò oblatum est ac institutum, estque semper Deo acceptissimum, iure denominatur sacrificium vespertinum.

Sacrificium vnum, verum, & singulare, cuius vmbra fuerunt omnia priorum genera sacrificiorum.

Concilium Tridentinum sess. 22. *in proœmio*, Concilium Tolet. 12. cap. 5. post Sanctum Augustinum lib. 3. contra Aduers. legis & Proph. cap. 18.

Visum est Deo, legalium differentiam hostiarum, huius vnius sacrificij perfectione sancire, abrogatis omnibus alijs sacrificijs. Propterea quæ S. August. lib. 1. contra Cresconi. ca. 25 ait, hoc esse *vnicum sacrificium pro salute nostra*. Et lib. de Spir. & litera cap. 11. vocat *verissimum & singulare sacrificium*. Nimirum in hoc sacrificio res oblata est infinitè digna, & sufficientissima ad quosvis fines variis antiquis sacrificijs pta fixos. Vnde quamuis in lege veteri, propter hostiarum imperfectionem fuerint multiplicanda sacrificia; tamen in lege noua nihil tale fuit necessarium aut congruum. De Sacramentis alia est ratio. Ordinantur enim immediatè ad sanctificationem fidelium, quibus pro occasionum & discriminum varietate, fuit multiplicites consulendum per ea remedia. Sacrificium autem, cum principaliter & immediate ordinetur ad recognitionem & cultum Dei, vnicum meritò institutum est in lege noua. Neque enim existimandum est, substantias panis & vini quæ in consecratione destruuntur, sacrificari Deo: sicut olim multo minor panis immutatio, V. G. attritio, sufficiebat ad panis sactificium. Rectè contrarium contra aliquos statuit Pesantius t. p. q. 83. art. 6 disp. 2. Nam ea panis & vini destructio, non fit ex fine sacrificij: sed per accidens sequitur ad veritatem verborum per quæ Christus immolatur in hoc mysterio. Item incensio thuris, in lege noua, non est sactificium quia non fit ad protestationem diuini Dominij vt exigeretur ad sacrificium, sed in signum pietatis, vel ad excitandos fideles, vt sint bonus odor Christi, & iursum euehant orationes & cogitationes suas, sicut euehitur incensum. In quam sem plura habent Coccius t. 2. lib. 6. art. 32. Steph. Durantus lib. 1. de Ritibus cap. 9. & Scortia lib. 3. de Missa cap. 13. Quod si quis priuatim intenderet, referre destructionem panis & vini quæ in consectatione destruuntur, vel thuris quod incenditur, ad finem sacrificio proprium; nihilominus non sacrificaret, quia sacrificium cum sit actio maximè publica, debet institui per publicam potestatem: quæ in re præsenti, si Christus siluisset, potuisset esse potestas humana Ecclesiastica: quia potestas instituendi sacrificium, vniuerse loquendo, competit suptemis Reipublicæ moderatoribus. Eam tamen potestatem Christus Ecclesiæ ademit, post institutum sacrificium suimetipsius. Iuxta illud D. Augustini 20. Ciuit. cap. 21. [Sacrificamus Deo, illo duntaxat ritu, quo sibi sactificari noui Testamenti manifestatione præcepit.] Eodem modo, diuinum interdictum ademerat synagogæ eam potestatem. Ita enim constabat per vsum certorum sacrificiorum, præscriptum synagogæ. Et ita rectè Lessius lib. de Iust. cap. 38. dub. 4. Suares t. 3. 3. p. d. 74. lib. 4. & Vasques 3. p. d. 223. cap. vltimo. [Sacrificium Christiani orbis (ait Petrus Cluniac. lib. contra Petrobus. *ad quartum articulum.*) non multiplex est, sed simplex, nun plura, sed vnum: quia sicut in toto mundo vnus tantùm est populus Christianus qui illud offert, & vnus Deus cui offert, & vna fides per quã offert, ita & ipsũ vnũ est quod offert. Cessit pluralitas Iudaïcarũ hostiarum, vnitati victimæ Christianæ: quæ quia non poterat perfectum facere seruientẽ multiplicitate sua, prouisa est a Deo hostia quæ offerẽtes mundaret, sanctificaret, perfectos faceret simplicitate sua. Bos, vitulus, aries, agnus, capra, hircus, carnibus & cruore implent altaria Iudæorum. Solus Agnus Dei qui tollit peccata mundi, altari superponitus Christianorum.]

Est

Est in hanc sententiam optimus locus apud S. Hieronymum. Apud eum namque S. Epiph. Epistola ad Ioannem Hierosolym. (est 60. inter Hieronymianas,) cum Ioann. expostulatet de ordinatione Paulin. fratris S. Hieron. in Presbyt. facta ab ipso S. Epiphan. excusat vir sanctus, cum loci in quo ordinatio peracta fuerat, exemptionem; quia ordinauerat in Monasterio; tum etiam necessitatem. [Cum enim vidissem, (inquit,) quia multitudo Sanctorum Fratrum in Monasterio consisteret, & SS. Presbyteri Hieronymus & Vincentius propter verecundiam, & humilitatem, nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare in hac parte ministerij quæ Christianorum præcipua salus est, &c,]

Nostrum itaque sacrificium, est vnicum ac singulare. Eius vetò vmbras fuisse omnia antiqua sacrificia, benè & breuiter attigit. Turrecremata Tract. de Euch. c. 5. *in quinta causa excellentiæ huius mysterij.* In holocaustis enim significabatur hæc hostia, quæ flammis diuinæ charitatis vniuersa conflagrat; In hostijs item pacificis adumbrabatur, quia hostia pacifica est, & sacramentum reconciliationis Dei; In alijs denique victimis, nam oblatus est, quia ipse voluit, & ob Patris obedientiam cecidit victima sacra pro peccatis nostris, quæ immolatio hîc instauratur. Vide V. *Hostia vnica,* vbi de hac re item actum.

Salus animarum nostrarum.

S. Dionys. c. 1. Eccles. Hierar. ex 1. Petri. 1. v. 9.

Sacrum sacrorum & dulcedo omnium dulcedinum.

Hugo Cardin. Legatus in litetis de Institutione Festi corporis Christi.

Sancta.

Concilium Laodic. can. 14. vetat transmitti *sancta,* idest Eucharistiam, vt ad eum Canonem exponit Ioan. Zonaras & Balsamon, quorum hîc, gratis confingit quandam ea in re Latinorum abusionem:) Displicet autem quod Baronius anno Christi 313. n. 52. expendens eum Canon. Laodicen. putat in eo per *sancta* intelligi Eulogias, siue *panem benedictum*, quem Concilium vetet transmitti ad alias patochias in Pascha; eo quod eum omnes tunc communicarent reali corpori Christi, nihil attineret imittere panem mysticum ac symbolicum, cuiusmodi est eulogia. Hæc tamen explicatio Canonis Laodiceni, non potest probari. Verba enim Canonis, sunt ista. [Ne sancta instar benedictionum, (alia versio habet, *causa eulogiarum*; itémque alia, *ad vicem Eulogiarum*,) tempore Paschalis festi, in alias Parochias transmittantur.] Si ergo *sancta*, in hoc Canone designarent *Eulogias*, oporteret sensum prohibitionis esse, ne *Eulogia*, instar, vel causa, vel ad vicem, eulogiarum transmitterentur, quæ esset ridicula prohibitio. Videtur ergo Canon Laodicenus, vetuisse abusum transmittendæ in Paschate diuinæ Eucharistiæ; quod ne deinceps fieret, sed singuli diuina Eucharistia domi suæ siuè in propria Parochia, de manu proprij Sacerdotis accepta contenti esseint, præcepisse. Itaque vix *sancta* in eo Canone, apertè sumitur pro Eucharistia, vt affirmaui. Sed quem latet, Diaconorum sub communionem acclamatio? *Sancta scimus.* Et iterum *sancta sanctis*? Consulendus Sanct. Cyrillus 12. in Ioan. cap. 50. Alter Cyrillus Catech. 5. mystag. Chrysostomus homil. 5. in 1. ad Tim. Cabasilas in cap. 36. Liturgiæ. Et passim cæteri Græci, apud quos *Sancta* indefinitè, sicut & *sancti*, in ea acclamatione vsurpantur. Autor tamen libri de Castitate, perperam tribuit S. Sixto Papæ, *sancta*, & *sanctos*, refert ad castitatem, vt sensus sit, virginale Christi corpus in Eucharistia exhibitum, non nisi à castis debere contingi. Quam interpretationem approbat Turrianus lib. de sexta, septima, & octaua Synodo, confirmátque ex Apostolo, qui præcipiens Tito, Episcopum ait debere esse σώφρονα & ἁγνὸν; quod interpres vertit *castum & sanctum*, & æquè poterat secundam vocem reddere, *purum & impollutum*, vt idem Turrianus ex S. Dionysio in opere de diu. nom. annotauit. Hæc verè dici, non eo inficias. Nec vllum esse peccatum quod magis dedeceat accedentem ad hæc sancta, quàm illuuiem luxuriæ, sectione vltima cap. 2. & 3. perspicuum fiet. Nihilominus sanctitatem in ea Græcorum acclamatione diuinis his mysterijs attributam, & sanctitatem in suscipientibus requisitam, latiùs patere; nec solam puritatem corporis, & elongationem à cœno luxuriæ complecti, rectè censuisse videntur quos ante allegaui, quia verè Christus in hoc mysterio est absolutè sanctus, & vt Theotianus in legatione ad Armenios rectè pronunciauit, vnus & solus sanctus est, non quomodolibet, sed ter millies sanctus. Omnis item sanctitas, & elongatio à quauis labe grauis peccati, necessaria est participanti hæc sancta. Itaque & *sancta* & *sanctos*, in ea Græca acclamatione, accipio (vt præmisi) indefinitè.

Ordinatio con Eucharisticam.

Accipit eo sensu *sancta* D. Hieronymus in præfatione ad Epistolas Paschales Theophili Alexandrini, collaudans eum quod docuisset qua veneratione debeant suscipi *sancta*, idest Eucharistia. Existimat item Turrianus lib. 2. de Euchar. cap. 18. sic accipi sancta. Ezech. 37. verbis illis. *Ponam sancta mea in medio eorum, in perpetuum. Et scient gentes quia ego Dominus, sanctificator Israel, cum fuerint sancta mea in medio eorum, in perpetuum.* Videtur omninò de his sanctis agere Naz. Orat. 21. num. 30. cum describens perquisitiones & confusionis plenissimum statum Ecclesiæ Alexandrinæ, ob motus Arianorum? [Hinc (inquit,) profani, *sanctorum* iudices, ὅσιον χρίται, & noua atque inusitata mixtio.] Quæ Billius ibi, refert ad iudicium de Episcopis, institutum à Laicis, admistis Hæreticis. Sed mens Nazianzeni, perspicua est ex eius verbis. Nam continenter subdit. [Mysticæ nempè quæstiones, spectante vulgo tractatæ.] *Mysticas quæstiones* vocat, quas dixerat *de sanctis*, idest de Eucharistia, & spectantibus ad eam. Respexit enim ad quæstionem, coram profanis institutam de calice confracto per Macarium; de quâ *sanctorum* idest mysterij Eucharistiæ vulgatione apud non initiatos, toties expostulat ipse S. Athanas. Apol. 2. [Nec pudet eos (inquit,) coram Catechumenis, & quod peius est, coram Ethnicis, ita de Mysterijs tragicari, cum oporteat (sicut scriptum est,) mysterium Regis celare, & vt Dominus præcipit, non sint sancta portigëda canibus, nec proijciendæ margaritæ ante porcos. Non enim fas est, mysteria gentibus prodere, ne per impetitiam ea subsannent, aut Catechumeni per cutiositatem scandalizentur.] Et inferiùs.

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

Surius V. [Sacrorum igitur miniſtris excluſis, coram Ethnicis hominibus, quæſtiones de Eccleſia, de calice, de menſa Domini, de Sanctis ſanctorum habuere; & quod grauius eſt, Ethnicos in quæſtione de myſtico poculo, in teſtes citauerunt.] Tandem infetiùs in Epiſtola Iulij Papæ refertur, [Athanaſium affirmaſſe, Presbyteris rogantibus, vt in quæſtione adeſſe liceret pernegarum, & quæſtionem habitam fuiſſe de calice & menſa in præſentia Præfecti & eius cohortis, aſſiſtentibus cum Ethnicis, tum Iudæis. Id principio nobis incredibile videbatur, niſi ex ipſis actorum monumentis demonſtratum fuiſſet. Certè nobis magnæ admirationi fuit, vt etiamnum vobis eſſe puto. Atqui ne Presbyteris quidem adeſſe permittitur in myſterijs, cùm tamen ipſi quoque ſacrorum adminiſtri ſint. Iam quis non execretur, ſub externo iudice, præſentibus Catechumenis, & quod peius eſt, Ethnicis & Iudæis, Chriſtianiſmum blaſphemantibus, quæſtionem de ſanguine & corpore Chriſti haberi? Nam ſi omnino delictum aliquod perpetratum fuiſſet, opottebat de eo in Eccleſia inquiri ſub legitimis Cleticis.]

Obiter aduerte, perpetam & contra fidem Græci contextus interpretem addidiſſe, *in myſterijs adeſſe non poſſe Sacerdotes* Cum dicendum fuiſſet *prohibiti minores Sacerdotes adeſſe iudicijs de myſterijs*, quæ iudicia ſunt Epiſcoporum propria. Hoc ergo eſt quod Nazianzenus expoſtulabat, in iudices *ſanctorum*, hoc eſt calicis confracti, & litis inuoluentis myſterium Euchariſtiæ, fuiſſe aſſumptos homines non initiatos, & extra clerum: cum ne ipſi quidem ſimplices Sacerdotes, potuiſſent iudices eſſe in ea cauſa. Itaque liquido *ſanctorum iudices* apud Nazianzenum, non ſunt iudices perſonatum ſacratum, ſed myſteriotum auguſtiſſimorum. Ab his *ſanctis* iudice Attobio in Pſalmum 82. dicitur *ſanctuarium*. Ait enim [ſanctuarium Dei eſt, vbi myſteriorum ſunt tepoſita Sactamenta Ibi cato cœleſtis. ibi ſanguis diuinus] Euſebius 10. hiſtor. cap. 4. vocat *ſanctuarium ſanctuariorum*. Tametſi liquet tortentem refragari, non video quid vetet, *Sanctorum communionem* quæ in ſymbolo Apoſtolorum proponitur, de diuinæ Euchariſtiæ patticipatione accipete, ita vt illud *Sanctorum*, non *Sanctos*, ſed *Sancta* in neutro genete deſignet, hoc eſt ſancta antonomaſticè dicta, quotum partticipatio paſſim dicitur *communio*. Cui opinationi aliquatenus fauet Gulielmus Dnrandus in Rationali hb. 4. c. 25. num. 26. Itémque S. Bonauenturа 1. p. Centiloquij ſect. 38. quatenus aiunt, ait, in eo ſymboli artieulo, exprimi vel communionem ſanctatum inter ſe perſonarũ. vel eommunionẽ Sacramentotum. At inter Sactamenta, eminet Euchariſtia. Et forraſſis etiam S. Bonauentura vſurpauit ibi *Sacramenta* pro ſola diuina Encharistia vt factum eſt à S. Ambroſio in opere de Sacramentis, & ab alijs ſupta tecenſitis V. *Sacramenta*. Apertiùs ſuffragatur Innoc. III. lib. 2. de Myſtetijs c. 51. latè ac ex inſtituto idipſum confirmat Auguſtinus Bernal. diſp. 30. de Sactam. ſect. 2 §. 2. cuius præcipuum argumentum eſt, Euchariſtiam qnoad dignitatem, difficultatem, & explicitam credendi obligationem, non debet cenſeti infetiùs Baptiſmi ac Pœnitentiæ Sacramentis, pet quæ confertor remiſſio peecatorum propoſita inter Symboli artieulos: Communio verò ſanctorum, accepta pro ſocietate ſatisfactionum ac precum fideique, & ſpiritus, ſpei quoque eiuſdem hæreditatis inter fideles, (quo pacto communionem in ſymbolo expreſſam interpretatur Pettus Damianus opuſc. 11. cap. 10.) facilè cenſetur incluſa in artieulo illo quo profitemur ſanctam Eccleſiam Catholicam, tanquam virtualitet ibi deliteſcens, vt Suares fatetur diſp. 13. de Fide ſect. 4. num. 10. Non occurrit, quod hanc expoſitionam *Sanctorum* in eo ſymboli artieulo labefactet iudeclinabiliter. *Sancta ſanctorum.*

Origenes hom. 13. in Leuit. Acta S. Clarę cap. 14. apud Surium 15. Aug.

Chriſtum ratione Incarnationis dici *Sanctum ſanctorum* optimè ttadit Sophron. ſerm. de Aſſumpt. dicens. [*Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*: Et verè ſanctum, & ſanctum ſanctorum. Vnde & illa ſancta ſanctorum dicuntur, quæ illa ſeruabant, quibus ille figurabatur qui veraciter ſolus ſancta ſanctorum dicitur. Hic enim eſt de quo idem Archangelus Gabriel Danieli loquitur, inter cœtera quæ fututa oſtendit, dicens, *& impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum*] At nihil minus hîc in Sacramento habet Chriſtur, qnàm in puncto Incarnationis. Eſt ergo hîc quoque *ſanctus ſanctorum*. Et lta Origenes homil. 13. in Leuit. *in fine*, tractans præceptum de panibus propoſitioois in ſancto comedendis, qula ſancta ſanctorum ſuut. Addit enim alloquens Chriſtianum. [Simili modo etiam tibi lex iſta ptoponitur; vt cum acceperis panem myſticum, in loco mundo manduces eum. Hoc eſt, ne anima contaminata & peccatis polluta, dominici corpotis Sacramenta percipias. *Quicunque enim* (inquit,) *manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſe vnuſquiſque, & tunc de pane manducet & de calice bibat.* Sancta enim ſanctorum ſunt. Vides quomodò non dixit *ſancta* tantùm modò, ſed *ſancta ſanctorum*. Vt ſi diceret cibus iſte ſanctus, non eſt communis omnium, nec culuſcunque lodigni, ſed ſanctorum eſt.] Nec aliter Heſychius lib. 6. in Leuit c. 22. [Sancta ſanctorum ſunt proptiè Chriſti myſteria, quis ipſius eſt eorpus de qno Gabriel ad Virginem dicebat, *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideò quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Sed & Iſaias. *Sanctus Dominus & in altis habitat*; lo ſinu videlicet Patris.] Anouit latè S. Cyrillus l. Glaphyrotum in Leuit. cap. 2. vbi latè de homlnis ſanctificatione per hæc ſancta. Optimè item in hanc ſententiam, Gtegotius Nyſſenus lib. de Vita Moſis ttadens allegoriam Moſaïci ſancti ſanctorum. [Quæ intus erant, (inquit,) *Sancta ſanctorum* nominabantur, ad quæ multitudo peruenire non poterat. Hæc rerum veritatem ſignificant. Veritatem hanc, myſterij noſtri dicunt, rem ſanctam, & ſanctam ſanctorum, & multis incomprehenſibilem. Hæc veritas in adytis tabetoaculi conſtituta, abſque curioſitate aliqua intelligi ac tecipi debet. Credendum enim eſt, ita eſſe vt Eccleſia prædicat.]

Guerricus Abbas ſerm. 6. de Purificat. non modò agnoſcit Euchariſtiam eſſe *ſancta ſanctorum*, ſed etiam egteglè ad eam accommodat, quæ ptæſctibebantur de ſanctis In lege veteti. Eius hæc eſt oratio. [Quamdiu manſerit quis

in

in sanguine putificationis suæ, sanciuit æterna iustitia, sicut scriptum est in lege Moysi, vt omne sanctum non tangat, nec ingrediatur sanctuarium donec impleantur dies purgationis eius. Viderint ergo qua fronte ingrediatur sanctuarium, qua conscientia non solùm tangant *sancta*, sed etiam tractent & sumant *sancta sanctorum*, qui scilicet nondum liberati de sanguinibus, nullum tamen suæ putificationis studium gerunt. An non audiunt protestantem & dicentem; *cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos. Manus enim vestræ, sanguine plenæ sunt.* Quid enim si mundus sum à sanguine alieno, & conenlcari me Dominus videt in sanguine proprio? sicut de Ierusalem loquitur per Ezechielem quid inquam mihi proderit, si veloces non sunt pedes mei ad effundendum sanguinem proximorum, & veloces sunt affectus mei ad acquiescendum carni & sanguini? De quibus dicit Apostolus *quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Maledictus* (inquit Ieremias,) *qui prohibet gladium suum à sanguine*; ideſt qui vitia carnis & sanguinis, sibi parcit abscindere. *Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meæ*, ne cum sanguine putificationis meæ, sanctuarium ingrediens aut sancta contingens, rens inneniat corporis & sanguinis tui, indignè manducans & bibens. Verùntamen gratias tibi Deus, Deus salutis meæ qui in hoc ipsum, pretiosum tuum fudisti sanguinem, vt immunditiam nostri purificares sanguinis, tactúmque peccatricis sangnine fluentis sed salutem desiderantis, non abhorreres; sciens nimirum quod nullus potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi to qui solus es, nec famis sed malè habentibus, meliùs tamen habere cupientibus, medicus opus est. Tangere itaque sanctum sanctorum, sicut illis quos delectat in sanguine suo versari iudicium est mortis, sic qui desiderant putificari, remedium est salutis, iuxta Propheriam Simeonis, quia *positus est in ruinam & in resurrectionem multorum*]

Tandem S. Dionysius Alexand. in Epistol. Canon. cap. 2. agens de mulieribus, quibus accidit secundùm consuetudinem fœminarum & quærens essentne ad diuinæ Eucharistiæ participationem admittendæ; respondet, non esse quidem arcendas ab oratione. Omnino autem prohibendas esse accessu ad Sancta sanctorum; *οὐ τὰ ἅγια τοῖς οὐ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων.*

Sanctum.

S. Cypr. lib. de Lapsis.

Vox *sanctum*, potest substantiuè & adjectiuè accipi; & vtróque modo, corpus Christi in Eucharistia, dici potest *sanctum*. Adjectiuè quidem, iuxta illud Augustini Tract. 6. in Ioan. [Et sancta possunt obesse. In bonis enim sancta ad salutem insunt, in malis ad iudicium. Certè enim frattes, nouimus quid accipiamus, & vtique sanctum est quod accipimus, & nemo dicit non est sanctum. Et quid ait Apostolus? *Qui autem manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Non ait, quia illa res mala est, sed quia ille malus malè accipiendo, ad iudicium accipit, bonum quod accipit.] Verùm apud S. Cyptianum lib. de Lapsis, Eucharistia absolutè atque adeò substantiuè, *sanctum* appellatur. Et eodem sensu Hincmarus Opusc. de Diuortio ad interrog. 13. accipit de Eucharistia illud Matth. 7. *nolite dare sanctum canibus.* Eodem sensu loquitur Tertullianus lib. de spectac. cap. 25. verbis illis. [Auertat Deus à suis tantam voluptatis exitiolæ cupiditatem. Quale est enim de Ecclesia Dei in Diaboli Ecclesiam rensfere? De cœlo (quod aiunt,) in cœnum? illas manus quas ad Dominum extuleris, postmodùm laudando histrionem fatigate? Ex ore quo *Amen* in SANCTVM protuleris, gladiatori testimonium teddere? *οὐ διῶνας*, alij omnino dicere nisi Deo Christo?] *Amen* in sanctum proferte, idem est, quod ad excipiendam vel adorandam Eucharistiam manus attollere, contestando veri tatem corporis Chtisti in eo quod exhibebatur; quæ contestatio fiebat per vocem *Amen*, idem significans ac *VERUM*, vt supra sect. 4. c. 2. ex S. Ambtosio est monstratum. Itaque manus efferre in sanctum, est manus attollere ad Euchatistiam siue excipiendam, siue adorandam. Qui posterior ritus, etiamnum viget m simplici popello. Videmus enim eum confestim à consecratione, cum attollitur diuina bostia & calix consecratus, manua expassas attollere, eásque post demissam à Sacerdote sipet altare diuinam Eucharistiam, obuertere in faciem suam. Sublatio manuum, ad cultum à supplice exhibitum pertinet; & quidem cum contestatione puritatis ac nitoris óperam, vt D. Augustinus philosophatur in Psal. 62. ad illud, *& in nomine tuo leuabo manus meas*; nec non S. Chrysostomus in Psal. 140. ad illud *elevatio manuum mearum.* Decet enim orantis manus puras esse atque virgineas vt de Mose dixit Philo lib. de Charit. Potestque eodem referti quod Cassiodorus lib. de Anima cap. 16. observat, decem digitos manibus, totidémque pedibus collatos esse, vt opera nostra gressusque omnes Decalogo conformentur. Obuertio verò atque reductio manuum ad faciem, est tacita precatio, vt sanctitas ex adoratione Euchatistiæ hausta, refundatur in totum adorantem. Quod Cytillus Hierosol. Catech. 5. Mystago. facere monebat post exceptum manibus Christum. Quare ritus ille piæ plebeculæ, attollendi manus expassas ad Encharistiam, redolet antiquum vsum à Tertulliano expressum verbis illis, *manus quas ad Dominum extuleris*, proferendo *Amen in sanctum.* Addebat etiam Tertullian. dici tunc solitum *οὐ διῶνας*, id quod etiam habet S. Irenæus lib. 1. c. 10. & idipsum est quod etiamnum Ecclesia in sacro Missæ ritu frequentat, initio præfationis dicens, *per omnia sæcula sæculorum.*

Onomasticon Eucharisticum.

Sanctificatio.

Autor Operis Imperf. in Matth. homil. 17. *in fine*, sic habet. [Non est tacendum, quoniam aliud est sanctificatio, aliud sanctificatum. Sanctificatio enim est, quod alterum sanctificat: sanctificatum autem, alterum sanctificare non potest, quamuis ipsum sit sanctum. Vt puta, signas panem tuum quem manducas, (sicut ait Paulus, *sanctificatur enim per verbum Dei & orationem:*) sanctificasti eum, non feeisti sanctificationem. Quod autem Sacerdos de manu sua dat, non solùm sanctificatum est, sed etiam sanctificatio, quoniam hoc non solùm datur quod videtur, sed etiam illud quod intelligitur. De sanctificato ergo pane, licet & animalibus iactare, & infidelibus dare, quia non sanctificat accipientem. Si autem tale esset quod de manu

Sectio V.

Sacerdotis accipitur, quale est quod in mensa manducatur, omnes de mensa manducarent, & nemo de manu Sacerdotis acciperet. Vnde & Dominus in via, non solùm benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleophæ & Socio eius. Et Paulus naufragans, non solùm benedixit panem, sed de manu sua porrexit Lucæ, & cæteris discipulis suis. Quod autem de manu porrigitur, nec animalibus dandum est, nec infidelibus porrigendum, quia non solùm sanctificatum, sed etiam est, & sanctificat accipientem.]

Scabellum pedum Domini.

S. Ambros. lib. 3. de Spir. sancto cap. 12. & D. Aug. in Psal. 98. ad illud *adorate scabellum pedum eius.*

Secretà omnium in se mysteriorum summam continentia.

Creditus Cypr. serm. de Cœna Dom.

Semina vitæ.

Paschas. lib. de Sacram. cap. 22.

De his vitæ seminibus, quibus iuxta Paschasium Virgines generantur, illud quoque pereleganter à Methodio scriptum est in Symposio. [Rectè Apostolus ad Christum retulit illa de Adam. Sic enim maximè congruet, ex ossibus eius & ex carne eius Ecclesiam esse factam, propter quam relicto Patre in cœlis, descendit Verbum & adhæsit vxori, & dormiuit soporem passionis moriens pro ea, vt exhiberet sibi Ecclesiam gloriosam, & omnis maculæ expertem, emundans lauacro ad excipiendum spirituale & beatum semen, quod ipse insonat & inserit in profundo mentis. Excipit autem illud ipsum semen, & formæ Ecclesia, instar vxoris ad generandam virtutem & alendam. Hæc enim ratione impletur illud, *crescite & multiplicamini*, capiente Ecclesia incrementum, per congressum & communionem Verbi quod adhuc ad nos se dimittit, & sopotem capit secundum commemorationem passionis.]

Quomodò Eucharistia sit semen ex quo genus Christianum est multiplicatum, & propagata species humana in Christo, egregiè attingitur Psal. 21. iuxta Eusebij interpretationem; & optimè illustratur à Gersone Tract. 9. super Magnificat partit. 4. §. *Nonum bonum.*

Possumus etiam Eucharistiam nominare semen vitæ, quia est in nobis causa resurrectionis corporum, vt latè dictum est V. *Pignus resurrectionis.* Num hæc semen vitæ insinuare voluit S. Paulinus Natali 6. S. Felicis cum dixit.

Præsidet ipse suis sacer ossibus, ossaque sancti
Corporis in tumulo, non obsita pulvere mortis
Arcano æternæ sed prædita semine vitæ,
Vivificum spirant animæ victricis odorem.

Participes quippè fuerat Eucharistiæ dum vita superesset, & eo titulo inerat sacro corpori semen vitæ & ius ad resurrectionem. Vetùm eo loco probabilius est aliò spectasse S. Paulinum, nempè ad ius quod cōpetit martyribus vt quorum corpora vastata sunt pro Christo, eorumdem rediuiua denique & glorioſa sistantur ab eo cui vixerunt & mortui sunt. Qua ratione S. Ambrosius serm. de SS. Nazario & Celso, *honoro* (ait) *in cineribus semina æternitatis.*

Seruitus incruenta, atque hostia non carnalis, sed mentis atque spiritus.

S. Chrysostomus in Liturgia.

Propè eadem leguntur apud S. Basilium in Liturgia. Concilium item Ephesinum, vocat Eucharistiam *incruentam seruitutem*, nempè supremam, siue latriam, de qua superiùs eo verbo. Officias verò quibus Melanchthon & sectarij hunc Eucharistiæ titulum offuderunt, dispellit validè Lindanus lib. 4. Panop. c 33. Hanc seruitutem solus Sacerdos exhibet, vt bene affirmat Philip. Abbas lib. de Contin. Clerico. c. 107. docens quàtis multiplex sit seruitus altaris, alijs communicabilis; hanc tamen esse solius Presbyteri. [Cuius est sacro manus vncta liquore, in altari corpus Christi conficit sacro ore, cum substantiam panis & vini veraciter corruptibilem, nullo penitus dubitante, signo crucis & virtute verborum adhibita, reddit incorruptam, adscriptam, ratam, spiritu efficaciter operante; ita quidem vt visibilis species oculis non appareat transmutata, substantia verò, certa fide teneatur esse in aliud inuisibiliter tranimutata.]

Signa venerabilia per qua Christus signatur & sumitur.

S. Dionys. Eccles. hier. cap. 3. p. 2.

Signum corporis Christi.

S. August. lib. contra Adimant. c. 12. habet hæc verba. [Dominus non dubitauit dicere, *Hoc est corpus meum*, cum signum daret corporis sui.]

In hoc D. Aug. loco, triumphum sibi canunt Aduersarij. Nec Catholici eodem modo illum expediunt. Quidam dixerunt esse assumendum, vt refert Torrensis in Confess. Aug. lib. 3. cap. 6. §. 5. Negat Guitmundus lib. 1. Eucharistiam dici ab Aug. signum Christi, aut passionis, vnde Bereng. inde argumentanti, sic respondet. [Nusquam Aug. in lib. de Doctr. Christiana, cùm altaris Domini, signum vel figuram vocauit; sed celebrationem Dominici corporis, signum dixit, quod idem & nos credimus. Nam quoties celebratio corporis & sanguinis Domini agitur, non equidem Christum iterum occidimus, sed mortem eius in ipsa & per ipsam celebrationem memoramus. Estque ipsa celebratio, passionis Christi quædam cōmemoratio. Commemoratio autem passionis Christi, ipsam passionem significat. Celebratio igitur corporis & sanguinis Domini, passionis Christi est signū: Et hoc est quod ait B. Augustinus.] Vera responsio, cui denique subscribit Guitmundus, affirmat, ex mente. D. Aug. Christum Sacramentaliter positum, esse signum corporis Christi, mactati visibiliter in Cruce. Quo item pacto, Christū in Eucharistia, inter signa numerat lib. 3. de Doct. Christ. c. 9. Egregiè omnino ac fusè quomodo Christus in Eucharistia sit simul signum & res significata, edonit Bellarm. lib. de Verbis consecrationis, suppositione 1.

Signum vnitatis.

Augustin. Tract. 26. in Ioan.

Signum fœderis inter nos ac Deum.

Guitmundus lib. 2. allusionem hanc ad arcum in nubibus, sic exprimit. [Cibum altaris Dominici, & propter virtutem diuinitatis in eo plenissimè habitantis, nostræ salutis effectiuum, & quoniam pretium nostrum est, eiusdem salutis nostræ credimus significatiuum. Christus denique inter Deum & homines mediator, dum nobis semper velut arcus in nubibus ex diuina consistens & humana substantia fulget in prædicatoribus: cùmque Pater pro nobis interpellantem semper aspicit, inter Deum & homines signum est fœderis sempiterni iuxta quod

quod scriptum est, *ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis mei inter me & inter terram.* Huius quoque diuini fœderis, huius tam saluberrimæ pacis, sacrosancta altaris oblatio, à nobis creditur signum.]

Signacula mysteriorum diuinorum.

S. August. hom. vltima ex 50. cap. 9.

Similitudo carnis & sanguinis.

S. Ambros. lib. 4. de Sacr. cap. 4. Pascb. lib. de Sacr. cap. 13. V. supra. V. *Imago.*

Similitudo mortis Christi.

S. Ambros. lib. 4. de Sacrament. cap. 4.

Quomodò Euchatistia dicatur *similitudo mortis Christi*, perspicuum esse potest ex dictis sect. 3. cap. 5. & ex latè disputatis à Durando Troarnensi libro contra Berengarium tota parte quinta. Nunc obiter idem illustrati potest, ex eo quod Græci in Euchologio, cum aiunt de ritu lauandi altare feria S. Magnæ hebdomadæ, altare vocant, *salutaris sepulchri figuram.* Et Sanct. Germanus in rerum Eccles. Theoria; altare ait esse, *sepulchrum Domini.* Scitè Simeon Thessalonicensis l. de tempio. c. de Sacra mensa, altare appellat, *locum Dei, requiem, propitiatorium, magni sacrificij officinam, Christi monumentum.* Affine est, quod sacrum corporale supposirum Christo in altari, dicitur referre Sindonem mundam à Iosepho & Nicodemo adhibitam, vt habetur c. *consulto* de Consecr. dist. 1. & apud S. Germanum supra, nec non apud Bedam in c. 44. Marci, ac his verbis apud Isidorum Peluliotam l. 1. Epist. 123. [Pura illa Sindon quæ sub diuinorum donorum ministerio expansa est, Iosephi Arimathensis est ministerium. Vt enim ille Domini corpus sindone inuolutum sepulturæ mandauit, per quod vniuersum mortalium genus resurrectionem percepit: Eodem modo nos, propositionis panem in sindone sanctificantes, Christi corpus siue dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatem fontis in modum proferens; quam Saluator IESVS, à Iosepho funere elatus, posteaquàm à morte ad vitam rediit, largitus est.]

Hoc Nyssenus orat. 1. de Resurrect. ad nitorem ac puritatem excipientis Christum in corpore suo, accommodauit, eo quod Euangelista, sindonem excipiendo Christi corpori adhibitam, conceptis verbis appeller *sindonem mundam.*

Speculum & enigma per quod nunc videmus Deum.

Theodoretus 1. Cor. 13.

Spes resurrectionis.

Optatus lib. 6. Vide supra V. *Pignus resurrectionis.*

Spiritus gratiæ.

Apostolus Hcb. 10. vt interpretantur Dionys. Alexand. Epist. ad Paulum Samosat. Sanctus Cyrillus lib. 4. pentab. Sanctus Chrysostomus & Theophilactus Heb. 10. denunciat horrenda supplicia ei qui sanguinem Testamenti polluerit duxerit, & Filium Dei conculcauerit, ac spiritui gratiæ contumeliam fecerit, indignè communicaudo. Non ait *gratiæ spiritus*, vt dicendum fuisset si egisset de qualitate gratiæ: cui etiam non diceret fieri contumeliam, quæ in solam personam viuentem ac videntem eadit. Air ergo *spiritui gratiæ*, quæ est gratia substantialis, siue ἐνυπόστατος. Adducti iam sunt alibi, qui de Eucharistia eum locum interpretati, & spiritum illum gratiæ Christum intelligentes, inde admodùm terruerint malè communicantes. Nunc addo Cæsarium Dialo. 3. qui prolato in eandem rem proposito Apostoli loco, addit. [Conculcat autem Dei Filium, & sermonem Dei, qui mystica eius pocula, intrepidè manibus rapacibus & aduersùs proximum elenatis, sumit; veluti communem panem & vinum reputans, quæ in oculis mentis fidelibus sunt, ipse Deus. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrantior quouis gladio vtrinque incidente, & pertingens vsque ad diuisionen animæ & corporis, compagúmque & medullarum; & discretor cogitationum & mentis conceptorum, quemadmodùm ipse per Paulum inquit. Nam neutro modo perit, etiamsi partim clauis configatur, partim fluat. Nec item absumitur, cum perinde vt aër ab omnibus percipiatur, & nihilominus mancat Deus idem haud immiuutus.] Comparatio est, qua Christi in Eucharistia, post tot sumptiones in consumptionem, exposuerat Dialo. 1.

Onomastic. eon Eucharisticum.

Spiritus oris nostri.

Threno. 4. ex interpretatione Sancti Bernardi serm. 48. in Cant. & serm. vnico de Natiuit. Virg.

Hîc modus loquendi de Christo Sacramentaliter constituto, est omnioo multorum Patrum, qui Christum hîc appellant *Spiritum.* Sanctus Athanasius lib. de Humana natura suscepta contra Apollinarem, tractaus conuenientias Christi & Spiritus sancti sic habet. [Cum rursus Dominus de seipso verba faeit, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi.* Alibi Spiritum sanctum appellat panem cœlestem, *panem nostrum ἐπιούσιον da nobis hodie.* Docuit enim nos vt posceremus in precibus nostris in hoc seculo, panem ἐπιούσιον hoc est *futurum*, cuius primitias habemus, quia in communionem corporis Dominici admissi sumus; quemadmodùm ipse dixit, *panis quem ego dabo, pro mundi vita est.* Spiritus enim viuificans est caro Domini, quoniam ex spiritu viuificante, concepta est. Quod enim ex spiritu nascitur, Spiritus est.]

In primis verbis, nouum videtur S. Athanasius docere Spiritum sanctum esse panem illum quem in Oratione Dominica petimus, quàm monstrare affinitatem quæ est inter Christum & Spiritum sanctum, per hoc quod vtérque, vt in se est spiritus, ita panis est & alimentum spiritus nostri. Habet ergo Christum cibum factum in Eucharistia, pro spiritu Idem Tract. de Verbis Euang. *quicunque dixerit*, &c. Tractans eoiusmodi sit peccatum contra Spiritum sanctum, quod dicitur irremissibile, monstrat sic dici peccatum contra Deitatem Filij, & ea quæ de Christo non patebant corporeis oculis, quod illustrat exemplo Eucharistiæ, in qua Christus dicitur *Spiritus.* [Istiusmodi (Inquit,) characterem, etiam in Ioannis Euangelio vidi, vbi de esu corporis disputans, ac propterea multos scandalizatos conspiciens, ita locutus est. *Hoccine vos scandalizat? Quid si igitur Filium hominis spectaueritis ascendentem vbi prius erat? Spiritus est qui viuificat. caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus sunt & vita.* Hîc enim de vtróque, carne & Spiritu suo, locutus est: & Spiritum à carne discriminauit, vt non solùm in eo quod

oculis

Sectio V.

oculis apparebat, ſed naturam quoque inuiſibilem credentes, diſceremus, ea quæ loquetetur, non carnalia eſſe, ſed ſpiritualia. Quot enim hominibus corpus eius ſuffeciſſet ad cibum, vt vniuerſi mundi alimonia fieret? Sed propterea aſcenſionis ſuæ in cœlum mentionem fecit, vt eos à corporali intellectu abſtraheret, ac deinde carnem ſuam de qua locutus erat, cibum è ſuperne cœleſtem, & ſpiritualem alimoniam, & ab ipſo donandam intelligerent. *Quæ enim locutus ſum vobis (inquit,) ſpiritus ſunt & vita.* Quod petinde eſt ac ſi diceret, corpus meum quod oſtenditur & datur pro mundo, in cibum dabitur, vt ſpiritualiter vnicuique tribuatur; & fiat ſingulis tutamen, præſeruatióque reſurrectionem vitæ æternæ.

Eudem ſpiritus nomine, Chriſtum in Euchariſtia donat S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 24. tractans illud, *ſpiritus & vita ſunt.* [Totum (inquit) corpus ſuum viuifica ſpiritus virtute, plenum eſſe oſtendit. Spiritum enim hîc, ipſam carnem nuncupauit: non quia naturam carnis amiſerit, & in ſpiritum mutata ſit: ſed quia ſummè eum eo conjuncta, totam viuificandi vim hauſit. Nec turbari propter hoc decet. Nam qui Domino conglutinatur, vnus cum eo ſpiritus eſt. Quomodo igitur caro ſua, vnâ cum eo non appellabitur? Huiuſmodi ergo eſt, quod dicitur; Putatis (inquit,) me dixiſſe, viuificum natura ſui terreſtre hoc eſſe corpus. Ego verò de ſpiritu & de vita æterna locutus ſum.] Habet ibidem, ac ſuperioti capite, alia in eam ſententiam.

S. Damaſcenus 4. fid. cap. 14. probat Euchariſtiam eſſe panem ſupersubſtantialem, & panem futurum, ac tuendæ, noſtræ ſubſtantiæ intetnæ neceſſarium. [Viuificus etenim ſpiritus eſt cato Domini, quandoquidem ex viuifico ſpiritu concepta eſt. Quod enim ex ſpiritu natum eſt, ſpiritus eſt. Quæ tamen non eò à me commemorata ſunt, vt corpotis naturam ſubmoueam, ac de medio tollam, verùm vt illud viuificum eſſe ac diuinum oſtendam.]

Subſcribit F. Bartholomæus Fettarienſis lib. 2. de Chriſto abſcondito, qui illud Chriſti, *ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam*; ita exponit. [Spiritus ideſt corpus in Sacramento ſpiritualiter, (ſiue ad modum ſpirituum conſtitutum,) viuificat. Caro autem, ideſt corpus carnale, ſcilicet pro ſpeciebus carnalibus, vt in macello, non prodeſt quicquam] Iure igitut Chriſtus in Euchariſtia, cum habeat rationem ſpiritus, & nomine *ſpiritus* à Patribus conſentaneè ad ſcriptutas donetur, dici potuit *ſpiritus oris noſtri*, quia ore ſuſcipitur.

Stipendia diuina.

Petrus Bleſenſ. carm. de Euchariſt. cap. 24.

Stipendium militiæ noſtræ.

Paſchaſius lib. de Sacram. cap. 8.

Subſtantia viuificatrix, & ipſius Dei propria facta, per quam peccatorum remiſſio, & æterna vita dona præſtantur.

Caſſiod. in Pſalm. 109.

Supplementum viuificum Dominici corporis.

Cteditus Auguſtinus lib. 2. de Viſitat. Infirmo. cap. 4.

Illud *Dominici corporis*, ſumitur intranſitiuè, ita vt ſit ſenſus: ſume illud ſupplementum, quod eſt ipſummet Domini corpus. Cuius autem rei ſupplementum, Euchariſtiam dicat hîc Autor, obſcurum eſt. An enim extremæ vnctionis, de qua immediatè ante egerat? Eius ſanè effectum perficit, & eatenus eam conſummat, & ſupplet Euchariſtia. An ſupplementum intelligit operum noſtrorum, & prouentus qui deficit morientem minùs inſtructum ſanctis actionibus? Hoc magis inſinuant hæc ſanè eximia quæ ibi habentur. [Illud etiam viuificum Dominici corporis ſupplementum, ſuſcipere fili mi non renuas; quin potiùs illud auidiſſimè quæras, fideliter comedas. Cibus enim ille incomparabilis, & ineffabilis viatieum tibi erit ſalubertimum, redemptionis tuæ pretium, redemptoris monimentum, & redempti munimentum.]

Si ſupplementum accepiſſet hîc autor, pro eo quod ſuppleuit & compleuit antiqua ſacrificia, éſtque illis omnibus ſubſtitutum, haberet adſtipulatorem verum Auguſtinum in Pſal. 39. aureo planè loco qui ſic habet. [*ſacrificium & oblationem noluiſti*, ait Pſalmus Deo. Antiquis enim, quando adhuc ſacrificium verum quod fideles notunt, in figuris prænunciabatur, celebrabant figuras fututæ rei; multi ſcientes, ſed plures ignorantes. Nam Prophetæ, & ſancti Patriarchæ, nouerant quod celebrabant. Cæteta autem multitudo iniqua, earnalis ſic erat, vt fietet de illa quod ſignificaret poſteriota ventura. Et venit ſublato illo ſacrificio ptimo, ſublatis holocauſtis arietum, hircorum, vitulorum, cæterarúmque victimarum. Noluit illa DEVS. Quare illa noluit? Quare ptimò voluit? Quia illa omnia quaſi verba erant promittentis, & verba promiſſiua cum venerit quod promittunt, iam non enunciantur.] Et mox. [Sactificia ergo illa, tanquam verba promiſſiua ablata ſunt. Quid eſt quod datum eſt completiuum? Corpus quod noſtis, quod uon omnes noſtis, quod vtinam qui noſtis omnes, non ad iudicium noueritis. Videte quando dictú eſt; Chriſtus enim ille eſt Dominus noſter, modò loquês ex membris ſuis, modo loquens ex perſona ſua. *Sacrificium* (inquit,) *& oblationem noluiſti.* Quid ergo? Nos iam hoc tempote ſiue ſacrificio dimiſſi ſumus? Abſit. *Corpus autem perfeciſti mihi.* Ideò illa noluiſti vt hoc petficeres. Illa voluiſti antequam hoc petficeres. Perfectio promiſſorum, abſtulit verba promittentia. Nam ſi adhuc ſunt promitteutia, nondum impletum eſt quod promiſſum eſt. Hoc promittebatur quibuſdam ſignis. Ablata ſunt ſigna promittentia, quia exhibita eſt veritas promiſſa. In hoc corpore ſumus, huius corporis participes ſumus; quod accipimus, nouimus, & qui non noſtis noueritis, & eum didiceritis, vtinam non ad iudicium aceipiatis. *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.* Perfectum enim eſt nobis corpus, perficiamur in corpore.]

Symbola corporis & ſanguinis Chriſti.

Theodor. in Pſal. 109.

Symbola diuinorum Sacramentorum.

Theodoretus in Hiſtot. Religioſa cum de Simeone Stilite.

Symbolum vnitatis.

Conciliam Trident. ſeſſ. 13. in Præfatione & cap. 2.

Symbola myſtica qua Deo è Sacerdotibus offeruntur.

Theodoretus

Theodoretus Dialo. 2.

Symbola nostra resurrectionis.

Concilium 1. Nicænum.

Sumitur ibi *symbolum*, pro pignore & arrhabone, spem certam ac securitatem gloriosæ resurrectionis præstante. V. *Pignus resurrectionis.*

Synaxis.

S. Dionysius cap. 3. Eccles. Hierar.

Sic dictum Eucharistiæ mysterium, quia populus ad illius celebrationem, tanquam ad supremum Dei cultum obstringitur, & congregatur statis temporibus, censent Alanus lib. de Eucharist. c. 1. & Cornel. 1. Cor. 10. num. 56. adducto S. Dionysio. At Lindanus lib. 4. panopl. cap. 37. & Genebrard. cap. 3. Liturgiæ, allegato item S. Dionysio, aiunt nomen *Synaxeos*, non tam tributum esse Eucharistiæ ob congregationem fidelium ad cultum Dei in eius confectione, quàm ideirco quod Eucharistia, fideles eam percipientes, totos colligit in Christi complexus, & collectos à varijs studijs quibus miserè mortales distrahuntur, arctissimo cœlestis amoris nodo stringit, cogítque in vnum. Pachymeres in cap. 3. Eccles. Hierar. non modò tatam habet banc *Synaxeos* notionem; sed etiam adducta priore, valdè eam improbat tanquam nimis humilem, nec redolentem S. Dionysij ingenium. Indidem *synaxim* dici Eucharistiam, confirmat Bessarion Opusc. de Verb. consec. suppositi. 2. Vocem *synaxeos*, Agathense Latinè reddidit *collectionem*. Alij *collectam* vocant; sic enim *collectas celebrare*, *collectas agere*, idipsum est quod apud Tertullianum lib. de Fuga in persec. *colligere*. Ex quo loco obiter eruendum est, haud quaquam male habere locum S. Irenæi lib. 3. cap. 3. vbi sic legitur de Romana Ecclesia. [Confundimus eos quoquomodò, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cœcitatem & malam sententiam, præterquàm oportet colligunt.] Cimmerias tenebras in hoc verbo offusas, expostulat Iacobus Billius l. 2. observat. Sacram. cap. 5. putátque interperem malè expressisse Græcam vocem συναγουσιν: & pro *conuentum agunt*, tualè, certè, obscurè, vertisse *colligunt*; melius eadem vox Græca apud Socratem lib. 5. histor. cap. 21. expressa est per *conuentus agere*, cum de Sabbathio Nouatiano, relictis suis agente priuatos conuentus, sermo esset. Ita Billius. Sed vides hanc castigationem loci ex S. Irenæo adducti, concidere ex dictis. *Colligere* enim, vt ex Tertulliano audisti, idipsum est quod *conuentum agere*. Itaque non malè *ij qui aliter colligunt*, dictum est, pro diuersæ sectæ hominibus. Sine ita Græcam vocem παρατιναξιν expresserit ipse Irenæus, Latinè adtuistis plerisque Græcissimis a Billio supra lib. 1. cap. 33. & 34. diligenter annotatis scribens, vt verius videtur; siue Græcè primùm opus illud scripserit, vt latè conuincit Brissonius ad l. *Dominico* de spectacul. à pag. 63. ad 81. & postea ipsemet ad Rhodanusiorum vsum vberiorem, Latinè fecerit, aut alius quispiam Græcus semilatinus, in eam tem contulerit operam, quod nunc non interest nostra. Tantum quippè ounc contendimus, *colligere*, rectè dici, pro *synaxes agere*. Id quod præter Tertullianum disertè habent Acta S. Saturnini & sociorum 11. Febr. Vbi S. Martyr interroganti Ethnico respondet, *collegimus* idest fuimus io collecta, siue synaxi V. supra V. *Collecta*. Eadem portò res l. *conuenticula* C. de Episc. & Cler. vocatur *conuenticulum*, vt habetur ex Photio in Nomocan. tit. 3. cap. 14. & ex Balsamone ibid. Allucinati autem turpissimè, qui connenticula, eo loco accepere pro coitionibus illicitis, rectè monstrat Paocitolus lib. 2. Thesau. Variar. lect. cap. 168. euincens verum legis sensum esse, vetari conuenticulum siue collectam & synaxim aut sacrum in domo priuata.

Onomastikon Eucharisticon.

T

Telete.

S. Dionysius Eccles. Hier. cap. 3.

Donauit latio hanc vocem S. August. 10. Ciuit. c. 9. tametsi in alia materia, nempè io Theurgicis consecrationibus, apiantibus animam ad susceptionem spirituum, ac videndos Deos, iuxta magos Ethnicorum. Viues ibi, docet hoc nomen restrictum esse ad sacrificium perfectum, cui nihil deesset. Multo ergo potiori ratione, hoc mysterium dici potuit *telete*, tanquam aptans animaa ad susceptionem spiritus, ac videndum Deum, veréque perfectum & omnibus oumeris absolutum sactificium. Et hoc sensu Synesius hoc mysteriom vocat τελεστὴν ἀτέλεστον. Mysterium arcaoum. Et Lucianus, subsanoans Christiana mysteria, dixit Christum in Palæstina esse cruci confixum, eo quod instituisset nouam teletem, idest nouum ritum sacrificij. An ad Lucianum peruaserat; iactata ab aliquibus fabula, de asportata per Iudam è cœnaculo digredientem Eucharistia, criminationibus ea ex causa congestis io Magistrum, vnde consecuta eius damnatio? Fortassis per *noui sacrificij ritum*, voluit Lucianus circumloqui nexam cum sacrificio Religionem, quasi diceret, damnatum & crucifixum fuisse Christum, quia nouam plantatat Religionem. Hic igitur est sensus, quo iuxta notionem *teletæ* à D. Augustino assignatam, Eucharistia dici potest *telete*; idest perfectum sacrificium.

Sanctus tamen Dionysius qui banc vocem Euchatistiæ tribuit, videtur potiùs respexisse ad vim perfectricem & consummatticem qua hoc Sacramentum pollet. Eam porro vim tantoperè extollit in hoc mysterio, vt neger cæteta Sacramenta τελεστὰς esse, nisi istud tanquã vltima consummatio atque perfectio accesserit; propteteáque post singula alia conferri soler, vt notat S. Dion. maximè quando traduotur adultis. Indidémque infert S. Dionys. germanã causam, cur cum cætera omoia Sactamenta sint etiã communiones nostri cum Deo, & collectiones cum vno quod verè est vnum; soli tamen huic Sacramento antonomasticè tributum sit nomen *communionis* atque *synaxeos*. Quia videlicet alia Sacramenta non perficiunt nostram cum Deo conjunctionem & communionẽ & absque Eucharistia amittunt nuncupationem *teletæ*. Præter Sacramentorum verò perfectionem, est etiam Eucharistia *telete*, quia nostræ perfectioni maxitnè setuit. In quam rem scitè S. Cyrillus lib. 3. de Ador. agens de inuitatione Iethro per Aaronem ad edendum panem sic expressa Exod. 18. *Venit Aaron & omnes seniores Israël ad comedendum panem cum socero Moysi coram Deo.* [Perfectos enim (inquit,) efficit oos pane viuenti, Cbristus verior Aatoo & perfectos reddit non Gentiles tantum, sed cum illis permistos qui

dẽ

Bellio V.

de genere Israël electi sunt, quotum figuram tenent illi seniores. Nec verò parum significationis præ se fert illud, quòd tanquam in conspectu Dei panem manducare oporteat. Quid enim adeo sub Dei oculis atque conspectu, quàm mystica mensa & hostia, quique eius participes sunt? [Vide supra V. *perfidie*

Huc pertinet locus ex oratione 19. Nazianz. vbi describens quod in nocte Paschali Patri suo grauissimè ægroranti obtigerat, ei in sacrificanti τὰ πνεύματα à Spiritu sancto affuisse, hue est iuxta Billij interpretationem, *sanctissimam Eucharistiam.* Mitor tamen quorsum idem cæteroqui doctissimus Interpres addat hanc non fuisse nisi σκιαγραφίαν, sacrificij Euchatistiæ, ad quod viderur adductus nonnulla implexitate contextus quem proinde iuuat repræsentare. Præmiserat Theologus summam Patris prostrationem ex morbo, & quomodò cùm hora sacri conuentus & peragendi in templo sacrificij aduenisser, excitatum impulsu Spiritu sancti exciuisse famulum vestésque poposcisse; & famuli manu subjecta nitentem ad celebrandum exsurrexisse. Tum subdit. [Manu (famuli) tanquam baculo ductus Mosem illum in monte orantem imitatus, fractisque, ac debilitatis manibus ad orationem compositus, alacri animo, cum populo, vel ante populum mysteria peragit, paucis quidem & quibus poterat verbis, mente autem vt mihi videtur per quàm integra. Rem mitam! Sine sacrario, in sacrario; sine altari sacrificus, Sacerdos à mysterijs procul temorus. Atque hæc quoque, illi à Spiritu sancto aderant; ipsi quidem cognita, præsentibus autem, haud quaquam perspecta. Postea eum Eucharistiæ verba, ita vt consuetudo fert, effatus esset ac populum benedixisset in lectulum rursus se conjecit, &c.] Fatebor hanc narrationem non nihil implexam esse. Sensus tamen esse videtur Gregorium Patrem è lecto manuducente famulo ad mensam aliquam in cubiculo positam adrepentem, reciså prolixitate Liturgicæ formulæ, materiam increuenti sacrificij diuinitùs suppeditatam & sibi soli conspicuam consecrasse, atque consumpsisse. Tum gratiarum actionem post communionem recitari solitam adhibuisse, & perinde ac si in templo eoram adstante populo sacrificasset, benedictionem populo impertijsse, sicque ad lectum repedasse, mox integrè sanandum, ita vt nona Dominica subsequente incolumus assuerit in templo. Hunc esse verum sensum Theologi, & eius Patrem verè sacrificasse nec solum sacrificij adumbrationem συναγραφὴν adhibuisse, inde persuadeor quod aliquid falsò Theologus præmisisset cohorrescendum esse ad hanc narrationem, & grande miraculum hîc interuenisse. Elias Cretensis, omnino fauet sensui à me propositio. Itaque Nazianzenus diuinam Eucharistiam vocauit πνεύματα siue perfectissima.

Clemens Alexandr. 2. Pædag. cap. 55.

Temperatura potus ex Verbi.

Ipse Clemens se exponit. Quare audiendus est. [Sancta vitis (inquit,) botrum germinauit Propheticum hoc signum est ijs qui ad quietem ex errore instituti sunt, magnus botrus nempè Verbum pro nobis expressum, cum sanguis vuæ, Verbum scilicet aqua temperari voluerit. Sic etiam sanguis eius salutis temperatur. Duplex est autem sanguis Domini. Alter enim est carnalis quo redempti sumus ab interitu: Alter verò spiritalis, quo scilicet vncti sumus. Er hoc est bibere IESV sanguinem, esse participem incorruptionis Domini. Verbi autem virtus est spiritus, quemadmodùm sanguis carnis. Commodetara itaque proportione & conuenientia, vinum quidem aquæ, homini verò spiritus admiscetur. Ac temperatum quidem vinum, ad fidem conuiuio excipit, Spiritus aurem deducit ad incorruptionem. Amborum autem temperatura, potus scilicet & verbi, dicitur Eucharistia, quæ & laudatur, & bona est gratia, euius qui per fidem sunt participes, sanctificantur & corpore & anima? Cum diuinum temperamentum, hominem scilicet, diuina voluntas, spiritu & Verbo mystice contemperauit. Etenim vetè quidem spiritus, animæ quæ ab ipso fertur, conjungitur & familiaris efficitur, cato autem Verbo propter quam Verbum caro factum est.]

Terra fluens lac & mel.

S. Gaudentius Tractatu quem prima Ordinationis suæ die habuit. [Si *volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis.* Quod si secundùm B. Pauli Apostoli sententiam, *non auditores sed factores legis iustificabuntur apud Deum*, non tam videbitur perfunctoria ista auditio quæ bonorum tertæ præmijs honoratur; & non cuiuslibet tertæ, sed illius olim promissæ, illius fluentis lac & mel. Promissionis enim terra, Christi caro est, ex massâ humani generis de terra formati suscepta, ac dulcibus diuinæ gratiæ succis exuberans, cuius patrissimo doctrinæ lacte alimur & nutrimur; cuius cœlestium charismatum suauitate reficimur, cuius vbertate credentium corda pinguescunt; cuius bonis, obedientium menres animæque fidelium, & in hoc; & in futuro seculo saginantur.] Præclarè item Petrus Damianus Opusc. 30. cap. 3. agens cum Blanca Comitissa iam Monali, docet cuicunque seculum deferenti, anuitendum esse, vt pertingat ad terram lacte & melle manantem, quam interpretatur carnē Christi. [Lac quippè, fructus est carnis, mel labitur de supernis. Er quia Redemptor noster, de cœlo veniens, carnem suscepit ex Virgine, hæc (caro) est terra illa viuentiū, ad quam debemus intentis semper amoris gressibus festinare. Hunc sponsum, venerabilis soror, vetæ charitatis vlnas amplectere; super hoc iugiter delectare. Delectare inquam in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Huius corpus & sanguinem, etiam ore carnis crebrius suscipe, vt hanc eius vocem meritò possis audire, *Favus distillans labia tua sponsa; mel & lac sub lingua tua:* Terretur enim aduersarius, cū Christiani labia videt, cruore Christi tubentia: Agnoscit enim præsto suæ perditionis iudicium & diuinæ victoriæ qua capriuatus est & obrutus, non roletur instrumentum. Christus ergo per mysterium tibi videatur in ore.]

An ad hanc terram mellifluam & lacte rationabili differam respexerunt prisci quidam, quibus in necessitate proximæ mortis, deficiente sacro viatico, vsus fuit, ab alio laico cui Confessionem fecissent, panxillum terræ in os immissum accipere, loco diuinæ Euchatistiæ? Ita contigisse ann. 1302. notat Henric. Spond. ad eum annum num. 4. & anno 1415. num. 62. Terram quæ est pedum Domini scabellū esse Euchatistiā agnoscit Ambrosius l. 3. de Spir. sancto, cap. 12.

Testamentum

Testamentum nouum.

Lucæ 22. Damascenus 4 fid. c. 14.

Christuio institutione Eucharistiæ confeciſſe nouum Testamentum, docet his verbis Dionyſius Alex. Epiſtola ad Paulum Samoſarenum. [Qui vetè ſemper eſt in Patre, ait, *Ego ſum lux mundi*; qoi eſt Dominus mundi, qui habet in ſeipſo Patrem, & viuificum ac Dominum ſpiritum, ſeipſum exinaniuit. Quamobrem & myſterium illud menattabile, ſic ab ipſo vocatur, *nouum Testamentum Dei*, dare ſeipſum nobis in myſtica cœna: non ſicut olim ſecundùm legem Sacerdotij Aaronis, carnes animantium tatione carentium ſuper altare imponebant, vt ſcribit Moyſes inquiens, *carnes ſancta erunt ſuper altare, & comedet populus, & omnis quicumque tetigerit ex eis, immundus, peribit.* Nunc autem non ſic; ſed ipſe Dominus & Deus Iſraël, Saluator noſter, ait, *Qui manducat me, & ipſe viuet propter me:* Deus igitur qui habitat in nobis ſecundum Testamentum quod diſpoſuit nobiſcum, dicens, *accipite & dmidite inter vos. Hoc nouum Testamentum eſt. Hoc facite.*] Idem latè monſtrat S. Fulgentius ad q. 5. Fetuandi, prolatis multis ſcripturis, quibus hoc myſterium vocatur *Testamentum nouum*, cum agitur de conſecratione calicis. Significatque S. Fulgentius, nomen *calicis*, quod interdum ſonat hæreditatem Testamento obuenientem, vt apud Pſaltem *Dominus pars hæreditatis meæ calicis mei* adhibitum eſſe à Christo in hoc negotio, vt hæc vetitas inſinuaretur. Vt vt ſit, eſſe Eucharistiam Testamentum nouum, agnoſcit ibi Fulgentius. Conſentiunt Alanus lib. de Miſſa cap. 8. à n. 5. Bellarminus lib. 1. de Miſſa cap. 8. Sebaſtianos Oxomenſis lib. de Sacrif. cap. 8. & 8. Maldonatus Matth. 26. ad illud *noui Testamenti* & plerique interpretes Lucæ 22. ad illud. *Hic calix nouum Testamentum eſt in meo ſanguine*; aut vt habent alij Euangeliſtæ, *hic eſt ſanguis meus noui Testamenti*, quæ verba in hanc rem validè ac diffusè vtget Sanctesius repet. 1. cap. 8. Eſt autem duplex notio vocis *Testamentum*, aliquando enim ea vix ſignificat pactum aut fœdus, aliquando autem ſignificat diſpoſitionem vltimam teſtatoris, ſiue expreſſionem voluntatis vltimæ, quam teſtator habet, quid rebus ſuis poſt mortem ſuam fieri velit, ſtatuentis. Aliàs verò ea Latina vox vſurpata legitur pro pacto ſeu fœdere. Benè id attigit S. Hieronymos Malach. 2. ad illud, *ecce ego proiiciam*, ſic ſcribens. [Notandum quod *Berith* verbum Hebraïcum, Aquila *συνθήκην*, id eſt *pactum*, interpretatur. 70 ſemper *διαθήκην*, & in pleriſque Scripturarum locis *Testamentum* non defunctorum voluntatem ſonare, ſed pactum viuentium.] Videndus inſuper Hieremiæ 11. & in c. 3. ad Galat. ad illud, *Fratres ſecundùm hominem.* Et accutatè id verſans Franciſcus Lucas in c. 26. Matth. ad verſ. 28. In priore ergo actione vocis *Testamentum*, qua videlicet vſurpatur pro pacto ſeu fœdere, Euchariſtia ratione calicis ſanguinem Christi continentis dicta eſt *nouum Testamentum*, quia per ſanguinem Christi in calice contentum & pro nobis effundendum, ictum eſt fœdus cum Deo, ſublatáſque inimicitias quæ per peccatum excitatæ erant, reconciliatio eſt inita. In quo genere pacti, ſolitum adhiberi ſanguinem, ſubiectis exemplis monſtratum ſupra eſt ſect. 4. c. 2. 3. §. 2. agendo de Euchariſtia diſcutienti iram. Eſt prætetea Euchariſtia ſecundum hanc priorem notionem, Teſtamentum, ſiue pactum Dei nobiſcum, abſtrahendo ab inimicitiis, quatenus eſt ſignaculum quo Deus obſignauit pactum initum cum fidelibus, de conferenda illis gratia & gloria, ſi ſteterint promiſſis cum Deo initis, hoc eſt ſi legem ſeruauerint. Hac enim ipſa ratione, Moyſes dicitur fuiſſe mediator ac ſequeſtet antiqui Teſtamenti, quia per eum facta eſt obſignatio pacti à Deo cum Hebræis initi, de conferendis ei populo grandibus bonis, ſi legem (vti receperant,) ſeriò obſeruarent.

Onomaſticon Euchariſticum.

Penes alteram notionem vocis *Testamentum*, prottito eius vſui conſentaneam, calix Euchariſticus dicitur *Testamentum nouum*, quia continet Christi ſanguinem, per quem hæreditas fidelibus deſtinata obtingit illis ex vltima Christi diſpoſitione & voluntate nunquam mutanda, ex quo mots quæ ſanguinis effuſione inſinuatut interuenit. Hac igitur ratione calix Euchariſticus, denominatus eſt Teſtamentũ nouum, iuxta Bellarminum l. 1. de Euchat. c. 11. *ad* 8. *Calvini*, & l. 4. c. 19. *ad* 3 *Kemnitij*, & iuxta Franc. Lucam ac c. 22. Lucæ v 20. quia eſt velut inſtrumentum pubricum, quod vltimum eſt, & ſignum voluntatis teſtatoris, & cauſa inſtrumentalis applicandæ hæreditatis, vt fert ptotrita notio Testamenti. Et ſanè Teſtameutum debuit condi ante mortem Teſtatotis ex Heb. 9. Nemini autem in mentem venit, aſſerere, Chriſtum condidiſſe Teſtamentum in aliquo ante cœnam vltimam tempore; cum nunquam legatur anteriùs diſpoſuiſſe de rebus ſuis, coram teſtibus idoneis, quod eſt Teſtamentum concedere. Quod etiam Vaſques 3. p. d. 199. à num. 41. affitmat, Chriſtum nou quidem vt ptiuatam perſonam, (nam ſic Testamentum non condidit præ egeſtate bonorum temporalium, de quibus ſolis diſponat perſona priuata,) ſed vt perſonam publicam & Eccleſiæ caput, condiſſe Teſtamentum, & vltimæ voluotatis ſuæ expreſſionem propoſuiſſe in ctuce, admitti non poteſt: quia Chriſtus in ctuce, nullum verbum ptotulit, quod dici poſſit ad confectionem Teſtamenti pertinere, vt latè ptoſequitur Suates t. 2. 3. p. d. 38. ſ. 3. In ſuptemæ verò nocte cœnæ, fecit quod Teſtatotes faciunt, tradens ſuis quod bonum & pulchtum habebat, uempe cotpus & ſanguinem ſuum. Nec defuerunt monita & mandata, quæ Teſtamentis adiungi ſolent. Suos quippè commonuit de mutua charitate & fide in ipſum, ac etiam de perpetuatione ſacrificij in ſui commemorationem. Adetant teſtes idonei: nempe Apoſtoli, primatij Miniſtri noui Teſtamenti. Tempus item erat valdè congtuum, nempe ſub Chriſti mortem, cum ſuis valedicturus eſſet. Itaque condidit tunc Teſtamentum quaſi ſubſtantiale, confirmandum per mottem iuxta Apoſtolum. Quæ verò poſt mortem acceſſetuut, veluti codicillorum tationem habuerunt, vt lex de Sacramento Pœnitentiæ, inſtitutio capitis viſibilis Eccleſiæ, ac ſi quæ ſunt alia, de quibus à Chriſto rediuiuo eſt diſpoſitum. De cotteſpondentiis confectionis antiqui Teſtamenti, cum hac noui Teſtamenti confectione, videndus Alanus lib. de Miſſa c. 8.

Ex eo potrò quod Euchariſtia ſit non modo ſignum. Sed etiam cauſa applicandæ hæreditatis, liquet, quomodo valere poſſit quod ait Balduinus in Allegotiis Tilman. ad c. 22. Lucæ Euchariſtiã dictam eſſe Teſtamentũ oouũ, ratione

Sella V.

bonorum quæ conciliat in ordine ad æternam hæreditatem adipiſcendam [*Hic* (inquit) *eſt calix nouum Teſtamentum*; ac ſi diceret; Hic conſtituta eſt cauſa, & virtus, & ratio implendi quæ in nouo Teſtamento præcepta ſunt, & obtinendi quæ promiſſa ſunt. Hic eſt finis & conſummatio legis, hic eſt plenitudo gratiæ & veritatis, hic eſt myſterium fidei, firmamentum ſpei teſtimonium dilectionis meæ, exemplum obedientiæ veſtræ, pignus hæreditatis veſtræ. Nouum enim Teſtamentum eſt in meo ſanguine confirmatum, nullóque ritu deinceps mutandum, vt ſit legitimum ſempiternum. Hic calix amatorium poculum eſt, quod nobis confecit actio quam ipſe nouit. Cum hoc ſanguine fuſo, amorem ſuum effudit, cum hoc infuſo amorem ſuum infundit, lauans nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Sic enim neceſſe erat nobis, ſanguine fœdatos, ſanguine oportuit emundari. Libera me (inquit Prophetа) de ſanguine. Et in Ezechiele ad Hieruſalem dicitur; *Tranſiui per te, vide te conculcari in ſanguine tuo, dixi tibi, viue.*] Hæc Balduinus, vere ac piè & iuxta prædicta ad Chriſti mentem de eo diuinæ Euchariſtiæ titulo.

Teſtamentum vitæ & ſalutis noſtræ

Rupertus lib. 3. de Oper. Spiritus ſancti c. 18.

Theſaurus vniuerſus benignitatis Dei.

Chryſoſtomus hom. 24. in 1. Cor.

Theſaurus in agro abſconditus.

Patchaſius lib. de Sacram. cap. 57. Ita habet. [Non rectè caro Chriſti ſine diuinitate ſumitur, nec diuinitas ſine carne præſtatur. Vnde in Euangelio, *regnum cœlorum* ſimile dicitur *Theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit homo, vadit & vendit omnia, & emit agrum illum*; quia nec ager, corpus videlicet Chriſti, ſine theſauro, id eſt diuinitate, nec theſaurus diuinitatis, ſine agro carnis iure comparatur. Qui quàm benè *in agro theſaurus abſconſus* dicitur, quia in carne Chriſti, diuinitas corporaliter inhabitans, etiam in hoc myſterio ab aſpectu oculorum ne caro videatur, ſubtrahitur; vt fide anidiùs quæratur, quæſita veriùs inueniatur, inuenta verò chariùs habeatur, & habita deſiderabiliùs fruatur, quia in Chriſto omnis plenitudo corporaliter inhabitat ſine dubio, diuinitatis.] Idem cap. 21. [Habes quàm à longè ſantus Patriarcha ſenſit in filio fragrantiam huius myſterij. Ait enim. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*: quia profectò in iſto agro corporis Chriſti, theſaurus abconditus vernat floribus immarceſſibilibus, & redolet ſuauitate odoris. Quem qui inuenit homo, vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum iſtum, vbi theſauri omnes ſapientiæ atque ſcientiæ conteplantur. De quo ſanè agro, panis vitæ, id eſt carnis, & potus ſanguinis, credentibus quotidie exuberat, & à fidelibus meſſuitur]

Tutela fidei.

Optatus lib. 6. contra Parmen.

Vlterius diffundit hanc hominis ab Euchariſtia ſurelam S. Chryſoſtomus homil. ad Neophytos, poſt deſcripta arma ſpiritualia militis Chriſti. [Et aliam (inquit,) mihi Deus vltra, tutelam donauit armorum. Quid illud? Menſam præparauit. cibum ſocietatis oſtendit, vt poſt epularum refectionē, inimicū poſſim robuſtiùs ſuperare.]

Typus, effigies, imago corporis Chriſti.

Procopius in cap. 49. Geneſ. S. Baſilius in Anaphora.

Typus paſſionis.

S. Hieronymus lib. 2. in Ionin. c. 11.

Typi ſalutis.

Naz. Orat. 37. n. 25.

Bene ad eum locum Billius, aduertis hunc Euchariſtiæ titulum, nihil officere Catholicæ veritati, tum quia nomen typorum poteſt accipi de ſolis ſpeciebus ſenſibilibus, prout Chriſtum præſentem ſignificantibus; tum quia etiam ſi idem nomen in Chriſtum Sacramentaliter latentem cadat, Chriſtus hic poſitus, eſt typus ſui ipſius in alio ſtatu. Vide V. *antypa*, & V. *figura* ac V. *imago*.

V.

Vaſculum farinæ non deficiens.

Rabanus ad libro 3. Reg. cap. 17. Argumentantur quoque de illius vaſculi proportione ad Euchariſtiæ inconſumptibilitatem Paſchaſ. lib. de Sacram. cap. 7. & Lanfranc. lib. contra Bereng.

Velamen.

Apoſtolus Hebr. 10. & ibi Theodoretus, his verbis. [Velum vocauit Chriſti carnem. Per eam enim, aditum in ſancta ſanctorum conſequimur. Quemadmodum enim legis Sacerdos per velamen in ſancta ſanctorum introibat; nec vt alius ingrederetur, fieri poterat: Ita qui in Dominum credidérunt, per ſanctiſſimi corporis participationem, & ciuitatem cœleſtem adipiſcuntur. & Conſentit Heſychius l. 5. in Leuit. ad cap. 4. & 5. Thomas Hebr. 10. lect. 2. *in ſecunda expoſitione*. Qui etiam Opuſc. 58. cap. 7. & 8. Multus eſt vi in veſtigatione cauſarum ob quas caro Chriſti debuit hic exhiberi velata. Sed breuiter rem confecit creditus Anſelmus Hebr. 10. Verbis illis. [Caro Chriſti quam ex altari ſumimus, idcirco velamen appellatur, quoniam ſenſibus noſtris in Sacramento velatur. Nam ſenſus noſtri, aliud renunciant, & aliud fides. Viſus enim perſuadet nobis, eſſe ſolummodo panem; ſecundum panis ſpeciem: Fides autem inſinuat eſſe carnem vinam & viuificatricem. Guſtus panem in ſapore, anditus etiam illud idem in fractione; fides verò integrum agnum à fidelibus ſumi ſine aliqua ipſius læſione. Non enim ſumimus carnem exanimem, ſed conſecratione & operatione diuina viuentem; Chriſtum ſcilicet vt agnum pro nobis oblatum, in Sacramento accipimus; non vt ipſe quicquam contumeliæ vel læſionis in Sacramento patiatur, ſed illud quod pro noſtra vita ſuſtinuit, noſtræ memoriæ repræſentatur. Per hoc itaque velamen Dominicæ carnis, initiata eſt nobis via noua, quia per Sacramentum corporis & ſanguinis, cœpit in nouo Teſtamento patere fidelibus ingreſſus regni cœlorum, qui ſub veteri lege nulli patebat.

Vetuſtiſſima veterum.

Hugo Card. Ioan. 6. agens de Euchariſtia. [De hoc pane (inquit,) dicitur *vetuſtiſſima veterum remedetis & nouis ſuperuenientibus vetera proiicietis*. Vetuſtiſſima veterum ſunt, corpus, & ſanguis Chriſti ſub ſpecie panis & vini, quæ in oblatione Melchiſedech figurata eſt.] Neminem

later,

latet. Melchisedechum Genes. 14. *protulisse*, (id est *sacrificasse* adhibita immutatione aliqua, per fractionem vel comestionem aut incensionem, vel libationem) panem & vinum. *Erat enim Sacerdos altissimi.* Particula causalis *enim* euincit prolationem panis & vini fuisse sacrificium: quod omnes consentiunt (& habetur ex Psal. 109. & Hebr. 7.) fuisse figuram inctuenti sacrificij. Idcirco namque Christos dicitur *Sacerdos secundum ordinem Melchisedech*, quia sicut ille protulit panem & vinum, & proferet in æternum, id est absque successione vlla immutatione ritus, quamdiu mundus perstabit. Tamdiu enim Sacerdotes, in persona Christi, & verbis eius vtentes, sacrificabunt adhibitis pane & vino: eámque ob causam vt notat S. Epiphanius hær. 55. nullo scripto consignatus est Melchisedechi successor. De hac sacrificij nostri adumbratione in sacrificio Melchisedech, innumera ex Patribus addensant Pamelius Tomo 1. Liturg. *initio.* Alanus lib. de Missa cap. 9. Bellarmious lib. 2. de Missa cap. 6. Coccius t. 2. lib. 6. art. 5. Durantus lib. 2. de Rit. c. 2. num. 3. Suares tom. 2. 3. p. d. 46. s. 4. & consense veteres Rabbini apud Galatinum lib. 10. cap. 6 Quare iure potuit Hugo Euchristiam in veteri Melchisedechi sacrificio adumbratam dicere.

Sed poterat etiam longè vetustius sacrificium proferre, in quo à mundi exordio, expressa sit Eucharistia. Nam sacrificium Abelis ex primitiis ouium, maximè refulgere in mysteriis nostris, dixit S. Ambrosius lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 1. Et idem voluit S. Augustinus 12. contra Faust. cap. 10. tractans illud Dei ad Caïnum; *Vox sanguinis fratris tui, clamat ad me*, verbis illis. [Sic atguit in Scripturis sanctis vox diuina Iudæos. Habet enim magnam vocem, Christi sanguis in terra, cum eo accepto, ab omnibus gentibus respondetur, *Amen.* Hæc est clara vox sanguinis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium, eodem sanguine redemptorum.] Nec aliter in Psal. 39. ad illud *Holocaustum & pro peccato non postulasti.* Idem significat lib. 65. qq. in 47. & apertè in q. 49. vbi sic habet. [Sanguis Abel significat sanguinem Christi, quo vniuersa Ecclesia, acceptо, dicit, *Amen.* Nam qualem clamorem faciat vniuersa Ecclesia, dum potatur sanguine Christi, & dicit *Amen*, tu ipse si potes, considera. Iudæi ergo qui intelliguntur in persona Caïn, quoniam non credentes in Christo non potantur sanguine Christi, maledicti sunt super terram. Super illam scilicet terram, quæ aperuit os suum per confessionem, & hibit sanguinem fratris sui, id est Christi sui, quem quia Iudæi non hibunt, ideò maledicti sunt.] Expressit de more Augustinum S. Prosper de promiss. 1. p. cap. 6. *in fine.* Hæc com ita fiat, annumerandus profectò est Abel prophetis: si verum est quod ait S. Ambrosius in Psalm. 38. eorum quæ in Eucharistia celebrantur, vetustissimam prædictionem esse in sermonibus Prophetarum. Ad propositum porrò modum intellectus, titulus in quo versamur, non colliditur eum dicto S. Epiphanij homilia de Resurr. vocantis Eucharistiam mysteria nou veterascentia, μὴ παλαιούμενα.

Via nona & viuens.

Apostolus Heb. 10. viam viuentem siue herbidam, mollem & amœnam, ait initiatam nobis esse, per velamen, id est carnem Christi in Eucharistia velatam, vt dixi V. *Velamen.* Quomodo autem Christus in hoc mysterio fiat nobis via ad gloriam, sic exponit Algerus lib. 2. de Euchar. cap. 3. [Dedit Ecclesiæ suæ veritas veritatem, Christus corpus suum & sanguinem, vt quod vetus vmbra non poterat, ipse sedemptionem remissionémque peccatorum quam semel fecerat in cruce, faceret similiter in altari quoridie: & quotidiano peccatorum contagio, saluhriùs quoridiano suboeniret remedio; idemque ipse qui futurus erat electis vita & præmium, in præsenti esset medicina & viaticum. Nisi enim ipse Sacerdos qui cœlos penetrauit, fieret nobis via ad seipsum, cœli iaoua nobis clausa foret in æternum: quæ ideò post passionem Christi reserata est credentibus, quia idem qui est Sacerdos, sacrificium factus, vnitur sibi commorientibus, vt dum vnum fiunt cum ipso, vbi ipse est, ibi ipsi sint in ipso.]

Onomastiсon Eucharisticum.

Viaticum.

Concil. Carthag. IV. c. 76.

Hanc vocem cum de Eucharistia agitur Henriq. lib. 8. cap. 1. oum. 2. *Litera P*, restringit ad communionem sub mortem, quæ in altera Synodo Duziacensi cap. 8. vocatur *munus viaticum.* Nec nou à Siricio Epistola 1. cap. 5. In Constitutione Riculfi Suessionensis cap. 9. vocatur *munus viatici.* In Concilijs tamen & Patribus, uotio *viatici* vniuersalior est vt monstrant Espeocæus lib. 2. de Ador. Euch. cap. 2. & Albasp. lib. 1. obseru. cap. 11. Luculentus est locus Concilij Arausicani primi Cano. 3. vbi solemnis absolutio uegatur pœnitenti moribundo: cooceditur tamen priuata, oou absque Eucharistia, quod totum vocatur *viaticum* Verba Canonis alludentis ad Canonem 13 Nicænum & ad Canonem Carthagioensem citarum, sunt ista. [Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine teconciliatoria manus impositione, eos communicare, quod morientis sufficit consolatioui, secundùm definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem, congruenter *viaticum* uominauerunt. Quod si superuixerint, stent in otdine pœnirentium, vt ostensis necessariis pœuitentiæ fructibus, legitimam communionem, cum teconciliatotia manus impositione recipiant.] Scio esse qui velint hanc communionem moribundo concessam uon inuoluere participationem Eucharistiæ. Verùm Cano. 13. Nicæno ad quem respexisse videtur Concilium Arausicanum is cui conceditur viaticum uon modò sit patticeps absolutionis, sed etiam oblatioois atque adeò Eucharistiæ. Esto alibi, viaticum aliquando sit absque Eucharistia. Neque tamen inficior, quin Eucharistia sit congruum moribundis subsidium. Græcæ ἐφόδιον propterea dixere, vt est in Synodo Nicæna Cano. 13. & habetur 26. q. 6. cap. *De his verò.* S. Honoratum potrexisse S. Ambtosio *viaticum bonum*, id est Eucharistiam, ait Paulinus in Ambrosio. SS. Petrum & Ioannem Apostolos, eodem viatico instruxisse S. Chrysostomum mox abiturum, ait Nicephotus lib. 13. cap. 37. Puero, ex cœlesti viso, indictam aute mottem susceptiocem huius viatici, refert Beda 4. histor. cap. 14. & aliud exemplum ibi haber cap. 23.

Sect. V.

& 24. De Matthæo Cardinale Albanensi, in hunc modum scribit Petrus Cluniac. lib. 2. miracc. 22 [Dominicum corpus sibi togat afferri. Quo allato, audite, (inquit fratribus,) Confessionem meam, & fidei meæ hîc & in æternum testes adestote Confiteor (ait,) hoc sacrum Saluatoris mei corpus, illud verè & essentialiter esse, quod de S. Virgine ab ipso sumptum est, quod pro mundi salute in cruce pependit, quod in sepulchrum posirum est, quod tertia die à mortuis resurrexit, quod in cœlos ascendit, quod venturum est iudicare viuos & mortuos, & sæculum per ignem. Per ipsum credo incorporari ei, & fieri vnum cum ipso, & habere vitam æternam. Hoc dicens, refectus coram fratribus eodem salutari Christi corpore, per carnem illam quæ dat vitam in æternum, ad æternitatem futuram idoneus factus est.] Alia exempla studij veterum, in hoc viatico sub discessum è vita, sibi aut suis comparando, extant apud Eusebium lib. 6. histor. c. 36. & S Gregorium lib 4. Dialo. c. 15. & hom. 40. in Euang. Videndus Espenæus lib. 2. de Adorat. Euchar. c. 2. & Angelus Rocca Opusc. de Eucharistia Rom. Pontifici peregrè euuti præferenda parte 1. præsertim *à pag.* 20.

Nec mirum quod tanto studio veteres in hanc curam incubuerint. Magnum enim omnino præsidium morientibus hinc suppeditatur, vt ex relatione viri sancti affirmat S Chrysostomus lib. 6. de Sacerd. Sic enim habet. [Quidam mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus sed dignus habitus qui id & vidisset ipse, & audiisset; quod qui de vita hac emigraturi sunt, si mysteriorũ huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi, ab Angelis illorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud sacrum, hinc recta in cœlum adducuntur.] Optimè item Paschasius in Calce Expositi in in c. 26. Matth. [Christus etsi non moritur, neque mors iam ei vltra Dominabitur, tamen in Sacramento vetè communicatur, vt in nobis maneat naturaliter, sicut & nos in illo. Hinc est quod ait, *sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* Ille autem viuit propter Patrem, qui natus est vnigenitus ex Patre, & nos propter ipsum, quia manducamus ipsum. Et ideò diligentissime, summoperè cauendum, vt nullus Christianorum hinc sine viatico exeat; ideſt sine corpore Christi & sanguine, vt Christum in se habeat, sicut in fide, ita & in cibo carnis & sanguinis, quia beati mortui qui in Domino moriuntur. Tunc autem in Domino moriuntur, si nos in illo, & ille in nobis, per hoc mysterium maneamus.]

Viaticum peregrinationis & vitæ æternæ.

Petrus Cluniac. l. 4. Epist. 21.

Omnes sumus viatores, & quæcunque communio est nobis pro viatico, etiam cum extra morbum & mortis discrimen accipitur, vt benè monuit Alanus lib. de Euchar. c. 1. post Turrecrematam Tract. de Euchar. cap. 4. & D. Thomam Opusc. 58. c. 23. Et præiuerant Patres. S. Cyrillus lib. 7. de Ador. tractans præceptum latum Deuter. 15. de Seruo post seruitutis tempus præscriptum liberando, & viatico de grege, & area, & torculari, eidem suppeditando, ait; [Vides vim mysterij Christi, perspicuè in hic verbis fulgere. Nam redempti sumus, & dimisit nos ille omniũ Saluator gratis. *Non enim ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm magnam misericordiam suam,* (vt scriptum est) benignitatis adeò insignis participes facti sumus. Cumque nos liberos dimisisset, id est à peccatis liberasset, & adoptionis gratia decorasset, præclarum nobis viaticum, seipsum adiecit, vt immaculata hostia, & vt ouis ad victimam propter nos ductus, largitúsque vt viuificæ benedictionis, id est sanctæ suæ carnis ac sanguinis participes essemus. Hoc est opinor ab ouibus, atque à frumento, & vino suppeditandum esse viaticum iis qui primo tempore, id est spirituali Sabatho, ad libertatem ex benignitate Dominica vocantur] ita enim qui ibi libet dimittitur, est quisquis iugum peccati excutit, eique etiam si nondum moriturо, viaticum præbetur. Eodem modo *viaticum* accipit Chrysologus sermo. 95. 2dductus V. *Gratia.*

S. Gaudentius Tract. 2. in Exod. *sub finem,* ait de Agno Eucharistico. [Hoc illud est viaticum nostri itineris, quo in hoc via vitæ alimur ac nutrimur, donec ad ipsum pergamus de hoc sæculo recedentes.] Paschasius lib. de Sacram. c. 19. *in fine* [Si quis sequitur vitam, tenet veritatem: & qui veritatem tenuerit iam vitam habet in se manentem, quia Christus est via, veritas, & vita. Vnde hoc mysterium non nunquam *viaticum* appellatur, quia si quis illo fruitur in via, peruenit ad vitam quam iam in se habet, & falsitate nulla fallitur, quia veritate Dominici corporis & sanguinis, ad vitam illustratur & vegetatur.] in eandem sententiam ex Algero lib. 2. de Euch. c. 3. locus iam supra datus est V. *Via nona.* Autor Tractatus de Institutione Sacerdotum Bernardi nomen præferens & idcirco S. Bernardi operibus confertus (sed meritò inter notha relatus) part. 2. quæ est tota de Eucharistia, frequenter sumit nomen viatici Eucharistiæ tributi pro cibo viatorum; de quo benè sub finem capitis 12. ait; [Felix viator qui tali viatico reficitur, quod secure reducit eum per viam, & traiicit in patriam.]

Quanquam autem Clemens Alexandrinus, sub finem Protreptrici, pietatem appellat sufficiens cœli viaticum; quia videlicet quisquis pietate vera iustructus est, habet idoneum commeatum vsque ad Dei fruitionem & cœli aditum; tamen inde non excluditur à ratione viatici Eucharistia, quæ est magnum pietatis Sacramentũ, & ab iis qui piè & Catholicè hinc excedunt, tanto studio exquiritur, tantáque eum pietate captatur; vt passim propterea qui Christianè & piè moriuntur, dicantur expetiisse instrui ac muniri Eucharistico viatico. in Actis S. Melaniæ apud Surium 31. Ianua. cum agitur de Volusiani per eam conuersione sub mortem, dicitur Eucharistiam fuisse *pulcherrimum* Volusiano baptizato, *viaticum.* Et verò si literæ commendatitiæ Christianis olim peregrinantibus concessæ habebantur pro largo viatico (donatas etiam *viatici* nomine quod affirmat Ferratius l. 1. de Epist. Eccl. c. 9. nusquam legi) quanto iustius Eucharistia quæ pro tessera hospitali est piis fidelibus, habebitur eorum viaticum?

Quid porrò vetat hue referre, quod manna qui fuit cibus viatorum, defecit, cum primùm peruentum est in terram promissam? Rupertus planè annuit libro in Iosuë cap. 17. cum agens de alimentis spiritualibus per hoc tempus prouisa, ait: [Quamdiu per hoc desertum huius

sæculi

ſæculi incedimus, quamdiu per fidem & non per ſpeciem ambulamus, nimirum iſtis alimentis indigemus. Paſcimur mente, legendo vel audiendo verbum Dei; paſcimur & ore, manducando de menſa Domini panem vitæ æternæ, & bibendo calicem ſalutis perpetuæ. At vbi venerimus ad illam terram viuentium in illam beatam Sion, vbi in ſua ſpecie videbitur Deus Deorum, neque verbo doctrinæ indigebimus, neque in iſtis ſpeciebus panis & vini, ſed in propria ſubſtantia videndo, panem Angelorum manducabimus. Igitur poſtquàm comederint fruges terræ, defecit manna; quia videlicet poſtquàm venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.] En igitur Chriſtum hîc viaticum peregrinationis noſtræ ſub panis & vini ſpecibus, defuturum in cœlo, quia finis erit peregrinandi. Vt ſanè deſipiant qui in cœlo ſinguot fore vſum Euchariſtiæ & expoſitionem eius publicam, caſtigandi in Heteroclitis ſpiritualibus. Id enim eſt viaticum in termino prouidere. Inſignem ſenſum B. Mariæ Oegnacenſis de hoc viatico, adſcribo verbis Iacobi de Vitriaco in eius vita lib. 2. cap. 8. [Etſi præ deſiderio æternæ fruitionis, præ amore viſionis Dei, & pro dilatione æternæ beatitudinis, in hoc exilio languetet; vnicum tamen & ſommum erat ei remedium & ſingulare ſolatium, manna & panis cœleſtis, donec veniret ad terram promiſſionis. Ex eius perceptione, angor cordis & deſiderium temperabatur, dolores omnes leniebantur, ſpiritus confirmabatur: Summo hoc & celſiſſimo Sacramento freta, omnes peregrinationis huius ærumnas patienter tolerabat, omnéſque miſeræ huius vitæ defectus, hoc cibo vegetata parui pendebat. Panis ſanctus cor illius confirmabat; vinum ſanctum, mentem eius ſanctificans inebriabat; caro ſancta ſaginabat, ſanguis viuificans abluendo purificabat. Hoc vno ſolatio diu carere non potuit.] Iuxta Guerricum Abbatem ſermone 2. de Chriſti Domini reſurr. caro Chriſti ſit nobis viaticum & ſpiritus vehiculum. Sicque accipit Guerricus quod Gen. 45. dicitur ſubmiſſa à Ioſepho, ad Iacobum patrem ſuum heodum in Ægyptum, ſumptus & vehicula. Sumptus interpretatur carnem Chriſti. [Ipſe eſt cibus, ipſe currus Iſrael & auriga eius. Cum peruenerit, rua ſuot optima quæque, non Ægypti ſed cœli. In optimo loco regni, tuus Ioſeph tibi requiem prouidit.]

Nolo omittere precationem Græcanicam ad exaltationem diuinæ hoſtiæ fondi ſolitam ad exorandam viatici huius Euchariſtici participationem ſub mortem. Refertur in Cathemerino Græcorum per Ioannem Syluium vulgato, his verbis.

Salue ô ex Virgine incorrupta prognatum,
Corpus immaculatum carnifex verbis,
Hominum gratia mortuum & gratia paſſum
Et tanquam ouis in Cruce immolatum, quondam horrenda.
Impreuiſum diſcrimen mortis, quando vltimum aduenerit.
Feliciter mori nobis contingat te deguſtantibus
O miſericordiſſime, ô mitem habens animum Ieſu!
O Maria germen inculpatiſſima præſtantiſſimum!

R. P. Theoph. Rayuaudi, Euchariſt.

Propitius eſto; vt ſpiritualibus & nunc te videmus oculis
Fides, aſcitiſiis ſub ſpeciebus o. cultum exiſtentem.
Quando rursùs venies nitalem æthera relinquens
Tanquam Index, hunc ſceleratum mundum increpaturus,
Sic & te intrepidè videre tunc nobis concede;
Gloriosè, magnum tuum Patrem ſedentem iuxtà.

Onomaſticon Euchariſticum.

Satis de Euchariſtia, viatico noſtro myſtica. Neque tamen inficiari volo, quin aliquando ad literam quoque ſumpta voce *viatici* peregrinantes eam habuerint pro viatico itineris. Et præter vſum ſummorum Pontificum, de quo iam alibi eſt dictum, & ab Angelo Roua inſto opuſculo de prælata Romano Pontifici peregrè proficiſcenti Euchariſtia latè eſt expoſitus; habetur locus huic rei opportunior in Actis S. Laurentij Dublinenſis c. 8. vbi deſcripta graſſatione quorundam prædonum, additur. [Mox quatuor Sacerdotes cum magna turba hominum tranſire comperiunt; qui Euchariſtiam, ſicut tunc moris erat pluribus, ſecum pro tuto viatico, acſecuro duce itineris, publicè deferebant.] Nomen tamen viatici Euchariſtiæ inde accommodatum non exiſtimo quicquid dicat Hadrianus Lyræus in Triſagio Mariano lib. 3. tom. 8.

Victima incruenta, rationalis, Deo ſuauis.
Euſebius l. 1. de Demonſtr. c. 10.
Victima ſancta qua deletum eſt Chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus eſt hoſtis computans delicta noſtra, & quærens quid obii ciat, & nihil inueniens in illo in quo vincimus.
S. Auguſtinus 9. Conf. ſſ. c. 13.
Vinculum charitatis.
Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 8. Auguſt. tract. 26. in Ioan.
Vinum.
Paſchaſius lib. de Sacram. c. 16. [Sanguis hic ſecundùm efficientiam ſimili modo *vinum* typicè poteſt vocari, quis ſicut vinum lætificat cor hominis ioctioris, & inebriat mentem amore ſpiritali. Vnde dictum eſt, *calix meus inebrians quàm præclarus eſt.* Et *vinum lætificat cor hominis.* De quo nimirum vino, ſponſa in Canticis exultat, quod Chriſtus in ea ſuam ordinauerit charitatem.] Nempe quia in hoc vino non eſt luxuria. In quam rem luculenter S. Chryſoſtom. t. 5. Græcol. ſerm. 34.
Vinum & adeps.
V. *Adeps & vinum.*
Vinum germinans Virgines.
Zach. 9. V. Verbo *bonum.*
Exclamat ad hæc verba Paſchaſius l. de Sacram. c. 21. [Felix fructus vberratis ex quo virginitas germinatur. Nam in hoc noſtri germinis vino, caſtitas corrumpitur, ab iſto verè, Virgines procreantur. Et ideò iure omnis Eccleſia Chriſti, Virgo nominatur quia iſto repleta vino, nullum præter Chriſtum amare nouit, nullum eſurire alium, nullúmque ſitire, quoniam ſummum eius bonum Chriſtus eſt. & ſumma pulchritudo, veſtis illa contexta deſuper, ex vellere Agni quæ *nuptialis* alibi appellatur, Sed & charitatis vino inebriata, iure omnis anima quæ Chriſti potatur ſanguine Virgo dicitur. Habes chriſtiſſimæ, ſanctorum vitæ bonum, quod oullum eſt aliud; habes pulchrum venuſtatis

Sectio V.

ſtatis, quo tuas infantiæ ahluas fœditates. Exercete io caſtitata, quoniam hîc ſanguis, nihil magis diligit quàm in Chriſto Virgines.]

Vinum & lac.

Euſebius 8. da Demonſtr. aap. 1. tsactsns illud *pulchriores oculi eius à vino, & dentes eius lactea candidiores.* Es Procopius in cap. 49. Geneſ. ibidem.

Vinum lætitiæ.

Euſebius 1. de Demonſtr. cap. vltimo, de Euchariſtia accipit illud Iſaiæ. 14. *in monte hoc bibent in lætitia vinum.* Sicut Turtecremata Tract. de Euchar. cap. 50. de Euchar. accipit illud, *vinum lætificat cor hominis.* Vnde ſicut Spiritus ſanctus eſt oleum lætitiæ, ita Chriſtus in Sacramento eſt vinum lætitiæ. Huc faciunt varia, de lætitia per Euchariſtiam ingenarata, Patrum oracula.

S. Cyrillus in cap. 65. Eſaiæ. [Hoc igitur eſt ſemen ex Iacob & Iuda. *Poſſidebit* (inquit,) *montem ſanctum meum*, nempe Eccleſiam. Sic enim eam deſignat alibi, ipſe ſapientiſſimus Eſaias, loquens de vocatis per fidem in Chriſto ad diuinæ eius naturæ participationem, ſiua communionem. *Quia bibent lætitiam & bibent vinum, vngentur vnguenta in monte illa Trade hac omnia gentibus.* Dcctrinam anim hoc, ad omnes hemes pertinet.] Et inferiùs ad ea varba, *bibens illi.* [Qui natura & verè Deum agnouerunt, & à falsò nuncupatis Diis reſiluerunt, veriqua cultus pulchritudinem admirati ſunt, deliciabuntur varè ſuperis benedictionibus, ſaginantes corda, accedentes ad viuificam manſam omnium noſtrûm ſeruatoris Chriſti, paoem vitæ edentes, & diuionm potum bibentes; vnde fiant ſupernæ voluptatis participes. Purgat enim à peccatis, ac dolorem aximit, ſuppliciique matum non ſinit animas noſtras obruate. Lætamur enim potiùs ſpe bonorum, quæ deſtinata eſſe diligentibus Deum, reſeruot ſactæ litteræ.] .

Cyrillus Hieroſol. Catech. 4. myſtag. ait de Euchariſtia dictum Eccleſ. 9 *Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum.*

Amedeus Lauſanen. homil. 6. de Deip. *initio* poſt deſcriptum Chriſti conuiuium, ſubdit de huius vini effectu. [Edite panem vitæ, vinum lætitiæ bibite, inebriamini gaudio reſurrectionis. Ebrietas hæc ſumma ſobrietas eſt; hæc mundi memoriam obliterat, & Deum præſentem animo ſemper inculcat. Hac ebrius quiſque cunctorum ſemper obliuiſcitur, & ſolius diuinæ charitatis recordatur.]

Paſchaſius lib. da Sacram. cap. 10. [Moyſes canit in cantico quod *conſtituerit populum ſuum Deus, ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, & ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, & ſanguinem vua biberet meracissimum.* De quo nimirum ſanguine, inebriatue omnis Chriſti Eccleſia, & ideò ſpaciem vini iure tanet in ſenſu, dum ſpititualiter ſanguis potatur in myſtario, quia hic lætificamur ſpiritali lætitia ad gaudium, hinc verò radimimur de morte ad vitam, & pretio ſalutis noſtræ intatiùs ſaginamur. De quibus duobus Dauid ceeinerat in myſtario, quod panis confirmat cor hominis, & vinum lætificat, vtique lætitia ſpirituali. Propter quod in eadem ſubſtantia iure celabratur hoc myſtatium ſalutis, quia Chriſtus eſt panis qui de cœlo deſcendit & vinum quod lætificat corda ctadentium. De quo nimirum Ioſeph meridia, qua hota Chriſtus paſſus eſt, myſtirè cum fratribus ſuis legitur inebriatus. Vnda & nos ſi adhuc aquam tantùmo non ſapimus, intus inebriamur, & gaudemus de boois Domini ſuper frumento, vino, & oleo, quo perfuſi ſumus lætitia æterna, & gaudio exultationis in Domino.]

Plenè in eandem ſententiam Laur. Iuſtinianus lib. da Diſcipl. Monaſt. conuerſ. c. 19. *in fine*, adductus cum de acediæ depulſioou per Euchariſtiam. De lætitia ax hoe Sacramento, per remotas cauſas eius ſignificata, videndus Franco Abbas Tom. 10. da Gratia Dei.

Vinum ſobrietatis.

S Hieron. q. a. ad Hedibiam.

Optimè da hac ſobria per Euchariſtiam ebriatate Nyſſ. hom. 10. in Cant. & bane etiam Franco Abbas Tomo 10. de Gratia Dei his præter cæteta. [Non eſt alius calix calici Dumini ſimilis qui ſic bibentam diuina & inenarrabili iucunditate lætificat vt omnem priſtini doloris memoriam abſorbeat: non ſolùm autem ſed & bibentem, ita ingenita ſibi ſuauitasa inebriat, vt eum in extaſſum mentis mittat, adeò vt patri & matri *Neſcia vos* dicat, vt ſametipſum ſibi abneget, & quodammodò ſeipſum neſciat vt quam frequenter ingreſſus aſt viam ſæculi, non videat, & vacillantes præ tbrietata greſſus in lubrico amore immundi mundi, ſigere iam non valeas, imo non libeas.] Alludis ad D. Auguſtinum ſupra adductum cum de Chriſtiana fortitudioe conciliata per Euchariſtiam fact 4. cap. 2. num. 42. Martytas ex hac menſa ebrios, quaſi axtaenis valediviſſe confirmat. An huc ſpectant illa S. Ambroſij: *Lætibibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus.* Item illa Pauliui carm. ad Cyriberium. da S. Paulino nó aſſentior. Videtur anim de Spiritus ſancti gratia agere, non de Euchariſtia. Et confirmatur ax Natali 9. S. Felicis, vbi agans de Apoſtolis Spiritu ſancto repletis, ait.

Ebria corda Deo. quis me miſerunt ab iſto
Flumine potabit quod ſobriat ebrietate?
Inebriatur ſobriante pocula, De fonte ſancti Spiritus.

Vita.

S Auguſtinus lib. 2. de Peccat. merit. cap. 24. teſtatur, Punicos baptiſmum *ſalutem*, Euchariſtiam nominare *vitam* ſolitos. Ex quo illæ frequentes apud Auguſtinum voces da vitæ manducatiooe. Quædam ex eo huiuſmodi loca annotat Algerus lib. 2. cap. 15. ac prioùm ex ſerm da Vaib. Dom. [Inuitat Dominus ſeruos, & præparauit cibum ſeipſum. Quis audeat manducare Dominum ſuum? Et tamen ait; *Qui manducat me, viuet propter me.* Dum enim Chriſtus manducatur, vita manducatur, nec occidisur vt manducetur, ſed mortuos viuificat quando manducatur. Quia ſurrexit occiſus: nec quando manducatur, partes de illo facimus. Et quidem in Sacramento ſic fit. Nouunt fideles, quemadmodum carnem Chriſti manducent. Vnuſquiſque partem ſuam accipit; Pat partes manducatur, & integer manet; totus in cœlo, totus in corde tuo.] Idem ſermo 2. de Verbis Apoſtol. [Putaſtis quia de hoc corpora quod videtis, partes facturus ſim & membra mea conciſurus & vobis daturus?

Quid

Quid ergo *ſi videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat priùs?* Certè qui integer aſcendere potuit, conſumi non potuit. Ergo de corpore & ſanguine ſuo, dedit nobis ſalubrem refectionem; & tam magnam breuiter ſoluit de integritate ſua quæſtionem. Manducent ergo & bibant, vitam manducent, & vitam bibant. Illud manducate, refici eſt. Sed ſic reficeris, vt non defeciat vnde refieeris. Manduca vitam, bibe vitam, & integra eſt vita.] Similiter ſermo 1. de Temp. [In Chriſti corpore, vita noſtra conſiſtit, ſicut ipſe dixit, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Manet ergo vitam, qui vult accipere vitam.]

Ratio cur Chriſtus in Euchariſtia dicitur *vita*, petenda eſt ex proprio munere huius Sacramenti, quod eſt fouere & augere vitam ſpiritualem. Et hoc ſenſu Chriſtus ſæpè *vitam* promiſit iis qui Euchariſtiam perciperent, ita vt ſicut ipſe propter Patrem viuit, ita communicantes viuant propter Chriſtum perceptum. Accedit ratiocinatio Guitmundi lib. 1. contra Bereng. verbis illis concepta. [Qui hanc noſtræ animæ potentiam præbuit, vt vna eadémque & indiuiſa in ſingulis quibuſque partieulis ſui corporis, eodem tempore tota conſiſtat: quare ſuæ propriæ carni, id dignitatis ſi vult, dare non valeat, vt & ipſa in diuerſis ſui euiuſdam corporis (quod eſt Eccleſia) partibus tota ſimul & indiuiſa poſſit haberi; cum ſicut anima noſtra vita eſt corporis, ita ſit Eccleſiæ (imo multo magis per Dei gratiam,) vita, caro Saluatoris? Per animam quippè ſit, vt corpus vtcunque temporaliter viuat? per carnem verò Saluatoris agitur, vt Eccleſia non quomodocúque ſed beatè in æternum viuat.] Firmat hæc omnia ex verbis Chriſti & præcellentiam vitæ à qua hic panis *vita* dicitur, egregiè aperit Hugo Lingonenſis ſcribens contra Berengarium. Præfatus enim, Chriſtum eſſe panem datum pro mundi vita, & panem viuum qui de cœlo deſcendis, ſubdit, [Viuus eſt & viuos facit. Nam tractatò ſic habes; *ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Audiſti quia vita eſt. Sed quæ vita? Vita diſtinguibilis, diſcretibilis, diſtans. Quia perpes, quia æterna, quia ſalubris, quia corruptionis neſcia, quia felicitatis plena. Per quod æternè, per quod ſalubriter, pes quod ſine corruptione, per quod felicitet viuitur. Nónne hoc optabiliter amandum, amando, colendo, eredendum eſt? In his etiam à noſtra differt. Actiua enim nec perpes, nec colenda. Exterminabilis eſt enim, ſicut Auguſtinus dicit. Vita (inquit) iſta, vapor eſt ad modicum apparens, deinceps exterminabitur. Et alibi. Vita hominis, etſi longa, quaſi guita vna ad vniuerſum mare. Item ipſe? ipſi dies non ſtant, tu quare vis ſtare? Quid tibi vlteriùs, ſi contra, ſi aliter, ſi ſecus, ſi ex aduerſo crederis?] De hac Euchariſtiæ denominatione & effectu vitæ ſpiritalis quam mundo confers differit luculenter Durandus Troarnenſis Tract. de Euchar. parte 2. tota, & Nicolaus Cabaſilas ſpiſſo opere de vita in Chriſto. Et præcellenter S. Cyrillus lib. 4. in Ioan. capit. 14. Sed & in fragmentis ex lib. 7. exponens quomodo Chriſtus dictus ſit data vitam mundo [Poſſumus (inquit) & vitam accipere myſticam eulogiam per quam inſerit Chriſtus ſuam ipſius vitam, data propriæ carnis fidelibus participatione, iuxta id quod dictum eſt, *qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.*] *Vita æterna.* *Omnaſticon Euchariſticam.*

S. Ignatius Epiſt. ad Rom. hunc Euchariſtiæ titulum ſuppeditare videtur, cum ait. [Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus huius vitæ. Panem Dei volo, panem cœleſtem qui eſt caro Chriſti filij Dei, qui factus ex poſteritoribus temporibus ex ſemine Dauid & Abrahæ; & potum volo ſanguinem illius, qui eſt charitas incorruptibilis & vita æterna.] Sed & S. Auguſtinus Tract. 27. in Ioan. circa illud, *verba vita æterna habes*; [Videte (inquit,) quemadmodum Petrus dante Deo, recreante Spiritu ſancto, intellexit. Vnde niſi quia credidit, *Verba vita æterna habes?* Vitam enim æternam habes in miniſtratione corporis & ſanguinis tui.]

Algerus in eandem ſententiam ſic diſſerit lib. 2. cap. 5. [Vita æterna cum in corporum ſpeciebus nulla perfecta ſimilitudine expriml potuerit, nulla tamen aptiori quàm illa quæ aliquo modo vita eſt, quia humanæ vitæ alendæ & terinendæ congruit. Quia enim temporalia cibus & potus noſter, vita æterna eſſe non poterant, nec debebant; nomine eorum & ſpecie Chriſtus ſe ſignificari voluit vitam æternam; vt non ſolùm conſueta cibi ſimilitudine congrueret in ſumendo, ſed & eadem cibi ſimilitudine nobis proficeret in ſperando: dum ſcilicet, ſicut cibus & potus ſunt noſtra vita temporalis quamdiu Deo placuerit; ſic & multo ampliùs ipſe panis cœleſtis, ſit vita æterna quibus ipſe voluerit. Et quid mirum ſi creator creaturæ conferre poſſit vitam æternam, cum etiam creatura creaturæ retinere potuerit æternaliter eam? Sicut enim lignum vitæ in paradiſo poſitum eſt, quo æternaliter homo in corpore viueret; ſic Chriſtus in Eccleſia, lignum vitæ ſeipſum poſuit, vt in ſe eredentibus vita æterna eſſet.]

Aleuinus parte 3. Confeſſionis ſuæ fidei *in ipſo fine*, cum præmiſiſſet, ad vitæ æternæ adeptionē, maximè conducere Euchariſtiam addit. [Imo ipſum Sacramentum diei poſſe arbitror *vitam æternam.* Quæ ſcilicet hic incipitur, illic perficitur. Hic enim manducamus eum, illic facie ad faciem videbimus eum.]

Virgo Vernonenſis quot Sabathis, Ineternentu columbæ Euchariſtiam accipiens, audiebat *accipe vitam æternam*, vt ſcribit Iacobus de Vitriaco lib. 2. hiſtor. Orient. cap. 5. locutio eſt cauſalis, expreſſa à Chriſto cum ait, *qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Expreſſa item à Dauide Pſalmo 21. eum inter teeenſendum effectus Euchariſtiæ in benè communicantibus, ait, *vivent corda eorum in ſæculum ſæculi*: id eſt *habebunt vitam æternam.* Paraphraſis Euſebij in ea verba eſt planè inſignis. [Comedentes (inquit,) cibum eis à Domino datum, & quærentes eum, magnum fructum conſequentur; eum ſcilicet quem prophetia deineeps declarat, inquiens, *vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.* Panis enim vitæ ab eo datus, effector eſt immortalitatis & vitæ ſempiternæ, ſicut ipſe docuit eum ait, *Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit,*

Sectio V.

& *dat vitam mundo* Et rursus. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.*

Vitulus saginatus.

S. Ambrosius in cap. 15. Luæ vitulum saginatum, de quo ibi in parabola prodigi, accommodat Christo in Eucharistia: & quæ exigantur ad conuenienter communicandum, inde eruit. Consentiunt quoad eam *vituli saginati* expositionem alij Patres passim, vt Tertullianus lib. de Pudic. c. 9. Laur. Iust. lib. de Triumph Christi Agone c. 4.

Chrysostomus præclarè tom. 6. Græcol. sermo 3. circa illud, *adducite vitulum saginatum & occidite* Quem tandem dicit *vitulum saginatum*? Quemnam? Quem iuuenca Maria virgo peperit. Proferte vitulum indomitum, qui nondum peccati iugum sustinuit, virginem & ex Virgine natum, qui sequitur eos qui sequuntur se, non ex necessitate, sed sponte; qui non vititur robore suo; neque cornibus, sed promptè ceruicem inclinat iis qui mactare ipsum volunt. Occidite itaque eum qui sponte occiditur, occidite eum qui viuificat eos qui se occidunt: occidite eum qui occiditur sed non moritur: Occidite eum qui membratim conciditur, & eos sanctificat qui se conciduni: Occidite eum qui comeditur ab iis qui ipsum norunt, & nunquam consumitur: Occidite eum qui comedentes beatos reddit. *Et epulantes omnes lætemur, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et cœperunt epulari.* Nottis spirituales delicias qui eas degustastis, & recordamini tremendorum mysteriorum ac ministrorum sacri officij, imitantium Angelorum alas tenuibus suis lineis velis, quæ sinistris humeris insident; & qui in Ecclesia discurrunt clamántque, Nequis ex Catechumenis, ne quis eorum qui non edont, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum qui non possunt intueri vitulum qui comeditur, néve quis eorum qui non possunt inmeti cœlestem sanguinem qui effunditur in remissionem peccatorum ne quis indignus hostia viuente, ne quis non initiatus, ne quis eorum qui non possunt impollutis labiis trenié da mysteria attingere. Deinde subjunguntur voces Angelorum collaudantium de cœlis & dicentium, Sanctus pater qui voluit mactari vitulum saginatum qui peccatum non nouit: Sanctus est filius simul & vitulus qui semper occiditur sponte, qui semper viuit: Sanctus paraclitus Spiritus S. qui sacrificium perficit.] Theophanes tamen homil. 17 & apud Chrysostomum Autor homiliæ ex Luca de parte & duobus filiis, vitulum saginatum ad Christum in Cruce immolatum referunt, cui interpretationi nunc non inspicimus, sed priori cum referenti ad Eucharistiam, pro qua interpretatione alios item Patres subjicio.

S Hieronymus luculenter Epist. 146. ad Damasum. [Vitulus saginatus, qui ad pœnitentis immolatur salutem, ipse Saluator est, cuius quotidie carne pascimur, eruore potamur. Fidelis mecum Lector intelligit, quia eius pinguedine saturari, in fructum laudis eius erumpimus, dicentes, *eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi*, licet quidam superstitiosè magis quàm verè, non considerantes textum Psalmi, ex Patris persona arbitrentur hoc intelligi. Quod autem ait, *epulemur, quoniam hic filius meus, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est*, ad eundem parabolæ superiotis pertinet sensum, in qua dicitur. *Sic dico vobis, quia gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Et cœperunt epulari.* Hoc conuiuium quotidie celebratur, quotidie Pater Filium recipit; semper Christus credentibus immolatur.]

Petrus Chrysologus serm. 5. ad illud. *Et occidit ei vitulum saginatum* [Hic est vitolus qui ad epulum nostrum quotidie ac iugiter immolatur.]

S. Augustinus lib. 2. qq. Euang. in 33. [Vitulus saginatus ipse autem Dominus, sed secundùm carnem satiatus opprobriis. Quod autem imperat adducant eum, quid aliud est nisi vt prædicent eum, & annunciando venire faciant in exhausta fame viscera filij esurientis. Nam etiam vt occidant eum iubet, hoc est vt mortem eius insinuent. Tunc enim cuique occiditur, cum credit occisum. *Et epulemur*, inquit. Hoc ad lætitiam valet, propter illa quæ consequenter dicit *filius meus, mortuus erat & reuixit perierat & inuentus est.* Et istæ epulæ atque festiuitas, nunc celebrantur per orbem terrarum, Ecclesia dilata atque diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine Dominico affertur Patri, & pascit totam domum.]

S. Eligius hom. 8. [Adducitur vitulus saginatus, & occiditur: ideſt ipse Dominus Iesvs filius Dei; qui benè vitulus dicitur saginatus, quia caro eius spiritali pinguedine & virtute, opima est, adeò vt sola sufficerit ad tollenda mundi peccata. Et ait; *manducemus & epulemur.* Intuendum quod plurialiter dicitur, *manducemus & epulemur.* Pater namque & serui illius sunt epulati: quia nostra salus est Patris gaudium, in quo nostrorum est remissio peccatorum. Hue præsignauit olim quod Abraham tribus Angelis hospitio receptis, vitulum tenerrimum occidisse legitur, & eis appositisse; quia immolata pro nostra redemptione caro Christi, totius Trinitatis lætitia est. *Et cœperunt epulari.* Epulæ istæ, nunc in Ecclesia per totum orbem dilatata celebrantur. Quotidie enim in sancta Ecclesia vitulus iste sacerrimus, Deo Patri per Sacerdotes offertur & in vitam æternam pascit percipientes: qtia cum quotidie immolatur, semper integer permanet & immaculatus & viuus.]

Guerricus serm. 2. in Quadrages. tractans prærogatiuas filij prodigi, siue peccatoris reuersi de regione longinqua ad Patrem, *vitulum saginatum* accipit de Christo immolato in altari, & pœnitentibus in salutis cibum apposito.

Denique Eucherius lib. 2. in libros Regum capit. 4. ex hoc vitulo decerpiam aut assaturam bubulæ carnis vnam, igne passionis assatam, in exemplar pacificorum oblatorum à Dauide.

Vmbra Christi.

S. Bernardus serm. 48. in Cant.

Anathema Brunoni Episcopo Andegauensi, qui Berengario fractus est vnguis in vlcere. Vterque referente Durando Leodicensi Episcopo, Epistola contra eos, ad Henricum Regem Francorum, vomere ausus est, Eucharistiam non esse nisi vmbram, ideſt figuram corporis Dominici quod Durandus ibi, expensis plerisque Patrum testimoniis

testimonijs refellit. Et eodem pertinet, quod Concilium Turonense anno 1053. Præside Hildebrando tunc Legato, postea S. Gregorio VII. celebratum, definiuit. [Panem & vinum in sacrificio Domini, non vmbraricè sed verè, Christi corpus & sanguinem fieri.] Idque Berengarius, (vt ibidem habetur) iussus Concilio se sistere, sua adscriptione & iuramento firmauit. Guitmundus hanc ob causam, Berengarium & suos lib. 2. passim vocat *vmbraticos*, & eorum errorem, *vmbraticam impietatem*. Quamuis autem Eucharistia non sit mera Christi vmbra vt isti effutiebant, dicitur tamen vmbra Christi; iuxta illud Cant. 2. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.* Et illud ex cap. 4. Thren. *Spiritus oris nostri Christus Dominus, cui diximus in vmbra eius viuemus inter gentes.* Quæ loca de Eucharistia exposuit luculenter S. Bernardus sermo 48. in Cant. Et meritò salua Christi præsentiæ veritate vocatur Eucharistia *vmbra*; quia in hoc ardore quasi æstus in siti, quo velit calore sub nube tortente Deus propaginem fortium marcescere facit vt est apud Isaïam c. 25. *sedemus in vmbra Christi viuentes tritico*, iuxta Osean c. 14. vel vt legunt 70. *inebriati frumento*: quia hoc Sacramentum, sedentibus in eius vmbra, est simul cibus & potus. Sic igitur refecti, & ad vmbram refrigerati, sedemus dum defervescit æstus, donec inclinentur, ideſt removeantur vmbræ, quod demum in cœlo perficietur, vt S. Ambrosius disserit 4. Hexaëm. c. 5. *Unde salutaris aterna vita.*

Philo Carpath. Cant. 7. ad illud *guttur tuum sicut vinum optimum.*

Sensus est idem qui illius dicti Christi, *fiet in eo fons aqua salientis in vitam æternam.* Ioan. 4. vbi id de Spiritu sancto affirmatur, quia est in homine principium gratiæ, sancto ac salubri impetu propellentis in felicitatem æternam. Hoc ipsum ergo de Eucharistia asserit Philo. Et verò, Christum in Eucharistia effici nobis totius Sanctimoniæ fontem, dictum est supra V. *Fons. Vota Christi reddita coram timentibus eum.*

S. Augustinus in Psal. 21. expositione 2.

De hac re diffusè actum est sect. 3. cap. vltimo, monstrando Christum in Eucharistia factum esse exemplar consiliorum Euangelicorum, voto firmatorum.

Votum nostrum.

S. Augustinus Epist. 59. ad q. 5. [Si vsitatiùs in scripturis, votum appellatur εὐχή; excepto nomine generali *orationis*, ea proprie inteligenda est oratio, quam facimus ad votum, ideſt περὶ εὐχῶν. Vouentur autem omnia quæ offeruntur Deo maximè sancti altaris oblatio: quo Sacramento prædicatur nostrum illud votum maximum quo nos vouimus in Christo esse mansuros, vtique in compage corporis Christi: cuius rei Sacramentum est, quod vnus panis vnum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatione, & distributionis præparatione, existimo Apostolum iussisse proprie fieri προσευχάς ideſt *orationes*, vel vt nonnulli minùs peritè interpretari sûr *adorationis*. Hoc est enim *ad votum*, quod vsitatiùs in scripturis nuncupatur εὐχή.] De ea distinctione εὐχῶν & προσευχῶν concinnè Nyssenus Orat. 2. in Orat. Dom.

Vua sanctificationis.

Hesychius in c. 25. Leuit. ad illud de anno tesquietionis, *Vua primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam*, monstrans post hanc vitam non fore locum operibus legis naturæ vel scriptæ neque etiam mysteriis Christianis, puta Eucharistię sic disserit. [Sed nec vuas primitiarum siue vt 70. habent vuam sanctificationis, vindemiate tunc necesse habebimus. Et quæ est sanctificationis vua. Sciunt qui setutati sunt Christi mysterium, qui experimẽto de Christo prophetiam perceperunt, *lauabit vinoſtolam suam, & in sanguine vua pallium suum.* Huius sanctificationis vuam non vindemiabimus illic. Nam mysterium quidem Dominicum videbimus tunc, sed cum majori gloria nullius sensibilis rei sicut nunc, egentes. Vnde legislator quidem vitam commemorat. Christus autem hoc se bibere in regno nobiscum, sed nouum promisit.] Audiant qui etiam in cœlo fore Eucharistiæ Sacramentum confingunt metitò derisi in Heterocliris spiritualibus, agendo de anomaliis pietatis circa Christum.

Onomastica Eucharistica.

ONOMASTICI CLAVSVLA.

SAtis florum pro tenuitate nostra ad Csndelabri Christiani coronationem sublegisse videri possumus. Quot enim titulos è Scripturarũ & Conciliorum ac Patrũ aceolis collegimus, iridem floreas coronas ei coronando contexuimus. Qua nitoris accessio, per se pulcherrimam Candelabri nostri speciem, Mosaïco septiluſtri supra omnem comparationẽ ac proportionem, sublime elatam, non modicè quoad nos condecorat. Tametsi ea est in seipsa mystici huius Cãdelabri majestas, vt acito à nobis splendore non egeat. Quid verò ad istud diuinum antefactum, quorquot vspiam celebrata sunt candelabra? Mosaïcum quod tanti olim factum est, vt illud Titus in pompa triumphali de Hebræis, productum voluerit, id quod hodiéque in arcu Titi expressum visitur, non nisi vmbra ac rudis typus nostri Candelabri fuit. Inter Ethnicos insigne hsbitum est quod ab Antiocho Rege confectum Tullius VI. in Verrem Actione num. 64. Ita describit. [Candelabrum gemmis clarissimis operè mirabili perfectum, &c. Erat eo splendore, qui ex clarissimis & plurimis gemmis esse debebat: ea varietate operum, vt ars certare videretur cum copia; ea magnitudine vt intelligi posset, non ad hominum apparatum, sed ad amplissimi templi ornamentum esse factum.] Addit alia de specie ac pretiositate illius Candelabri, quæ tanta fuit vt pellectus ex illecebra Romanus Prætor Verres, inhiauerit in tam splẽdidam prædam. Sed vt cetera taceam ignobilitas signi illius Inde vel maximè prodita est, quod in dæmoniarchæ cultum omnis illa magnificentia cedebat. Erat enim Candelabrum, Iouis Capitolino sacrum. Nostri Candelabri dignitas, ex adoratione in Spiritu & veritate quam iugem ac peternem exhibet Deo viuo & vero, supra modum omnem attollitur. Itaque vsnum esset, in huiusmodi comparatione excutienda tempus conterere. Sed dignitas Candelabri Christiani Euchsristici, cum ex compage siue substantia eius duplici atque adjunctis, tam ex honestatione & coronatione eius per tot serta è sacris arcolis lecta, eique imposita, haberi debet explorata.

SECTIO VI.

Sectio VI. Cap. I.

SECTIO VI.

Illata ex tanto Candelabri sancti splendore.

1. QVAM luculentum atque præfulgens sit Candelabrum sanctum Mosaïci antitypum, quod Christus Dominus Ecclesiæ suæ per huius sæculi noctem illucere voluit, monstratum hactenùs fusè est, tametsi pro rei dignitate perparcè. Quantum enim amoris, sapientiæ, potentiæ, liberalitatis, & cæterorum longè illustrissimorum Christi decorum iubar, ex Eucharistiæ mysterio promicet; cuiusmodi lux ad virtutes Theologicas & morales infusas capessendas; ad vitiorum quantumuis terram caliginem discutiendam, indidem profundatur, pro tenuitate ac facultate nostra expositum est haud indiligenter; adhibito etiam SS. Patrum in eam rem suffragio benè multiplici, iis expresso titulis quibus diuinissimum hoc mysterium, & quâ sacrificium, & quâ Sacramentum, tanta Luce coruscum, & aduersus tenebras intelligibiles adeò potens quàm studiosè perhibetur. Reliquum est, vt lucubrationem hanc vniuersam, obsignemus paucis sed necessariis monitis, & ad eos qui foris sunt, & ad domesticos fidei; Illos vrgendo ac iuuando ne sint rebelles lumini; istis stimulos admouendo, vt hæc arma veis induti, in splendoribus sanctorum incedant.

CAPVT I.

Quanta lusciositas non valentium conspicere lucernam Domini. Iisdem ocularia atque collyrium.

SCriptum est de Heli 1. Reg. 3. quod cum factus esset senex valdè, *caligauerunt oculi eius, nec poterat videre lucernam Dei antequàm extingueretur.* Hoc de lucerna candelabri septilustris, pronunciatum est. Nam tot licet gereret myxos, vna lucerna vocatur ob consertionem omnium ramorum seu calamorum lucernas gestantium, cum vno hastili. Non poterat igitur Heli præ oculorum caligatione videre candelabrum, cum arderent in eo lucernæ septem. Vnde magna omnino visus suppressio ac propè cœcitas deprehenditur, hominis qui tam splendens tamque præfulgens obiectum perspicere non valeret. Non dissimili caligatione laborant animales homines, cœcutientes circa hoc mysterium. Nam vt censuit creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. num. 16. [Inter Dominicæ mensæ conuiuas, animalis homo non admittitur. Quicquid cato & sanguis dictat, ab hoc cœtu excluditur. Nihil sapit, nihil prodest, quicquid à suis rationibus deuium videtur. Sapientes huius sæculi, ad dementiam referunt, & à veritate reputant alienum. Sed veritas ab erroneis hominibus comprehendi non potuit, & cum in Sole vellet figere oculos, vim luminis non ferens, cœcata est non illuminata humana præsumptio, & aspectui eius lippitudo inhæsit.]

Sectarij, circa Eucharistiam.

Lusciosi, tripertito digesti.

2. Tales sunt qui candelabrum sanctum Eucharisticum, vel ipsum materialem solem fulgore præstinguens, contueri non valent præ caligine oculorum internorum, qua laborat omnis veritatis lucem non videns, iuxta S. Augustinum serm. 184. de Temp. & vel adesse reipsa Christum negant, contenti figura eius & vmbra; vel cum Christi substantia præsente, aliam quampiam substantiam adesse comminiscuntur; præter eos qui contra veritatem incruenti in hoc mysterio sacrificij, attollunt cornua, inficiantes ipsis solis radiis exaratam Christi Paschatis nostri in hoc mysterio immolationem. Vtrique dum carneis oculis nimium credunt, & aduersùs solem diuinæ reuelationis nictantia lumina obfirmant, non lippitudinem modò contrahunt, sed etiam cœcitatem, dispari sorte quam Catholici, quibus hîc quoque obtingere cœcitatem, docet his verbis Guitmundus lib. 1. [Quia fructus mortifetæ arboris, antiquis hominibus spirituales veracesque oculos clauserat; carnales fallacesque aperuerat, iustum est vt fructus viuificæ crucis nouis hominibus ipsos carnis oculos claudat, & veraces mentis oculos quibus veritas videtur aperiat. Quemadmodum igitur ægrotanti palato, amara censenti quæ sano dulcia sunt, nemo sanus credit: ita infirmis carnalibus oculis, contra sanatos mentis oculos, de ipsa Medicina interioris luminis iudicantibus, nemo nisi insanus consentit. Nam & res hæc tanta est, vt infirmo visu non valeat comprehendi: & fidem nostram ita vtilius est interim exerceri, vt per hoc videlicet quod contra visum carnis in hoc tam necessario Sacramento agitur, discamus visibilia transcendere, ad inuisibilia festinare, & tenere certiùs occulta quæ nunquam mentiens veritas docuit quam quæ coram nobis fallax oculus pandit.] Sic feliciùs oculamur, dum exoculati carne censemut. Nam iuxta Augustinum; [Habet fides oculos suos, quibus quodammodò videt verum esse quod nondum videt; & quibus certissimè videt, nondum

nondum, se videre quod credit.] Carent his oculis, qui se nimium quantum oculatos arbitrantur Sectarij, præsertim Sacramentarij, nisi si cum Guitmundo ibidem haud ita multo post, lippos duntaxat & infirmos oculis dicamus, quibus inunctio & ocularium subsidium conueniat. Hoc ego subsidium & medicam sollicitudinem, adhibere in presentia cogito : si fortè malum tot peritas manus hactenus in nonnullis frustatum, miserante denique Deo, cedat curationi, citra apparatum & parcè adhibitæ. Summa quippe capita signasse contentus, indicatis instructissimis panariis, vnde pluta suppetere possint ad plenius copiosiusque medicandum prætergrediar.

Sectarius Luscioso colyrium.

Sed priusquam inter Sectarios celebertimam de vmbratica tantum Christi præsentis & immolatione controuersiam discutiam, attingendus est singularis error Theodori Bezæ citra materiam ex qua Eucharistia conficitur. Nam cum sit ex Scriptura exploratissimum, Christum ad consectationem Eucharistiæ adhibuisse panem & vinum, idque Concilia & Patres vnanimiter ad verum panem & vinum restringant, ausus est impurissimus Beza aliam materiam ex suo cerebro commiscri. Ne quod nuper contigit, fides hæc legentium in alieno opere nutet, repræsentanda sunt ipsa eius verba ex Epistola 2. Theologica. [Panis & vinum, sunt Cœnæ signum ex ipsa Domini institutione. Vbi igitur panis aut vini vel nullus est vsus, vel nulla certo tempore copia, num Cœna Domini nulla celebrabitur ? Imo ritè celebrabitur, si quod panis aut vini vicem, vel ex vsu communi, vel pro temporis ratione supplet, panis & vini loco adhibeatur. Hæc enim mens fuit Christi quam panem ac vinum ad hæc mysteria deligeret, vt propositis earum rerum signis quibus corpus nostrum alitur, veram alimoniam spiritualem, velut ob oculos repræsentaret : Itaque à Christi sententia nihil aberrat qui nullo prorsus nouandi studio ; pro pane & vino substituit, quæ etsi non parem, similem tamen alimoniæ analogiam habeant. Desir etiam aqua, & tamen Baptismus alicuius differti cum ædificatione, non possit nec debeat ; Ego certè quouis alio liquore, non minùs quàm aqua baptizarim. Nec aliter de his rebus, ipsi etiam superstitiosissimi Scholastici Scriptores censuerunt.] Hæc postrema continent purum putum mendacium huius tenebrionis. Quis enim Scholasticorum, tale quid vel citra Eucharistiam velcina baptismum effutijt ? Nemo adeò portentosæ audaciæ fuit, vt materias Sacramentorum à Christo ipso constitutas mutare sustineret. Quare absit vt rapæ segmentum ad Eucharistiæ materiam assumi posse admittamus, tametsi in ora quam Beza incolebat, raparum ad cibum vsus sit frequentissimus ac fere pro pane rusticis. Idem dicito de castaneis intritis aut fabis vel ipsis in massam effortatis quæ panperrimæ plebi sunt pro pane. Et de cerevisia aliisque liquoribus vel etiam aqua pura, quæ plerisque tenet vini locum. Vnde Beza se prodit Hydroparastam admittens eam posse consecrari. Apage insulsum delirium. Venio ad ea circa quæ cor, animus, oculi nostratum Sectariorum caligant.

Lusciosis colyrium.

3. Tres video distingui posse, Luscioforum circa Eucharistiæ mysterium principales classes, quæ in minutorum ordinum propè mytiades, subdistingui non difficilè queant. Tam incensum namque est odium quo flagrat Satanas contra hoc mysterium, ob præsentem in eo Christum, & animarum supra modum vberem eximiamq; vtilitatem ex eius vsu, vt hostes illi concitaucrit innumeros, quod benè notauit Ioannes Faber Dominicanus in Præfatione Operis de Missa per Sutium Latinè facti. Prima est Classis Tropicorum, siue Vmbraticotum. Secunda Impanatorũ. Tertia inficiantium sacrificium. Addunt alij duas hæreses, quas ex illis Christi verbis exottas, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, prodit Algerus in Prologo sui operis & lib. 1. cap. 10. & his verbis Lantfrancus lib. contra Beteng. [Consenserunt omnes, quod panis & vinum in veram Filij hominis carnem, verumque eius sanguinem conuerterentur : sed quis esset iste Filius hominis, non omnes eandem sententiam tenuerunt. Quidam arbitrati sunt, hunc oportere intelligi quemlibet hominem, siue iustum, siue peccatorem, in cuius carnem ac sanguinem conuerta terrena substantia, sumeretur in remissionem peccatorum. Alij arbitrati sunt, non hunc esse de turba quemlibet hominem, sed virum iustum, sanctificatum, à communi hominum vita per suæ vitæ celsitudinem segregatum, qui templum Dei esset, qui diuinam in se habitationem verissimè possideret, in cuius carnem & sanguinem commutati posse panem vinumque altaris, hæretica pertinacia delirabant. Factum est autem hoc paucis annis post obitum B. Augustini, tempore Cœlestini Papæ, & Cyrilli Alexandrini Episcopi ; quibus præcipientibus atque annitentibus, indicta ac celebrata est Synodus Ephesina vna de quatuor quas B. Gregorius in Epistola ad Patriarchas, fatetur se ita suscipere, complecti, ac venerari, quemadmodum sancta quatuor Euangelia Domini nostri Iesv Christi. In qua synodo damnatæ sunt vtræque superiùs comprehensæ lethales pestes.]

Ita quidem Lantfrancus. Sed eius hallucinatio, ex Concilio Ephesino comperta esse potest. Nam ex Actis illius Concilij est manifestum, nullum talem errorem qualem Lantfrancus refert ibi fuisse vel discussum, vel damnatum. Tantùm quia Nestorius qui in eo Concilio contritus est, negabat Christum esse verè Deum, nec nisi purum hominem esse contendebat, consequentétque negabat percipi in Eucharistia carnem & sanguinem Dei, neo nisi carnem filij hominis, (ideſt vt ipſe blasphemabat puri hominis,) porrigi à Sacerdotibus admittebat ; damnauit hoc S. Cyrillus anathemate 11. ad Euoptium, & astipulata est eui ipse præerat prædicta Synodus. Hoc inquam damnauit tanquam peruersionem & excidium mysterij Incarnationis, non tanquam errorem peculiarem circa Eucharistiam. Fortassis error à Lantfranco memoratus postremo loco, eorum fuit quos post Berẽgarium cnatos, refert his verbis Durandus Troarnensis part. 4. operis contra Bereng. descripto enim & reiecto errore Berengarianorũ, addit. [Sunt nonnulli, aliquanto vt sibi videntur, prudentiores, atque religiosiores qui carnem quidem dicant esse Christi, non tamen illam quam de Virgine Sancta Christus

Sectio VI. Cap. 1.

Chriſtus ipſe ſuſcepit, in qua paſſus eſt & à mortuis reſurrexit, quam ad cœlos cum triumpho victoriæ viuus & verax deuexit, ſed quandam nouam quam benedictio conſecrauit.] Hoc fusè refellit ex Chriſti verbis quibus dixit corpus quod dabat, eſſe illud ipſum quod pro nobis tradendum erat, & ex aliis Chriſti dictis ac Pattum. Quod ſi qui ita errabant, vt Durandus memorat, aiebant eam nouam carnem eſſe carnem Chriſti neceſſariom erat vt admitterent vnionem illius carnis ad ſubſiſtentiam veræ ac propriæ carnis Chriſti, alioqui non apparet; quomodò ea noua caro poſſet dici caro Chriſti. Viderit autem lector, an in hoc ſenſu Aſcelinus monachus Epiſtola ad Berengarium hæc verba protulerit. [Itaque veiò mitati vel diffidere debemus, Deum facere poſſe vt hoc quod in altari conſecratur, virtute Spiritus Sancti, & miniſterio Sacerdotis, vniatur corpori illi quod ex Maria Virgine, Redemptor ooſter aſſumpſit: quippe vtrumque ſubſtantia corporea, vtrumque viſibile, ſi reminiſcimur, nos ipſos ex corporea & incorporea, ex mortali & immortali ſubſtantia eſſe compactos, ſi denique ſimiter credimus, diuinam humanamque naturam, in vnam conueniſſe perſonam.] Subolent hæc Aſcelini verba errorem prædictum, ſi crudè accipiantur. Omnino tamen exiſtimo Aſcelinum, reipſa Catholicè ſentire, nec aliam Chriſti carnem quàm quæ pro nobis tradita eſt, confici à Sacerdote exiſtimaſſe. Itaque vtraque illa ſubſtantia viſibilis & corporea, alia non eſt quàm ſubſtantia panis & vini præjacens conſecrationi & ipſum verum Chriſti corpus de Virgine natum, & pro nobis paſſum. Dixit autem, per conſecrationem ſubſtantiam quæ conſecratur, vniri cum Chriſti corpore non quod velit interuenire vnionem phyſicam quæ vtriuſque permanentiam ſupponeret, ſed vt ſignificet panem cuius ſola accidentia reſtant, vnum ſubſtantialiter euadere cum vera Chriſti carne per benedictionem ſobinducta. Et quamuis modus ille loquendi *panis vnitur cum carne Chriſti*; ideſt *tranſit in eius ſubſtantiam, & fit cum ea ſubſtantialiter vnum*, non ſit adeò vſitatus; tamen cum de ſenſu Catholico conſtat, molliendæ ſunt voces, vt iuxta S. Hilarium, ſenſus non ſermo ſit crimen. Dimittamus ergo errores à Lanfranco & Algero memoratos, & hunc illis ſuppatem, & hæreſmua in tribus propoſitis claſſibus errorum.

Ordo primus Luſcioſorum circa Euchariſtiam; Tropici, & Vmbratici.

4. In prima, fuere iam olim quidam *ſtupida mente nugati*, vt ait Magnetes libro tertio Apologiarum contra Theoſthenem Euangeliorum calumniatorem. Suntque fortaſſis illi ipſi quorum Theodoretus Dial. 3. meminit. Hæſit io eodem luto, Senex de quo in Actis S. Arſenij. Inter Latinos idem effutiuit Ioannes Scotus Trinigena cuios libram damnatum eſſe à Synodo Vercellen. Præſide S. Leone Nono, teſtatur qui aderat Lanfrancus lib. contra Berengarium *ſub initium*; Ex quo etiam colligitur, Ioannem Scotum, eſſe illum ipſum contra quem Paſchaſius ſcripſit librum de Sacramentis, profeſſus idcirco à Berangario laudum Ioannis Scoti buccinatore, vt ibidem narrat Lanfrancus. Et idem habetur ex Epiſtola Berengarij ad Aſcelinum, & reſponſione Aſcelini ad Berengarium, quæ nuper vulgatæ ſunt in Notis ad vitam Lanfranci: & ex ibidem præmiſſa ipſius Berengarij Epiſtola ad Lanfrancum, cuius *ſuſceptum*, ait fuiſſe Paſchaſium Ioannis Scori impugnatorem. An quia ſuſceperat Lanfrancus defendendum Paſchaſium? Aut quia ſicut *ſuſceptor* teſte D. Auguſtino *Medicum* ſonat, ita *ſuſceptus* ſignificat ægrotum, cuius quis curam ſuſcepit? Paſchaſius autem Berengario videbatur æget, quaſi confoſſus telis pro Ioannne Scoto contra eum intortis, indéque obſitus vulneribus. Vt vt ſit, Berengarius, Ioannem Scotum non illum ex ordine Minorum cognomento *Dunſium*, ſed Fringenam à Paſchaſio circa Euchariſtiam impugnatum, habuit autecurſorem in errore de Euchariſtia non continente niſi figuram corporis Chriſti. Eodem inclinaſſe viſus eſt quidam Betttandus Ptesbyrer, tempore Caroli Craſſi. Quanquam opus Bertramo inſcriptum, non nemo ſæculo ſuperiore confictum cenſuit, & antiquo Scriptori perfidè ſuppoſitum, ne error de Euchariſtia vmbratica, recens natus videretur. Alij alia de Bertramo & Bertrami opere ſtatuunt. Claudius Sanctesius repetit. 2. cap. vltimo, autorem Bertramum agnoſcit & purgat, librum damnat. Alij paſſim vtrumque ſuffigunt. Videſis Turrianum lib. 1. de Euchar. cap. 22. Bellarminum lib. de Scriptor. in Paſchaſio, Poſſeuinum in Appatatu ſacro V. *Bertramus*, Sixtum lib. 6. annot. 196. Exiſtimauit Bellarminus hunc Bertramum illum eſſe quem Paſchaſius impugnaoit. Sed hoc non poteſt verum eſſe. Nam is quem Paſchaſius impugnauit, negabat veritatem propriæ carnis Chriſti in Euchariſtia, vt liquet ex initio Epiſtolæ ad Frudegardum, tantúmque admittebat virtutem aliquam carnis & ſangoinis Chriſti reperiri in Euchariſtia, quod ptocul fuit à ſenſu Bertrami, qui tantum dixit corpus Chriſti in Eochariſtia eſſe figuram ſui ipſius in alio ſtatu. Quod eſt veriſſimum & benè cohæret cum veritate præſentiæ Chriſti ſub ſpeciebus, traditumque eſt à S. Auguſtino & S. Anſelmo, atque Lanfranco paſſimque ab aliis. Rectè tamen Romana cenſura librum Bertrami confixit ob tenebricoſitatem & cum Sectariis noſtratibus conſenſionem quoad extimum vetbotum corticem, quamuis ſenſus Bertrami videator longè alius fuiſſe, & errore vacare, vt dixi cum de libris ſuopoſitis.

Ex Helgaldo in vita Roberti Francorum Regis, haberur piſſimnm illum Regem ſub annum Chriſti 1004. Leutherico Senonenſi Archiepiſcopo, malè de Euchariſtia ſentienti, impoſuiſſe ſilentium. Rursúſque anno 1021. idem Robertus, cum eadem hæreſis gliſceret, ſtrinxiſſe iuſtam vindictam in peruicaces. Aureliæ namque Srephanus quidam Clericus, cum aliis duodecim in errore contra Euchariſtiam deprehenſus, ac iuſſu Regis eum ſociis comprehenſus, cum diu commoniti nollent reſipiſcere, ignibus addicti ſunt, teſte Glabro l. 3. c. Ioanne Oſiua Floriacenſi Monacho, apud Papyrium Maſſonum l. 3. hiſtoriæ Regum Francorum.

Effrontiſſimè præ cæteris, in veritatem Sacramenti

cramenti Euchariſtiæ, & Chriſti ſub ſpeciebus præſentiam, impegit Berengarius qui ab aliis *Berenger*, à nonnullis *Beringerius*, à quibuſdam *Berlengarius* appellatur, vt ſcribit Ioannes Pieardus Annotatione tertia ad librum S. Anſelmi de Sacram. Altaris, vbi plura de Berengarij ætate erroribus variis contra Baptiſmum paruulorum, & coniugij honeſtatem, teſte Durando Leodienſi; necnon de eius Magia, contemptione Eccleſiæ, atque Punificum, relapſu triplici, atque periurio, negatione ingreſſus Chriſti addiſcipulos ianuis clauſis vt habent Acta S. Vvolphimi 22. Apr. & quod prodigio ſimile videri poſſit, piè denique obita morte in die Epiphaniæ Diſtinctiùs hæc ipſa proſecuti ſunt Bellarminus lib. 3. de Euchar. cap. 8. & Baronius ab anno 1004. ad annum 1088. Nicolaus Harpheldius in ſacra Anglorũ Hiſtoria ſæculo 11. Ex antiquioribus verò adeundi qui Berengarij horrendum ſibilum cum deteſtatione retulerunt Vvillelmus Malmesbur. l. 3. biſtor. Regum Anglor. Ordericus Vitalis l. 4. hiſtor. ad annum 1065. & quos mox literam coæui Berengario impugnatores eius, Guitmundus; Algerus Lantfrancus, Durandus Leodienſis & alter Troarnenſis, Aſcelious, Guibertus de Nongento, Petrus Mauritius Abbas Cluniacenſis Nolphelmus, Adelmannus, aliique complures, ad anditom blaſphemiæ à Berengario profuſæ contra fidelium omnium receptiſſimum ſenſum, inhorreſcentes. Et teſtator quidem S. Anſelmus lib. de Sacram. Altar. p. 1. & Goitmundus Epiſtola ad Berengarium, primò traditam ab eo eſſe impanationem: de quo rempore accipio quod multos pro Berengario & contra eum certaſſe, habeut Acta S. Vvolpbemi. Quod enim veritas tranſubſtantiationis non ſit adeò liquida, quàm veritas realis præſentiæ, potuere tunc circa impanationem à Berengario primùm propoſitam cœcutire nonulli. Poſtea tamen Berengarius tranſijt ad figuram, abnegata prorſus Chriſti præſentia ſub ſpeciebus; vt liquet ex prima eius palinodia quam coram Nicolao II. timore mortis emiſit, vt ſemel & iterum prodit Lantfrancus. Recitat eam palinodiam Gratianus cap. *Ego Berengarius* de Conſ. diſt. 2. Idem habetur ex ſecunda eiuſdem Berengarij palinodia, deſcripta & confutata à Lantfraneo. Tandem liquet ex iis quæ de Berengario referunt primi eius impugnatores; Durandus Leodienſis, & alter Duraudus, Abbas Troarnenſis Aſcelious Andegauenſis, Adelmannus, Guitmuudus, Algerus. Tempore S. Bernardi, vous quidam Hybernus, Clericus Leſmonenſis eodem teipſa errore imaginariorum laborauit, ſed ſpeciali quodam modo. Aiebat enim. [In Euchariſtia eſſe tantummodò Sacramentum, & non rem Sacramenti ideſt ſolam ſanctificationem & non corporis veritatem.] verba ſunt S. Bernardi in vita S. Malachiæ c. 26. Cohorruit ad eam nouitatem S. Malachias & miſerum errorem, primùm priuatim eoram ſolo Clerico eoram vniuerſa Eccleſia fortiter corripuit, ſed irrito labore. Hæſit enim pertinaciter in conceptа falſitate, donec haud ita multo poſt percuſſus à Deo ſubita infirmitate ad extrema deductus eſt; & vexatione damc intellectum ſub mortem illicò conſecuram reſipuit. Eius hæreſim ajebam eſſe ſpecialis cuiuſdam modi: quia nemo cæterorum ſimiliter errantium circa Euchariſtiam, agnouit vmbratico Sacramento veritatis vacuo, adiungi effectum veri Sacramenti continentis ipſum Chriſti corpus. Et conſequenter quidem cæteri. Vnde enim effectus abſque cauſa? Sanctificatio enim & collario vitæ ſpiritualis ſiue gratiæ ſanctificantis toties promiſſa perciplentibus Euchariſtiam, non eſt promiſſa percipientibus aliud quàm Chriſtum ſpeciebus Sacramentalibus opertum. Itaque error adeò malè materiatus, meritò exploſus eſt à S. Malachia: & quantum ad præſens inſtitutum ſpectat, hoc eſt, quatenus impetit veram præſentiam corporis Chriſti in Sacramento, concidet ex proximè ſubijciendis. Vnum adſcribo Hugonem Lingonenſem, Epiſtola ad ipſum Berengarium data, qua eum ſic affatur. [Rerum exiſtentium, (virorum acutiſſime,) naturam ſi perſpiceres, ſi Partum ſententias non tam exili quàm pro ſtudio ſcrutaretis; Sacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri Iesv Chriſti, non ita crederes celebratum, vt corpus eſſe dieeres, & incorporeum prædicares. Proinde ſi perpenderes, quod amplitudo diuinæ poteutiæ ſenſum excedat circos, nec poſſe ſẽſualiter ambiri quodviuos informar ſenſus; os nimis extenſum contraheres, contractum corrigeres; corrected cũ deuique cõtineres. Dicis enim nimis extensè loquens, in huiuſmodi Sacramento corpus Chriſti ſic eſſe, vt panis & vini natura & eſſentia non mutetur: corpuſque quod dixeras crucifixom, intellectuale conſtituis, in quo euidentiſſimè patet, quod incorporeum confiteris. Qua in re vniuerſalem Eccleſiam ſcandalixas, ipſumque ruum offendis Autorem, qui palpabile obtulit quod incorporeum affirmas. Nam ſi panis & vini natura & eſſentia, reali principalitate poſt conſecrationem perſiſtunt; trauſlatum nihil poteſt intelligi: Et ſi quod adiunctum eſt, ſola ſit intellectus potentia, reuera non capitur, quomodò vel vnum vel idem ſit, quod adbue non ad hunc modum ſubſiſtit. Eſt enim intellectus eſſentiarum diſcuſſor non opifex, iudex non inſtitutor: Et quamuis rerum vel monſtret vel figuret imagines, nullum corpus materiali producit exordio. Proiode ô in eunctis aliis reuerendiſſimè vir, aſſume tibi fidem.]

Sectarijs Luſciosis collyrium.

Manifeſtiſſimè hinc patet, Berengarium vera Chriſti præſentia quomodocunque abnegata, ſolam imaginariam, ſiue intellectualem per intellectualem per intellectum fabricatam coneeſſiſſe. Tameſi poſtea pœnitens, viſus eſt Catholicus obijſſe. Nec tamen idcirco fuit cur Berengarius adeò effusè laudaretur à Ioanne Monacho, cuius præconij exſcriptione; ſuum librum tertium Annalium Franc. in Philippi Regis hiſtoria contaminauit Papyrius Maſſopius. Qnamuis enim pœnitenti uon negetur vema, tamen mundans non facit innoeentem: nec ipſa Berengarij toties pœnitentis toties relapſi, pœnitentia eſt adeò explorata, quin de ea ambigi poſſit. Hildebertus quoque Berengarium aliquando laudauit vt eſt in notis ad vitam Lantfranci cap. 3. & apud Vvillelmum Malmesbur Poëma Hildeberti de Berengario refetentem lib. 3. hiſtor. Reg. Anglor. *pag. mihi* 123. vbi de Berengarij ſanctitate omuino multa. Sed oondum

Sect. VI. Cap. I.

tunc Hildebertus, in Episcopum electus erat, nec Berengarij errorem adhuc imnotuerat. Errorem sane Berengarij non approbauit, qui tam disertè patrocinatus est veritati Catholicæ in metrico Opere de Missa & sæpè alibi. Vt autem persona, postea ob hæresim vel peruersos mores iure exosa vel vitupetata, collaudetur, aut ametur, ante cognitam eius hæresim vel nequitiam, Hildeberto cum plerisque viris sanctissimis commune esse potuit. Sic enim S. Athanasius, Timotheum nondum compertum Apollinaristam laudauit, & vt amicum, Damaso commendauit. Zozimus Papa, Pelagium & Cœlestinum aliquandiu texit ac ornauit. S. Paulinus, Vigilantium priusquàm eius hæreses erupissent, celebrauit; & idem fecit respondens S. Paulino S. Hieronymus. Pyrrhum postea hæreticum, exornauit apud Photium S. Maximus, necnon S. Leo Eutychetem, & alij similes alios, vt ait Facundus lib. 7. pro trib. Capit. cap. 3. Quare non rectè in suspicionem hæresis Berengarianæ vocaretur Hildebertus, ob laudatum ante positam ab eo personam, Berengarium, omnium detestatione prosequissimum, ex quo innotuit quis esset. Id quod contexto breuiculo historiæ Berengarianæ demonstrat eius temporis Scriptor omnino luculentus, Durandus Troarnensis parte nona operis contra Berengarij errorem. Fuere qui Berengario socium erroris adiungerent Brunonem Episcopum Andegauensem. Disertè enim Theoduinus Episcopus Leodiensis Epistola ad Henricum Regem Francorum, expostulat de Brunone Andegauensi Præsule & Berengario, quod adeò horrendam nouitatem in Ecclesiam induere tentarent. Damnat quoque Brunonem eiusdem cum Berengario erroris, Durandus Troarnensis ad finem partis Nonæ, Tractationis de hoc mysterio, insinuans Brunonem à Berengario suo Archidiacono, & magni apud ipsum nominis, fuisse implanatum, præ nimia credulitate, atque adeò etiam præ inscitia, & ruditate in Doctrina Patrum, & totius Ecclesiæ sensu, ac Scripturarum diuinarum intelligentia. Vt vt sit, Eusebius Andegauensis, cognomento Bruno, (vt benè monstrat Ioannes Picardus annot. 3. ad 4. S. Anselmi librum de Sacramen. altaris) fuit in eodem errore cum Berengario, vt agnoscit eriam Claudius Robertus in Gallia Christiana, agens de Episcopis Andegauensibus. V. *Bruno*. Inuenio tamen Epistolam huius Eusebij Brunonis, ad Beringerium Magistrum, rapræsentatam à Claudio Menardo in Notis ad librum 1. S. Augustini in Iulianum, qua Eusebius iste Catholicissimè sentit de Eucharistia: Et controuersiam de ea semel iterum, ac tertio in sua prouincia disceptatam, quintò etiam apud Pontificem Romanum agitatam atque decisam, sibi non placere denuò moueri, confirmat. An ipsum quoque Episcopum, non minùs quàm Berengarium, pœnituit, assertionis falsi dogmatis.

Berengarium errantem, non autem pœnitentem, secuti sunt varij Sacramentarij quos recensent Alanus lib. de Eucharist. cap. 21. Espencæus lib. 4. & 5. de Ador. Sanctes. repetit. 2. capit. vltimo. Bellarminus libro 1. de Eucharist. capit. 21. Valent. 3. part. d. 6. q. 3. part. 1. §. 2. & Iacobus Gaulterius in Chronologia sæculo 15. Sed quod Thomas Bosius libro 13. de Signis capit. 4. numero 17. inter eos errones qui Berengarij vestigia presserunt, numerat Petrum Abelardum, quem ait eo nomine impugnatum esse à Petro Cluniacensi lib. de Sacrificio, subscribere non possum. Abelardus enim circa præsentiam Christi in Eucharistia non errauit: neque à Petro Cluniacensi, quia eum inter suos cooptauit, est confutatus, sed alij qui errabant circa Missæ sacrificium, qui est error diuersus ab errore per Berengarium tradito, S. Bernardus Epistol. 150. inter errores Abelardi eum tantùm recenset quoad Eucharistiam, quod diceret post consecrationem accidentia panis & vini pendere in aëre. Quod supponit Abelardum de Christi præsentia in Eucharistia, rectè se nisisse.

Refelluntur ex Scripturis.

5. Hanc hæresim, non possumus ratione impugnare; quia cum veritas præsentiæ Christi sit aliquid pendens ex libera eius voluntate, non est quærenda alia eius confirmatio, quàm quæ doceat, voluntatem Christi id tulisse, quod ex ipsiusmet Christi assertione, & idoneorum testium suffragio, constare debet, non autem ratione. Quanquam siquis haud incongruas voluntatis Christi rationes desiderat, habet benè multos à quibus colliguntur variæ, nominatim Alanum lib. de Eucharist. cap. 8. Bosium lib. 14. de Sign. cap. 5. & Suarem tom. 3. part. d. 46. sect. 7. Paucis igitur attingo, capita probationum ab autoritate: quæ cum alij fusissimè sunt prosecuti, tum breuissimè & vtilissimè perstricta sunt à Thyræo libro de Apparit. Sacram. capite 3.

Habemus in primis ipsiusmet Christi promissum de carne sua in cibum, & sanguine in potum præbendo Ioan. 6. Quamuis enim pauci Catholici, vt Caietanus ibi, & Iansenius capit. 59. Concord. ac Ioannes Hessels in Assertione Eucharistiæ, declinantes argumentum petitum ex eo capit. 6. pro necessitate communionis sub vtraque specie, detorserunt quicquid ibi dicitur ad cibum & potum spiritualem, è Verbo Incarnato fide viua percepto; ad quos valdè accedit Turtecremata Tract. de Eucharist. cap. 9. Tamen hoc nullo modo potest admitti, cum Concilium Tridantinum sess. 13. cap. 2. verba illa sexti huius capitis, *qui manducat me, viuet propter me*, interpretetur de Eucharistia Concilium item Ephesinum, Christi promissionem factam capite illo 6. apertè agnoscit ad Eucharistiam pertinere, vt valdè viget Sanctesius repetit. 6. cap. 5. adducens insuper Synodum Alexandrinam, & secundam Nicænam. Texturam capitis in eam rem accurate librant, Sanderus libro de eo sexto capite, Gabriel Saconas libro eiusdem argumenti, Alanus lib. de Eucharist. cap. 31. Turrianus lib. 1. de Euchar. cap. 12. Thomas Bosius lib. 13.

de

de signis cap. 5. num. 1. Bellarm. lib. 1. de Euch. cap. 5. & 6. Vasques 3. p. d. 179. cap 4. Suares t. 3. 3. p d. 46. s. 2. & ad id caput Ribera, Maldonatus, Pererius, ac Toletus annot. 25. Eo igitur capite Christus Dominus, primùm quidem agit de pane materiali, propter quem turbæ eum secutæ fuerant. Tum sicut Ioannis 4. occasione aquæ sensibilis, transtulit sermonem ad aquam viuam; ita capite illo 6. occasione panis materialis, transfert sermonem ad cibum spiritualem permanentem in vitam æternam, quem proponit duplicem; nempè primò se ipsum, quatenus Iucarnatum viua fide percipiendum; de quo pane sunt illa, *Ego sum panis vitæ; qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum.* Et de Christo prout tali cibo, ait ibi D. Augustinus Tract. 25. [Quid paras dentem & ventrem? Crede & manducasti.] Secundò proponit ibidem Christus, seipsum vt cibum ore nostro sub speciebus panis percipiendum, dicens *Caro mea verè est cibus.* Et; *Panis quem ego dabo, caro mea est.* Audimus *quem dabo?* Hoc non potest de Christo, vt fide objecto accipi, quia Christus sub ea ratione, iam datus erat. Dictum itaque est de Christo in cibum sensibilè sub speciebus panis promisso, non per Laniationem membrotum, vt imaginati sunt Capharnaitæ, ideireo redarguti sunt ab ipso Christo, sed modo spirituali, (tametsi substantialem præsentiam non excludente, qui nullam corpori Lanienam inferret, ac proinde non obstaret subuectioni eius in cœlum, post benignè factam appositionem in huiusmodi cibum, iuxta expositionem illorum Christi verborum *si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?* assignatam à S. Augustino serm. 2. de Verb. Apost. & à Guitmundo approbatam lib. 2. contra Bereng. Quanquam aliter eum locum apta ad sequentia, Petrus Cluniacensis lib. contra Petrobusianos *ad tertium errorem.* Quod parum refert ad rem præsentem. Nam nobis satis est, quod nemo diffiteri potest, Christum eo loco promisisse carnem suam in cibum oris nostri, & sanguinem in potum.

6. Nemo sanus ambigat, quin Christus promissum illud suum aliquando exoluerit. Et reipsa exoluisse in cœna vltima, testantur Matthæus, Marcus, & Lucas, nec non Apostolus 1. Corinth. 11. referentes, Christum accepto pane, dixisse, *hoc est corpus meum*, & accepto vini calice dixisse, *hic est calix sanguinis mei*; & addidisse, illud esse corpus quod erat tradendum, & sanguinem qui pro humano genere fundendus erat. Quæ Christi verba, hoc argumentum subministrarunt S. Vvolphelmo Berengarij coæuo Epistola ad Meginhardum Abbatem Gladebacensem aduersus Berengarium. [Nos vt visum acuamus quo hæc intuemur, ad obtinendam semel acceptam huius veritatis traditionem, nosmet hoc modo cohortemur, si qui dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt omnia, si is inquam dixit de hoc pane, *Hoc est corpus meum*, & de vino, *hic est sanguis meus* necesse est omnino sic esse.] Reliqua Epistola, quæ apud Sozium legitur 22. Aprilis, est in hanc rem insignis; Sed supra omnia alia argumenta placet quòd petuli petitum ex Christi verbis. Hæc quàm insulsis, imo detestandis obtorsionibus vexata sint à Sacramentariis, videre est apud Sanctesium repetit. 1. *in fine*, sigillatim appendentem, quatuor illorum verborum. *Hoc est corpus meum*, deprauationes quatuor supra octoginta. Imo Christophorus Ruspergerus anno 1577. Libellum confecit, ducentas eutundem verborum depranationes continentem; quatum aliquæ spectant particulam *hoc*, aliæ pronomen *meum*, nonnullæ verbum *est*. V. G. nonnulli apud Abelardum lib. contra hæres. c. 11. & ieste Ebrardo cap. 8. & Ermengardo c. XI. impij Valdenses dixerunt τὸ *hoc*, cadere in corpus Christi visibile, assidens mensæ. Mentiebantur enim Christum inter pronunciandum ea verba, manum pectori appoluisse. Qua ratione Christus insulsissimè pro ratione comedendi panem porrectum, proposuisse corpus suum visibile. Fuerunt qui τὸ *hoc*, acciperent de actione quæ tunc à Christo exercebatur; quasi ea actio esset corpus pro nobis tradendum ac crucifigendum, vel quasi ea actio accipi & comedi posset. Quo eodem telo confodiuntur, qui negati sunt, τὸ *hoc*, cadere in verba sancta, vt refert Ebrardus cap. 8. vel in corpus Christi mysticum. Nec aliter refellendi sunt Valdenses, qui in responsione ad Ladislaum Pannonium, *corpus meum*, interpretati sunt *substantiam corpoream ad me attinentem, tanquam creaturam meam*, quod bellè cadit in panem; sed apertè contra Christi eo loco mentem, eum panis non sit illud corpus ad Christum attinens, quod pro nobis est traditum, & Cruci suffixum. Quanquam non melater, illud interpretationis ludibrium, venisse in mentem Magneti apud Turrianum lib. 1. de Euchar. cap. 17. salua tamen veritate præsentiæ Christi, quam Magnes ille explicatissimè profitetur. Ioannes Langios in rhapsodiis ad Apologiam 2. Iustini, quod corpus sit *hoc*, (sic enim peruertit Christi sententiam,) accipit de similitudine corporis Christi eum pane in nutriendis animabus. Quam totius narrationis euersionem, rectè impugnat Bellarminus lib. 1. de Euchar. cap. 10; Vulgatissima nostratium Sectatiorum depravatio, accipit *est*, pro *significat*. Quam glossam Zuinglius testatur sibi suggestam à spiritu quem nescire se dicit albus, ne an ater esset, quod confirmatum ab eo ait prolato simili loco, *Est enim phase, idest transitus Domini.* Putidissime verò Sectatij, io eundem sensum inferunt ac regerunt illud, *Petra autem erat Christus*, idest *Petra significabat Christum*, vt ipsi quidem interpretantur, sed mendaciter. Nam Christus verè erat illa petra spiritualis de qua ibi agebat Apostolus; ita vt quamuis antecessisset metaphora in voce *petra*, tamen suppositæ petræ notione figurata, & ad mysticum sensum aptata, Christus verè sit illa petra; nec verbum *est*, sit nota significationis, sed identitatis & copulæ. Esto, aliquando eum extrema sunt disparata, verbum *est*, sumatur pro *significat*, siue *repræsentat*. Ad tam peruersas igitur verborum alioqui euidentissam obtorsiones, eogimur exclamare cum S. Irenæo lib. 5. cap. 13. [Coguntur tanta malè interpretari, qui vnum nolunt benè intelligere.]

7. Sanè si Christus veram suam ac realem præsentiam docere voluisset, quibus expressio-

Sectariis Luscosis collyrium.

Sect. VI. Caput I.

tibus & clarioribus verbis vti potuisser? Similia argumentandi modo, vtitur S. Augustinus in Psalm. 21. expositione a. *ad versum* a8. & tract. 10. in Epist. Ioan. *in ipso fine*. Adiuncta temporis, loci, & actionis quæ tunc exercebatur, optimè ad idem librant Sanctesius reper. 1. à cap. 3. ad 6. Alanus lib. de Eucharist. cap. 9. & a a. Bellarminus lib. 1. de Euchar. cap. 9. Valent. 3. p. d. 6. q. 3. p. 1. §. 3. Et quod rectè obseruat Etmengardus lib. contra Valdenses cap. 11. in tam perspicuis & expressis verbis, quippè Christi Testamentum continentibus, nemini vnquam venisser in mentem, tropos & figuras comminisci, nisi verè S. Augustinus lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 10. admonuisset; [Si animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrantur.] Itaque insistamus cortici verborum Christi, & concludamus cum Cyrillo Hierosolymitano catech. 4. [Cum igitur Christus ipse sic affirmet, atque dicat de pane, *hoc est corpus meum*, quis deinceps audeat dubitare? Ac eodem quoque confirmante & dicente, *hic est sanguis meus*, quis inquam dubitet, & dicat non esse illius sanguinem? Aquam aliquando mutauit in vinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galileæ, sola voluntate; Et non erit dignus cui credamus, quod vinum in sanguinem transmutasser? si enim ad nuptias inoitatus corporeas, stupendum miraculum operatus est, non multo magis corpus & sanguinem suum filiis sponsi dedisse illum, confitebimur? Quare omni cum certitudine, corpus & sanguinem Christi sumamus. Nam sub specie panis, datur tibi corpus, & sub specie vini datur sanguis, vt sumpto corpore & sanguine Christi? efficiaris et compartiteps corporis & sanguinis, χριστοφόρος γινόμενος.] Eadem legere est apud S. Ambrosium lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. & apud Adelmanum Epistola ad Berengarium.

8. Alias quasdam scriptutas, pro reali Christi sub speciebus præsentia, vrgent varij DD. vt cap. 10. ac 11. primæ ad Cor. Ex quo in hanc rem arg mentum Sanctes. repet. 1. cap. 9. Bellarminus lib. 1. de Euch. cap. 1 a. & 13. Bosius l. 13. de Signis cap. 1. & 3. Ex aliis cum veteris tum noui Testamenti locis, summa cum eruditione (quanquam dispari solliditate, & ad reuincendum efficacitate,) disputat Turrianus in opere de Eucharistia. Varia vaticinia scriptis sacris consignata, vrget Bosius supra cap. 6. addens cap. 7. de Figuris, quas Alanus lib. de Euch. cap. 7. tripertitò digerit; ita vt aliquæ Christum, nonnullæ species Sacramentales, aliæ fructus Eucharistiæ repræsentarint, de quibus videndus insuper Maldonatus operis de Euch. p. a. q. a. & Bellarminus lib. 1. de Euchar. cap. 5. & 4. necnon Suares 3. p. q. 74. ad articul. 6. Perplacet præter cætera, argumentum quod in hanc rem ducit Paschasius in Exposito ex figura Agni. [Si nihil (inquit,) amplius habet hoc mysterium, præter figuram corporis, & sanguinis Christi, & non hoc est quod ipse dixit; quid necesse fuit iterare in facto; quia hoc rerum præfiguratum erat in Agno?] Fortissimum item est argumentum ex figura sacrificij Melchisedechi, *prolato* ideſt *oblato*, pane & vino. Nam Christus Psalm. 109. dictus est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech. Analogias Christum inter ac Melchisedechum, egregiè in hanc rem librat Eusebius lib. 5. de de Demonstr. cap. 3. & S. Cyprianus Epist. 63. Videsis superiùs, V. *Vetustissima veterum*.

Item ex miraculis.

9. Aliud genus diuini suffragij pro vera Christi præsentia in Eucharistia, suppeditant miracula diuinitus edita ex fide præsentiæ Christi, vel in eiusdem confirmationem: qualia proferuut Paschasius lib. de Sacram. cap. 4. & 12. Guitmundus lib. 3. Brendebacbius lib. 1. & 9. collat. Garetius Classe 6. & 7. Sanctesius repetit. a. cap. 9. Coccius diligenter ac fusè 1. a. l. 6. artic. 8. & multi signati ab Henrique lib. 8. c. 25. *Litera S.* Luculentum est in hoc genere, & omnium sermonibus celebratum, quod refertur in Actis S. Antonij Vlyssiponensis de mulo iampridem famelico, quem ex pacto cum Hæretico, oblata hinc auena inde Eucharistia; vie Sanctus, dimissa auena venerabundum aure diuina symbola stirit, vt confirmaret esse verè in Eucharistia omnium creatorem; & factum est volente Deo vt sublugale animal, arguetet impij Sectarij insipientiam, etiam hac vice. Quanquam enim veneratio illa accidentis Christo muli, non erat nisi similitudinaria, tamen diuinam manum in illis adiunctis interoeniſſe, perspicuum est: ac proinde Deus sic operans ad attestandum veritati Eucharistiæ, vt ferebat pactum, manifestè astipulatus est doctrinæ Catholicæ. Neque potest hæc argumentario euertuari, prolato exemplo adolescentis externa specie in asinum versi per Magam Cypriam, qui Eucharistiam genibus flexis & anteriores pedes extendens adorauit, magno omuiom stupore, cum videretur esse asinus, vt refertur a. p. Mallei malefic. q. 2. cap. 4. Hoc inquam non potest aduersùs propositam argumentationem obtendi: Tum quia nulla hîc occurrunt Magiæ per sanctum virum indicia: tum quia Deus ne falso attestaretur, obligatus fuisser eam impedire in euentu de quo agimus. Argumentum ergo ex eo miraculo, aliisque probatis, est plane idoneum. Affine est argumentum, quod ducitur ex variis miraculosis apparitionibus, quas Deus sæpè exhiberi voluit in speciebus Sacramentalibus, vt Christi præsentia fieret testata: quod notauit Thyræus lib. de Apparit. Sacram. cap. 25. Discussimus ipsi huiusmodi apparitiones Christi sub speciebus, lucubratiuncula ad Epipbanium de Vita Pauli secundi. Nuperum miracolum ad fidem Catholicam de Eucharistiæ Sacramento firmandam, in his regiouibus est in ore omnium. Facterneri, quod oppidum est sequanorum, in cœnobio Benedictinorum, diuina hostia in sacello splendidè ornato exposita, flammis sacelium & omnem eius ornatum corripientibus atque vastantibus, sola euasit iguium ferociam, per tres dies sublimis, & diuinis quibusdam librata nutibus, hærens in aëre suspensa cum suo ciborio. Ad dueenta mortalium millia, per illud triduum euocata eo spectaculo ferantur, non Catholicorum duntaxat, sed etiam confinium hæreticorum. Affuit denique qui sactis in subiecta ara operaretur pius Sacerdos: & super sacrificantia

cantis linteum (quod corporale vocamus) ſacra praxis cum diuino Sacramento, ſenſim demiſſa eſt multis ſpectantibus interpoſita in medio deſcenſu, tantilla quiete, vt hiculentius eſſet miraculum. Ita accidit 25. Maij 1608. Ioannes Bozuinus inſignis illa in ora Præſes iungens hanc hoſtiam ignibus ſuperiorem & Diuionenſem ex perfoſſione cruentum, ſic cecinit.

Impie quid dubitas hominémque Deúmque fateri.
Se probat eſſe hominem ſanguine, & igne Deum.

Ac etiam ex praxi Eccleſiæ.

10. Secundùm diuinam auctoritatem, permagni facienda eſt Eccleſiæ auctoritas, cui Spiritus ſanctus aſſiſtit. Exhibent Eccleſiæ ſuffragium pro reali Chriſti præſentia, benè multæ Conciliorum ſacrorum vniuerſalem Eccleſiam repræſentantium definitiones, quibus hæc veritas firmata eſt contra Sactamentarios: quod nouiſſimè præſtitit ſuperiore ſæculo Synodus Tridentina. [Quanquam (vtat enim potiora iure verbis Durandi, non eius qui à S. Portiano dictus eſt, vt malè cenſuit Poſſeuinus V. *Durandus* Leodienſis, contra Berengarium Epiſtola ad Henricum Regem Francorum;) huiuſmodi homines nequaquam oporteat audiri: neque tam eſt pro illis Concilium aduocandum, quàm de illorum ſupplicio exquirendum. Tunc quippè Hæretici neceſſariò audiendi fuerunt, quando & hæ ipſæ, & huiuſmodi quæſtiones, vt potè quæ nondum ad vnguem diſcuſſæ fuiſſent, in dubium venire potuerunt, vt pet congreſſum certaminis pateſceret vtra pars ſtaret pro defenſione veritatis. Quod idem nunc profectò fieri non oportet, quia creberrimis SS. Patrum Conciliis, tum etiam venetsbilium Doctorum clariſſimis ſententiis ita omnia ſunt eliquata, vt nec minimum quid teſederit de omne fæce dubitationis.]

Tamen ad benignitatis cumulum, Eccleſia ſenſum ſuum de veritate tanti momenti exhibere voluit in actu ſignato, per ſacra Concilia. Nec minus idem præſtitit in actu exercito. Nam iam inde à conſtituto Chriſtianiſmo, eæ praxes viguerunt in Eccleſia, quæ citra dubium ferrent Chriſtum ſpeciebus ſubeſſe ſubſtantialiter, vt diligenter monſtrat Alanus lib. de Eueh. c. 30. V. G. ſemper Eccleſia, præeunte Apoſtolo, exegit à ſumentibus hunc cibum, ptobatioocm ſui ipſorum; ideſt inſignem conſcientiæ putitatem; ita vt qui ſordeute couſcientia banc meoſam adirent, haberentur tei corporis ac ſanguinis Domini. Hæc quis dixerit de ſumpturo panem communem, quantumuis benedictum? Non baptizatis, etiamſi Catbecumiuis, religioſemper fuit, contuitum huius Sacramenti petmittere, vt dixi ad Epiphanij Paulum ſecundum q. 3. aliquid ſacri huius panis ſo terram decuti, anxiè ſemper paſſa eſt Eccleſia ex Tertulliano lib. de Coroua milit. c. 3. & ex Origene hom. 13. in Exodum. Summam eiuſdem venerationem ſemper indiait, vt optimè tradunt S. Ambroſius lib. 3. de Spit. ſancto cap. 12. S. Chryſoſtomus hom. 3. in ad Epheſ. & S. Auguſtinus in Pſalmum 98. ad illud *adorate ſcabellum*, & Pſal. 21. ad illud *manducauerunt & adorauerunt*. Diligenter in eandem ſententiam diſſerunt Eſpenceus in opere de Adorat. Euch. præſertim l. 2. c. 25. & 26. S. Thomas & toto l. 3. Sanctetius tota propè reper. 9. Socolonius Orat. de hoc argumento, Coccius t. 2. l. 6. art. 7. Suates l. 2. defenſ. fidei c. 4. & 5. 3. p. d. 65. Bellarm. 4. de Euch. c. 20. Hentiq. l. 8. c. 32. Thyræus lib. de Appar. Sacr. c. 32. qui declarant, hunc cultum reſpectu Chriſti ſub ſpeciebus latentis, eſſe veram latriam: reſpectu verò ſpecierum contiuentium Chriſtum, eſſe coadoratione latriæ, eodem modo exponendam quo exponitur coadoratio imaginum ob habitudinem ad prototypum. Ex ea ergo ſumma adoratione Euchariſtiæ, habetur locuples teſtimonium ſenſus Eccleſiæ de vera Chriſti præſentia ſub ſpeciebus; quod teſtimonium facto exhibitum, noo poteſt non haberi firmiſſimum. Vt enim ratiocinatus eſt Lanfrancus in fine libri contra Berengarium, niſi verè Chriſtus adeſſet, Eccleſia ſummum illum cultum iam ab initio defetens Euchariſtiæ, degenetaſſet in artolatriam infamem, & portis inferi ſuccubuiſſet, contra ipſius Chriſti oraculum.

Sectariis Luſeuſis collyrium.

In contrarium adduci poſſe videtur, praxis antiqua comburendi ſpecies Euchariſtiæ, ſi quæ ſuperfuiſſent inconſúpiæ. Ita enim teſtatur Heſychius l. in Leuit. Imo Humbertus Cardinalis Syluæ Caodidæ, reprehendit Græcos, quorum criminationes depellit, quod id non præſtarent. Verùm neque Græci antiqui tempore Heſychij, neque Occidentales tempore Humberti inſignis contra Berengarium Athletæ Catholicæ fidei de Euchariſtia, ſpecies ſanas quibus Chriſtus ſubeſſet, conſectabant, ſed tantùm malè affectas & ſitu marcidas, à quibus ism accepiſſet corpus Chriſti, vt diſertè habet Algerus l. 2. c. 2. Non conuellitur ergo fides Catholica de Euchariſtia ex ea praxi comburendi ſpecies; quibus vltra non ſubeſſet. Sanas verò ſpecies, ſi quæ ſupereſſent inconſumptæ nec decenter ſeruari poſſent, vſus antiquus ferebat porrigi pueris innoxiis ac ieiunis, vt refert Euagrius l. 4. hiſtor. c. 35. Et idem decernitur in Concilio II. Matiſcon c. 6.

Suffragium SS. Patrum.

11. Patres qui fidem Eccleſiæ traditam diligenter cuſtodiuerunt & ad poſteros tranſmiſerunt, egregiè aſtipulati ſunt huic veritati, ab omni æuo Chriſtiano, vt uauiter ac perſtudiosè monſtrauut, qui in eorum ſcriptis ſuper hac re libandis, laborarunt: præter cæteros Sanctetius tota repet. 2. Garetius Claſſe 2. 2. 3. Caniſius in Catechiſmo cap. de Euchariſtia Tonſtallus toto l. 2. de Euch. Coccius 2. l. 6. art. 2. Bellarm. toto l. 2. de Euch. Voſſius ad libr. 6. Ephtem de Natura Dei, Iacobus Gaulterius iu Cbronologia quolibet Chriſtiano ſæculo veritate 2. Palmam prætipuere cæteris Patribus, & explicatiſſimè hanc veritatem præ aliis tradideruut nonnulli, vt Hilarius l. 8. de Trin. Vnde videri poteſt manaſſe ioeenſum odium, quo Berengarius aduerſus S. Hilarium flagrauit, vt videre eſt apud Lanfrancum Epiſtola 50. qua depellit illius hæretici calumniam aduerſus ſanctum vitum, circa verum Chriſti in humanitate dolorem. Et eſt ea calumnia non tantùm à Lanfranco ibi, ſed etiam à Philippo Abbate Epiſtola 5. depulſa, uecnoo à Gilberto Porretato, quem ibidem ad calcem Epiſtolæ refert Philippus, vt taceam poſteriotes cum S. Thoma 3. p. q. 54. artic. 2. & 10 3.

Sectio VI. Cap. I.

sent.d.15. art. 2. Nec dubium quin citè perpensis omnibus quæ tradit S. Hilarius, calumnia illa per se euanescat. Sed affectus (qui iuxta Cellensem Epist. 158. omnia calore suo tingit,) Berengario imposuit, vt hoc sancto viro probrum impingeret, infensus ei ob perspicuam veritatis Catholicæ expressionem prostantem apud S. Hilarium, eo loco quem signaui. Non dissimiliter in hanc rem creditus Cyprianos serm. de Cœna Dom. Cyrillus catech. 4. mystag. Aiter. Cyrillus 10. in Ioan. cap. 33. & Epist. 10. ad Nestor. ac sæpè io Esaiam, sed maximè Chrysostomus, ex quo perelegantem de Eucharistiæ mysterio Antbologism confecit Sanctesius, ad calcem collectarum abs se Liturgiarum Græcarum. Neque verò Patres, vtcunque traduot Christum subesse speciebus, sed etiam grauiter admooent, ne in hoc negotio credamus sensibus, vel ne diffidamus potentiæ diuinæ. Alij dicunt, Christum voluisse exhibeii sub aliena specie, ne esset horroris sumentibus; & non esse timendum consumptioni illius etiamsi verè manducetur. Quæ omnia, mirum quantum confirmaot substantialem Christi præsentiam, si citè perpendantur, vt factum accuratè est ab Alano lib. de Euchar. à cap. 24. & à Maldonato in opere de Sacram. Tract. de Euchar. 2. p. *à pag.* 248. nec non à Valentia 3. p. d. 6. q. 3. p. 1. §. 5. Quid quod aliqui nominatim remoueot ab Eucharistia, figuram & vmbram, vt Anastasius in *Hyrō* cap. 23. *fere initio* Epiphanius io. 7. Syoodo actione 6. Damascenus 4. fid. cap. 14. Samonas io disceptatione com Aehmed Sacaceno, Theopbilactus Matth. 26. & Marci 14. Euthymius suo cap. 64. in Matth. Paschasius in cap. 26. Matth. & duo senes cum seoe errante disputantes, in vita S. Arsenij, & breuiùs lib. 5. Vitæ Patrum libello 18. num. 3. ac bis omnibus vetustior Magnetes, stupiditatis damnans; figuram hîc inuebentes exclusa ɛeali præsentia, vt refert Tuttianus lib. 1. de Euch. c. 17. Itaque mens Patrum de hac mysteeio, est explorata.

12. Verum est, nonnullos Patres ioterdum in hac re subobscuriùs locutos videri, quod accuratè verſat S. Anselmus lib. de Sacram. Altar. p. 1. c. 13. Sed eorum plerique, agunt tantùm de manducatione Christi per fidem; non exclusa (etiamsi ioterdum tacita,) reali Christi præsentia sub speciebus. Alij cemouent tantum aotropophagiam, & cruentam Christi manducationem cum laceratione. Antiquiores, sæpè de industria obuoluunt veritatem huius mysterij verborum inuolucris, addita solemni restrictioue *Norunt fideles.* Ex Augustino multa huiusmodi loca addensat Hieronymus Torcensis lib. 3. Confess. August. cap. 6. §. 7. Timebant nimirum hi Patres, ne Ethnici si eis nudè & clarè exponeretur hoc mysterium, insimulatent Christianos cœnarum Thyestæarum, vt Eusebius contigisse olim notat 5. hist. cap. 1. nosque aliunde illustrauimus in SS. Lugdun. Indiculo Prolegom. 3. Quæ calumnia, ex rumore de hoc Sacramento perperam intellecto, disseminata est. Et indidem orta est alia calumnia, de esu infantis fatre contecti vt refert Minutius in Octauio num. 11. & habetur etiam ex Tertull. Apolog. cap. 7. & 9. Denique ex eodem fonte manauit rumor de Diis Christianorum Baccbo ac Cerere, vt refert S. Augustinus lib. 20. contra Faust. cap. 13. Non est præterea omittendum, multa in hoc negotio imponi Patribus, vel truncatè ex eis allegari, vc cecidè monuit Lantfrancus lib. contra Berengariũ, qui maximè nitebatur S. Aogustino peruersè detorto, aut infideliter adducto. Ante annos aliquot, Berengarij ingenium quasi per palingenesiam in Plessæum transmigrasse, doenit liber cui titulus, *Et cætera Plessæi.*

Non possum tamen committere, quominus sigillatim attingam locum ex Facundo Hermianensi lib. 9. cap. 5. quia Poppa Caluinianus, buccis sonantissimis Nemansi in Arecomicis, triumphum sibi in eo haud ita pridem ceciuisse referiur: & non nemo ex Catbolicis, eius loci commodam ioterpretationem despondens, ad veniæ apprecationem conuertitur, cum tamen sit locus non adeò impedims; ita vt gratis videantur aut quæri aut timeri in plano falebræ. Quare iuuat eum locum paucis excutere, eóque lubentiùs ad id aggredior, quod enubilari ac dispelli iactatas huius loci offusias expetijt cbacum caput, in quo iogenij & virtutis decora, ancipiti in vtram partem victoria, grato certamine depugnant, perillustris Ioannes Baptista de Hagen Dominus de Brulon. Facundus ergo tractans qua tatioone aliqui Patres salua fide dicere potuissent, in Christum cecidisse adoptionem, sic haber. [Adoptionem filiorum suscepisse Cbristum, si antiqui Doctores Ecclesiæ dixisse monstrareotur, nec ipsi, nec omnis Ecclesia quæ tales Doctores habuit, iudicati deberent Hæretici. Nam Sacramentum adoptionis suscipere dignatus est Christus, & quando circuncisus est, & quando baptizatus est: Et potest Sacramentum adoptionis, adoptio nuncupari. Sicut Sacramentum corporis & sanguinis eius, quod est io pane & poculo consecrato, corpus eius & sanguinem dicimus, non quod peopriè corpus eius sit panis, & poculum sanguis: sed quod in se mysterium corporis eius, sanguinisque continear. Hioc & ipse Dominus, benedictum panem & calicem qoem discipulis tradidit, corpus & sanguinem suum vocauit. Qoocirca sicut Cbristi fideles, Sacramentum corporis & sanguinis eius accipientes, corpus & sanguinem Christi rectè dicuntur accipere: Sic & ipse Christus, Sacramentum adoptionis filiorum cum susceptisset, potuit rectè dici adoptionem filiorum susceptisse.] Hæc Facundus, in quibus dimittenda sunt in præsentia, quæ spectant ad tributam nomine tenus adoptionem Christo Domino; discussa enim diligenter sunt lib. 5. de Christo sect. 2. cap. 1. Ad rem verò præsentem tantùm spectat, complanare quod Facundus ait, Eucharistiam esse *Sacramentum corporis & sanguinis Domini.* His enim verbis videtur ab Eucharistia excludi realis præsentia corporis & sanguinis Christi, nec admitti nisi eius Sacramentum aut mysterium.

Verùm hæc difficultas, tories iam in superioribus expedita est, vt propè fastidiam quærere in hoc scirpo nodum. Breuissimè itaque recolendum est, ex dictis in Onomastico V. *Antitypa*, & V. *Exemplaria*, & V. *Figura*, nec semel alibi in hoc opere, & lib. 5. de Christo sect. 2. cap. 1. & 10. Christi corpus verè existens sub speciebus paois & vini, esse imaginem ac signum

num ſui ipſius in alio ſtatu, præſertim in ſtatu mortui per ſeparationem ſanguinis à corpore. Monſtravi dictis locis, ſic locutos S. Anſelmum lib. de Sacram. Altar. p. 2. cap. 11. Lanfrancum lib. contra Berengarium, Algerum lib. 1. cap. 4. Paſchaſium Epiſtola ad Fredegarium: & ex recentioribus Billium ad orationem 11. Nazianzeni, Sanctesium repetit. 3. cap. 4. & Stephanum Gardinetum ad 1 85. obiectionem contra Euchariſtiam: qui oſtendunt eum ipſum loquendi modum qui hîc in Facundo ingerit. difficultatem, aliquoties à D. Auguſtino 3. doctr. Chriſt. cap. 16. & in Pſal. 98. & lib. 3. de Trinit. cap. 4. nec ſemel alibi eſſe adhibitum, & eummodè explicari de Sacramento, & myſterio, vel imagine, ac figura, non excludente veritatem & realem exiſtentiam ſub involucro ſpecierum; ratione cuius tegminis Chriſtus eo obductus, denominatur Sacramentum vel ſignum, aut imago, vel figura ſuimetipſius in alio ſtatu. Quæ ſmuis enim ſimus in luce gratiæ, & depulſæ ſint vmbræ craſſiores veteris legis; tamen quamdiu deeſt lux adulta & meridies gloriæ; non protſus caremus vmbris ac typis quæ iuxta Apoſtolum ſunt exemplaria verorum; in quam rem plenè dicto cap. 10. lib. 5. de Chriſto. Sic ergo Chriſtus in Sacramento eſt typus ac ſignum ſuimetipſius in alio ſtatu, idque vnum aſſerit Facundus: qui proinde non diſſidet ab aliis Patribus circa realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam, quæ tempore Iuſtiniani quo Facundus florebat, adeò liquida & explorata erat. Nec plura de Patrum in hanc rem ſuffragio.

Porrò ex proximè dictis, habemus etiam ſuffragium Ethnicorum, qui veritatem præſentiæ Chriſti, obloquendo & mordendo confirmant. Quo genere probationis, ad plerâſque fidei Catholicæ veritates, ex Luciano, Ethnapio, Epicteto, Rutilio, aliiſque Ethnicis confirmandas fas eſſe vti monſtratum eſt in opere de iuſta confixione librorum partit. 1. Erotem. 1 8. Affine eſt argumentum quod ex aliis extremis peti poteſt, vt ex Sybillis, & antiquioribus Chriſto Rabbinis. Qua in parte multus eſt Boſius lib. 14. de Signis *per priora capita*, & Garetius operis de Euchar. Claſſe 9. ac Galatinus lib. 10. cap. 6. itemque Porchetus parte 8. Victoriæ contra Iudæos c. 11. ac Ioannes Faber Dominicanus lib. 2. de Miſſa c. 8. & Genebrardus libello de Notis Chronicis.

Sectariis Luſcioſis collyrium.

Veritas præſentiæ Chriſti in Euchariſtia, confirmatur.

13. Non eſt ergo de veritate præſentiæ Chriſti in Euchariſtia, relictus ambigendi locus, (vt S. Hilarius lib. 8. de Trinit. rectè concluſit:) his quidem qui Chriſtum agnouerint verum Deum, & alienum à mendacio in verbis, ac impotentia in exequendis dictis atque promiſſis. Quale certè cum diffiteri videntur Sacramentarij Metonymici, cū quibus agimus. Quod autem cauſantur rei indignitatem indigniſſimum eſt. Nec alio ſanè argumento, Marcion & alij veteres hæretici, Chriſtum phantaſticum nec niſi vmbraticum & imaginatum hominem, qualem iſti in Euchariſtia ſtatuunt, ſunt commenti. Sed eſſe vanum prætextum, optimè euicit Fulbertus Epiſt. 1. [Cum verò (inquit,) in re omni, ſint erga nos inæſtimabiles diuitiæ Dei, adeò vt maieſtate abſcondita, corruptibile pro nobis corpus induerit, contumeliis & paſſionibus ſubdiderit, quo opem ferret aſſumpto hominī, quid indignum Deo iudicari poteſt, qui vterum Virginis ſubiit; ſi Virginibus creaturis infundiuit; quæ licet ſimplicis naturæ paulo ante præferant imaginem, poſtmodùm cœleſtis Verbi ſanctificatione inſpirata maieſtas vera diffunditur; & quæ ſubſtantia panis & vini apparebit exterius, iam corpus Chriſti & ſanguis ſit intetiùs] Conſtat verò eſſe hic multo minùs timendū ab indignitate & indecentia, quàm in incarnatione, ob omnimodam Chriſti ſub ſpeciebus impaſſibilitatem. Videſis Sanctesium repet. 5. cap. 4. Recolenda item quæ ſuperiùs circa Chriſti impaſſibilitatem in hoc myſterio, ſunt conſtituta. Guitmundus libro 1. contra Berengar. huc quoque aduocat multo terriores indignitates Crucis, noſtra cauſa ſuſceptas. [Quero (inquit,) quare indignum debeat videri? An quia nimiùm Chriſtus humiliari videatur? Sed qui dedignatus non eſt ob ſalutem fidelium, virgis infidelium, corona ſpinea, cruce, clauis, lancea nimis irreligioſiſſimè quantum in ipſis erat atteri, ſicut ſcriptum eſt, *Attritus eſt propter ſcelera noſtra*, is pro ſalute eorundem fidelium, deſtibus ipſorum dedignatur religioſiſſimè, inquantum poſſunt atteri? Si enim id quod erat indignius pro nobis pertulit, quomodo quod minus indignum eſt, dedignabitur pati?]

Paſſim Sectarij obtendunt, Euchariſtiam etiam poſt conſecrationem dici præſtare *panem & vinum* quod enodatum eſt in Onomaſtico V. *Panis*, & breuiter his verbis expeditur à Lanfranco lib. contra Berengar. [Sicut qui dixit, Chriſtus lapis angularis, non reverā Chriſtum lapidem eſſe cunſtituit, ſed propter aliquam ſimilitudinem, quam ad ſe inuicem gerunt, tale ei nomen imponit: Eodem modo cum diuina pagina, corpus Domini *panem* vocat, ſacrata ac myſtica locutione id agit; ſed quoniam ex pane cunficitur, eiuſque nonnullas retinet qualitates: ſeu quia animam incomprehenſibiliter paſcendo ſatiat, eique æternæ vitæ ſubſtantiam ſubminiſtrat: Vel quòd corpus eſt filij Dei, qui eſt panis Angelorum, & in quem ſicut ait Princeps Apoſtolorum, *deſiderant Angeli proſpicere*, ſeu aliquo alio modo qui à Doctoribus comprehendi poteſt.]

Impanatores, Ordo aliter Luſcioſorum circa Euchariſtiam.

14. CLASSIS SECVNDA Luſcioſorum cui medelam facere receperamus, erat Impanatorum & Inuinatorum, vt loquitur Guitmundus lib. 3. contra Berengarium. Horum aliqui, Chriſtum ſimul cum panis & vini ſubſtantiis, admiſere ſub panis & vini accidentibus: quod primùm docuerat Berengarius; vt habet S. Anſelmus lib. de Sacram. Altar. p. 1. & poſtea cum viſum eſt commodum, eo identidem tenuit, vt habetur ex Guitmundo libro illo 3. idem ſuperiore ſæculo tradidere Lutherani. Nonnulli cenſuerunt, aduenientе Chriſto ſolas panis ac vini formas abſcedere. Ita Dutandus in 4. d. 11. q. 3. Alij è contrario, materiam panis ac vini abſcedere, formas perſtare, ſunt arbitra-

Sectio VI. Cap. I.

ti, vt refert S. Thomas 3. p. q. 75. art. 6. Non defuit, qui substantiarum illarum existentias perstare diceret, abolitis reliquis ad eas spectantibus. Ita Bannes 1. p. q. 4. *in prima editione*. Quod ita expunxit in secunda, vt probabile esse affirmauerit.

Fuerunt qui recisa tantùm panis ac vini hypostasi, naturas substantiarum illarum à Verbo assumptas confinxerint; ita vt sint Verbi diuini tria corpora; humanum vnum per Incarnationem assumptum, & duo in Sacramento, nempe panaceum & vinaceum quod visus est sentire Rupertus. Satagunt quidem pro Ruperto liberando nonnulli, vt retuli sect. 3. cap. 2. Et ipse Rupertus alicubi fundamentum præbet benignæ excusacutionis, cum conuersionem panis ac vini videatur admittere: vt lib. 1. in Exod. cap. 7. & lib. 3. cap. 11. & lib. 4. cap. 7. Tamen alibi videtur inexputgabiliter sordere, ac nominatim lib. 2 de Offic. cap. 2. & 9. ac l. 2. in Exod. c. 10. quo postremo loco, sic habet. [*Comedetis tantùm, assum igni.* Crudum namque comedere, nihil aliud est, nisi quod videtur, æstimare: & coctum aqua comedere est, quomodò sit, velle carnaliter diiudicare. Sed *comedetis* (inquit,) *assum tantùm igni*, id est totum attributis operationi Spiritus sancti, cuius effectus non est destruere vel corrumpere substantiam, quamcunque suos in vsus assumit, sed substantiæ bono permanenti quod erat, inuisibiliter adjicere quod non erat. Sicut naturam humanam non destruxit, cum illam operatione sua, ex vtero Virginis, Deus Verbo in vnitate personæ coniunxit: sic substantiam panis & vini secundùm exteriorem speciem quinque sensibus subiectam, non mutat aut destruit, cum eidem Verbo in vnitatem corporis eiusdem quod in Cruce pependit: & sanguinis eiusdem quem de latere suo fudit, ista coniungit. Item quomodò Verbum à summo demissum, caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem; sic panis & vinum, vtrumque ab imo subleuatum, fit corpus Christi & sanguis, non mutatum in carnis saporem, siue in sanguinis horrorem sed assumendo inuisibiliter, vtriusque, diuinæ scilicet & humanæ quæ in Christo est, immortalis substantiæ veritatem. Proinde sicut hominem qui de Virgine sumptus in Cruce pependit, rectè & Catholicè Deū confitemur, sic veraciter hoc quod sumimus de sancto altari, Christum dicimus, Agnum Dei prædicamus.] Hæc videntur immedicabilia. Alitet Christo corpus panaceum ac vinaceum appinxisse hypostaticè, refertur Ioannes Parisiensis apud Valdensem Tomo 2. c. 65. Censuit enim, substantias panis ac vini remanentes, coniugi Verbo per materiam Christi Domini.

Refelluntur ex Christi Oraculo.

15. Omnia hæc placita, de aliquali panis & vini permanentia, siue quoad integras eorum substantias, siue quoad eorum formas totius, recisis hypostasibus, siue quoad alteutram partem physicam, aut existentiam à substantia substrata distinctam, sordent exploiato errore: nec cohærent cum Catholica veritate, quam qui non conspicit in Verbis Christi, & Patrum traditione, Lusciosus, aut etiam cœcua est. Sanè si substantiæ panis & vini cum Christo manerent, falso Christus asseruisset, *hoc* id est substantiam accidentibus illis sensibilibus ab eo demonstratis substantem, esse corpus & sanguinem suum: sed ad summum dicere potuisset, *hic* siue *in hoc loco*, est corpus meum. Nam si substantia panis remanet sub accidentibus quibus connaturaliter vnitur, corpus Christi etiamsi intimè eam substantiam compenetret, eive vniatur quomodolibet, ac etiamsi hypostaticè, non censebitur demonstrata substantia latente sub talibus accidentibus; sed ex vi significationis pronominis *hoc*, censebitur potiùs demonstrari ipsa substantia. Non enim ex eo quod Christus intimè compenetraret sepulchrum, fas erat demonstratis sepulchri accidentibus dicere, *hoc est corpus Christi*. Nec ex eo quod partes Christi essentiales & integrantes vnirentur Verbo, fas fuit dicere, vnam partem esse aliam, quia communicatio idiomatum non habet locum inter partes. Atque adeò si res ita haberet, corpus quod tantum est pars Christi, non posset dici esse panis; nec panis dici posset esse corpus Christi, quamuis eadem diuina suppositalitate terminarentur. Idem argumentum confici potest de sanguine, quem constat non esse nisi partem. Accedit quod tamesi fingeremus eandem esse panis & corporis Christi hypostasim, falsò tamen diceretur, panem esse corpus illud quod pro nobis datum est in crucem, vt Christus dixit de illo corpore, quod affirmauit subesse accidentibus panis. Tandem ex eo quod corpus Christi & panis substantia, suppositarentur à Verbo, non sequerentur panem & corpus esse necessariò coniuncta loco: qualia tamen esse certum est, etiam iuxta Aduersarios. Ea inquam localia coniunctio panem inter ac corpus Christi, non sequeretur ex suppositatione vtriusque per Verbum. Non enim si Verbum duo diuersa corpora assumeret, necessarium esset ea coniungi loco.

Alia quædam aduersùs hanc panis à Verbo personationem, siue impersonationem, (sic enim vocat quæ *suppositatio* dicenda erat non *personatio*,) adducit Alger. lib. 3. contra Beteng. de Euchar. cap. 6. & cap. 8. *in fine*, impugnans haud dubiè Rupertum, qui per ea tempora scripserat, & cuius etiam verba ex parte vsurpat, nouæ hæresis ea arguens: non sunt tamen præsenti instituto necessaria, cum satis superque euictum sit ex verbis Christi iuxta Concilij Tridentini illationem sess. 13. cap. 4. (id est ex eo quod Christus affirmauerit, illud quod manibus tenebat, esse corpus suum,) nihil ex pane & vino supereesse post consecrationem, præter accidentia sensibilia; quia per eam propositionem, in fine prolationis, debet inuehi identitas extremorum, quæ nulla esse potest inter substantiam panis quomodocunque consideratam, & corpus Christi. Optimè autem interuenit inter corpus Christi, & corpus substans accidentibus panis post consummatam verborum prolationem; eámque esse notionem particulæ, *hoc*, optimè arrigit Guitmundus libro 2. *sub finem*. Fateor demonstratis accidentibus sensibilibus dolij, aut crumenæ non censeri demonstratam dolij aut crumenæ substantiam illis accidentibus substantem; si dicatur monstrato dolio pleno, *hoc est vinum*; vel ostenso marsupio dicatur, *hoc est aurum*; sed censeri

ceoſeti demonſtratam ſubſtantiam dolio & crumena contentam. Sed diſpatitas eſt manifeſta. Nam vſus receptus ferr, vt demonſtratia accidentibus ſenſibilibus corporum quæ ſont ordinata ad continendum alrerum per modum vaſis, euiuſmodi ſunt crumena & dolium, non cenſeatus demonſtraia corporis continentis ſubſtantia, ſed contenti. Hoc lubens do. Sed panis non eſt vas corporis Chriſti. Itaque ſi panis ſubſtaoria adeſſet, pronomen demonſtratiaum *hoc*, planè caderet in ſolam panis ſubſtantiam. Et ad minimum, æquè in eam caderet, ac io corpus Chriſti ei ſubſtantiæ compenetratum. Vnde non eſſet vſquequaque verum, demonſtratis panis præſentis aceidentibus dicere, *hoc eſt corpus Chriſti.* Sicur oſtenſa ſobſtantia materiali, ſub cuius aceidentibus latent & materia & forma forma, falſo quis diceret, *hoc eſt materia*, vel *hoc eſt forma*, cum æquè vtrumque ſit quod demonſtratur, non autem alterum ſeorſim.

16. Nullatenus verò ferendom eſt, commeorum Durandi in 4. d. 11. q. 1. num. 14. fingentis, ſola Chriſti loquentis intentiooe, ptopoſitionem ſubiuoctam prooomini *hoc*, qua in omni proprierare demooſtraretur pania ſubſtana accidentibus exhibitis, teſtrictam eſſe ad deſignandum corpus Chſiſti, quod item ſubſtat prædictis accidentibos. Hoc oego ferendum eſſe: quia de rigote ſermonis, pronomen *hoc* deſignat ſubſtantiam quæ ſubeſt accidentibus demooſtratis, præſertim ipſi inhærentibus; atque ita poſſet veriſſimè dici, *hoc eſt panis*: idque ad minùs tam verè diceretur, quam *hoc eſt Chriſti corpus*: cum tamen Chriſtus diſertè aſſeuerit, hoc eſſe corpus ſuum, & liquidò promiſerit, panem quem daturus erat, (panem vtique externa ſpecie, & anteriùs verè panem,) eſſe carnem ſuam. Eſto verò, locolumis vtcuoque pet eam Durandi teſtrictionem ſeruari poſſet veritas verborum Chriſti, pronunciantis hoc eſſe corpus ſuum, quamnis ſubeſſet illis aceidentibus ſubſtantia panis, vnà cum Chriſti corpore. Tamen nemo oon videt, ſenſum qoem verbis Chriſti ſubtteimus, eſſe longè commodiſſimũ, & ſolum per ſe fluere, vt ſie dicam Eccleſia autem (vt Cõcilium Tridẽtinum declatauit,) perpetua traditione compertum habet, verba formæ conſeeta-tionis eſſe à Chriſto prolata in illo ſenſu per ſe fluente, & excludente ſubſtantiã panis, ac omnia ad eius compactionem qnoquomodò pertinẽtia. Nam hoc eſt, quod omnium ſæculorum Chriſtianorum Pattea, digeſti à Sancteſio tepetit. 7. Alano l. de Euch. c. 34. & Bellarm. l. 3. de Eoch. à c. 18. tradunt, panem vi verborum Chriſti non effigie ſed natura mutari, aut non eſſe panem, etiamſi exterai ſenſus panem eſſe teouncient, ſed aliud foris apparere, aliud iotus latere: qua ex cauſa Rabbini apud Galarinum l. 10. de atcanis c. 6. aiunt panes facierum fuiſſe typum huius Sacramẽti. Sieut igitor verba formæ, provt à Chriſto prolatà, excluſerùnt omnimodis panem, ita etiam idem præſtant cum à nobis proferuntur. Iuſſi enim ſumus facere quod Chriſtus fecit, & verbis per Sacerdotea in perſona Chriſti prolatia eandem ineſſe efficacitatem exeludendi panem quæ iiſdem verbis ineraz cum ſuot à Chriſto prolata; & Chriſtus ipſe inſinuauit, ne aduerſatiis qoidem refragantibus, & Eccleſia aperta confirmat.

Cæcitas, nedum Luſcioſitas, Sectariorum hac in parte. *Sectariis Luſcioſie collyrium.*

17. [Recedat ergo, (vt cum Euſebio Gallicaoo coneludam homil. 5. de Paſch.) tecedat inquam, omne infidelitatis ambigoum, quandoquidem qui autot eſt munetis, ipſe etiam teſtis aſt veritatis. Nam inuiſibilis Sacetdos, viſibiles creatutas in ſubſtantiam corporis & ſanguinis ſut, verbo ſuo ſecteta poæſtate conuertit, ita dicens, *accipite & edite, hoc eſt enim corpus meum.* Ex ſanctificatione repetita, *accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus.* Ego ſieut ad nutum præcipientis Domini, tepente ex nihilo ſubſtiterunt excelſa cœlotom, profunda fluctuum, vaſta terrarum, pari potentia to ſpiritualibus Saeramentia, verbi præcipit virtus, & ſetuit effectus.] Id quiſquis in Chriſti verbis, & conſtaoti Patrum traditione noo videt, lippus eſt, non minùs quàm Heli, qui videre non poterat adeò luminoſam lucernam Domini. Et mirum eſt, cos audire velle *illuminatos*, exemplo patris ſui Berengatij, qui ſie ordirut diſputationem apud Lantfrancum lib. de Euchat. [Apparet quia lox in teoebris lueet, & tenebræ eam non comptehendetunt.] Sed teponit Lantſtancus, & idem omnibus æquè Sacramentariis teponi poæſt. [Hoc rectiſſimè in te retorqueri poteſt. Lucet namque lux fidei in teoebris huius mundi, quantum per ſpeculum & ænigma, reuelante Deo poſſumus contoeri. Verùm hanc lucem, tenebroſa mens tua neqoit comprehendere, deſpectis exteris putans ſe ſolam ſapientem eſſe, euaneſeens in cogitationibus ſuis, ſtulta facta apud Deum.] Eſt hæc ſtultitia todice Guitmundo lib. 3. *ſub finem* genuious ſolius ſuperbiæ partus. [Equidem ego (inquit,) de hac impanaoone mecum etiam atque etiam rettactans, non ſatis verbis exprimere poſſum, quantum ſuper iſtotum ſtulóſſima audacia & inſaniſſima præſumptione, admiroe pariter & indignor. Nam contra diuinas autoritates humana ratione incedere, id quidem inſanum: ſine ratione autem, id longè inſaoius. At verò, & ſine tatione, & cuotra ratioem, aduersùs Deum ſemper latrare, id prorſus ſopra quàm dici poſſit, inſaniſſimom. Iſti enim oequiores nequiſſimis, ftatres ſuos vmbraticos præ ſe iuſtificaoetunt. Illi quippè iudicium ſeoſuum tranſcendere non valentes, tanquam ex infirmitate etraſſe videri poſſunt. Hi verò oeque ex ſenſibus, oeque ex vlla tatione, neque ex ſcripturta aliqua, cauſas errotis ſui mutoantes, ſola penitus ſupetbia veſanite videntur, dum reclamante natura qoam tantopesè defeoſinate ſolent; (quomodò enim in ſolido eotpore panis, alterum corpus latere poſſit, videi non poteſt:) reclamante inquam natura, reclamantibus ſcripturis ſacris, nullo ſanctorum Patrum teſtimonio, nullo diuino otaculo, nullo miraculo fulti, munitam vndiqua Catholicam pietatem, beſtialitet obſtinati ob hoc tantùm oppugnare videotut, ne ab ea victi eſſe videantut. O infeliees, quos pietas non vincit? O infeliciſſimi, qui dum ſubiici pietati renuunt, impietatis ſerui eſſe noo erubeſeunt.]

18. Habet ergo locum contra ſuperbom hoc vaoiloquium, & brutam beſtialémqua impietatem,

Sectio VI. Cap. I.

in pietatem, fortis disputatio Petri Cluniacensis Epistola contra Petrobus. *Ad quartum Articulum.* Vrget enim hæreticum Sacramentarium, vt fastu posito, desinat obluctari Deo, & adversùs omnipotentem, ac omnisapientem, affirmantem hoc esse corpus suum, pane prorsus excluso, nolit obfirmare discutiens eius assertionem quod bestia non facit aduersùs hominem cui est à Deo subiecta. [Prælatus es mundo, (inquit Petrus Cluniacensis ad Sacramentarium,) sed prælatus est tibi conditor mundi. Prælatus est tibi sapientia, prælatus est tibi potentia Sapientia, quia tua maximis angustiis coarctatur: illius verò, *attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Potentia, quia tua quotidie & multiformiter succumbit: Illius, vt dictum est, *quæcumque voluit fecit.* Esto Deo tuo, quod est iumentum tuum tibi: Non nititur illud perscrutari secreta tua, non conetis temerate arcana Dei tui. Nescit illud quomodò disponas iter, qualiter ordines bellum, quos primos, quos medios, quos vltimos in certamine constituas; quo consilio post multum sanguinem paci acquiescas, quomodò rei familiari, domui, coniugi, natis, familiæ, ne egeant prouideas. Et vt maiora, quia sic res postulat, aggrediar, ignorat quo tempore semina seri, quo sata & aucta meti debeant, quo vites plantari, quo putari & purgari oporteat: quidve, æstas, autumnus, & hyems, inuicem cummune, quid proprium habeant. Non aduertit qualiter mentis viuacitate, non tantùm terrena, sed & cœlestia comprehendas: Lunæ, Solis, Mercurij, Veneris, Martis, Iouis, Saturni, quæ sunt antiquæ superstitionis vocabula, aliotúmque syderum cursus, loca, tempora, distinguas. Annorum, mensium, dierum, horarum, particularum punctorum, quantitates & spatia dijudices. Qualiter calore, frigore, humore, siccitate, vel dilatent, vel contrahant, vel humectent, vel desiccent. Qualiter res humanas rationis subtilitate discernas. Non disputat de cogitationibus tuis, non de verbis tuis, non de operibus tuis. Iudicat, non intellectu sed natura, aliquid tibi concessum esse, quod ipsi penetrare non liceat. Et ideirco, quamuis nihil horum intelligat: non murmurat, non recalcitrat, non sibi vniuersa pandi, tatione, expostulat: Sed sibi Domino obediens imperanti, absque quæstione his quæ iubentur obtemperat. Docet, (vt de vilioribus animalibus loquar,) asinus tuus, quid te velit facere Dominus Deus tuus, cuius si secreta penetrare volueris, eius iumentum esse non poteris, de quo Psalmus *iumentum factus sum apud te.* Serua ergo Deo tuo, quod tibi vis seruari ab asino tuo, neque altiora te quæsieris, vel fortiora te perscrutatus fueris, sed ea cogita semper, quæ Deus præcipit, & in multis operibus eius ne fueris curiosus. Et sicut idem Salomon ait, *Comede mei quod sufficit, ne fortè satiatus euomas illud,* quia secundum eundem, *qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Itémque *auerte oculos meos a me quia ipsi me auolare fecerunt.* Et iuxta Dauid. *Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus.* Hæc omnia maiestati Dei superbiam tuam, sapientiæ Dei stultitiam tuam, virtuti Dei infirmitatem tuam, vt dignum est, subiiciunt: neque aliquid contra ipsum, stultum loqui, vel non audendum audere permittunt.]

Missoliturgi, Ordo tertius Luscioforum circa Eucharistiam.

19. CLASSIS TERTIA Luscioforum circa Eucharistiam, eorum est qui negant, in confectione huius Sacramenti qualem Ecclesia frequentat, cerni verum & proprium sacrificium; qui error post explosam Berengarij figuram & impanationem exortus, vt late refert Petrus Cluniacensis contra Petrobusianos *ad quartum articulum*, superiore sæculo à Luthero instauratus est, tantâ ferociâ, vt quamuis panem cum Christi corpore impanato agnouerit; tamen Missam, (id omen ritui Christiani sacrificij & confectioni Euchatistiæ, vt dico in Onomastico V. *Missa*) confirmet sibi esse supra omnes abominationes nihilque magis se dolere dicat, quam quod per annos quindecim, Missas sacrificulus ereatus celebrauerit. Ita ille in sua Confessione, quam emisit anno 1528. Vsque eò autem frontem attriuit spurciloqua iste Apostata, vt libro de Missa primita, quem anno 1534. publicum fecit, professus impudenter sit, se à Diabolo, & quidem vigilantem, accepisse & hausisse doctrinam illam suam, de summa Missæ abominatione. Luthero adhæserunt præter Melanchthonem, Brentium. Illyricum, Kemnitium, & alios ex ipsius Lutheri ganea, reliqui quoque superiorris sæculi errones, præsertim Caluinus lib. 4. Iostitut. cap. 18. eiusque Symmistes Beza in sua Confessione cap. 7. §. 3. Huius ipsius erroris, suspectum Erasmum ob quædam eius verba in capit 13. Actuum Apostolorum, statuit Alphonsus de Castro V. *Missa* hæresi 2. vbi alios plerósque similiter infestos Christiano sacrificio hodierno, latè recenset. Sed vno verbo dici potest, omnes nuperos Sectarios, mirè in hoc puncto concordare.

Veritas contraria, id est quod quod in Missa offeratur Deo verum ac propriè dictum sacrificium, definita est in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 2. & omni probationum genere quàm exactissimè communitur à variis Catholicis, inter quos egregie posuere operam Bellarminus toto libro 1. de Missa Canus lib. 12. de locis cap. 13. Valentia 3. p. d. 6. q. 11. p. 1. Coccius t. 2. lib. 6. artic. 4. Alanus lib. de Missa & innumeri quos hi proferunt, vel vbiuis prostant. A quibus cum omnis generis argumenta in hanc rem addensentur, ego ex scripturis, & traditione, perpauca perstrinxisse contentus, tentabo Insciosis medicinam facere, & cœcos voluotarios, admota sacra ista chelidonia oculare.

Impugnati ex Verbo Dei.

20. Ex Scripturis suppetit vetus oraculum, quo sacrificium mundæ oblationis in omni loco offerendum & sacrificandum, Deus per Malachiam cap. 1. prænunciauit, vt dico in Onomastico V. *Oblatio munda*, vbi eam propheriam in Missa exquisitè complert, dilucidè monstro. Præiuerúntque multi apud Coccium t. 2. lib. 6. art. 6. Suppetit præterea, realis, (vt sic dicam,) propheta ex sacrificio Melchisedech, quem scriptura Genes. 14. ait *protulisse panem & vinum. Erat enim Sacerdos Dei altissimi.* Vbi particula

particula causalis *enim*, apertè insinuat, panem & vinum prolata fuisse à Melchisedecho in sacrificium, quod est Sacerdotis proprium munus & quamuis immutatio facta in pane quæ sacrificio intima est, in scriptura non explicetur; haud dubiè tamen fuerit adhibita, siue per incensionem partialem, siue per fractionem, aut comestionem. Atqui Christus Hebr. 7. & Psalm. 109. dicitur Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, & quidem non semel, sed in æternum, seu quamdiu durabit sacrificium; ita vt vt nullum vnquam sacrificium, sic successurum eius sacrificio secundùm ordinem siue secundùm ritum quo sacrificauit Melchisedech: semper enim Christus, quamdiu stabit mundus, tale sacrificium offeret; non per se, sed per Sacerdotes, in persona ipsius, & verbis ab eo præscriptis sacrificantes, vt exponunt innumeri Patres Patres adducti à variis quo signo in Onomastico V. *Vetustissima veterum.* Alia veteris Testamenti de hoc sacrificio loca, quibus variæ eius figuræ proponuntur, coacernant Bellarminus lib. 1. de Missa c. 7. & 8. ac Stephanos Durantus lib. 2. de ritibus c. 2.

21. Vrgentissimus ex nouo Testamento locus est, quo Christus post institutam Eucharistiam, addidit discipulis *hoc facite in meam commemorationem.* Nam Christus tunc sacrificauit, ac proinde Sacerdotes idipsum nunc facientes sacrificant. Christum tunc sacrificasse, docet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. & fuisse communissimam Patrum sententiam, monstrant Alanus lib. de Sacrificio c. 12. & Bellarm. lib. 1. de Missa cap. 12. ac Ægidius 3. p. q. 83. à n. 32. Cum enim primaria Sacerdotis functio sit sacrificium, nec dubium esse possit, quin Christus Sacerdos in æternum eam aliquando obiuerit ritu à Melchisedech adhibito, vt Psalmo 109. est prænunciatum; nullum aliud signati potest tempus quo ad eum modum sacrificauerit, quàm tempus suptemæ cœnæ, ptidiè quàm pateretur. Potuisset quidem Christus, panem & vinum consecrando, obire eam actionem absque intentione cultus diuini per recognitionem supremi dominij Deo competentis, quæ intentio est planè necessaria ad sacrificium. Quod tamen reuera Christus eam intentionem suo illi facto apposuerit, habet Ecclesiæ consensus, vnanimi Patrum traditione firmatus. Suppetitque ad id coniectura, eum ex actionis consecratiuæ aptitudine vt ad hunc finem assumeretur; tum ex sublatione oculorum inter eam exercendam; vt dicitur in Canone Missæ; tum denique ex tunc adhibita gratiarum actione; quæ insinuabat reddi Deo sacrificium laudis in eo opere, pro omnibus quæ Deus Christo retribuerat multiplicitet debitum. Accedit quod Christus instituens Eucharistiam, condidit Testamentum nouum, vt dico in Onomastico V. *Testamentum.* Vt ergo figuratum responderet figuræ, fuit planè consentaneum, adhiberi tunc à Christo sacrificium, sicut adhibitum fuerat in confectione veteris Testamenti, quæ obsignata est per sacrificium tunc peractum, & aspersionem sanguinis, iuxta illud Exodi 24. prout allegatur ab Apostolo Heb. 9. *hic est sanguis Testamenti, quem mandauit ad vos Deus.* Similiter ergo in Testamenti nouj confectione, sacrificium adhibitum est, sed incruentum, quod magna ex parte fuit ipsius nouj testamenti confectio, & donatio pretiosissimæ portionis bonorum Christis Testatoris.

Sectariis Luscosis colludium.

Verè igitur Christus in cœna vltima sacrificauit sacrificium incruentum; quod quia à Christo adhuc viatore exercendum, non promeruit redemptionem nostram sed à sacrificio Crucis, in quo solo ex Christi voluntate & Dei decreto, consummata est nostra redemptio. Promeruit tamen salutem nostram, tunc cum sacrificio cruento: quæ est illa *oblatio* in qua Christus, iuxta Apostolum *consummauit sanctificatos.* Vnde in sacrificio incruento, æquè ac in baptismo ante Christi mortem collato, facta est applicatio meritorum Christi iam inchoatorum, & in passione consummandorum. Cum itaque Christus in suprema cœna sacrificauerit, Sacerdotes iussi sint idipsum facere quod Christus fecit; non est dubium, quin Sacerdotes sacrificent, quando ritu ab Ecclesia ex Christi institutis probato celebrant sacrum, vt legimus fecisse. Apostolos Actor. 8. Nam quod Vulgatus ibi habet, *ministrantibus illis Domino*, Erasmus quem Aductarij vt Deum quendam Grammaticæ habent, vertit *sacrificantibus*, iuxta germanam notionem Græcæ vocis λειτουργοῦντων, de qua in Onomastico V. *Liturgia* quod est incruenti sacrificij nomen apud Græcos. Eandem recidere verbum *ministrandi*, quod Vulgatus Actor. 8. adhibuit, habetur ex Apostolo Hebr. 8. 9. 10. & confirmo in Onomast. V. *Ministerium.*

Verbum item *facendi* quod Christus Apostolos initians adhibuit, eandem notionem optimè suscipit, cum apud prophanos, tum in sacris literis. Apud prophanos sanè cum Græcos tum Romanos, *facere* idipsum sonat quod sacrificare. Ita de vsu Græcorum testatur Athenæus l. 14. cum ait; ὅτι παλαι τὸ θύειν ἔρδειν ἐλεγον; id est, [Veteres, *sacrificare* dixerunt *facere*] Romanis eandem fuisse notionem verbi *facio*, liquet ex vulgato illo Matonis versu.

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Id est cum vitulam pro frugibus sacrificaturo, adesto sacris epulis, vt Macrobius 3. Saturn. c. 2. notauit. Et idem sonat ea vox apud Plautum in Aulul. cum ait. [O fides: mussi congialem tibi faciam fidelsiam.] Nec non apud Iuuenalem eo versu Satyræ 9.

Pro populo faciens quantum Lanfella bibebat.

Tullius ipse in Orat. pro Muræna. [Nolite à sactis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem anellere.] Eandem esse notionem verbi *facio* in sacris literis posset innumeris exemplis demonstrari, si res ferret. Attingo perpauca 3. Reg. 18. ait Elias de Ptopheris Baal. *Eligant sibi bouem vnum, & ego faciam bouem alterum.* Et mox. *Eligite vobis bouem vnum, & sacrificate primi* Ezech. 43. *septem diebus facietis hircum, pro peccato, quotidie.* Leuit. 15. & Numer. 6. de turturibus aut pullis columbarum oblatis Sacerdoti, dicitur. *Faciet Sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum.* Quod de bobus repetitur. Num. 8. Immolatio Paschæ (sic enim eam nominat Matæus cap. 14 dicens *prima die Azymorum quando Pascha immolabant* Græcè est ἔθυον) exprimitur à Matthæo. verbo *faciendi.* Sic enim inducit loquentem Christum. *Apud te facio Pascha, cum discipulis meis.* Id est im-

moto

Sectio VI. Cap. I.

mono, aut sacrificio agnum halem similiter 1. Cor. 9. *operari in sacra* sumitur pro sacrificatione. Est festissimum verbum *faciendi* quod Christ adhibuit inuians Apostolos, subiectam habere sacrificandi notionem qualem etiam ostraui habete Actor. 8.

Manifestissim ex eo loco est, Ecclesiam iam ab initio habuisse sacrificos: quos Apostoli, ne pertuatio carnalis Sacerdotij Iudaici pusillos traheret, maluere *Presbyteros* appellare. Postdùm tameo euerso iam templo Hierosolymitano, eum præclusum est erroris periculum extra scrupulum dicti sunt *Sacerdotes*, quavox vsurpata est ab antiquissimis Patribus apud Bellarmiuum lib. 1. de Missa cap. 17. Nec tamen latebat Patres illos, dictum Apostoli Hebr 5. & 8. omnem Sacerdotem ad offerendas hostias donáque & sacrificia constitui. Ac proinde agnouerunt, & Ecclesiæ iam olim tradiderunt, Christum instituisse in Ecclesia sacrificos, qui hostiam incruentam offerrent. Quo spectat etiam vsus altarium ab initio Christianæ religionis receptissimus, vt fusè monstrant Cocciust. 8. lib. 6. artic. 9. & Durantus lib. 1. de Rit. cap. 15. Vulgatissimum sed in hanc rem efficacissimum testimonium S. Andreæ refertur in Epistola Presbyterorum Achaiæ de S. Apostoli martyrio, & allegatur à S. Vvolphelmo Epistola contra Berengarium tunc superstitem, scripta ad Meginhardum Abbatē Glandebacensem, in actis S. Vvolphelmi apud Surium 8 s. Aprilis. [Testatur (inquit,) Ecclesia Achaiæ. B. Andream Apostolum dicere. Ego omnipotenti Deo immaculatum Agnum quotidie sacrificio, & postquàm omnis populus etederitum. Agni carnes comederit, & sanguinem biberit, Agnus qui sacrificatus est, integer perseuerat & viuus.] Hoc telum declinare conati sunt aduersarij, arguendo eam Epistolam suppositionis & commenti. Sed tetudit eam fallam criminationem Bellarminus lib. de Euchar. cap. 1. & lib. de scriptor. sæculo 1. in fine, plenèque Andreas Saussayus peculiari lucubratione bipartita, subiuncta operi de S. Andrea. Constituta autē legitima autoritate Epistolæ, quam hi Autores rectè asserunt, nihilo faciendæ sunt argutiolæ Caluinianorum discussæ à Saussayo ea lucubratione part. 2. Sūt enim adeò futiles vt non sit cur in eis referendis ac tefellēdis tempus frustra teratur. Et alioqui verba sunt adeò plena, vt mirū sit, potuisse in eo scripto nodū quaterni, Itaque argumentū ex testimonio S. Andreæ petitū, pro veritate sacrificij Christiani in Euchatistia, est efficacissimum. Denique habemos antiquissimas complurium Patrum & quorundam Apostolorum Liturgias, eum Latinas à Pamelio, tum Græcas à Sanctesio collectas; alasque postea editas, vt Petri, ac Matei, & Iacobi, in quibus tam sæpè, iam disertè ac explicatè Christianum sacrificium exprimitur, vt non habeant Aduersarij quod dicant, nisi hos esse nævos Ecclesiam deformantes, ab hominibus supra Christi institutionem inductos. Quod de Apostolis & Apostolicis viris non dicerent, si seminis Apostolici traducem & superstitem rationis micam haberent.

Et ex ratione.

22. Ad extremum, non deest veritati Catholicę præsidium ex ratione. Nam in omni lege fuit sacrificium sensibile ac visibile, quo Respublica Deo supremum cultum deferret, publico nomine. Est enim sacrificium, suptemus cultus qui Deo exhiberi ab hominibus possit. Quis ergo sibi persuadeat, Christum voluisse, Ecclesiam suam destitui hoc tamen ornamento, & Dei placandi subsidio? Quod dico, sacrificium esse cultum supremum & Deo proprium, notatum iam supra est, agendo de splendore iustitiæ in Eucharistia: & oprimè quoque ad institutum probandi veritatem Christiani sacrificij, traditur à Petro Cluniacensi Epist. contra Petrobus. *ad quartum articulum* his præter cæteta. [Sacrificia ad illum tantum modo referuntur cui soli absque alio compattieipe exhibentur. Hæc enim sactificiorum seruitus, hic soli Deitati deferendus honor, hic diuinu tantum numini exhibendus cultus, omnem pro creatore respuit creaturam: quia sicut incommunicabilis est maiestas cui offertur, sic omnem respuit communionem etiam quod offertur. Signatur hac seruitutis proprietate, soli Deo subditus homo; vt nihil supra se inxta originis suæ conditionem, nisi Deum intueatur; à quo solo initium, & in quo indeficientem finem se habere cognoseens, vt autori, tectori: remuneratori subdatur, obediat. Signatur hoc exteriori obsequio, interiur animi affectus: qui nullatenus agnoseeretur, nisi signis extrinsecis indiearetur. Signatur hoc officio, vtraque hominis substantia subiecta Deo; vt cum illa deuorione Deum amplectitur, ista operatione Deo famuletur, totus homo ei subiectus esse monstretur: & vt veraciter dicere possit, *nónne Deo subiecta erit anima mea?* Et. *Cor meum & caro mea, exultauerunt in Deum viuum.* Ideireo nulli creaturæ, non dico inanimatæ, non dico insensibili, non dico irrationali, sed nec ipsi rationali & beatæ, sactificiis honorari concessum est. Non Angelo, non homini, nec ipsi altissimo ordini Seraphim, hoc datum est, quia signum quod inter mortales conditorem à conditis secernit, meritò semper incommunicatum permansit.] Vicissim autem in nulla vnquam Religione, antecedentibus Christum temporibus, defuisse hanc suptemæ subiectionis tesseram, latè ibidem confirmat idem Petrus, meritò concludens, incredibile censeri debere, in religione omnium petfectissima quæ Christum ipsum habet iustitutotem, desiderari hanc honoris emphasim, & pignus exquisitissimæ erga Deum subiectionis.

23. Cauillantur Aduersatij, sacrificium religioni Christianæ non deesse, nempe sactificeium crucis, quateus sactificium, non fuit sensibile, & iam pridem defecit, fuitque omnibus piis religionibus etiam legis naturæ ac scriptæ æquè comunne. At nos sacrificium quærimus, quod & sensibile sit. Et perpetuum, & religioni Christianæ peculiare. Tantum verò abest, vt veritas incruenti huius sacrificij quicquam detrahat.

quicquam detrahat de cruenti ſacrificij efficacitate, vt aduerſarij obgannant, vt potiùs eam extollat, reddáſque clariorem. Nam per ſacrificium cruentum, Chriſtus nobis infinita merita & ſatisfactiones comparauit. Vnde ea vnica oblatione ad pretium ditiſſima, ſufficientiſſimè redempti ſumus: ac proinde non eſt quod illud ſacrificium iteretur: fruſtra namque, & cum illius exuberatiſſimæ redemptionis iniuria, quæreretur noua redemptio. Id quod voluit Apoſtolus Hebr. 9. & 10. negans poſt crucis ſacrificium ſupereſſe Chriſtianis aliam hoſtiam, in quam rem latè eum excutiunt Alanus lib. de Miſſa cap. 22. & 23. Tutianus lib. 2. de Euchar. à cap. 10. & Ægidius 3. p. q. 83. à num. 60. Itaque ſacrificium incruentum quod iteramus, eò duntaxat tendit vt applicemus nobis redemptionem partam per cruentum ſacrificium in cruce ſemel oblatum, & illud efficiamus non modò quoad ſufficientiam fructuoſum (quod ex ſe habet) ſed etiam quoad efficaciam: ad quod & Sacramenta nobis relicta ſunt, & iſtud incruentum ſacrificium. Et poterat quidem Chriſtus, eam fructuum cruenti ſacrificij applicationem cutare per ſacrificia ſenſibilia cruenta, mutatione facta ſignificationis & efficaciæ: vt ita eum vetera carnalia ſacrificia eſſent exhibitiua Chriſti futuri, & ex opere operato eſsét egena elemẽta; per noua itẽ cruenta ſacrificia exhiberetur Chriſtus paſſus, ac fructus paſſionis Chriſti per ea applicaretur ex opere operato, vt fit in Sacramentis. Hoc Chriſto, præſtare fuiſſet facillimum. Tamen longè dignius Chriſto autore & Eccleſiæ honorificentius fuit, dati Eccleſiæ hoſtiam viuentem ac mundiſſimam, itémque pretij infiniti; quæ myſtico & impaſſibili modo offerretur, ad Deum in ſpiritu & veritate adorandum. Nam hanc adorationem à Chriſto tempori legis gratiæ deſponſam, in Miſſæ ſacrificio exhiberi, iam ſupra monſtratum eſt tractando ſplendorem religionis in Euchariſtia. Quamuis porrò hoc ſacrificium ſæpiùs offeratur, & per diuerſas immolationes ac ſacrificationes; tamen ob rei oblatæ identitatem & vnitatem, vnicum ſemper eſt ſacrificium. In quem ſenſum omnia ab Apoſtolo diſputata Hebr. 9. ac 10. de vnitate Chriſtianæ hoſtiæ, accipit S. Damaſcenus homil. de Corp. Dom. Quod item Apoſtolus eadem Epiſtola ait, Chriſtum *per proprium ſanguinem introiſſe in ſancta*, de Chriſtiano ſacrificio in quo Chriſtus de hoſtia ſua participando in ſeipſum intrauit, exponit Villagagnonius toto libro de poculo ſanguinis.

CAPVT II.

Monita Sacerdotibus Lychnuchis.

1. LYchnochoas voco, geſtatores candelabri. Sic enim Matthæos à Roa lib. 2. ſingul. cap. 16. interpretatus eſt illud Sueton. cap. 37. Iulij Cæſaris triumphum deſcribentis. [Aſcendit Capitolium, ad lumina, quadraginta elephantibus Lychnuchos geſtantibus.] Quanquam Caſaubonus ibi, num 33. ſimplicem *Lychnuchi* notionem pro candelabro retinet. Quandoquidem ergo Euchariſtia vt hactenus monſtraui, eſt candelabrum ſanctum ſeptiluſtre, *Lychnuchos* appello geſtatores Euchariſtiæ, ſiue eam alijs deferant ac porrigant, cuiuſmodi ſunt Sacerdotes ſacrificantes, ſiue intra ſeipſos tantùm excipiant, facti *Chriſtophori*, vt loquitur Cyrillus Hieroſol. Catech. 4. myſtag. Vtriſque monita quædam ex antedictis eruenda, ſuppeditare placet, quæ collyria quoque nominari nihil vetabit. Nam vtriqoe, niſi rectè partes ſuas obeunt, cœcutiunt, & nomine *Iſraelis*; ſiue Deum hîc videntis excidunt, vt pulchrè monſtrat Paſchaſius lib. de Sacram. cap. 8. Auſpicemur à Sacerdotibus. Optimè eos hinc admonuit Stapletonius Orat. 10. Academ. Nos alia inſiſtemus via. Et Sanctus quidem Iſidorus Peluſiota l. 2. Epiſtola 32. Sacerdotem nun cum Lychnucho ſed cum Lychno componit: Ait enim. [Deus lucernam, hoc eſt Sacerdotem, accendit, atque candelabro imponit; hoc eſt ſuæ lucem ferenti cathedræ: vt & dogmatum & actionum ab omni caligine liberatum ſplendorem, Eccleſiæ fulgetræ inſtar afferat: quo nimirum plebs viuifici fulgoris radios ſpectaos; ad eos ſeſe dirigat, pstriſque luminum gloriam prædicet.] Non incommodè tamen, Sacerdotes vt Lychnuchos ſpectabimus, aptato ad Chriſtum quem geſtant *lucernæ* nomine in plerisque Scripturis eidem tributo, de quo alibi.

Monita Sacerdotibus.

Quanta ſanctitate fulgere debeat Chriſtianus Sacerdos prout ſacrificans.

Admonendi ſunt Sacerdotes, vt æſtiment ad quod & quantum miniſterium ſint vocati; nempè ad ſummum opus quod obiri in orbe poſſit; ad verticem miniſteriorum quæ homo poſſit exercere, vno verbo ad ſacrificium. Id enim iure præcipuo, ac excluſis planè quibuſvis alijs, reſeruatur Sacerdotibus contra fatuitatem nonnullorum qui olim arbitrati ſunt quoſcunque verba conſecrationis proferentes, conſecrare; vt latè refert ac reijcit Iuo Epiſtola 63. Item contra ioſulſitatem Lutheri, qui omnes æquè Chriſtianos, etiam fœminas, Sacerdotio & Chriſti corporis conficiendi poteſtate gaudere; effutiuit; Refinxit etiam hanc hæreſim nudius tertius Bstauus quidam, reiectus à Petauio Tract. de poteſt. conſecrandi. Sed eſt error exploratus, contra perpetuam Eccleſiæ traditionem, pro qua latè certant Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 16. Suares t. 3. 3. p. d. 61. ſect. 3. Vaſquea 3. p. d. 219. cap. 2. Dutantus 2. de Ritibus cap. 3. & Scortia lib. 2. de Miſſa cap. 5.

Sacrificium porrò nouæ legis, ſiue ſpectetur quatenus ſacrificium tale, ſanctitatem inſigniter omnino prouectam depoſcit à Sacerdote; Nam provt ſacrificium, eſt ſupremus actus Reginæ moralium virtutum, ſiue Religionis, quo ſecluſo Religio vniuerſa peſſundaretur, quod timuiſſe Capharnaitas manducationem victimæ noſtræ audientes, norauit creditus Cyprianus ſerm. de Cœna Dom. num. 6. Hæc ſuprema religionis functio, qua Reſpublica nomine publico defert Deo honorem, in omni lege loco eum habuit, vt ſuperioti capite diximus: & qui eam Chriſtianæ Religioni eripere tentant; ſummam ingratitudinem, & honoris Dei inter mortales penutiam tentant inducere, iuxta Petrum Cluniacenſem Epiſt. contra Petrobuſ. *ad quartum articulum*. Ad hoiſmodi ergo miniſterium, quo ex ſuo genere nullum eſt in Re-

Sectio VI. Cap. II.

ligione sublimius, vocantur Sacerdotes: & quidem soli, abrogata Reipublicæ facultate, qua in lege naturæ potiebatur, designandi ad sacrificandum quoscunque censeret idoneos. Nunc enim in lege noua, potestas illa ex Christi Principis supremi voluntate, ad solos Sacerdotes rite initiatos attactur: nec est vllius, tantum sibi honorem sumere, sed illius duntaxat qui vocatur à Deo tanquã Aaron. Idque agnoscentes mali Sacerdotes apud D. Augustinum serm. 49. de Verb. Dom. cap. 7. peruertebant Euangelicam illam sententiam *quæ faciunt facere nolite*, dicentes hæc verba spectare sacrificium solis Sacerdotibus concessum, non spectare autem ad opera praua quæ facerent, in quibus imitatione exprimendi non essent. Quam interpretationis insulsitatem S. Augustinus ibidem cap. 8. manifestè reuincit ex ipso contextu; non negat tamen, imo apertè supponit verum esse, quod Sacerdotes illi improbi dixerant, ipsorum esse seclusis quibusuis alijs ritu Christiano sacrificare. In quo discrimen quoddam antiquæ legis à noua, egregiè notauit Isidorus Pelus. lib. 3. Epist. 75. Notans tamen in lege noua vnumquemque suo corpore immolando, statui Sacerdotem. Summus ergo vel ex hoc solo capite debet esse Sacerdotum nitor, quod immolando & offerendo sacrificio, soli addicantur.

2. Quatenus verò sacrificium quod exhibent Christiani Sacerdotes, est tale sacrificium; mirum quantum augescit sublimitas ministerij, ad quod sunt diuinitùs delecti. Nam Christianum sacrificium quâ tale, continet infinitam dignitatem, & spectatis omnibus quæ in quocunque sacrificio spectari possunt, nempè victima, Sacerdote offerente, & offerendi modo, immensa claritate præfulget. Victima hîc oblata, est ipse Christus, Deus & homo: qui idem est offerens primarius, quia Sacerdos non offert propriè nisi in persona Christi, & provt fungens Sacerdotio cum Christo, vt dixit Nazianzenus Orat. 1. Modus denique offerendi in hoc sacrificio, est perfectissimus. Nam & holocausti cruenti in cruce exhibiti repræsentationem omnibus sacrificijs ex Dei institutione communem, perfectissimè omnium continet, & efficitur immediatè à Deo ipso, vt causa physica, per actionem eminentissimam; reproductionem scilicet corporis & animæ & vnionis hypostaticæ Christi Domini, & cum modo essendi corporibus admodùm indebito, nempè per positionem corporis ad modum Spiritus sub tota specierum quantitate, & singulis eiusdem quantitatis partibus; nec semel tantùm aut alicubi, sed toties ac vbilibet, quoties & vbi facta fuerit consecratio. Fit in hoc sacrificio luculenta professio diuini in omnes Dominij, per ipsiusmet Christi immolationem in honorem Dei, ac contestationem nostræ ad Deum subjectionis: cum grata commemoratione beneficiorum diuinorum, & eximia pro eis gratiarum actione per exhibitionem pretij nostri; nec absque abstersione rearus & apratione ad quarumcunque macularum elutionem; subministratis ad id congruentibus auxilijs. Atque ita adunatur in hoc sacrificio varietas illa antiquorum sacrificiorum, ad Dei honotem bonúmque fidelium institutorum, quorum aliqua præcisè Deo honorando, alia insuper agendis Deo gratijs, nonnulla expiandis peccatis, & propitiando numini deseruiebant: Estque hæc omnium illorum sacrificiorum consummatio atque perfectio, vt docet Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. Indidem quoque constare potest, de varijs bonis quæ hoc sacrificio conferuntur. Nam & propitiatorium, siue satisfactorium est, & quidem ex opere operato: nec pro viuis tantùm, sed etiam pro defunctis. Et est etiam efficacissimè impetratorium, ob exhibitum Patri gratiosissimum filium, in statu qui Patri acceptissimus & fragrantissimus fuit, propter actus heroicos quibus eò deuentum est; cuius status viua repræsentatio continetur in hoc sacrificio. Vnde est Deo gratissimum, & quidem tantoperè, vt non videatur dubitandum, quin mundus alioqui ob scelera in dies exscidendus, conseruetur eius interuentu. Et confirmatur validè ea coniectura, quia hoc sacrificio funditus per Antichristum abrogato, vt Daniel vaticinatus est, orbis pessum ibit, & adducetur consummatio. Panes propositionis ponebantur ante faciem Domini, iuxta Originem homil. 13. in Leuit. [Quo velut exoratio quædam & supplicatio per hæc, pro singulis fieri videatur. Sed parua satis & renuis est huiusmodi intercessio. Quantum enim proficit ad repropitiandum, vbi vniuscuiusque tribus per panem fructus, per fructus opera consideranda sunt. Sed si refertantur hæc ad mysterij magnitudinem, inuenies commemorationem istam habere ingentis repropitiationis effectum, si redeas ad illum panem qui de cœlo descendit, & dat huic mundo vitam, illum panem propitiationis, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine eius; & si respicias ad illam commemotationem de qua dicit Dominus. *Hoc facite in meam commemorationem*, inuenies quod ista est commemoratio sola quæ propitium facit hominibus Deum. Si ergo intentiùs Ecclesiastica mysteria recorderis, in his quæ lex scribit, futuræ veritatis inuenies imaginem præformatam.]

3. Ex his manifestè eruitur, ad quantam sanctitatem, quámque eximium animæ & corporis nitorem, obstringantur Sacerdotes Christiani, vi sui ministerij. Optimè id expressit Sanctus Ambrosius lib. de Viduis, agens de Socru Simonis, Christo ministrante post curationem: quam esse sacræ potionæ imaginem, sic confirmat. [Ergo voluntas illa quæ primò variatum cupiditatum æstibus madefacta languebat, postea per Apostolatus officium, in ministerium Christi iam robusta surrexit. Simul qualis esse debeat quæ Christo ministrat, ostenditur. Oportet eam primò carere variatum illecebris voluptatum, vitare internum corpotis animique languorem; vt corpus & sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis æger, miniméque sanus, immortalium sanitatum remedia ministrare. Vide quid agas Sacerdos; nec febrienti manu, corpus Christi attingas. Priùs cutare, vt ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant Leprosi, Christus iuber occurrere Sacerdotibus, quantò magis mundum ipsum conuenit esse Sacerdotem? Non habet igitur quod molestè ferat vlla vidua, quod sibi non pepercerim, quando nec mihi parco. *Socrexit itaque Petri*

Petri (inquit,) *sacrum, & ministrabat illis.* Et benè *surrexit.* Sacramenti enim typum, Apostolica iam gratia ministrabat. Proprium est autem surgere Christi ministros, iuxta quod scriptum est, *surge qui dormis, & exurge à mortuis.*]

Imitatus Gregorium Nazianzenum Orat. 44. quæ est de Pentecoste, Iuo Carnotensis Epist. 63. hanc excellitatem & sublimitatem vitæ Christianorum Sacerdotum, præsignificatam putat prima Sacramenti Eucharistiæ confectione in cœnaculo, quod ait situm fuisse in celsiore parte domus. Ira enim planè fert vox *cœnaculi*, quam Euangelistæ adhibuerunt. Vnde Tertullianus lib. contra Valent. cap. 7. *alti cœnaculacœli*, ex Ennio memorat. Et S. Hieronymus in Epistolam ad Philemo. Situm in plano, contraponit situi in cœnaculo. Ipse Tullius Orat. pro Mutæna, Romam altam & cœnaculis suspensam dixit. Nec aliter Varro lib. 4. de Ling. Lat. Vox Græca apud Euangelistas est ὑπερῶον. Quæ vox idipsum fert quod Actor. 1. (cum de cœnaculo agitur in quod Apostoli conuenerant,) ὑπερῶον, ideſt superior pars domus: quæ item aliquando οἴκημα dicta; vnde fabula de Helena ex ouo excluſa, quia in alto & edito domus loco nata & edueata fuerat, vt notauit Adrianus Iuniùs. Ac proinde iure Nazianzenus & Iuo, Eucharistiam in suptema domus parte confectam à Christo statuunt, & sublimissimam esse oportere Sacerdotis vitam inferunt, & quâ Christum immolat, & quâ pro populo, obit legationem ad Deum.

Quantus Sacerdotis nitor esse debeat, penes Christi immolationem.

4. Priua caput egregiè expendit Petrus Blesensis, nec semel serm. 47. ait ex hoc capite, Sacerdotem esse Christi coadjutorem in opere Redemptionis. Nam vt Blesensis ibi ait; [In opere crearionis non fuit qui adjuuaret spiritum Domini, aut consiliarius eius esset. In mysterio verò Redemptionis nostræ, voluit habere coadjutores, dicens, *hoc facite in meam commemorationem.* Est ergo Sacerdos coadjutor Redemptoris, consiliarius Domini Sabaoth; cuius consilij offensi tedeunt in gratiam Dei sui. Hic est dapifer mensæ Christi, offerens Patris eibum consetnis, cuius verbum accedit ad elementum, & fit Sacramentum. Eius manu conficitur medicamentum medicatum sapienter, quo restituuntur sanitati, vulnerari à serpente.] Idem Blesensis Epist. 123. [Scio & aperiè profiteor, tempore immolationis, in ipsa hora incensi, cœlos ad vocem Sacerdotis aperiri, Angelos præsentes assistere, vnum & idem ex visibilibus & inuisibilibus fieri, & operatione sancti Spiritus terrena cœlestibus iungi. Magnum itaque hoc est Sacramentum, supra omnem æstimationem; supra omnem intelligentiam, supra omnem eminentiam: in quo salus est mundi, pretium sæculi, pretium sine pretio, pretium impretiabile. De ipso Apostolus loquens, *Magnum est* (inquit,) *Sacramentum hoc pietatis, manifestatum in carne, iustificatum in spiritu, quod apparuit Angelis, praedicatum est gentibus, creditum mundo, assumptum in gloria.* Verbum Prophetæ est, *mundamini qui fertis vasa Domini.* Quanto mundiores esse oportet, qui in manibus, & in corpore portant Christum.] Qui-

bus Apostolus dicit, *Empti estis pretio magno, glorificate & portate Christum in corpore vestro.* Sacerdotem hoc sentire oportet, quod & in Christo Iesv, non solùm vt se per humilitatem exinaniat, sed vt crocifixionem Domini repræsentans, stigmata eius potter in cotpote suo, & iti ara eordis seipsum Domino crucifigat. Verbum Salomonis est, *Sedisti ad mensam diuitis, scito quia eadem te præparare oportet.* Nam & in Leuitico Sacerdos pellem hostiæ retinet; quia otdo Sacerdotalis expostulat, vt dum in mensa altaris hostiam immolat salutarem, quadam contritionis cruee, hostiæ se conformet. Olim Paschalis agnus non comedebatur, nisi cum lactucis agrestibus & amaris: præcingebantur etiam renes, in quo & amaritudo pœnitentiæ, & continentiæ munditia designatur. In vtroque etiam poste, sanguis Agni ponebatur: vt Sacerdos Sactamenrum Dominicæ passionis, non solùm ore ad Redemptionem, sed eotde ad imitationem suscipiat: quia tum demum ei hostia proderit, si seipsum hostiam faciens, velit humiliter & efficaciter imitari quod agit.]

Monita Sacerdotibus.

5. Similia illa ex carmine de Eucha. *in fine.*

Christum quotidie deuotio Presbyterorum
Mactat in altari, mactator & ipse sacrorum.
Panis fermentum vitæ, vinumque sacratur
In cruce suspensus Saluator commemoratur.
Ara crucis lignum, signatque calix monumentũ.
Hic obit, hic dormit, Christus: dat vtrumque momentum.
Agnus in hac, leo fortis in hoc surrexit, & alee
Astrapetens, aquilas, trahit ad se spirituales.
Ergo bonus sacrifex, quoties hoc sacra recenset.
Vt se conformet Christo, carnis cruce penset.
Cum vitijs crucifixa caro, prius emoriatur.
Vnificata Deo mens surgat, eumque sequatur.
Sic benè commoritur, consurgit ei quoque vivit.
Sicque redemptus abit, home quo suus auctor abiuit.

En quò proiectam velit sanctitatem Sacerdotis, ex eo quod Christum immoler, & mysterium mortis ac Passionis Christi repatet. Tandem Epist. 86. [Peccamus quidem assiduè, & vbi continuantur peccata, continuum oportet esse peecati temedium. Vetuntamen mundi pterium impretiabile, communémque humanæ salutis hostiam, nisi in Spiritu humilitaris & corde contrito, immolate non licet. Mors in olla est, nisi Eliæi fatinula condiatur. Olim anima quæ certis tempotibus afflicta non etat, exterminabatur de populo suo: nec celebtabatur Agni Paschalis sacrificium, ni in amatitudine agrestium lactuearũ. Magnũ est Sacramentum, & nunquam nisi cotde contrito & humili est celebrandum. *Magnum est* dicit Apostolus, *Sacramentum hoc pietatis, manifestatur quidem in carne, iustificatum in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum in gloria.* Teste Ambtosio, nunquam nisi puro corde, & mundis manibus, & contritione deuota, offerenda est hostia in qua est salus mundi.] Solari radio putiores in Sacerdote manus depoſcebat Sanct. Chrysostomus homil. 83. in Matthæ. *in morali.* Eum námque nitorem, decere affirmat manus Christum contrectatutas & diuisuras ratione specierum, Qua in re Sanctus Chtysostomus non debet videri vsus auxesi; idque non diffitebitur quisquis cum Philone consideauerit, quantus nitor

Sect. VI. Cap. II.

manus in antiquis Sacerdotibus exigeretur vt pecudes immolarent. Expendit Philo libro de Victimis, cur sacrificus iuberetur manus imponere capiti victimarum, Respondet autem. [Quod manus imponuntur capiti victimæ, euidens iudicium est innocentiæ, vitæque sine culpa exactæ, iuxta naturæ leges & diuina oracula. Postulat enim Deus à sacrificante, primùm bonam mentem, sanctam, & in pietate exercitam: deinde vitam benefactis ornatam vt dum manus imponit, possit libera conscientia dicere; manus hæ nec muneribus corruptæ, nec innocenti sanguine pollutæ sunt: noxam, injuriam, vulnus, vim, intulerunt nemini; nulli rei turpi præbuerunt ministerium, sed rebus honestis ac vtilibus, quæ viris iustis, honestis, sapientibúsque probantur.] Quam ergo manuum, ideſt operum sanctimoniam, depoſcet à Christiano Sacerdote immolatio Christi?

Hæc considerans Autor Tractatus de Institutione Sacerdotum Bernardi nomen præferens, sed certè alius à Clarauallensi 2. p. quæ est de Eucharistia cap. 8. præfatus de Verbi corporati claritate; [Non tempore decrescit, nec tempore minuitur, nullo euentu obscutatur; splender æquè cum est in altari, vt in sublimitate cœli; non minùs radiat cum est in manibus Sacerdotis, quàm in sinu Dei Patris.] Hæc inquam præfatus Autor ille, subdit continenter, alloquens Sacerdotem tanto ministerio addictum. [Gloriate sed in Domino, Sacerdos Dei altissimi. Dignitatem tuam considera, intuere mortalibus oculis eminentiam, cogita prærogatiuam tuam, vide sortem tuam. Certè funea ceciderunt tibi in præclaris, si hæreditatem tuam præclaram non negligis. Attende quantum Deus tuus te extulit, quantum præ omnibus creaturis sublimauit. Oratio tua munda sit, quia datur locus voci tuæ in cœlo, cum ritè assistis sacris altaribus, cum sanctissimum mysterium cœlestis sacrificij celebrare intendis. Ad vocem tuam prolatam, ad verbum tuum viuificum, ad Postulationem tuam salutarem, summus Pater cuius nutu omnia subsistunt, quem indesinenter laudant Angeli, cui iubilant astra matutina, quem adorant Dominationes, quem tremunt potestates, qui respicit terram & facit eam tremere, qui facit mirabilia magna solus; Ipse inquam, tantus, tam immensus, dulcissimum Filium suum deponit, & manibus tuis imponit; Transmittit ab altissimis, & digitis tuis immittit. Ibi bulocaustum tuum pinguefit, plusquam in millibus agnorum, & arietum pinguium.] Composuit consequenter hoc sacrificium cum ijs quæ olim acceptissima Deo fuisse prædicantur, & supra omnem comparationem antefert. Vnde quanta & quàm sublimis sit Sacerdotis potestas quæ ne in Angelos quidem cadit, ac proinde quanta vitæ puritas, quantus splendor morum Sacerdotem Christianum deceat, in consequentibus demonstrat: Nec malè Pseudo Augustinus serm. 37. ad suos Eremitas, nisi quod extremum sermonem fabulis Æthiopicis coatominat. Videndus etiam S. Francisci Epistola 88.

Sunt hæc ab adductis Patribus proposita in hanc sententiam, prorsus insignia. Vt tamen verum fatear, vspiam memini legere aptiùs & fortiùs in hanc rem philosophantem, quàm fecerit Theophanes Nicænus Epistola 3. quæ est de Sacerdotij præcellentia. Ibi postquàm euexit potestatem Sacerdotij ad maiorem sublimitatem quàm si concessum esset Sacerdoti, in momento cœlos & Angelos creare, quantus inde nitor & quàm sublimis sanctitas Sacerdotem deceat, optimè infert. Addit verò. [si millies profectò illi quotidie pro Christo mori liceret, adhuc tamen minimè dignum opus faceret, quo tanti muneris gratiam compensaret. At Sacerdotis opera, maiore his multo, ac sine vlla comparatione præstantiore esse, obiensum est. Qualem igitur esse deceat eum qui Sacerdotij gratiam accepit, quàm diuinum ac penè cœlestem, hinc perpendere licet Christi certè esse debet perfectissimus imitator, illiúsque in carne primi Pontificis, atque horum sacrorum Sacerdotis & iniriatoris sequi vestigia. Quo circa haud erraret aliquis ô dilecti, si diceret, Sacerdotium esse Dei effectricem virtutem, vel diuinam scientiam, pro fine habentem, vt hominem efficiat Deum secundùm gratiam, conformem verò imagini Filij Dei secundùm naturam; idque per signa quædam tanquam per instrumenta, panem verò & vinum aqua cummixtum in corpus & sanguinem Dominicum transmutet, renatósque homines per Baptismum capiti Christo vt membra conglutinet. Quare cum nemo carnis vinculis detentus, verè dignus administrator horum supernaturaliũ mysteriorum inueniri possit; (etenim & Angelis ipsis desiderabilia hæc sunt & formidanda) puritatem saltem quam acquirere hominibus datur, contemnere aut reijcere, nec pro viribus conari Saluatoris in terris vitæ institutum imitandum sibi proponere, id certè ingrati erit animi dipinatúmque rerum contemptoris; ideóque intoletabili supplicio. Cui námque datum est multum, multum etiam exigetur ab eo.] Addit, quantus nitor corporeus index interni, deposceretur in antiquæ legis Sacerdotibus non nisi pecuinas bostias offerentibus; vnde concludit, quanta esse debeat sanctitas Christiani Sacerdotis, quanto differentius præ illis hæreditauit Sacerdotium, quo Christum ipsum immolat atque producit. Quod est illud ipsum in hanc rem argumentum, quo confirmabam necessitatem summi nitoris interni in Sacerdote Christiano, ad Aaronicum comparato; cui Philo tantam sanctimoniam deposcebat. Idque rursus infra vrgebo ex S. Basilio.

Quantus item penes legati munus, quod obit.

6. Nec minorem ab eo sanctitatem exigit munus Legati apud Deum, quo Christianus Sacerdos interuentu eiusdem diuinæ hostiæ fungitur, vt est in homilia de Adam & Eua. Sic verò hoc argumentum vrget Petrus Blesensis serm. 38. [Sacerdotes tales esse debent, vt pro peccatoribus intercedant ad Dominum, pióque interuentu confugere faciant populum ab irato ad placatum: Vnde illud, *cum peccauerit, offert hostiam pro peccato: Sacerdos autem orat pro eo.* In negotijs exterioribus, quam plurimum cauetur, ne is qui ad interueniendum eligitur, offensus Iudici iocemiatur. Malè enim pro alijs constituit se intercessorem, qui in seipso Iudicem offendere non timuit. Temerarius est, qui patronum in eo negotio se exhibet, in quo

&

& ipse pattono indiget. Corpus Domini conficiunt, sumunt, suimendum aliis tribuunt. Eorum ministerio panis & vinum in carnem Christi transsubstantiantur. Magna debet eorum sanctitas esse, quorum dignitas in tam sanctis habet efficaciam.]

Diuinè planè hanc rationem proponit Sanctus Chrysostomus lib. 6. de Sacerd. [Eum (inquit,) qui pto ciuitate tota; quid dico, *ciuitate*? Imo verò pro vniuerso terrarum orbe, legitus intercedit,] deprecatórque est apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modò, sed etiam mortuorum peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? Equidem neque Molis, neque Eliæ fiduciam, sore vnquam satis putauerim ad supplicationem huiusmodi peragendam; quandoquidem quasi mundus illi vniuersus concreditus, atque adeò omnium sit Pater, sic ad Deum ipse accedit, deprecans quicquid vbique bellorum est, extingui, rurbas solui, atque in horum locum, pacem ac felicem rerum statum succedere; denique celerem malorum vnicuique imminentium, quâ ptiuatim, quâ publicè, defunctionem postulans. Potrò illum ipsum oportet tanto omnibus in rebus ijs præstare pto quibus intercedit, quantum par est, vt subditos præfectus excellat.]

Merita Sacerdotis.

7. Hoc item voluit Philo Catpathius ad illud Canticor. *Collum tuum sicut turris eburnea.* Nam quia colli est connectere, rectè quadrat legato colli symbolum. Ait ergo Philo. [Per collum putissimotum mandatorum Dei, vitidam ac mundam obseruationem, integrámque iustitiam, & vinculum sanctissimum, ac nexum fidelis animæ & Iesv Christi, significat. Siquidem Ecclesiæ caput, Christus est: huic sancta omnia fidelium membta fitmissimè adhæretent, ijque præcipuè qui ministri fideles, diuinissimum eius corpus administrant, & sanguinem salutis æternæ, Christiano populo salutarem cibum ac potum, ijs solum notum qui gustarunt. Vt enim collum capiti proximum est atque coniunctum, sic veti Ministri Dei, sactatissimo corpori ac sanguini Iesv Chr. sanctissimè atque proximè adhærent, sùntque ipsius collum maximè eburneum, quoties pura conscientia & synceta animi charitate, diuina ipsa mysteria immaculatè celebrant atque contrectant vnà cum Diaconibus. *Eburnei* igitur *collum*, dicuntur esse Sacerdotes atque ministri; quemadmodùm supra *pyxis eburnea* dicebatur, qui sordes animę nullas admittăr, sed honestissima vita ac motibus, diuinissimis Sactamẽtis immaculatissimè ministrẽt.]

Qualis penes hoc munus debeat esse Christianus Sacerdos, describir in hunc modum creditus Bernatdus serm. de Dignit. Sacerd. [Hîc ambulamus per fidem, necdum per speciem. Interim deliciari & gaudere debemus in Sacramento altaris, in cuius confectione fidelis ministet, inuenit seipsum in medio Partis & Filij & Spiritus sancti astantibus etiam ex omni latere supernis ordinibus. Sacramentum prænobile, mysterium superexcellentis gloriæ affectat & requitit plurimùm festiuam celebritatem tam illustrium personatum. Quicquid de ascensu Sacerdotis in illa hota seu profectu cogitati potest vel dici, longè infra dignitatem veritatis est. Ibi delicatus animus boni Sacerdotis, seipso altior effectus conatur, festinat, ascendit, crescit desiderium; & quanto magis surstim tollitur, tanto amplius extenuatur; ita vt omnem terrenæ concupiscentiæ nebulam euaporans, totus spititualis hominem in homine exuat, & in abscondito faciei Domini glotietur. Nec enim ab intuitu propitiatorij ni sancta sanctorum mens pia thutificans & deuotio sanctificans prolibetur.]

Quantus denique, penes vtrúmque illud munus, communiter.

8. Penes vttumque munus quod Sacerdoti Christiano assignauimus nemo non vider Sacerdotem Christo Sacerdoti summo coniungi in obeundo gemino illo munere. Ideóque vt notat S. Ambrosi. lib. 4. de Sactam. cap. 4. & Petrus Blesensis carm. de Euchar. cap. 7. ac Bessarion Tractat. de Verbis consectationis Sacerdos sacrificans & causam genetis humani cum Deo tractans non sua sed Christi verba vsurpat & in eius persona loquitur. Inde verò supra omnem modum extollitur dignitas Christiani Sacetdotis, aperiúrque summa necessitas superexcellentis in eo sanctitatis. Sanè Nazianzenus Orat. 1. monstrans Sacerdotium esse tem arduam nec dignum eo nomine Sacerdotem esse effortatu facilem hinc conficit augmentationem. [Quis est (inquit,) qui vetitatis propugnatorem, vnius diecúlæ spatio, velut & luto statuam fingit? Illum inquam qui cum Angelis stabit, cum Atchangelis gloriscabit, ad supernum altate sactificio transmittet, cum Christo Sacerdotio fungetur, figmentum instauratabit, imaginem exhibebit, supetno mundo opificem aget, & vt quod maius est, dicam, Deus erit, aliósque Deos efficiet?] Et inferiùs. [Hæc cum ego nossem, illúdque insuper, neminem magno & Deo & sactificio dignum esse, nisi qui priùs seipsum Deo hostiam viuentem, sanctam exhibuerit, ac rationabile obsequium, gratum atque acceptum ostenderit, Deóque sacrificium laudis ac spiritum contritum obtulerit (quod solum sactificium, is qui omnia dedit à nobis exposcit;) quo tandem modo externum illud sacrificium, magnorum mysteriorum antitypum, ipsi offerre auderem, aut quomodo Sacerdotis habitum & nomen subire, priusquàm sanctis operibus manus purificassem; priusquàm rebus creatis, sanè ad Creatoris solùm admirationem, non autem ad figmenti damnum aspiciendis, oculos assuefecissent; priusquàm per Domini disciplinam aures meæ saris apertæ fuissent, & mihi adjuncta esset anticula, quæ non grauiter audire posset, atque aurea inauris pretiosę sardio alligata; hoc est sapientis sermo auri rectè audienti; priusquàm os, labia, & lingua, illud quidem apertum fuisset ac spiritum attrahissem, aut dilatatum & impletum Spiritu, exponendis mysterijs & dogmatibus; Hæc autem diuino sensu, (vt Sapientiæ verbis vtar,) ligata fuissent: Addam etiam, tempestiuè soluta; ac denique lingua, exultatione impleta fuisset, diuinæque melodiæ plectrũ effecta, à gloria excitata, diluculo exurgens atque eoúsque laborans, vt faucibus ipsis adhæreret: Priusquàm statuti essent ad pectam pedes mei, perfecti tanquam cetuorum, mesique secundùm Deum gressus directi essent, ita, vt nec penè nec vllo omnino modo

Sectio VI. Cap. II.

effunderentur. Prius denique quàm omnia membra, iustitiæ arma effecta fuisseot, ornémque mortalitatem abiecissent, à vita scilicet absorptam, ac spiritui cedentem.] S. Cyrillus lib. 9. de adorat. huc refert iodictam ablutionem manuum ac pedum Aaroni & administris, vnà cum eo ingressuris tabernaculum ad sacra munera procuranda, ni exterminati à Deo velint, malè respondentes tanto muneri. Qua ablutione manuum ac pedum, operum quotumcumque ac veluti incessuum ad vnamquámque tem getendam, summum nitotem exigi contestatur. Imo S. Dionysius cap. de Communione, nostros Sacerdotes super sacrificium, ait, non manus sed extremos digitos abluere, vt necessariam esse sacrificanti, vel minimarum animæ imaginationum purgationem, fiat manifestum.

Infamia nonnullorum Sacerdotum, castigata.

9. Appatet quàm hi DD. tantam in Sacerdote integritatem, vitæ morúmque perfectionem, vi propositorum munerum postolantes, abhorruerunt ab illa quorundam Sacerdotum in conficiendo Christiano sacrificio plena horroria indignitate, qna immundi & sordentes, ac infamibus respersi macolis; aut si terrioribus notis vacant, certè malè comparati, nec detersi labeculis minotibus, aodent ad altare sacrificaturi accedere. Quæ profanitas & abusio, vtinam ne in eos quidem caderet quos maximè dedecet, professores pietatis. Sic enim lego apud Hugonem de Folieto lib. 2. de Claustro animæ cap. 24. [Vltimam de duodecim abusionibus claostri habens in manibus, ad eam discutiendam pauca dicturus accedo, qui mè solum inter cæteros oegligentiotem in hac parte reperio. Qui licet ablutis manibos, lota facie, albis vestibus indutus, accedam ad altare, tameo peruersus opere, ore pollotus, immundus corde, Christi corpus meis non pertimesco manibus tractare. Accedo ad humilem elatus, iratus ad mitem, crudelis ad miseticordem, & tamen patitur humilis elatom, mitis iratum, crudelem miseticors. Accedo seruus ad Dominum, non amore, sed timore; non deuotioae, sed vsu. Accedo ad Dominum, cuius percussi seruum; ad patrem accedo cuius occidi filium. Percussi verbo, occidi exemplo; nec tameo pertimesco Dominum, nec teueieor Patrem. Manens in turba fractum tarbaos aliquos, & ab aliquo turbatus, quandóque accedo ad pacificum. Appropinquo etiam talis ad oscului pacis, qui priùs reconciliatus accedere debuissem ad oscului turbati fratris.] Qoerebatur ipse Deminus de huiusceodi ministris altaris per Malachiam c. 1. ea compellatione. *Ad vos ô Sacerdotes qui dispicitis nomen meũ, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis in quo polluimus te? In eo quod dicitis, mensa Domini despecta est.* Glossa D. Hieronimi io hunc locum sic habet. [Polluimus panem, id est corpus Christi quaodo indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus, & dicimus, mensa Domini despecta est: oon quod hoc aliquis audeat dicere, & quod impiè cogitat, scelerata voce proferre; sed opera peccatorum despiciunt mensam Dei.]

10. Quanta sit abusionis huiusce fœditas, rectè expeodit S. Basilius lib. de Baptismo cap. 2. Præfatos enim, quantam & integritatem, & à macolis immunitatem, Deus per Moysem in prisois Sacerdotibus deposceret, subijcit. [Dominus veto dicens. *Templo maior est hic*; Instruit nos, tanto scelestiorem & impium magis esse eum qui cum imputus sit, corpus Domini administrare audet, qui seipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem bonæ fragraotiæ dedit; quanto corpos Vnigeniti filij Dei, excellentius est atietibus & tauris. Excellentius dico, non collationis ratioae; est enim excelleotia iocomparabilis. At maculam & vitium, iam io nouo Testamento non oportet referre ad corpus, sed ad iustificationes Euangelicæ pietatis: Quando videlicet præceptum Dei, vel non plenè, vel mutilè, vel non ita fit, vt Deo placere possit: & quasi rubet, vel lepra quædam humani sensus, illi infigitur. Necessarium itaque semper quidem est, maximè verò ac talis mysterij celebrandi tempore, seruare præceptum Apostoli dicentis; *Cum has itaque promissiones habeamus dilecti, repurgemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei, nec vllam aliqua in re dantes offensionem, ne vituperetur ministerium, sed in omnibus commendemus nos ipsos, sanquam Dei ministri.* Hoc pacto poterit quis dignus fieri ad sacrificandum mysterium Domioi, secundùm Euangelium Dei.]

Veget idem S. Basilius sequenti cap. 4. supplicia ptisois Sacerdotibus constituta, oisi sacrificaturi, & pecudes immolaturi, plenè nisetent. Tom subdit. [Si tales minæ aduersùm eos positæ sunt, qui temerè ad ea sacra accedunt quæ ab hominibus sanctificantur, quid dicendum est de eo, qui in tantum ac tale mysterium, temerarius est.] S. Paulinus Epistol. 51. eadem hniusmodi Sacerdotibus Christianis supplicia iotentat, qoæ quondam audacibus alieni muneris vsurpatoribus, irrogata leguntur Exodi 40. [Consecrentur (ioquit,) sicut filij Aaron; non tamen illi qui ignem alienum Domino accendentes, exusti suot igne dioino, quo ipsi carebant: sed vt Eleazar & Ithamar, meritò petetui successores dignitatis paternæ, quia non degeneres sanctitatis hæredes. Ignem autem mihi alienum accendere videtur, quisquis corporeæ vel sæcularis alicuius cupiditatis ignem, in sacrario sui cordis accendens, audeat appropinquare altaribus Domini, quæ noo recipiunt nisi illius ignis accensionem, de quo ait, *Ignem veni mittere in terram & quid volo si iam accensus est?* Hoc igne, nos Domine Iesv semper accende, vt illuminemur sensibus, deflagremus in vitijs. Hoc enim solus qui à te est ignis, igni resistet eterno. Habentes autem cor ardens in via Domini, noo alienum, sed suum ignem Domini aecendimus, & inter ignes sæculi hoc igne muniti, sicut illi in camino pueri, inter sibilantes impetu flammas robotabimur, & hymoum Domioo inter iocendia frefrigerantia Dei Filio concinente cantabimus.]

Obtulisse ignem alienum filios Aatoo Nadab & Abiud prodit Scriptura celerem eorum pœnam non reticens. Hoc Petrus Chrysologus serm. 26. ad fœdum & Sacerdoti quàm sollicitissimè deuitaodum crapulæ ac ebrietatis peccatum,

tum, refert his verbis. [Nadab & Abiud Sacerdotes filij Aaron Sacerdotis, dum contaminare extremo igne altaria præsumunt, ipsius altaris consummuntur incendio, vt sumerent de sacrificio pœnam, qui fecerant de propitiatione peccatum; quod peccatum illis suscitarat ebrietas: Nam vini odor, odorem fugarat incensi, & ebrietatis ignis, flammam prouocarat altatis. Vnde quia alienati vino, alienum portauerant ignem, mox diuino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in Sacerdote sacrilegium, quia alter animam suam necat vino, Sacerdos Spiritum sanctitatis extinguit, dicente Apostolo, spiritum nolite extinguere. Meritò inter cæteta quæ in dispensatore malo arguit hodiernus setmo, vini condemnat insaniam, dicendo; *Quod si dicat seruus ille, moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere pueros, & ancillas, & edere ac bibere, & inebriari*; Propriè dixit, *edere & bibere, & inebriari, & percutere.* Ebrietas cædis mater, patens litium, furoris genitrix, petulantiæ deformiter est Magistra. Hanc qui habet, se non habet; hanc qui habet, homo non est: Hanc qui habet, non peccatum facit, sed est ipse peccatum. Ebrietas est dæmon blandus, venenum dulce, tabies voluntaria, inuitatus hostis, illecebtis inhónestatis, & pudoris iniutia. Hanc nullus nouerit Christianus; ne auditu quidem Sacerdos attingat, ne qui est forma virtutum, vitiorum inde fiat, & inueniatur exemplum.] Monebat Isidorus Peluliota l. 1. Epist. 321. Zozimus Sacerdotem nequam, vt meminisset spiritum diuinum ex vino Christi sanguine efficere, idéóque esse illo quàm temperatè vtendum. Inflammat vinum totam natiuitatis nostræ, & profanum ardorem inijcit animæ quod S. Hieronymus grauissimè contestatur, variis locis signatis in Tractatione de Temperantia. Quare pat est Sacerdotem cuius cor & anima, debet in medijs diuinis incendijs venti roris flante refrigetatis assiduè degere, quod precari docet Ecclesia sub sacrum, iubens orare ex formula, trium puerorum flammas mitigatas & B. Laurentij per Eucharistiam præacceptam (vt ex Augustino supra monstratum est) frigefactos ignes memorante.

Monita Sacerdotibus.

In spurcos Sacerdotes.

11. Non ardent his incendijs refrigerantibus, quos Satanicus & damnatus ignis à S. Bernardo sermo. 2. de Purif. profectus, corripit. Horrescо vel memorare illorum Sacerdotum infames notas, de quibus in hunc modum Petrus Damiani Opusc. 18. cap. 4. [Qua mentis audacia, diuinis non expauescunt appropinquare mysterijs, cum Dauid antequam panes propositionis attingat, mundum se ac suos iam per triduum à contactu mulierum reuerenter excusat? Dicerat enim sibi Abimelec Sacerdos; *Non habeo panes Laicos, sed tantùm panem sanctum. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent.* Vbi notandum, quia cum dicit, eos qui panem sanctum cogebantur edere, maximè à mulieribus mundos esse debere, perspicuè docet, nullum culpæ contagium, nullum omnino reatum, diuinis mysterijs magis esse contrarium, quàm est illicita præsertim commixtio fœminarum. Potrò duin tantus apud veteres metus inesset vmbræ Dominici corporis, quanta nunc debetur ipsi reuerentia veritati? Et si coniugale commercium ab illius panis compescebat accessu, quanto magis ab hoc sacrosancto mysterio, remouendus est pellicatus? Ah fœelus! Manus quæ deputatæ fuerant ad ordinandas in cœlestis mensæ ferculo vitales epulas Angelorum, tractare non metuunt obscœnitates & sputca contagia mulierum. Ij qui inter illa terribilia Sacramenta, chotis admiscentur. Angelicis, mox ranquam de cœlo mentes, ad fœminæ fœditatis relabuntur amplexus, & velut sues immundæ, cœnosis vermigenæ luxuriæ volutabris immerguntur: quorum scilicet ignis non extinguetur & vermis non morietur. Cœlum aperitur, summa simul in vnum & ima concurrunt, & se cum sordibus quilibet andacter in genere non veretur. Potestates Angelicæ tremendes assistunt, inter offerentium manus virtus diuina descendit, donum S. Spiritus influit, Pontifex ille quem adorant Angeli à sui corporis & sanguinis hostia non recedit: & adesse non trepidat, quem Tartareæ libidinis æstus inflammat. Si is qui nuptialibus non ornabatur induuijs, manuum pedúmque Loris addictus, in tenebras proijcitur vltionis, quid illi sperandum est, qui cœlestibus triclinijs intromissus, non modò non est spiritalis indumenti decore conspicuus, sed vltrò etiam fœtet, sordentis luxuriæ squalore perfusus? Si illa stridore dentium, & fletu plectitur oculorum, qui cultu vestium, conuiuantisi non oblectat aspectus, quod illi iudicium, qui fœculentus ac luridus, quantum ad seipsum nuptialis edulij munditiam polluit, discumbentium candidatos offendit, ipsúmque Regem sordidis mgnibus attrectare præsumit? Dathan & Abiron, iurgantes contra Moysem & Aaron, dehiscens terra deglutijt. Chore ptopter hoc ipsum, cum duecntis quinquaginta viris, repentinum de cœlo descendentis ignis incendium deuorauit: & iste quomodò viuet, qui non hominem, sed hominum tam cruente tam turpitet offendit autorem?]

12. Insigniter quoque idem Petrus Damiani Opusc. 17. cap. 3. [Cur ô Sacerdos, qui sacrum dare, hoc est sacrificium Deo debes offerre, temetipsum priùs maligno Spititui non veteris victimam immolate? Fornicans enim à Christi te membris abscindis, & meretricis corpus efficeris, Apostolo testante, qui ait, *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur.* Et itetum. *Tollem* (inquit,) *membra Christi, & faciam membra meretricis? Absit.* Quid ergo tibi cum corpore Chriiti, qui pæ catnis illecebrosæ luxutiam, membrum factus es Antichristi? *Quæ enim conuentio locis ad tenebras? aut quæ societas Dei ad Belial?* Nonquid ignoras, Dei Filium adeò carnis elegisse mundtiam, vt ne quidem de pudicitia coniugali, sed de clausula potiùs incarnatus sit Virginali? Et ne hoc sufficere videatur, vt tantummodò Virgo sit matet? Ecclesiæ fides est, vt Virgo fuetit & is, qui simulatus est Patet. Si igitur Redemptor noster, tantopetè dilexit flotidi pudoris integritatem, vt non modò de Virgineo vicro nascereturi, sed etiam à nutricio Virgine tractaretur & hoc cum adhuc patuulus vagiret in cunis; à quibus nunc, obsecto, ttactari vult corpus suum, cum iam immensus regnat in cœlis? Si mundis at-

Sectio VI. Cap. II.

tingi manibus volebat in præsepio positus, quantam corpori suo nunc vult adesse munditiam, iam in paternæ maiestatis gloria sublimatus?] Et inferiùs. [Cum Dominus dicat, *Nolite sanctum dare canibus*, quod de re iudicium erit, qui corpus tuum, (quod vtique sanctificatum est per consecrationis aeeessum,) non canibus, sed lupanaribus tradis? Et eum Omnes Ecclesiasticos ordines in te vno habeas metuenda mole congestos, omnes procul dubio fœdas, dum te prostibuli permissione commaculas. Polluis itaque in te Ostiarium, Lectorem, Exorcistam, omnésque deinceps sacros ordines: pro quibus omnibus, in districto Dei iudicio, redditurus es rationem. Ad impositionem manus tuæ, descendit Spiritus sanctus, & tu eam adhibes genitalibus meretricum? Linguæ tuæ obsequitur Deus & tu non veretis obtempetare dæmonibus? Portò qui in Ecclesiastica ceneris dignitate conspicuus, non te erubescis immergere fornicibus scortatorum? Et qui prædicator constitutus es castitatis, nun te pudet seruum esse libidinis? Veniet, veniet profectò dies, imo nox, quando libido ista tua vertatur in picem, qua se perpetuus ignis in tuis visceribus inextinguibiliter nuttiat; & medullas tuas simul & ossa indefectiua conflagratione depascat. Qui enim flamma libidinis æstnas, qua fronte, qua audacia saetis altaribus appropinquas?]

13. Diuinæ iræ in talem quemdam Sacerdotem, horrendum exemplum recitat Palladius in Macatio sect. 10. Lausiacæ. Bina item exempla ad quæ meritò tinniant aures, recitat Petr. Damiani Opusc. 18. dissertat. a. cap. 6. Nec mirum præ sceleris atrocitate de qua optimè Gerardus re & nomine Magnus Tract. contra Saecrdotes fornicatores. Sed audi Petrum Blesensem Epist. 123. postquàm verbum Apostolo infra expendendum adduxit, atque librauit, & huc sacrificium ad vitam & salutem hominibus promissum docuit. [Quàm perditus ergo est, qui redemptionem in perditionem, qui sacrificium in sacrilegium, qui mysterium in parricidium, qui viram conuertit in mortem? Prohibet Dominus in lege Moysi, ne de agno Paschali eomedat peregrinus, aduena vel immundus. Quanta ergo & quàm damnabili temeritate, Sacerdos indignus ministrare præsumit, qui vt verbo vtar Apostoli, *filium Dei conculcat, & sanguinem Testamenti pollutum ducit in quo sanctificatus fuit, & spiritus gratiæ contumeliam facit.*] Nec ita multo post in eadem Epistola. [Ex inordinata & in disciplinata multitudine Sacerdotum, hodie datur ostentui, nostræ redemptionis venerabile Saetamentum. Nam qui debuerant esse Vicarij Apostolorum, & filij Petri, facti sunt socij Iudæ, & præambuli Antichristi. Verbum quippè Gregorij est, qui Christi corpus indignè confieit, Christum tradit, vt Christus dum traditur dicat, *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Augusti. super illum versiculum, *dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, Grauius (inquit,) peccant offerentes indignè Christum regnantem in cœlis, quàm qui eum crucifixerunt ambulantem in terris. Et idem. Magis peccant, qui tradunt Christum peecatoribus membris, quàm qui tradidit ipsum crucifixoribus Iudæis. Et adaptat Sacerdotibus ptauis illud lamentabile Verbum Christi, *dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Dominus equidem salutem nostram sitit & esurit, & ideò damnabiliter peccat, qui ad corpus eius, eum felle conscientiæ prauæ & cum acero iniquitatis aceedit. Verbum B. Hieronymi est; Perfidus Iudæus, perfidus Christianus: ille de latere, iste de ealiee sanguinem Christi fundit. Porrò Ioseph pijs manibus corpus Christi bajulaoit, iste verò pollutis manibus, & quibus paulo ante scorti pudenda tractauit. Salutem hominum tangit & recipit, ore quo paulo ante basia meretrici impiesserat. Ille qui fuerat Christi membrum, *tollit membrum Christi*, (dicit Apostolus,) *& facit membrum meretricis.* Qui enim adhæret meretrici, vnum corpus, vnúmque membrum efficitur eum ea. In hoc membro abominabiliter ponitur & detestabiliter corpus Christi. Repositum fuit illud pretiosissimum corpus in sindone munda, & in monumento nouo. Iste autem in ore adhuc potu hesterno fœtente, & in sentina ventris adhuc præcedente erapula æstuante, demergit eum quem Angeli prospicere concupiscunt, quem prospiciendo delectationes æternas aecipiunt. Nonne potiùs Antichristianus, quàm Christianus iudicandus est, qui quantum in se est. Christum iam factum impassibilem, ita tractat indignè, ita probris afficit, ita crudeliter interimit, & sepelit inhonestè? Verùm quia cœlestis animaduersionis sententiam, sicut Dathan & Abiron, in ipsa sui sacrificij vsurpatione nun senriunt, diuinum putant enasisse iudicium, dicentes eum vxore Manüe, *Si Dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manu nostra* Certè Maria quam Christi charitas vehementer accendetat, prohibetut Dominum tangere: Ioannes etiam Baptista, quo maior inter natos mulietum testimonio Christi non surrexit; vertiet Saluatoris Angelicis potestatibus ttemendo, manum veretur apponere: Et filius plorationis æternæ manu sacrilega & ore polluto, Sacramenrum in quo vita æterna est, recipit, ipsúmque sibi damnabiliter incorporare aut potiùs incarcerare præsumit. Priùs per pœnitenriam & longum vsum erat expianda omnis iniquitas, vt peruenirenr ad cornu altaris, id est ad tauri gratiam Saetamenti. *Lauabo* (inquit Proph.) *manus meas*, id est opera: *& sic circundabo altare tuum Domine.* Et idem. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua:* Et sic introibo ad altare ruum Domine. Lauandi sunt equidem omnes interiores affectus. Nam io Leuitico, antequam offeratur hostia, diligenter omnia eius intestina lauantnr. Apparuit Dominus Moysi, apparuit & Iosuæ, præcipiens vtrique vt soluerer calceamenta de pedibus suis: calceamenta quippè fiunt de pellibus mortuotum animalium. Terribilis verò locus est in quo Deo Patri eius vnigenitus immolatur. Ideò quisquis aceedit ad tantæ sanctificationis ministerium, necesse priùs haber deponere omnem immunditiam operum mortuorum.]

14 Heu quàm alia sit sacrificantium species, quàm Christi in cruee confixi, ad quam formam se componere oportuerat Christianum Sacerdotem altari astantem; iuxta illud Petri Blesensis carm. de Eucharist. cap. 7.

Nil

Nil aliud sacrifex est, quàm Christi simulachrum,
Dum tractat Corpus Christi cũ sanguine sacrum.
Dúmque suos oculos in cœlum, cordáque figit,
Extendendo manus & brachia se crucifigit.
Et dum quæ fuerit mors Christi fiendo retractat,
Facta sua carnis, Domino velut in Cruce mactat.
Sic Christum Christus offert, homo victima factus,
Sicque crucem patitur, dum commemorat Crucis actus.
Qui rectè Christus quomodò crucifixus & unctus,
Per fidei membrum cum Christi corpore iunctus.

Cum Deipara, cuius secundùm Christum sanctitas est eminentissima, Sacerdotem componit Ioannes Bersius in 4. Decalogi præceptum, sic exclamans, vt ad pietatem tanto munere dignam incendat Christianos Mystas. [O veneranda Sacerdotum dignitas, inter quorum manus velut in vtero Virginis, Filius Dei Incarnatur. O venerabiles Sacerdotes, si Sacerdotaliter vixeritis. O venerabilium sanctitudo manuum, vbi Christus, ideſt vnctus, tractat Christũ; Sacerdos Dei filium. O cœleste mysteriũ, quod per vos Pater & Filius & Spiritus sanctus, tam mirabiliter operatur, vt vno eodémque momento, idem Deus qui præsidet cœlo, in manibus vestris sit sacrificiũ in altari? In hoc tam insigni priuilegio, stupet cœlum miratur terra; veretur homo, horrescit infernus, cõtremiscit Diabolus, & veneratur hoc plutimũ Angelica celsitudo.] Hæc quod Autoris essent subobscuri, à Gabriele lect. 4. in Cano & Fornario Tract. 2. Institut. Sacerd. c. 3. n. 3. attributa sunt S. Greg. Ab alijs autem venditata quandóque sunt S. Augustini nomine & tanquam Augustini, proferuntur ab Antonio Molina in Sacerdotum institutione Tract. 1. c. 5. §. 2. ex commentario in Psalmos; quem apparet ab illo Autore alienis oculis perlectum, vt & ab alijs quibusdam bonæ fidei Catholicis æquè eum locum vt Augustinianum allegantibus, non absque sannis Hæreticorum, quos inter Gastrimargus Chamierius, Nemausensis ante annos 40. diuini verbi puri caupo, Sacerdotem Catholicum qui bona fide, ex folio Augustini nomine Romæ cuso, eum locum allegarat, vt ex libro Augustini proferret, importunè interpellauit. Locus diu & à varijs quæsitus, apud Augustinum, ne inter furfures quidem compatuit. Credo equidem, quia Augustini non erat, sed Ioannis Bersij qui anno 1470. tanto post Augustinum florebat. Sententia tamen ipsa quam exscripsi, digna est Augustino. Eámque firmant illa Petri Damiani Opusc. 18. dissert. 1. cap. 1. In ijs [niueus pudicitiæ candor efflorear, qui nimirum sacris mysterijs familiariùs appropinquant. Nam quia Dominicum corpus in Virginalis vteri templo coaluit, nunc etiam à ministris suis continentis pudicitiæ munditiam quærit. Planè sicut concipienti Deificæ Virgini, non virile semen influxit, sed virtus sancti Spiritus obumbrauit; ita nunc in altari positum Sacramentum, eadem sancti Spiritus virtus est quæ viuificat: & necesse est, vt hoc pudica manus & impolluta contingat.]

15. Sacerdotes ergo Christiani, id sibi plenè persuasum esse demonstrent, non tam verbis quàm opere & pietate, inter sacrificandum maximè, depoſci à se proportionalem puritatem & sanctimoniam ei qua Deipara colluxit, caueántque ne mundissimam atque omnia mundantem Christi carnem & sanguinem in altari conficientes, & officio non deuotione sumentes, à carnis illuuiè liberos se præstare non satagant; vt de spurco quodam Sacerdote, diuinitùs malè (imò benè & optimè) multato, scripsit Petrus Cluniac. lib. 1. mirac. cap. 25. Apud Petr. Damian. Opusc. 40. cap. 6. ignis ex hostia per spurcum Sacerdotem fracta dissiluit. De alio item spureo Sacerdote sumptum diuinitus horrendum supplicium, scribit Cantipratanus lib. 2. Apum cap. 40. num. 6. Impio Zozimo, ob eandem illuuiem, acrox supplicium denunciat. Isidorus Pelus. lib. 5. Epist. 112. Ab alio malè nitente, & carnis fœditatibus oblito, ministro, dilapsam turriculam in qua corpus Domini asseruabatur, cum eam è loco extra Ecclesiam tentarer in Ecclesiam inferre, scribit Gregorius Turonensis lib. 1. de Glor. Martyr. cap. 86. Eam quippè *turriculam*, aliud non fuisse, quàm quod passim dicimus *sacrum ciborium*, vniuersa narratio clamat. Et confirmatur ex turri aurea, per Felicem Bituricensem ad finem seruandi Eucharistiam fabrefacta, vt ex illis de ea Fortunati versibus liquet.

Quàm benè sancta decent sacrati vt corporis Agni,
Margaritum ingens, aurea dona ferant.

Titulus Epigrammatis habet, fuisse turrim. De cuiusmodi etiam vase accipendum est, quod habet S. Remigius in suo Testamento apud Frodoardum lib. 1. histor. Rem. Eccles. cap. 18. mandans ex vase aureo insigni, confici calicem imaginatum, & turriculum. Brissonius legit *turriculam*, & interpretatur ciborium, vt & Nicolaus Chesneau ad Flodoardum lib. 1. cap. 6. vbi agit de turri aurea super altare B. Mariæ. Quidam tamen Codices, vt notat Coluenerius in notis ad cap. illud 18. pro *turriculum*, legunt *thuribulum*, sed corruptè, vt idem Coluenerius admonuit. In ea ergo turricula, asseruabatur *mysterium Dominici corporis*. Sic enim Espencæus lib. 2. de Eucharist. ador. cap. 4. & 8. legendum monuit apud Gregorium Turonensem capite illo 86. pro eo quod passim legitur *ministerium Dominici corporis*. Et cum ea turricula cuius Gregorius ibi meminit, è loco extra Ecclesiam apportatemr intra Ecclesiam; conjectura suppetit, Eucharistiam in eo sacro vase fuisse asseruatam apud Curionem, vel Episcopum: fortè vt securiùs seruaretur, nec paterer sacrilegijs. Si ergo homo, carnis spurcitijs contaminatus, prohibitus est huiusmodi turriculam gestare, quæ fœdatas manus sibi admoueri non sustinuit; quanto magis refugiet Christus, confici se, ac tractari, & dispensari ab impuro Sacerdote? In Actis sancti Theodori Archimandritæ calix ex vase quod meretrici in vsu fuerat, diuino miraculo repulsus est. Sicut apud Nicephorum lib. 18. cap. 31. Vas quod impietati seruierat, non potuit ad vnguentum è sacro corpore manans, excipiendum adhiberi. At quod vnguentũ, sanctius diuino Christi corpore? 16. Mundentur ergo qui iam non vasa Domini, sed ipsum Dominum fuerunt imo conficiunt. Mundent inquam vasa suorum corporum potiùs quam sacræ supellectilis, vt benè ex S. Gregorio Ricullus Suession. in sua Constit. cap. 4. [Ecce enim, (inquit Petrus Blesensis Epist. 139. *in fine*,) tabernaculum Dei cum hominibus,

Monitis Sacerdotibus.

Sectio VI. Cap. II.

hominibus, instar illius quod Moysi in monte ostensum est. Hîc primùm altare est æneum, cor scilicet contritum & humiliatum, in quo bestiales animi motus, & actus irrationales, pœnitendo mactantur. Secundum altare ac omni æris rubigine alienum, auro rutilat charitatis. Nihil in eo carnale offertur, eum iam offerentis conuersatio sit in cœlis, cuius hostia, est mens sancta, deuota oratio, gratiarum actio, & vox laudis. Ad altare tertium, quod potiùs est propitiatorium quàm altare, nec solummodò sanctum est, sed etiam sancta sanctorum, dulci affectu, pura & defæcata intentione, intrat Sacerdos cum sanguine, iam vetum sanguinem Agni immaculati offerens, & communicans passionibus Christi. Vnde frequenter quadam beata extasi exiens à se, & transiens in dilectum, vnúsque Spiritus factus cum eo, intra quasdam diuinæ suauitatis experientias, officium propitiatoris exequitur, dum per eum vt per quendam mediatorem Dei & hominum, his pro quibus ad Deum intercedit, fructus propitiationis ex illa fruitione beata, sed brevissima obtinetur.] Idem Blesensis serm. 38. *in ipso fine.* [Legis tempore, suis vicibus, quando quis erat seruiturus, prohibebatur à mulierum complexibus, à sicera & vino, imo ab omni quod inebriare potest, à communi colloquio. Multo magis Euangelici Sacerdotes ab his se abstinere debent, ne inter munditiæ officia, subrepat vitæ immunditia. Antiochus Epiphanes tempore Machabæorum, templum Domini violentet ingressus, Idolum Olimpici Iouis in eo iuxta arcam Testamenti posuit. Machabæi prævalentes postea locum inuenerunt pollutum, & post ejectas spurcitias, multis purgationibus locum mundauerunt. Quicumque ergo ad altare Domini accedit inquinatus luxuria, iuxta filium Virginis, idolum ponit Veneris. Qui sacra illius verba Sacramenti, ore immundo profert, in faciem Saluatoris spuit. Et cum in os immundum, sanctissimam carnem ponit, eam quasi in lutum platearum projicit. Ad suum iudicium ad hoc Sacramentum accedit, qui adhuc alienæ eutieulæ tactu hilaresci t, qui æstibus vitiorum inardescit.]

17. Sanctus Veranus, siue Cabellensis, siue Lugdunensis Antistes (neque enim Codex S. Germani Parisiensis, è quo locus quem attexo deptomptus est, vter Veranus fuerit, annotatum habet,) in quadam Gallicana Synodo, egregiè in hanc rem est philosophatus, vt refertur Tomo. I. Concil. Galliæ ad calcem Concilij Valentini II. his verbis. [Veranus Episcopus dixit. Quis præsidentem sacris altaribus atque ad ipsa sancta sanctorum honoris priuilegio venientem, indignissimis carnalium voluptatum contaminati illecebris patiatur, ac sub ipso conlugalis licentiæ nomine, acquiescat quempiam Clericorum, & Sacerdotis agere officium, & matiti implere personam? Cum putificatis corporis atque animi motibus, multa cogitatione perpendendum, quàm idoneus esse debeat is qui ad celebranda mysteriorum loca, non solum pro suis, verùm etiam pro alienis peccatis intercessurus accedit. Incongruum siquidem mihi videtur, de coniugali thoro aliquem consurgentem, altarium septa penetrare. Ipsi vtique inluminati & docti de Spiritu sancto, optimè nostis, oblatorum spiritalis sacrificij victimas, quali oporteat igne flagrare. Si enim in lege veteri, vbidum Euangelicæ perfectionis autoritas præfulgeat, Sancto Dauid cum fugæ necessitate premeretur, Sacerdos Sadoch non priùs panes propositionis tradidit, quàm se & pueros suos iam die tertio mundos esse à mulieribus fateretur; quis immaculatas Agni carnes ad salutem mundi præstitas post passionum inquinamenta, vel etiam audeat consecrare? B. Paulus Apostolus in veritate nos contestatur, dicens; *Probet se vnusquisque ministrorum, & sic panem illum præsumat offerre.*]

18. Actus eodem diuino Spiritu S. Bernardus Tract. in illud, *Ecce nos reliquimus omnia*, ita conclamat in hoc seeius. [Nullum adhuc de fornicatione fecimus verbum, quamuis & hæc in multis etiam & multipliciter regnet, qui puritatis auctori, impuro corde & corpore ministrantes, non verentur stare Angelum Domini, qui secet medios & dispertat, sed omnino audent Agni immaculati sacras contingere carnes & intingere in sanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo ante, carnes (proh dolor!) meretricias attrectarunt: Sic altaria circuire, sic frequentare Psalmos; cum & eiusmodi laus execrabilis & oratio sit in peccatum.] Eiusdem illa sunt in hanc sententiam planè Tragica serm. de Conuersione ad Clericos cap. 29. cum omnis generis turpitudines, etiam diuino iudicio prædamnatas & incendio deletas, in quibusdam altaris ministris locum habere præmisisset. [Heu genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, quis inter tua illa primordia tam diuina & Spiritualibus affluentem charismatibus Christianæ religionis ortum, credere posset, posse talia in te aliquando reperiri? Ingrediuntur cum hac macula tabernaculum Dei viuentis, inhabitant cum macula templum sanctum Domini polluentes, iudicium multiplex acceptari, quod & tam grauissimas conscientias gerunt, & nihilominus sese ingerunt in Sanctuarium Dei. Tales enim non modò non placani Deum, sed magis irritant, dum videntur in cordibus suis dicere, *Non requiret.* Irritant planè & iusensum reddunt sibi, vereor ne & ijs quibus eum repropitiare debuerant.]

In hanc rem fusissimè disputat Philippus Abbas lib. de Contin. Clerico. Expendens legem veterem, qua vsus fœminalium in sacro ministerio Indicebatur, Bteuiter eandem legem huc accommodare licet, cum Arnoldo Carnotensi Orat. de vltimo Christi verbo. [Fœminalia quæ ad operienda primo loco posita sunt, tantam edocent oportere esse continentiæ verecundiã, vt ne suspicioni quidem locum relinquat: & ita abscondi quicquid id est honestatis notabile, vt nullo casu ad ea intuéda Zelotes admittatur aspectus. Sed talem se exhibeat conuersatio Sacerdotum, quasi sine sexu sit, & omnino abominetur huiusmodi labem: quinetiam confundatur & erubescat ad membra communia, ipsámque operiat naturam conscia sui, detestetúrque quod potest, non quod agit: & quasi emortuas & fœtidas partes illas, sepelias & abscondat.]

19. Summum suum in hac parte studium, satis supérque significauit Ecclesia, cum conspectum illecebrosum mulierum, planè arcuit

ab

ab altari, ita vt malit prætermitti sacrificium, quàm ministrare sacrificanti mulierem. In Concilio item Parisiensi sub Ludouico & Lothario lib. 1. cap. 45. dicitur *ex toto a religione Christiana abhorrere*, quod ibi factum alicubi refertur, vt fœminæ sanctæ altaribus se ingererent, sacrariáque vasa impudenter contingerent, & indumenta Sacerdotalia Presbyteris administrarent; *& quod his maius, indecentius, ineptiúsque est*, corpus & sanguinem Domini, populis porrigerent. Sed hoc postremum, vt planè indignum, & extra omnem lineam exorbitans, prætermittamus. Cætera quæ ad sacri ministerium à fœmina præstitum spectant improbantur ob impendens puritati Sacerdotis periculum à fœminea præsentia, ignem profanum facilè excitatura in Sacerdote.

Quanta totius virtutis clades, & pietatis dissipatio hanc labem consequatur, prosequitur egregiè Petrus Cellensis lib. 7. Epist. 18. Itáque hîc maximè ad tantam sceleris immanitatem cohorrescendum est, cum credito Hieronymo, quem qualiscúnque Autor Eusebius, in prolixa ad Eucharistiam pro viatico oblatam apostrophe, indncit ita loquentem. [Veh te indignè sumentibus. Certè ad sui pœnam & reatum, iterum te crucifigunt, quod non te dijudicet illa manducatio, quoniam impassibilis & immortalis omnino es. Heu Domine mi, quid dicam? Quot hodie te Sacerdotes comedunt in altari, vt carnes pecudum & volucrum, imo peius? Nocte, mulierum fruuntur actu turpissimo, & te manè masticando comedunt. Vbi Domine latitas? Dormisne an vigilas? Exaudis preces eorum de cœlo, & de sede maiestatis tuæ? Verè si hoc velles sacrificium & libamen, mendax fictes, & peccatorum socius. Certè Domine, si vera sunt quæ per os locutus es Prophetarum, si iustis solùm supplicantibus præsto es, & si tibi placet æquitas: hoc tale est impedimentum, sacrificium ne fiat. Quanquam in se & natura sua sacrificium bonum sit, nec possit violari à malis Sacerdotibus, quia malitia non dijudicat sacrificium: Vnde huiusmodi sacrificium fit ad Sacerdotis præiudicium & damnationem, nec pro quibus fit, prodest. Imo vt vetissimè dicam, qui vitam Sacerdotis agnoscit, & cum pro se celebrare facit, fit in eiusdem peccato conscius, nec non & pœnæ particeps.] Hæc postrema nunquam dixisset verus Hieronymus; nec dubium quin lixiuio vel potiùs cauterio egeant. Non enim quæuis impuri aliásve impij Sacerdotis ad celebrandum adhibitio, noxia est adhibenti. In hac meta obiter moneo, etiam Ethnicos agnouisse quàm dedeceat Sacerdotes intemperantia. Videsis Senecam lib. 1. controuct. 2. cum de Sacerdotissa è lupanari.

Monita Sacerdotibus.

Officium, à persona indignitate, non contaminatur.

10. Probra hominum indignorum quibus Sacerdotum nomen obtigerit, prolata sunt, (heù) ninis multa. Absit autem vt æqui æstimatores, ad ministerij depreciationem, per ministrorum degenerum culpam inflecti se patiantur. Id enim magnopere indignum esset, vt latè & optimè prosequitur Isidorus Pelus. lib. 2. Epist. 54. & l. 3. Epist. 369. præiuerátque Sanctus Chrysostomus hom. 2. in 2. ad Timoth. & homil. 4. de Verbis Esaiæ *sub finem* Dignus adscriptu est locus ex homil. 85. in Ioannem, vbi egregiè démonstrat ministerium Sacerdotis non pendere ab eius, vita quàm graviter delinquant, qui de Sacerdotibus quantumcunque suo muneri malè respondentibus iudicant, nec eos exquisitè colunt ac reuereniur. Præfatus enim Sacerdotes iuxta Apostolum, legatione pro Christo fungi ad reliquos mortales, subdit. [Nonne videtis sæculi Principibus omnes subesse, & sæpè genere, vita, & prudentia potioribus deteriores præponi? Nihilominus Principis qui eos præposuit reuerentia, nihil quales illi sint, cogitant. Quod si homo aliquem constituerit, tantus subit metus; si quem Deus constituit, despicimus, maledicimus, innumeris afficimus contumelijs, & cum fratres nostros iudicare prohibeantur, contra Sacerdotes linguâ acuimus; Quanam hæc digna excusatione, cum in oculo nostro trabem non videmus, festucam in proximi oculo acriùs censemus? Nescis grauius te tibi iudicium præscribere, cum ita alium iudicas? Hæc dico, non quod Sacerdotij munus indignè administrantes probem, sed miscescens & lachrymans: non tamen propterea à subditis iudicandi sunt, etiamsi malè & vitiosè viuant. Tu autem si tibi consulas, nihil in his quæ illis à Deo commissa sunt, damni accipies: Nam si asinum loqui fecit, & per ventem benedictiones spirituales largitus est, & in muto ore & lingua immunda, Balaam, propter offendentes Iudæos operatus est, multo magis propter vos fideles, etiamsi praui sint Sacerdotes, Deus omnia per eos perficiet, & mittet Spiritum sanctum. Neque enim pura mens propter propriam puritatem spiritum attrahit, sed gratia omnia operatur. *Omnia enim* (inquit,) *propter vos, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas.* Quicquid enim concreditum habet Sacerdos, sollius Dei donum est, & vbi humanam exercet sapientiam, minor illius gratia appatet. Neque hoc dico vt pigriùs viuamus, sed ne pigrè qui vobis præpositi sunt, viuentibus; vos his commissi, aliquando mala vobis comparetis. Et quid Sacerdotes dico? Neque Angelus, neque Archangelus, quicquam in his quæ à Deo data sunt, efficere potest: sed Pater, & Filius, & Spiritus sanctus omnia facit. Sacerdos & linguam & manus præbet: neque enim iustum est, propter alterius malitiam, ad salutis nostræ symbola, fide accedentes offendi: Quibus omnibus consideratis, & Deum timeamus, & eius Sacerdotes maiorem in modum veneremur.] Egregiè quoque in hanc sententiam philosophatur Sanctus Augustinus homil. vltima ex 50. *sub finem* & serm. 49. de Verb. Dom. Petelegantem quoque in eam rem ex Theolepto disputationem reprætsentat Turrianus lib. 2. de Hierarch. ordinat. cap. 24.

Itaque dedecus priuatum ac personale Sacerdotis, nullo modò contaminat ministerium, nec ministri vita ab officij consentancis ornamentis exorbitans, cæteros exoluit obligatione exercendæ quàm studiosè virtutis. Quam speciosam excusationem, (vt Isidorus Pelus. lib. 2. Epistol. 37. loquitur,) perperam aliqui suis iocompositis motibus obtendunt, sed conuenienti distinctione adhibita, sic reprobandi & aduersandi sunt mali mores a Sacerdotis,

Sect. VI. Cap. II.

Sacerdotis, vt ſua ſemper ſit laus & intemerata veneratio, miniſterio quod eſt reuera ſublimiſſimum; quandoquidem vt eſt apud Philonem lib. 2. de Monarch. *ſub finem.* [Sacerdos poſitus eſt in quodam diuinæ humanæque naturæ confinio, vt hoc mediatore, Deus propitietur hominibus, eiúſdem miniſterio, porrigat eis largiatúrque ſuam gratiam.] Si miniſtratio mortis fuit in gloria (agebat enim Philo de Hebræis Sacerdotibus qui non niſi Lanij pecorum erant ptæ noſtris,) quanto magis abundabit miniſterium iuſtitiæ in gloria? Sacrificium inquam Iuſtitiæ, quod in altari Chriſtiano, incruenta immolatione offerunt Chriſtiani Sacerdotes. Tantùm ſi ſapiunt, & vltorem Deum prouidè declinare volunt, præſtent ſe ea gloria dignos quam miniſterium ipſorum conuebit.

Sacerdos cuiuſcumque indignitatis tunc, quomodo affectus eſſe debeat ad ſacrificandum.

In hac noſtra poſt expoſitam locis multis neceſſitatem & congruentiam ſanctitatis ad ſacrificandum requiſitæ in Sacerdote, attingendua eſt modus quo affici in ſeipſo debet Sacerdos ad piè ſacrificandum, præmiſſa omnis indignitatis remotione, & omnimodi nitoris acquiſitione de qua hactenus. Modus ergo optimus comparandi ſe ad ſanctè ſacrificandum, egregiè è Ruperto expreſſus eſt l. 6. in Geneſ. cap. 32. comparando Sacerdotem cum Abrahamo accingente ſe ad ſacrificandum filium, hic præter cætera, In hoc ſancto ſacrificio, Sacerdotalis ordo ipſe eſt Pater Abraham; pater inquam multarum gentium, quia profectò per miniſterium paternitatis eius, multæ gentes Deo regeneratæ ſunt. Quemcunque ad ſanctum altare diuina vocat gratia, fidémque eius, electio Sancti Spiritus, Sacerdotali dignitate remunerat, eo ipſo quod vocatur & eligitur ad tale munus, profectò iubetur illi, vt tollat filium ſuum quem diligit Iſaac, eúmque Domino in terra viſionis, holocauſtum offerat. Sic enim veraciter dictum nullus ambigit, *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus & frater, & ſoror, & mater eſt.* Cur Sacardos vel Pontifex cuius & in corde per fidem Chriſtus habitat, & ex ore eius prædicantis concipitur in audientis anima; Cur inquam hîc talis, eundem Chriſtum, ſuum filium appellare dubitet? Abraham ergo de nocte conſurgens, ſternit aſinum ſuum, quia Sacerdor Dei omnia dedecoris abijciens, premit & ſubiugat omnem irrationabilem carnis ſuæ motum, ne fortè (inquiens) cum alijs prædicauero ipſe reprobus efficiar. Ducit & duos pueros ſolum, id eſt vetus pariter & nouum recipit teſtamentum. Omnis enim ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini Patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Portat quoque ignem & gladium, quia profectò ſine igne Spiritus Sancti, nemo dignus eſt ad tantum accedere myſterium, & ſine gladio verbi, non immolatur hoc ſanctis holocauſtum. Adeſt Chriſtus præſens tanquam Iſaac, iuxta veritatem ſuam qui dixit, vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Duo pueri iuſſi ſubſiſtunt: etenim in hora ſacrificij voces vtriúſque Teſtamenti quæ canendo atque legendo comitatæ fuerant, pariter conticeſcunt. Summum námque præſtandum ſilentium eſt, vt Chriſti Domini noſtri Paſſio, ſic per ſolum Sacerdotem celebretur; ſicut ille fugientibus omnibus ſuis relictus eſt ſolus, & *turcular* (inquit) *calcauit ſolus.*]

Obiter tacta neceſſitas ſanctimonia in Sacerdote, prout Euchariſtiæ diſpenſatore.

Portò quia hactenus non ſpectauimus obligationem Sacerdotis niſi penes miniſterium ſimpliciter dictum, ſitum in actu ſacrificandi, attingendum obiter teſtat aliud ſecundarium miniſterium ac complementum muneris ſacrificandi, éſtque miniſtratio diuini cibi. Nam quamuis certum ſit, miniſtrationem ſiue diſpenſationem Euchariſtiæ, eſſe ſacrificio extrinſecam, vt patet ex Miſſis priuatis in quibus Sacerdos ſolus communicat, nec vllî alteri miniſtrat Euchariſtiam, in quo Sectarios damnantes buiuſmodi Miſſas, multiplicitet reuincunt Durantus l. 2. de Ritibus cap. 4. Suarez l. 2. contra Iacobum cap. 6. Bellarminus l. 2. de Miſſa cap. 9. & 10. Petauius ad expoſitionem fidei S. Epiphanij *à pag.* 353. & alij plerique: Tamen diſtributio ſiue diſpenſatio Euchariſtiæ per ſacrificium confectæ, eſt effectus Sacerdoti tanquam miniſtro ordinario proprius, quia poteſtas diſpenſandi Euchariſtiam, eſt veluti conſectarium poteſtatis conficiendi diuinum hoc Sacramentum, quæ ſolius eſt Sacerdotis. Aio hunc eſſe effectum Sacerdoti vt miniſtro ordinatio proprium: quia ita fert perpetua Eccleſiæ praxis, conſentaneè ad collatam ſoli Sacerdoti poteſtatem ordinis in reale Chriſti corpus: quamuis certum eſt, diuino illo iure quo poteſtas conficiendi & diſpenſandi Euchariſtiam Sacerdotibus eſt collata, prouiſum eſſe, vt Sacerdotes vrgente neceſſitate diſpenſationem Euchariſtiæ ab ipſis iam confectæ, poſſint committere Diacono, vt ex Actis S. Laurentij, & ex c. 14. Concilij Nicæni, necnon ex Concilio IV. Carthag. cap. 38. quam eſſe commiſſionem conſecrandi Euchariſtiam, non vt Diaconus conficiat, ſed vt conficienti Sacerdoti humiliter aſſiſtat, dixit Petrus Bleſ. Epiſt. 123. Aſſiſtit autem, complens eius miniſterium, cuius portio eſt Euchariſtiæ confectæ diſpenſatio, éſtque ad buiuſmodi aſſiſtantiam ſpecialiter conſecratus; in quo differt à laïco, qui in extrema neceſſitate qua æger alioqui viatico carituras premeretur, poſſit ex præſumpta ſaltem commiſſione, diſpenſare Euchariſtiam. Id quod ex S. Baſilio habetur Epiſtola de communione, & rectè admittitur à Suare tom. 3. 3. p. d. 72. ſ. 2. & ab Ægid. Conink. 3. p. d. 82. num. 23. licet refragetur Vaſques, 3. p. d. 219. numero 13. & cum alijs Bonacina q. 5. de Euchar. p. 1. num. 6. Nullo quippè ſiue diuino ſiue Eccleſiaſtico iure cautum eſt, ne in illa neceſſitate extrema, laïcus Euchariſtiam ægro adminiſtret: & multo magis ſibi ipſi eam poſſet accipere, ſi neceſſitate illa extrema vrgeretur, vt Caietanus rectè admiſit Matth. 26. & Suarez diſp. illa 72. ſect. 3. *in fine*,

Suadetúrque

Suadetúrque ex eo quod diu in Ecclesia viguerit vsus, vt ob persecutiones quisque sibi domi priuatim Eucharistiam asseruaret, congruo tempore sumpturus per seipsum, absque sacri vllius ministri interuentu. Id quod superiore seculo, Mariæ Stuartæ Reginę Scotiæ in procinctu ad mortem, alio quidem prætextu, sed reuera pro religione irrogatam, à Pontifice iudultum esse proditum est.

Ex eo igitur quod Sacerdos sit minister ordinarius dispensationis Eucharistiæ ad id specialiter consecratus, consequens est, vt graui obligatione vtgeatur ex hoc item capite ad exercendam eam functionem in sanctitate & iustitia coram Deo, (Id quod æquè de Diacono il. ad idem præstandum specialiter consecrato est asserendũ.) Nam exercere in mortali peccato ordinis ad quod specialis consecratio sit præmissa, non potest potest graui culpa vacare. Vnde quamuis laici qui ad dispensationem Eucharistiæ consecrati specialiter non sunt, neque ad id specialem gratiã acceperunt, dispensando Eucharistiam obeant ministerium merè priuatum, nihilque importans supra uudum Eucharistiæ contactum, qui non esset peccatori mortalis, vt rectè agnoscunt Sayrus l. 2. de sacram. in genere c. 7. art. 7. n. 8. & Sust. t. 33. p. d. 72. s. 4. Tamen Ministri sacri ad dispensandam Eucharistiam specialiter consecrati si adeò graue ministerium exerceant in mortali peccato, contrahunt noxam lethalem, vt rectè statuit Suares t. 3. 3. p. d. 67. sect. 1. & Sayrus supra c. 7. artic. 5. n. 6. contra Henricum Gandauensem quod l. 6. q. 30. qui ad declinandum peccatum autor est ministro, vt digitos queis dispensat Eucharistiam, obuoluat panno quopiam. Quasi verò culpa contrahatur ob contactum, & non ob dispensationem. De ea quippe sola nunc agitur, non autem de contactu nudo, vel etiam de Eucharistiæ delatione in supplicationibus, aut de eius in altum sublatione, ad benedicendum populo, vel de eiusdem translatione è vase in vas. Hæc enim omnia, cum non sint propriè actus ordinis, possunt esse innoxia peccatori. Aliud autem est de dispensatione à Sacerdote facta, etiam extra sacrificium, siue alij sibi ipsi, in mortali peccato existenti. Nam præter peccatum ex indigna receptione, speciale peccatum contraher ex indigna dispensatione, quam vi munetis propriis & consecrationis ad hoc ipsum specialiter collatæ, tenetur uitare & Deo gratiosus obire, nec secus accensus charitate in Deum, quàm fornax ignibus refrigerãtibus (vt supra cum S. Paulino loquebamur,) exardescens. Vnus hic fuit scopus monitorum quæ hactenus præmisimus.

Monita Sacerdotibus.

Quid Christians Sacerdoti circa alios cauendum.

at. Ad hæc monita Sacerdotes ipsos spectantia, S. Chrysostomus homil. 85. in Matth. *in fine*, subiungit aliud sanè illustre monitum, quod Sacerdotibus suggerit quoad alios, alloquens his verbis Sacerdotes post plebem. [Oportet etiam eadem ad vos dicere, vt magno studio, & diligenti cura, dona hæc distribuatis. Non parua vobis imminet pœna, si quem aliqua improbitate teneri scientes, ei huius mensæ participationem permittatis. *Sanguis enim ex eius manibus requiretur vestris.* Si dux igitur quippiam si Consul ipse, si qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe ac coërce, maiorem tu illo habes potestatem. Ita si limpidissimus aquæ fons, vt intactum gregi seruares, tibi commissus esset, cum petulcos sues ac sordidissimos venire aspiceres, non pateretis in fluenta illos insilire, nec fontem ab his perturbari. Nunc verò, cum non æquæ, sed sanguinis & Spiritus, sacratissimus fons commissus tibi sit, si peccatis inquinatissimos videbis accedere homines, non indignaberis, neque contristaberis? Et quam veniam huius contemptus consequeris? Idcirco vos Deus tanto voluit honore decorare, vt hæc diligentissimè discernaris. Hæc est dignitas vestra, hæc stabilitas, hæc cotona; non quia tunicam induti candidissimam, per Ecclesiam ambulatis. Sed vnde (inquies,) ego illum atque illum, qualis sit cognoscere possum? Non de ignotis, sed de notis hæc disputo. Dico horribile quoddam atque tremendum. Non est ita malum, dæmoniacos intus esse, sicut istos qui peccatorum sordibus polluuntur. Illud enim pessimum est, sicut Paulus ait, *Christum conculcare, & Testamenti sanguinem ducere communem & Spiritus gratiam contemnere.* Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conscius, accedit. Illi enim quoniam dæmone vexantur, non puniuntur: qui verò indignè adeunt, æternis tradentur tormentis. Omnes igitur simpliciter pellamus quos Indignè accedere videmus. Nullus communicet nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo sicut Iudas, panem assumat, ne similia patiatur. Corpus Christi, etiam hæc multitudo est: Quare cauendum tibi est qui hæc mysteria ministras, ne Dominum irrites, corpus hoc non purgando, ne acutum gladium pro cibo præbeas. Sed si quidem aliquis ignoratione mensam adiuerit, nullo timore territus, abiice: Deum non hominem timeas: si hominem timeas, ah eo ipso quem times deridebere is: Sin verò Deum, hominibus quoque venerabilis eris. Quod si ipse pellere non audes, mihi dicas. Non permittam ista fieri. Animam priùs tradam meam, quàm dominicum alicui corpus, indignè. Sanguinemque meum effundi potiùs patiar, quam sanctissimum illum sanguinem, præterquàm digne comedendum.] Dininè ista, & quasolet generositate Chrysostomus. Obiter verò consideratum velim, an cum hoc sancti Antistitis animo, consentiat noua Theologia in proportionali negotio; statuens confessarium extra omne studium scrutandi latebras conscientiæ cuiuscunque pœnitentis, nihil vnquam interrogantem, posse eum securè affuso per absolutionem, Christi sanguine respergere. Quod porrò Sacerdotem aut Diaconum malè administrantes, Chrysostomus cum Iude componebat; illustreri potest ex Hincmaro opusc. 6: & 7.

Sect. VI. Cap. III.

CAPVT III.

Lychnuchis communicantibus paranesis.

1. ATrocitas & immanitas sacrilegij quod Sacerdos in malo statu sactificans admittit, cumulatur alio speciali sacrilegio, quod ei cum quibosuis simpliciter communicantibus est commune. Sacerdos enim non tantùm sactificat, sed etiam consummat sacrificium, & ad hoc tenetur iure diuino vt rectè agnoscunt Alanus lib. de Missa cap. 18. & Ægid. 3. p. q.80. num. 120. & q.83. num. 95. Abusionem autem quorundam sacrificantium & non communicantium, castigat grauiter Fulbertus Epist. 83. allegatis Capitularibus lib. 1. cap. 6. vbi id reprehenditur tanquam nefarium. Colligiturque ex tanto rigore obligationis participandi sacrificio; quem morem ex traditione Apostolica descendisse, sit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 8. donans nomine *traditionis Apostolicæ*, ius diuinum per Apostolos tanquam per internuncios propositum; quam esse traditionis Apostolicæ non infrequentem notionem notat Bellarminus lib. 4. de Verbo Dei cap. 2. Quare Sacerdos cooffummans indignè sactificium, nouo se sacrilegio contaminat, præter illud quod admisit sactificando in peccato mortali. Sicut autem communio indignè percepta, est noua sacrilegij materia; ita ex communione peculiaris ad sanctitatem obligatio promanat Sacerdori, communis cum communicantibus, & non sacrificantibus. Quæ sit hæc ad sanctimoniam obligatio titulo communionis, & quanta è contratio sacrilegij ex indigna communione atrocitas, attingendum breuiter supereft.

Sanctitas necessaria accedenti ad communionem

2. Depoſci ſanctitatem ab eo qui Chriſtum excipit communicando, de fide eſt ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 7. ſic exponente Apoſtolum, ſubentem vt quiſque communicaturus ſe probet, hoc eſt agnoſcat ſaltem probabili iudicio, ſe carere culpa mortali. Quod iudicium decere vnumquemque diuino hoc cibo ſaginandum, euincit illa Philonis ratiocinatio huc accommodata ex libro eius de Chetub. [Patemus locum, ita vt decet futurum Dei habitaculum. Quod niſi fecerimus, elam migrabit in alia in domum, quæ videbitor ædificata melius. Si enim quotidie Reges excipiendi ſunt, magnificentiùs excolimus ædes ptoptias, nihil negligendo quod ad ornatum pertineat, ſed omnia benignè ac liberalitet adhibemus, vt hoſpitium quàm iucundiſſimum reſpondeat dignitati hoſpitis; Regi Regum, & huius vniuerſi mundi Rectori Deo, comitatis atque humanitatis cauſa dignato ſuam etcaturam inuiſere, & à ſummo cœlo ad terram, vt generi hnmano beneficia ſua conferret, degreſſo; qualem tandem domum oportet ioſtrui? Abſit enim, vt lapideam, ligneamve, quod vel dictu nefas eſt. Nam etiamſi tota terra, auro aut ſi quid auro pretioſius tepente fieret, moxque per opificum attes in porticus, & veſtibuls, aulas, ateas, ædeſque ſacras impenderetor, oe ſcabellum quidem eius pedibus poſſet fieri. Dignum tamen eo domicilium anima eſt, modò ſit idonea. Ergo quod domom in terris animam inoſibilem inuiſibilis Dei dicimus, tectè legitimèque loquimut, quæ vt fist fitma & ornatiſſima, fundamenta cius iaciantur, genetoſa indoles & inſtitutio, quibus virtutes, honeſtéque actiooes ſuperſtruantur.]

3. Iuust, nonnullos Patres à quibus hæc veritas diſtinctè & explicatè expteſſa eſt, huc aduocate. Origenes hom. 13. in Leuit. *in fine*, expendens illud, *manducabunt eo in loco ſancto*, ſic diſſerit. [*Locus* autem *ſanctus*, ego in terris non requito poſitum ſed 10 corde. Locus enim dicitur ſanctus rationalis anima. Propter quod & Apoſtolus dicit, *nolite locum dare Diabolo*. Anima ergo mea, locus eſt, ſi malè ago. Diaboli, ſi benè, Dei. Denique & ſpiritus maligmus, *cum* (inquit,) *exierit ab homine & circuierit loca arida, & requiem non inuenerit, tunc dicit, Reuertar ad locum meum vnde exiui.* Locus ergo ſanctus, anima eſt pura; in quo loco, edere nobis msndatur, cibum verbi Dei. Neque enim conuenit, vt ſancta verba, anima non ſancta ſuſcipiat; ſed cum purificaueiit ſe ab omoi inquinamento carnis & motum, tunc locus ſanctus effecta, capiat panem illum qui de cœlo deſcendit. Nónne meliùs ſic intelligitur locus ſanctus, quàm ſi putemus ſtructutam lapidum ioſenſibilem, *locum ſanctum* nominati? Vnde ſimili modo, etiam tibi lex iſta proponitur, vt cum acceperis panem myſticum, in loco mundo manduces eum: hoc eſt ne anima eoo-taminata & peccatis polluta, Dominiei corporis Sacramenta percipta.]

S. Baſilios ſerm. 1. de baptiſmo *ſub finem*, grauiſſimè damnat *acceſſum otioſum* ad Euchariſtiam: ſic enim vocat, acceſſum ad commuoiónem, abſque ſanctorum actuum vbertate. Concludit verò. [Si quis fratrem quoque per cibum contriſtat, à charitate exeidit, ſine qua magna quæque chariſmata & iuſtificationes quoque opetantia nihil proſunt, qui de eo dicendum eſt, qui otioſè & inutiliter audet edere corpus, & bibere ſanguitem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hac ratione plus aliquanto contriſtat & inſeſtat Spiritum ſanctum, dum ſine ſocia e charitate veſcitur? Iudicemus itaque hoc, ne oobis ipſis viuamus, ſed ei qoi pro nobia mortuus eſt & reſurrexit, Chriſto Ieſu Domino noſtro, edamus ac bibamus. Oportet igitur accedentem ad corpus ae ſanguinem Domini, ad rememotationem eius qui pro nobis eſt mortuus ae reſurrexit, non ſolùm purum eſſe à quouis inquinamento carnis ae ſpiritus, ne ad iudicium edat & bibat; ſed & euidenter oſtendere, ae exprimere memoriam eius qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, in eo quod & mortificatus eſt peccato, mundo, ae ſibi ipſi, & Deo vluit in Chriſto Ieſo.]

4. S. Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 50. tractans cauſam prohibitæ contsctu à Chriſto Magdalenæ. [Ante crucem (inqoit,) ae reſurrectionem ſuam omnibus vel peccatoribus, tangendum

gendum ad benedictionem seipsum permittebat : dispensatione autem Incarnationis iam cõsummata, post resurrectionem suam, non facilè id vnicuique concedit. Vt eam nobis regulam traderet, quam lex quoque Mosaïca immolatione Agni significavit, de quo in figura Christi scribitur; *Omnis incircumcisus non comedet de eo.* Incircumcisum potrò appellat, omnem impurum. Impura verò secundùm naturam, si ad naturam Dei conferatur, natura hominum est. Quare oportet non incircumcisos, sed mundos homines, spiritualiterque circuncisos, sanctissimum Domini corpus tangere. Circuncisio enim cordis, in Spiritu fit secundùm Paulum quam nullus vnquam habet, nisi Spiritus in eo sanctus fide atque baptismo habitauerit. Nam quamuis Christus à mortuis resurrexerit, non cũ tamẽ per ipsum ex patre Spiritus ad homines missus fuit, quem misit postquàm ad Patrem ascendit. Propterea dicit, *conducit nobis vt abeam, nam nisi abiero, paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Quia ergo nondum Spiritum miserat, ideo à tactu suo, Mariam prohibebat, dicens; *Nondum enim ascendi ad Patrem meum.* Id est, nondum Pater per me Spiritum sanctum ad vos misit. Hinc Ecclesia regulam accepit : Probibemus enim à sacra mensa Catbecumenos, quamuis veritatem iam cognouerint, & fidem magna voce confiteantur, quia nondum locupletati Spiritu sancto sunt, qui non babitat nisi in iis qui baptismate consummati sunt. Vnde cum baptismum recepetit, quia Spiritus sanctus habitate in illis creditur, à tactu & communione salutaris Christi corporis, non prohibeutur. Idcirco & accedentibus ad benedictionẽ mystică, ministri magna voce clamant, *Sancta sanctis* solis sanctificatis spiritu, tactum & sãctificationem corporis Christi congruere significãtes.]

5. S. Chrysostomus, cum alibi in hoc argumento copiosus est, tum addensatis congruentiis complutibus homil. 3. in ad Ephes. *in morali*, post descriptam corporis mystici ex corruptarum humotum aggestione morbositateo:. [Non patitur (inquit,) Christus, cum tali vitio in thalamum suum ingredi. Si enim eum qui squalenti veste amiciebatur, fussit rapi ad pœnam, & eum exclusit foribus qui corpore sordes præferebat, quid non tum efficiet? Quid non statuet pœnarum, aduersùs animas sceleratas? Pletosque vestiũ conspicio, qui corporis quidem Christi fiũt participes, sed temerè & quasi fortuito id contigerit, atque consuetudine magis quàm lege, ratione aut præuia mentis cogitatione. Si instaret (ait aliquis) sanctæ. Quadragesimæ tempus, qualis hic fuerit qui promerebitur particeps fieri Sacramentorum? Si ingrueret solemnis Epiphaniorum dies: Addo etiam si tempus Aduentus sacri, nedum Epiphaniorum aut Quadragesimæ, non efficeret dignos tanti adiru Sacramenti, sed sola animæ synceritas atque expurgario. Cum tali puritate, accede semper: sine hac, nec præsumas vnquam: *Quoties* ait Paulus, *hoc facitis, mortem Domini annunciatis*, hoc est salutis vestræ memoriam instauratis; nempe munificentiæ meæ (Christi scilicet,) omnibus collatæ. Considera nunc; quanta illi veteris sacrim.:) participes, vitæ frugalire vtebantur. Quid enim non hi faciebant? Omni tempore pur.ficabantur. Et tu ad salutarem hanc hostiam accessurus, quam Angeli ipsi cum tremore suspiciunt, tem tantam circunscribis temporum ambitu? Qua fronte teipsum sistes ad Christi tribunal præsentem, qui impuris manibus ac labiis, sic impudenter ipsius corpus ausus sis attingere? Regem vrique non eligas exoscularí, si quibem os tuum olet grauitet : Et Regem cœlorum impudens exoscuiaris, anima tua tam vitiis olente? Atrox sanè contumelia est, res eiusmodi. Dic tu mibi. Num eligas illotis manibus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. Quin vt coniicio, magis protsus tibi temperare ab adiru, quàm sordidis accedere manibus. At interim in paruo tam religiosus cum sis, animam habens cœno viriorum squalentem, accedis, & audes impudens contingere? Etiam si ob manuum sordes ad tempus quis contineat, sed ad animam omni eluuie viriorum repurgandam, totus interim tedeat. Quin perspicis, venerãdam illam vasorum supellectilem sic perfusam aquis, tanto splendore inter lucentem? Atqui nostras ac multo splendidiores, animas par est reddi istis longè puriores, sanctiores virtutum ornamentis. Cur id? Illa siquidem nostra causa, talia fiunt. Neque enim capacia sunt se inhabitanti à virtutis: nõ enim sentiunt; Nos autem maximè. Iam verò nobis eo vti vase quod sordeat, & anima sic conraminata accedis? Nimiam hic videó rei huius inæqualitatem.]

Monita Communicantibus.

6. Optimè item ac fortissimè homil. 17. in ad Hebr. *in Morali*, tractans illud à Diacono ante communionem inclamatum, *sancta sanctis*, vbi bæc præter cætera. [Acclamat etiam Diaconus in illa hora, *sanctos* vocans, & per hanc vocem veluti maculas inspiciens. Sicut enim in grege, vbi multæ quidem sunt sanæ pecudes; multæ autem scabie plenæ sunt; necesse est vt hæ prohibeantur à sanis: sic etiam in Ecclesia, quoniam aliæ quidem sunt sanæ pecudes, aliæ autem vitiatæ, per hanc vocem prohibentur hæ ab illis, penetrans vbique per vocem illam tremendam Sacerdos, sanctos vocans & attrahens. Quia enim impossibile est hominem scire iotetiora proximi, *quis enim scit hominum* (inquit,) *quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis quí in ipso est?* hanc emittit vocem postquam sacrificium perficitur, vt nullus simpliciter & quomodolibet ad sootem spiritualem veniat. Etenim in grege, (nihil quippè prohibet eodem iterum exemplo vti,) morbidas quidem ones intrò recludimus, & in tenebris habemus, & altera nutrimenta ttibuimus : neque ex aëre mundo, neque ex pascuis puris, neque ex fonte qui foris est, eas permittimus sumere. Et hic igimr ipsa vox, pro vinculis quibusdam est. Non potes dicere, *nescieham, ignorabam*, quia periculum sequitur hanc causam. Maximè autem & Paulus testificatus est hanc causam. Sed dicis; *Non legi*: Non est hæc excusario; sed crimen. Per singulos dies intras Ecclesiam, & adhuc istud ignoras? Veruntameo vt neque hanc tibi excusationem inuenias, propterea in altiori loco stans, magna voce & tremenri conclamat veluti quidam præco, manus sustollens in altum, altius etiam ipse stans; omnibus manifestus efficitur, & manu illa tremeuda & continoa voce reclamans, alios quidem

Sect. VI. Caput III.

quidem vocat, alios autem prohibet : non manu hoc facient, sed lingua, clarius quam si manu hoc faceret. Vox enim illa in auditum irruens nostrum, veluti manus, alios quidem expellit & excludit ; alios autem introducit & repræsentat. Die enim rogo, in Olympiacis & certaminibus nónne stabat præco, & magnum atque altum clamans & dicens : si quis hunc accusat, ne fortè seruus est : ne fortè fur ; ne fortè malignorum morum : quamuis certamina illa non sint animæ, neque morum, sed fortitudinis corporalis ? Si itaque vbi corporum versatur exercitatio, multa inquisitio efficitur voluntatis : quanto magis hîc vbi totum certamen gerit anima ? Stat igitur nunc etiam præco noster, non caput vniuscuiusque continens & producens, sed omnia simul capita inferiora continens : & non eis constituit alios accusatores, sed ipsos sibi : Non enim dicit, Si quis fortè hunc accusat. Sed quid ? Si quis seipsum accusat. Quando enim dicit, *sancta sanctis*, hoc dicit ; Si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit, *à peccatis mundus*, sed *sanctus*. Sanctum enim non mundatio peccati tantùm facit, sed etiam præsentia Spiritus, & bonorum operum opulentia. Non enim (inquit ;) volo à cœno vos mundos esse, sed etiam albos esse, & pulchros. Si enim Rex Babylonius ex captiuitate eligens, iuuenes honestos forma, & decoros facie elegit : multo ampliùs & nos adstantes mensæ regali, honestos specie animæ esse oportet: ornamentum habentes aureum, stolam mundam, calceamenta regalia, vultum animæ formosum, oportet eam ornatu aureo circundatam esse, cingulum veritatis habere. Talis accedat, & calicem tangat regalem.]

7. Paschasius denique, necessitatem sanctitatis in communicante confirmat lib. de Sacram. cap.7. argumento inde petito, quod Eucharistia sit cibus corporis mystici, nempe Ecclesiæ. Nemo autem est membrum vium Ecclesiæ, cuius solius est comedere, nisi sit iustus. [Corpus Christi, (inquit,) sponsa videlicet Dei, Ecclesia iure dicitur, iuxta illud quod Apostolus ait, *& erunt duo in carne mea. Hoc* (inquit ;) *Sacramentum magnum est in Christo & in Ecclesia.* Quod si Christus & Ecclesia, in carne vna sunt, vtique & vnum corpus, vbi sponsus caput ; singuli autem electi alter alterius membra. Ex quibus videlicet quisquis tollit membrum Christi & facit membrum meretricis, aut certè per quodlibet graue delictum, membrum Diaboli : hic profectò iam non est in corpore Christi, quia factus est alterius membrum. Idcirco ei iure non licet edere de hoc mystico corpore Christi. Quod sanè corpus, vt vera caro Christi sit pro mundi vita, quotidie per Spiritum sanctum consecratur, de qua non habent protestatem edere qui ex aduerso sunt. Vescuntur autem ea condigne, qui ita sunt in corpore illius, vt solum corpus Christi dum est in via, ipsius carne reficiatur, & discat nihil aliud esurire, quam Christum, nihil sitire nisi Christum, nihil aliud sapere quàm Christum, non aliunde viuere, non aliunde esse quàm corpus Christi.] Et cap.8. huc accommodat præceptum latum Leuit. 22. quo arcentur à sanctificatis, omnes qui non sunt de filiis Israël, hoc est vt glossat Paschasius, de stirpe veræ fidei : monstratque id esse diuinitùs constitutum de Eucharistiæ Sacramento. Solis quippe sanctis & iustis, hæc esca præparata est. Idque Christum scrutari, & malè sumentes discernere, latè confirmat idem Autor, accommodata in hanc rem ea visione, quæ habetur Ezech. 9. vbi scribuntur accedentes ad altare & atria implentur indignè venientibus, gladio vltore peremptis. Hoc non in visu, sed reipsa contigit, illi Cistercienſi, quem ob indignitatem prohibitum à S. Bernardo communicare, & tamen ad communicandum se ingerentem, S. Bernardus diuino cibo cum aliis impertiit, hæc prolocutus, *Deus iudicet inter me & te.* Moxque hostia linguam dolosam quam vix contigerat derelinquens,& aduolans in altare,Monachum morte multauit. Vt ex antiquis monumentis refert Bartholom. Ferrarens. lib.3. de Christo abscondito.

Ex dictis, necessitas sanctitatis, & sanctarum eius frugum tanquam dispositionum, (vt S. Chrysostomus homil. 17. in ad Hebræos rectè distinxit,) perspicua est. Et quia dispositionum aptirudo nunquam æquabit Christi susceptí dignitatem cõcipienda est summa humilitas, de qua audi Cassianum collat. 22. cap. 7. [Tanta cor nostrum humilitatis debemus vallare custodia, vt hanc definitionem perpetua sensuum stabilitate teneamus, nequaquam nos posse ad tantum purificationis meritum peruenire, , vt si hæc quæ supra dixi, per Dei gratiam omnia fecerimus, indignos tamen nos communione sacri corporis esse credamus. Quia cœlestis illius mannæ, tanta maiestas est, vt nemo hac lutea carne circundatus, per suum meritum, eius edulium, & non ex gratuita Domini largitate percipiat.] Eadem egregiè inculcat collatione 23. cap.21.

Vacuitas gratiæ, in communicante, graue sacrilegium.

8. Eo ipso autem, quod constitutum est, exigi sanctitatem ad dignè communicandum; concluditur quoque necessitas absentiæ peccati mortalis. Neque enim gratia sanctificans cohærere cum peccato mortali, vlla vi potest: Atque adeò quisquis lethali peccato sordens, & quod concomitanter idem est, vacuus gratiæ sanctificantis, accedit ad Eucharistiæ perceptionem, admittit immane sacrilegium, staruíque se reum corporis & sanguinis Domini vt dixit Apostolus 1. Cor.11. addens, talem sibi manducare & bibere iudicium, quia non diiudicat corpus & sanguinem Domini sensus est, ingentes pœnas illum manere, quia grauissimè delinquit, eo quod sacrum panem videatur habere pro pane communi, vt planè habebant prophani illi Longobardi de quibus sic scribit Stephanus 2. Epist. 4. ad Pipinum. [Munera sancta, id est corpus D. N. Iesu Christi in suis contaminatis vasibus, quos folles vocant, miserunt ; & cibo carnium

copioso

copioso saturati, comedebant eadem munera.] Habebant ergo profani illi Eucharistiam pro cibo communi; Nec secus censete de ea videntur, qui indignè communicant, cum tamen sit ipsum corpus Domini IESV specierum tegumentis opertum quod venerati & honorificè excipere oportuerat, non tanta afficere iniuria, quantam irrogat acceptio panis diuini pro pane communi, & appositio impedimenti ne Sacramentum fructificet in homine. Neque enim potest effectum suum producere, in homine qui graui peccato sordet. Sic igitur sumere diuinum panem, perinde ac si esset cibus communis, & obstare eius efficacitati circa productionē gratiæ, est nun dijudicare corpus Domini, & fieri corporis & sanguinis Domini reum, vt Apostolus pronunciauit. Ad quas voces, sic conclamat Pacianus in Paræneſi. [Intremuistis, an non? *Reus erit* (inquit) *corporis & sanguinis Domini.* Humanæ animæ reus, non posset absolui; Dominici corporis violator, euadit? *Qui manducat* (inquit,) *& indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Euigila peccator. Time in visceribus tuis præsens iudicium, si quid tale feciſti. *Propterea* (inquit,) *inter vos multi infirmi, & ægri, & dormiunt multi*, iam si quis futura non metuit, vel præsentem ægritudinem, præsentémque obitum reformidet. *Cum iudicamur* (inquit,) *à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Lætare peccator, si in hoc sæculo aut morte intercipiris, aut langnore consumeris, ne puniaris post sæculum. Intellige quantum sceleris admittat, qui ad altare venit indignus, cui pro remedio computatur, eum aut morbis laborat, aut morte dissoluitur. Quod si vestra vobis vilis est anima, parcite populo, parcite Sacerdotibus. Clamat Apostolus. *Exiguum fermentum, totam massam fermentat.* Quid facies tu propter quem omnis massa corrumpitur propter quem laborarura est tota fraternitas? Viues tot animarum reus? Excusaberis, cum tibi communionem suam imputauerint innocentes, cum te Ecclesia dixerit suæ cladis autorem?]

9. Haud aliter de eiusdem peccati atrocitate, pronunciatum video à variis Patribus, dum hortantur communicaturos, vt priùs eluant animum à peccato, sintque puri ac nitentes. Produco nonnullos. S. Augustinus serm. 1. de Temp. inuitans suos ad communicandum in in die Natalis Domini. [Rogo & moneo, vt quantum possumus cum Dei adiutorio laboremus; vt in illo die, cum syncera & pura conscientia, & mundo corde, & casto corpore, ad altare Domini possimus accedere, & corpus & sanguinem eius, non ad iudicium, sed ad remedium animæ nostræ mereamur accipere. In Christi enim corpore, vita nostra consistit, sicut ipse dixit; *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Murer ergo vitam, qui vult accipere vitam. Nam si nou muret vitam ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipsa corrumpitur quàm sanatur, magis occiditur quàm viuificetur. Sic enim dicit Apostolus, *Qui manducat corpus Domini, & bibit sanguinem eius indignè, iudicium sibi manducat & bibit.*]

Creditus Hieronymus 1. Corinth. 11. [Si in liuteum vel vas sordidum, non illud mittere audes, quanto magis in corde polluto, quam immunditiam Deus super omnia execratur, & quæ sola iniuria eius est corporis? Nam & Ioseph ille iustus, propterea syndone munda inuolutum in sepulchro nouo corpus Domini sepeliuit, præfigurans, corpus Domini accepturos, tam mundam mentem debere habere quàm nouam.] *Monita communicantibus.*

10. Origenes homil. 2. in Psalm. 38. ad illud, *quoniam iniquitatem meam annunciabo*; [Quicunque vestrum (inquit,) conscius sibi est in aliquo peccato, & ita secutus est quasi nihil mali fecerit, comitou[illegible] sermone qui dicit, *cogitabo pro peccato meo.* Bonum est eum qui delinquit non esse securum, & velut qui nihil deliquerit, nullam sollicitudinem gerere, nec cogitare quomodò possit suum delere peccatum. Si in corpore tuo macula aliqua vel vulnus oriatur, aut ex collisione aliqua intumescat sollicitus es & perquiris quid eutæ debeat adhiberi, quomodò corpori sanitas antiqua reddatur. Si circa oculos se aliquis acerbus humor infuderit, sollicitus es, & perquiris quomodò suceutras & præuenias cœcitatem. Cum anima tua ægroret, & peccatorum languoribus vrgeatur, securus es, contemnis gehennam, atque ignis æterni supplicia despicis & irrides? Iudicium Dei patiendis, & commoneurem te Ecclesiam despicis? Communicare non times corpus Christi, accedens ad Eucharistiam quasi mundus & purus, quasi nihil in te sit indignum, & in his omnibus putas quod effugias iudicium Dei? Non recordaris illud quod scriptum est, quia *propterea in vobis infirmi & ægri, & dormiunt multi?* Quare *multi infirmi?* Quoniam non seipsos dijudicant, neque seipsos examinant, nec intelligunt quid est commute Ecclesiæ, vel quid est accedere ad tanta & tam eximia Sacramenta. Patiuntur hoc quod febricitantes pati solent, cum sanorum cibos præsumunt, sibimetipsis inferentes exitium]

11. Gregorius Nyssenus homil. 10. in Cant. ait idcirco dictum, *venite & comedite amici, bibite & inebriamini charissimi*, vt significaretur, qui accedunt ad mensam Christi debere esse exortes culpæ, & amicos Christo, eique charissimos. Et serm. 1. de Resurr. *sub finem.* [Nobilis ille Senator Ioseph ab Arimathæa, non est nobis silentio prætereundus, qui cum illius corporis nuuus accepisset, syndone munda illud inuoluit, & in monumento nouo ac puro collocauit. Quod ab honesto hoc senatore gestum est, nobis sit tanquam lex, vt idem nos quoque præstemus, cum illud corporis munus suscipimus, ne id sordido conscientiæ linteo inuolnamus, néve in cordis monumento, mortuorum ossibus omnique immunditia pleno, reponamus: sed *vnusquisque* (vt scribit Apostolus,) *seipsum probet*, ne munus, suscipienti, sit iudicium.] Eadem habet lib. de perfecta Christiani forma, tractans escæ & potus nomina Christo tributa.

Creditus Cypr. serm. de Cœn. Dom. numer. 10. [Sacramenta quidem, quantum in se est, sine propria esse virtute nou possunt, nec vllo modo diuina se absentat maiestas

Sectio VI. Cap. III.

mysteriis. Sed quamuis ab indignis se sumi vel contingi Sacramenta permittant, non possunt tamen Spiritus esse participes, quorum infidelitas vel indignitas tantæ sanctitudini contradicit. Ideóque aliis sunt hæc munera odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem: quia omnino iustum est, vt tanto prius ventur beneficio gratiæ contemptores, nec in indignis tantæ gratiæ putitas sibi faciat mansionem.] Et inferiùs. [Hi qui verbo tenus, corde sicci & mente aridi sacris interesse vel etiam participant donis, lambunt quidem petram; sed inde nec mel sugunt, nec oleum, qui per aliquæ charitatis duleedine, nec Spiritus sancti pinguedine vegetantur, nec se iudicant, nec Sacramenta dijudicant; sed sicut cibis communibus irreuerenter sacris vtuntur muneribus, & Dominicæ mensæ in veste lutulenta se ingerunt impudenter; quibus melius erat mola asinaria collo alligata mergi in pelagus, quàm illota conscientia, de manu Domini buccellam accipere; qui vsq; hodie hoc sanctissimum & veracissimum corpus suum creat, & sanctificat, & benedicit, & piè sumentibus dividit.]

S. Chrysostom us ser. de Martyribus (est 65. Tomi V. Græcol.) [Apostolus reprehendens eos qui indignè mysteriorum fiebant participes, ita dicebat, *qui manducat & bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Eius autem verborum, hic sensus est: Quemadmodùm illi qui Iesvm Crucifixerunt (inquit) sic & illi qui indignè fiunt mysteriorum participes, pœnas dabunt. Neque verò seueritatem orationis illius, quisquam condemnet. Regia vestis est corpus Dominicum. Porrò & qui regiam purpuram dilaceranit, & qui manibus immundis inquinauit, pari eam contumelia affecerunt: quamobrem & pari supplicio plectuntur: ita fit & in corpore Christi. Iudæi quidem illud clauis in cruce distuperunt; tu verò dum in peccatis, & immunda lingua ac mente viuis. Quam ob causam, & idem tibi supplicium imminere dixit Paulus, & adijcit dicens; *Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*]

12. Petrus Blesensis Epist. 86. [Tua sententia est, vt tibi Christum incorpores singulis diebus, non dijudicans corpus Domini. Propter hoc multi imbecilles, dormiunt in peccatis. Verbum sapientis est, *Cum sederis ad mensam diuitis, appone cultrum gutturi tuo,* vt inter cœlestes cibos, & laicos siue communes, deuota veneratione discernas. Vide ne Dominus dicat de te. *Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.* Et illud, *dederunt in escam meam fel.* Prohibet siquidem Dominus, ne de Agno Paschali comedar aduena, vel immundus. Nec ponendus est Christus, nisi in syndone munda, & in monumento nouo: quia panis vitæ non est recipiendus nisi conscientia munda & corde syncero. Hostia enim indigne accepta, suscipientem damnat non saluat, inquinat non emundat. Propheta enim dicit, *quid est quod dilectus meus facit scelera multa in domo mea: Numquid carnes sanctæ auferent malitias eius in quibus gloriatus est?* Et alibi: *Tu qui mundari per hostias, scito quod non mundaberis, sed amplius polluēris.*]

Guerricus Abbas serm. 2. de Resurr. aptat ad eos qui indignè & absque nitore conscientiæ accedunt ad Eucharistiam, illud Iobi *Cum satiatus fuerit, arctabitur, & irruet in eum omnis dolor. Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super eum bellum suum.* [Iustum quippe sentiebat, atque consentiebat Propheta, vt pluat super peccatores bellum, qui ad pluuiam voluntariam fructum pacis non retulerunt; sitque ignis & sulphur & Spiritus procellarum pars calicis eorum, qui calicem Domini indignè bibetunt.]

Laurentius Iustinianus serm. de Eucharist. [Iudicium sibi non Domino, mâducat iniquus & malus, cum ex incuria seu mentis cœcitate, à cæteris cibis non discernit corpus Christi, dum præsentem Domini maiestatem in Sacramento hoc minimè veneratur, dum incredulus & pollutus præsumit contingere sancta & immaculata mysteria. Iudam imitatur huiusmodi, qui percepta panis intincti buccella scelcratior factus, à conspectu veri luminis se absentando fugit ad tenebras; quatenus conceptum peragaret facinus. Hinc est quod sumentes indignè, præ cæteris delicta grauiora committunt, & pettinaciores in malo, atque ad emendationem vitæ tardiores sunt. Quonam modo in sceleribus non excellunt alios dum Regem gloriæ atque vniuersorum conditorem contemnunt & irreuerenter tractant? Nempe qui tales sunt, si Sacramenta cœlestia, Christi corpus verum, eiusque sanguinem esse non dubitant, qua temeritate, quáve impudentiâ tremendam in se nequaquam verentur percipere maiestatem? Scelus hoc grande est, & nefas pessimum.

Quatenus qui sic sacrilegè communicat, Iudam imitetur.

13. Duo in his Laurentij Iustiniani verbis, consideratione digna video. Primum quod is qui indignè communicat, Iudam imitetur. Hoc illustratum latè est in Tractatione de Iuda cap. 17. §. 8. Estque apud Patres solemne. Nihil enim frequêtius apud eos occurrit, quàm collario peccati quod in Christi indigna perceptione admittitur, cum peccato quo Christus proditur. Adducit in eam rem nonnullos Gabriel lect. 87. in Cano. *Litera B. & C.* Pulchrè præter cæteros Beda in Lucam suo c. 91. *in fine*, tractans illud. *Veh homini illi per quem Filius hominis tradetur.* [Sed & hodie quoque (inquit), & in sempiternum, veh illi homini qui ad mensam Domini malignus accedit: qui insidiis mente conditis, qui præcordiis aliquo scelere pollutis, mysteriorum Christi secretis participare non meruit. Et ille enim in exemplum Iudæ, filium hominis tradit, non quidem Iudæis peccatoribus; sed tamen peccatoribus membris videlicet suis, quibus illud inæstimabile & inuiolabile Domini corpus violare præsumit. Ille Dominum vendit, qui cius amore ac timore neglecto, terrena & caduca, imo etiam eriminosa plus amare & curare conuincitur. Veh inquam illi homini, de quo Iesv, (qui altaribus sacrosanctis inter immolandum

molandum vtpote proposita consecraturus adesse non dubitatur, astantibus sibi ministris cœlestibus, quos cogitat. *Ecce* (inquiens,) *manus tradentis me, mecum est in mensa.*] Hæc magnam partem, verbatim descripsit Rabanus lib. 3. de Instituc. Cleric. cap. 31. tacito de more eo, è quo exscripsit. Descripsit quoque ista Hincmarus Opusc. II. §. XI.

14. Bellè ista & benè. Cum tamen habeamus specificam communitatem peccati inter indignè communicantem & Iudam sacrilegè participantem corpus Christi, vt monstratum est in Tractatiooe de Iuda cap. 9. num. 29. vt quid analogiam cum proditione consectabimur? Et video plerosque similitudinem peccati Indignè communicantia cum peccato Iudæ, spectare duntaxat penes sacrilegam Iudæ communionem. S. Chrysostomus pulchrè id expressit serm. 1. de proditore. [Syncera quæso (inquit,) & plena charitatis pectora, diuinis exhibere mysteriis. Nulla sit in mente duplicitas, nec liuoris libidine, ioterior homo fuscetur. Agnum comesturos, agni Innocentiam præfetat, nec immaculatæ ouis membra lupina malignitate transfundat in viscera. Quoniam qui sacratæ huius cœnæ indigno participatur accubitu, non cum Petro petueniet ad salutis portum, sed sustinebit cum Iuda sine reparatione naufragiom. Habebit debitam cum proditore pœnam, qui ad bonum malam attulit conscientiam. Denique Iudas, noo syncerus sed simulator accubuit, & post buccellam Christi, in eum Diabolus introiuit. *Accepit* (inqoit,) *buccellam, & introiuit in eum Satanas.*]

Theodoretos 1. Corinth. II. [Illud *erit reus corporis & sanguinis*, hoc significat, quod quemadmodum sradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultatuot, & eum probris & conultiis affecerunt Iudæi; ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum eius corpus immundis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os immittunt.]

15. Paschasius lib. de Sacram. cap. 8. [Nihil in præsentiarom periculosius, quàm lethaliter peccate, & à Christi corpote coram interni Iudicis oculia decidere. Deinde nihil damnabilius antequàm quis corrigatur, propter petfidiam humanam cum Iuda à mysterio sanctæ commonionis pedem non rettabete. Vnde à ptimordio huius celebritatis, iudicium malè accipientibus minatur, dum continuò post buccellam de manu Domini perceptam, Iudam Diabolus peruasit. Vbi mox ostenditur futurum in Ecclesia indicium, quia sancta sanctorum sunt. Si quis ergo elapsus de corpore Christi, factus membrum metetticis, vel Diaboli, præsumpserit communicate, non dubium quin iudicium excipiat, & cum Iuda culpæ soeietur obnoxius; tam quia corruit, quam quia in conscienria damnatus, ausus est fine pœnitentia & cottectionis venia, sancta mysteria temerare.] Et inferiùs. [Alius accipit mysterium ad iudiciũ damnationis, alius verò ad virtutem mysterij, ad salutem. Nam is qui eum Iuda contemptu suo & vitio, criminis reus tenetur, cum Iuda vtique condemnatur: & qui cum Petro ac cum cæteris fideliter ac deotè participarot, cum Petro quoque, cum cætetis Apostolis in corpote consecratur. Hoc ergo iudicium io natali calicis mox excipitur, vt doceatur quid contemptotibos immineat, si damnati à conscientia, pedem de mensa Domini non rettaxetint.

Monita Communicantibus.

Nicolaus Methonensis libello contra hæsitantes circa Euchatistiam. [Hoc mystetium summopetè admirans quasi stupefactus Diuus Apostolus, cum timote Dei ac fide, vt dignè eo participemus adhortatur, & supplicium transgressori definit. *Quicunque comederit* (inquiens,) *panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* Id petinde est ac si dixerit, Diui Chrysost. sententia: Quemadmodùm tradidit quidem eum Iudas, in eum verò petulanter debacchati sunt Iudæi, ita dedecore & infamia eum afficiunt, qui sanctissimum eius corpus, indignè ore sumunt, & cordi admouent impuro.]

Eandem Iodæ & indignè commuoicantium coguationem, agnoscit Concilium Gallicanum apud S. Maetam celebratum cap. 5. & Isidorus Pelus. lib. 1. Epist. 170. Chætemonem quendam indignè communicantem commouens laquei, Iudæ ob sacrilegam communionem repensi. Similia habet lib. 3. Epist. 364.

Quatenus sacrilegè communicans, dicatur in sceleribus excellere.

16. Adscriptos est istis Laurentius Iustioianus, loco qnem ex eo proferebam. Addebat verò; indignè communicantem excedere in sceleribus. Quod potest referri ad eluuionem peccatorum consequentem ex hoc peccato sacrilegæ communionia, qua de re commonuit cteditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. allegato exemplo Iudæ. [Quamdiu (inquit,) cibi illi qui ad diem festum erant patati, à conuescentibos Apostolis sumebantus, veteris Paschæ agebatur memoria, necdum Iudas ad veterem vitam pertinens, Diabolo inuadente & occupante animom eius, egredi cogebatur. Sed vbi sacrum cibum meus perfida tetigit, & sceleratum os, panis sanctificatus intrauit, parricidialis animus, vim santi Sacramenti non sustinens, quasi palea de area exsufflatus est, & præceps cucurrit ad perditionem & pretium, ad despetationem & laqueum.] Haud aliter S. Chrysostomus homil. de proditione Iudæ. [Nemo sit Iudas in mensa. Hoc sacrificium, cibus spiritoalis est. Nam sicut corporalis cibus, cum ventrem inuenerit aduersis bumotibus occupatom, & amplius lædit, magisque nocet, & nullum præstat auxilium: Ita & iste spiritalis cibus, si aliquem repererit malignitare pollorum, magis enm perdet, non sua namra, sed accipientis vitio.] Eodem modo, Iudam à communione, ptoropisse apertè & absque retinaculo in omne scelus, tradit Paschasius lib. de Sacram. c. 8.

17. Hic potest esse excessus ille in sceleribus à Laurentio Iustiniano propositos. Quanquam potest etiam pertinere ad huius culpæ enormitatem,

Sectio VI. Cap. III.

mitatem, ita vt sensus sit, peccatum sacrilegæ communionis esse omnium terrerrimum. In quo sensu, assertio Iustiniaoi nonnulla indiget temperatione. Neque enim absolutè verum est, hoc peccatum esse omnium peccatorum grauissimum; quia cum admittatur io Christum speciebus operum, est ex genere suo mmùs graue, quàm peccata admissa in Deum secundùm se, cuiusmodi est blaspbemia, & reliqua peccata contraria virtutibus Theologicis. Et eandem ob causam, communio sacrilega est peccatum leuius quàm peccata à crucifixoribus admissa io Cbristum sub visibili specie. Esto interdum Patres, secundùm quandam proportionem ac imitationem loquentes, æquiparent hoc peccatum cum peccato eorum qui Christum crucifiaerunt. S. Basilius perpulchrè id prosequitur serm. 2. de Bapril. cap. 3. [Grauissimum (inquit,) supplicium io lege Deus aduersùs cos decreuit, qui cum sint immundi, sancta contingere non verentur. Typice namque illis quidem, nobis verò admonitionis gratia, scriptum est ad hunc modum. *Et locutus est Dominus ad Moysem dicens, dic Aaroni & filiis eius; Abstineant à sanctis filiorum Israel, nec polluant nomen meum sanctum quacunque illi mihi sanctificant. Ego Dominus Dic illis in generationibus ipsorum, Quisquis hominum ab omni vestro semine, ad sancta quacunque filij Israel Domino sanctificant, in immunditia sua constitutis accedit, exterminabatur anima illius à facie mea. Ego Dominus.* Si tales minæ aduersùm eos positæ suot, qui temerè ad ea sacra acceduot quæ ab homioibus sanctificantur, quid dicendum est de eo qui in tantum ac tale mysterium temerarius est? Quanto enim maius aliquid is est templo secundum Domini vocem, tanto grauius & tetribilius est in animæ impuritate constitutum, corpus Christi temerè contingere quàm sit accedere ad arietes vel tauros, dicente Apostolo: *Itaque qui edit panem, aut bibit poculum Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*; Imo vehementius ac terribilius iudicium per sepetitionem exprimitsur, cum dicit, *Probet autem quisque seipsum, & sic de pane hoc edat & de pocule bibat. Qui namque manducat ac bibit indignè, iudicium sibi ipsi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quod si in immunditia tantùm constitutus, (immunditiæ verò proprietatem typicè ea lege discimus,) tam terribile iudicium habet, quanto magis qui cum in peccato sit, corpus Domini contingere audei, grauius sibi accersit iudicium? Mundemus itaque nos ab omni inquinamento: (differentia verò inquinameoti & immunditiæ, sapientibus est manifesta,) atque ita ad sancta accedamus, vt iudicium eorum qui Dominum occiderunt, effugiamus; propterea quod quisquis edesit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.]

18. Videndus in hanc rem Gabriel serm. 2. in Cœna Domini. Æquiparantur ergo, (vt diai,) peccata crucifiaorum, cum peccato indignè communicantium; ob aliquam similimdinem & analogiam: quamuis peccata crucifixorum fuerint atrociora, ob reuelatam Cbristi faciem, & acriotem contumeliam. Prætetquàm quod Christus in proptia specie violatus sustinebat sensibiliter, quod in Eucharistia uon facit. Nam omnis actio iomica, terminatur ad species, & in illis sistir, vt sopta est demonstrarum. Itaque peccatum indignè commuoicantis, non est absolutè omnium terrerimum. Est tamen valdè graue, & quo nunc communitet vix admittatur graoius. S. Chrysostomus eaistimat, Herodem grauiùs non peccasse cum Christum infantulum ad necem quæsiuit. Ita enim babet homil. 7. in Matth. [Caue ne Herodi efficiaris similis, & dicas, *vt & ego veniens adorem eum*, cumque veneris, interimete coneris. Huius etenim similes sunt, qui indignè abutuntur communione mysterij. *Reus itt enim*, inquam *iste, corporis & sanguinis Domini.* Qui enim eiusmodi sunt, babent in se Tyrannum, & regno Chtisti iugiter iouidentem, longè sanè Herode illo oequiorem, mammonam scilicet. Hoc enim in homines tenere imperium gestit, suósque cultores simulat, & mittit ad Cbristum; vt specie quidem adorare videantur; quantum verò in ipsis est, interimunt eum quem adorare se simulant.] Vtique Herodis erga Cbristum visibilem, imitatione. At Herodem ob eam in Christum infantem sæuitiam, uemo nou arguit extraordinariæ truculentiæ.

Quæ probatio communioni præmittenda ex Apostolo.

19. Itaque metiùs Apostolus, tanta verborum grauitate reuocauit fideles ab adeò immani scelere auertere, contestans vt nisi reterrimo scelere contamioare se vellens, probarent seipsos, iudicium alioqui manducaturi ac bibituri. [Verbum Apostoli est, (ait Petrus Blesensis Epist. 123.) *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* O quàm felia, qui probams iouentus est. *Proba me Domine & tenta me, vre renes meos & cor meum*, vt tanto Sacramento dignus inueniar. Terribile eoim est, quod sequitur. *Qui manducat meam carnem, & bibit sanguinem meum indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Domine Iesv Christe, Sacrameotum corporis & sanguiois tui, quasi pigoos & obsidem cœlestis gratiæ dimisisti, & in eo constituisti nobis non mortem sed vitam, non iudicium sed salutem. Quàm perditus ergo est, qui redemptionem in perditionem, qui sacrificium in sacrilegium, qui mysterium io parricidium, qui vitam coouerit in mortem?]

Cæterum probationem sui ipsius ab Apostolo indictam, sine qua vita in mortem vertitur, Ecclesia intelleait de necessitate Confessionis Sacramentalis, si copia sit Confessarij, & homo lsbe lethali sit contaminatus. Eamque necessitatem, iniici diuioo præcepto, docemur ex Concilio Tridentino sess. 13. c. 7. & cano. 11. quod quanquam non satis clarè exprimit, an præceptum hoc sit diuioum ao Apostolicum, & idcirco Palac. in 4. d. 9. q. 10. *ad primum*, & Medina q. 17. de Confess. Sacram. fauente Ægidio 3. p. q. 80. oum. 3. ceoseant esse præceptum putè Apostolicum, & dispen-

sabile

sabile ab Ecclesia, (salua semper necessitate præcepti diuini naturalis, adhibendæ saltem contritionis, ad mundandam & aptandam Christo hospiti animam:) tamen graues DD. vt Suares t.3.3.p.d.66.s.3. Vasques 1.p. d. 107. cap.4.& Bonacina q.6. de Euchar. p. t. n. 35. negant hoc præceptum esse purè Apostolicum, affirmántque esse præceptum diuinum. Cuiuscunque verò sit huiusmodi præceptum, Synodus Tridentina declaranit, ex hoc præcepto semper in Ecclesia Dei necessáriam fuisse confessionem Sacramentalem, iis qui peccati mortalis conscientiam haberent. *Declarauit* inquam, quia non tulit nouum præceptum; quod non vigeret in locis in quibus Concilium non est receptum. Sed quod ab omni acceptatione est independens, definiuit, & testatum dedit quamdiu esset copia confessarij, (quod quando accidat, alibi exponitur,) necessárium esse præmittere communioni, confessionem mortalis peccati quod sit in conscientia. Et ita semper tulit praxis piorum, & doctrina sanctorum, iuxta illud creditl Ambrosij serm. 33. [Serpens cum venerit ad bibendam aquam, priusquàm bibat, extra fontem euomit venenum suum, & postea bibit; Ita & nos, quando ad altare Domini communicaturi accedimus, deponamus venenum pessimum, hoc est iracundiam, odium, inuidiam, falsitatem, iniquitatem, auaritiam, cupiditatem, superbiam, sacrilegium, furtum, luxuriam, falsum testimonium, discordiam, periurium. Hæc sunt animarum venena. Ista priùs repellamus à nobis, & sic ad altare Domini, corpore & sanguine eius satiemur. Mundemus corda & corpora nostra ab omni vitio malo; vt casto corpore, & mundo corde, & cum secura conscientia, ad altare Domini possimus accedere.] Videtur hic Autor, profecisse ex S.Epiphanio hæt.27. qui prudentiam serpentis in euomendo veneno, priusquàm ad fontem progrediatur, exigit à Christiano priusquam ad Ecclesiam (vtique ob mysteriorum participationem, accedat. Euomendum ergo est Christiano venenum, priusquàm ad sacrum fontem domui Iacob patentem accedat. Quanquam non sole duplex peccatum communicare absque Confessione, eo quod tunc Confessio non præcipitur per se, sed tantùm propter communionem, rectè affirmat Vasques 3. p.d.208.n.24. & Snares t. 4. 3.p.d.35. sect.3.contra Cardum relect.de Pœnit.parte 4.

20. Hanc reuerentiam debeti corpori Dominico, vt præcedat ablutio per Confessionem, habetur ex præclara Guerrici Abbatis disputatione serm. 5. de Purif. vbi præfatus corpori Christi in Eucharistia deberi dignitatem, reuerentiam, & fructum, sic exponit reuerentiam. [Debemus ei & reuerentiam; inuestigate scilicet nosmetipsos; & si inuenimus cor pollutum fœdis cogitationibus, aut mala voluntate, ab eius contactu vt ab igne & nos & alios arceamus. Ignis enim consumens est, ad quem indignus non debet accedere, ne interiùs consumatur, & in reprobum sensum tradatur. Exeat ergo extra castra sicut Moyses præcepit; hoc est, dum in illo statu est, indicet se indignum socie-

Monita Communicantibus.

tate fidelium communicantium hoc facto corpore, lauétque vestimenta sua per sanctam confessionem: & post solis occasum, hoc est post tentationis calorem, & ardorem iam mortuum, lætus redeat, & aliis fidelibus communicet. Hæc est reuerentia quam debemus corpori Christi.]

Idem grauissimè conrestati solitum, Magnum illum Euthymium Abbatem, scribit in eius Actis Cyrillus, refetens eum ad id præsertim impulsum, eo diuino viso quo aliquos ex communione denigrari super carbones, alios splendere deprehendebat. [Quamobrem (inquit Cyrillus,) non cessabat testificari fratribus, & illud Apostoli optimè admonere, vt vnusquisque attendat, & seipsum probet, sic & eum treinore sumat panem & calicem, cum benè sciat is qui accedit, quod iudicium sibi comedit & bibit, qui ea indignè sumit. Propterea enim statim quoque, cum hoc primùm offert Sacerdos Sacrificium, multitudinem veluti præmunit, & iubet vt caueat; sursum habeamus corda, eis acclamans, & cum ab illis promissum acceperit, sic audet deinceps offerre oblationem. Qua etiam perfecta, ille etiam rursus manus in cœlum tollens, & ostendens esse dispensatum pro nostra salute mysterium, clara voce sic dicit, *sancta sanctis*, perinde ac si dixerit quispiam; Quandoquidem ego sum homo æque ac vos, passibilis, ignorans quemadmodum vnusquisque vixerit; propterea hoc ante apertè testificor, & hanc communem probationem vestræ suggero conscientiæ. Si quis captus fuit ab odio, & iniuriæ acceptæ recordatione; Si quis ab inuidia, aut ira, aut superbia; Si quis à maledicto, aut à rutpi sermone, aut ab improba cupiditate, aut ab aliquo alio vitio fuit comprehensus; ne priùs accedat, quàm per pœnitentiam à scelere fuerit expiatus. Hæc enim sancta, (inquit,) non profanis, sed sanctis exhibentur. Quicunque ergo vestræ conscii estis conscientiæ, ad eum accedite & illuminemini, & vestri vultus nequaquam pudore afficientur.]

Exitium à communione, absque ea probatione sui ipsius.

21. Qui hac sui ipsius probatione dimissa, scatens sordibus accedit ad diuinam mensam, quod saluti fuisset, ad exitium & certam mortem accipit; vt iis accidit qui stomacho corruptis humoribus oppleto, assumunt bonum cibum; Quæ est egregia in hanc rem doctrina S.Chrysostomi hom.de Iudæ proditi. *sub finem*; Est item ea obseruatio S. Greg. lib. 10. in 1. Reg. ad illud *repleti priùs pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt*, quod secundo loco sic enuclear. [Quod tamen contra negligentes sacri altaris ministros, atque audaces Dominici corporis susceptores, dici non inconuenienter potest. Repleti verò priùs sunt vitiorumque cibo saturati, qui pro pane se locant, quia corpus ad susceptionem Eucharistiæ præparent. Qui nimirum comedunt & saturari non possunt, quia etsi Sacramentum ore percipiunt, virtute Sacramenti nequaquam replentur. A virtute ergo

Sectio VI. Cap. III.

illa Sacramenti ideò ieiunant, quia priùs repleti fuerant. Salutis quippe fructum non percipiunt in comestione salutaris hostiæ, qui ea quibus se repleuerant flagitia, portant in mente. Non saturantur ergo nisi famelici, quia à vitiis perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis. Et quia sine peccato, electi etiam viri esse non possunt, quid restat nisi vt à peccatis quibus eos humana fragilitas maculare non desinit, euacuati quotidie eoenient? Nam qui quotidie non exhaurit quod delinquit, etsi minima sunt peccata quæ congerit, paulatim animâ repletur atque ei mentò auferunt fructum internæ saturitatis. Hac repletione nos euacuare Paulus insinuans, ait; *Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Quid enim est hoc loco *probare*, nisi euacuata peccatorum nequitia, se probatum ad Dominicam mensam & purum exhibere? De repletis etiam subdit, *Qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Qui etgo quotidie ad pœnitentiæ lamenta curramus, quia ipsa sola virtus est quæ euacuat quod in ventre animæ culpa coadunat.]

Carnis illuuies, maximè cauenda communicaturo.

22. Cum autem quodcunque mortale peccatum, omni studio sit eliminandum à pectore Christum excepturo, vt ex proximè dictis est manifestum, inter omnia tamen lethalia peccata nullum est, quod eum diuini huius cibi sanctitatae ditectius pugnet, quàm luxuria & immunditia ex illuuie turpitudinum carnis Christus enim qui hîc comeditur, est Agnus puritatis amantissimus, & hiceinum luxuriæ fœtorem maximè auersans. Egregiè omnino id prosecutus est Algerus lib. 1. de Eucharist. cap. 22. *in fine*, adductus eum de depulsione tenebrarum luxuriæ per Eucharistiam. Nunc addo Paschasium lib. de Sacram. cap. 21. [Agni carnes (inquit,) assas tantùm igni passionis Christi, cum lactueis agrestibus, absque fermento, idest in azymis syncerita-tis & veritatis comedamus, absque fermento corruptionis. Deinde se probet vnusquisque, & vt præcipitur, sic agat. *Renes vestros* (inquit,) *accingetis*, quia hæc sunt vitæ semina quibus Virgines generantur. Vnde constat, quod nulli periculosius ea contingunt, quàm luxurioli & incesti. Propterea primùm hoc loco, & lex castitatis in renibus quorum scrutator est Deus, per seipsum adfigitur. Nam si qui vxoribus debitum reddunt in lege, non possunt ad Deum, neque ad panes propositionum, neque ad vlla legis consecrata, nisi priùs saltem triduo, vel eo amplius sanctificentur, accedere: quanto magis si volumus panem illum qui de cœlo descendit, & Agni Dei carnes dignè comedere, necesse est ab omnibus peccati operibus vacare, purificationémque mentis ad Deum dirigere?]

23. Etiam post communionem, & perceptam Eucharistiam, S. Chrysostomus homil. 21. ad pop. pio fræno aduersùs omnia peccata quæ per corpus admitti possunt, sed maximè quæ ad luxuriæ cœnum pertinent, assignat recordationem perceptæ Eucharistiæ. Eóque spectat apprecatio Diaconi, in Missa Thomæorum Christianorum, sanctitatem apprecantis toti corpori, & sigillatim plerisque membris, ob admotam vel obiectam ei Eucharistiam. Sic enim orat. [Conforta Domine nostet, manus quæ extensæ sunt vt sanctum accipetent; dignas eas effice, vt diebus omnibus diuinitati tuæ fructos conferant; & omnia quæ decantarunt tibi laudem intra Sanctuarium, digna per te efficiantur, vt semper laudent te. Insuper & aures quæ voeem earminom tuorum audierunt, ne quæso audiant Domine mi vocem elamoris & iurgij. Oculi etiam qui viderunt pietatem tuam magnam, videant quoque tuam benedictam spem. Linguæ quæ *Sanctus* elamarunt, compositè veritatem loquantur. Pedes qui in ipsa Ecclesia ambularunt, in lueis tegione fac eos ambulare. Corpora quæ corpus tuum vinum degustarunt, vitæ nouitate reparentur.]

Quia verò lingua sit in nobis Christo pons ad subeundum inita visecta, meritò sæpè S. Chrysostomus in eos eoncitatur, qui huiusmodi membrum attactu diuinæ eatnis sanctificatum, & sanguine rubefactum, eloacam faciunt. Sic enim hom. 69. in Matth. appellat os turpiloquum. Varia loca quibus sanctus hic Pater, insectatur hanc ecœni per os, quod Christum exeepit profusionem, annotaui lib. 6. de Virtut. num. 136. Nec dissimiliter Theodotus Studita serm. 46. Cateeh. eoncitatur in eos qui haurientes immortalem fontem, eloacas effundunt, qui inquam post peteceptam ore sacram Angelorum escam, verbis turpibus os dehonestant. Malè planè versa vice hîc accidit, quam tradat ex Platone Philo lib. de Mundi Opificio. [Intrant os iuxta Philonem eibi & potus, eorruptibilis corporis alimenta corruptibilia: Prodeunt autem à ratione, immortalis animæ immortales leges, per quas tationalis vita regitur.] Omnes cibi nostrates, quod è te motiua aliquove eius adiuncto existant, dicuntur à Platone mortalia quæ intrant per os nostrum, à quo ait profundi immortalia, idest incorruptos sermones, & partus immortalis intellectus. Hîc è contrario per Dei benignitatem, intrant per os hominis, immortalia: hominis, autem flagitio, exeunt mortalia. Talia enim ferè sunt spurceloquia, saltem ex genere suo. S. Chrysostomus hom. 6. in 1. ad Timot. *in morali*, eandem vult esse rationem amarulentiæ verborum. [Nihil (inquit,) amarum, nihil durum ea lingua proferat, quæ diuinis rebus assueta est. Nihil ex illo ore prodeat crudele, quod dominico corpore sæpiùs saginatur.]

Communio etiam præterita, frenum peccati.

24. In summa, omnium peccatorum amuletum validissimum esse communionem corporis Christi, dum qui communicanit, secogitat quibus dignus factus sit, quid contrectarit, & intra se condiderit, S. Augustinus, egregiè

egregiè admonuit conc. 1. in Psalm. 32. & serm. 8. de Diuers. cap. 3. Quin etiam Guitmundus lib. 1. contra Berengarium *ferè initio*, describens Diaboli consilia in dementarione Berengarij; cùm alia ad certa flagitia in orbem inducenda peruersè tradita ab eo docet, tum nominatim dissemiuaram hæresim de Christi præsentia non nisi imaginaria; [vt ablata veritate Dominici corporis, peccare volentes, nulla reuerentia, nullus meras percipiendæ sacræ communionis, ab aliquo scelere reuocaret.] Agnoscit apertè Guitmundus, hoc esse frænum validissimum aduersùs quæcunque peccata, recogitare se communicasse, & participasse verum Christi Domini corpus; quandoquidem ioficiationem vetæ Christi sub speciebus præsentiæ, pertinere putat ad eluuionem omnium scelerum inducendam, homine non reuerente seipsum, ob contactum corporis Christi; si non nisi imaginarium corpus abs se contactum & haustum, impiè persuadeatur.

Recogitandum itaque cuinis est, pretium suum quod percepit communicando, vt ea cogitatione auocetur à vitiis. Omnium corporis membrorum sanctitudinem, & abstinentiam admotionis eorum ad quiduis illicitum, infigi oportere ex recordatione pereepiq Eucharistiæ, varij Patres inculcant. Manus quibus cauis olim immittebatur diuina hostia, nudis quoad matres, Dominicali opertis quoad mulieres post exceptum tam diuinum munus à contrectatione alearum mundas seruari oportere grauissimè contestatur Cyprianus (aut quisquis alius) Tract. de alearoribus numer. 19. Quid illud est (inquit) fideles vt manus quæ iam ab iniuriis humanis expiata est, & ad sacrificium dominicum admissa, & quod ad salutem totina hominis pertiner dignatione susceipit, quæ ad laudem Domini in oraculo exurgit, quæ signum Crucis per quod nos tuemur, frontibus imprimit, ipsa quæ diuina Sacramenta consummat, quid est inquam, vt iterum laqueis Diaboli vnde exuta est implicetur? Non assentiot Pamelio qui mauult, hæc de manibus Sacerdotum dici. Sed diffundenda est oratio ad quosvis fideles quos in actu signato alloquitur: pertinete autem potiùs ad fideles non Sacerdotes, liquere videtur ex *susceptione Dominici corporis, qua consummantur Sacramenta.* Sacerdotes enim non susicipiebant à sacrificante diuinum munus. io manibus, sed per manus attrectabant & ori suo inferebant, cæteris verò immittebatur in manus, domum asportandum si videretur; vsque ad Concilium Remense apud Iuonem & Gratianum de Consecr. dist. 2. cap. *peruenit.* Idem sanxit Concilium Cæsaraugustatum, cuius Can. 3. anathematizantur qui acceptam Eucharistiæ gratiam in Ecclesia non consumeret. Memorat eum vsum susicipiendi manibus Eucharistiam ad tunc communicandum vel exportandam aliò si lubetet S. Cyprianus l. de lapsis, aliquoties (vt ibi notat Pamelius num. 81. & 89.) nec non S. Cornelius Epistola ad Fabium Antiochenum de Nouatiano adigente communicantes ad jurandum per ea quæ gestabant manibus. Item Dionysius Alexandrinus Epistola ad Xistum Pontificem repræsentata ab Eusebio atque Nicephoro. Præterea Clemens Alexandrinus 1. Strom. & Ambrosius Orat. ad Theodosium ingressu templi arcitom exhibira à Theodorero, ac denique Hieronymus Epistola ad Theophilum contra Ioannem Hierosolymitanum. En igitur vndè uitor mamum ob susceptam Eucharistiam commendatur à Patribus.

Monita Communicantibus.

Iudidem cæterorum corporis nostri membrorum auocationem ab omni vsu malo infigit his verbis S. Theodorus Studita catech. 46. [Mauluetè degire (inquit) pacem amplexi cum omnibus, & sanctimoniam sine qua Deum contuebitur nullus, maxime reueriti Dominicum corpus atque sanguinem quo sumus potiti. Quamobrem ne qui animus imbutus est donis sine macula, imbuitor tumultibus, infamia, fœdis desideriis. Néve os immoniali hausto fonte, sordidos sermones ac cloacas inanes edito; Néve oculi augusto sanguine piati efferum cernúoto, & aspectus metetricios figunto. Néve manus sacris contractis opibus, quæ nefas sit attrectanto. Quinimmo cuncta membra perinde ac Christi membra custodiantor atque seruantor.] Præiuerat Chrysostomus homil. Catech. ad Baptizandos, vbi præfatus Christum omnia nobis factum esse, subdit. [sacrificij magnitudinem cogitans, orna corporis tui membra: Cogita quid manu capias, ipsam ab omni auaritia & rapina liberam conserua. Reputa quid non tantùm manu capias, verùm & ori admoueas, & linguam custodi à contumeliosis mandam & turpibus verbis, blasphemia, periurio, & aliis huiuscemodi omnibus. Etenim perniciosum est tam tremendis ministrantem mysteriis linguam, & sanguine tali purporaram, & factam aureum gladium, ad conuitia, & contumelias, & scurtilitates transferre. Reuerere eam honore quo Dominus, ipsam honorauit, nec ad peccati vsum ipsam deducas, Sed rursum animaduertens, quod post manum & linguam, cor susciipit horrendum illud mysterium; ne vnquam in proximum sumas dolum. Sed mentem tuam ab omni malitia mundam conserua. Sic & oculos & aures monire poteris. Quomodo enim non est absurdum, post mysticam illam vocem à cœlis delatam, à Cherubin dico, meretriciis cantibus & fractis melodiis aures inquinare? Quomodò verò non extrema pœna dignum est, oculis quibus arcana vides & horrenda mysteria, his meretrices spectare, & menti adulterium exponere?]

Est itaque Euchatistia iam percepta (vt præmitrebam) retinaculum auocans à membrorú quorumvis nostrorum contraminatione; sed nominatim à fœdatione per peccarum in corpus ipsum hoc est à carnali turpitudine iuxta S. Augustini monitum lib. de decem chordis cap. 10. in forti adhortatione inuenum ad sanctimoniam corporum. Qui verò accepti in diuina mensa beneficij immemores, rursus post communionem siliquas porcorum degustant, mittunt in suauissimam Christi escam, fel. Quod à Psalte vniuersè dictum

Sect. VI. Caput III.

D. Augustinus conc. 2. in Psalm. 68. testringit ad inferentes scissuram Ecclesiæ, & scandalo eam scindentes. [Non ipsum inquit de Iudæis Christum vino cum felle mixto potantibus,) quod dederunt, esca erat. Potus enim erat; sed in escam dederunt. Quid? Iam Dominus escam acceperat, & in ipsam iniectum est fel. Acceperat autem ipse escam suauem, quando Pascha manducauit cum discipulis suis. Ibi Sacramentum sui corporis demonstrauit. In hanc escam tam suauem, tam dulcem vnitatis Christi quam commendauit Apostolus, dicens *quia vnus panis, vnum corpus multi sumus*; In hanc escam suauem, quis est qui dat fel, nisi contradictores Euangelij, tanquam illi persecutores Christi? Minùs enim peccauerunt Iudæi crucifigentes in terra ambulantem, quàm qui contemnunt in cœlo sedentem. Quod ergo fecerunt Iudæi, vt in escam quam iam acceperat, darent bibendùm amarum illum potum, hoc faciunt qui malè viuendo, scandalum inferunt Ecclesiæ.] Idem proportione seruata, de omnibus quomodocunque peccantibus post perceptum Christi corpus, asseri potest. Dulcedinem namque exquisitissimam, admistione absynthij inficiunt, & suauitatem perceptam exterminant.

Labes adeuntium theatra, post communionem.

25. Tales nominatim sunt, qui post diuinam Eucharistiam perceptam, adeunt theatra. Sunt sanè theatra. [Causa impudicitiæ, adulteriorum & falsi testimonij periurijque & blasphemiæ, & omnium denique quæ sunt prohibita & Deo minimè placent.] Dedi verba quibus S. Auxentius Abbas 14. Febru. quovis tempore ab eis dehortabatur. Quanto magis mox à communione? S. Chrysostomus potenter id vrget hom. 5. de Dauide *initio*. Præfatus enim quanta lasciuiæ incentiua per omnes sensus influant in spectaculis, hortatúsque ad eius cœni detersionem per Confessionem & pœnitentiam, subdit. [Neque enim hîc mediocriter à nobis delinquitur. Id quod vel ab exemplis, cuiuis perspicuè videre licet. Nam si famulus in aruulam vbi herilia vestimenta pretiosa aureáque recondita sunt seruilem tunicam sordibus ac multis pediculis tefertam imponat, age dic mihi, num eam contumeliam æquo animo ferres? Quid autem, si quis in vasculum aureum in quo semper vnguenta seruari consueuerint, sterçus ac cœnum infundat, an non & plagas infligetes ei qui scelus hoc commisisset? Et post hæc, scriuiorum & vasorum, vestium ac vnguentorum tanta cura sollicitabimur, animam verò nostram omnibus istis viliorem esse putabimus, atque vbi Spiritus infusum est vnguentum, eò Diabolicas pompas immittemus? Eò fabulas Satanæ, eò cantilenas meretriciæ, turpitudinis plenas? Agedum dic mihi, quo animo ista ferret Deus? Atqui non tantum est discrimen inter vnguentum & cœnum, inter vestes heriles & seruiles, quantum est inter Spiritus gratiam & istam perversam actionem. Non motuis, non expauescis, dum oculis quibus illic lectum qui est in orchoestra spectas, vbi detestandæ adulterij fabulæ peraguntur, ijsdem hanc sacram mensam intuetis, vbi tremenda peraguntur mysteria? Dum ijsdem auribus audis, & scortum obscœnè loquens, & Propheram Apostolúmque ad arcana scripturæ introducentem? Dum eodem corde & lethalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam & tremendam.] Nomine *gratia Spiritus*, vt antecedentia & consequentia docent, designat S. Chrysostomus Eucharistiam, vt notatum est. V. *Gratia*.

Idem homilia 7. in Matth. contentione facta Magorum qui Christi cunabula tanto labore viserunt, & Christianorum qui spirituale præsepe in quo Christus iacet, sacrum inquam altare desides adeunt, subdit de adeuntibus theatra post communionem. [Et Barbari quidem illi ptiusquàm Christum viderent, tam longam exuperauerunt viam: Tu verò ne videndo quidem, illos probaris imitari. Nam & cum eum videris, ita eum relinquis, vt post illum curras ad theatra, & mimum potiùs & videre & audire desideres. Atque vt eadem rursus attingam, Christum quidem in spiritali situm præsepio derelinquis; properas verò iacentem in scena spectare meretricem. Hoc autem quibus tandem putamus dignum esse suppliciis? Respondeo obsecro si secum te quispiam introducere polliceretur ad Regem, & ostenderet tibi illum vndique cotuscantem, atque inter varios pompæ suæ ornatus sedentem, putásne theatrale spectaculum aulicæ præponeres dignitati, cum certè hinc ne aliquod quidem tibi commodum quæreretur? At verò ex hac spiritualium fons emanat bonorum & hanc tu statim relinquens vertis ad theatrum, vt natantes fœminas, & sexum illum publicis oculis intuearis expositum; Vt inquam istud aspicias sedentem iuxta donorum cœlestium fontem, Christum relinquis. Nam & modò super fontem sedet; non vnam Samaritanam, sed vniuersam alloquens Ecclesiam. Vereor autem ne in me quoque, Samaritanæ tantùm loquatur. Nam & nunc ei nullus assistit, nisi hi qui solis assunt forte corporibus: alij verò ne ipsis quidem profectò corporibus. Tu tamen hinc nequaquam recedas, sed potiùs permane, potumque à nobis pete; non vtique aquæ poculum, sed sanctificationis haustus. Sanctis enim Christus sancta distribuit. Non enim aquam de hoc nobis fonte largitur, sed sanguinem viuum: qui quanquam ad mortis Dominicæ, testimonium sumitur, nobis tamen causa fit vitæ. Tu verò relinquis huius sanguinis fontem, calicémque reuerendum, & ad Diabolicum illum locum festinus accurris, vt scilicet spectes meretricem natantem, & naufragium animi repente patiaris. Aqua quippe illa, pelagus quodam est immane luxuriæ, quo non corpora subimerguntur, sed naufragium inferitur animabus. Nam illa quidem in mediis aquis nuda ludit natatu; tu verò de sublimi spectans gradu, in libidinis profunda demergeris.] Hæc & alia Chrysostomus ibi in illud (vt vocat) *flammeum pelagus*, quod multo nocentius

oocentius esse docet diluuio Noëtico & subuersione Ægyptiorum in aquis maris Rubri cum Pharaone. Hæc enim cotpotibus, illud etiam animabus infert exitium. Io eandem indignitatem adeuntium theatra post communionem; videndus idem Chrysostomus, Catechesi ad illuminandos. Potest eodem referri quod S. Theodorus Siceota valdè reprehendebat adiri lauacra post communionem.

Monita Communicantibus.

Item vacantium comessationibus.

26. Tales præterea esse, qui post communionem diffluunt luxu, & vacant comessationibus, idem S. Chrysostomus egregiè confirmat conclamans in hanc fœditatem homil. 27. in 1. Cor. his præter cætera. [Hîc quidem cum pauperibus ad sacram hanc mensam accedimus. Cum autem egredimur, ne eos quidem vidisse videmur; sed inebriamur, & eos negligimus qui esuriunt, quorum Corinthij tuoe aceusabantur. Et quando hoc fit? inquit? Semper quidem, sed maximè io solemnitatibus, quando minimè faciendum esset. Etenim ruoe post communicationem, statim subit ebrietas, & pauperum contemptus: & cum sanguinem acceperis, cum ieionij tempus & sobrietatis, comessaris & ioebriaris. Et si quid boni in prandio comederis, abstines: & caues, ne alio malo cibo priùs sumptum corrumpatur; Spiritum posteaquam acceperis, Satanicas superinducis delicias? Considera cum sacras illas eœnas Apostoli acceperant, quid tum faciebant? Nónne io preces conuertebantur & hymnos? Nónne in sanctas vigilias? Nónne in longam illam doctrinam, & multæ plenam Philosophiæ? Magna enim & admirabilia tunc eis narrabat, & annunciabat Iesvs, cum Iudas discederet, vocatum qui eum erant crucifixuri. Non audisti quomodò tria millia simol communicantes, semper vehementiores erant in orationibus & doctrina, non in ebrietatibus & comessationibus? Tu autem priusquàm aceipias ieiunas, vt aliquo modo dignus communicatione videaris: Cum autem aceeperis, & oporteret in continentia perseuerare, omnia perdis. Quanquam æquum est, ante & post communicationem ieiunare: Oportet enim vtroque tempore continentem esse, sed maximè post aceeptum Spiritum: Ante, vt dignus fiat accipiendi: postmodùm, vt non indignus videaris qui acceperis. Quid igitur? Ieiunare oportet post tias acceptionem? Non dico hoc, neque cogo, licet bonum sit; tamen non compello; sed admoneo, ne in deliciis viuas ad satietatem. Quod si nunquam in deliciis viuendum est, & hoc Paulus manifestauit cum dixit, *quod qua in deliciis est, viuens mortua est*, longè magis tunc morietur. Nam si molieri deliciæ mors est, multo magis post mysteriorum communicationem. Tu autem cum panem vitæ accipias, opus mortis exequeris, neque horreseis? An ignoras, quot ex deliciis mala proueniunt, risus intempestiuus, verba immodesta & plena exirij, scurrilitas infructuosa, & alia quæ ne dicenda quidem sunt: Et hoc facis, cum ad Christi mensam discubueris, in die illa qua carnem eius, lingua atriugere dignatus es? Ne igitur hæc fiant, dexteram tuam, linguam, labia, consideta, quo pacto vestibulum Christo facta sont, vt ingrediatur. Consideta quo tempore accedis; & cum seosibilem mensam apponas, ad illam mensam, ad cœnam dominicam, ad discipulorum vigiliam in illa sancta nocte, animum ditige. Nam si diligenter præterita ioquiremus, præsentia noa sunt potius. Vigilemus igitur cum Domino, compungamur cum discipulis. Orationum tempus est non ebrietatis, & quidè semper, maximè autem in solemnitatibus solemnitas enim propterea instituta est, oõ vt turpiter viuamus, neque vt peccatis abundemus, sed vt peccata præsentia tollamus.] Rursus non ita multo post. [Christum nutriamus, debemus ei bibere, induamus: Hæc illi, digna sunt mensa. Audisti hymnos sacros, vidisti nuptias spirituales, in regia mensa discubuisti, impietus es Spiritu sancto, simul cum Cherubin in choteis fuisti, socius factus es supernis potestatibus: Noli tantam lætitiam abijcere, noli thesaurum effundere, noli re ebrietati dedere, quæ anxietatis mater est, Diaboli lætitia, innumera patiens mala. Hinc enim morti similis somnus, & grauedo capitis; hinc morbi, & obliuio, & mortis imago. Præterea oe amico quidem velles ebrius, obuiam fieri. Cum autem Christum intùs habeas audes viui quæso tantum iugurgitare?]

Sta etiam immisericordiam, nec fatigentium pro omni sanctitate.

27. Tales præterea immisericordes, qui pasti Agno lupis sunt creduliores, ac sæuiores leonibus, nec miserentur pauperum cum fame colluctantium. Hoc exagitat idem S. Chrysostomus dicta homil. 27. in 1. Cor. his præter cætera. [Si non dedisse pauperibus, à cœlorum regno hominem ejcit, etiamsi Virgo sit, [vei potiùs non larga manu dare, siquidem Virgines illæ oleum habebant, sed non abundantius, Intelige quantum mali sit, tanta absurda opetati. Quænã, inquis absurda, quid dicis, quæ absurda? Tantæ mensæ particeps fuisti, & cum omnium mansuetissimus esse & Angelis par debetes, omnium etedulissimus factus es. Sanguinem gustasti Dominicum, oeque sic fratrem tuum agnoscis? Et quanam dignus es venia? Atqui si eum ante ignorabas, mensæ tamen gratia, eum te cognoscere oportebat. Nunc autem, & ipsam inhonoras mensam, qui cum eius particeps essa dignus habitus sis, tuo illum cibo indignum arbitraris. Non audisti, qua pœna affectus sit qui eentum denarios petijt, quomodò latam sententiam irritam fecit? Ignotas qoi sis qui fuetis? Non eognoseis reipsum, quod hoc paupere pecuniis, longè pauperior es beneficiis, eom innumerotum plenus sis peccatorum? Verumtamen his omnibus te liberauit Deus, & tali te mensa dignum effecit: Tu autem neque sic humaniorem te exhibuisti. Igitur nihil aliud telinquitur, quàm vt tortoribus tradatis.] Ad eandem mentem Gregorius Nazianzenus Orat. in S. Baptisma, admonet immisericordem etga egenos, vt confundatur, Lazarum quempiam babens ante fores suas in-

Sect. VI. Cap. III.

centem; confundatur inquam recordatus diuinæ mensæ, & panis sacri, quo in ea pastus, ac calicis quo in ea potatus est.

28. Quotquot denique non omni se sanctimoniæ post communionem addicunt, ad eandem mittentium escam in Christi fel, setiem pertinent. Id est, exterminant suauitatem perceptam. Et hoc quoque Chrysostomum aduoco ex homil. 17. in ad Hebræos; vbi præfatus quantam sanctitatem depoſcat à fidelibus communio, & quanta supplicia maneant, his qui beneficiis vitam admensi non fuerint, rationem subiicit. [Sicut enim nutrimentum si in eum qui pranis cibis corruptus est, incidat, omnia perdit & corrūpit, & efficitur occasio morbi: sic etiam ista quæ ad hæc terribilia pertinent Sacramenta. Fueris mensa spiritali, mensa regali, & iterum polluis cœno os tuum? Pervngis vngnento pretioso, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi rogo, cum demum exacto anno, tenuisse tempore communices, quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis, & iterum septimana transeunte, tradis teipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si saluus factus quadraginta diebus ab ægritudine longa, iterum te illis morbificis cibis tradas, nonne & primum laborem perdis? Stephanus Cantuar. in Allegoriis Tilmanni ad cap. 4. Genes. talem communicantem, & post communionem, regredientem ad priora, affatur verbis illis, *vbi est Abel frater tuus?*

Ad eandem mentem S. Cyrillus lib. 2. Glaphyr. in Exod cap *De hostia Agni*, eum tractat, secundùm sensum præceptu de assumendo habitu viatorio inter comedendum Agnum, addit. [Non delicatum neque dissolutum videri vult eum qui iam per Christum est sanctificatus, sed lex eum tali inducit habitu qui viatoribus conuenit. Hæc nimirum duo studiosè insinuans; nempe quod aut iste quæ sunt in typo aut vmbra posita, tandem ad veritatem contendere, & istam quæ in mundo est abominabilem voluptatem præterfugere. Continuò autem causam adducit, quare oporteat Christianum qui iam à nobis descriptus est, talem videri, *Phase* (inquiens.) *Domini est*, hoc est *transitus*. Transimus enim à vita mundana in conuersationem Deo acceptam. Statim verò, quem, & quantum fructum hinc percepturi sint manifestè ob oculos ponit, dum annuntiat eis, se omne primogenitum in terra Ægypti percussurum esse; ac sanguinem iis qui comedetint Agnum, fore in signum quod sint sub eius protectione, ne pereant quando percusserit terram Ægypti. Nam Deus de incredulis & inobedientibus, sanctificationisque Christi exortibus, supplicium sumit. Cognoscit autem solos, acrique cura dignatur eos qui vncti sunt sanguine veri Agni; neque sinit sanctificatos vnà cum impiis interire, aut potiùs singulari sua benignitate eos fouet. At verò, post totos septem dies panibus infermentatis vesci iubet eos qui factum Agnum manducant, quo vt mihi videtur, persuadet sanctificatis in Christo, vt suam ipsorum animam pascant cuncta puiscentiis purissimis, maximéque ab omni prauitate seiunctis.]

Supplicia seguiter vtentium communione.

29. E contrario autem non difficile intellectu est, quæ sint horrenda supplicia eorum qui sanctificationum Christi exortes abeunt, vt ait ibi S. Cyrillus: qui nimirum vel indignè communicarunt, vel in susceptæ per sacram escam sanctitate non perseuerarunt, redeuntes ad porcorum siliquas. Itaque omni studio satagendum est fidelibus, vt memores magnorum & pretiosorum munerum, quæ de altari accipiunt, vitam deinceps exigant eo cibo dignam; & Deo pasti, eiusque rigati sanguine, vitam viuant diuinam, cœlestibus escis congruentem; alioqui duplex iudicium accipient: & quod malè ac præter fas, vitam exegerint, & quod post tantam Dei largitatem ingrati apparuerint. Id verò non iis duntaxat qui latas sæculi vias percurrunt, sed & personis per angustam semitam tendentibus & religiosam vitam professis, timendum esse denunciat Guerricus Abbas serm. 1. de Pentec. Nam hi quoque, tametsi assiduè pascantur de mensa Christi, (ac vt Guerricus ibi loquitur,) iugiter versentur inter fercula vitæ: plerumque tamen quasi pascua vitæ percepta fastidiant, conuertuntur ad pascua lethalia & venenata. Quare grauiter æquè ac sapienter admonet Gnetrieus [Videant quæso ipsi, ne fortè inimicus homo, qui super bonum semen Patrisfamilias lolium suum superseminare consueuit, post illam suauem escam Christi, felle suo fauces eorum vnxerit, & per hoc non modò desiderium, sed & memoriā prioris gustus aboleuerit. Enimuerò statim denunciat Apostolus his qui eiusmodi sunt. *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum; non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum.* An non tibi videtur, non modò potatus sed & inebriatus calice dæmoniorum qui libidinis, iræ, impatientiæ, aut similium raptatur furore passionum? Ego (vt loquar de his quæ iam magis in vsu quàm in crimine sunt,) puto quod & ille mensæ Dæmoniorum particeps sit, & pascens eos pascatur ab eis, cuius os abundat malitia, & lingua concinnat dolos; qui sedens aduersùs fratrem suum loquitur, & aduersùs filium Matris suæ ponit scandalum: qui etiamsi non detrahit, detrahentem libenter audit; qui seueritate stultiloquij, cachinnantes dissoluit. Videat ergo qui eiusmodi est, an dignum sit, vt voluptatis velut in cruore immolatitio & sordibus dæmonum, mox admittatur ad mensam Christi & Angelorum.] Frequentans scilicet de more religiosorum, sacram hanc escam, homo adeò immemor gratiæ paulo ante percepiæ, cum cibatus est pane vitæ, & potatus calice salutaris. S. Bernard. serm. 3. in Psal. 90. negat qui ita se gerunt communicare; nimirum fructuosè, & iuxta Christi mentem, ita vt fructus si fortè perceptus est, stabilis ac diuturnus permaneat: cum tamen fructus communionis (quantum est ex ea) protogetur in vitam æternam. [Quid autem est, (inquit S. Bernardus,) manducare eius carnem & bibere sanguinem, nisi communicare passionibus eius & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibatum illud altaris Sacramentum,

cramentum, vbi Dominicum corpus accepimus; vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic nouerimus per eam quam in terris habuit conuersationem, ipsum intrare in nos, ad habitandum per fidem in cordibus uostris.] Si igitur non sic intret, nec conuersatio communicantis religiosi sit deinceps Christo conformis, excidit ea communicatio sui nominis plenitudine.

Monita Communicantibus.

Christus in Eucharistia, mors est malis, vita bonis.

30. Clausulam congruentiorem, huic ad communicantes commonitorio adhibere non possum, quàm si contester, perceptionem sanctissimi Christi corpotis, vt bonis ac benè percipientibus, & pro accepta gratia cautis ac prouidis, ad omne bonum; sic malè bonum accipientibus, vel acceptum itteuerentet habentibus, ad exitium certum mortémque vsurpari. [Facit enim hoc corpus & sanguis, (inquit Paschasius in calce Epistolæ ad Ftudegat dum, quod ipsum fecisse Christũ in cruce legimus, dum vni eorum qui etant cum eo in patibulo, confitenti, Patadisi præstitit regnum: alteri verò scilicet blaspbemanti, mottis iudicium determinauit.] Nec dissimiliter creditus Bernardus serm. de Dignit. Sacerdot. [Sanè in mensa vua, tu cœna Domini, de vno pane consecrato, Petrus & Iudas accepit: bonus in vitam, pessimus in pœnam. Bonus in beneficium, pessimus in testimonium. Bonus in salutẽ, pessimus in mortem. Quod totom vsque adhuc in Ecclesia completur in Sacramẽto altaris: bonis quidem in bonum sumentibus, canibus verò & immundis, non sic. Canes sunt qui irreuerenter accedũt, & ideò iudicari abscedunt. Qui enim secundùm carnem viuunt, & post camalia euagantur, catena vitiotum compediti eum Iuda ptoditote venenum accipiunt, spiritualis suspendij laqueum incurrunt, grauissime damnandi tum pro multiplici reatu, tum pro Sacramenti contemptu, quod reuera accipiunt, sed essentia, non salubri efficacia. Ao non discernet inter glebas, qui discernit & inter stellas? Examinabit certè argentum, qui ipsum quoque aurum ptobauit & reprobauit. Ecce audistis fructum & vtilitatem bonorum: Audistis etiam & expauistis (vt credo,) ad perditionem malotum.]

31. Insigniter in hoc argumento exspatiatus est Philo Carpathius Cant. 7. ad illud. *Guttur tuum vt vinum bonum, proueniens fratri meo in rectitudinem.* Ibi præfatus, per guttur qui Christus est, cœlestes epulas earúmque sapotem degustati, subdit. [Has igitur spirituales escas, & salutares, corporis scilicet ac sanguinis Iesu Christi gustans Ecclesia, & quæque fidelis anima, guttur habet vt vinom bonum. Hoc enim vinum sancte potum, dolores omnes animi sedat atque componit, ebrietatem omnem rerum caducarum tollit, cot exhilarat atque confirmat, omnésque morbos facillimè sanat ac curat, estque æternæ vitæ salutaris vnda, fons & otigo in remissionem peccatorum benignissimè effusus ac datus, ab omni sceleruni sorde & grauitate lauans, dicente Domino, *Accipite & bibite: hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Estque admirabile, quod *proueniens fratri meo in rectitudinem*, dixit, vt ostendetet solis rectis cotde hanc lætissimam escam, cœlestem panem, subsantialemque, & salutarem potum esse datum: quod ille idem cœlestium arcanorum hausior, explicat cum dicit, *lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Et Paulus sanctissimus Apostolus, non temerè ad hoc diuinissimum conuiuium accedendum esse admonet, dicens: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* O rem mitam! O rem tremendam! Hæc quæso diligentet, mecum Sacerdotes, atteudite: Hæc fratres animaduertite, hæc timete, sempet & caucte peticulu m. Ea est enim rerum diuinarum humanarúmque natura, vt quæ pro sua dignitate & excellentia, optima esse debent ac sunima, eadem mutato ordine, pessima fiant atque infima. Scio non vos latere, quid hæc sibi velint. Nouit vos in Dei seruitio iamdiu versatos esse atque pollere. Licet videre, quosdam ex hoc sacratissimo conuiuio fieri quotidie ptauiores, & quod sine graui dolore commemorate non possum, ob id solùm ad gehennam propetate misertimos, quod tale ac tantùm, tamque ineffabile ac cœleste conuiuium, Angelorum choris optabile, immuudo corde atque sordidato, audactet accedere, & insolentissimè deuorare præsumunt. Sed hæc alibi plutibus deploranda. Studeat igitur quisque Christianorum se benè dirigere in Dominum, eidemque recto animo & voluntate perfecta seruire: inque præcipuè hoc faciant, quibus, quibus ex sacris Ordinibus datum est, & sibi rectè sumete, & cæteris ministrare sanctissimè. Sic enim & cogitationum labiis, & dentibus meditationum, cœlestis hæc esca, & mensa salutaris benè discumbentibus, diuinam refectionem est allatura: contra verò indignè sumentibus sempiternam famem ac mortem. Sed si sapimus, annitemur per hunc vetum panem, Christo Iesv honestate vitæ & morum integritate sempet adhærere, vt de nobis quoque fiat, quod de electis narrate sequitur. Altenim; *Ego Fratri meo, & in me conuersio ipsius. Mihi adhærere Deo bonum est* (ait ille,) *ponere in Domino spem meam. Ego Fratri meo, & in me conuersio illius.* Hæc est, ego seruiam nunc Filio Dei, & ipse affatim me remuuetabitur cum in secúdo illo aduentu cœlitus descenderit Iudex sessurus omnium atque discussor.]

Quis sapiens & intelliget ista? Intelligens & sciet hæc, lubet enim Oseæ verba cap. 14. vsurpare, qui insignem de vsu diuinæ Eucharistiæ prænunciationem, obsignat hac clausula: & ruinam ex victu per triticum, & memoriale sicut vinum Libani, denunciat malè vsurpantibus, cumulum verò cœlestium donorum, ritè ac conuenienter vtentibus. Sapientiam hanc & intelligentiam non aliunde meliùs ac affluentius capere liceat, quàm ex frequenti vsu panis huius, vitæ & intellectus: Nec non ex humili ad eum appreeatione, vt spiritalem uobis gustum & diuinam suimet sapiditatem indar: Hæc verò assequemur, si Christo facti concorpotales in modum spiritus hîc constituto, efficiamur ipsi quoque Spiritus, in carne non secundùm

carnem

Sectio VI. Cap. III.

carnem ambulantes qui est diuinæ Eucharistiæ effectus omnino eximius; quandoquidem sicut qui adhæret carni morbidæ, euadit vna caro, ita qui Deo & sanctissimæ eius carni in spiritualium veluti censum transcriptæ, sociatur, vnus fiat Spiritus necesse est. Votum pium Sceptrei, pij scriptoris, in hanc rem, meum esto.

Christi, sancta caro, summi caro plena supporis,
Plena voluptatis, plena timoris aue.
Cuncta Palestinæ cessant lubamina gentis,
Vnica pro multis hostia sacra manet.
Te rex Melchisedech, te victima Paschatis Agnus;
Te cibus Eliæ, Mannáque dulce refert.
Rex continua sedes, te das, te porrigis ipsum:
Vnum mille simul corpora corpus alis.
Sumeris, & sumptus rursum sine fine resumi
Nec tamen absumi, diminuive potes
O sacra quæ vitam præstas, mortemque repellis,
Erigis è terris, & super astra locas.
In carnem suscepta caro, carnalia tolle
Omnia: pasce, fone, consociaque Deo.

THEOPHILI RAYNAVDI, E SOCIETATE IESV, DE APPARITIONIBVS IN EVCHARISTIÆ SACRAMENTO, DISSERTATIO,

Inædificata historiolæ, *Pauli* cognomento *Secundi*, *Cœlesti Viso, in diuina Eucharistia, ad Christianam Fidem ex Fidei Persecutore conuersi.*

Scriptore Epiphanio.

ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

D. PHILIPPO DV VIVIER,

IN SVPREMA DELPHINATVS RATIONALIVM Curia Præsidi meritissimo.

THEOPHILVS RAYNAVDVS
ex Societate Iesu F.

REDDO Tibi tuum Epiphanium, VIR AMPLISSIME. Quem enim in fauissa tua reperi thesaurum, neque aliis ex inuidia absconsum, neque mihi ex auaritia vsurpatum volui. Ac ne illud quidem quod Magnus inter vestros Iuris Antistites, ex Adriani Constitutione, inuenienti decerpendum adscripsit, mihi reliquum volo. Thesaurum illibatum, ac si quid ex mea tenuitate accedere ad illum potuit, nonnulla ex parte auctiorem ac locupletiorem, tibi volens ac lubens transcribo.

HAVD iniuriâ thesaurum & censeo & appello, diuitias bonitatis & longanimitatis Dei, ac diuinam opulentiam quanta quanta est, jampridem clam penè omnibus fundo huic tuo atque fauissæ infossam. Et vetò habent hîc malè constituti à veris diuitiis, qui prodigè substantiam ab Optimo Patre acceptam dilapidarunt, cujus exemplo fateantur dispendia, & immensum exaugeant. Habent locupletes quos Dei benignitas & cœlestis fauor præcipuus, non fluxarum opum euectione prohibuit, vnde numinis erga se beneficentiam agnoscant; & facultates largitore Deo dignas, vbertimè & affluentissimè cumulent. Habent omnes, quam demirentur atque suspiciant confertissimam opum vim, quantam nullus vnquam in tectis Regius thesaurus occuluit. Quid enim Augustissimis mysteriis, quæ ipsiusmet veritatis oraculo BONVM Dei ac PVLCHRVM audiunt pretiosius? Quæve ruffa aut alba terræ minutalia, quæ piscium lapidositates, vel feratum pustulæ atque vetrucæ, quantumlibet in mortalium thesauris congestæ, præ his cœlestium fodinarum

fructibus gemmísque lectissimis, non sordeant jacéantque? At hotum omnium diues conditorium, fundo hoc tuo abditum premebatur.

QVOD verò jus in tantum thesaurum, tibi planè integrum, nulla decerpta parte volo, facit eruditio ac pietas tua, cui opus & eruditum & pium aliquantulo labore meo eruderatum, iure optimo transcribatur. Nam eruditionem quidem felicis ingenij ac sedulæ culturæ partum, prodit tua non juris modò dicundi, in ætatis flore, senilis peritia, sed & bonarum quarumcunque literarum, cum mitiorum tum seueriorum, adeò cumulata cognitio, vt quod in Vestratis Auiti laudibus positum est, *in te peritia omnigena, velut in diuersorio lucida domus, se inclusisse videatur.* Pietati verò, quam Iustitiæ, Virtutum Hespero, Magistri probatissimi succenturiant, attestatur constans tua recti voluntas, planè vt in litibus sapienter decidendis, præcludendis industriè, conficiendis, quàm celerrimè, sub quodam Sacerdotio, quod Rex Theodoricus flagitabat, seruias publico, Magnæ Themidi religiosissimè lites. Quare Tibi refunditor, quicquid id est, quod hoc eruditionis & pietatis tuæ pignore continetur. Præmiolum tamen quod ex Platonis lege sperare ex quantulacunque opera possum, beneuolentiæ tuæ jugem vsum, si non negas, gratus accipiam. VALE. 15. April. 1640.

REVEREN

REVERENDISSIMO PATRI,

D.NICOLAO TITVLO S.CRVCIS PRESBYTERO CARDINALI,

Petrus de Monte S. P. D.

VM *superioribus mensibus*, Pater Colendissime, *Gracis literis operam auidissimè dare cœpissem, vtpotè qua ad nostras, faciliorem atque clariorem aditum prastant, optarémque exercendi studio, aliquid in Latinum conuertere, oblatus est nobis Epiphanius, qui de nostra Religionis dignitate scribens, Eucharistia admirabile atque saluberrimum Sacramentum, quàm maximè pradicat, laudat, & extollit, demum miraculi cujusdam historiam narrat. Opusculum autem hoc cum vertere instituissem, cui potissimùm inscribere debui, nisi Tibi, hoc est Christianissimo, & Religiosissimo Patri? Qua in re, sanctam illam humanitatem tuam supplex oro ac deprecor, vt non tam verborum elegantiam, qua nulla est, quàm scribentis autoritatem, & rei de qua agitur dignitatem, pro tua sapientia animaduertas. Has autem primitias studiorum meorum, quas Tibi pro mea obseruantia dedicaui si, tuo grauissimo judicio probare dignatus fueris, magnum profectò currenti equo calcar adjicies, neque libellum ipsum, aliis quoque, communem facere erubescam. Nam à nemine reprehendi posse arbitrabor, quod abs Te probatum esse cognouero. Iam Epiphanium audias quaso; Gaudebis enim scio, legénsque latabere.*

PROLOGVS EPIPHANII.

1. CHristianæ Religionis veram, sanctam, puramque esse doctrinam, quàm plurima nobis documento sunt; quæ si rectè, si piè considerare voluerimus, intelligemus profecto, omnes alias Religiones, falsas, fictas, inanes, ac superstitiosas: hanc verò vnicam veritatis indagatricem, inuentricémque fuisse; reliquas quæ terrena, temporalia, atque fragilia sunt, suis obseruatoribus polliceri; hanc cœlestibus; æternis, ac incommutabilibus bonis, perpetua denique fœlicitate, cultores suos ornatissimè decorare. Verum ad huius nostræ Religionis veritatem pertingere cupienti, perneccessarium est, animam vitiis exuere, vestire virtutibus; & sanctè, iustè, atque innocenter vitam ducere. Sicut enim lingua febrium ardoribus præpedita vini dulcedinem gustare non potest; aut oculus malis humoribus occupatus claritatem luminis nequit intueri; sic animus peccatorum tenebris offuscatus, & vitiorum mole oppressus, ad contemplanda diuina mysteria pertingere nullatenus potest. Propterea labia Isaiæ Propheræ, calculo de altari sumpto mundantur, & sic ad prædicandum idoneus tedditur.

2. Hinc factum esse existimamus, vt Religionis nostræ traditiones, pleiísque deliramenta videantur, qui aditum vitiis patefecerint, virtutibus præcluserint. Stultam putant esse doctrinam, quæ arcet voluptates, cohibet illecebras, incontinentiam damnat, luxuriam prohibet, & sensus nostros ratione, virtute, ac sanctimonia, regendos esse testatur. Cum enim hominibus veritas diuino munere innotescat, & omnis veritas à Spiritu sancto sit; mali autem, & vitiis dediti, Spiritu sancti gratiam habere non possint, dicente Domino, *Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, ac trementem verba mea*; quid mirum, si peccator indignus est; cui Religionis Christianæ sublimitas aperiatur? Nam qui se totum in cœno voluptatum mundanarum velut sus in luto inuoluerit, ac demerserit; quomodò poterit tam profundam veritatem, tam alta támque secreta mysteria speculari, quæ si plerumque minùs homines intelligunt: quàm vellent, non tàm illorum profunditati, (quæ tamen maxima est) quàm nostræ infirmitati adscribendum est; quæ cum ex peccatis præcipuè proueniat, nos profectò reddit ad hanc sublimem veritatem considerandam infirmiores.

3. Quisquis igitur vult Christianæ Religionis dignitatem atque excellentiam apprimè intelligere, eiusque reconditos thesauros intueri, priùs studeat suam purgare conscientiam, latebras suæ animæ diligenter inquirens, si quid inuenerit, quod meritò Deum possit offendere, id procul abúciat; séque mundum, ac purum receptaculum Deo præparet: quod cum fecerit, faciliùs hæc altissima contemplabitur. Et quanquam nos velut homines, simus peccatis obnoxij; *Nemo enim* (inquit Scriptura) *gloriari potest, mundum se habere cor*: curauimus tamen quàm maximè, atque ad id omnem impendimus operam, vt in semita diuinorum mandatorum ambulantes, deuotam saltem, & humilem voluntatem Domino exhiberemus. Ac propterea de infinita ipsius bonitate, misericordiáque confisi; qui in se sperantium preces exaudit, & pro viribus benè agere conantes non despicit; aliquid de fidei nostræ excellentia scribere præsumpsimus: quo infideles (si fieri potest) erudiantur; eruditíque conuertantur; fideles verò fortiores robustioréque efficiantur.

PARS PRIMA OPVSCVLI.

De Christiana Religionis dignitate.

4. DIgnitatem itaque Christianæ Religionis, ex ipso primùm institutore, atque authore licet intueri. Ea namque cum ore diuino instituta sit, solumque Deum habeat Authorem; quid mirum, si omnes alias doctrinas, disciplinas, & religiones longè antecedit? Quod enim à digniori, sapientiori, atque excellentiori institutum est, illis quæ ab inferioribus constituta sunt, debet iure anteferri. Sic Regum scita, Ducum, atque Comitum sanctionibus præferuntur, & quæ à majoribus excellentioribusque Magistratibus præcipiuntur, veluti digniora, majori sunt obseruantia exequenda. Quid autem dignius? quid majus? quid excellentius? quàm

quàm professionis, summum illum, ac sapientissimum rerum omnium opificem Deum, habere Authorem

5. Accedit huic rei amplior dignitas, quod non eam nobis Deus, per Angelos, nó per homines, nó per legatos aut nuncios, sed per proprium Filiú sibi coæternum, & consubstantialem, tradere dignatus est, quem ex sinu suo, misit in vtetum Virginis, vt ex Spiritu sancto nascens homo; & iuret homines conuersans, humano generi, maximorum, plurimorumque errorum tenebria circumfuso, hac veritatis salubertima lege lata, mirificè subueniret. Quo quid potest esse præclarius? quid præstantius? Si quis Regum, ac Principum, Ciuitati, vel Populo sibi subjecto, munus aliquod magnum, atque vtile mitteret, idque nemine poscente, ex sui animi liberalitate faceret, deberet id quidem propter mittentis amplitudinem excellés judicari. Quod si tantum splendoris, & ornamenti illi dono adderetur; vt qui illud deferret, Principis filius esset, & quidem primugenitus, quid tali munere dici posset dignius? quid majus? quid pretiosius? In hoc igitur longè excellentior est hæc nostra Religio, lege illa veteri quæ Hebræorum populo data est. Nam & si illa, vt hæc nostra, Deum Authorem habuerit: non tamen per Vnigenitum Dei filium hominibus tradita est: sed per Muysem primum; & alios deinde ab ipso Domino electos nuncios, ac Prophetas; qui cum puri homines essent, & communi infirmitatis humanæ legi subiecti, nullum ea eorum persona splendorem illi quam prædicabant doctrinæ afferre potuerunt.

6. Sed & vetus illa, vni tantùm populo, vni genti data est; hæc autem omnes omninò homines complectitur, omnibus prouidet, cunctis rectum iter veritatis ostendit; neminem excipit, nullam neque ætas, neque ætatis, neque conditionis differentiam faciens; sed omnes ad æternam beatitudinem, per virtutum semitam, benignè ac misericorditer inuitans. Cum enim omnes (vt inquit Apostolus) à veritate declinassent, & à cultu, & à cognitione veri Dei aberrassent, morbusque iste omnes prorsus teneret obnoxios, omnibus necessaria fuit salutaris medicina. Homines namque, cum per peccatum à Dei contemplatione procul discessissent, neque posset mens nostra ntio torpescere, ad considerationem terrenorum & corporalium se conuertit; sicque paulatim oblitione rerum diuinarum corporeis illecebris alligata, præsentia solummodò & corporalia intuens, ea istimare cœpit, nihil plus esse quàm intueretur t quinImò hæc humana & corporea, sola esse bona; oblitaque prorsus, se ad imaginam veri Dei constitutam, baud ampliùs in Deum ipsum à quo creata erat, se intuendo, aut speculando conuertit. Solis igitur sensibibus circumsepta, ac vanis sæculi delinita illecebris, Deum in corporeis sensibus fingens, rebus mundanis, ac corporalibus, Dei nomem imposuit, atque ea sola colere cœpit, in quibus errore seducta, veram putauit esse fœliciratem. Hinc Æthera, & aërem, quæque in eis sunt, elementa quoque & qualitates rerum corporalium, caliditatem scilicet, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem, Deos appellauit; ac sic paulatim ex ettoribus errores inueniens, hominum imagines partim viuentium, partim iam defunctorum, diuinis honoribus dignas esse iudicauit. Hinc simulachra, ac simulachrorum vani ac stultissimi cultus, ab hominum etroribus adinuenti, qui cum hominem quempiam plusquàm Deum diligerent, eum & viuentem & mortuum, colebant honorabant, venerabantur. Eique in signum præcipuæ dilectionis, diuina sacrificia exhibebant; erectúmque eius simulachrum pro Deo adorabant, dedicabant ædes, templa ædificabant, & vota velut Deo offerebant; crescentibus verò in dies illecebris, demersisque magis ac magis hominibus in cœno voluptatum, quod fieri necesse erat, postea quàm à veri Dei cognitione semetipsos alienauerant; hæc impietas quàm maximè aucta est, dicente Scriptura, *Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit.* In tantum itaque lapsa est humana factitias, vt nedum homines, sed lapides, & ligna, & reptilia, tam aquatilia, quàm terrestria, nec nun immanissima quædam bruta, sed & monstra quædam teterrima, ornatissima illa Dei appellatione, nominare non formidauerit.

7. Sed nec huc vsque stultorum perstitis audacia. Alij enim voluptatem ac libidinem, turpissima vitia consecrauerunt. Sicut apud Lybicos Cupidinem, & in Papho Venerem illam impudentissimam mulierem, venerarn esse, Poëtæ nobis tradiderunt. Hinc nefandi sactificiorum ritus, hinc obscæni cultus, & ludi turpissimi, quibus humana stultitia, Deos suos placandos esse, edicto constituebat; quorum fœtorem, atque spurcitiam, & obscœnitatem, quicunque legerit, colere profectò, atque venerari veritatem debet, à qua homines recedentes in tantam deuenerunt amentiam, vt qui honores indigni bonis huminibus viderentur, eos velut ea Religiuue, suis Diis pro magno sacrificio eahiberent. Longum profectò nimis esset, atque à nostro instituto prorsus alienum omnes illos errores recensere, io quos lapsi suot homines, qui à veri Dei cognitione atque dilectione ie auerterunt. *Cum enim ipse Deus* (testante Scriptura) *sit via, veritas, & vita*; quid mirum si hi qui à recta via aberrarunt, in varios anfractus erroresque deciderunt? Iter enim rectum, vnum est, à quo si quis deflexerit, necesse est, hunc etiam nolentem, magnis defatigari laboribus, & per deuia quæque vagantem multipliciter errare.

8. His tot tantisque errorum ac delictorum tenebris, quibus cæcum humanum genus detinebatur, tandem compassus miserator, ac misericors Dominus, eo tempore quo ipsius inscrutabilis dispositi sapientia, nobis tandem succurrere ac subuenire dignatus est, & vt eo dignior atque excellentior esset subuentionis modus, quo per dignioremm mediatorem fieret, non Angelum, non hominem, (vt diximus) ad nos misit, vt his nos erroribus liberaret, sed Filium suum vnigenitum: quem vt nobiscum esset, nobiscum viueret, nobis loqueretur, & hanc sanctissimam legem, & doctrinam veritatis traderet, eamque verbo, & exemplo confirmaret; carne induit humana, in vtero virginali; vt sic nouus, & mitaculosè ac præter naturæ ordinem natus homo, non homo tantùm, nec Deus tantùm, sed Deus & homo, nouam hanc miram, & quasi supernaturalem legem omni-

bus hominibus prædicaret, illuminaretque mortalium mentes, eosque doceret, vt relictis errorum tenebris, ac peccatorum illecebris, falsisque blandimentis; virtutes amplecterentur, deducerenturque ad veri Dei cognitionem; a quo & cuius causa, conditi essent: quem tandem cognitum, toto corde, tota mente diligerent, & sancto ac deuoto sacrificio honorarent; Ei demum iugiter seruientes, ambulantésque in semitis mandatorum eius, ad æternam illam beatitudinem, cœlestiumque Spirituum consortium, dignissimè vocarentur; vbi secundùm Apostolum non per speculum in ænigmate, veluti in hoc sæculo, sed reuelata facie, diuinam illam maiestatem contemplabimur: in quo summam esse hominis fœlicitatem, immensamque voluptatem, nemo nisi maximè demens inficiabitur.

9. Hæc est huius nostræ Euangelicæ traditionis summa; in hoc tota ipsius vis pendet; ad hoc eius sunt tam præcepta quàm concilia instituta. Hic piissimi & clementissimi legislatoris nostri finis; hæc intentio. Hoc ipse à nobis per Vnigenitum suum, quem ad ferendam hanc legem misit, instanter monet, hortatur, postulat & requirit: vt qui creando cuncta ex nihilo, suam maximè omnipotentiam ostendit, sapientiam verò, creata tanto ordine regendo atque gubernando; nos tandem à peccatis, & erroribus, hoc mirabili modo liberando, infinitam suam clementiam atque misericordiam demonstraret. Nihil igitur hac nostra Christiana professione potest reperiri dignius, nihil præclarius, nihil fructuosius; siue legislatoris dignitatem, siue institutionum ipsarum, & traditionum sanctimoniam, siue æternæ fœlicitatis gloriam ad quam vocamur, diligenter animaduertere voluerimus.

PARS SECVNDA.

De Sacramentorum, præsertimque Eucharistiæ vtilitate, ad finem Religioni Christianæ, tam sanctæ, tamque præcellenti, propositum.

10. VT autem nihil quod ad salutem nostram pertinere posset, sapientissimus Legislator prætermitteret; sacratissima quædam Sacramenta instituit, nostræ fragilitatis remedia salubertima, quibus veluti quibusdam medicamentis, nostris posset infirmitatibus subuenire. Sicut enim non sufficit Medico, depulsa adoersa valetudine bonam inducere, nisi remedia quoque illa adhibeat, quibus & valetudo bona conseruetur, & si quando morbus inciderit, aduersùs illum debitis medicamentis prouideatur; sic summus ille, & omnipotés Deus, neque infinitæ sapientiæ suæ, neque saluti nostræ, abundè satisfactum esse existimauit, si nos tantùm per gratiam suam, à vitiis ad virtutes, ab erroribus ad viam veritatis vocasset, nisi & remedia inuenisset, quibus veluti quibusdam adminiculis, hanc suam in nobis gratiam seruaremus: atque si quando illam pro fragilitate nostræ, & humanæ naturæ corruptela amitteremus, in nostra esset potestate, illam per hæc salutaria adiumenta recuperare. Ea autem sunt hæc; Baptismus, Pœnitentia, Confirmatio, Eucharistia, Matrimonium, Ordo, & Extrema vnctio. Horum tanta est vis, tanta potestas, vt si ritè, ac legitimè ministrentur, ab omni nos valeant, quamuis lethali vulnere, ac pernicioso morbo curare, & pulcherrimæ valetudini restituere.

11. Hæc autem omnia consideranti mihi, ac persæpè, piè, ac religiosè animo reuoluenti, nullum videtur maius, nullum mirabilius, quàm corporis & sanguinis Domini Sacramentum, quod *Eucharistiam* vocamus: cuius speculationi quoties intendo, toties mirum in modum obstupesco, atque præ tantæ rei suauitate, animam extra se ferri cognosco; quod cuicumque attentè consideranti, euenire posse non dubito. Quis enim non summè admirabitur, eum audit, substantiam corruptibilem, panis & vini; in verum Domini nostri Iesu Christi corpus & sanguinem, Sacerdotis ministerio transmutari? Quis non maximè obstupesceret, cum lectio illa Euangelica suis auribus intonat, *Nisi comederitis carnem filij hominis, & sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in nobis.* Et alibi, *Caro* (inquit) *mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus; qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.*

12. Stupet profectò humanus animus, atque ad tales sermones totus contremiscit, tantæque rei admiratione plerúmque extra se fertur; cumque tam mirabili Sacramenti cognitione, intellectus, profunditatem eorum quæ in eo latent, mysteriorum, scrutari auidè cupit; tantorum arcanorum magnitudine pressus, in ipso conatu succumbens, quod minùs perfectè intelligit, quàm maximè admiratur, dicens cum Propheta, *Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Et profectò omnem admirationem excedit, omnia mirabilia superat, quod sub modici panis, & vini specie, verum Christi corpus & sanguis, à fidelibus communicando sumatur, vnde cum diuinorum operum magnitudinem considero, hoc summè admirandum, venerandum, atque magno cum tremore tractandum censeo. Admirabile siquidem, ac præclarum fuit, hanc mundi machinam, tot cœlorum elementorumque Sphæris, tot diuersarum rerum varietate ornatam creare; solem diei, lunam ac stellas nocti præficere; distinguere tempora; cœlorum, ac syderum, cursus, motusque disponere; innumerabilia deinde auium, piscium, terrestriúmque animalium, arborum quoque ac fructuum, cæterarúmque rerum genera ad hominum vsum, huc in mundum producere; hominem ipsum, demum à cæteris animantibus, rationis, ac sermonis dignitate secernere.

13. Sed cum me ad huius corporis & sanguinis Sacramentum conuerto, nihil mihi videtur mirabilius, nihil veneratione dignius, nihil sanctiùs atque deuotiùs pertractandum; in quo Creator creaturæ coniungitur; corruptibilis substantia, in incorruptibilem transfunditur, & sub parua panis & vini specie, rerum omnium conditor, mira verborum prolatione supponitur. In hoc siquidem Sacramento, vis ac potentia naturæ superatur, communis lex vincitur, diuina maximè virtus ostenditur; & aliud sensu percipimus, aliud fide credere compellimur.

mur. Quid enim quæſo tam naturæ contrarium, quàm accidentia per ſeipſa ſine ſubiecto illa ſuſtentante exiſtere? Cum enim naturâ accidentibus proprium ſit, vt alteri inſint, nec per ſe poſſint vlla ratione ſubſiſtere; quis hoc præcipuum, ſingularéque miraculum non admirabitur, vbi poſt Sacerdotis conſecrationem, eſt quantitas nihil extendens, rotunditas nihil circulare faciens, albedo nihil omnino albificans. Tranſubſtantiata enim miniſterio Sacerdotis, panis & vini ſubſtantia in Chriſti corpus & ſanguinem, vt noſtræ Religionis vera atque illibata fides prædicat, & affirmat; quid ſupereſt, quod qualitatem, aut quantitatem, quas ſenſibus percipimus, in ſe valeat ſuſcipere, ac ſuſtinere? Sed & ſub qualibet tanti Sacramenti particula, integer, & totus eſt Chriſtus; ille inquam & non alius, qui in vtero natus eſt Virginali; qui in cruce pependit, qui demum ad cœlos glorioſus aſcendit; ille inquam ad Sacerdotis vocem, Patris dexteram non deſerens, ſub panis tamen ac vini ſpecie continetur.

14. Hæc tam alta, rámque diuina myſteria quæ omnem naturæ vim ſuperant, omnem humani ingenij potentiam excedunt; cum non niſi pia & religioſa mens terrenis affectibus expurgata poſſit comprehendere; dignatus eſt pletumque benignus & miſericors Dominus, omni loco & omni tempore noſtræ infirmitati ſubueniens, viſibilibus quibuſdam miraculis dignitatem tanti Sacramenti oſtendere; & quod ſolo intellectu, ac fide percipitur, id exterioribus ac ſenſibilibus rebus patefacere; vt per hæc quæ ſenſu cognoſcimus, quaſi baculo quodam iter oſtendente, ad inſenſibilium notitiam faciliùs perducamur. E multis autem miraculis, quæ ad reuelationem huius Sacramenti, vbique operatus eſt Dominus, vnum ſolum referre inſtitui, quod Sanctorum virorum fideli relatione, verum eſſe cognoui.

PARS TERTIA.

Chriſtus, duci infideli peregrina ſpecie in Euchariſtia obiectus.

15. Est apud Hieroſolymam, locus quidam quem fideles magna deuotione ac frequentia viſitant; vbi verum Redemptoris noſtri corpus ex Virgine aſſumptum, poſt plurimas injurias, acerbas contumelias, crudelia vulnera, immania verbera, crucis patibulo pro noſtra redemptione ſuffixum, ac mortuum, Ioſephi manibus ſepultum eſſe; Euangelica nobis tradit hiſtoria. Hoc in loco, Chriſtiano more conſtructa eſt Eccleſia, in qua à noſtræ Religionis profeſſoribus, diuina celebrantur officia; quo ſepulchrum illud Domini viſitantes, cœleſti pabulo recreari; fideliores deuotioreſque reuertantur. Ad hanc Eccleſiam, nonnulli Chriſtianorum perſecutores interdum accedebant, noſtra ſacrificia irridentes, aut Chriſtianos ibidem orationi intentos perturbantes, quos inde abſtractos magnis aliquando injuriis perſequebantur. Contigit autem inter cæteros, ducem quendam, ac Principem infidelium, Chriſtiani nominis acerrimum impugnatorem, hunc in locum diuertere, vt omnia noſtræ legis ſacrificia, ritus, ac ceremonias explorateret. Quod cum aliàs ſæpè, tum eo maximè fecit die, quem ob Saluatoris noſtri ſacratiſſimam cum diſcipulis ſuis cœnam, colit, & veneratur Eccleſia; in cujus memoriam verum eius corpus, ſanguinémque ſuſcipimus, ab ipſo edocti; qui cum in cœna eſſet, omneſque diſcipulos, corporis & ſanguinis ſui communione participaſſet, illico ſubjunxit, dicens, *Hoc facite in meam commemorationem.* Adſtabat ante aram ſacerdos, ſingulos monens, vt de peccatis pœnitentiam agerent, eáque fletu, dolore, atque gemitu redimerent, & ad tanti Sacramenti ſuſceptionem, ſeipſos deuotiſſimè præpararent, momoréſque eſſent verborum Apoſtoli, qui ad Corinthios ſcribens, cum excitare vellet hominum corda, vt tam mirabile Sacramentum ſuſciperent; *Probet autem* (inquit) *ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, judicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Audiebantur interea innumeræ orantium, & diuinam miſericordiam implorantium voces, pectorum verbera, planctus, ac fletus, gemituſque permaximi; qui non mediocrem delictorum dolorem, verámque cordis contritionem præ ſe ferre videbantur. Is enim, quem peccati pœnitet, declarat profectò maluiſſe ſe non peccare, quàm pœnitere.

16. Hæc cum infidelis ille attentè conſpiceret, ac diligenter animaduerteret, in magnam incidit tantorum fletuum, támque deuotiſſimorum actuum admirationem, omniáque ſecum repetens, cœpit judicare harum rerum inſtitutionem, non tam ab hominibus, quàm ab ipſo Deo prodiiſſe; qui maximè gaudet, cum homines ſibi puro corde, & munda mente deuotum exhibent famulatum. Poſtquàm verò Sacerdos, circonſtantes ad compunctionem cordis, dolorem, ac pœnitentiam, de peccatis, (vt diximus) monuit; conuerſus ad altare, reliqua ritè proſecutus eſt; ac ſub panis & vini ſpecie, ſacrum Chriſti corpus & ſanguinem, verborum miniſterio conſecrauit. Quo peracto, idipſum fidelibus qui illuc eius rei cauſa conuenerant, diſtribuere tremens ac gemens, quàm deuotiſſimè cœpit. Cum autem ipſum Sacramentum Sacerdotis manibus attrectaretur, omniáque infidelis ille accuratè animaduerteret; ſicut conditori omnium placuit, viſus eſt is videre, agniculum quendam niue candidiorem in altari exiſtere. Quæ res, eum ſupra quàm dici, aut credi poſſet, in ſtuporem conuertit. Ex quo cœpit tam admirandæ rei finem multò auidiùs expectare.

17. Cum autem pro more, omnes flexis genibus, antè altare conſtiterent, cœpiſſétque Sacerdos ſingulis hoc Sactamentum diſtribuere; ecce priori miraculo, aliud non minus adjungitur. Intuenti enim infideli, quid à Sacerdote fieret, viſum eſt, quoſdam eorum qui huius Sacramenti ſuſcipiendi cauſa conuenerant, quoniam neque verè purgati, neque perfectè mundati acceſſerant, non ſub ſpecie panis, ac vini, ſed ſub aliarum rerum variis hortendiſque ſpeciebus, illud accipere. Vnus itaque viſus eſt oui corticem ore aſſumere, quod is fortaſſan, quantum humano ingenio interpretari poſſumus, non tam medullæ, quàm cortici, & verbis diuinarum Scripturarum inhæſerat; neque tam eſſe, quàm videri & judicari bonum curauerat. Alius

pilos

pilos, ac capillos dentibus contetere videbatur, quod sæculi huius illecebris, ac voluptatibus, superflua quoque cupiditate detentus, ad tam diuinæ tei communionem iudignus accessetat. Vt enim ex superfluis humani corporis humonbus, capillos natura ptoducit, ac pilos; sic ex nimia rerum, voluptatúmque mundanatum appetentia, in diuersas vitiorum sordes, maximasque diuinotum mandatorum transgressiones, mens nostra prolabitur, dicente ipso Domino, *Non potestis seruire Deo & mammonæ.* Videbatur præterea tertius quidam, nigerrimos carbones accipere; quasi is animam delictorum tenebris denigratam, vero, ac salutifero pœnitentiæ remédio, neque albam, neque mundam facere curasset. Sicut enim Sancti ac Iusti in luce, sic peccatores & impij in tenebris ambulare dicuntur. Virtutis siquidem ac veritatis, proptium est, se sequentibus lumen ostendere. Contra verò vitiorum & errorum, homines tenebris circumfundere; cum Dominus dicat, *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Ignem ex his alter ore assumebat, qui illico per totum eius corpus diffundi videbatur. Is fortitan carnis mollitie, & turpissimo luxuriæ vitio, non solùm animam, verùm etiam corpus dehonestauerat: cuius atrocissimi criminis causa, *Venit* (vt inquit Apostolus) *ira Dei in filios diffidentiæ.* Et vt sacræ lectionis nos monet historia, septem illæ ciuitates, igne de cœlo misso, exectabili incendio petierunt. Inter hos extitit quidam, qui cineres ore susciperé videbatur; hunc corporis segnitie meutisque desidia occupatum, bonis virtuosisque opetibus, haud quaquam vacasse, possumus interpretari. Sextum, carnem & quidem immundam deglutisse accepimus, vtporè qui illicitis fœminarum voluptatibus demersus, nunquam per abstinentiam, & continentiam, salubrémque de commissis pœnitentiam sibi prospexetat; sicque immunda mente, ac polluto ore, ad tam mundissimi Sactamenti participationem accedere præsumpserat. Post hos, fuit & alius, qui autum impntissimis faucibus gestare videbatur. Erat siquidem auri cupiditate, atque immodetato pecuniæ amore ita alligatus, vt nihil prætet autum sitiret, ac desideraret; quod vitij genus idololatriam, non immetitò dicere possumus, Apostoli testimonio confirmati, qui auatitiam idolorum seruitutem appellat. Postremus verò ille fuit, qui sacram Eucharistiam à Sacerdote tecipiens, maguo lucis splendore, toto corpore illustrari videbatur. Ex quo intelligete, possumus, hunc purgatis animæ suæ latebris, ac mundata conscientia, dignum se teddisse, qui vetum Cbristi corpus & sanguinem sumeret; cæteros autem, ad suatum animarum iudicium & condemnationem, tam excellentissimi Sacramenti susceptioni se immiscuisse. O rem stupore atque admitatione digniſſimam? Contremisco ipse non parum, cum diuinam potentiam animaduerto, quæ omnem naturæ vim, ac poteſtatem, in hisce mirabilibus rebus excedit, sensus superat, & sensibilium rerum similitudines immutat.

18. Hæc & his similia, quoties audiont, qui gentilium Philosophiam sectantur, eamque solam cunctis præferunt disciplinis, nos irrident, damnant, & maledictis atque opprobriis insectantur; nostrosque sermones, veluti deliramenta quædam, atque inania ludicra contemnuut, ac patuipeudunt; quoniam præter naturalem potentiam, nihil altius, nihil maius, aut excellentius considerantes, immensam Dei potentiam, qui naturam ipsam, naturaliáque omnia creauit ex nihilo, nequaquam animaduertunt. Nos verò qui Christi doctrinam sequimur, qui fide viuimus, & Euangelicas traditiones toto corde amplectimur, nihil Deo impossibile iudicamus: Quinimo hæc, & his majora, pia fide, & puro cordis affectu confitemur, & credimus. Quoties enim mentis nostræ aciem ad diuinæ illius potentiæ abyssum erigimus, toties omnia quæcunque illi placuerint, fieri posse constanter asseruimus.

19. Discant fideles cuncti, hoc tam celebri miraculo admoniti, non temerè, neque inconsultè ad tam purissimi Sacramenti communionem accedere, sed quisque priùs seipsum dijudicet, & secreta cordis sui diligenter inquirat, quæ cum salutari pœnitentiæ remedio purgaucrit, magna cum humilitate & reuerentia, Dominum interioris cordis hospitio, timens, tremensque suscipiat, de ipsius gratia & bonitate confisus, qui solus ex peccatoribus sanctos facit, & iustos & per Prophetam peccatores consolatus est; dicens, *In quacunque hora conuersus ingémuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Summa igitur mentis & corporis puritate atque munditia sumendum est hoc Sacramentum, cum illum eundemque Dominum assumamus, qui pro nostra salute ex Virgine nasci, versaríque inter homines voluit: qui cæcis visum, claudis gressum, auditum surdis, loquelam mutis, debilibus robur, infirmis valetudinem, mortuis vitam, animamque restituit: qui in crucis patibulo peccata nostra purgauit, qui ab inferis antiquorum Patrum animas eduxit, qui tertia die à mortuis resurrexit; vt motte, se verum hominem, resurrectione vero se verum Deum ostenderet: qui nobis suo pretioso sanguine ianuam regni cœlestis aperuit; qui deinde ad cœlos ascendit, vt tandem post vniuersæ carnis resurrectionem, tum seuero, tum benigno vultu, malos, ac bonos iudicaturus adueniat.

20. Quis quæso non formidet? quis non paueat? quis non contremiscat, cum secum considerat, se terum omnium creatorem, regem cœli & terræ, tot tantorumque mirabilium Patratorem; iudicem denique viuorum ac mortuorum sub specie panis & vini miro quodam modo recipere? Quis est tam impius, tam sacrilegus, tamque salutis suæ immemor, qui se non præparet, non dispouat, non abiiciat sordes, non deponat macnlas, se denique totum ab omni inquinamento non expurget, vt talem, ac tantum hospitem suo dignè recipiat habitaculo? Si quis Principem suum aut alium superiorem in domum suam venturum præscierit, nónne domum ornat, mundat, atque ab omni sorde & immunditia putgat, curátque quàm sedulò, ne quid in ea sit turpe, immundum, inhonestum, ac sordidum, quod aduenientis hospitis oculos, aut animum vlla ratione possit offendere? Quod si homo terrenum, ac mortalem hominem suscepturus, eam diligentiam adhibet; quam munditiam, quam puritatem, quem nitorem atque ornatum adhibere debet mens humana, summum atque omnipotentem Deum, qui omnium secretorum est cognitor, intra pectoris sui arcana meritò susceptura?

PARS

PARS QVARTA.

Paulí secundi ad Christi fidem conuersio, per occasionem obiecti peregrina specie Christi? Vita eiusdem, & mors miraculis nobilitata.

21. SEd jam vnde paulisper digressi sumus ad historiæ ordinem redeamus. Re diuina completa, sacrisque illis omnibus ritè peractis, cum omnes qui aderant ab Ecclesia discessissent; infidelis ille, tantarum rerum admiratione superatus, Sacerdotem conuenit, eumque amicè, ac reuerenter alloquitur; & cuncta quæ illi tempore sacrificij apparuerant, suo ordine exponit. Cupiebat enim velut diuinæ potentiæ prorsus ignarus, apprimè intelligere, quid tot distinctarum rerum species, in eodem sibi velient Sacramento, quámque præ se ferrent significationem. Tum Sacerdos diuinam manum huic rei affuisse cognoscens, vidénsque huius infidelis mentem, timore simul atque admiratione concussam, cœpit illi ex sacris litteris, diuinam in primis potentiam ostendere; ac deinde per singula discurrens (quantum temporis angustia patiebatur) Christum illi Euangelizauit: Quæ cum ille attentè ac deuotè audisset, adesséque gratia Domini, qui (vt inquit Scriptura) solus potest, cor lapideum, facere cor carneum, & ex lapidibus suscitare filios Abrahæ? illico Christianæ doctrinæ credidit, seque baptizari, atque relictis idolis, ac erroribus, inter fideles Christi milites adscribi voluit.

22. Sacri itaque baptismatis vnda ministerio Sacerdotis ritè perfusus, cum supra caput eius columba nine candidior astitisset, *Paulo Secundo*, ab ipso Sacerdote illi nomen imponitur; idque admodùm conuenienter. Vt enim Apostolus Paulus, post innumeras Christianæ legis, cunctorúmque in Christo credentium, persecutiones, damna, atque injuriæ, diuina gratia perfunditur; fit ex Saulo Paulus, ex hoste amicus, ex impugnatore defensor, ex persecutore prædicator; fit nostræ religionis resonans tuba, fit vas electionis, & Christi Apostolus; & tandem religionem nostram constantissimè prædicans, & vbique intrepidè defendens, capitis Martyrio migrauit ad Dominum: sic Paulus iste secundus, post innumeras diuini nominis blasphemias, & Christianorum persecutiones, rapinas, iniurias, cædes, diuino muoere ad fidem conuersus, multò in ea propaganda, atque defendenda fuit ardentior, quàm fuerat in impugnanda.

23. Vitam summa integritate, continentia, & seueritate exegit. Corpus jejuniis, vigiliis, & flagellis castigans, breui docuit obedire spiritui; carnis voluptates, atque illecebras omnes contempsit; orationi, ac lectioni sacrarum Scripturarum semper intentus, otium, somnium, ac corporis requiem, nisi ad naturæ, ac virium sustentationem velut pestem aspernabatur; sciens hosce laqueos esse diaboli, quibus irretire, & capere animas soleat. Summam omnibus in rebus grauitatem, continentiámque seruauit: diuitias quas multas congregauerat, omnes in paoperes distribuit, vt nudus, atque expeditus, Christum nudum, ac pauperem facilius sequeretur; vt de ipso propheticum illud non absre dici possit, *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Pecuniæ cæterarumque rerum mundanarum cupiditates calcauit, atque perdomuit; totius denique vitæ partes, mira quadam humilitate, sanctimoniáque perfecit. Nihil in eo reprehensibile, non sermo, non incessus, non aspectus; nihil quod cujusquam oculos justè posset offendere. Doctrinam vero Euangelicam, quam antea irridebat, damnabat, insectabatur, populis ardentissimè prædicauit, atque pro eius veritate tuenda, seipsum sæpissimè Martyrio obtulit. Cum autem jam plures annos in hac sancta conuersatione transegisset; omnibusque esset stupori atque admirationi; hísque præsertim, qui eius vitam ante conuersionem cognouerant; placuit Deo omnipotenti, mil item sum ad se vocare, vt qui strennè ac virilitet dimicauerat, debita reciperet stipendia meritorum; voce itaque Angelica, qua sæpius consolari solebat, vitæ suæ finem instare, illi nunciatur. Qua ex re, de domini bonitate, misericordiáque confisus, qui nunquam deserit sperantes in se, incredibilem animo lætitiam cepit, illud Apostoli sæpiùs repetens, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Intelligens autem nullum Deo gratius, acceptabiliusque offerri posse sacrificium, quàm cor contritum & humiliatum, facta peccatorum confessione, peractáque pœnitentia, seipsum Deo humilians, de admirando, ac salutifero illo Sacramento corporis & sanguinis Domini, quod conuersionis suæ causa fuerat, deuotissimè participauit. Deinde cum se orationi dedisset, corpore in terram inclinato, anima ad beatorum gloriosam patriam, admirantibus Angelis, mira celeritate aduolauit.

24. Aderant pietique sancti viri, qui referunt, quendam magnum splendorem, per vniua horæ fermè spatium, corpua illud pretiosum circumfudisse; sed & suauem odorem super aromata cuncta, omnea in cubiculo sensisse. Qui verò sepeliendi curam habuerunt in id consentiunt; nudato vestibus corpore, in eius pectoris medio crucis cuiusdam effigiem, ex ipsius puro sanguine visam esse, quam hæ litteræ in modum coronæ, circuli ambiebant. *Paulus secundus, seruus Iesu Christi.* Quæ res cum visa digna esset, quæ prò honore, atque excellentia Religionis nostræ, ad multorum ootitiam perueniret, effecit vt glorioſum illud corpus aliquot diebus inhumatum iaceret. Accessit autem ad id visendum magna hominum multitudo, qui rem tam stupendam intuentes, summum atque omnipotentem Deum, multis præconiis laudabant, qui facit mirabilia solus. Postquàm verò tanti miraculi fama longè latéque diffusa est, pretiosum illud corpus Christiano more, Ecclesiasticæ sepulturæ tradiderunt. Locus autem sepulchri paucis cognitus esse dicitur, idque ea factum esse ratione; ne infidelium furore, atque impetu, tam sanctum, tam præclarum, támque insigne monile, Ecclesia perderet. Longum nimis esset, referre beneficia quæ benigous Dominus visitantibus illam sacram ædem, sua bonitate largitur; nam cæci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, claudi ambulant, leprosi mundantur, & omnium morborum genera, huius sancti viri meritis & intercessione curari dicuntur.

EPILO

EPILOGVS,

De Christiana Religionis & Eucharistiæ dignitate.

25. QVanto igitur in honore habendam, quantis efferendam laudibus, quibus extollendam præconiis, hanc nostram doctrinam Christianam arbitrabimur? Quis de ipsius veritate, dignitate, atque excellentia, dubitabit? Quæ cum summum Deum habuerit Authorem, vnigenitum vero ipsius Filium Mediatorem, sanctisque, ac iustis tepleta sit documentis, & mortales ab erroribus trahat ad veritatem, eos demum consortij Regni cœlestis participes efficiat, quis eam non amplectetur, ac sibi veluti ornatissimam quandam sponsam indissolubili vinculo non copulabit? Ipsum verò salutiferum corporis & sanguinis Domini Sacramentum, omnem superemines naturalem potentiam, quis non admirabitur? non venerabitur? ac maxima cordis puritate suscipiendum, non iudicabit? Quod diuina potentia per Sacerdotis confici ministerium sacrosancta tradit Ecclesia, in quo Dei Filius, Dominus noster Iesus Christus, se talem manducandum nobis præbet, qualem ex Virgine natum, & confitemur & credimus; quod quisquis dignè suscipiet, beatorum societati annumerabitur; qui verò indignè, æterno supplicio deputabitur.

Deum itaque pium, ac misericordem, orandum arbitror, & sanctis operibus placandum, vt corda nostra suæ gratiæ splendore illuminet, actúsque nostros in semita mandatorum suorum, sic dirigat, ac disponat, vt cum nobis è vita hac fragili migrandum fuerit, ita diguè istud mirabile Sacramentum suscipiamus, vt sanctissimo illi beatorum spirituum cœtui, ipso nos Domino ad tam suaues epulas inuitante, aggregari mereamur.

AD

EPIPHANII

PAVLVM SECVNDVM;

Illustrationes THEOPHILI RAYNAVDI Societatis IESV Theologi,

Quibus, præsertim peregrina Christi in Eucharistia Apparitiones, discussa.

INDICVLVS.

Libelli Periocha.

Quæstiuncula ad illuccudum sub obscuris aliquot locis.

I. *Quis Epiphanius Libelli Autor.*

II. *Quis Paulus secundus.*

III. *Quomodò admissus ad sacrificij & communicantium contuitum, infidelis.*

IV. *Cur Christus sub sacrificium, Paulo obiectus, Agni candidissimi specie.*

V. *Qua alia singularis peregrina Christi forma, sub sacrificium, aut alibi, aliquando conspicua.*

VI. *Quis modus Christum peregrinis hisce formis singularibus objiciendi.*

VII. *Quomodò Paulus, varias Christi formas peregrinas, pro varia communicantium dispositione, conspexerit.*

VIII. *Qua alia plures, in Eucharistia simul obiecta, peregrina Christi forma.*

IX. *Qua communia omnibus Paulo obiectis, absque similibus Christi in Eucharistia exhibitionibus peregrinis.*

X. *Pauli procatechesis num dimissa, & an Baptismus, iusto citius maturatus.*

XI. *Apparitio columba super baptizati caput, eiusmodi.*

XII. *Quorsum baptizato, immutatum nomen.*

XIII. *Quomodò Pauli vita vsquequaque irreprehensa, aut etiam irreprehensibilis.*

XIV. *Qua, & vnde, lux, fragrantiáque demortui.*

XV. *Quid pronunciandum de cruce sanguinea in Pauli demortui pectore, eique circumposito circello litterato.*

XVI. *Pauli tumulus, quomodò notus, & ignotus.*

PERIOCHA LIBELLI, Epiphanij, Graci Scriptoris, de Christiana Religionis dignitate, nominatim ex Augustissimo Altaris Sacramento; Deque PAVLI SECVNDI, *per obiectam in Eucharistia peregrinam speciem, mirabili ad Christum conuersione, & vita sanctissima.*

PRODIIT Romæ anno 1523. Clementis septimi Pontificia primo, Typis Mareelli Silber in Campo Floræ, libellus cuius hæc inscriptio. *Miraculum Eucharistiæ, per Epiphanium à Petro de Monte, Episcopo Brixiensi Latinis literis traditum, & è Bibliotheca Palatina in lucem editum.* Eum libellum tunc primùm in lucem productum, nec postea quod sciam vspiam recusum, omnes Catalogi prætertiisse videntur. Nam neque apud Trithemium, neque apud Gesnerum, neque apud Possevinum aut alium quempiam comparet; siue nomine Epiphanij, siue nomine Interpretis Petri de Monte. Possevinus quidem in Apparatu V. *Petrus de Monte*, librum eius de Monarchia memorat. Et æquè poterat memorare Apologiam pro Concilio Pisano, quam vnâ cum libro de Monarchia editam, legi Gratianopoli, suppeditante V. Clarissimo Philippo l'Aigneau, è sua diuite librorum non vulgarium penu. Nisi si libri de inuidioso argumento, mentionem consulto refugit Possevinus. De lucubratione autem Epiphanij ab hoc Præsule facta, altum apud eum, & cæteros Catalogorum concinnatores silentium. Libellum itaque, vel sua raritate commendabilem, à Viro Amplissimo atque Doctissimo PHILIPPO VIVARIO, PRÆTORE GRESSVVDANO, communicatum scrutatus, inscriptionis ab Interprete adhibitæ, haud satis plenæ, inadæquationem cum scriptione, deprehendi. Neque enim miraculum duntaxat circa Augustissimam Eucharistiam, sed insuper (& quidem ex primario instituto) alia continet, quæ titulus à nobis appositus præfert, moxque

moxque indicabo. Opella est & elegans & pia, quod Bibliothecæ Palatinæ, hoc est Pontificiæ, Romæ vbi Interpres degebat, in Palatio Vaticano constitutæ, Custodes, testati sunt, hoc ad Ioannem Matthæum Giberrum Cardinalem Epigrammate, quod vt fit matior sit libelli fides; nolu prætermissum.

Christus vt in varias descendit ab æthere formas
Victima dissimili cum datur ipse homini,
Inspicis hic, vitam & Pauli, moresque secundi,
Numinis afflatu: supra hominem ille fuit.
Vt tacitus volucres tecum miracula rerum
Despicias vana gaudia falsa toga.
Quod facis exornans animum modò murice & auro,
Vt Diuum accumbas splendidus ipse thoro.
Perlege subripiens tempus. Mirabere tales
Vnde potestates hostia sacra habent.
Hæc illa ambrosia, & nectar quo vimur vsque,
Et cœtu fruitur colloquióque Deum.
Hoc sacro, imo Deos vite integer allicit ipsos
Imo Dei efficitur Filius; Imo Deus.

Vt autem Lectoris commodo seruiremus, opellam vno ductu conscripsi, quadripartitò distinximus, & adhibitis subinde titulis ac numeris, ad faciliorem vsum digessimus. Præmittit Autor, breuem Prologum de necessaria ad res sacras perspiciendas præpurgatione oculorum internorum; qualem æquè disposirionem ad coutuitum mysteriorum nostrorum, præexigunt Ambrosius 4. Hexaem. c. 1. Nazianz. orat. 33. n. 10. & orat. 39. *sub medium*, Basilius ad titulum Psalmi 44. Augustinus 4. Trinit. c. vltimo, Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 365. Anastasius c. 1. *Hodegu*, & alij adducti lib. 1. de Christo, sect. 1. c. 3. canon. 2.

Excipit hoc veluti vestibulum, Pars opellæ prima, qua Autor Christianæ Religionis dignitatem demonstrat, ex Deo ipso eius autore, & eiusdem promulgatione per Filium Dei vnigenitum; crassissimorumque errorum circa Deitatem & turpitudinum circa mores per eandem fidem enubilatione, ad diuinam clementiam, & viscera misericordiæ, patefacienda mortalibus. Quod argumentum alij quoque vetsarunt, & fructuosè, & diligenter. Nam de Religionis Christianæ dignitate atque præstantia, scripsere benè multi veterum, quos laiè appendit Mich. Medina l. 1. paræn. c. 4. Inter recentiores, incubuere in eandem cutam Iauellus in Opere de Celsitudine Christianæ Philosophiæ, Viues libro de Veritate Religionis Christianæ, Hieronymus Sauonarola libris quatuor eiusdem argumenti, Valentia in Analysi fidei, Ribadeneira lib. 2. de principe à cap. 5. Nominatim verò quoad detersas sordes Idolorum, & falsorum numinum monstruositates ex orbe eliminatas per Christianam Religionem, videndi Clemens Alexandrinus in Protreptrico, Theophilus ad Autolycum, S. Cyprianus de Vanit. Idolorum, Minutius in Octauio, S. Athanasius orat. aduersus Idola, & l. de Incarnat. Verbi, Constantinus Magnus in Oratione ad SS. cœtum, Arnobius, & Lactantius passim, Nazianzenus Orat. 1. in Iulianum, & alij antiqui in Apologeticis pro Religione Christiana. Nos ea numinum portenta, quæ recensuisse tepuliste est, annotauimus haud indiligenter in Naturali Theologia Dist. 7. q. 1. artic. 2. De sanctitate verò & exquisita puritate eiusdem Christianæ Religionis, eiúsque Sectatorum, pulchrè Tertullianus c. 45. & 46. Apolog. Clemens Alexandr. in Protrep. Eusebius 1. Præp. c. 3. Ex nuperis Bosius l. 7. de Signis, cap. 1. & Hæreseologi cum disputant de Notis Ecclesiæ.

Parte secunda, exponit Autor, quibus veluti pharmacis atque medecinis, Christus Dominus, curare morbos nostros, & collaram sanitatem firmare aduersùs reciduum voluerit. Sunt ea pharmaca septem nouæ legis Sacramenta, præsertim Eucharistia, de cuius admirabili, nec vnquam satis per nos peruadenda institutione, sapientiæ & dulcedinis Dei eximio inoento, pulchrè & piè Autor. Expariati verò sunt in eodem campo, ante & post Autorem penè innumeri. Generatim quidem quoad Sacramenta nobis prouisa in spiritualium ægritudiuum medicinas, varij quos profero libro 5. de Christo sect. 5. cap. 7. ageus de Christo Medico. Quoad Eucharistiam verò, (quam S. Ignatius *Pharmacum immortalitatis* rectè nominauit, Epist. ad Ephes.) Autor sermonis de cœna Dom. Apud Cyprianum, Nyssenus in Orat. Catecher. cap. 37. Gulielmus Aruernus Episcopus Paris. Tract. de Eucharistia aliíque innumeri.

Parte tertia, descripto Christianorum ad Eucharistiæ participatiouem accursu, pridie Parasceues hebdomadæ magnæ, cum eo sensu pietatis, qui possit proponi velut paradigma religiosæ aditionis ad suscepriouem diuinissimæ Eucharistiæ; subiicit Autor, miraculum Christi obiecti specie agni candidissimi, jacentis in altari dum peragereiur sacrificium. Cumulatum est miraculum miraculo. Mox enim vt ventum est ad astantes sacro pane impertiendos per Sacerdotem, apparuit Christus specie omnino multiplici pro varia communicantium dispositione. Prout enim variè aptati ad communicandum accedebant, accipere Christum videbantur, specie oui, capillorum, carbonum, ignis, cineris, spurcæ carnis, auri, lucis fulgentissimæ: Ita vt hoc visum, longè multiplicius ac luculentius fuerit, quàm quod VVideæindo Saxonum Duci objectum, narrat Krantzius, lib. 1. c. 9. Eccles. histor. aut quàm alia pleraque huiusmodi visa, quibus Christus sub vnica peregrina specie se contuendum præbuit, fusè refert Thyræus lib. de Apparit. Sactam. Vestigat variarum huiusmodi imaginum causas morales diuersas, Autor: & longa, sed pietatis ac succi plena, mirabilium augustissimæ Eucharistiæ contemplatione & suauiatione, obsignat eam narrationem.

Tandem parte quarta & postrema, narrat Autor Ducis infidelis qui spectator aderat, diuina ex eo viso sensa, & consecutam ad Christum conuersionem; susceptum item, non sine prodigio columbæ apparentis, lauacrum Christianum, nominisque, sed quod potius & præstantius est, vitæ mutationem omni virtutum varietate excultissimam, & denique mortem sanctissimam, cœlestibus operibus nobilitatam. Affinis est, & quoad multa adiuncta bellè isti de Paulo narrationi responderes, historiola de Pachumio ex Sarraceno Armerumuis patrnele, non Christiano rantùm, sed & Monacho, ac demum pro Christo martyrium passo; quam historiolam Pachumij contexuit S. Gregorius Decapolita, referens eum in templo Christianorū, ad quod curiosus explorator accesserat, post subitam stragem Camelorum quos in templum violentus

lentus induxerat, sacrificanti Sacerdoti astantem, semel iterum, ac tertiò, sub idem sacrificium, conspecisse palam, puerulum mactatum, mandi à communicantibus. Vnde illi lux ad amplexandam fidem Christianam, & sanctam vitam morténque pro Christo felicissimam. Horum adiunctorum pletáque, coneurrunt cum iis quæ Epiphanius de Paulo exarauit.

Clausulam opellæ de Paulo secundo, apponit Autor, breui, sed forti commonitione, ad sensum congruentem de Religionis Christianæ dignitate, & Sacramenti Eucharistiæ præcellentia, suscipiendum.

QVÆSTIVNCVLÆ,

Ad illucendum subobscuris aliquot locis.

HAbemvs ex dictis Synopsim huius opellæ, quæ tametsi plana vndecunque, & nullis aspera rubetibus videri prima fronte possit, reuera tamen est sub ea planitie quod complanationem deposcat: id quod subjectæ quæstiunculæ, suis quæque enodationibus, prout licuerit, expediendæ, testatum facient.

I. *Quis Epiphanius, Libelli Autor.*

INterpres Petrus de Monte, existimasse videtur, hunc esse sortum magni Epiphanij; Cyprij nimirum, cui cum S. Hieronymo, & aliis grauissimis aureæ illius ætatis Patribus, intercessit necessitudo. Nam in operis inscriptione ad Nicolaum S. Crucis Presbyterum Cardinalem, à scribentis autoritate, Opellam commendat. Cum autem plerique Græcorum Scriptorum, donati sint nomine Epiphanij, nemo tamen est cuius autoritas magno sit in Ecclesia loco, præter eum qui simpliciter *Epiphanius* denominari solet: nimirum qui ab Episcopatu Salaminæ, siue Constantiæ in Cypro, Cyprius dicitur; in cuius elogia effusos video Patres grauissimos; Hieronymum præsertim Epistol. 61. Theophilum Alexandrinum Epistola apud eundem 67. Augustinum lib. de Hæres. *instit.* Facundum lib. 4. pro tribus Capitulis c. 2. Epiphanium Diaconum actione 6. septimæ Synodi Tomo 5. creditum Athanasium q. 3. ad Antioch. Anastasium libro 7. contemplat. in Genesim. S. Theodorus Studita Epistola ad Naucratium, & lib. 2. contra Iconomachos. Alia de S. Epiphanio, collegit Gregorius Hieromonachus, respondens Epistolæ Matei Ephesinæ. Memoratur inter sacros Scriptores, Epiphanius Scholasticus cuius opus est Historia Tripartita ex Socrate, Sozomeno, ac Theodoreto Latina facta, & à Cassiodoro in Breuiarium contracta. Hic tamen Autor, an Græcus (qualem quærimus,) an Latinus fuerit, ex præfatione Cassiodori ad Tripartitam, haud clarè constat: ac ne nomen quidem Epiphanij tametsi Græcum, euincit. Autotem, Græcum esse. An non enim Epiphanius Ticinensis ab Eunodio laudatus, Latinus fuit? Alium referunt Epiphanium, Olybriæ siue Selybriæ Episcopum, Aurorem Commentarij aduersùs concrematores sacratum imaginum. Epiphanij, præterea Diaconi, in Actis secundæ Nicenæ Synodi, varia dicta referuntur. Epiphanium quoque Petræum Sophistam, refert Suidas. Quilibet istorum quibus Epiphanij nomen obtigit, præ Epiphanio Cyprio, planè obscurus fuit. Nemo eorum ad conciliandam scriptioni alicui nudo suo nomine authoritatem, satis idoneus videtur. De Epiphanio autem Cyprio, est extra dubium, quodcunque fuerit genuinum eius opus, non posse non esse summo in pretio, apud eruditos ac pios.

Non posse tamen opellam hanc adscribi Magno Epiphanio, puro certum. Vt enim subiit dicatur num. 14. *ad finem*, & numeri 24. *principio*, Epiphanius qui ista exarauit, illa ipsa vixit ætate, qua contigit Pauli secundi hîc descripta conuersio. Nam testatur Autor, se fideli relatione sanctorum virorum qui interfuerant, & hæc aut illa retulerant, comperta habere quæ scribebat: quæ verba ferre videntur eos fuisse testes oculatos, qui ipsimet hausissent oculis aut cominùs perspexissent, quæ Epiphanius, scriptis ex eorum fide commisit. Atqui perspicuum est, non eam fuisse Hierosolymitanæ vrbis faciem tempore magni Epiphanij, quam ferr narratio de Pauli secundi anteriore vita, & eius ad Christum conuertendi occasione. Non enim fideles Hierosolymitani, tempore S. Epiphanij Cyprij premebantur iugo infidelium, & quidem Idololatrarum, qualem fuisse Ducem illum coi Paulo 2. nomen postea fuit, testatur hac lucubratione Epiphanius. Viuebat S. Epiphanius Cyprius tempore D. Hieronymi, cum omnia Hierosolymis Christum spirabant, & ex vniuerso terrarum orbe, illuc liberrimè confluebant fideles, protul pridem per S. Heleuam detersis Idolomaniæ sordibus, quas illuc olim Adrianus, aliique Ethnici Principes, Satana ineeotore congesserant. Nulla igitur Hierosolymis per illud tempus furebat Christianorum persecutio, qua fideles, contra quàm vetus & ab omni æuo vigens religio ferebat, non possent absque infidelium interpellatione, arcana & tremenda mysteria celebrare, quod tamen habet hac lucubratione Epiphanius. Ac proinde eius æoum non conseutit cum æuo S. Epiphanij Cyprij, estque Epiphanius libelli huius Scriptor, à S. Epiphanio Cyprio, longè alius. Accedit quod Magni Epiphanij scriptiones, vt de eis licentiùs statuat Photius Cod. 122. non enerues sunt, atque adeò ineruditæ; sed fortes & scatentes insigni ac tacondita doctrina, de quo pronoco ad saliuam Lectoris Epiphanio assueri. In hac scriptione, tametsi in suo genere luculenta & admodùm pia, omnia plana, ferèque obuia, absque doctrinæ reconditioris apparatu, & luminibus eruditionis exquisitæ.

Sublucere insuper videbatur nonnulla conjectura, ad æuum huius Epiphanij, longè infra Magni Epiphanij tempora consignandum, inde petita; quod huius Opellæ Autor Epiphanius, Paulo secundo quem describit, anterior non fuit. Scribat sutem num. 23. Paulum iam mysteriis Christianis initiatum; inter alia pœnalia exercitia, mulctasse corpus suum flagellis. Quæ imbonitas, ante æuum Petri Damiani, qui sæculo vndecimo claruit, in nullis Anachoretarum vel Monachorum aspertima quæque conse-

extium gestis, nutsta à me est. Fuit quidem in montis Nitriæ Mooasteriis, flagellum ad castigandos mslè moratos Monachos, vt habetur ex Pallxdio sect. 7. Lausiin Arsiitio; quod ibi Rosuedius refert xd iam iunc vsurpatum vsum flagellationis religiosæ, & vt nunc loquimur *disciplinæ*. Tamen flagellatio cuius eo Palladij loco fit mentio, non erat voluntarix. & suscipienda per ipsos Monachos tcos, sed erat mera perpessio illata extrinsecùs. Hæsitque aqux Petro Damiani l. 5. epist. 8. cum anterius exemplum voluntariæ flagellationis posceretur, eáque pœnitentia nonnitxtis ooratetur. Itaque videbamr inde suppetere conicecturx qoædam, xd sstirmsndum, Paulum, vnáque Epiphanium, Petri Damiani tempora non esse trxnsgressos. Verùm euxnescet coniecturx illa, si Apostolns 1. Cor. 9. vsurpatam à se flagellationem voluntariam expressit, cum dixit, *Castigo corpus meum* Grxcè ὑπωπιάζω, quod ad sugillationcm, & carnis per flagellum liuidæ contusionem, pletique referunt. Videsis Iacobum Greisetum l. 1. de disciplc. 4. & Petrum Fabrum lib. 3. Agonist. c. 14. Ex eo igitur quod Paulus, de qno hoc libello agit Epiphanius, dicxtur se cæcidisse flagellis, non potest vxlidè infetri, eius ætatem esse referendam ad sæculum 11. aut 1x. Atque adeò, indc non habetur, Psulo æqualem Epiphanium huius libelli Autorem, esse diuersum à Magno Epiphanio; quamuis id ex aliis quæ præmissa sunt, censeri debext ratũ ac certũ.

Cum igitur Epiphanius huius libelli Autor, xlius sit à Magno Epiphan. S. Hieronymi æquali & peramico, nec ex aliis eodem nomioc insigniris, quorum alia scripix extant, vllus occurrat, cui verisimiliter hæc lucubratio possit xdscribi; expectandum est, si alxunde fortè lux xffulgext; ad statuendum, quis hic Epiphanius fuerit; de quo in præsentia ex vetere formula pronunciandum video, N. L.

II. *Quis Paulus Secundus?*

ALtissimum de eo, siue apud Historicos, siue in sacris quibusuis tabulis, & Sanctorum iudicibus silentium; quantum quidem rescire, post nou indiligentem de eo vestigationem fas fuit. Quod ex solo Epiphanij Libello, de Paulo hxhemus, illud est; fuisse *Ducem ac Principem infidelium, Christiani nominis acerrimum impugnatorem*. Ita habetur n. 15. Fuisse Idololattxm, dicitur n. 21. *in fine*. Quxre oon videtur fuisse Saracenus, tametsi ex ea colluuie, Duces Hierosolymitanæ vrbis oppressores, & fucre iam olim, & nũc quoque persecutant. Non enim ex vsu est, Sataceenos vocare Idololatras, cum vnius Dei quxlemcunque cultum, ritu licet profanissimo & impiissimo profiteantur. Potuit Persa fuisse; Persæ quippe Idololattæ erant. Eos autem oppressisse vrbem Hierosolymitxnam, & innumeris malis xttrioisse Christianos qui oras illas incolebant, præsertim Monachos, scribit Aotiocbus hom. 38. & 43. ac 66. & 90. ac 109. Additur de eodem infidelium Duce, n. 1x. *Eum innumeris diuini nominis blasphemiis, & Christianorum persecutionibus, rapinis, iniuriis, cædibus fœduisse*. Hæc summatim, primx vitæ ratio Ducis hutus.

Scd vbi xbundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Dominus siquidem in diluuio præcreuntc consummarionem fecit, vt dicitur Nabum. 1. Idest iuxta B. Beruxrdum serm. de B. Mxria, super quem Deus exondaxe fuerat iniquitatem, supct eum fecit abundxre gratiam. Quo item accommodat idem Bernardus, illud Mich. 4. *Venies vsque Babylonem, & ibi liberaberis*. Hoc est, cum in profundum malorum venetis, & confusio operuerit te ad summum vsque vertricem, tunc facism vt emergas è limo profundi, & ad nitotem exquisitum peruenias. Quod ergo plerisque olim Christianorum iuratissimis hostibus xccidisse per Dei gratiam constat, vt beneficè de cœlo tacti, xbiectis simulachris conuerterentur xd Deum vioum, ac in eius cultu superarent molles pleróque ab infantia initiatos Christo; hoc istl quoque de quo xgimus Pxulo, singulail ouminls fanote obtigit. Nam *diuino munere conuersus ad fidem*, vt xit Epipbanius n. 1x. & 23. *multo in ea propaganda atque defendenda fuit ardentior quam fuerat in impugnanda*. Additur, Baptizatum, & columbæ niue candidioix insessione prodigiosa illustratum, indito *Pauli secundi* nomine, mutatum esse in virum alterum; vitámque in summa domandi corporis, & xnimæ per omne virtutum genus excolendæ sollicitudine exegisse: in eleemosynis largum & propè profusum fuisse, xc vno verbo; totius se sanctimoniæ vinũ exemplar præbuisse: Etiam Apostolici, muneris decus prehensasse. *Doctrinam omne Euangelicam*, vt n. 13. habetur, *quam antea uridebat, damnabat, infectabatur. populus ardentissimè prædicauit, atque pro eius veritate tuenda, seipsum martyrio, sapissimè obtulit*. Refert denique Epiphxnius, hnuc Dei seruom, post multos annos sanctissimè ac religiosissimè exactos, de instantc obitu ab Angelo commonitum, Ecclesiasticis pœnitentiæ & Eucharistiæ præsidiis ritè munitum, ad percipienda laborum præmia fuisse euocatum, contestantibus beatam eius sortem & transcriptionem in cœlum, fulgore atque fragtaotia demortui corporis, & circum pectus cruce sanguinea, citcello liietato nomen eius xc serui Dei clarissimum titulum præferente, circundata; nec non miraculis quæ ad eius sepulchrum diuinitùs edita sunt, & multa & præclara. Hæc omnia de Paulo Epiphanius.

Aduersùs hanc narrationem, si quis illud protritum, & io foro profano validum intorqueat, *Vnus testis, nullus testis*, velim consideret, quàm multx de Sxuctorum vita & rebus gestis, vnius solius xutoritate scripto comprehensa, nitantur. Vbi enim quæ de Pxulo primo Eremita, & Malchbo captino, ac Hilarione, & muliere septicsicta, apud omnes rata sunt, prætetquàm in S. Hieronymi scriptis? Sophronius Hierosolymitanus, vitam S. Mariæ Ægyptiacæ perpetuis contexram miraculis, vnus ac solus descripsit, quàm postea Pxulus Dixconus Neapolitanus, Lxtinè fecit, nec vacillat ob vnicum Autotem, eius Historiæ fides. Metaphrastes verò, quàm multx omnibus aliis tacita, ex vnius dũtaxat Scriptoris testificatione, de vxriis Sanctis proposuit? Quare buius quoque narrationis fides, ex eo tamùm quod vnici Scriptoris suffragatione nitatus, noo nutabit xpud æquum æstimatorem. Quid si verò, alterius cuiuspixm feliciot sors, aut diligentia hoc gustu proritata; plora aliquando de hoc Paulo secuodo testimonia submiristreu Non despcso.

III. *Quomodò admiſſus ad ſacrificy, & communicantium contuitum, Infidelis?*

IN confeſſo eſt, Eccleſiam iam olim, non niſi initiatos; ad horrenda myſteria conſpicienda, admiſiſſe. In quam rem extant antiqua tura apud Gratianum de conſecr. diſt. 1. cap. *Epiſcopus nullum* 67. Et diſt. 21. cap. 1. ac diſt. 25. cap. 1. cum de Oſtiarij muneribus. Itaque Patres plerumque, agendo eum Catechumenis, etiamſi deſtinatione animi & voluntate fidelibus, ſtudioſè celant quæ ad Euchariſtiam pertinent, ea petiphraſi obnoluentes illud myſterium, *norunt fideles.* Quam in rem, ne fruſtra varios Patres accumulem, locupletiſſimum teſtem habemus S. Auguſtinum, qui Tract. 11. in Ioan. aptat Catechumenis, quod dicitur Ioan. 2. *Ieſus non credidit ſeipſum eis:* quia Cathecumeni neſciunt quid getatur in myſteriis, & quid ſit manducare Chriſti carnem, & ſanguinem bibere. Alibi ſæpè, ob præſentiam Cathecumenorum, per ambages de Euchariſtia & Chriſtiano ſacrificio loquitur, vt ſerm. 46. de verb. Dom. & homil. 42. & 50. & Tract. 96. in Ioan. ac in Pſal. 39. & in Pſalmum 109. ad illud *Tu es Sacerdes*, Videndus inſuper 10. Ciuit. cap. 6. Hanc ob cauſam, Miſſa Catechumenotum, orationibus tantùm & inſtructione contioebarur; id eſt, non prorendebatnr niſi vſque ad oblationem exclusiuè; ſiue vt loquitur S. Ambroſius epiſt. 33 *poſt lectiones atque Tractatum*, dimittebantur Catechumeni. Tunc enim ad oblationem veniendum erat; quæ priuſquàm ineboaretur, Diaconus ſolemnia illa verba inclamans, *Ite Miſſa eſt*, miſſionem Catechumenis indicebat, ne adeſſeot ſacrificio, vt habetur ex Concilio IV. Carthag. can. 84. & ex Illerdenſi c. 4. & ex S. Dionyſio c. 3. Eccleſ. Hierar. parte 2. Quinetiam Catechumenos, ſi qua via ad notiriam myſtetij Euchariſtiæ erepſiſſent, & occaſio ſe dediſſet eius inſpiciendæ, prohibitos eſſe Euchariſtiæ contuitu, etiam extra ſacrificium, docemur ex S. Ambroſio, narrante, Satyrum fratrem adhuc Catechumenum, petiſſe quidem à fidelibus qui eadem oaui vehebantur, ſacroſanctam Euchariſtiam, vt eſſet io naufragio immioeote præſidium: eius tamen conſpectu, quem iura Chriſtiana vetabant, cautiſſimè abſtioentem, inuolutam orario accepiſſe, & nunquam viſam ſeruaſſe. Et videntur etiam Catachumeni fuiſſe milites illi quos à factioſis Epiſcopis in adyta immiſſos ſub Arcadio, memorat S. Chryſoſtomus Epiſt. 1. ad Iunocentium. Quis enim tam Chriſtiano Principi in vrbe Catholiciſſima, præſidium noo Chriſtiannm affuiſſe fugat? vel ſi affuiſſet, ab Epiſcopis quantumnis nefariis, in templa Chriſtiana fuiſſe imittendum? Itaque quod ait S. Chryſoſtomus, ſe ſcire eorum aliquos *nullis fuiſſe initiatos myſteriis*, videtur accipiendum non de planè infidelibus (puta Etbnicis vel Iudæis,) ſed de Catechumenis. Et tamen expoſtulat S. Chryſoſtomus, quod vidiſſent quæ eos videre nefas erat, Sacram, inquam, Euchariſtiam ibi aſſeruatam. iiſdem Catechumenis, ne ſoas quidem Catecheſes exhiberi volebat S. Cyrillus, idque ſetiò commendat in calce Præfationis ad eum librum. Nimirum, quia in eis explicatiſſimè agitur de Eucbariſtia, cuius myſterium latere debebat Cathecumenos. In Hæreticis acriter notat Tertullianus l. de præſcripti. cap. 41. quod ad omnia, æquè Catechumenos ac fideles admitterent. Id quod nominatim in Marcionitis, tanquam ad apertam diſciplinæ confuſionem pertioens, damnat S. Epiphanius hær. 42. quæ eſt Marcinnitarum. Non ita inter Catholicos, apud quos omnia honeſtè & ex ordine geri mos eſt, ſemper fuit. Vnde S. Ambroſius Epiſt. 33. eortipiens Valentinianum ſecundum, quod ſupra Patrem iam fidelem, res Eccleſiaſticas tractare nolentem, ipſe catechumenus ſapere vellet; miratur quomodò arrogatet ſibi de fide iudicium, qui necdum fidei Sacramenta nouerat, cum adhuc eſſet Carecbumenus. Videtur item Catechumenus fuiſſe Sultanus Azatines, ob quem admiſſum in templum, deiectus Patriarchatu eſt Arſenius apud Nicephorum Gregotam lib. 41 *pag. mihi* 67. dicitur enim ibi Sultanum fuiſſe Chriſtianum cur etgo excluſerat, niſi quia Catechumenus. Quod ſi Catecbumeni tamerſi fidei Candidati, tanto ſtudio arcebantur à Sacramentorum celebratione, & Euchariſtiæ contuitu, quinetiam non credebatur eis liquida & perſpicua horreodorum myſteriorum expoſitio, quanto magis par fuit, arceri indidem infideles.

Conſtat, Eccleſiam tantorum myſteriotum dignitati ac reuetentiæ conſulentem, propalationem eorum apud non initiatos ſemper eſſe auerſatam. Nec mirum; eum Spiritus ſanctus, vaſa omnia tabernaculi ne oculis paterent indignorum atque vileſcerent, obtecta portari præcepiſſet, vt animaduertit Origenes bom. 13. ac 15. in Leuit. & hom. 4. in Nom. Id quod ad hoc negotium egregiè accommodat S. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 50. Nempe vt rectè in rem præſeutem ratiocinatur S. Baſilius l. de Spir. ſancto c. 27. cuiuſquis rei in propatulo poſitæ, dignitas euaneſcit. Propteteaque Philo, lib. de Sacrif. Abelis & Caini, ſermones de myſteriis, arcanos omnino, nec niſi epoptis peruios eſſe debere decernit: eóque refert panes ſubcineticios, *quos eneryphias vocant, quia celari debet Sacer ac myſticus ſermo*, oe in modum vilis eœni, res pretioſiſſimæ peſſum abeant, qnod elegantiſſimè proſequitur. Etiam impios, ab initiationibus ſuis atque mytteriis, ſemper arcuiſſe profanos, Tertullianus autor eſt cap. 7. Apolog. Quanto magis itaque Eccleſia Chriſtiana, profanis oculis Infidelium, ſubductam meritò voluerit Euchariſtiam? Malè certè id habuit quoidam Infidelium, quod inexotabiliter Chriſtianorum myſteriorum aditu & proſpectu excluderentur. Hinc illæ Maximi Madautenſis, Ethnici Grammatici eum D. Auguſtino expoſtulationes, quæ apud D. Auguſtinum leguntur epiſtola 43. quod cum Ethnici Deos ſuos neminem celarent, Chriſtiani in locis abditis, quemdam ſibi Deum quaſi proprium vendicarent, & ibi præſentem videre ſe dicerent. Nec alios habuit natales fabula de infanticidio & pabulo inde, in ſactis Chriſtiaoorum, apud Tertullianum atque Minutium, & alios, quàm alicnius initiati, obſcuros nec euolutos de Eucbariſtia ſermones, quos Ethnici ad eœnas Tbyeſtæas detorſerint.

Quomodò igitur ad contuitum diuini ſacrificij, & introſpectionem participationis myſtetiotum, admiſſus eſt Dnx infidelis? Nec eſt

quod quis existimet, priscos Christianos Imperatorum & Magnatum gratiæ abblanditos, admisisse illos ad sacra, exclusis licet minoribus, & prophano vulgo. Hæc personarum acceptio, Ecclesiæ veteri tribui non potest, vt monstrat perpetua Ecclesiæ praxis, ad tempora vsque Caroli Magni vigens; adeóque seuerè tetenta, vt Vvidechindus Saxonum Princeps, nostra sacra conspiciendi cupidus, tempore Caroli, mendicum mentiri sit adactus, certus se alioqui nulla liberi commeatus exoratione ad sacrorum contuitum fuisse admittendum. Erit qui huc aduocet, factum S. Babylæ, quem Acta eius apud Metaphrastem & Aldelmus l. de laude virginitatis cap. 17. aliique multi, produnt obstrmatè templi Christiani aditu dum sacra peragerentur arcuisse Numerianum Imperatorem Idololatram, in templum irrumpere eo tempore tentantem; quæ S. Antistiti ad martyriū subeundum causa fuerit. Verùm eo exemplo non vtor; quia reuera Imperator quem S. Babylas templi aditione prohibuit, non fuit Numerianus Ethnicus, sed Philippus iunior Christianus, vt monstratum est Tract. de Monitoriis p. a. cap. 16. à num. 2. Eum verò S. Babylas generosè arcuit, & in templum subiret inhibuit, quia incurrerat in excommunicationem, ob crimina quæ ab eo patrata, recenser S. Chrysostomus in Babyla. Quamuis autem hoc exemplum, non conferat ad probandum Ecclesiam nolnisse ad sacrificij contuitum admittere Ethnicos, tamen id aliunde est satis superque testatum. Expediendus ergo supereſt nodus ille, in Epiphanij narratione, de admisso ad Christiana sacra Duce infideli.

Occurrit duplex ratio, extricandi eam implexitatem. Prior est, Ducem infidelium clam fidelibus omnibus, ipsóque imprimis Sacerdote sacrificante, alicunde despicere potuisse in sacrificij & communionis locum. Qua ratione passim videmus, Hæreticos ad Catholicorum templa, præsertim per sacræ concionis tempus ventitare, non palam & adita templi naue, aliisve patentibus locis, quod metu subvlcorum suorum valdè refugiunt, sed clam & per superiorem aliquam contignationem, vnde prospectus in templum pateat. Quidni igitur ex simili quopiam, adiuncto sacræ ædi loco, potuerit Dux infidelis, absque Sacerdotis sacrificantis consilio admissus, prospectare sacrificantem, & sacro pane fideles impertientem Sacerdotem? Est illius tabulati è quo Cathecumeni ad prospectum ipsis consentaneum admittebantur, Luculentum testimonium in Actis S. Parthenij Episcopi Lampsaceni apud Surium 7. Februar. Et aliud in Oratione Constantini Episcopi de Inuentione S. Euphemiæ; quæ oratio legitur apud Surium 11. Iulij. Et dictum esse huiusmodi locum *Cathecumenæum*, aut *Cathecumenum*, habetur ex Codino l. de offic. Constant. cap. 17. num. 45. Videndus ibid. Gretserus l. 3. c. 18. Secundo loco, haud absurdè dici potest, iure quidem communi, exclusos fuisse à mysteriorum nostrorum non contuitu modò, sed etiam cognitione, infideles. Tamen cum res ferebat, & è maiore Dei gloria, ac bono fidelium videbatur, non celare Ethnicos quæ apud nos gerebantur, admissos esse Infideles, ad cognoscenda atque etiam contuenda sacra mysteria. Qua ratione Petrum Halloix in Vita S. Iustini cap. 5. obseruat S. Iustinum tam claiè tamque perspicuè expressisse mysterium Eucharistiæ in Apologia ad Antoninum; vt dedoceret Ethnicos, quibus Sacramenta nostra, execramenta esse, infanticidio, & pabulo inde, ac promiscuis coitionibus infamia, persuasum erat. Hæc omnia æquè locum habere potuerunt in re nostra. Et potuit etiam interuenire violentia omnes leges infringens, cui locum dare, potiùs quàm cum plurimorum cæde ac templi conflagratione obsistere, consultius visum sit Sacerdoti sacro operanti: præsertim si iusidelem, accedere non infensum, vel deridendi animo, sed ex mera curiositate, in bonum fortè cessura, suspicaretur.

Supponit in hanc rem exemplum planè luculentum, descriptum à Ioanne Rolles in historia de Cruce Caravacensi cap. 4. & seqq. Rex siquidem Mauros, *Zeit Abuzz* nomine, anno 1231. vrgens pium Sacerdotem, Genesium Peres Chirinum, ad sacrificandum coram se ritu Christiano, andientem dicto habuit pium illum Sacerdotem, non absque multiplici cœlesti suffragio. Nam & deficiente ad reliquum sacrificij ministerium Cruce; delata Angelorum manibus crux affuit, (illa ipsa iot deinceps nobilitata prodigiis, cuius solo attactu effformatæ è metallo aliæ, virtutem hauriunt, præsertim ad tutelam à fulgure:) & super sacrificium cum elata in sublimè est sacra hostia, obuersatus est Regi in Sacerdotis manibus, specie perelegauti puellus. Quod spectaculū Regem perpulit ad capescendam Religionem Christianam, & eiurandum Mahumetem. Docemur ergo ex hoc exemplo, fas aliquando visum, affulgente spe maioris boni, & secluso periculo profanationis mysteriorum nostrorum, non celare infideles sacra Christiana. Idque potuit circa Paulum secundum contingere.

IV. *Cur Christus sub sacrificium Paulo objectus, Agni candidissimi specie?*

NOn est infrequens hæc Christi sub sacrificium exhibitio, specie Agni. Apud Cæsarium lib. 9. c. 3. Adolphus de Dieferne, impulus & nutans in Eucharistiæ fide Sacerdos, in eodem Missæ sacrificio, Cristum cum sub aliis formis de quibus postea, tum nominatim sub forma Agni conspicuum habuit. Æquè sub agni effigie visum in sacrificio incruento, scribit Petrus Damiani lib. 6. epistol. 25. Apud Paschasium quoque, est huius spectri mentio, libro de corpor. & sanguin. Dom. cum de apparitione facta Plegilo Presbytero sacrificanti. Denique Bartholomæum Caietanum, ex trabis ruina conquassatum, & vehementer cupientem pane Eucharistico refici, S. Franciscus noctu per visum adiit, gestans ad vbera agniculum, & languentem sic est affatus. [Hic est Agnus quem tibi dari petebas, quem & propter bonum desiderium suscepisti, cuius etiam virtute consequêris vtriusque hominis sospitatem.] Refert S. Bonauentura in S. Francisci Actis in appendice, §. *de raptis à mortis periculo.*

Formæ

Formæ Agni quibus exhibitom in Euchariſtia Chriſtum hactenus diximus, impermiſtæ ac puræ fuerunt. Apud S. Birgittam lib. 6. reuel. cap. 86. alia viſio refertur, in qua ſpeecies Agni, non fuit ſimplex. Verba S. Birgittæ ſunt. [Quidam ſacerdos in die Pentecoſtes celebrauit primam Miſſam in quodam monaſterio. Tunc autem in ipſa eleuatione corporis Chriſti, vidit ſponſa ignem deſcendere de cœlo per rotum altare, & in manu Sacerdoris vidit panem, & in pane agnum viuum, & in agno faciem quaſi hominis ioflammantem: Et tunc audiuit vocem dicentem ſibi. Sicut nunc vides ignem deſcendere in altare, ſic per ſimile, Spiritus meus ſanctus deſcendit in Apoſtolos meos tali die ſicut hodie inflammans corda eorum; Paois verò per verbum fit agnus viuus, id eſt corpus meum, & facies eſt in agno, & agnus in facie quia Pater eſt in Filio, & Filius in Patre, & Spiritus ſanctus in vtroque. Et iterum ſponſa vidit in manu Sacerdotis in ipſa eleuatione Euchariſtiæ, iuuenem miræ pulchritudinis qui dixit; Benedico vos credentes, non credentibus ero Iudex.] Vides hîc obuerſatam in Euchariſtia formam Agni, non tamen ſimplicem, vt ſic dicam ſed multiformem.

Cauſas formæ Agni per Chriſtum adamatæ petere licet ex iis quæ profero, tractans illum Chriſti titulum *Agnus Dei*, lib. 5. de Chriſto ſect. a. c. 2. Et alia in eam rem adduco in Tractatione de Cereo Agno conſecrato cap. 6. poſt Origenem qui perpaucis rem confecit homil. 24. in Num. *Ipſe Dominus Ieſus Chriſtus* (inquit Origenes) *non ideò Agnus dicitur, quaſi qui mutatus ſit, & conuerſus ſit in ſpeciem Agni. Dicitur tamen Agnus, quia voluntas & bonitas eius qua Deum repropitiauit hominibus, & peccatorum indulgentiam dedit talis extitit humano generi quaſi Agni hoſtia immaculata & innocens, qua placari hominibus diuina creduntur.* Hæ ipſæ igitur fuere cauſæ cur Chriſtus, Paulo ſub Agni ſpecie objectus eſt in Euchariſtiæ ſacrificio, quod eſt antitypon ſacrificij crucis, eiuſque viua repræſentario in qua Chriſtus Agnus cultro verborum ſacrorum immolatur ad propitiandum Patri genus humanum.

V. *Qua alia ſingulares peregrina Chriſti formæ in Euchariſtia, ſub ſacrificium, aut alibi aliquando conſpicua.*

OMnino variis aliis modis, Chriſtus Dominus in Euchariſtia exhiberi voluit ſub vnica effigie: nempe interdum vt puellus; aliàs ſub forma carnis rubræ, & ſanguineæ, ſiue cruentæ; aliàs vt cinis; & aliis denique modis, pro varietate ſubjectorum, vel ſpectantium, vel ſuſcipientium Eucbariſtiam conſpici voluit. Multa in hanc rem exempla addenſat Perrus Thyræus l. de Apparit. Sacram. c. 11. Ego pauca ſelecta dabo, vel prius indicabo, ſignatis Auroribus, à quibus reſeruntur pleniùs. De primo tamen quod ex Actis S. Arſenij apud Metaphraſtem apponam, nihil accidere placet, ac ne ſyllabam quidem, adeò palato meo ſapit, nec dubito quin Lectori cumprimis gratum ſit futurum, ſi integrè repræſentetur. Sic igitur habent S. Arſenij Acta.

[Monachus quidam ſenex, (aiebat Arſenius) qui vixerat in Scete, actione quidem valdè mitabilis, educatus aurem in ſimplicitate & ignorarione, non mediocriter peccabat circa myſterium diuini ſacrificij. Dicebat enim ille & aſſerebat, quod cum participamus diuinum panem, non eſt ipſum corpus Chriſti & Dei noſtri, ſed traditur in quadam figura & imagine. Quod quidem nonnulli alij ſenes qui audietant, & ſenis propter hanc abſurdam opinionem miſerti fuetant, ad eum vadunt, alienam hanc ſententiam alicui attribuentes, & ei dixerunt: Audiuimus de quodam Monacho, qui errabat in iudicio de ſacris myſteriis, & exiſtimabat illud non eſſe corpus Chriſti, ſed in illius figuram, panem qui ſumitur, benedici & tradi à Sacerdotibus. Ille autem nihil celans; Ego ſum, inquit, & in hac perſiſto ſententia, nec poſſum dimoueri. Illi verò non dimiſerunt, ſed multis & validis argumentis conati ſunt ſeni perſuadere, affirmantes, illud ipſum eſſe Chriſti corpus. Similiter autem vinum quoque, eius viuificum ſanguinem & ittemetatum. Nam erſi (aiebant) eſſet panis & vinum; precum tamen inuocarione, & diuini aduentantis ſpiritus benedictioue, mutantur in illud ipſum corpus & ſanguinem Chriſti: Eſtque; caro & ſanguis Domini, qui à nobis ſumitur. Qus de cauſa, Sacerdotem quoque, (dicebant) conuenienter, voce Domini, ſcilicet illius perſonam ſubeunrem, dicere, *hoc eſt corpus meum:* Et, *hic eſt meus ſanguis.* Quoniam enim difficiliter fieri poterat, vt qui ſumus homines, cruentam carnem ſumeremus inſtar ferarum, quæ carnem crudam deuorant, prouidit ille ipſe, qui participatur, vt per ſimilem & conſuetum panem, in hoc ipſum corpus Domini non manifeſtè mutatum, peragetetur ſacrificium. Vide enim quemadmodùm etiam baptiſma, eo quidem quod apparet, eſt aqua; ſed precibus & ſacra operatione dignatum, diuino impletur, ſpiritu, & deinceps non eſt aqua ſolummodò. Quomodò enim quod regenerat & transformat eum qui baptizatur, & reddit perfectè liberum à peccato, ſit aqua tantùm? Cum hæc & hujuſmodi alia, dicta eſſent à ſenibus; ſurdo videbantur cani, quæ dicebantur: Ille enim adhuc erat meredulus, & exigebat ſolam ex rebus ipſis probationem. Cum ergo videretur ſenibus abſurdum, & admodùm ignaui puſillique animi, negligere ſenem qui ſic labebatur præ ſimplicitate; ipſi & diligenter orabant, & illum pro ſeipſo orantem aſſumebant, ne tot labores & ſudores exercitarionis, fruſtra videantur ſuſcepti. Deinde cum ſic tranſiſſet dietum hebdomada, in templum ſimul conuenêre. Cúmque ſacra perageretur myſtagogia, diuinuſque panis eſſet propoſitus; (ô ruam Chriſte potentiam, & benignitatem!) infans viſus eſt eodem tempore tribus ſenibus, is panis qui in ſacta menſa erat propoſitus. Deinde cum Sacerdos ad hoc vt panem in fruſta diuideret, iam manum extendiſſet; viſus eſt eis Angelus qui ſupernè deuolauerat, & gladium in mano habebat. Qui cum propoſitum lufantem ſacrificaſſet, deinde eius ſanguinem fundebat in calicem, quandiu Sacerdos panem in parua fruſta frangebat, tamd iu quoque poterant videre Angelum, ſecantem partes ex carne pueri. Cum aurem acceſſiſſet is qui errabat ſenex, vt eſſet particeps ſactificij, carnis mundæ & cruentæ.

apettè fuit particeps. Hoc, visum ab illo sene, & illius non sanum cortexit iudicium, & effecit vt Deo offerret gratiarum actionem cum lachtymis; aliisque senibus, illius correctio fuit augmentum lætitiæ. Hoc narrauit pulchra lingua Atsenij, quod omnino productum fuit ad magnam vtilitatem eorum qui audiebant.]

S. Georgius Decapolita in serm. historico de conuersione Saraceni, Christum specie pueruli obiectum Saraceno sacris Christianis astanti, his verbis refert.[Cum Sacerdos inchoasset sactam oblationem & panem accepisset ad peragendum incruentum sactificium, vidit Saracenus Sacerdotem manibus accipientem puerulum ac mactantem, & sanguinem ipsius fundentem in calice, & corpus eius frangentem, ac ponentem in disco. Quæ cum intueretur Saracenus, furore multo percitus, itáque in Sacerdotem exæstuans, eum interficere meditabatur. Cúmque aduenisset hora Sancti Introitus, rursus manifestiúsque vidit Saracenus puerulum in disco membratim cunciſum io parres quatuor, eiúsque sanguinem in calice: Et dennò vehemẽter obstupuit. Cum iam finis instaret diuinæ liturgiæ, & nonnulli Christianorum cõmunicare cuperent diuinis mysteriis, & Sacerdos dixisset, *Cum timore Dei, ac fide accedite*, Omnes etiam Christiani capita sua reuerenter admodùm inclinassent quidam ex ipsis ad communionem diuinorum mysteriorum. Iámque tertiò vidit Saracenus Sacerdotem ex corpore & sanguine pueruli, fuscinula partem impetiii communicantibus. Postquam verò pœnitentes (I. humillimè extetna specie se habenies) Christiani, participarunt diuinis mysteriis, viditque Saracenus, eos de corpore & sanguine puetuli sumpsisse, ita & furore repletus est, aduersùs omnes.] Et iostra post narratam panis antidori, siue benedicti portionem Saraceno datam, cum interrogati Saraceno qui hoc esset, repositum esset, partem esse panis qui fuerat sacrificatus reposuit dennò Saraceous, nequaquam panem fuisse sacrificatum, sed corpos pueruli, & haustum eius sanguinem. Vnde denique secuta est Saraceni conuersio.

Plegilus Ptesbyter, magnæ à pueritia sanctitatis, *Plegus* dicitor apud incertum intetptete Pelagiu lib. 5. vitæ Patrum in editione plena cum diu experijsset retecto specierum Sacramentalium sipario, Christum in Eucharistia videre, ad altare aliquando consistens, loco hostiæ, Christum conspexit sub pueri elegantissimi effigie, cui Simeonis instat, suauissimè ad pectus applicito, mellea, & quouis nectare sapidiora basia fixit. Mux verò, vt repositus super altare puer, ad priorem Sacramentalium specierum formam reuenirer, ardẽtissimis precibus exorauit. Rem diffusè narrat Paschasius libro de corpore & sang. Dom. cap. 14. De Godefralco Religiosissimo Sacerdote, io die Natalis Domini celebrante, similia recitat Cæsarius l.9. c.2.De alio pio Presbytero: haud absimilia haber Appendix ad Chronicon Sigeberti sub annum 1118. Vbi alia similia & affioia visa narrantur. S.Hugonem Lincoloiensem, sacrificantem, conspexisse Christum specie pueri immenso lumine coruscì, habent ejus Acta cap.27.& Dorlandus lib. 3. Chron. Carrus.c. 8. Nec dissimilia de Angelorum Rege Eduardo vito sanctissimo, scribit in ejus rebus gestis Aelredus;& de B.Maria Oegniacensi,Cardinalis Vitriacus. lib. 2. Vitæ eius c. 8. Abbarem circa Eucharistiam incredulum, simili viso ad rectam fidem esse reuocarum, narrat ex Daniele Abbate, Guitmnndus lib. 3.de Euch,addens de simili apparitione facta Iudæo, descripta in Actis S. Basilij per Amphilochium n.36.Scribit quoque Petrus Cluniac.l.1.miracul.c.1. Rusticum Auernum, cum Eucharistiam in fauum sacrilegè conieciisser, perculsum mutatione eius in formam pueili specios.simi, iuiuisse consilium de eo clam infodiendo in Ecclesia: sed euanescente ex ferentis manibus puello, impium consilium fuisse disturbatum.

Catnis specie, orante S. Gregorio,Christum io Eucharistia vidit mulier, quæ S. Pontifice hostiam sacram portigente, & ex solemni formula corpus Christi esse contestante, proruperat in risum effusum; quod audisser, pistum abs se panlo ante panem, denominari à Pontifice cotpus Domini. Muliere verò per eam subitam mutationem ad cor reuersa, orauit denuò S. Gtegorius; & exoranit vt euanescente carnis fornia, denuò objiceretur oculis, panis species. Rem describit Ioannes Diac.l.2.vitæ S.Gregorij c.41.Illustrissimum est, quod Augustæ Vindelicorum ante quadringentos annos accidit. Vir ornatissimus, Marcus Velserus, antiqua illius miraculi monimenta publico dedit. Gilbertus Bremensis narrationem contexuit, quæ merto item conscripta est, iussu Vlscalci Augustani Episcopi, qui præerat illi Ecclesiæ anno Domini 1199.sedente ad Ecclesiæ clauum Innocentio III.quo tempote huiusmodi apparitio contigit. Narratut ergo io illis scriptis, mulierem, post acceptam diuinam Eucharistiam, non deglutisse sacras species, sed eas clam apportasse domum. Finis non ptodstut; sed suspicio esse poresr, ad eundem fuem ad quem aliæ mulieres in similibus expectationibus, de quibus infra, collimarunt, & hanc quoque respexisse. Sic asportarum corpus Christi, mulier cum primùm licuit, cera inuoluit, & per quinquenium ita absconditum celauit. Tandem lancinante ipsam facti conscientia, Bertholdo S. Crucis Præposito, rem pandit, & ceram committit. Hac dissisa, Bertholdus species panis non deprehendit, sed formam carnis. Re ad Præsulem delata, cum post supplicationem solemnem, diligens inspectio ceræ ptiùs obsignatæ esset adhibita,ingens observata est in Eucharistia amplificatio quæ etiam ad non modicum tempus semper increuit: Tandem tamen desijt Crescere, & cera prorsus abjuncta, Chrystallo immissa est Eucharistia, Deo innumeris mitaculis sanationum, attestaote huic prodigioso spectaculo, quo hodiéque post tot sæcula, carnis species contuentibus objicitur. Quanquam interdum (vt habet Gilbelti Bremensis nattatio) quibusdam visa est specie pueri, cuidam in specie Christi Crucifixi. Plenè de hoc spectaculo disserit Henricus Institor locis infra proferendis.

Coloniæ in templo Augustinianorum, aductum Mildeburgo Zelandiæ oppido;Sacramentum miraculosum assetuatur, cuius hæc feruntur initia, scribit Erardus Vinheim in sactatio Colonienst, cum agit de Cœnobio Vndeuicesimo. Adolescens cui nomen *Ioanni à Colonia*,

anno

anno 1374. à pia matrona cui famulabatur, de vita soluiore redargutus, tandem in Paschate, heram placaturus, ad diuinam mensam, mala mente, nec ritè expiatus accessit. Cum primùm ore excepit sacras species, & in eas dentem infixit illicò Sacramentum speciem carnis induit, & ternæ sanguinis guttæ, in mappam communicantibus substratam stillauerunt. Territus miser, & mutatus in virum alium, candidè quod acciderat retexit. Species illæ de ore communicantis eductæ, Mildeburgi aliquandiu asseruatæ sunt, donec mandato Colonienſis Antistitis cui tunc subeat Mildeburgum, aduectæ sunt Coloniam, collocandæ in æde sacra Augustinianorum, inret multas thecas sacrorum pignorum, quas omnes vltrò apertas, aduenientibus sacris speciebus, velut assurrexisse, & primas loci ac sedis deruliſſe, habet narratio. Procedente tempore, partem aliquam sacratum speciorum depoſceute Priore Louaniensi, conceſſæ sunt guttæ in Dominicale delapſæ, necnon pars speciorum infixionis dentium vestigia retinens, quæ à reliquo speciorum, absque ferro & manu diffringente, præuiis triduanis obſecrationibus ac ieiuniis, eſt abrupta. Mulierem narrat Petrus Damiani Opuſc. 34. *initio*, de veneficæ consilio virum ab illegitimis complexibus abducturam, accepiſſe sactilegè hostiam sacram, & certis carminibus ad vſum maleficij incantraſſe. Perculſam verò eſſe, cum deprehendit hostiam dimidia tantùm ex parte versam in carnem, altera parte priſtinam exuuiarum panis formam retinente. Additque Petrus, Epiſcopum quendam Amalphitanum, juramento confirmaſſe Stephano Papæ, ſe cum veniſſet ad hostiæ fractionem, perfectam carnem atque eruentam, qua etiam digiti contrectantis ruberent, videre viſum loco hostiæ; ſicque dubitationem de veritate corporis Domini in Eucharistia depuliſſe. Scribit præterea Thomas Boſius lib. 14. de signis, cap. 7. Audiſi in Piceno, anno 1273. contigiſſe quod ſubjicio. Mulier philtrum marito paratura, ſuceram hoſtiam, vt ferebant malæ artes, regulæ ſubjectis prunis impoſuit. Sed hoſtia in carnem verſa, & vberem ſanguinem qui etiam prunas extinxit, profundente; inops conſilij mulier, obuolutam linteo tegulam, cum carne & ſanguine (proli ſcelus!) infodit propinquo ſtabulo. Poſt ſeptennium autem, diram ſacrilegæ conſcientiæ lancinationem vltra non ſterens, aduocato ſacerdote, refoſſo loco omnia pura & nullatenus tabefacta, linteum quoque ipſum planè illæſum, inuenit. In quo etiam ſtatu, poſt annos ſexdecim ſupra trecentos, perſeuerare, ſcribit idem Autor.

De ſanguinis effluxu ex ſpeciebus Euchariſtiæ, præſertim impiè transfoſſis per impios Iudæos, crebra ſunt exempla. Videndus Genebrardus in Chronol. anno 1510. cum de Paulo Form, nundinatore ſacræ Euchariſtiæ; Et Theodorus Loër Cartuſianus, libro de hoſtiis Bruxellenſibus, perfoſſis à Iudæis annò 1369. Necnon Nicolaus Mareſcalcus, l. de hoſtiis ab Eleazaro Iudæo confoſſis in Ducatu Megapolitano anno 1492. Luculentum præter cætera exemplum legitur in vita S. Hugonis Lincolnienſis cap. 27. Cum enim vir Sanctus per quandam villam tranſiret, audiuit de Sacerdote qui ex homine nequam & ſpurciſſimæ vitæ, cuaſerat in virum frugi per occaſionem quam ſubjicio. Stabat impurus miniſter ad altare Dei & immundis manibus, virgineum Chriſti corpus ſpeciebus panis adopertum tractabat. Cum ventum eſſet ad hoſtiæ diffractionem, ſanguis protinùs emanauit, quæ Sacerdoti exterrito, commutandæ in melius vitæ cauſa fuit, ita vt perbreui *Sanctus* audiret. Ad hunc ergo Sacerdotem adjit S. Hugo, conſulturus de ſpiritalis vitæ ſtudijs, hominem quem SANCTVM communis fama proclamabat. Narrante Sacerdote oſtentum ex quo ad reſipiſcendum excitatus fuerat, & vrgente S. Hugonem vt cruorem è diffracta hoſtia collectum, & cum cura aſſeruatum, teſtem veritatis, conſpiceret, præcisè renuit; nec quamuis à domeſticis ſuis enixè flagitantibus eo conſpectu frui, vrgeretur vt oblatum contuitum admitteret, acquieuit; illud ſemper conteſtabatus, [Habeant ipſi ſigna infidelitatis ſuæ. Nobis autem qui verè credimus ſub ſpeciebus Sacramentalibus verum corpus & ſanguinem Chriſti contineri, ſigna quid proderunt.] Addit Vitæ Autor. [Quoſdam etiam abire volentes vt viderent, durius objurgabat, quod non deuotione, ſed curioſitate id facerent. Siquidem ſcriptum nouerat, *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Sed hoc vulgo perſuadere quis poterit. Quinimo videmus eos tanta diligentia ad huiuſmodi conſluere; qui ſi perfectam haberent fidem, magis vtique ab his ſe elongarent.]

Cuiuſmodi in his appatitionibus ſanguis fluxerit, alibi ſæpè eſt diſcuſſum, tractando de imagine Auenionenſi poſt impactum lapidem ſanguinante. Quod rem præſentem, idem eſt affirmandum. Multus in hoc eſt Collius lib. 4. de ſang. Chriſti. diſp. 9.

Cineris ſpecie, objectas cuidam indignè communicanti Euchariſtiæ ſpecies, narrat S. Cyprianus lib. de lapſis. Qui tamen apertè tradit, Chriſtum tunc abſceſſiſſe, de quo poſtea. Idem planè ſtatuendum eſt, de exemplo Euchariſtiæ à Macedonianis conſecratæ, in lapidem conuerſæ, cum primùm mulier vito Catholico fucũ factura, immiſiſſet hoſtiam ritu Macedoniano conſecratam ori ſuo, dimittens famulæ ex compoſito adminiſtræ maleficij, hoſtiam quam à Sacerdote Catholico acceperat, ritu Catholicorum conſecratam, vt eſt apud Sozomenum l. 5. c. 8. Saluti fuit mulieri ea in lapidem commutatio Territa enim tanti prodigij objectu, perfuſa lachrymis ad Epiſcopum accurrit, exhibens lapidem ignoti coloris & materiæ peregrinæ, manifeſta veſtigia morſus præferentem, qui ad tanti miraculi memoriam, in theſaurum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ illatus eſt ibi aſſeruandus. De præſentia ergo Chriſti ſub eo lapide, ſimiliter philoſophandum eſt ac de præſentia eius ſub cineribus. Nec ſecus ſenſerim de plia admodum ſingulari diuinæ Euchariſtiæ metamorphoſi apud Gulielmum Patiſienſem l. de moribus c. 8. Ait enim, [Mulierem cum ſacratiſſimam Euchariſtiam in ſinu ſuo nimis irreuerenter ac exectabiliter abſcondiſſet, cum vellet eam de ſinu abſtrahere, inueniſſe pro ea ſerpentem horrificum atque terribilem.]

VI. *Quis modus, Christum peregrinis hisce formis singularibus, obiectendi.*

VT intelligatur quomodò Christus cum alibi sub aliis singularibus formis, tum Paulo sub Agni imagine sit objectus, duo dubia enodanda sunt, ad quæ proposita quæstio pertinere potest. Primum est, vetè oe, an imaginatiè tantùm, Agni effigies Paulo sit oboersata. Secundom, an posito quod Agnus ille non fuerit verus, sed apparens tantùm, mutatio, sit facta in potentia videntis, an ea parte specierum panis & vini superstitum, ao ex parte medij.

Prior dubitatio, facilè eapediri potest, juata doctrinam D. Thomæ 3. p. q. 76. art. 8. quæ fert, quoties formæ peregrinæ circa Eucharistiam visuntur, formas illas non esse reales, sed imaginarias tantùm, siue obiectiuas; si non æquè omnibus objiciantur, vel non nisi ad breue tempos duter apparitio. Cum igitur scribat Epiphanius, Paulum solum, nec nisi ad tempus perbreue, Christum specie Agni sub sacrificium conspexisse, argumento est, visionem fuisse non veritatem, quod appatebat; nec agnum quem Paulus sibi videbatur conspicere, fuisse verum Agnum in rerum natura existentem, sed duntaaat imaginarium: alioqui omnes qui aderant agnum æquè conspeaissent: nisi gratis velimus fingere miracula, dicendo, omnes præter vnum Paulum, fuisse diuinitùs impeditos, ne Agnom verè ibi præsentem conspicerent. Miraculum item comminiscendum esset, in supernaturali productione Agni, & ejusdem cibatione, aliisque vatiis adjunctis quæpræstat non eaprimere. Nec minora, magna ea parte vrgerent iucommoda, si Agnus vetus ac physicus via ordinaria productus, aliunde in altare eaportatus fingeretur. Non fuit ergo Agni effigies quæ Paulo objecta est, nisi effigies vacua firmamento physicæ substantiæ Agni, aut receos producti, aut aliunde importati.

Ea eo autem quod Agni eahibitio non fuerit nisi objectiua, eapediri consequenter potest secunda dubitatio proposita. Ad quam dico, nullam mutationem ex necessitate factam esse, siue in medio, siue in objecto, sed sufficere potuisse mutationem omnium facillimam, factam in oculis contuentis, vel etiam in eius phantasia, & intellectu. Aio *ex necessitate*, quia non videtur dubitandum, quin mutatio facta in objecto sensibili, (quod hîe sunt species Sacramentales) vel in medio oculum intet ac objectum jacente; & quod idem foret, in corpote circunstante objectum, pusset satis esse ad causandam in spectatore exhibitionem Agni. Quod enim monstrare memini in Natur. Theol. dist. 4. à num. 308. fontes delusionum in sensibus, ad vnum è tribus illis capitibus sunt teuocaudi, quod attigit Themistius 2. Animæ suo cap. 21. & plenius elucidant S. Bonau. in 2. dist. 8. art. 4. q. 3. Argentina ibid. q. 1. art. 2. Gabriel q. 2. art. 3. Major q. 5. Molina 1. p. q. 111. art. 4. Et quamuis plura ea illis capitibus, possiut conjungi ad causandam eandem exhibitionem apparentem, tamen vnumquodque propositorum captiuum, potest sufficere ad causandam eam apparentiam sensibilem. Ea necessitate igitur, ad visum Pauli de quo agimus, nulla vel in speciebus Sacramentalibus, vel in medio præcessit mutatio; sed sat fuit immutati oculum, vel phantasiam Pauli. Præligendáque videtur oculi solius immutatio, quia minore veluti impensa peragitur, ob facillimam alterationem & immutationem potentiæ visiuæ, tanto apparato indigentis ad functiones suas. Eamque esse causam, cur visus inter sensus maximè obnoaius sit delusionibus, rectè notarunt Ftacastor. l. 2. de intellect. *ante medium*, & Villalpand. Tomo 2. parte 2. lib. 2. Isagog. cap. 8.

Aliter visum Ægidio Coniuck 3. p. q. 76. n. 122. Eaistimat enim mutationem ex qua hæ apparitiooes fiunt, freqoentiùs accidere in corpore circunstante objectum; & rationem reddit, quia hic modus est magis realis, & eo admisso nulla in sensu fit deceptio, quia verè sensus, simpliciter & citra judicium, percipit corpus aliqnod, talem aut talem figuram referensi vnde percipit quod apparet, atque adeò non decipitor. Neutta tamen ratio est idonea. Cur enim ait, hunc modum esse magis realem, quàm cum mutatio fit in corpore cui potentia insider? Aut cur sensus non æquè decipitur, siue simplici errore deluditur, percipiens quod apparet circa objectum nec teoeta est, quàm si in ipso objecto percipiat quod non est, ob immutationem factam in oculo solo? Itaque verius videtur, totam mutationem ad has visus delusiones causandas præteqnisitam, freqnentius fieri ex parte solius potentiæ sensitiuæ exteriotis. Quanquam si quis velit mutationem fieri ex parte solius phantasiæ cerebro insidentis, perinde erit ad rem præsentem.

Sufficiens ergo ac eapeditiot est mutatio ea parte potentiæ, quam admisimus: Eique optimè suffragatur, quod alia placita, vetè statuunt mutatiouem ea parte objecti, grauibus labutant iocommodis. Aliqui enim existimant superduci Sacramentalibus panis speciebus non destructis, nouas species, quarum superfusione, & superficiali adjunctione fiat noua exhibitio. Ita Henricus Institor tract. de Sacram. Miracoloso parte 2. q. 3. & ea parte subscribit Henriques l. 9. c. 38. num. 2. *litera C. in commento*, affirmans, nouum accidens colotis aduenire exuuiis panis perseuerantibus. Alij putant species panis euanescere, & conoerti in nouas dimensiunes, cum aliis accidentibus proportionalibus substantiæ quæ de nouo exhibetur. Vt si puellus elegans appareat, putant accidentia panis desinere, & conuerti in aecidentia pueri. Ita Ægidius Theorem. 23. de Eucharistia: Tandem Richatdus in 4. d. 10. art. 5. q. 2. existimat cum Christus objcitor, v. g. sub forma carnis, addi supra species panis remanentes, corpus carnenm, quo operiantur species panis. Nullom ea his placitis admitti debet. Eorom quip. pe assertione, inuehenda sunt plura & grandia miracula, sine vlla necessitate ant fundamento. v. g. superficiaria ioductio specierum nouarum supet species panis, cum non possit esse adjectio intensiua quæ inter quantitates noo habet locum, esset tantùm earensiua; atque ita vel augeret molem, vltra quàm plerunque in his

appatitionibus

apparitionibus renunciet sensus: vel si auctior illa moles inhiberetur per penettationem qua vtraque quantitas dicatur exhibenda tantùm vt vna, inuehereturque superuacaneum miraculum penetrationis, quo cumularetur aliud miraculum productionis specierum per se, ac seorsim à substantiis quibus deberentur. Non vacat, circa difficultates quibus Ægidij & Richardi placita euertuntur hærete, quod illicò incurrant in oculos; & æquè, miraculorum gratis confictà inuectione oneretur. Itaque fixum esto, mutationem ad has apparentias exhibendas maximè accommodatam, non nisi ex parte potentiæ sensitiuæ siue externæ, siue internæ, petendam esse, vt affirmabam.

Et consequitur quidem, sensus siue externi siue interni immutationem ac delusionem, proportionalis delusio in intellectu, ob sympathiam potentiarum, & earum radicationem in eodem substantiali principio: vt tamen intellectus solus immutetur, & ab eo redundet delusio in sensum, videtur incongruum, ob nexum naturalem intellectus & phantasiæ; qui non est mera concomitantia vtriusque potentiæ ad operandum, sed est colligatio potentiarum illarum, cum connaturali subordinatione superioris ad inferiorem, in hoc statu. Non enim phantasia excitatur ab intellectu ad operandum, etiam postquàm est jam informatus specie impressa, quod Suarez malè affirmat lib. 2. de Orat. c. 14. num. 4. & Tomo 1. 3. p. d. 28. *in fine.* Sed quod fert connaturalis origo scientiæ à sensibus, & cooperatio quam solam potest corpus per materiales suas facultates exhibere in hac vita, ad intellectionem; excitato tanquam per apparitorem intellectu, determinatio ad operandum incipit à sensu, & ab eo intellectus mouetur ad agendum. Et verè si intellectus posset absolutè excitare imaginationem, species materialis erasa è subiecto phantasiæ, posset reparari per nouam actionem phantasiæ, ab intellectu ad operandum excitatæ, quod non experimur, vt testatur obliuio, consequens speciei phantasticæ dilapsum, nisi ipsa aliunde reparetur. Itaque connaturaliter loquendo, sensus excitat intellectum ad operandum, non autem è contratio. Et ita rectè Lessius lib. 2. de summo bono, num. 157. Hunc autem connaturalem nexum potentiarum, Deus in hac vita, & peristante animæ consortione cum corpore, violare non solet. Ab Angelo autem ac Dæmone, nè violari quidem potest; quia nihil possunt in animam spiritualem, nisi corporis & sensuum interuentu.

Potrò tamen congruentius est, intellectum non nisi modo proposito deludi; Deus autem quem jure Pythagoræi vocabant *ipsum decens*, velit ei congruentiæ seruire, nec inuertere decentissimum illum ordinem in naturali potentiarum nexu fundatum; tamen facilè Deus, nisi vellet attendere quod congruentius est, posset ipsum quoque intellectum immediatè deludere, nulla facta præuia mutatione aut delusione in vllo sensu. Et æquè tamen sequeretur apparentia objectiua, ac cum sensui imponitur. Sicut enim cum solus sensus internus immutatur, apparentia tamen respectu sensus externi phantasia inferioris, si & ipse ad agendum moueatur, eadem est, ac si mutatio fieret in sensu ipso externo, ita vt homo putet se oculis conspicere, vel auribus haurire, quæ sola imaginatione primùm percepit: ita si intellectus qui cum phantasia connectitur, subeat immutationem, & deludatur immediatè, apparentia tamen & delusio refundetur in phantasiam, si simul moueatur ad operandum circa objectum ab intellectu independenter ab ipsa conceptum, excitante Deo. Vel si solus intellectus operetur, sitque omnino justitium in sensibus, apparentia tamen quoad objecti exhibitionem, erit eadem, quæ si sensus esset cum errore operatus: supposito quod species intellectui deseruientes sint connaturales, & fabricatæ aliàs excitante sensu. Non secus enim homo putabit se tunc imaginari, aut exteriùs videre, etiamsi neque imaginetur, neque videat, quàm in somno putat se videre sensu externo, quod sola imaginatio attingit.

In præsenti igitur negotio, quamuis Paulus potuisset mutationem immediatè à Deo subire in solo intellectu, tamen verisimilius est, seruatum esse quod congruentius esse diximus. Id quod multo certius foret, si mutatio illa, & consequens delusio, aliam haberet effectricem causam, in cuius potestate non sit, hominem intellectuare, vt S. Augustinus loquitur; hoc est immediatè & intacto sensu, facere vt homo, hoc vel illud intelligat. Id enim solius Dei est proprium, vt dico in Natur. Theol. dist. 4. num. 329.

VII. *Quomodò Paulus varias Christi formas peregrinas, pro varia communicantium dispositione, conspexerit.*

PRæter singularem peregrinam Agni formam, sub qua Paulus primùm in altari sub sacrificium, Christum conspexit, de qua superiùs; mox quoque cum Sacerdos sacram hostiam distribueret, sub variis omnino formis, eadem communionis tempore Christum conspexit; nempe sub forma oui, capillorum, carbonum, ignis, cinerum, carnis spurcæ, auri, ac lucis.

De his formis peregrinis multiplicibus, non est aliter philosophandum, quàm de forma Agni singulari, aliisque item singularibus de quibus proximè: nempe dicendo, fuisse duntaxat formas apparentes, soli Paulo objectas, per mutationem, (vt verisimilius est,) factam tantùm in eius corporeo oculo, aut phantasia. Eadem quippe est ratio, vnicæ ac simplicis apparentiæ de vnico objecto exhibitæ, ac plurium de diuersis obiectis. Nec aliter statuendum est, cum plures sunt quibus multiplex apparentia obuersatur, ita vt non vnus tantùm videat aliquid peregrinum, sed plures contueantur varias peregrinas imagines: Tunc inquam sufficit, vt in oculo vel phantasia vniuscujusque, fiat mutatio similis ei quam præexigi diccbamus, vt singulatis forma appareat: nempe mutatio potentiæ, per immissionem, aut nouam determinationem, vel modificationem speciei impressæ, vel per aliam quampiam motionem, aut alterationem facultatis homini implantatæ, vt supra expositum est, rectéque asserit Mol. 1. p. q. 55. art. 2. disp. 2. membro 5. agens de formis peregrinis multiplicibus.

Alij aliter in hac re philosophantur. Henri-

ens Institor Tract. de Sacram. miraculoso, parte 1. q. 3. secutus (vt putat) D. Thomam in 4. d. 10. existimat, cùm vnus videt species Sacramentales consueto modo, & alius diuerso, tertiusque dissimiliter, tunc species illas dissimiles superinduci, & superficialiter appingi diuina vi super species albas, quæ sunt exuuiæ panis, seruanturque incolumes non obstante hac nouarum specierum superfusione; indéque fieri arbitratur, vt obiectum vni sic, alteri autem diuersimodè exhibeatur. Meminit hujus superfusionis Gabriel lect. 51. in Cano. *litera D.* censetque ei fallere D. Thomam. Non agit tamen nisi de singularis formæ apparitione. Sicut autem hæc sententia, circa singularis formæ peregrinæ exhibitionem superiùs reiecta est, ita hîc quoque est reiicienda ob eandem rationem. Imo hîc multo magis vrget difficultas, quia multo magis multiplicanda erunt miracula; & difficultates omnes quæ circa prædictam sententiam quoad singulares formas peregrinas erant singulares, hîc multiplicantus pro multiplicitate formarum peregrinarum quæ exhibentur. Nec illud miraculum prætermittendum est, quod in hac sententia necessariò inuehitur; nempe quud Deus impediat ne omnes æquè conspicentur species albas superstites, tametsi debitè obiectas ad causandam visionem, & incurrentes in aliquorum oculos, vt fert suppositio. Neque enim superfusio quæ inuehitur, inducit operimentum aur velum, subducens omnibus earum conspectum, etiam si vocatur superfusio & superinductio, respectu eorum qui solas species de nouo appositas conspicantur. Ea autem præclusio visionis obiecti debitè disposita, non caret miraculo speciali. Quæ contra alios in hac re philosophandi modos adduci posset, proposita sunt superiùs, exponendo modum quo peregrina Christi forma singularis, obiicitur sensui in Eucharistia. Itaque non est hîc vlretiùs circa eos modos hærendum.

Moralem causam varietatis harum peregtinarum formarum multiplicium in Psuli viso, rectè penes varias communicantium dispositiones aperuit, seu potiùs conjectauit, Epiphanius num. 17.

VIII. *Qua alia plures, in Eucharistia simul obiecta, peregrina Christi forma.*

IVuat narrationem Epipbanij, de multiplicibus Christi formis peregtinis Panlo sub idem tempus obiectis, illustrare prolatis aliis quibusdam exemplis, plurium simul obiectarum Christi formatum extranearum.

Vulgatissima est, & Paulinæ non parum affinis, visio Vvidekindi Saxonum Ducis, qui adbuc Ethnicus, vt mysteria nostta coram cognosceret, ementitus est mendicom. Agnitus tamen, & ad Carolum Magnum perductus, stupore omnes defixit, nartans visum sibi puallum perelegantem, singulis communicantibus in os ingestum à Sacerdote, sed varia omnino compositione externa: quippe cum puellus à nonnullis admodùm abhorreret, nec nisi auerso vultu, & renitens, faures eorum subiret, & tamen subirer: Ad alios auter alacer & gestiens, ludibunduſque vltrò properaret, & arridens ac beneuolus ora subiret. Narrat Krantzius h s. Eccles. Histor. c. 9. quem exscripsit Brendebachius lib. 1. sacrar. Collat. cap. 2.

Adolphum de Diepherne, scribit Cæsarius l. 9. c. 3. impurum & circa mysterium Eucharistiæ nuranem Sacerdotem, in eodem Missæ sacrificio Christum vidisse, nunc specie pueri quem mater sino foueret, nunc sub Agni forma, itémque mox specie Crucifixi.

Duaci in æde sacra D. Amati, anno 1254. per incogitantiam Sacerdotis Eucharistiam populo porrigentis, vna hostia sacra decidit in pauimentum. Cum aurem deprehenso eius casu, Sacerdos eernuus accipere illam tentasset, appliciro panniculo quo sacros digitos abstergere ex vsu est, adhæsit hostia specie puelli elegantissimi, qnem Sacerdos, & alij quàm plurimi qui aduocati accurrerant, conspexerunt. Nec ita multo post, accurrit ipse quoque, qui ista scripris commisit Thomas Cantipratanus; cui inimo quidem non nisi specierum Sacramentalium color & figuta apparuit, quamuis reliqui speciem puelli conspicarentur, attonito planè & latebras conscientiæ suæ scrutante. eodem Cantiptatano, ne quam fortè diuino lumini officientem interiùs occulerer labem. Vidit denique & ipse Christi faciem; primùm qualem mensnra ætatis plenitudinis Christi poscebat, & quidem spinis coronatam, ac binas guttas è fronte, vtrinque medio naso, sanguinantem: Deinde paulo post, nudam, & corona ac sanguine vacuam, in dextrum latus conuersam, speciosam planè & renidentem Alij item intra vnius hotæ spatium conspexere planè varia. Hi Christom etuci suffixum, alij specie judicis otbem iudicantis in æquitate, plerique omnes sub pueri imagine. Rem totam fusè describit ipse Cantipratanus lib. 2. Apum c. 40. num. 2.

Nostra & maiotum ætate, (ait Cliristophorus Castro l. 3. de Vaticinio, c. 3.) in Oppido Lusitaniæ Santareno, assiduo miraculo, in Chrystallo pellucida, visitut Cbristus, pro cuiusque deuotione; nnnc puer tenellus, nunc duodennis, nnnc annos natus triginta; Nunc Crucifixus, nunc Iudex terribilis. Meminit eiusdem miraculi; bodiéque perseueranris, Molina s. p. q. 55. art. 2. disp. 2. membro 5. Oppidum illud antiquo nomine appellans, Scalabitannm.

IX. *Qua communia omnibus Paulo obiectis aliisque similibus Christi in Eucharistia exhibitionibus peregrinis.*

TRia occurrunt. Primum quæ illarum apparitionum efficiens causa Secundum an vera Christi substantia sub peregrinis illis formis perstiterit. Tertium an inplanario & decoprio aliqua videntium, in his exhibitionibus sit agnoscenda, præsertim in nostra sententia, quæ negat, obiectum esse reipsa quale videtur.

Ad primum quæsitum dicitur, causam apparitionum illarum quas Paulo obiectas diximus, statui posse ac etiam debere, vel Deum, vel bonos Angelos Dei administros. Nam vt Dæmoni huiusmodi effectus tribuantur, vetat euentus; salus scilicet Pauli inde consecuta. Nec aliter statuendum est de aliis propositis apparitionibus, quatum interuentu, vel infideles conuersi, vel fideles confirmati sunt in fide,

&

& ad auctiorem sanctitatem promoti. Dæmon enim non daret operam exhibendis formis, quibus homines ad gratiam cum Deo vel adducantur vel promoueantur. Tametsi vis naturalis Dæmonum, non debet hac in parte statui minor quàm bonorum Angelorum, proportione seruata; hoc est componendo Angelos bonos, cum malis ex eodem ordine dejectis. Et reuera Dæmon non rarò, similes planè apparentias ludificandis alta de se sentientibus, diuino permissu exhibuit; & vt alia objecta præteream, & in solo Christo sistam, exhibuit eum aliquando in specie Crucifici, vt suo tempore factum, refert Guilielmus Paris. l. de legibus, cap. 21. Aliquando expressit specie gloriosissima, vt S. Martino accidisse, narrat Seuerus l. de vita B. Martini cap. 25. & alterum exemplum habet Cantiprat. l. 1. Apum cap. 23. ac insigne de Valente Monacho Palladius in Laus. sect. 31. Duo item in eam rem exempla recitat Gerso. 1. p. Tract. de probatione spirituum. Vni Fratri Minori de Obseruantia, malè ad communicandum parato, & tamen de se præsumenti, Satan Christum quasi speciebus Sacramentalibus velatum manu Angelica visus porrigere, Diabolum porrexit, quo miser ille dirè per aliquot menses vexatus est. Rem suo tempore, & in sua vicinia gestam, in Oppido Thuringiæ *Ysennac*, narrat Gabriel lect. 51. in Cano. *initio*. Huc pertinet quæstio agitata à Sybillano Decade 3. cap. 2. q. 5. an Diabolus sub Christi forma appatens, possit adorari tanquam Christus. Neque enim mota esset ea quæstio, nisi aliquando contigisset, Satanam Christi specie fuisse exhibitum; aut (quod ad rem præsentem sufficit) nisi Doctores censuissent, Satanam ea specie exhiberi saltem posse; siue in tali euentu ea ignorantia semper sit vincibilis, nec adoratio possit à grani culpa excusari, vt censet Sybillanus, astipulantibus Altisiodorensi, Alensi, Bonauentura & Adriano, quos refert Vasques l. 3. de Adorat. disp. 1. c. 5. siue possit aliquando ignorantia illa esse invincibilis, & adoratio culpa vacare, vt Vasques ibid. rectè statuit. Nunc nobis satis est, DD. vtriusque partis, agnoscere, dæmoniacam apparitionem sub Christi forma, posse contingere, & aliquando contigisse.

Hic tamen omnia alia cogitanda sunt. Nam neque Paulus, neque alij quibus formas Christi peregrinas in Eucharistia objectas vidimus, potuerunt visionum illarum alium autorem habere quàm Deum, vel Angelum bonum, ob rationem propositam. Et de Deo quidem vniuersaliter loquendo nemo possit iure ambigere, quin potuerit conferre quicquid ad has apparentias exhibendas potuit esse necessarium, quomodòcunque eas contigisse voluerimus. Nec de Angelo est magna difficultas, vt intelligatur omnia ad id necessaria præstare potuisse. Nam quamuis probabilior sententia, de qua in Nat. Theol. dist. 4. num. 268. ferat, nullam speciem, etiam sensitiuam externam, posse ab Angelo naturaliter imprimi, tamen effectus de quo agimus, præstari ab Angelo potest, per aliam aliquam potentiæ, aut medij, vel objecti immutationem ipsi compertam, vt ibidem est expositum à num. 308. iamque supra est tactum.

Contra doctrinam propositam, quatenus in ea admittitur, Deum & Angelum bonum, posse sensui externo obijcere rem aliter quàm à parte rei se habeat, nonnullæ difficultates iam olim motæ fuere à nonnullis, contendentibus id fieri non posse, & repugnantiam inuoluere. Et præter generale argumentum, quod æquè impetit apparentiam à Deo vel bono Angelo causatam in phantasia & intellectu, nempe quod in ea apparentia interueniat error & deceptio, qua de re infra ad tertium dubium; proponuntur aliæ quædam difficultates, quæ videntur peculiares apparentijs sensus externi; vel si earum difficultatum aliquæ communes sunt externo sensui, cum interno, maximè tamen vrgent circa sensum externum, qui materialior est (vt sic dicam) & remotior ab intellectu, ob cuius viciniam maiorem, phantasia plerisque prærogatiuis potitur, quæ non cadunt in sensum externum. Sunt igitur qui opponant, enim errorem sensus externi, innecturum notitiam absque termino extrinseco sine objecto, quod tamen inuoluit manifestam repugnantiam, quia notitia essentialiter est alicuius obiecti notitia. Hîc autem deesse externæ sensationis objectum in confesso est, quia supponimus sentiri quod reipsa non est. Ita opponunt Mayro. q. 18. prologi, & Fonseca 6. Metaph. c. 2. q. 4. s. 3. Alij opponunt, talem notitiam si daretur, fore abstractiuam, quam tamen nulla vt posse in sensum cadere, est extra dubium, rectèque asseritur ab Ochamo quod lib. 6. q. 6. Denique Durandus opponit, fore vt posset quis videre & tangere quod non est, & comedere panem non existentem. Ita ille q. 3. prolo. num. 14.

Non est tamen quod his difficultatibus dimoueamur de sententia, & id velimus esse Deo impossibile, quod palpabili experimento, deprehendimus ordinariè euenire citra miraculi. Cuius rei pleniore disquisitione Philosophis ac Scholasticis permissa, breuiter dico, rationes propositas in contrarium, esse prorsus euanidas. Non enim vt malè assumitur in prima ratione, sensario externa apparentiæ cui non subest objectum reale sensibile, caret objecto: sed ea externa sensatio, habet pro termino extrinseco siue objecto, rem absentem, imo non existentem, perinde ac si adesset & existerer, vt rectè admittit Bernardus de Gannaco apud Capreolum in 2. d. 3. q. 2. *ad* 2. *contra* 4. Quod si argumentum vrgeret contra sensationem externam, æquè euerteret internam, quam constat circa plerique non existentia frequenter dari. Perperam item assumitur in secunda ratione, talem notitiam fore abstractiuam. Reuera enim est intuitiua, per apprehensionem rei absentis, quasi esset præsens, vt rectè admittit Cametac. in 1. q. 1. *litera O*. Tandem ad argumentum Durandi, rectè respondet Gregorius in 1. d. 3. q. 1. art. 2. dub. 1. *ad* 4. *contra tertiam*, quod non est, posse & videri & tangi: quia tangere & videre, sunt notitiæ objecto externæ. Non posse tamen enimedi panem absentem, vel non existentem, quia comestio importat masticationem, & alios motus locales panis, quos manifestum est, non posse efficere rem nisi existentem ac præsentem. Maneat igitur, apparentias quibus sensus externus deludatur per solam mutationem potentiæ, qualem in apparitionibus Eucharistiæ propositis admittendam diximus, nihil absurdi continere & posse à Deo fieri, etiam per impressionem speciei absque ob-

jecto, quod rectè agnoscunt Molina 1. p. q. 55. art. 2 disp. 2. Vasq. 1. p. d. 64. c. 4. & d. 221. c. 9. Rub. q. 13. de speciebus.

Ad secundam dubitationem, respondendum est, in Apparitionibus Paulo factis, perstitisse Christum, quia supponimus nullam fuisse factam realem mutationem in speciebus Sacramentalibus. Regula autem generalis est, omnium Theologorum assensu firmata, præeunte D. Thoma 3. p. q. 77. art. 4. & Gersone tract. 9. super Magnificat, partit. 3. *sub finem.* quam etiam à Gregorio XI. traditam, notat Henriq. l. 9. c. 38. n. 1. *litera D. in Comment.* tamdiu Christum perstare in Eucharistia, quamdiu exuviæ panis & vini, (species inquam Sacramentales) manent in statu qui consentaneus esset substantijs panis ac vini si permanerent, quod ex sapore præsertim & odore est dijudicandum. At quod in Apparitionibus Paulo factis, non intenuerit in speciebus mutatio necessaria ad exturbandam substantiam panis si affuisset, inde est perspicuum: quod non omnes qui aderant, viderunt illud ipsum quod Paulus, sed omnes præter ipsum, conspicabantur species talis alboris, & quantitatis, ac figuræ, qualis in pane præfuerat ante consecrationem. Doctrina verò est S. Thomæ 3. p. q. 76. art. 8. tunc non fieri mutationem realem in speciebus, cum omnes, præsertim ad longum tempus, non conspicantur eas simili modo, & sub eadem forma. Nam si esset forma realis accidentaria de nouo appetessa speciebus, in omnes incurreret eodem modo, & æqualiter percipetetur per sensus, quod in visionibus Paulo objectis non contigit, ac proinde Christus in eis perstitit. Ex quo sequitur, inconsultè admodùm, Stephanum de Cajeta in suo Sacramentali de Euchar. q. 10. statuere, si apparitio Christi sub aliena specie; soli Sacerdoti, aut soli communicanti fiat, species non esse ab eo hauriendas; sed esse iniiciendas in baptisterium, affusa aqua. ita quod nullum earum vestigium vltra appareat: vel esse in secreto loco comburendas, & cineres in locum ad quem nullus accedat, esse inferendas. Quod confirmat ex c. *altaris palla* de consecr. dist. 1. & ex quibusdam Doctoribus Iuris Canonici. Sed absit vt adscribamur, & sacras species ad eum modum vastari, autores simus, perstante sub illis Christo; vt sanè perstat in cuentu proposito Lantfrancus Cantuar. cum Concilio Coepiscoporum, vt refert Gabr. lect. 45. in Can. cum caro & sanguis apparuisset in sacrificio, insist reuerenter occludi & conseruari in sacrario. Non igitur voluit comburi. Esto, aliquando hostiæ per socordiam ministrorum tabefactæ, nec vltra Christum continentes, dicantur comburendæ, vt dixit in Tractatione de Cereo Agno cap. 14. dub. 1. & docent Algerus l. 2. de Euchar. cap. 2. & Concil. Arelat. III. can. 5. apud Iuonem 2. p. cap. 59. & Gregorius III. in libro Pœnitentiali cap. 28. De speciebus autem quibus adhuc Christus subsit, nemo ita statuat: At subest in cuentu proposito, quandoquidem soli Paulo objecta est visio, non item alijs. Quam diximus esse receptam, notam, Christi sub speciebus sacris perseuerantis.

Ob contrariam verò causam, in plerisq; alijs diuinis Apparitionibus, & admodùm diuturnis, & ad omnes æquè factis, Christus desijt esse; quia tanta immutatio facta est in speciebus, vt non essent idoneæ ad fouendam formam substantialem panis si supetesset. Eiusmodi sunt apparitiones illæ, in quibus caro, aut sanguis, vel carneum quid ac cruentum, omnibus æquè ad longum tempus apparet. V. g. in Sacramento miraculoso Augustano, in quo forma carnis sanguineæ omnibus æquè apparuit vltra quatuor sæcula, dicendum videtur defuisse corpus Christi: quia tanta fuit facta immutatio in speciebus Sacramentalibus, vt si forma panis non absessisset, non essent accommodatæ ad eam fouendam. Nemo enim dixerit, substantiam panis posse foueri per accidentia carnis. Atqui loco accidentium panis, successisse accidentia carnis, & quidem vera, monstrat accidentium quæ ab omnibus æquè conspiciuntur diututinas, per tot sæcula. Absessit igitur Christus, ex quo accidentia facta sunt dissentanea pani; id est, ex quo accidentia carnis subsituta sunt accidentibus panis; sin minùs omnia, (nam quantitas semper perseuerat, iuxta veriorem sententiam) at saltem reliqua præter quantitatem. Et ita Dur. in 4. d. 10. q. 4. ad 3. Thyræus lib. de Apparit. Sacram. cap. 16. juncto c. 19. *sub finem*, Ægid. Coninck. 3. p. q. 76. n. 130.

Nec tenera dissentit quoad rem nostram D. Thomas 3. p. q. 76. art. 8. & qui ei adhærent, Cajetanus ibi, Palud. in 4. d. 12. q. 3. art. 1. Soto dist. 10. q. 1. art. 8. & alij ex ea schola passim. Nam quamuis hi DD. dicant, tamdiu Christum permanere sub speciebus quamdiu permanent eadem quantitas specierum; non perstare autem cum quantitas variatur, quia putant quantitatem cum alijs ei superstructis accidentibus, abscedere, & resolutionem fieri vsque ad materiam primam, in quo multos meritò habèt aduersarios; tameu lis hæc philosophica, nihil refert ad rem Theologicam, quæ fert, Christum abscedere quoties species in eum statum deueniunt, vt ineptæ essent ad fouendam formam panis si supereesset, ad quã ineptitudinem deueniri potest, variatis notabiliter accidẽtibus quãtitati superstructis, siue vnã cum eis varietur numero quantitas, siue perstet eadem numero, vt habet verior sententia, quod dissidium philosophicum non refert ad rem Theologicam, in qua proinde S. Thomas cum suis, non discrepat ab alijs Doctoribus, negantibus resolutionem vsque ad materiam primam. Sed vtrorúmque vna & eadem sententia est, quoad absessum Christi; cum species Sacramentales, saltem quoad accidentia quantitati immediatè inhærentia, ita variantur, vt si forma panis adesset, deberet abscedere, ob subductum ei connaturale præsidium atque fomentum. Qualis specierum variatio, planè agnoscenda est, cum carneum quid atque cruentum, omnibus æquè exhibetur, ad longum tempus, vt fusissimè confirmat Cosmas Philiatreus Opusc. de miraculosis speciebus carnis & sanguinis ferè per totum.

Reclamat in hoc puncto Henricus Insitor in Opere de Sacramento miraculoso, & tractatu contra quatuor errores de Eucharistia, parte 2. serm. 5. Vbi refert, quendam Concionatorem de sacro suggesto tradidisse, incertum esse & Deo committendum, an Christus supereesset, atque adeò latria colendus esset, in ea forma peregrina carnis cruentæ, quam Eucharistia cum ista tractarentur à Concionatore, & ab Henrico scriberen

scriberentur, hoc est anno 1495. ante tria circiter sæcula acceptam retinebat. Ratio illius Ecclesiastæ erat, quod quamuis non esset ambigendum, quin illud quod supererat, haberet rationem reliquiarum cum venetatione & honore asseruandarum: ambigendum ramen videretur, (vt reuera ambigebat Concionator, & cum eo graues DD. & Antistites, vt addit Institor sermone illo quinto) an verè adhuc ibi perstaret Christus, propter tantam specierum sacramentalium immutationem, omnium oculis æquè conspicuam à tam longo tempore. Eam voluntariam ambiguitatem, Henricus Institor in Prologo prædicti operis de Sacramento miraculoso, pro munere Quæstoris fidei quo fungebatur in oris illis; & damnar hæreseos, (quia vt argumentatur tertia parte Operis q. 1. *dubius in fide hæreticus est*) & percellit excommunicarione, non secus ac execrabile dogma, exsceindens veritatem Catholicam de Christi præsentia in Eucharistia.

Sed excessit Institor, & malas merces pro fidei dogmatibus obtrusit. Tantùm quippè abest, vt de fide sit, verum Christi corpus perstare sub illa peregrina forma, qualem ipse Institor exhibet Augustanam; ideòque ambigere de ea perseuerantia sit hæreticum, vt potiùs vera & constans probatissimorum Theologorum doctrina sit, in tali forma peregrina carnis cruentæ diuturna & omnibus æque obuetsante, non perseuerare corpus Christi. Ita enim vidimus asserere S. Thomam, Dutandum, Paludanum, & alios. Et idem dicendum esse de illis apparitionibus in quibus Christus cernitur specie puelli, si diuturnæ essent, & omnibus æquè obijcerentur. Militaret enim eadem ratio. Non contigit tamen vnquam, vt ea forma puelli, esset nisi transiens, respectu omnium. Sub ea autem forma transeunte, non est asserendum conspici vetam Christi formam, quasi Christus sit illud ipsum quod visui apparet, quod malè affirmat idem Institor, cum Petro de Tarentasia, & alijs quibusdam antiquis, Tract. contra quatuor errores de Euchar. parte 2. serm. 7. subscribitque & latè Martinus Bresserus lib. 6. de Consciencia cap. 24. à num. 352. Ægidius 3. p. q. 76. num. 128. tantùm pro cuentu in quo Christus ita appareat ad consolationem alicuius piæ animæ, vt in apparitione quam narrat Paschasius factam Plegilo; quod item latè tradit Emmanuel à Cerda q. 6. positiua à num. 40. agens de visionibus Eucharistiæ exhibitis B. Ioanni Saguntino ciusdem Ordinis. Gabriel verò sect. 51. in Cano, *litera I.* post longam rei discussionem, hæret ambiguus. Sed quod sub ea forma peregrina transeunte, non conspiciatur vetû Christi corpus, vt affirmabam, perspicuum videtur; quia Christus reuera non habet tale corpus quale spectrum illud repræsentat. At instat Institor, esse in potestate corporis glorioſi, (quale nunc est Christi corpus) monstrare se viatoribus, verè & absque figmento: sub quacunque statura & quantitate voluerit. Sed hoc, quoad corpus quodcunque glorioſum, gratis dicitur. De Christo autem, verum est quod posset per potentiam miraculorum ostendere eo modo corpus suum, si vellet. At monstrandum supereſt, quod id voluerit, id quod Aduersarij non probant. Neganr autem; qui dicunr fotmam illam puelli, non esse ipsum corpus Christi verum, inter quos est S. Thomas 3. p. q. 76. artic. 8. vbi Suarest. 3. 3. p. d. 55. sect. 2. & Vasques num. 28. allegans Richardum, Durandum, Paludanum, Ægidium, & Marsilium. Idem passim tradunt Theologi in 4. d. 10. Subscribuntque Thyræus l. de Apparit. Sacram. c. 16. num. 20. & Collius lib. 4. de sang. Christi disp. 9. c. 5. De obiecta corbonum specie, ambiguus est Guitmund. lib. 3. contra Bereng. *sub finem.* Retulerat enim argumentû illorû etronum, qui probabant malos non cõmunicare corpori, Christi [quia in vitis Patrum cuidam seni visus sit Angelus, ad communionem sacram indignis accedentibus, corpus Domini subtrahete, & loco eius carbonem date.] Simili specie obiectam Paulo quoad aliquos communicantes, Euchatistiam, dictum est num. 17. Ad argumentum ergo ertonum prædictorum, ductum ex huiusmodi viso, respondet Guitmundus. [Potuit fieri sub oculis senis illius, vt caro & sanguis in ea quidem specie qua portigebantur iustis, iniustis subtrahetentur: & ad ostensionem iniquitatis eorum, ipsa eadem, in specie carbonis portigerentur. Aut certè, non quidem vt semper ira fiat, sed vt seni, qui aderant peccatorum iniquitas per ipsum corrigenda pandetetur, reuera caro & sanguis potuerunt per Angelum subtrahi, carbo verò mox aliunde aduectus dari. Vtro autem horum modo factum sit; salua fide nostra fieri potuit.] Ambiguus, (vt dicebam,) est Guitmundus, circa tualem Christi præsentiam in huiusmodi viso. Resolutio eadem esse debet, quæ pro sequenti euentu.

Sub forma cinetis, cum contingit Eucharistiam sub ea objici, negat Henriques vniuersaliter & indistincte subesse Christum, l. 9. c. 38. num. 1. *in fine* videtúrque expressa sententia S. Cypriani lib. de Lapsis, num. 93. vbi sic loquitur. *Alius qui & ipse maculatus, sacrificio à Sacerdote celebrato, partem cum cæteris auſus est latenter accipere, sanctum Domini edere & contrectare non potuit. Cinerem ferre se, apertis manibus inuenit. Documento vnius ostensum est, Dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia saluatoris, in cinerem sanctitate fugiente mutetur.* Quicquid autem sit de hoc S. Cypriani exemplo, in quo nescimus, an cinerum exhibitio, diu, & quoad omnes duraverit; in spectro ramen quod Paulo objectum est forma multiplici ac nominatim cineris, cum apparitio non fuetit diuturna, nec quoad omnes; admittendum videtur, Christum sub ea peregrina forma petstitisse, sed tantum sub ea forma exhibitum esse, vt significaretur, indignum Eucharistiæ susceptorem non plus reficiendum esse spiritu per eam susceptionem, quàm reficiatur homo comestione cinerum. Sanè quantumuis homo indignè sumat Eucharistiam, fide tamen certam est, verum Christi corpus ab eo accipi. Itaque quantumuis species peregrina sub qua Christus videtur ab indigno accipi; fœdà sit aut exttanea à ratione panis, admittendum est Christum sub ea perstare, si viſio sit perbreuis, & non quoad omnes.

Concludendum itaque vniuersaliter videtur, in omnibus apparitionibus transeuntibus, aut quæ non æquè omnibus obijciuntur (cuiusmodi fuerunt omnes apparitiones Paulo exhibitæ) Christum permanere, quæcunque sit forma peregrina sub ea conspicitur Eucharistia. E con-

ratio autem, in omnibus apparitionibus diututnis, & ad omnes æquè factis, deesse Christum. Nec refert quod adoratio latriæ, impendatur contento sub ea forma peregrina, etiam post eius formæ diuturnam exhibitionem, & ad omnes æquè factam. Ea enim adoratio, non impenditur Christo præsenti, sed eidem provt præfuit; & nexum haber cum reali forma noua quæ succeſſit; qualem nexum habent reliquiæ, cum persona ad quam attinuerunt.

Tertiæ dubitationi initio propositæ, tespondendum est; cum Deus, vel bonus Angelus peregrinas Christi formas in Eucharistia obijciunt, nullam interuenire deceptionem, siue actiuam, siue passiuam. Actiua enim procul abest, quia spiritus veritatis non potest decipere, & ingenerate falsitatem. Plato ipse; l. 5. de Repub *sub finem*, negat Deum aliquando fallere, vel fictis verbis ac signis vti, aut simulachris non veris. Additque, cum neque in varias mutari formas, neque simulare mutationem. Quæ omnia obsignat aurea illa sententia, quòd mendacium sit Dijs & hominibus admodùm odiosum. Non igitur fallit nos Deus; neque mendacij aut deceptionis labes ei affricanda est, etiamsi interdum ex causa dicatur fingere. Id enim non est decipere aut mentiri. Quin potiùs fictio quæ refertur ad institutionem & significationem rei veræ, procul abest à mendacio, estque figura veritatis, vt Sanctus Thomas notauit 3. p. q. 76. art. 8. ex Augustino l. 2. qq. Euangelic. cap. vlt. Passiua item deceptio, non habet hîc locum, quia Deus & bonus Angelus, non mouent hominem ad iudicandum, sed tantùm ad simpliciter contuendum & apprehendendum, absque iudicio; in quo solo est vera deceptio. Facile tamen ac proclive est, vt homo præmotus duntaxat ad apprehendendum, vel videndum sensibiliter, addat de suo, iudicium inculpabiliter erroneum, caistimans rem talem esse qualis ei simpliciter obijcitur. Sed hoc iudicium non est partus diuinæ præmotionis, sed solius humanæ fallibilitatis, à seipsa per eam occasionem inductæ in illum errorem culpa vacantem. Tantùm itaque admirere licet, vi eiux quod Deus aut bonus Angelus causant in homine, aduenire ei errorem simplicem & materialem in sensu externo; si is primus moueatur ad percipiendum speetrum de quo agimus; vel in sensu interno siue phantasia, si motio in ea fiat; intacto sensu externo. Ix verò error simplex, tametsi à potentia sensitiua refunditur in potentiam superiorem cui subjungitur, tamen non est verus & formalis error, siue deceptio passiua, quia deest iudicium: neque etiam est deceptio actiua, quia non est nisi excitatio ad apprehensionem rei aliter quàm ipsa se habeat, vt homo de aliqua veritate eruditur. Vnde illud totum, potest à Deo præstari absque hominis implanatione, vt fusiùs tradunt Suarez t. 3. 3. p. d. 55. sect. 1. & Torres t. 8. in s. 2. disp. 3. dub. 4.

X. *Pauli procatechesis num dimissa, & an Baptismus iusto citiùs maturatus?*

MOtum cœlesti viso, (de quo hactenus) Paulum, illico baptizari voluisse, idque absque mora assecutum esse, scribit Epiphanius. At hoc contra Ecclesiasticum morem, factum videtur, adhibita nimia festinatione, per prætermissionem omnium quæ ex veteri vsu præmittenda erant Baptismo. Tametsi enim longa ad Baptismi susceptionem procrastinatio, meritò improbata est à Patribus, & nominatim à S. Ambrosio l. de Elia cap. vltimo, Nysseno orat. de eo argumento, Chrysostomo homil. 8. in 8. Cor. & hom. 13. in ad Hebr. ac Damasceno in Histor. Barlaam c. 8. tamen nimia quoque festinatio in re tanta, meritò semper displicuit Ecclesiæ, cui Catechumenatus, ad eos qui baptizandi sunt formandos, & aptandos in Dei filios, confetti solet cum mora infantis in ventre matris, quæ mora non modò infanti vtilis est, sed etiam necessaria. Hîc autem, circa Paulum videtur planè dimissa. Neque verò mora illa ante baptismum adultorum, spectabat tantùm excitationem appetentiæ (vt si dicam) Catechumenorum, vt magis eis saperet baptismus; sed spectabat quoque, conuenientem, vel etiam necessariam eorum aptationem ad baptismi effectum. Adulti quippè, ante baptismi susceptionem secundùm carnem ambulantes, multis se peccatis contaminasse, & vltrò se auertisse à Deo fine suo, supponebantur, quod de hoc Paulo discrtè affirmatur. Quia ergo nemini qui à Deo sit voluntariè auersus, obtingit conciliatio cum Deo, nisi ad Deum vltrò reuertatur, eumque pœniteat quod derelicto fonte aquæ viuæ, foderit sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas, ex antiquo Ecclesiæ vsu est, adultos catechumenos priusquàm initientur, per pœnitentiam internam & dignos eius fructus extetnos, ad Deum reducere, sicque aptare ad Baptismi effectum, ac regenerationem in Christo.

Meminerunt pœnitentiæ adultis initiandis necessariæ, & baptismum solos pœnitentes purificare docent, Iustinus Dialog. eum Tryphone *sub initium*, & Apol. 2. Origenes homil. 2. in Leuit. Basilius ad illud capitis primi Esaiæ, *si fuerint peccata vestra vt coccinum*, Augustinus Epist. 48. & 118. ac homil. 27. ca 50. & toto libro de fide & operibus, & mitor libri de vera & falsa pœnit. c. 8. Tertul. lib. de Baptism. c. 10. vbi Pamelius num. 135. & superiùs num. 58. Pulchrè Albinus Flaccus in Actis S. Vedasti cum de baptismo Clodouæi: vbi adducit Apostolicum præceptum c. 2. Actorum caratum, verbis illis, *pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum*; vbi baptismo præmittitur pœnitentia. Et quamuis hæc pœnitentia, quam hi Patres indicunt adultis baptizandis, præcipuè sit interna, siue auersio voluntatis à peccato malè contracto, ob Dei bonitatem violatam, aut ius eius læsum; tamen quia pœnitentia eum vera est, & per tempus cæteraque adjuncta licet, facit fructus dignos; meritò ijsdem, in antiqua Ecclesia vatiæ pœnitentiæ externæ, ex sensu animi à peccatis auersi obeundæ, injungebantur ante baptismum. Nam & vino, & carnibus, & vxoribus abstinebant, & multis alijs in bonitatibus macerabantur, vt docent exempla in Actis S. Sebastiani & S. Sylnestri, necnon SS. Indæ & Domnæ, ac Sanct. Porphyrij. Sanè Tertullianus l. de Pœnit. multa prolocutus de pœnitentia quoad totum sunm ambitum, hoc est interna simul & externa, subdit cap. 6. *Quicquid mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capessendam, & perpetuò continendam,*

continendam, suggerere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, vt omnis salutis in promerendo Deo petitores, sed præcipuè nouitiolis istos imminet, qui cum maximè incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantia adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant. Bellè. Nam etiam Baptismus, *lumen*, aut *illuminatio* dicitur, vt docet ritulus orationis Nazianzeni *in Sancta lumina*, hoc est in sanctum Christi, & nostrum baptismum. Catechumenos igitur quia nondum baptizatos, cum catellis incerta reptantibus, quippè necdum illuminatis, componit Tertull. eisque præcipuè vult imminere onus obeundi pœnitentiam, cum internã, tum externam. Nec dissimiliter creditus Chrysost. hum. 13. in Marcum, alloqueus Catechumenos; *Ecce* (inquit) *dies ieiuniorum in foribus sunt. Ecce dies ieiuniorum, dies pœnitentiæ, dies purgationis, lætemur atque gaudeamus nunc. Ille homo qui in Euangelio dicitur lagenam portare, egreditur de domo, & vadit ad cœnaculum. Vos qui recepturi estis Baptismum iam die crastina, præparate vos similiter. Qui ituri sunt ad pugnam, diligenter ante se præparant. Vident si scutum habeant, si spatham habeant, si habeant hastam, si sagittas habeant? si equus ipsorum refectus est. vt pugnare possint ante præparant armaturam, Vestra arma ieiunia sunt, vestra pugna, humilitas est.* Hæc humilitas ea ipsa est, quam omnibus asperitatibus & dejectionibus horrentem, *humiliscationem* nominat, & insigniter describit Tertull. lib. de Pœnit. c. 9. Videndus de his baptizandorum pœnitentijs, latè ac fusè differens Viecomes l. 3. de Baptis. à cap. 3. ad 13. & Albasp. l. 5. Obseru. cap. 1. qui ostendit has pœnitentias non fuisse publicas, nisi vltrò id expeterent Catechumeni.

Hæc cum ita sint, mouere haud immeritò lectorem potest, præpropera (vt videtur) Baptismi collatio Paulo facta, cum primùm post breuem mysteriorum nostrorum & præsertim visionis obiectæ expositionem in Christum credidit, & baptizari voluit. Haud ægrè tamen depelletur hæc difficultas, si dicamus, non oportuisse omnia quæ circa Paulum gesta sunt, signatim scripris committi, & disertè exprimi. Eo ipso enim quod Sacramentum ritè & decenter administratum supponitur, intelligendum est, fidelem mysteriorum dispensatorem, nihil prætermisisse eorum quæ digna Sacramenti administratio deposcit. Quanquam verò negandum non est, quin ex vsu Ecclesiæ olim fuerit, vt adulti in Catechumenato macerarentur, & emollirentur ad modum prædictum, tamen certum esse debet, id quosd externas corporis afflictationes, neque fuisse de necessitate fructuosi Baptismi, neque semper fuisse vsu receptum, non modò in Clinicis, sed etiam in ijs qui extra morbum & valentes, baptizabantur. Quæ enim externa pœnitentiæ opera aspera, suscepit aut excepit Eunuchus Æthiops, cum post Philippi Diaconi breuem institutionem, assensus vetitati, iussit stare currum, & vtroque in aquam præterlabentem desiliente, baptizatus est? Itaque non est hîc tricandum circa Pauli baptismum.

XI. *Apparitio columbæ super baptizati caput, cuiusmodi?*

FVit symbolum communicati Spiritus sancti, non tamen vel viua columba fuit, vel aliquid substantiale inanimum à Spiritu sancto assumptum. Tradunt hæc omnia vatij Patres, de ea columba, quæ super caput Christi in baptismo eius apparuit, vt dicitur Lucæ 3. & Ioan. 1. possúntque ad rem præsentem tanquam planè similem accommodari.

Fuisse itaque columbam super Pauli caput in baptismo apparentem, symbolum Spir. sancti, suadetur ex familiari in scripturis, ac gestis Sanctorum, expressione Spiritus sancti per columbam, in quam rem legendus Augustinus Tract. 6. in Ioannem. Et hæc est causa, cur in plerisque olim mysterijs nostris, aut sanctorum virorum initiationibus, ijsdémve ad populum agentibus, aut de argumento sacro scribentibus, legamus apparuisse columbam. Nota est narratio de S. Gregorio Magno ex Ioanne Diacono l. 4. cap. 70. & de S. Basilio teste Sanct. Ephrem apud Nyssenum in S. Ephremi encomio. Animæ item Sanctorum è corpore abeuntes, non rarò exhibitæ specie columbæ, significantis spiritum Dei, cum quo Sancti vnus sunt spiritus. Scitè Prudentius περὶ στεφάνων cum de S. Eulalia,

Emicat inde columba repens,
Martyris os niue candidior,
Visa relinquere, & astra sequi.
Spiritus hic erat Eulaliæ,
Lætabilis, celer, innocuus.

Columbam quot Hebdomadis in Sabbatho, ori Virginis Vernonensis immisisse Eucharistiam, dicendo, *accipe vitam æternam*, scribit Iacobus de Vitriaco l. 7. histor. Orient. c. 3. Olim columbas signo crucis superponi solitas, ad significationem spiritus nobis per Christum communicati, habemus ex Paulino epist. 12. à quo etiam docemur, chorum Apostolorum, choro columbarum esse expressum: quia qui adhæret Domino, vnus spiritus est, vnde Apostoli spiritu superpleni, transiuere in columbas. Est tamen quoad hoc Spiritus sancti symbolum, notanda differentia inter Christi & Pauli baptismum. Nam columba in Christi baptismo conspicua, non fuit signum communicati de nouo Spiritus sancti, qui Christo ab initio insederat; sed tantùm fuit signum permanentis in Christo Spiritus sancti; ad omnes suo baptismo, (cuius baptismus Ioannis typus erat) in columbas simplices, aliquando transformandos, prædestinato. Respectu verò Pauli, columba apparens fuit signum Spiritus sancti de nouo communicari vi baptismi, & hominis post spirituale illud diluuium conciliati Deo, iuxta perelegantem allegoriam Nazianz. orat. in SS. lumina, & Ambrosij serm. 15, ac Hieronymi dialo. aduersùs Luciferianos, & epist. 83. qui apertè expressit Tertull. lib. de Baptismo, cap. 8 cuius hæc sunt verba. *Quemadmodùm post aquas diluvij quibus iniquitas antiqua purgata est, post Baptismum (vt ita dixerim) mundi, pacem cœlestis iræ, prece columbæ terris adnunciauit, dimissa ex arca & cum oleæ ramo reuersa, quod signum etiam apud nationes pacis præsentis fertur: Eadem dispositione spiritualis effectus, ero*

ra id est carni nostræ emergenti de lauacro, post vetera delicta, columba S. Spiritus aduolat, pacem Dei adferens, emissa de cœlis: vbi Ecclesia est arca figurata.

Iam quod columba in Pauli baptismo apparens, non fuerit animal vinum, (quod de columba in Christi baptismo visa, censuit S. Chrysost. hom. 4. in Acta, & hom. 12. in Matth. necnon S. August. lib. de Agone Christ. cap. 22. & Autor libri de cognit. veræ vitæ, cap. 18.) videtur omnino verum; & quoad columbam quæ in Christi baptismo visa est, asseritur à S. Ambr. l. 1. de Sacram. cap. 5. Nihil quippè est quod vrgeat ad physicam columbæ productionem, vel asportationem ibi agnoscendam, præsertim eum Lucas eam appeller, *quasi columbam*. Idem ergo in re præsenti est statuendum. Negandum item est, alterutram columbam fuisse veram substantiam, licet inanimam, à Spiritu sancto hypostaticè assumptam; quod de Christi columba pronunciat Autor ille libri de cognit. veræ vitæ, cap. 18. sed immeritò, cum tanti miraculi nullum sit fundamentum, nulla necessitas. Adeundi qui de columba Christo baptizato insidente differente Suares tom. 2. 3. p. disp. 27. sect. 2. & Toletus in c. 1. Ioannis annot. 70. & in c. 3. Lucæ annot. 49.

XII. *Quorsum baptizato immutatum nomen?*

CErtum est, Ethnicum aliquod nomen Paulo fuisse, tametsi nusquam in tota Epiphanij narratione comperet. Quod ergo per Sacerdotem, in Baptismo dictus est *Paulus*, mutatio fuit anterioris nominis. Cuius vsus apud priscos Christianos celeberrimi, locuples testis est Eusebius 8. histor. c. 21. referens primos illos ex Gentilibus Christianos, cum ad Baptismum accedebant, abijcere solitos Idolorum nomina à parentibus imposita, & sumere consueuisse nomina in scripturis expressa. Alia in eam rem produximus in Hereroclitis spiritualibus, agentes de nominum mutatione anomala. Ex eadem verò disputatione nostra, duci poterunt variæ causæ, cur hæc nominis mutatio sit facta: quales nonnullas adducunt Patres, cum agunt de immutatione nominis Doctoris gentium, quam contigisse in baptismi susceptione, multorum est sententia, nec inuerisimilis. Potuit ergo addictio in nouam Christi seruitutem, abjecta captiuante libertate sub Satana, insinuari per eam nominis mutationem; Nam olim qui seruituri mancipabantur, mutabant nomen. Potuit captari validum incentiuum ad imitationé Apostoli, cuius nomen assumebatur. Potuit quoque eiusdem imitationis augurium captari. Id certè insinuare videtur cognomen *Secundi*. Quid si etiam anterioris nominis barbari, & & vel horrifici apud Christianos futuri, vel putente quapiam notioue grauidi, ratio habita est, vt abijceretur?

XIII. *Quomodò Pauli vita vsquequaque irreprehensa, ac etiam irreprehensibilis?*

NEmo mundus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Quomodò ergo Paulus, per vniuersam vitam à conuersione, adeò nitens ac purus describitur, vt non esset quod posset in eo reprehendi? Sic enim de illo affirmatur num. 23. Ibidem nominatim negatur, fuisse in eius sermone quod carpi posset; & tamen non frustra lingua in vdo est, quia facilè labitur, iuxta S. August. in Psal. 38. essèque linguam, feram indomabilem euiuis hominum, professus disertè est S. Iacobus. Quid quod eo ipso num. 23. habetur, Paulum pro fidei Christianæ veritate tuenda, seipsum sæpissimè obtulisse martyrio? At hoc videtur meritissimò patere reprehensioni, cum sit contra propriam, & proximi charitatem. Prodigit enim vitam suam, nec commissam custodiam curat congruenter, qui vltrò ruit præceps in exitium, offerens se ad martyrium: Nec proximi spirituale exitium auertit, quisquis eum veluti sollicitat, & viget ad supra modum peccans peccatum homicidij, ob assertionem veritatis reuelatæ.

Hæc sunt quæ nonnihil caliginis offundere videntur ei encomio quod luculentissimum Paulo pangitur, ob vitam innocentissimè exactam. Haud tamen graue erit, eas offucias dispellere. Nam tametsi nullius in hoc lubrico adeò firma sunt vestigia, quin aliquando lapset, & nutet; solúsque Deiparæ inter putas creaturas; rara & certa sit immunitas omnimoda à quocunque actuali peccato; tamen neque is est sensus encomij propositi, quod Paulus ex quo conuersus est, nunquam ac ne leuiter quidem impegerit. Sicut neque idipsum asseritur de Sanctis Baptistæ parentibus, eum dicuntur ineessisse in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela: tametsi absurdè ita visum est Pelagianis vitulaminibus à S. August. excisis epist. 95. Sicut ergo agendo de Zacharia & Elizabetha, cum dicuntur conuersati in omnibus mandatis Domini absque querela, sensus est, eos secundùm humanam æstimationem, quæ non adeò seuerè inquirit in fibras & minutias defectuum alienorum, probos & irreprehensibiles habitos, tametsi leuiculis quibusdam maculis contaminatos interdum fuisse non est dubium? ita quod Paulus nulla ex parte iustæ reprehensioni paruisse dicitur, eodem modo est accipiendum.

Non est autem quod contra irreprehensam & vsquequaque nitentem Pauli vitam, obijciatur vltronea sui ad martyrium oblatio. Nam quamuis per se loquendo, ea oblatio sit illicita vt multis monstratum est in Opere de Martyrio p. 2. c. 5. à n. 8. benéque ex praxi ipsiúsmet Christi ostendit Climacus gradu 26. in appendice, num. 23. nec malè etiam confirmatur ex casu & ruina complurium temerè ituentium in martyrium; quos intet Quintum quendam Phrygem memorat Euseb. 4. hist. c. 14. quamuis inquam, per se loquendo, res sic se habeat; Tamen extra dubium est, quandoque ex graui causa & proportionata, eo quod honor Dei, & fidei dignitas generosam mortis adltionem exigat, fas esse se offerre ad martyrium. Idque comprobant varia sanctorum exempla. Sic enim Gordius apud S. Basil. Arcadius apud S. Zenonem, & pugiles sacri Cordubenses apud S. Eulogium, & multi alij à nobis annotati loco allegato à num. 13. celebrantur à voluntaria additione martyrij, & oblatione sui ipsorum. Idem ergo de Paulo esto iudicium.

XIV.

XIV. *Quæ, & vnde, lux fragrantiáque demortui.*

PAuli vita functi corpus, ad tempus aliquod splendore mirabili circumfulsisse, & suauissimum odorem afflasse; narrat Epiph. nnm. 24. Gemina sunt exempla variorum Sanctorum, quorum sacra corpora post mortem splenduisse, & odorem suauissimum inhalasse, proditum est, Thom. Bosius l. 15. de signis, c. 7. multa sanctorum cadauerum splendentium exempla accumulat, & alia de corporibus Sanctorum suaueolentibus exhibet ibidem c. 8. & 10. passimque in Actis Sanctorum occurrunt alia. Insigniter de hac fragrantia sacrorum corporum demortuorum Tiofridus l. 1. Epitaphiorum Sanctorum cap. 5. & 6.

Quæri potest, an splendor ille & odor sensibilis, essent physica & realia accidentia, an intentionalia tantùm: Deo videlicet ea per seipsum, vel per SS. Angelos talia exhibente, vt corpora seruorum suorum honore afficeret. Et quidem si is splendor & odor, æquè omnibus ad sancta corpora accedentibus obijceretur ad diuturnum tempus, non videretur dubitandum, quin essent quin essent qualitates physicæ diuinitùs impressæ, aut ab Angelis applicatione actiuorum idoneorum ad passiua causatæ, ad contestandam sancti gloriam. Non enim manarent à statu supernaturali corporis nondũ glorioſi. Igitur à Deo, vel bonis Angelis, extraordinariè communicarentur. Estque sine dubio ita asserendum, de odore amœnissimo multorũ sanctorum corporibus perenni. Et æquè clarum est, idem esse statuendum de ijs sacris corporibus, è quibus profluit vnguentum, aut liquor medicus, omnem aromatum nostratium suaueolentiam superans. Quod de S. Euphemiæ corpore, scribit Nicephorus l. 15. c. 3. & idem recitat de corpore S. Glyceriæ Martyris l. 18. c. 32. Hic tamen, cum splendor non nisi ad vnius horæ spatium durasse dicatur, nec diuturnior fragrantiæ prodatur duratio, nihil est quod euincat, plusquàm apparentiam lucis & oduris, à Deo aut sanctis Angelis excitatam, per mutationem aliquam, proportionalem ei quam superiùs circa visibilia, non nisi apparenter objecta, fieri diximus.

XV. *Quid pronunciandum de cruce sanguinea in Pauli demortui pectore, eique circumpositio circello literato.*

IN nudato ad sepulturam Pauli pectore, ait Epiphanius num. 24. reperta sanguinea crucem, cui hæc orbiculatim circumposita esset inscriptio, litteris è carne effoetmaris construcla; *Paulus Secundus, seruus Iesu Christi.*

Primùm, probabilitatem huic narrationi conciliant, alia non minùs creditu difficilia, de quibus tamen nun ambigitur. In pectore Sanct. Rochi nascentis, visam crucem sanguineam, habent eius Acta. In S. Ansbarti Rothomagensis Episcopi demortui brachijs, inuenta est crux sanguinea, index adamatæ crucis, vt Ansgradus philosophatur. Acta S. Porphyrij Gazensis, referunt insigne exemplum, hinc bellè quadraus. Descriptus in eis fuerat, casus trium puerorum in puteum; qui miraculo extracti, inuenti sunt planè illæsi. Addit verò Marcus, Autor Actorum qui aderat; [Sed magnum aspeximus miraculum. Inuenti sunt enim tres pueri, habentes signa crucis tanquam acu infixa: Vnus quidem in media fronte, alius autem in summa dextra manu circa digitos; alius verò in humero dextro. Erant autem pulchrè expressæ cruces, neque obliquæ, neque incuruæ, sed vnius mensuræ; vt apertum esset, eas diuina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem, sed erant impressæ tanquam ex cinnabari. Manserunt autem in eis longo tempore, ad hoc vt viderent omnes, & admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis, cum vidissent, crediderunt.]

Circulum sanguineum duplicem, in pectore & dorso Columbi cuiusdam, qui S. Aygulpho necis iniustissimæ causa fuerat, ex vna susi sanguinis gutta, ab ipso sancto Aygulpho postridie appatente, fuisse depictum, habent Sancti viri Acta. Quæ addunt, eurum circulorum alterum qui æterna supplicia prænunciabat, mox à viro sancto ad preces Columbi expunctum esse, superstite altero, qui præsentis vitæ animaduersionem aliquanto post affuturam, ac reipsa iussu Clodouæi Regis per Ebroinum Maiorem domus illatam, portendebat. Habentur ista diffusius in Actis descriptis à Surio 3. Septembr. & in Lyrinensis Cœnobij Chronologica historia, Hæc exempla genuina sunt exemplo Pauli. Quæ subijcio, iuuabunt ob affinitatem. In corde S. Clarę à monte Falco, post mortem eius, apparuit bodiéque apparet insculptus Christus, eruci suffixus, & ex eadem carne visuntur etiamnum flagra quibus Christus cæsus est, columna cui est alligatus, omnia denique cruciatuum Christi instrumenta prout passim exhiberi solent: quod refert ex Isidoro Moscouio, minutè Malonius ad c. 18. Palæoti de sacra Syndonum, X. & tantæ rei testis ocularus Thomas Bosius l. 15. de Signis, c. 3. Addens ex Razio, in corde Margaritæ Tiphernatis Monialis ex Ordine Prædicatorum, repertos esse post eius mortem tres pretiosissimos lapides, in quibus visebantur sacræ quædam imagines. In corde Margaretæ à Castello, post eius mortem, inuentum esse vnionem, in quo præsepe Christi & eius Natiuitas exhiberetur, scribunt Ludou. Granatensis conc. 3. de Natiu. Dom. sect. 3. & Inannes Bopifacius in Histor. Virg. lib. 2. c. 1. De Cruce ossea elegantissimè consosmata in sterno Volnandi Dominicani, post eius mortem reperta, meminit testis oculatus Thomas Cantipratanus l. 1. Apum c. 25. num. 6. addens num. 8. de de quodam Martyre haud procul abjuncto ab Ipsius Cantipratani ætate, in cuius corde inuenta est Crucifixi imago affabrè sculpta, vt ipse Martyr dum viueret prænunciarat.

Quòd circumferunr de corde S. Ignatij Antiocheni, inscripto litteris augustissimi nominis Iesv, renocat in dubium Molanus lib. 3. de Imag c. 7. ac Martialis Mæstræus præfatione ad S. Ignatij Epistol. Asserunt autem Vincentius Bellouac. l. 10. spec. Histor. cap. 57. S. Antoninus 1. p. tit. 7. c. 1. & benè multi, quos allegat Colunerius ad lib. 1. Cantipratani de Apibus cap. 25. Idem ferunt de corde Henrici Suſonis; Et de Eustochio Patauina, idem refert Alanus Copus Dialogo 3. c. penultimo. In corde B. Petri Thomæ, Ordinis Carmelitarum, repertum esse

post

post eius mortem inscriptum augustissimum nomen *Maria*, scribit Iosephus Falconius in Chron. Carmelit. & in eiusdem Beati Actis, Lucas Vvadinghus num. 8. minus probaote Henschenio. præuio ad vitam S. Petri Thomas. Comment. oum. 6. In Romana Theodori Metochitæ Historia *pag.* 81. de S. Paulo Apostolo scribitur, cum is in Hispaniam peruenisset, illustrem matronam, exarata vncialibus ex auro literis, in eius fronte, hæc verba conspexisse, PAVLVS CHRISTI PRÆCO. Quod igitur de Paulo II. scribit Epiphanius, non potest videri incredibile.

Ex his porrò exemplis, quorum pleraque constat fuisse admodùm diututna, & omnibus æquè obseruata, inferri videtur, quod hîc de Paulo proditur, non fuisse spectrum, vt philosophati suprà sumus, de eo viso quod ipsi obiectum est circa Eucharistiam; quia neque omnibus eodem modo visum est, nec diu durauit. Sed ob contrariam causam, in exemplis tot cordium figuratorum, aut literatorum, proximè prolatis manifestam, hîc verò satis congruè præsumendam, statuendum videtur, eam imaginem fuisse rem solidam per veram confotmationem crucis ex sanguine, & literarum ex carne. Suppetit aliquatenos proportionale exemplum illustre ac recens, Monialis ex Instituto S. Vrsulæ, cuius manum literatam ipsimet conspeximus. Virgo est, cui titulus *viua martyris*, haud minore iure debetur, quàm ijs qui à SS. Chrysostomo Orat. in SS. Inuocotinum & Maximum, Paulino epist. 2 8. Nazianz. orat. 20. Cassiano collat. 18. cap. 7. eo elogio honestantur. Horrendū enim martyrium, planéque tetrum, (quid autem tetrius & horribilius energumenismo?) subite, & septem dæmoniorum stabulum fieri delegit, quàm Dei sponsi adultera fieri. Premamus horrenda æquè ac immania sacrilegi lenoois machinamenta. Adhibiris ritu Catholico exorcismis, qui duo penultimi absceserant impuri spiritus, in læua Virginis vexatæ manu, ex eius sanguine, literis maiusculis sacra MARIÆ & IOSEPHI nomina introrsùm efformauerant. Postremus idémque omnium teterrimus Behemoth abscedens, pignus discessûs, supra eadem nomina, notis item sanguineis, augustissimum IESV nomen exarauit, & subtus omnia prædicta nomina, nomeo quoque Francisci de Sales benedictæ memotiæ Antistitis adscripsit: visisúrque manus his sanguineis chatacteribus ptoportionaliter grandioribus seriatim notata,

IESVS
MARIA
IOSEPH,
F. DE SALES.

Liqoet ex hoc exemplo, crucis sanguineæ conformationem, (& idem est de literis ex carne concinnatis) non excedere potestatem Satanæ; atque adeò neque bonorum Angelorum. si ad eam confotmationem & adscriprionem confetant, operam. Nulli verò mitum occurret, concedi Angelis bonis, vt & malis potestatem has similésve formas effigiandi, & literas adscribendi, cum eriam natura quandóque ludat ad eum modum; vt docent varia exempla natiuatum imaginum, quæ profert Scalig. Exercit. 102. & 117. post Cardan. 7. de subtilit. *circa medium*. Et addenda effigies Episcopi mithram gestantis, quam achates gemma in medio circulo perfectissimo citra omnem artem exhibebat apud Anselm. Boodts l. 2. de gemmis c. 95. Similia dabunt Pliuius l. 37. c. 5. & 10. & Cæsalpinus l. 2. de metallis, c. 37. & 44. & Pancirolus l. 1. tit. de lapid. pretiosis. Quoad literas verò non manu inscriptas, rarum est sed vix à natura casu procreatum, quod Idatius in fine Chronici, ait sub Pontificatu Simplicij, in Galleciæ flumine Minio, captos pisces quatuor, notatos Hebraïcis & Græcis literis, & insignitos Latinis ærarum numeris, Lusini naturæ clarè tribuendum illud Flotidi l. 4. Epigram. Veter. Poër.

Quando ponebam nouellas arbores mali & pyri,
Cortici fumum notaui nomen arduis mei.
Nulla fit exinde finis vel quies cupidus;
Crescit arbor, gliscit arbor, ramos implet literis.

Opera igitur Angelica aut Dæmoniaca, præstari similia, siue quoad formas, etiam expressas & solidas, siue quoad adscriptas literas, nihil est quod vetet affirmate. Tamen in euentu de quo agimus circa Paulum, (& quoties adiuncta aliud noo ferunt,) dubitandum non videtur, quin Deus, vel sancti Angeli, fuerint & imaginis sacræ & literarum artifices, exclusa quacunque io eam rem, Satanæ opera.

XVI. *Pauli tumulus, quomodò notus & ignotus?*

PVgnasse secum videtur Epiphanius, describens Pauli sepulturam. Nam quo loco tumulatus esset Paulus, perpaucis innotuisse tradit: & tamen subdit, magnos ad eius sepulchrum factos concursus pupulorum, captantium per eius merita depulsionem omnis generis motborum, à quibus releuabantur, fundentes eo loco preces.

Hæc tamen facilè conciliantur. Nam locus quidem communis, verbi gratia Ecclesia intra quam tumulatus est Paulus, neminem latebat. De proprio autem ac determinato eiusdem Ecclesiæ loco in quo jacebat, pauci habebant notitiam. Simile est quod de sancto Antonio habet Sanctus Hieronymus in lo Hilatione oum. 30. nempe cum constaret, sanctum virum ibi tumulatum esse vbi obierat, locum tamen determinatum sepulchri latuisse omnes, præter vnum aut alterum è fidelioribus discipulis. Idem proditur de S. Hieronymi corpore, quod certum est conditum esse in Basilica ad præsepe. Quo tamen eius Basilicæ loco saetæ illæ exuuiæ jaceant, paucis primùm, nunc nemini compertum dicitur. Audio idem esse de reliquijs Sancti Marci. Itaque libetatut contradictione Epiphanius, cum tumulum Pauli II. paucis compertum, & à permultis religiosè frequentatum, assetuit.

EXVVIÆ

EXVVIÆ PANIS ET VINI, IN EVCHARISTIA.

Lucubratio THEOPHILI RAYNAVDI Sacræ Theol. Profess. Societatis IESV.

Quâ ostenditur esse veras Qualitates,

Tum à spectris sensum ludificantibus, tùm à substantiis intra poros panis existentibus, realiter distinctas.

NOBILI VIRO,

FRANCISCO HENRY
PATRICIO LVGDVNENSI.

FECERVNT Duæ omnino res, vt vnum aliquod operum Theophili noſtri, quę voluminibus nouendecim cuſa in publicã lucem emittimus, tibi dedicare in animo ſemper habuerimus, VIR ORNATISSIME, quarum prima iſthæc ipſa eſt, quòd nimirum nunquam deſiteris, ab eo tempore, quo typis tot tantíque libri commiſſi primùm ſunt, adhortari nos, verbiſque amantiſſimis adiuuare, vt quantociùs tam magnis cœptis optatum literatis omnibus colophonem conaremur imponere. Vnde à nobis poſtulare id modò videtur grati animi ratio, vt hanc ſolicitudini, quam pro tuo literarum amore maximo, de hoc ŏpere habuiſti, qualencunque gratiam referamus. Altera verò, quòd cùm nonnullos elegerimus è Lugdunenſibus generis nobilitate & ſplendore virtutum latè conſpicuos, quorum nomini tractatus aliquos inſcriberemus; Te ſanè omittere videamur non debuiſſe, cuius majores ante ducentos fermè annos huc tranſlati ab Andibus, noſtram hãc ciuitatem ſapientiſſimè gubernarunt, quæ deinceps prerogatiua ab iis in nepotes cõtinua ſerie quàm feliciter dimanauit. Quo enim pacto poſſet ſine labe ingrati parumque memoris animi, apud Lugdunenſes tuos vel Tritaui tui, qui anno 1499. gerebat conſulatũ, conſeneſcere vnquam memoria? vel Abani qui bis eundem obiuit magiſtratum, ſummâ omnium ordinum vrbis lætitiâ, vel Proaui qui raro admodum honorum cumulo adlectus quartùm in Conſulem, Pater Patriæ meruit appellari: vir verè magnus & priſci olimcandoris, qui non modò Pa-

rentum hæſit veſtigiis, ſed magnis animis ingentibúſque paſſibus Palæſtram Honoris decurrens eos ſuperauit interuallo non modico. Atque vt ad noſtra tempora veniam, quæ ſilebit vnquam poſteritas inconcuſſam aui tui in Deum & in Regem fidem, quam argumentis minimè dubiis difficillimis exacto proximè ſæculo temporibus (graſſante nimirum id temporis per vniuerſam Galliam maximéque Lugduni lue Hæteſeos) illibatam in ſe oſtendit, & in aliis pro viribus retinuit. Vel Parentis optimi tui, qui Prati Cellenſis & Iarnielli Dominus Regiæ apud Lugdunenſ. Bellijocenſ. & Seguſianos venationis Præfectus ſaltuarius, egregiam adoleſcens Regi ſuo ac Religioni nauauit in bello operam, Dignuſque poſtmodum habitus, qui Dux eligeretur à Magiſtratibus omnium è prima nobilitate adoleſcentium ſolemni eâ pompâ quâ anno 1608. Dominus Halincurius dum præfectutam iniit in ciuitatem exceptus eſt. Præterea GVIDONEM I. Patruum tuum maximum, Cremij in Delphinatu Comitem & fori in Seguſianis Dynaſtam, qui vrgentibus ciuicorũ, tumultuum diſſidiis ad Reipublicæ regendæ clauum quinquies admiſſus, Regi ſempet & Patriæ ſedulam nauans operam, nutantem difficillimis temporibus Ciuium ſalutem propugnauit fortiſſimè, jactatam ſuſtinuit, & ptoſtratam erexit, vir in aduerſis verè conſtans, & in adminiſtranda ciuitate, pace ac bello conferendus cum nemine: NICOLAVM item eius filium qui defunctâ poſtmodum Parente in Galliam ſubalpinam ſecedens anno 1569. ab Emanuele Philiberto Sabaudiæ Duce Balliuius, vt vocant, Melphenſis inſtitutus eſt, & ibi tandem fixo domicilio initoque conuugio cum VIOLENTIA SABAVDA Philippi Raconeſij Comitis, & B. M. Virginis Annunciatæ Equitis torquati filia, vnicam ſuſcepit puellam quæ tandem adulta illuſtri PRVVANVRVM Legnierumque Topatchæ Niceæ Præfecto Venatorumque in ditione Pedemontana Principi nupſit, ex quâ ortus eſt Ioannes Franciſcus Druentij Comes & Eques torquatus, qui per HELENAM HENRYÆAM Artuſij filiam, ſibi ductam vxorem, auitum fedus repetitâ ſanguinis communione feliciſſimè renouauit. Sileo ARTHVSIVM Parentis tui Patruelem Dominum de la Salle, Vaux, & Quincieu Regiæ familiæ præfectum, & in Aruernorum attributione quæſtorem; qui contracto per Henricum IV. Magiſtratuum numero anno 1595. Vnus è Quinquum-vitis (referente Thuano) in factioſorum

sorum Consulum locum suffectus est, & in Regis obsequium vrbisque tutelam promptissimus, summâ ciuium alacritate Magistratum cum cæteris Collegis iniit: Mox ipso ciuitatem celebri pompâ ingrediente honorariam vmbellam tulit & obtulit. Aureoque Anaglyphæ iconis munere Regi consecrato ciuium nomine dixit hanc non modò vrbem discessuram nunquam ab fide & officio, sed deinceps alias etiam omnes quas situ, magnitudine commercióque superat fidelitate etiam mirifica in principem esse continenter victuram; post decennium anno quippe 1604. exeunte, Mercatorum ipse præpositus oppressam post varios casus ciuium salutem pristinæ libertati & decori restituit, & sertam tectam durante suo Magistratu ita tuitus est vt ab eo die eum quasi parentem Ciuitas vniuersa suspexerit. Nec refero ROSANDVM Patruum tuum magnum, auitæ tuæ gentis non ignobilem surculum, qui ad ferendas Patriæ suæ supperias impar sibi visus, vrbe à sectariis & Hugonotica factione membratim discerptâ cessit: vt in hoc æuo corruptissimo conscientiæ puritatem, Regi suo fidem, & Reipublicæ officiis suis in posterum demerendæ inculpatam beneuolentiam conseruaret. Mox restitutâ postliminio libertate, ad suos reuersus, anno 1590. Magistratum gessit, & solemni Reginæ Mariæ Mediceæ in vrbem ingredientis Pompæ interfuit paratum ipsi cum cæteris ædilibus tentoriolum præferens. Nec refero FRANCISCVM eius filium, alterum parentis tui patruelem, qui anno 1626. in principem curiam admissus Senatorio munere per decennium purè & sanctè functus est: mox propter valetudinem secedere coactus, Tamiellum se recepit, Vnde restitutis post quinquennium viribus, anno 1635. Ludouico XIII. ad Castrensia munia primariæ clientelæ Nobilitatem euocante, Equestribus turmis sese accinxit, vt militares eo nomine Regi suo operas præstaret, majorumque gesta quæcunque sapienter ac fortiter nouis facinoribus cumularet.

Pro Coronide recensere possem Villartios, Scarronos, Belleardos, Balleonos, (quos Patriæ Parentes Nobili loco posita, in atrio scilicet Basilicæ Lugdunensis, vocat inscriptio) Prouanas, Poncetonos, Croppetios, & Menardæos, Genti tuæ affines, & illustri tuo stemmati, iure quodam Gentilitio Annumerandos Proceres, togâ & armis conspicuos, quorum nomina ex Gallicæ & Italicæ historiæ Scriptoribus, actisque Curiæ, sicut abundè nouit antiquitas ita posteritas hæc ea-

dem æternitati consecrabit.

Sed ad Te redeo (Franciſce Vir otnatiſſime) qui auiti generis & familiæ tuæ ſplendorem non inglotius aſpexiſti, ſed tuarum ipſius virturum fulgote penè delere viſus es: Tibi enim magis placuit animus , cui ex quacunque conditione ſupra fortunam ſurgere licetet, quàm atrium tuum plenum fumoſis imaginibus;præſerrim cùm à ſeuetioris ſapientiæ magiſtro Senecâ edoctus fueris,majores tuos in glotiam tuam minimè vixiſſe, nec tuum eſſe niſi quod fecetis.

Qui ſcilicet tibi ab ineunte pueritia , ſemper conſtitetis,ad omnem pietatem efformatus,literiſque humanioribus imbutus in conuictû Collegij Lugdunenſis Societatis Iesv , ptima omnium virtutum jecetis fundamenta , ibidemque non dubia eruditionis quâ flores non vulgaris ſpecimina præbueris , dum Attium Lauream tanta cum laude retuliſti, non ſine feſtiuis inuſitatâ planè freequentiâ acclamantium plauſibus. Etenim cùm inde ad lutiſptudentiam appuliſti animum ex Iuſtiniani candidato breui euaſiſti(quâ facilitate felicitatéque ingenij es) in doctorem magiſttumque Iuris, petfectiſſimâ Codicis atque Digeſtorum notitiâ, cuius Lauream in celebetrimâ toto orbe Autelianenſi Academia conſequutus es. Quantâ autem ſeu Eloquentiæ vi , ſeu difficillimarum cognitionum quæſtione ,. cauſas poſtmodum egeris, nouit Nobiliſſimum totius mundi Theatrum Senatus Patiſienſis , qui Te in frequenti adeò conſeſſu , támque docta corona audiit lubenter dicentem ac ſuſpexit. Cui ferendo impar deinceps oneti , ceſſante nimirum valetudine ; non te propterea Scientiis ſubttaxiſti,quibus obſtetricibus in lucem videris emiſſus eſſe : ſcilicet totam mentis aciem ad priuata ſtudia conuettiſti , cultámque à primis annis impensè Matheſin,& abſttuſiotes Aſtronomiæ,Geometriæ, Algebræque tum Numericę,tum etiam Specioſæ,marte proprio ſuperaſti dfficultates. Neque his diſciplinis quæ fuiſſent ſatis plurimis aliotum ingenijs tuum vnius habuit ſatis ingeniû ; Animum à Mathematicis diſciplinis ttaduxiſti ſcilicet ad eam Phyſicam,quam ab nouis expetientiis nouam dicunt, omniaque illius ſic ſectetiora luſtraſti penettalia, cognouiſti myſteria,eiuſque adytis tam altè ſucceſſiſti, vt arcanum Natura videatur planè habere nullum , quod exploratum tibi non ſit, Tuæque veluti fidei cteditum ab hac rerum omnium parente optima. Quæ ne videat ego in medium proferre per adulationis ſpeciem aliquam, vnum iſtud volo Lectores monitos,

Te

Te curiosam planè Naturaliũ rerum Historiam scribendam suscepisse, communicatâ cum Arnoldo Brolio Batauo industriâ: Quæ profectò iuris jam esset publici, ni præmatura amici illius mors, viri in Philosophia, Medicina, & Linguis Orientalibus versatissimi, destinatum opus & affectum Reipublicæ Literariæ inuidisset. Atenim ea est, Mi Franciscе, tua vis animi, ingenij sagacitas, & in studiis sedulitas ad stuporem continua, vt alienâ minimè videaris egere operâ, vt ad vmbilicum, incæptum laborem adducas, si viram tibi & vires concedant boni Superi: quod sanè facturos, vt habemus in votis, ita nec in dubio ponimus. Quidni enim id optemus quàm maximè, quod futurum excellentissimum nobis in comperto exploratóque est, quòd nimirum non tuis vnius sis diues opibus, sed aliorum quoque rotâ latè Europâ, scientiâ nobilium, diuitiis abundes, quibuscum familiariter per literas colloqueris, & vicissim inuiseris; mentémq; sic tuam bonis propriis redundantem, peregrinis mercibus adhuc ditare satagas; eruditóque literarum commercio, implere ac ornare omnibus thesauris omnium gentium: Quæ res, nos Theophili nepotes commouet, vt adhortemur te, vt velis quàm primùm lucubrationes eruditissimas quibus insudasti tot annis in lucem edere, atque ita beare Nouantiquæ Physices amatores admirandis obseruationibus tuis, atque infinitis experimentis. Vnus quippe illorum cùm sis, quibus debemus in primis editionem operũ Petri Gassendi viri omni Literaturâ Diuinâ & Humanâ sacrâ & prophanâ exculissimi natique ad honorem præsentis sæculi & inuidiam futurorum; (vt abundè testantur præfationes Mommorij & Bibliopolarum & vita Authoris à Sorberio scripta, & auctor ipse paginâ 141. secundi tomi) tibi adeò injurius, iniquúsque nobis esse. Non debes, vt Opera tua Doctis tam expetita deinceps deneges. Ceterùm hunc tractatum quem tibi nuncuparemus, delegimus præcipuè, quòd ad eam Philosophiæ partem pertineat, cui te præ aliis dedidisti; Tu hoc qualecumque nostræ monumentum amicitiæ pro tua humanitate bonus accipies, totíque fauebis huic operi, vti sanè sperant tibi

Addictissimi

HENRICVS RAYNAVD, è Soc. Iesv,
& L. F. Raynavd, Auctoris ex fratre nepotes.

ARGVMENTVM.



NIHIL sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. Sic ordior discussionem duplicis (verè dixerim,) somnij Theologici, quorum vnum nuperrimè in Sicilia; alterum his ipsis ferè diebus, in Gallia, est fabrefactum. Quod enim anteriora omnia Christiana sæcula figmentorum, & somniorum circa res nostras fœcunda fuerint, non erit quod ad hanc nouitatem quispiam defixus hæreat, quasi ad rem insolitam. Nec debet augere admirationem, pugna huiusmodi commentorum se habentium è diametro; quandoquidem eorum vno, species Sacramentales ad eam tenuitatem, ac (vt ita ducam) gracilitatem rediguntur, qua vix possit maior proferri, cum dicantur esse *spectra nuda, & causaliter meræ imagines intentionales.* Hoc est specierum intentionalium objecta falsa, sensum deludentia: altero autem, species Sacramentales statuuntur esse veræ substantiæ; quæ cum priùs delitescerent in poris subſtantiarum panis & vini, his veluti primariis subſtantiis per consecrationem & transubſtantiationem euanescentibus, saluæ manent; & commassatæ ac grandefactæ diuinitus, incurrunt in sensus contuentium, pari cum pane & vino quandò supererant, mole & apparatu qualitatum. Non est, inquam, quod noua cuipiam videatur adeò pugnans fingendi ratio; qua hinc spectrum inane, inde subſtantia solida obtruditur; cum polemne semper fuerit erroribus, dum extremum vnum declinant, in contrarium currere, & mutuis sese pugnantium concertationum gladiis petere atque confodere. Obseruarunt hoc in priscis Philosophis diuersimodè delirantibus, varij Patres; ac nominatim Arnobius l. 2. & Augustinus lib. 18. Ciuit. c. 41. Idem notarunt in Hæreticis S. Ireneus l. 1. contra hær. c. 5. & l. 4. c. 69. S. Hilarius l. 7. de Trinit. S. Augustinus l. 18. Ciu. c. 51. Epiphanius hæresi 30. cum de Ægyptiarum aspidum pugna, ac Vigilius lib. 2. & 4. contra Eutychem. Quod igitur similiter noui Theologastri, tantoperè circa species Sacramentales dissideant; vt vnus, illas si objectiuè spectentur, dicat esse meras inanitates, sensuúmque ludibria; alter verò soliditatem, eis vendicet subſtantialem, miraculo grandefactam: veteri errorum vsu & infelici malè concipientium ingeniorum abortione contigit. Non enim secùs euenit in deflexione à vero quàm in exorbitatione à recto & honesto, quorum vtrumque ab extremis adjacentibus secedens; medio continetur. Atque ita quod Nouatianum dicere memini, ad Christi qui prima veritas est imitationem, veritas creata inter extremos errores media crucifigitur.

Vtriusque ergo somnij propositi onirocrisim meditor, nec vt arbitror, iniuriâ, vel lusurus operam. Nam apud aliquos tenuioris cæsus, & angustæ in rebus Theologicis: serpere hæc Doctrinæ virulentia deprehenditur, Alij verò tametsi facultatis non ambigunt hæc noua placita id reuera, esse quod sunt nimirùm somnia atque figmenta: autoribus tamen, ab ingenio in eis fabricandis prodito, laudes pangunt non vulgares videtur porrò ad æui nostri decus pertinere, vt si quæ ad posteros horum figmentorum fama peruadat, agnoscant qui subsequentur, non defuisse huiusce modi furfuribus suum cribrum; nec scriptores omnes adeò altè stetisse, vt qui talibus discutiendis nauaret operam inuentus sit nemo. Probatum istis abundè puto consilium meum. Et quia de S. Athanasij prudenti sententia, ipso initio Orationis contra Sabellij gregales, non sufficit errores dispellere inuicem aduersantes, nisi vtrisque studio veritatis obsistatur; id est nisi veritas opposita communiatur, & illustretur: (est enim sicut iniusti æquum, ita falsi gnomen & regula verum;) statuo primo loco, in re nostra, veritatem antiquam; supponens, ac delibans potiùs quàm iusta tractatione stabiliens; sufficienter tamen illustrans atque confirmans,

Sect. I. Punctum I.

quod ad hanc diem ex receptissimo Doctorum sensu de speciebus Sacramentalibus ratum fuit. Nec modico labore leuandum me præsentio, his præmittendis: quod alioqui in singulari vtriusque erroris propositi discussione, excurrendum sæpius ex necessitate in ista foret, non absque disputationis intercisione, & eadem sæpè regerendi fastidio. Illustrata autem, & perpaucis stabilita veritate antiqua, commodus erit ac solidus ad vtriusque somnij propositi singularem dijudicationem progressus.

SECTIO I.

Doctrina antiqua de speciebus Sacramentalibus.

ILlustrandæ ac breuiter confirmandæ antiquæ de hoc negotio doctrinæ, initium ducam à variis appellationibus eiusdem notionis subjectæ, quod ea nominum recensio, & earum tenus exposito, vsum suum nec exiguum ad res ipsas sit habitura, vt in decursu disputationis patebit. Subnectam deinde quæ spectant ad notionem legitimam subjectam vocibus, & veluti effracta testa carpam nucleum & medullam eximam; spectans eam rem subjectam & absolutè ac in seipsa; & per comparationem ad varia cum quibus habet connexionem aut habitudinem, cuiusmodi sunt externa & agentia & passa, nec non Christus, quem hæc veluti tectoria obducunt, ac cum quo Sacramentum compingunt; ac denique substantiæ panis & vini, à quibus per consecrationem & transubstantiationem abjunguntur: Quæ tatione videri poterit o atgumentum huic dissertationi præfixum exhausisse, adhibita eius consideratione & absoluta & respectiua nullóque ad illud attinente, quantum instituti tatio exiget, prætermisso.

PVNCTVM I.

Quàm multiplex apud varios & Patres & Doctores, specierum Sacramentalium appellatio.

QVas vsuaria, & antiquis quoque frequentata nuncupatione, *species Sacramentales* appellamus; veteres aliis præterea nominibus idem sonantibus insigniuerunt, quorum aliqua operæ pretium fuerit annotare.

Specierum vocem in hoc negotio adhibuit S. Augustinus l. de catechiz. rud. c. 26. vbi agens de Catechumeno ait. [Cum responderit solemniter, vtique signandus est, & Ecclesiæ more tractandus (id est baptizandus, & cœlesti cibo Eucharistiæ reficiendus.) De Sacramento sanè quod accepit; cum ei benè commendatum fuerit, signacula quidem rerum diuinarum esse visibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorati: nec sic habeudam esse illam *speciem* benedictione sanctificatam, quemadmodum habetur in vsu quolibet. Dicendum etiam quid significet sermo ille quem audiuit, quid in illo condatur, cuius illa res similitudinem gerit.] Et lib. 3. de Trinit. c. 4. [Nec linguam eius (Christi) nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos linguæ cœtos; nec signa litterarum conscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinem dicimus: sed illud tantum quod ex fructibus terræ susceptum, & precc mystica consecratum, tiiè sumimus ad salutem spiritalem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis. Quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur, non sanctificatur vt sit tam magnum Sacramentum, nisi, operante inuisibiliter spiritu Dei.] Denique vt ex Augustino refert Prosper adductus à Gratiano c. *hoc est quod* de consecr. dist. 2. sacrificium Ecclesiæ duobus constat, visibili elementorum specie, & inuisibili carne & sanguine Christi. Creditus item Cyprianus serm. de cœna Dom. [Immortalitatis alimonia datur à communibus cibis differens corporalis substantiæ retinens speciem, sed virtutis diuinæ, inuisibili efficacia probans adesse præsentiam.] His aliisque benè multis locis, *species* sonat complexionem accidentium sensibilium panis, & vini, vt coloris, saporis, odoris, soliditatis, liquiditatis; quibus panis & vinum, cum adsunt, perspiciuntur. Et esse in eo sensu sumptam vocem *species*, planè Latinam confirmat Turrianus l. 2. de Euchar. cap. 4.

Apud aliquos tamen sacros Scriptores, nomen *specierum* aliter sumitur; nempè eum restrictione ad qualitates sensibiles visui obiectas. Quo sensu Remigius in Psal. 22. ait panem & vinum, post consecrationem, naturam panis in se non retinere, nisi quantum ad *speciem*, & saporem, & odorem. Vbi manifeste *species* sumit præcisè pro obiecto visus. Videtur Lanfrancus agens contra Berengarium, eodem modo sumpsisse nomen *specierum*. Ait enim terrenas panis & vini substantias, [conuerti in essentiam Dominici corporis, reseruatis ipsarum rerum speciebus, & quibusdam aliis qualitatibus, ne percipientes cruda & cruenta, horrerent.] Prosper ex Augustino adductus c. *hoc est* de consecr. d. 2. vini *speciem* similiter vsurpauit. His locis *species* sumitur pro forma qua corpus in oculos incurrit, & quale sit agnoscitur. Quam *speciei* notionem, Brissonius notat ex l. 76. ff. de Iudic. Et passim eo sensu sumendo *speciem*, dicimus, hominem esse præclara vel eleganti specie; & speciem alicuius esse dignam impetio. In quo loquendi modo, *species* significat illam præsentiam obiectuam siuè apparentiam hominis resultantem ex colore & quantitate: quæ sunt oculo conspicua, hominis accidentia. Interdum absque adiuncto *præclara* vel *elegantis*, aut *digna imponit* vox *speciei* splendorem eius qui obuersatur oculis, denotat. Quo modo sonat *species* apud Flaccum l. 1. epist. 6. cum ait,

Si fortunatum species & gratia præstat.

Quem locum expendens Petrus Nannius l. 4. miscell. c. 19. *speciem à spectabilitate* dictam obseruat; & in eos cadere admonet, qui præ splendore & magnificentia externa oculos omnium in se conuertunt. Quo refert illud Tullij ad Lentulum

tulum. [Hic vitæ meæ curſus, offendit eos fortaſsè, qui ſplendorem & ſpeciem huius vitæ intuentur.] Abſolutè tamen *ſpecies*, eam quam dicebam repræſentationem notat, etiamſi ſplendor non adſit.

Adhuc elegantior eſt notio *ſpecierum*, adhibita à S. Ambroſio l. de initian. c. 9. Præſatus enim in quàm multis ſancti Dei homines, Deo ad nutum eorum operante, mutaſſent naturæ curſum, ſubdit. [Quod ſi tantum valuit ſermo Eliæ vt ignem de cœlo deponeret, non valebit Chriſti ſermo, vt ſpecies mutet elementorum?] Et moa. [Ipſe clamat Dominus IESVS, *Hoc eſt corpus meum*. Ante benedictionem verborum cœleſtium, *ſpecies* nominatur: poſt conſecrationem, Corpus Chriſti ſignificatur.] Similiter vſurpat *ſpecies* Durandus Troarcenſis non ſemel Tract. contra Berengar. part. 2. & ita accipit S. Ambroſius parte 4. Conſentit Hieremias Conſtantinopolitanus c. 13. Cenſuræ ea Interpretet. Nec enim ipſe Author eſt Latini contextus: ſed veriſimile eſt Socolouium, à quo habemus Latinam Cenſuræ Græcè conſcriptæ interpretationem; expreſſiſſe Latinè, nomine *ſpecierum*, Græcam vocem id ſonantem legitur ἀπὸ τῶν εἰδῶν μεταφορᾶ. Pag. 102. edit. Vviteb. 1584. Sic igitur habet Latina interpretatio. [Rationalè, ex illius donis ac datis, illi ipſi cultum offerimus; hymnis ac benedictionibus ſuam majeſtatem laudantes. Sicque ipſa oblatio perficitur, inuiſibile ſacrificium; ſitque ſpecierum mutatio in ipſum corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti.] *Species* his locis ſumuntur pro ſubſtantiis panis & vini. Eſtque modus iſte loquendi, frequens Inſiſperitis, vt videre eſt l. *planè* ff. de legatis. Et l. *ſeptem*. C. de erogat. militar. annonæ. Et l. *ſpeciebus* C. de cohortalibus. Apud Patres tamen atque Theologos, hæc locutio perratò vſurpatur in repræſenti. Paſſim enim dicunt, ſubſtantias panis & vini deſtrui: ſolas autem earum ſpecies manere. Non igitur ſpecies mutantur in corpus & ſanguinem Chriſti; quamuis Ambroſius & Hieremias à communiore vocis huius vſu deflexerint, & *ſpecies* pro ſubſtantiis conſecratione peritis vſurpauerint.

Nulli autem antiquorum in mentem vnquam venit, vt *ſpecies* in hac materia vſurparet prout fit apud Philoſophos. Hi enim *ſpeciem* ſumunt, vel pro vniuerſali ſubiecto gencti; quo pacto dicitur *ſpecies humana*, vel *equina*: Vel certè ſumunt *ſpeciem* pro comprincipio cognitionis ex parte obiecti, quæ dicitur *ſpecies impreſſa & intentionalis*, quia deſeruit ad partum notitiæ profundendum. Nam fœtus notitiæ ex duplici concurſu exiſtit, nimirùm obiecti tanquam patris, & potentiæ ſenſitiuæ: quia ergo obiectum plerunque abeſt, aut ob craſſitiem eſt impropotionatum ad fœcundandam & determinandam per ſeipſum potentiam ea ſe indeterminatam & infœcundam; propterea ad partum cognitionis cauſandum, ſubſtituit ſibi comprincipium potentiæ, quod vocant obiecti *ſpeciem*, vt habetur ea Ariſtotele 2. animæ à tex. 59. Et. 121. vbi hæc comprincipia vocat *formas ſine materia, in ſenſu receptas*. Agnoſcit has ſpecies, Gregorius Nyſſenus hom. 4. in Cant. necnon S. Auguſtinus. 11. de Trinit. cap. 2. qui notat, radiores hac in parte labotare; ſed cedendum eſſe rationi, Quia ergò hæ qualitates imprimuntur ſenſui ab obiecto, & deſeruiunt profundendo fœtui notitiæ ſiue intentionis quæ interuentu earum caprimitur; eſtque internus terminus actionis, elicitæ à ſenſu fœcundato immiſſione ſpeciei tanquam ſeminis obiecti à quo immediatè proſunditur, propterea ſpecies, ab obiecto indita potentiæ ad operandum, vocatur *ſpecies intentionalis*, & *impreſſa*; notitia verò quæ inde progignitur appellatur *ſpecies expreſſa*. Nullo horum modorum vſurpatur nomen *ſpecierum* in hoc negotio. Neque vnquam vllus antiquorum aut probatorum Doctorum, eam notionem ſubiecit ſpeciebus ſacramentalibus.

Varia nomina ſpecierum.

Typos paſſim Græci Patres, appellant eanuias panis & vini, quas ea Interprete vocant *ſpecies*, Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 4. myſtag. ex Interpret. vocat *ſpecies*, quas Græcè τύπους nominat, vt eo Luculento loco. [Omni cum certitudine corpus & ſanguinem Chriſti ſumamus. Nam ſub ſpecie panis, datur tibi corpus; & ſub ſpecie vini datur ſanguis, vt ſumpto corpore & ſanguine Chriſti, efficiaris ei compatticeps.] Loco illorum verborum *ſub ſpecie*, Græcè eſt ἐν τύπῳ. Eodem ſenſu Nazianzenus orat. 42. ait nos eſſe Paſchatis participes *adhuc typicè*, quia ſub ſpeciebus Chriſtum accipimus, vt benè ibi expoſuit Nicetas. Et eodem referri poteſt, quod Martinus Bracharenſis l. de Græcor. Synodis c. 55. diait panem & vinum benedici in typo Chriſti, vt ſcilicet benedictione ſiue conſecratione pereuntes ſubſtantiæ per exuuias ſuas accidentales fiant ſpecies Chriſtum occulentes, & veluti obducta ei tectoria.

Antitypa. De legitima huius vocis apud Græcos notione, actum eſt in Onomaſtico Euchariſtico. Nunc obſeruo, iuxta Plotinum l. contra Gnoſticos c. 6. Antitypa eſſe retum imagines, non res ipſas. Appoſitè ergò, hoc ſenſu ſpecies Sacrameutales dicuntur *antitypa*, tanquam panis & vini reipſa exulantium imagines: Adhibuit vocem *antityporum* agens de ſpeciebus Sacramentalibus, S. Macarius hom. 27. dicens, Veretes ante Chriſtum, ignotaſſe, [offerendum eſſe in Eccleſia panem & vinum, exemplat eahibentia caruis ipſius & ſanguinis: ſumentéſque de pane viſibili, ſpiritaliter carnem Domini eſuros.] Græcè eſt. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος ἢ οἶνος ἀντίτυπα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ τὸ αἷματος ἡμῶν ἐλαμβανόντες ἐν τῷ φανερῷ ἄρτῳ πνευματικῶς τὴν σαρκὰ τοῦ ἀνεῖ ἐσθίομεν. Quem vocarat *panem antitypum carnis*, mox vocat *apparentem, φανερὸν ἄρτον*. Et qui eum percipit, ait acciperé carnem Domini; non carnaliter ſiue cruentè, ſed ſpiritualiter; id eſt in myſterio, quippè adopertam tegminibus ſpecierum. Nazianzenum orat. 11. cum diait Gorgoniam quicquid teconſiderat antityporum corporis & ſanguinis Domini, ſcrutatam eſſe, & lachrymis admiſceniſſe, ſumpſiſſe *antitypa* pro *Iſotypis*, notat ibi Elias; Et eſſe phraſim frequentem diuinis Magiſtris; obſeruat. Eſt autem *Iſotypus*, ſimilis figura, ſiue imago bene correſpondens. Sicut 1. Petri 3. baptiſmus dicitur *ſimilis formæ* cum arca Noëtica Græcè eſt ἀντίτυπον.

Imaginis nomen idipſum Latinè ſonat quod voa Græca *typus*. Itaque crebro Latini, ſpecies Sactamentales vocant *imagines*, non modò carnis Chriſti, ac ſanguinis; (quo pacto loquitur Gregorius Neocæſarienſis, adductus in 2. Concilio Nicæno actione 9.) Sed etiam ipſius panis & vini. Sic Hildebertus carm. de Miſſa.

Sect. 1. Punctum I.

Fit cibus hic, ex pane caro, Deus ex elemento;
Mysterio simplex, vtilitate triplex.
Vtque fides adsit, terrórque recedat, & horror;
Fit cibus ipse caro, panis imago manet.

Haud igitur abs re Ioannes Gropperus l. de Christi adurat. in Euchat. art. 3. cap. 20. purganit Erasmum, quem Iodocus Velsius grauauerat tanquam sordentem errore Berengarij; eo quod catmine de Euchatistia addito Catoni, sic ceciniſſet

Mysticus ille cibus, Graci dixere synaxim
Qui panis, vinique palam sub imagine Christum
Ipsum, praesentem verè exhibet.

Quod *sub imagine panis & vini*, Christi corpus & sanguis proponi dicitur; idem est ac si sub ipeciebus proponi asseretetur. Vnde nihil ibi, redolens imaginariam Berengarij Eucharistiam affitmarut; præsertim cum addatur, vere exhiberi ipsum Christum sub ea panis ac vini imagine. Itaque vtinam semper sic impegisset circa omnia fidei dogmata Erasmus.

Forma. Hanc specietum appellationem suppeditat ex D. Augustino Prosper, adductus c. *hoc est* de consect. d. 2. verbis illis [Carnem eius, forma panis opertam, in Sacramento accipimus: & sanguinem eius, sub vini specie & sapore poramus.] Gulielmus Paris. l. de Euchar. cap. 1. diffusè hanc *specierum* denominationem illustrat. [Accidentia, (inquit) simul accepta, putamus formam panis visibilem.] Et mulris de eadem forma præmissis, addit. [Pia & veridica fides, in hac Sacramento tenet & prædicat, quod panis materialis atque visibilis aduenienti pani viuifico, velut Crearori honorem deferens, locum suum relinquit, & formam visibilem Sacramentali seruitio & ministerio ipsius. Et hæc est intentio Verbi *transubstantiationis:* transitus scilicet substantiæ panis materialis atque visibilis ad aduentum viuifici panis, saluata forma, id est vatietate accidentium ad ministerium Sacramenti. Non enim potest dici generatio panis ibi fieri, cum eius forma substantialis ibi non maneat, imò esse desinat: neque corruptio panis materialis, cum priùs esset illæsus, & integer, & materia ipsius formam panis vitæ non induat; neque materia ipsius pani vitæ addatur vllatenùs vel accrescat. Si enim alterutrum borum esset, non effugeremus vllatenus quin generatio eius fieret (quæ est acquisitio formæ substantialis in priori materia;) aut incrementum eiusdem, quod non est nisi acquisitio materiæ in priori forma *&c.* Transubstantiatio verò, verè contratia est corruptioni, secundùm quod de ea intendit Philosophus naturalis. In corruptione enim omnia penitùs destruuntur, præter primum, quod est materia. In transubstantiatione autem, nihil omninò remanet de pane, præter nouissimum, vel vltimum; quod est accidentium sensibilium varietas, siuè sensibilis forma.] Algerus l. 2. c. 3. *terrenam & stolidam panis ac vini formam* appellat; sub qua ait, voluisse latere majestatem sapientiæ Verbi, vt fides exercetetur. Idem tamen l. 1. c. 6. *in fine*, formam panis & vini, (quo nomine ibi tæpè notat *species*) videtur arctare ad sensibile vsus, tam proprium quàm commune. Durandus Troarnensis in præfatione metrica ad librum contra Berengarium.

Vt diuinarum quæ sit substantia rerum
Ritè capi valeat sub forma panis operta ac vini.

Figura. Quomodò hæc appellatio cadat in species per comparationem ad Christum, dixi fusè in Onomastico Euchatistico; & inxta ibi dicta accipiendns est Algetus, qui lib. 1. contra Bereng. c. 7. vocat species, *visibilem figuram & characterem corporis & sanguinis domini:* Et video pleroſque ex Berengarij impugnatoribus, eodem modo sumere vocem *figura*, cum admittunt Sacramentum nostrum esse figuram, respondéntque argumento Berengarij; ex ea locutione à D. Augustino interdum adhibita, colligentis, vetum Christi corpus ab Euchatistia abesse, nec adesse nisi figuram & imaginem nonnullam veri corporis Christi. Hoc ij quos dicebam Berengatij impugnatores, expediunt eo modo quo dixi. Ita Anastasius Monachus Andegauensis scribens ad Geraldum Abbatem contra nouum tunc errotem Berengarij, & latè Durandus Troatnensis in Opere eiusdem argumenti tota parte quinta, quam impendit exponens quomodo Sacramentum Euchatistiæ dicatur figura & similitudo, salua veritate. Nunc autem consideramus nomen *figuræ*, dictum de speciebus in compatatione ad panem & vinum. Qua fortè tatione Hilarius adductus c. *corpus* de consect. d. 2. dixit. [Corpus Christi quod sumitur de altari, figura est dum panis & vinum extra videtur: Veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interiùs ereditur.] Clariùs Paschasius l. de Sacram. altar. c. 1. [Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra. Et quia voluit, licet figura panis & vini hîc sit; omninò nihil aliud quàm caro Christi & sanguis, post consecrarionem credenda sunt.] Guntherus item Liguicous lib. 3. de gestis Friderici, sic canit.

Iamque dies aderat, qua Christus mystica cœna
Discipulis statuens conuiuia, corporis, esu
Ipse sui, potúque sacri satiare cruoris,
Post agni carnes, prisce libamina legis
Nos voluit, veram panis laticisque figuram
Pretendens oculis, sed certè pabula vitæ
Sensibus infundens.

Vocat *veram figuram*, ad distinctionem præstigiarum, quibus obiicitur falsa figura. De voce *figura* speciebus aptata ab Augustino, & aliis, agit diligenter Petrus Scarga l. 1. contra Volanum de Euchatist. cap. 5.

Symbolorum nomen, speciebus tribuit S. Maximus in Mystagogia verbis illis. [Largitur nobis archetypa mysteria, quæ nobis hic per Symbola sub sensum eadentia, sunt ostensa.] Non dissimiliter Andreas Cretensis homil. in Domin. Palmar. [Immolatur, in symbolis Antitypis consecratus.]

Similitudo panis & vini; Sanctus Ambrosius 6. de Sacramen. cap 1. prælocutus, aliquos discipulos abiisse retrò, non feientes sermonem de Christi manducatione, subdit. [Ne plures hoc dicerent, & velut quidam esset horror etroris, sed maneret gratia redemptionis; ideò in similitudine quidem accipis Sacramentum, sed verè naturæ gratiam virtutémque

témque conſequeris.] S. Eligius homil. 8. [Nos qui verè ſub myſterio, carnem & ſanguinem corporis Chriſti ſumimus, per ea naturaliter vnum cum illo efficimur: in quibus manet poſt conſecrationem ſimilitudo panis & vini; ne ſit quidam horror cruoris, ſed manet in eis, gratia redemptionis.]

Veluti panis & vinum. Ita *ſpecies* nominat S. Cyrillus homil. de cœna Domini. Quod petinde eſt ac nominare ſpecies, ſimilitudinis panis ac vini. Reuera enim ſunt ſimiles alteri pani & vino, ſúntque veluti illæ ſubſtantiæ; ſed reipſa longè aliud ſunt ab illis.

Signa. Hoc nomine ſæpè intignit ſpecies Sacramentales S. Dionyſius in Eccleſ. hierar. c. de communione, ac nominatim in illa Apoſtrophe ad Sacramentum. [Sed tu ô diuinum ſanctiſſimúmque Sacramentum, obducta tibi per ſigna, obſcuritatum quaſi vela & integumenta; patefacta, perſpicuè nobis oſtende.] Superiùs item dixerat, inter aſtandum incruento ſacrificio, [multos ſola diuina ſigna conſiderare; Pontificem autem non ſic ſe gerere; ſed afflatu diuini ſpiritus, mentis obtutum dirigere ad ſacra principia eorum quæ perficiuntur.] Loquendo eodem ſenſu de ſignis, cœnam vltimam in qua Chriſtus ſacrificauit incruentè, vocat *primum ſignum eorum quæ perficiuntur, in qua ipſe ſignorum effector & autor, priuauit ſorte impium Iudam.* Metonymicè primam conſecrationem, cui ſolæ panis & vini ſpecies ſuperfuerunt, vocat *ſignum primum*; vel certè, abſque Metonymia, primam cœnam Euchariſticam à Chriſto ipſo in ſuprema nocte cœnæ confectam, vocat *primum ſignum:* ſumens *eandem* pro ſactis epulis à Chriſto portectis; quæ continentur pretioſo Chriſti corpore & ſanguine, ſub tegminibus ſpecierum. Fateor, ſpecies, cum ſint pars Sacramenti nouæ legis, eſſe ſigna gratiæ. Id enim eſt de ratione Sacramenti nouæ legis, vt S. Bernardus ſcitè tradit ſer. 1. de cœna Domini, & omnes Scholaſtici. Item fateor, *ſpecies* ſignificare Chriſtum quem operiunt. Hoc tamen non obſtat, quominùs ſpecies dicantur etiam ſigna ſubſtantiarum panis & vini. Id quippè generale eſt omnibus externis accidentibus connaturalibus, vt ſubſtantiam cui debentur, repræſentent, &per ea innoteſcat ſubſtantia: quod eſt habere reſpectu ſubſtantiæ, rationem ſigni. Hæc autem generalis efficacitas accidentium externorum connaturalium, non adimitur accidentibus panis & vini, quamuis hæ ſubſtantiæ euanuerint per conſecrationem. Itaque ſpecies ſunt earum ſubſtantiarum ſigna.

Recidit in hanc ſpecierum denominationem illa alia qua S. Auguſtinus l. de catech. rudibus c. 26. ſpecies Euchariſticas vocat *ſignacula viſibiliarerum diuinarum, in quibus res ipſæ inviſibiles honorantur.* Et hîc quoque valet, quod de ſignis præmittebam, nempè eam vocem eſſe omnibus Sacramentis communem, iuxta illud D. Auguſtini 19. contra Fauſtum c. 11. [In nullum nomen religionis, ſeu verum ſeu falſum, coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculorum vel Sacramentorum viſibilium conſortio colligentur.] Vbi vocem *ſignaculorum*, adhibet pro externo ſigno religioſo, ſanctitatem quomodolibet ſpectatam inſinuante. Eo tamen loco quem proferebam, tanquam expri-

Varia nomina ſpecierum.

mentem ſpecies Sacramentales; nomen *ſignaculorum*, per adiuncta ſatis reſtringitur ad ſpecies panis & vini; quæ ita ſunt gratiæ & Chriſti ſub ipſis abditi ſigna, ex diuina deputatione vt ſimul ſuapte naturâ, ſint ſigna præferentia adeſſe panem & vinum, quamuis hæ ſubſtantiæ per miraculum illis non ſubſint poſt interpoſitam conſecrationem.

Panis & vinum. Sic nominat S. Damaſcenus 4. fid. c. 14. accidentia panis & vini. [Nec verò, (inquit,) panis & vinum, corporis Chriſti figura ſunt; (abſit enim hoc;) verum ipſummet Domini corpus diuinitate affectum. Quippè cum Dominus ipſe dixerit; *hoc eſt* non corporis ſignum, ſed *corpus*; nec ſanguinis ſignum, ſed *ſanguis.*] Telum in manu potentis, contra Caluinum, & Figurales. Cum ergò D. Damaſcenus agat de pane & vino poſt conſecrationem, qua eo capitè, explicatiſſimè, tradit, totam panis ac vini ſubſtantiam vi diuina tranſmutari in corpus Chriſti; manifeſtè, loco allegato, per *panem & vinum* intelligit panem apparentem & vinum apparens, vt iam dicam. *Panem carnem* vocat Heſychius l. 2. in Leuitic. cap. 8. eruens ex 70. quia extrinſecùs videtur panis, reipſa autem eſt cato Domini.

Apparens panis ac vinum. φαινόμενον ἄρτον vocatur à S. Macario homil. 27. & à S. Cyrillo catech. 4. Myſtago. Non dicitur *panis apparens*, eo modo quo in illo quodam conuiuio, panis lapideus, picturæ lenocinio in panis ſpeciem exhibitus, impoſnit minùs attento conuiuæ; ſicut & cæteri cibi ſimiliter per artem ementientes eſcas edules. *Apparens* ergo dicitur, qui cum nec ſit panis, qualem externa ſpecies præfert; nec alia ſubſtantia purè creata; tamen exteriùs videtur panis. Et idem eſt de vino.

Velamina panis & vini. Iubet Martinus V. in Concilio Conſtantienſi, vt ſuſpectus circa fidem, interrogetur vtrum credat quod poſt conſecrationem Sacerdotis, in Sacramento altaris, ſub velamine panis & vini, non ſit panis materialis, & vinum materiale; ſed idem per omnia Chriſtus qui fuit in Cruce paſſus.] Manifeſtè Pontifex, ſpecies Sacramentales vocat, *velamina panis & vini*: non quod panis & vinum poſt conſecrationem ſuperſint, eſſque veluti tegmen aut operimentum illa ſubducens oculis, ſuperponantur ſpecies: ſed quod hoc veluti rectorium, quod ad panem & vinum pertinuit, myſterio ſeruiat tanquam velum ſenſibile rerum inuiſibilium hîc abditarum. Quod cur factum ſit, nec nuda caro Chriſti ſit nobis appoſita, ſed hoc velo contecta, S. Thomas opuſc. 58. c. 7. & 8. rectè illuſtrat. Scitè de hoc velo S. Bernardus ſerm. de cœn. Dom. primo inter adſcriptitias. [Gloriоſa & amabilis ſponſa, in terra ſponſum habes in Sacramento; in cœlis habitura es ſine velamento. Et hîc, & ibi, veritas: ſed hîc palliata, ibi manifeſtata.]

Aliò pertinet, quod ipſa Chriſti caro in ſpecie viſibili, vocatur, *velamen initians viam nouam* Hebr. 10. quod exponitur in Onomaſtico V. *Velamen.* Nec item huc ſpectant ea velamina, de quibus ad hunc modum S. Hieronymus ad verſas abs ſe Paſchales Epiſtolas Theophili Alexandrini. [Diſcant qui ignorant,

testimoniis Scripturarum, qua de veneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruite, sactósque calices, & sancta velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis, non quasi inania & sensu carentia, sanctimoniam non habere; sed ex consortio corpotis & sanguinis domini, eadem qua corpus eius & sanguis, majestate venetanda.] Alludit ad ea quæ Theophilus Epistola *sub medium* contra Origenem disputat, eo quod negasset Origenes Spiritum sanctum ad irrationabilia pertinere. Hoc autem refellit Theophilus, nominatim ex *pane Dominico, quo Saluatoris corpus ostenditur, & quem frangimus in sanctificationem nostri: & ex sacro calice quæ in mensa Ecclesia collocantur; & vsque inamma sunt, per inuocationem autem & aduentum Spiritus sancti sanctificantur.* His à Theophilo adductis de pane & calice sanctificatis per consecrationem, quæ procliuiùs de materia consecrationi præiacente, & per consecrationem sanctificata accipiuntur, quàm de speciebus Sacramentalibus; S. Hieronymus adiunxit velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis; hoc est, ad ritum sacrificij incruenti, decenter & religiosè obeundum. Vbi illud *cætera*, obstat ne sacra velamina speciebus Sacramentalibus accommodentur. Nam ex eo addito appatet, S. Hieronymum non agere de Sacramento corpotis & sanguinis inuoluente panis & vini species; sed agere de vasis ministerij sacti, inter quæ recenseritur operimenta calicis, & corporalia, aliáque huiusmodi inanimata, sed sanctificata ex consortio corpotis & sanguinis Domini quod excipiunt; atque adeo eadem majestate venerauda, qua colitur corpus & sanguis Domini. Non *eadem* ad æqualitatem, quasi ex æquo sanctimoniam quæ est venetationis fundamentum sortiantur, cum Christi corpore: sed per aliquam patricipaoonem vtriusque, valdè analogicam. Perfunduntur enim aliquatenùs dignitate Sacrosancti corpotis; atque adeò eàdem, (etiamsi non pari, & in longè inferiore gradu intra latitudinem cultus, corpori Dominico impensi,) veneratione donantur: quamuis eorum sanctitas, si absolutè spectentur, nulla sit, vt de vasis tabernaculi admonet S. Hieronymus Epistola 153.

Effigies panis & vini. Creditus Cyprianus Serm. de cœna Dom. [Panis iste non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro.] Hæc est illa alia effigies, in qua videtur Christus peregrinantibus, vt alludens ad locum Marci 16. dixit S. Bernardus Ser. de Discipulis euntibus in Emmaus. Alt enim, Christum proponi quotidie in altari sub specie panis & vini, & hunc esse Christo, *habitum peregrini.*

Vultus priuris creatura. Hugo Lingonensis Episcopus tract. de corp. & sang. Dom. [Fides tanti mysterij deperisset, si cruor in calice fieret manifestus, & si in macello, Christi ruberet caro, rarus in terris ille qui hoc non abhorreret. Sed eùm vita æterna nonnisi edenti promittatur, perpetuantur morti qui Christum non cœnassent. Sicut enim Medicus fastidienti ægro, austeram potionem per alienas dulcedines temperando saporat; tantóque intentiùs quanto eam amplius nouit profuturam; sic noster procurator & prouidos conuiua prandium suę carnis coaptauit horrentibus, vt prioris creaturæ vultibus reseruatis, ex formæ visione nimosiùs caperetur. Similiter cum tantùm Deus esset in sua immortali essentia, prouidens humanum genus non posse reparari, si non moreretur per carnem qui mori per diuinitatem non poterat, occultauit se nostræ carnis amictu, & per assumpta membra passus est sine visione sermonis, quem nemo licet videtit, vt reor, noo dicet defuisse.]

Panis facies. Hebræi, in panibus propositionis, quos vocabant *panes facierum*, duplicem distinguebant faciem, vt notat Galatinus l. 10. c. 6. refereos hæc verba ex Rabbi Iuda. [Panis transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitor, in substantiam corporis Messiæ qui descendet de cœlis; & ipse idem erit sacrificium. Ideò dicit, *respicietis ad efferendum mihi*: id est, *offerri me*: eritque iouisibilis atque impalpabilis, cuius rei fidem facit sedes Eliæ. Et Magistri aiunt, eam ob rem dictum esse panem facierum, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, diuinitas & humanitas.] Malim, duas facies huius panis accipere de apparente exteriùs substantia panis, & latente substantia composita Christi; ita vt exterior species, alia planè sit quam quæ intrinsecùs latet, vt egregiè dixit Rupertus l. 4. in Exod. c. 7. agens de mystico sensu, mensæ Eochatistiæ inauratæ. Recolo ad hanc rem factum Dauidis, qui coram Achis *immutauit*, vel vt plerique legunt *abscondit vultum suum*, vt dicitur 1. Reg. 21. & in titulo Psalmi 33. Vbi D. Augustinus, hanc vultus Christi absconsionem & immutationem, fieri in Eucharistia obseruat. Et quamuis passim Dauid censeatur immutasse vel abscondisse vultom, spumando ac gestus inconditos edeodo, & colorem ac externam speciem, vt fanatico conóngit, præferendo, discrepantem à solita eidem sedato specie, tamen quid si etiam obduxit vultum, persona siue larua? Nam laruatus siue personatus, rectè dicitur vultum absconderе; súntque in eo facies duæ; exterior vna, quæ conspicua foris est, emortua & aseititia; altera interior viuens, attamen donec ei larua obducitur, iouisibilis, & sensibus externis alienis subducta. Habet planè duplicem hanc faciem Christus in Eucharistia: sed exteriot inanimata & emortua, est facies panis: Natura verò ejus composita, est altera facies Christi, in quam desiderant Angeli prospicere, vt S. Petrus dixit, agens de hoc Sacramento, iuxta Turrianum lib. 2. de Eucharistia c. 18.

Qualitates panis & vini. Algerus l. a. c. 3. [Egregium & super omnia excellens Sacramentum nobis prouidit Deus in sacrificio suo, quo corporis & sanguinis sui veritatem, panis & vini qualitaribus totam absconditi, dignâ causâ.] Hugo Lingonensis tract. de Eucbar. contra Berengar. [Dei iocommotabile Verbum humiliter concarnatum mortalibus, sicut nos inhabiles & minus idoneos per Sactamentorum fidem in nouam transtulit creaturam (quod nemo videre potest nisi qui non distinctiones membrorum in nobis considerat: sic ipsam mysteriorum materiam summa sibi corporauit virtute. Quod ideo inuisibiliter est credendum, quia inuisibilitet est factum. Sicut enim Verbum in carne inuisibile fuit, mansit tameo quod erat;

sic

ſic iſta ipſa caro, quia jam in Verbo conſiſtit, quodammodò iouiſibilis facta quodam iterum neceſſario próque conſilio, ad guſtus ſuffragiom, panis & vini quibuſdam qualitatibus occultatur, ſed ſpiritualibus oculis ipſa carnis veritas non negator.] Hoc ſubdit factum, ne horreremus carnem viſibilem mandentes & cruorem potantes. Cæterum hi Doctores qualitatum duntaxat facientes mentionem, nolunt excludere quantitates panis & vini, qnas ſupereſſe ſæpè ſæpiùs inculcat Algerùs; ſed Synecdochicè à qualitatibus quantitati inhæreotibus, omnia reſidua panis & vini accidentia, vocauerunt *qualitates panis & vini*. Hugonis porrò locum qui in edito tecens eo opere, fædè deformatus eſt, vbi legitur, *inuiſibile fuit quod tamen factum erat*, emaculaui ſecutus codicem de quo Gatetius Claſſe I. plagulam decerpſit, & repoſui inuiſibile fuit, *manſit tamen quod erat*, quæ eſt lectio manifeſtè genoina.

Exteriora myſterij. Hugo Lingoneoſis in callce Tractatus contra Berengar. [Caliga & quodammodò cœcus ſis vt videas quem non videbas: & ſicut per bonum pudorem viſus tibi exterior premitur, vt quæ videt, non videat: ſic per Dei timorem, acumen tuæ ſoblimitatis occultes ab occurrente errore, ne forenſis aſpectus per exteriora myſterij fallat mentem, & caſtoa intellectus prauæ intentionis adulterio cotrumpar, nec præſumas ſingulariter ſentire quod vniuerſitas ooo aſſemit, quia ſicut in Ambroſio legimus, non ſolùm ſingulorum, verùm & vniuerſitatis iſta myſterià ſunt. Et ob hòc commune debent habere iudicium ſecundùm Catholicos & Canonicos ſenſus, quos extra ipſe ſentis; ideóque forenſem dixi eo quod extra communes oculos de hojuſmodi videas.]

Latibulum corporis & ſanguinis Domini. Ruffinus ad illud Pſalmi 17. *poſuit tenebras latibulum ſuum.* [Latibulum ſuum tenebras poſuit, quia cœleſte ſuum Sacramentum nobis in obſcuritate conſtituit. Hinc eſt quod Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti quotidie tractamos; nec tamen lucem, nec gloriam eius quam fide credimus, oculis adhuc videre valemus. In tenebris enim ſumus, quamdiu per fidem ambulamus & noo per ſpeciem.]

Syndon Sacramenti Hugo de S. Caro, Catd. legams, Epiſtola de Inſtitutione Feſti corporis Chriſti.

Exhibet Integtam, eam Hugonis Encyclicam Epiſtolam, Batholomæus Fiſen I. de Origioe feſti corporis Chriſti c. 46. Ibi ergo Hugo poſtquàm deſcripſit Dei erga nos amorem fundendo noſtri cauſa ſanguinem ſuum, addit. [Nec iſtud ſibi ſufficere poterat. Quin etiam ad majoris erga nos dilectionis indicia, corpus ſuum ablaturus ab oculis noſtris, & illaturus ſyderibus, ipſum nobis ſub muodiſſima quadam Sacramenti ſyndone relinquerer iouolutum, vt operatione eius, contra poteſtates ſydereas ſenſus noſtros muniret.] Syndonem Sacramenti appellat ſpecies quia aliquatenus opetiont & obuoluunt Chriſti corpus. An alluſit ad ſyndooem quam meteatos eſt Iolephi ab Atimathæa, vt corpus Chriſti de cruce depoſitom inuolueret. Gregorius Nyſſenos Orat. r. de reſurt. *in fine* eam ſyndonem aliter accepit & de nitente conſcientia excipientis cotpus Dominicum, interpretatur.

Panni inuoluentes Chriſtum in præſepio altaris. Guerricus ſerm. 5. de Natiu. Dom. Celebrauerat Guerricus paonos quibus Chriſtus inuolutus eſt à Matte in præſepio Bethle. Tum addit. [Fratres, & vos inuenietis hodie, infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio altatis. Videte ne vilitas tegminis, offendat aut perturbet obrutum veſtræ fidei, veritatem reuerendi corpotis ſub aliis rerum formis intueotis. Sicut enim Mater Maria, quibuſdam aſſumentis pannotum, inuoluit iofantem; ſic mater gratia, diſpenſatoriis ſpeciebus rerum, eiuſdem ſacri corporis obtegit veritatem. Sic etiam mater ſapientia, æuigmaribus & figuris, arcanam diuini verbi contegit majeſtatem; quatenus & ibi ſimplicitas fidei, & hìc exercitiom ſtudij, mrritum ſibi cumulet ad ſalutem. Nam & ego fratres cum vobis veritatem quæ Chriſtus eſt verbis meis countlo, quid aliud quàm Chriſtum pannis ſatis vilibus inuoluo? Beatus tamen, cui oec in pannis iſtis Chriſtus eſt vilior; ſicut nec merces pretioſæ, prudenti vileſcunt, proter veretes quibus amiciuntur ſacculos.] Hanc rationem adſcripſi, quia æque valet pro tegminibus vilibus ſpecierum, quibus Chriſtus in Euchariſtia inuoluitur. Agnoſcunt eandem ſpecierum cum panis præſrpij Bethleëmitici comparationem, Adamus de Perſe in Allegotiis Tirmanni ad cap. 2 Lucæ, & multi qui conferunt menſam Euchariſticam cum præſepio; quos inter Theodorus Ancyranus Orat. 2. de Natiu. Dom. cum ait; [Chriſtus hanc feſtiuitatem hodierno die conſtituit, non iam in præſepi poſitus, ſed in hac ſalutari menſa conſtitutus. Illud namque præſepe, matet factum eſt huius menſæ. Propterea io illo eſt poſitus, vt io iſta comedatur, & fidelibus fiat ſalutia cibus. Sed præſepe quidem claram hanc menſam deſignauit: Bethleëmitici autem diuerſorij vilitas, clara templa prædixit, & panni quibus tunc obſitus eſt, nunc facti ſuot reſolutio peccatorum.] Theodoretus quoque Orat. 10. de próuid. cum præmiſiſſet, Deum nuttitorem omuium ad cibandos qui in bruta degeneraucrant, in præſepe ſe abjeciſſe, ſubdit. [Nuoc verò cum brutorum ignoratiouem humana natura abiecerit, & ratioois vſum receperit, myſtica hunc excipit menſa, præſepij illius typus facta & homines erudiens, quod cùm homo in honore eſſet noo intellexit, comparatus eſt jumenris irrationalibua & ſimilis factus eſt illis, præſepe diulnum illum & ſpiritualem cibum ſuſcepit. Poſtquam verò in ſeipſam tranſijt namra & imaginem diuinam circumjacere manifeſtè cognouit, tunc poſtea ſuper rationalem menſam cibus ille tranſiuit.] Hæc apertè fetunt analogiam præſepij & altaris, & pannorum quibus Chriſtus io præſepio inuolutus eſt cum tegmine ſpecierum.

Varia nomina Ipecierum.

Habitus peregrini S. Bernardus ſer. de diſcipulis Emauntem petentibus.

Verba Bernardi de Cleopha, & ſocio ſunt] Ideo tenebantur oculi eorum, qoia Dominus erat in habito peregrini. Et cum eum quotidie perſpicimus in altari ſub ſpecie panis & vini, nobiſcum habitat in habitu peregrini.] Taxatur quidem apud Sophoniam c. 1. qui induitur veſte peregtina; ideſt extranea genri in qua qois degat & propria alienigenarum. Vnde cum Chriſtus cooſentancè ad conditionem ſuam, deberet

Sect. I. Punctum I.

esse amictus lumine sicut vestimento, vestis hæc obsoleta specierum, peregrina illi est. Sed eo magis commendanda est eius erga nos benevolentia, qua sicut iuxta Isaiam c. 28. peregrinum est opus eius ab eo, id est excipere indigna, & pati quæ tantæ personæ non congruebant, (iuxta interpretationem S. Gregorij hom. 16. in Ezech. *in fine*; & ereditì Cypriani serm. de Natiuit.) ita vsque ad eosummationem sæculi sustinet malè vestitus oobiseum degere, & sordidis vestibus ac supra nebulam lineam ac ventum textilem tenuibus, quippè non nisi accidentariis amiciti. De hoc peregrino habitu Christi in Eucharistia, scitè Algerus lib. 2. contra Berenig. c. 5. *ad finem.*

Guilielmus de Vvaha S. I. vtramque diuinæ Eucharistiæ speciem, luculento encomio exornauit, quod quia variis specierum earundem denominationibus scatet, iuuat non prætetire.

Ad Eucharisticam Panis speciem, Ode Prior.

Getiale tegmen Coreris, exuuia vltima,
Qua patula tegitis
Umbra renascentem Deum.
Secunda teneri numinis cunabula
Foruice sub niuea
Natale Verbi oraculum:
Natalis ara, versus ignoti Dei,
Vnus in immeneris
Vbi recenditur locis:
O grande parvo sub tholo Sacrarium,
Orbiculata domus
Diuinitatis, & capax.
Pantheon; vbi se victimam Iesus litat.
Pantheon Ambrosium;
Vni dicatum numini,
Vnoque plenum; vbi ignis æternus calet
Inque dapes teneram
Amoris hostiam coquit:
O Triadis almum prodiga triclinium:
Grande sub exiguo
Cœnaculum stratum lare:
Inhospitalis Selyma concedat tibi,
O penetrale patens,
Sequaxque diuersorium,
Quod penitus omnis hospiti vt locus vacet,
Eycis indigenum;
Gaudesque materia omnia.
Eliminare fulcra, nec lapsum times;
Pensile prodigium;
Nouus orbis, incumbens tibi:
Animatus orbis, spiras in medio tui
Publica rerum anima,
Et vbique re cœlum facit.
Tu pulchra cœli decora, tu cœli iubar;
Omnia tu minimo,
Miracla puncte colligis:
Cœlum, quod vno lucet intus sydere;
Quod rotat Angelica
Mouet Sacerdos dextera.
Quo phœbus vndique oritur vndique occidit,
Vndique nubi latet,
Tot latus Eclipses pati.
Hunc mille zonis, latè vsque circulis
Implicitum retines,
Tetoque stringis ambitu:
Huic circinatas mille flectis Irides,
Versicolorque iubar
Candore pensas vnico.
Te lucis auctor inter aduersus dedit
Occiduus nebulas
Arrum triumphate uecis.
Rediuiuus in te victor in te non semel:
Vincis io populos
Diuini amoris Telifer.
Arcus, meique metu: te vate alite,
Tu iaculabilibus
Vsque appetam suspiriis.
Vnáque fidei luce collimans premam,
O penetrabilium
Albens amatorum scopus.

Ad Eucharisticam Vini speciem, Ode Posterior.

Vini superstes non superstitis latex:
Prodigiale merum,
Vbi prima veritas liquet.
Irrigua Bacchi purpura; ad mortem dati
Sanguineum spolium,
Et posthumus victi pudor:
Sacra profani reliquiæ: Castum sacre
Nunc fisis illicium:
Promulsis ô Cypri Petri,
Spumansque pingue nectar, in quo non Cypris,
Sed roseis eritur
Amor verecundus genis.
Qualis rubente fertur exultim mari,
Piscis, amatque tegi
Liquente pendulus plaga:
Talis amor in te dulce rubefactus micat
Remigio volucri,
Et nudus ad sponsam natat,
Flammámque rutila tegit inextinctam facis.
Iugemúmque tibi
Igni ruborem duplicat.
Hoc ille plenas fonte delicias bibit;
Seque tui laticis
Inebriat dulcedine.
Hic ille vini potor audire annuit;
Hic madet; Hic oculis
Ah! cæcus vnidis natat.
Tremulúmque fluctuante subsultu merum
Crispat, & illecebris
Se se propinat in suis.
Bibique cupidus fertur, & mergi sinu
Lubricus, in penite
Festinat amplexu immori.
Nec moritur ante cara quam vetlorij
Vnda meri pereas,
Fatóque communi occidas.
O nauis eadem & fluctus: ô quondam liquor,
Nunc liquidum hospitium:
Cubile felis humidum.
Vel adhuc latentis prænitens crepusculum;
Occidúive rubor,
O vacue gurgitis tui,
Nouique plene sorte felici alueo,
Viua cui scatebra
Torrentis æterni influis,
Intercipisque numen; & veteris vicem;
Gurgitis, atque vadum,
Quaqua superfusum occupat.
Beatus ille, ter beatus, & cui
Inuideant superi
Cuicunque te frui datum est.
Coronet alius Chia: Te libem osculo,

Te

Te patulo bibulus
Cingam ore: Te solum decet
Corona; solum quando Rex vini incolit,
Solus & exanimis
Amara curarum eluis.
Non Hippocrenes situo, non Hippocratis
Pocula: Dulce tuum
Differtus ad vinum canam.

PVNCTVM II.

Quid sint species, iuxta omnes hactenus Orthodoxos Doctores?

Quid sint species, apud omnes hactenus Orthodoxos?

OMnes ad hanc diem Catholici Doctores, vt indubitatum habuerunt, species Sacramentales, esse accidentia sensibilia panis & vini; quæ destructis per consectationem, eorum substantiis, perseuerare; ad fidei exercitium, & mysterij occultationem.

Aio nullum hactenùs Catholicum, circa hoc dissensisse. Nam siue apud Magistrum in 4. d. 12. *initio*, siuè apud S. Thomam 3. p. q. 77. semper D D. indiscriminatim vsurpant species Sacramentales, pro accidentibus panis & vini, post destructas eas substantias conseruatis; Neque in hoc est, qui dissentiat. Ait quidem Suares tomo. 3. 3. p. d. 56. sect. 1. Petrum de Alliaco, dubitasse, an species Sacramentales sint vera accidentia? affirmassèque id posse probabiliter negari. Reipsa tamen Alliacensis in 4. q. 6. art. 3. versic. *quanta & communior opinio*, omninò asserit, species Sacramentales esse vera accidentia panis; reijcitque tertiam sententiam ab ipso adductam absque Autore, quæ affirmabat accidentia panis & vini in Eucharistia, non esse realia accidentia. Non censet quidem Alliacensis, hanc tertiam sententiam sordere aperta hæresi, cum Ecclesia iuxta ipsum, nullibi videatur declarasse, dari accidentia separabilia à substantia (quod an verè dicat discutiam, sect. 2. p. 7.) Tamen non ambigit Alliacensis, quin ea tertia sententia sit falsa & reijcienda: sicut reuera ab omnibus hactenùs Doctoribus Catholicis, est reiecta, nec vllus fuit inter Orthodoxos, qui eius meminerit, eámque non exploserit.

Restringo doctrinam propositam ad Doctores Catholicos, quia Hæreticos nouitatum & præcipitiorum semper amantes, à Catholicis dissensisse hac in parte, notissimum est. Ac vt cæteros taceam, Vvicleffus referente Valdensi t. 2. c. 76. dixit; absurde intrehi in Euchatistia accidentia panis & vini absque subiecto, cum accidentia non possint à substantia sua separari. Itaque Catholicos talia accidentia à subiecto suo aulsa admittentes, dixit. [imperitos esse, & mendacia publica seminare, noua loquentes contra rationem & scripturam.] Et intùs, ait: [Hoc esse mendacium scandalosum, quod omnes DD. Christiani primi Millenarij ignorarunt, Philosophique abiecerunt.] Addit Vvidefordus contra primum Vvicleffi articulum *in fine*, eum suppositisse, de sententia Catholicorum species esse totum Sacramentum, nec esse nisi accidentia. Et de tal. Sacramento dixisse Vvicleffum, *stercus rhetonis, esse melius Sacramento Romanæ Ecclesiæ*, quod ait accidens tantùm. Hoc stercus verborum, non est quod in huius spurciloqui os regeratur; cum apud Philosophos quoque exploratum habeatur; accidentia differre à substantia. Ideò enim D. Anselmus l. de Incarnat. Verbi c. 2. eos qui negant accidentia differre à substantia, nominat *Philosophia, Hæreticos*. Addítque, tales, qui colorem equi idem esse censent quod equum; [Protsùs esse à quæstionum spiritualium disputatione exsufflandos; eo quod in illorum animahus ratio quæ & princeps & Iudex debet esse omnium quæ sunt in homine, sic est in imaginationibus corpotalibus obuoluta, vt ex eis se non possit euoluere; nec ab ipsis quæ sola & pura contemplari debent valeat discernere.] Quorũuis bonæ notæ Philosophorum, Catholicæ Doctrinæ consentiens suffragium, adducit in hanc tem Vvaldensis c. illo 76. vt Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, Porphirij, & Auicembronis. Visum esse Aristoteli inhærentiam actualem esse accidenti essentialem, atque adeò accidens nulla vi auelli posse à subitantia, videtur innui t. ph. tex. 3. & ita ei tribuunt Ægidius opusculo de erroribus Philosophorum, Naconus in t. d. 28. q. 1. artic 3. ac Conimbric. t. de generat. c. 4. qu. 6. Verùm Philosophus loco allegato, non agit nisi de naturali accidentis inseparabilitate à subiecto; ita vt si excellatur, pereat, spectata efficacitate causarum naturalium. Agnouisse tamen Aristoteles, separationem accidentis à substantia, non esse simpliciter impossibilem, benè notauit Albertinus disp. 1. de quantitate q. 1. n. 5. & colligitur ex 4. Physicor. tex. 58. vbi quærit an spatium in quo tantùm sit color, aut sonus, dicendum sit vacuum? quæ quæstio ne sit protsùs inanis, supponit colorem vt diuina posse separari, vt cæteri Philosophi à Valdense adducti, agnouerunt. Quos non idcircò adduco, vt de medio petrarum voces dem: hoc est (interprete D. Augustino in Psal. 103. conclus. 3.) vt veritati Catholicæ pro qua satago, à tam imbecilli fulcro conciliem firmitatem; sed vt spurciloquo Vvicleffo, blateranti omnea retrò Philosophos pro suo delicio de accidentibus nulla vi à subitantia separabilibus stetisse, mentionem impingam; Et hoc qualecumque est humanæ sapientiæ suffragium, non deesse Catholicæ veritati, testatum faciam. Nam de SS. Patribus primi Millenarij, quos idem Nugiuendus Vvicleffus dixit ignorasse accidentium separabilitatẽ à substantia, notius est quàm vt probari oporteat mendaciter talia effutiuisse Vvicleffum; Et nominatim è Græcis, Dionysium, Nasilium, Damascenum; ex Latinis verò Augustinum, pro Doctrina Catholica allegat Vvaldensis t. 2. c. 77. rectè proinde concludens c. 78. n. 5. Doctores omnes Orthodoxos, accidentium proptiè dictorum atque substantiæ separabilitatem admisisse; non tam ob rationes quæ Philosophos permouerunt; (quamquam neque illæ sunt aspernandæ, vt rectè euincit Gillius l. 1. tract. 1. cap. 5. & tract. 7. c. 16.) quam ob mysterium Eucharistiæ in quo accidentia quæ fuerant in pane & vino, destructis his substantiis perseuerant, vt infra fortius premam, ex definitionibus Conciliorum, & ex veritate formæ.

Nullius verò momenti est, quod opponit Vvicleffus, & ex eo emendicatum iactant plerique Nouatores; Nimirùm quod accidentia esse

Sect. III. Punct. I.

esse sit inesse; & admittere accidens quod non accidat, implicationem in adiecto innolnat. Hoc dico esse vanum, ac nullius momenti. Nam de ratione accidentis non est ioesse actu alteri, & de facto semper accidere; sed sufficit ad rationem accidentis vt aptitudine & connaturali exigentia sit in alio, eique accidat, vt tectè monent S. Bonau. in 4. d. 12. parte 1. attic. 1. q. 1. Dut. eadem distinct. q. 1. & Gabriel lect. 44. in Cano. *litera* H. & passim cæteri. Scotus quidem in 4. d. 12. q. 1. air, quæstionem an inhærentia (loquitur de aptitudinali, vt patet ex responsione ad 1. principale,) sit de essentia accidentis, *esse quæstionem trophaticam, & sine intellectu*, eo quod respectus non possit esse de quidditate rei absolutæ. Contrarium tamen agnoscit ipsemet Scotus 1. poster. q. 6. & 30. paritque ex quibusuis essentialiter respectiuis, vt ex actione, quæ quamuis non sit respectus purus ac merè Categoricus, cuiusmodi est paternitas vel similitudo, continet tamen respectum, qui concipi non potest absque effectu, atque adeò est illi essentialiter connexus. Et idem est de respectu entis creati ad Creatorem; & materiæ ad formam, ac similibus. Haud alitet, vetum quoduis accidens, non mortalè; quamuis essentialiter, quantum ad naturalem exigentiam attinet, postulet affigi subiecto, & omninò dicat ad subiectum, ordinem essentialem; tamen vi diuinâ, potest à subiecto auelli, & per se statui, æquè ac forma materialis à materia abiungi potest. Et ita cernitur in quantitate panis & vini, post eas substantias destructas. An verò omnia accidentia panis & vini quæ manent, sint per se, nec vlli subiecto inhæreant; vel id de sola quantitate sit admittendum, dicam p. sequenti. Nunc satis esto, posuisse, communem omnium anteriorum Catholicorum Doctorum sententiam, quod species Sacramentales sint realia panis & vini accidentia sensibilia, ab illis substantiis auulsa.

Consensum anteriorum Doctorum Catholicorum circa permanentiam accidentium in Eucharistia, restrinxi ad accidentia sensibilia; quia fateor, quod accidentia prorsùs insensibilia, (si quæ præerant in pane & vino) variatum esse sententiis inter DD. Catholicos: quibusdam asserentibus, ea destructis panis ac vini substantiis non manere; aliis verò de talium quoque accidentium permanentia, solliciris. Mihi verisimilius in primis est, nulla talia dari pania & vini accidentia, ne per effectum quidem sensibilia: atque ita succiditur origo varietatis sententiarum inter Catholicos. Si tamen placeat inexistisse pani ac vino cum supererant, accidentia aliqua ne per effectum quidem sensibilia, censeo probabilius, ea non perstare destructis illis substantiis. Hoc dico contra Sotum in 4. d. 9. q. 1. artic. 5. Ferrariensem 4. contra Gent. c. 65. Vasquem 3. p. d. 194. c. 1. Ægidium, Conic. 3. p. q. 75. n. 170. Ochagauiam tract. 1. de Eucharist. q. 27. Ratio est quia perseuerantia accidentium prorsùs insensibilium, nihil conferret ad obiegendum mysterium, & exercendam fidem nostram: quæ fuit ratio vnica, conseruandi panis & vini accidentia illis destructis, vt benè ex Patribus & Conciliis ratiocinatur Sanctesius repetit 8. de Eucharist. c. 2. Itaque quamuis accidentia panis & vini prorsùs insensibilia, si darentur, non destruerentur subdncta substantia ob defectum subiecti; quia inexisterent communi subiecto accidentium materialium, siue quantitati; tamen iuxta sententiam quæ ait qualitates conseruari à substantia, destrnerentur ob subtractionem influxus conservatiui, quem substantia destructa snppeditate non posset: Deus antem non teneretur eum miracnlo supplere, eo quod perseueratoria huiusmodi accidentinm, nihil conferret ad occultationem mysterij, & exercitationem fidei nostræ; qui vnicus est finis conseruandi accidentia destructis panis ac vini substantiis. Quod si alia sententia philosophica magis placeat, qua asseritur qualitates in subiecto connaturali conseruari à solo Deo; dicendum erit, huiusmodi qualitates pereunte substantia destrui, qoia non essent consetuandæ à Deo, nisi intuitu substantiæ cuius sunt appendices connaturales & ornamenta, quibus post destructam substantiam non debeint conseruatio. Neque ratione mysterij, est cur conseruentur supra naturalem exigentiam substantiæ: quia cum supponantur esse prorsùa insensibiles, nihil consetunt ad exercitium fidei.

Ex dictis, illustrata manet teceptissima iam olim apnd omnes Catholicos, notio specierum Sacramentalium; hoc est sensibilium panis & vini accidentium, post destructas eas substantias temanentium, vt sit locus fidei nostræ, & mysterium occulterur. Nunc varia de speciebus sic acceptis dnbia enodanda sunt; consideratis speciebus, & absolutè, & compatatiuè, iuxta ordinem superiùs præstitntum, huius sectionis initio.

PVNCTVM III.

Quomodò species Sacramentales absolutè considerata se habeant, de antiqua, & hactenus recepta Doctorum sententia.

EO ipso quod constitutum est species Sacramentales esse accidentia à substantiis panis & vini, quibus priùs inerant, separata, constitutum manet eas esse aliquid reale. Superest autem exponendnm, cuiusmodi sit status horum accidentium in seipsis præcisis habitudinibus & comparationibus ad alia ipsis extrinseca, de quibus postea. Cum ergo nomine *specierum Sacramentalium* intelligatur collectio omnium accidentiuio sensibilium panis & vini, quæri io primis potest an omnia huiusmodi accidentia *per se statuantur*; ao verò vno duntaxat accidente, subiecto immediaro cæterorum, per se posito, (puta quantitate,) reliqua ita auellantut à subiecto mediato, sinè à substantiis pania & vini, quas non afficiebant nisi pet quantitatem, vt pergant inexistere quantitati, nec dicantur statui per se, nisi ratione illius vniua accidentis in quo connectuntur, eo qnod sit cæterorum commune snbiectnm. Hoc nodo expedito, quærendum snpeterit, qnid sit pet se statui, siue quantitatem solam, siue cæteta accidentia, si illa quoque per se statui immediatè, admittantur?

In prima dubitatione, sententia fuit Ocharni Ttact. de Sacram. altaris c. 21. & alio tractatu de

hoc mysterio qo. 3. nullum Dari in Eucharistia accidens, quod sit subjectum commune exterorum accidentium. Nam quantitatem panis & vini, cui soli id posset tribui, censet Ochamus esse eandem cum substantia panis & vini; neque posse ab ea sejungi: atqoe adeò pereuntibus per consecrationem pane & vino, ipsam quoque petire: remanere autem quantitates singulorum singulorum accidentium, quæ sint penetrabilea inter seipsas, & cum quantitate substantiæ quandò adest, etiam si excludant aliud quodlibet quantum. Huic Doctrinæ Ochami, subscribit Rubionius in 4. d. 12. q. 5. concl. 3. & passim cæteri Nominales, quorum sententiam Ægidius Conine. 3. p. q. 77. num. 43. & Mendoza disp. 13. Metaph. sect. 2. ita pronunciant defendam, vt tamen nolint vlli censuræ patere, aut traduci quasi inconciliabilem cum dogmate Catholico de mysterio Eucharistiæ. Iuxta hanc igitur sententiam, destructa panis & vini substantia quodlibet eorum accidens per se ponitur; nec datur vllum commune subjectum, cui omnia accidentia remaneotia inexistant; cum quâritas substantiæ panis & vini, cui soli ea reliquorum accidentium subiectario tribui posset, evanuerit cum substantiacui idcirificaci supponitur.

Mihi communis admodùm sententia contraria, videtur amplectenda, quæ quantitatem vnicam in qualibet substantia admittit, & substantiæ & quorumlibet materialium eius accidentiom extensiuam; in qua tanquam in communi subjecto immediato, accidentia omnia quæ pane & vino destructis supersunt, ita connectantur, vt ipsa quidem insint huic subjecto sola verò quantitas per se statuatur; eo quod sola sit auulsa à subjecto, cui inhærebat præsentibus pani & vini substantiis; & iis euanescentibus, subducta materia, eui inexistebat, conseroetur deinceps absqoe instorn subiectioo materiæ atque adeò per creationem quæ terminatur ad subsistentia, id est per se cohærentia & absque fulcro subjecti. Hæc omnia consonant D. Thomæ 3. p. q. 77. artic. 2. & in 4. d. 12. & l. 4. contra Gent. cap. 65. Idem tradunt S. Bonao. d. illa 12. artic. 1. q. 2. & artic. 2. q. item 3. Scotos eadem d. q. 2. &. 5. Dut. q. 1. Richard. artic. 1. quæst. 2. Palacius in 4. d. 12. disp. 1. & ferè alij, extra scholam Nominalium. Ne autem in se alibi accurate discussa multus sim, strictim in præsentia rem attingens, nec nisi quantum ad mysterij Eucharistia & specietum Sacramentalium perfectam intelligentiam attinet; dico, vnicam esse in quavis substantia quantitatem, à substantia distinctam, atque adeò separabilem & reipsa separatam in hoc mysterio. Contrariam sententiam Ochamus in logica c. de quantitate, non audens asserere vt suam, asseruit tantùm quasi Aristotelicam; *siue*, inquit, *hæretica sit siue Catholica.* At teoera de meote Aristotelis quantitatem differre à substantia, possèque ab ea separari habetur ex 1. Physic. tex. 13. & ex 3. Metaph; t. 17. & l. 7. t. 6. & l. 13. ac 14. vbi ex professo probat quantitatem non esse substantiam. Annotunt passim Philosophi ad caput de quantitate, vbi Ruuius q. vltima, Suares disp. 40. Metaph. sect. 2. Peretius l. 10. Physiol. c. 1. & 2. Albertinus disp. 3. de quantit. q. 2. n. 6. & Scholastici in 4. d. 12. videntque efficaciter euinct ex mysterio Eucharistiæ, in qoo substantia panis & vini destruitur, remanente panis & vini quantita: qnæ permanentia arguit separabilitatem, atque adeò etiam distinctionem quantitatis *substantia* à substantia.

De speciebus absolutè, vetus Doctrina.

Respondent Nominales, non remanere quantitatem substantiæ panis ac vini, sed remanere solam quantitatem accidentium, vt albedinis, & saporis. Nam hi Authores, in quolibet composito admittunt plures quantitates, quarum quælibet identificetur cum ie quam reddit quantam & extensam. At hoc latè refellit Guido Brianfonis in 4. q. 7. concl. 3. *Littera K.* Estque reuera commentitium. Nam si quælibet accidentia quia extensa sunt, habent suam peculiarem quantitatem; Igitur forma quoque materialis, quæ item extensa est, habebit suam quantitatem peculiarem, distinctam à quantitate materiæ, & cum ea incompossibilem io eadem loco: atqoe ita euerteret compactio compositi quod exurgit ex materiæ & formæ coniunctione, supponente indistantiam intimam formæ ac materiæ, eatúmque inter se penetrationem. Et ob eandem rationem, accidentia non poterant siue formam siue materiam informare: quia ob quantitatem suam excludent se ab illomet loco in qoo est forma, vel materia. Accidentia qnoque excludent se inoicem, nec potgrunt in eadem subjecti parte cohærere, siue sint accidentia diuersæ speciei, vt albedo & firgus; siuè sint accidentia ejusdem speciei, quorum coëxistentiam in eadem subjecti parte postulat intensio qualitatum legitimè exposita. Ad hoc argumentum eludendum, Nominales, admittunt quantitates accidentium esse penetrabiles; & inter seipsas, & cum quantitate substantiæ. Sed hoc est gratis confictum, nec difficile refellitur ex mysterio Euchatistiæ, in quo duæ hostiæ consecratæ, iisque instructæ accidentibus & quantitatibus eorum, vt Nominales asserunt; terinent tamen inter se eandem localem incompossibilitatem, non minùs quam cum aderant substantiæ pania & vini, suis qoaotitatibus prædiræ. Igitur quantitates accidentium, quæ solæ ibi supersunt, excludunt se inuicem, nec sont inter se penetrabiles. Quis verò capiat, qoomodò quantitates ad inuicem penetrabiles, excludant tamen similes quantitates externas? aut quomodò quantitas quæ substantiæ identificatur sit penetrabilis, non item quantitates accidentium? Aliud argumentum, æquè ex mysterio Eucharistiæ ad probandum destinctionem quantitatis à substantia sua, est, quod in speciebus Sacramentalibus potest fieri nouæ qualitatis immissio, vel intensio qualitatis præiacentis. Nam hostia consecrata, cum priùs frigeret, potest de nooo ealefieri. Item ptæiaceus in illa frigus, potest perfici accessu nouorum frigoris gradnum. Nisi autem admittatur, quantitatem substantiæ superesse, & reliquis accidentibus materialibus substerni tanquàm commune subjectum, opottebit fateri, nouam illam accidentis productionem vel intensionem, fieri absque concursu subjecti, atque adeò esse creationem. Ex quo sequeretur illam productionem vel intensionem qualitatis, non posse fieri vi naturalis agentis admoti speciebus consecratis, sed fieri à solo Deo supra naturam operante; quod fideliè concedit Ocham quodlib. 4. q. 26. Oppooit autem nobis ibidem q. 27. quod ex doctrina nostra, sequatur contra Philosophi

Sect I. Punctum I.

losophi effatum, substantiam non suscipere immediatè accidentia contraria. Sed hoc nullo negotio retunditur, quia Aristoteli satis est, vt substantia recipiat accidentia contraria tanquam subjectum *quod*, siue vt subjectum primùm ac mediatum; quod aliter dicitur *subiectum denominationis* contradistinctum subjecto inhæsionis. ita rectè Capreolus in 2. d. 18. q. 1. *ad* 1. *contra primam* Idcircò igitur species Sacramentales, (quæ sunt collectio accidentium mediatè inexistentium substantiis panis & vini quandò adsunt;) iisdem substantiis destructis manent connexæ, & nouis accidentibus affici, vel nouis præsentium accidentium gradibus perfici possunt, quia omnia accidentia materialia, proximè ac immediatè inhærent soli quantitati substantiæ: quæ quantitas, destructa substantia, cui sola ex accidentibus inerat, perseuerat eadem; & eodem fungitur munere subjectandi immediatè cætera accidentia materialia.

Ex his porrò habetur, pereunte substantia & eius quantitate superstite, nullam fieri in qualitatibus quantitati inhærentibus mutationem, ac ne in actione quidem; qua durante panis & vini substantia conseruabantur, si verum est quod multi sentiunt, qualitates diuersas à luce, conseruari à solo Deo. Tunc enim non est cur vlla fiat variatio in actione qua priùs conseruabantur, cui sententiæ adhæsi in Tractatione de Eucharistia sect. 3. c. 3. n. 47. contra Albertinum disp. 1. de quant. q. 3. n. 7. At si cui placeat sententia Philosophica de conseruatione effectiua qualitatum à substantia connaturali; admittendum erit, fieri variationem actionis conseruatiuæ qualitatum, qua priùs educebantur ex quantitate substantiæ & effectiuè pendebant à substantia conseruante, quæ nunc destructa est. Facta autem quacunque principij effectiui mutatione, mutatur dependentia modalis qua effectus causatur. Tametsi autem iuxta eam sententiam, conseruatio accidentium superadditorum quantitati est alia quàm priùs, ob variatiationem principij effectiui, quod post consecrationem est Deus solus; est tamen semper eductio; & concursus subjectiuus idem specie, interuenit. Manent enim accidentia eidem immediato subjecto vnita, perinde atque cum substantia superesset; & in eo subjecto immediato colligantur, atque connectuntur. Ob illam porrò colligationem & connexionem, moto vno mouentur omnia. Quæ res vacat difficultate. Et quæ in contrarium opponit Ægidius Coninc 3. p. q. 77. n. 48. sunt planè leuia, & facilè cuiuis expedibilia. Hæc autem colligatio accidentium inter se prorsùs necessaria ad simultaneum motum; vix ac ne vix quidem intelligi potest, in sententia Nominalium; qui cum assignent propriam quantitatem cuiuis accidenti, distinctam à quantitate substantiæ, quæ iuxta illos à substantia non distinguitur; coguntur asserere, pereunte per consecrationem substantia panis & vini, eius quoque quantitatem euanescere; & reliqua accidentia residua, in nullo communi subjecto colligari; inter se autem necessariò erunt incomexa, cum differant specie, æquè qualitates à quibus non distinguuntur. At inter res specie distinctas, non datur vnio physica. Igitur impossibile est, in Nominalium sententia exponere cur vno accidente specierum moto, moueantur alia, quod non potest naturaliter fieri absque colligatione ipsorum inter se saltem in vno tertio, quod sit commune omnium subiectum immediatum. Et similiter exponi nequi, vnde calor aduenies expellat frigus præjacens in speciebus Sacramentalibus: quod communis Doctrina, facillimè explicat quia agnoscit vnum proximum subiectum accidentarium reliquorum accidentium materialium, quod destructa substantia solum per se statuitur.

Hoc quid sit in quantitate, variatum est sententiis. Neque enim omnes eodem modo exponunt, quomodò quantitas panis & vini quæ prius inerat alteri, postea verò est per se, statuatur in hoc nouo modo essendi. Vt hoc iutimè perspiciatur, pono primùm tanquam exploratum, quantitatem panis & vini auul. sam ab illis substantiis, non vltra inhærere. Nam priùs quidem inhærebat materiæ panis & vini, cui destructæ non potest iam inesse: sed neque inest substantiæ succedenti, quæ est corpus Christi. Nam cum corpus Christi sit glorioſum, non potest dici subjacere tali formæ, vt rursus infra monstrabitur. Est igitur necessarium vt statuatur per se, ita vt sola, & absque subjecto materialiter eaqsante, terminet actionem causæ efficientis; quod est fieri per se. Quod si hoc ipsum quis vrgeat, inquitens quid demùm sit id per quod quantitas, solius causæ efficientis influxum terminat; respondendum erit, quantitatem ita per se positam, non dependere à sua causa efficiente eodem specie concursu, quo priùs pendebat. Impossibile quippè est emutatis principiis quomodolibet influentibus in actionem qua priùs producebatur quantitas, perseuerare eandem actionem: & impossibile etiam est, eductionem esse eâdem actionem cum creatione. Atqui prior illa actio, erat eductio, quia quantitas non dependebat tantùm à principio effectiuo, sed etiam à subjecto. Igitur subtracto per consecrationem subjecto, siue materia panis, necesse est, actionem qua quantitas priùs efficiebatur, variari. In quo nou placet doctrina Lessij l. 2. de summo bono à num. 49. & l. 12. de Diu. perfect. num 111. qui perperam confert eductionem, (quæ reipsa est idem cum inhæsione), & subsistentiam: sicut substantia potest eodem influxu conseruari, etiamsi subsistentia substrahatur; ita quantitas possit eadem actione conseruari, quamuis adimatur ei inhærentia. At est latum discrimen inter subsistentiam & inhæsionem siuè eductionem. Hæc enim habet tantùm viæ ad accidens quod per eam efficitur; atque ita, est prior eo accidente; nec potest fieri variatio in modo eius essendi, quin actio ad illum essendi modum terminata, varietur: contra quàm contingit subsistentiæ, quæ prorsùs extrinseca est substantiæ; eamque iam supponit productam. Hæc igitur variatio specifica actionis qua nunc efficitur quantitas absque concursu subjecti, cum priùs produceretur concurrente materia; illa ipsa est quæ facit quantitatem nunc per se esse, cum priùs non esset per se, sed in alio; hoc est, in materia panis & vini. Et hanc nouam productionem, cum sit creatio, efficit Deus ipse. An autem à solo Deo fieri possit, excluso quouis instrumento creato, controuersia est vniuersalis & fusa ad omnia quæ per creationem producuntur:

in

in qua Mol. t. p. quæst. 45. attic. 5. disp. 2. ad 1. tenet partem negatiuam. Alij tamen, quia admittunt creaturam posse esse instrumentum creationis; facilè concedunt, creaturam posse assumi vt instrumentum ad creandam & per se ponendam quantitatem psnis & vini. Nec defuerunt, qui de facto censerent, verba Sacerdotis, non modò moraliter id præstare, sed etiam assumi ad physicè coëfficiendam quantitatem absque subiecto; quod nostra non interest nunc excutere.

Non plus exigo ad ponendam per se quantitatem, quam vt solius causæ efficientis causalitatem terminet, exclusa subiecti causalitate. Aliquibus tamen visum est, vt quantitas dicatur esse per se, tequiri in ea, modum quendam proportionalem subsistentiæ: quia absque tali modo & veloti limbo entitatis, putant conseruationem quantitatis fore violentam. Ita Vasquez 3. p. d. 194. c. 2. & Snarez t. 35. p. d. 56. s. 2. adducens S. Thomam. At intercueniente eo modali termino, censent consetuationem quantitatis esse quasi connaturalem & violentiæ expertem. Et addunt, appositio quantitati eo modò, quantitatem absque nouo miraculo posse vicem materiæ subire, & reliqua accidentia materialia sustentare. Hæc tamen, repudianda sunt vt commentitia. Quantitas enim, etiamsi modalis ille terminus ei appingatur, non minùs se habet contra naturam suam accidentalem, quàm si eo entitatis suæ limbo destitueretur. Idcireò namque accidens extra subiectum est violenter, quia suaptè natura fertur in subiectum. At quantumcunque is terminus modalis addatur quantitati, semper verum est, quantitatem suapte natura exigere subiectum. Igitur æquè violenter se habet, etiamsi afficiatur eo modali termino, ac si illo non afficeretur. Falsò item dicitur, quantitatem, ab eo termino modali, accipere, vt subiectare possit reliqua accidentia materialia. Non enim eam vim sustentationm reliquorum accidentium habet ab eo termino modali, sed à sua nuda entitate. Quare appingi de facto, quantitati panis & vini, modum illum, cum per se statuitur, existimo superuacaneum. Non puto tamen repugnare, vt accidens tali aliquo modali termino diuinitùs afficiatur, tametsi hoc repugnare contendit Albertinus 1. ptinc. complexo Coroll. 13. dub. 4. eo quod modus ille, si posset dari, deberet esse accidens, quod dici non potest; cum ei modo repugnet inhærentia. Verùm hæc argumentatio æquè probaret creationem accidentia esse impossibilem; quia creationi repugnat inhæsio. Et tamen creatio accidentis, cum sit modus accidentis, est quid accidentarium, non minùs quàm terminus modalis de quo agitur. Itaque quamuis existimem, non repugnare quantitatem Diuinitùs affici tali modali termino; tamen quod is de facto assuatur quantitati panis & vini, cum per se ponitur, puto falsum, & prorsus superuacaneum ad per se existentiam quantitatis, nec non ad omnia quæ sunt præstanda per quantitatem constituram independenter à materia. Et ita rectè Scotistæ passim in 4. d. 12. q. 1. & 6. Rubionius eadem distinct. q. 4. artic. 1. Salas. t. 1. tract. 3. d. 2. n. 39. Henriques l. 8. c. 30. n. 2. Valentia 3. p. d. 6. q. 3. p. 1. & alij quos hi proferunt.

Ex hactenùs disputatis statuendum est de controuersia apud plerosque solemni, an modus essendi per se accidentium, sit naturalis secundùm substantiam; quod affirmat Vasquez 3. p. d. 214. c. 4. an verò sit supernaturalis secundùm substantiam, quod contendit Ochagauia tract. 1. de Euchatist. quæst. 27. num. 7. De hoc dubio ita pronuncio. Si per modum per se essendi quantitatis, intelligatur modalis terminus, quantitatis appictus, posteriùs natutâ quàm producta est ex subiecto, sic dubium præcluditur, quia nullus talis terminus admittendus est, vt quantitas per se ponatur. Si verò persicitas quantitatis attendatur pendens dependentiam eius à sola causa efficiente, exclusio influxu subiecti: sic admitto, persicitatem quantitatis esse supernaturalem secundùm substantiam, respectu huius entitatis, cui planè indebitum est ita produci.

Species ad externa passa & actiua comparata, iuxta veteres.

PVNCTVM IV.

Quomodò species Sacramentales cum externis passis, & agentibus comparentur, iuxta antiquam Theologorum Doctrinam?

HActenùs species Sacramentales consideruimus absolutè, siuè secundùm seipsas. Nunc spectandæ sunt vtiæ earum comparationes; Ac primùm comparandæ sunt cum externis passis & agentibus. Id est considerandum venit, quid possint species Sacramentales agere in aliis subiectis ad quæ admouentur? Et quid item pati ac recipere possint ab admotis sibi efficientibus externis? Qua in re, vno verbo dicendum est, ad occultationem mysterij, & exercitium fidei, petinde se habere species Sacramentales quoad vim actiuam & receptiuam, ac si panis & vinum supercessent. Quantitate enim extra subiectum, contra ipsius exigentia constituta diuinitùs, cætera omnia obeùtur absq; nouo aut peculiari opere supra naturam. Concidamus ista per partes, vt distinctiùs perspiciatur.

Quoad vim actiuam specierum Sacramentalium in alia passa, distinguendum est de actionibus accidentalibus & de substantialibus. Quatum attinet ad actiones accidentales; v. g. calefactionem & frigefactionem, clarum est, qualitatea qosntitati panis & vini per se constitutæ inhærentes, posse producere in aliis passis quæcunque præstare possent si panis & vinum supereressent. Respectu enim hatum actionum, aut tota ratio agendi est forma accidentatia incxistens quãtitati, & in ea perseuerãs post destructas panis & vini substantias: aut si cõcursus substantiæ erat necessarius, suppletur à Deo ad mysterij occultationẽ, & fidei exercirium. Nihil igitur est quod obstet, quominùs eædem quæ priùs accidentatiæ actiones, prodire possint à speciebus Sacramẽtalibus.

Difficultas grauior est de actionibus substantialibus: an scilicet species Sacramentales quæ (vt vidimus), snot collectio accidentium sensibilium, possint producere aliquid substantiale, sicut poterant, cum substantia aderat, cooperans principaliter ad eiusmodi productionem. Ea autem principali causa subducta per consecrationem, difficile videtur, tribuere accidentibus extra subiectum constitutis, vim producendæ substantiæ: ob improportionem accidentis respectu substantiæ absque consortio principalis causæ substantialis efficientis.

talibus. Qua in re, seponendi sunt qui per mitaculum referuntur hæsisse prorsus impasti sumpta sola Eucharistia; cuiusmodi plerosque retuli in Onomastico. Eucharistico V. *Panis substantialis.* Agendum ergò duntaxat est de iis in quibus naturaliter videtur fieri nutritio. Vbi Algerus ac Guitmundus ac postea etiam Valdensis tom. 2. cap. 26. trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sed certo experimento deprehensum est, species Sacramentales ita alterari posse, vt verè sumentem nutriant. Nisi quod aliquandò Deus ad confundendum quendam Berengarianum, nolentem vesci alio pane quàm consecrato, vt Eucharistiam (eo quod nutriret,) panem merum esse demonstraret; permisit eum adhibito tali pane non nutriri: ex quo factum esse vt breui marceret atque tabesceret, scribit Gulielm. Parisiens. tract. de Eucharistia cap. 1. *in fine.* Hoc fuit præter diuinum morem, quo species bus ad eum statum deductis, vt substantia panis si adesset, abscederet, substituir nonam materiam, in qua fiat aggeneratio siue nutritio, ad eum modum quem proximè attigi circa formas quasvis substantiales. Nimirùm ita vt in quo temporis momento anima rationalis extenditur ad nouam materia; in eodem, sed posterius naturâ, vniatur eidem nouæ materiæ: quod est, alimentum aggenerari homini alito, atque hominem nutriri. Nec aliter Philosophandum est de nutritione bruti, si fortè vsurper in cibum aut porum species Sacramentales; quod dolendum, sed fatendum est aliquandò contigisse, vel incuria ædituorum Sacrorum, vel malignitate horribili impiorum sactas species canibus aliisque animalibus obijcientium. Tunc inquam nutritio animalis fit eodem modo quo nutritio hominis: nisi quod hominis, nutritio fit per solam vnionem animæ, ad materiam substitutam extensæ. Nutritio verò animalis bruti, peragitur parte noua animæ recens producta; & materiæ recens substituæ coniunctione. Sic expedienda est dubitatio proposita de nutritione, per esum vel potationem Eucharistiæ. Alias ad hoc expediendum duodecim vias, proponit Vvidefordus ad 1. Vvicleffi articulum, *circa 3. argumentum.* Inebriatio verò per species vini, potest naturaliter absque vllo speciali miraculo contingere, quia ad eam non exigitur vlla substitutio materiæ; sed sufficit potantis alterario per accidentia vini; quàm æquè causare possunt qualitates vini hærentes in quantitate, ac si substanria vini adesser. Atque ita inebriationem per species vini largiùs haustas, esse naturalem, rectè concedunt Alensis 4. part. q. 40. artic. 2. membro 2. §. 11. & S. Bonau. ex quibus Gabriel lect. 45. in Canon. *Litera E.* Quanquam non placet, quod in hanc rem argumentantur, ex iis qui non hausto vino, vulgari id est profano & nequaquam consecrato, tamen ex solo forti odore vini, inebriantur. Hoc dico satisfacere: quia ille fortis odor, non vacat diffusione vaporum, qui sunt fumida substantia hausta per nares. Sicut quod aliqui nutriuntur odore, panum calidorum, vt contigisse Democrito, & aliis scribit Manardus l. 18. Epist. 6. & narrat etiam Theophrastus, non fit absque euaporatione fumidæ substantiæ

R. P. Raynaudi, Theoph. Eucharist.

panis hausiæ per nares, vt fit etiam in iis quos cibat haustus naribus carnium nidor.

Species ad Christum comparatæ, iuxta veteres.

Pro eadem inebriatione ex largiùs hausiis speciebus vini, Gabriel lectione illa 45. adducit locum ex Apostolo, Corinthios increpante, quod corum, vnus quidem esuriret, alius autem ebrius esset; quod Glossa significat pertinere ad inebriationem per species. Non video tamen quid hoc referat ad inebriationem ex solo vsu speciecum vini. Apostolus enim ea verba protulit, de cibatione & comportatione in conuiuio merè profano; quod aliqui specie agapes instruebant in Ecclesia; siue ante communionem (quod videtur literæ Apostoli congruentius,) siue post communionem. Nam initio erant sobriæ & moderatæ cœnulæ, pauperibus quoque communes, & ad fouendam charitatem, & Christi cœnam postremam imitatione exprimendam adhibitæ; vnde & *agapæ* sunt denominatæ. Mox verò is vsus, primùm labis purus ac nitens, degenerauit in abusum, quo diuites opiparas sibi epulas, exclusis egenis, adornabant in ipso templo, quasi domos non haberent ad manducandum & bibendum, vt contra eos vrget Apostolus. Ac proinde non agit de inebriatione per haustum speciecum vini consecrati, vt Glossa comminiscitur, sed de largo haustu vini communis.

PVNCTVM V.

Quomodò species Sacramentales comparentur ad corpus & sanguinem Domini; iuxta probatam, & priscam Theologorum Doctrinam?

CIrca hanc comparationem specierum Sacramentalium cum Christi corpore ac sanguine, exponendum inprimis est, quid sit corpus aut sanguinem Domini esse sub speciebus? Deinde, quomodò corpus & sanguis subsint speciebus, cum penes modum essendi quem ibi obtinent, tum penes directam vel indirectam collocationem sub his aut illis speciebus?

Cum Christi corpus dicitur esse sub speciebus panis; & sanguis sub speciebus vini; non est intelligendum, quod Christus ita latear introrsùm, sine intra profunditarem specierum, vt non sit etiam in extima earum superficie. Hæc enim esset falsa imaginatio, vt benè ex Henrico notat Carthusianus in 4. d. 10. q. 5. Nam sub tota specierum quantitate, est corpus Christi; atque adeò etiam sub extima quantitatis superficie. Itaque præpositio *sub*, in ea locutione, *Christus est sub speciebus*, id est sub quantitate panis aut vini affecta reliquis panis & vini qualitatibus, non est intelligenda cum exclusione extimæ superficiei, ac veluti corticis vltimi, quantitatis è pane ac vino superstitis. Sed dicitur corpus esse sub speciebus panis, (& idem est de sanguine sub speciebus vini), quia substantia Christi exhibetur per species, sine qnibus ea substantia ad modum Spiritus se habens, non incurreret in sensus. Similiter enim panis substantia, cum adest, dicitur esse sub accidentibus panis; quia per ea obuersatur sensibus, etiamsi non sit imaginandum, quod substantia introrsùm lateat, & veluti infodiatur accidentibus: non enim ita est. Quin imò totum quod incurrit in oculos, est substantialiter

Sect. I. Punct. V.

ſtantialiter panis: alioqui quod foris cernitur, & ipſa (vt ita dicam), externa cotis ac facies quantitatis panis, eſſet in pane abſque ſubiecto ſubſtantiali, quod naturaliter fieri non poteſt. Idcirco igitur, ſubſtantia naturaliter ſe habens, dicitur eſſe ſub accidentibus, quia per ea apparet nobis & incurrit in ſenſus noſtros. Hoc ipſum ergò, proportione ſeruata, dicendum eſt de corpore Chriſti, comparato ad ſpecies panis; & de ſanguine comparato ad ſpecies vini, cum corpus & ſanguis dicuntur eſſe ſub illis ſpeciebus. Et idcirco, etiam extima ſuperficies ſpecierum Sacramentalium adoratur cultu ſupremo: quia ſcilicet non in eo duntaxat quod intrinſecùs latet in profundo quantitatis ſpecierum, ſed etiam in tota quantitate, eſt corpus Chriſti.

Cauendum præterea eſt, ne quia corpus Chriſti dicitur eſſe ſub accidentibus, exiſtimentur accidentia ſubjectari in Chriſto. Hoc enim à veritate abhorret: ſed dicendum eſt, accidentia abſque phyſica ad Chriſtum vnione, toti Chriſto intimè adeſſe, eo proportionaliter modo, quo corpus, priùs natura quàm animæ copuletur, coëxiſtit animæ. Quod nego vnionem phyſicam accidentium cum Chriſto, dupliciter intelligi poteſt; nempè & de vnione formali, qualis eſt accidentis, & formæ cuiuſvis inhærentis, ad ſubiectum ſuum; & de vnione quaſi hypoſtatica, correſpondente, quàm habet humanitas ad perſonalitatem Verbi. Vnio formalis manifeſtè exulat ab accidentibus Sacramentalibus ad Chriſtum comparatis. Neque enim Chriſtus, nunc glorioſo corpore indutus, eſt iſtiuſmodi veluti veſtibus ſordidis deboneſtandus: cum quibus coniungeretur corruptibilitas vi alterationum corruptiuarum; quarum Chriſtus ſtatuendus eſſet capax, ſi accidentibus de quibus agimus, ſubjaceret. At Chriſtus rediuiuus è mortuis, iam non moritur, neque vllis mortis aut corruptionis præludiis eſt obnoxius. Et quod Michaël Siciditeſ, ſanguinem Chriſti in Euchariſtia dixerat eſſe corruptibilem, argumento ducto ex illis Chriſti verbis, *diuidite inter vos*, meritò à Catholicis exploſum eſt; vt refert Nicetas Choniates qui aderat, lib. 27. hiſtor. Multos Patres in ſynodo tunc congregata adductos, profert Turrianus lib. 5. de Euchariſt. cap. 10. Et extra allegatos in ea ſynodo, conſentiunt Dionyſius Alexandrinus Epiſtola contra Paulum Samoſatenum, & Iuo Epiſtola de hoc ipſo argumento.

Nec refragati ſunt huic veritati, Damaſcenus Epiſtola & homilia de corp. Dom. & Anaſtaſius cap. 23. ἱστῷ, admittentes corpus Chriſti in Euchariſtia eſſe diuiſibile & corruptibile. Non enim id intellexerunt de diuiſione & corruptione recepta in ipſo Chriſti corpore; ſed de fractione & corruptione ſpecierum Sacramentalium; vnum quodammodò facientium cum Chriſti corpore. Quanquam Gretſetus ad calcem operis Anaſtaſij, attexit obſeruationem, vt huic morboſo loco medeatur, dicens ſermonem ibi eſſe aduerſùs hæreticum Gaianitam, aſſerentem corpus Chriſti eſſe conuerſum, in diuinitatem; nec minùs diffundi, quàm diffundatur diuinitas. Vnde Anaſtaſius, argumentando ad hominem, tectè negaret incorruptibilitatem Chriſti, quem aduerſarius ſupponebat conuerſum atque adeò corruptum. Nam omnis conuerſio, corruptio, & mutatio eſt priſtini, vt Tertullianus libro de carne Chriſti cap. 3. notauit. Sed expoſitio quam propoſui, videtur germanior & ſimplicior. Non enim ſi corpus Chriſti viſibile, conuerſum eſſet in deitatem, vt hæreſis Gaiana affirmabat, ſequeretur Chriſtum corruptibilem eſſe in Euchariſtia, in qua non eſt obnoxius vlli conuerſioni & mutationi ſibi intrinſecæ; cum accidentia per alterationem corruptiuam inducibilia, non ſubiectentur in Chriſto, vt præmiſi, & tradit diſertè S. Anſelmus l. de Sacram. Altaris c. 6. habetúrque ex cap. *in quadam* de celebr. Miſſar.

Remouebam præterea, vnionem phyſicam quaſi hypoſtaticam, accidentium Sacramentalium cum Chriſto: id eſt quæ ſit vnio phyſica proportionalis vnioni ſubſtantiali humanitatis ad Verbum; accidentaria quidem ratione entitatis euectæ ad coniunctionem cum perſona; conſimilis tamen vnioni ſubſtantiali humanitatis Chriſti ad Verbi ſuppoſitum; & idcirco dicatur quaſi hypoſtatica, quia ita differt ab vnione hypoſtatica, vt tamen ſeruata proportione vnibilium, ad illam accedat. Viſus eſt Alanus l. 1. de Euchar. c. 37. num. 2. non abhorrere ab ea ſententia. Nam præmiſſa conteſtatione ſuæ ad Eccleſiam ſubmiſſionis, affirmat, accidentia panis & vini in Sacramento reſidua, [Licet non inhæreant Chriſto ad eum alterandum; realiter tamen illum ſibi habeta coniunctum, atque annexum inextricabili vinculo, & altiſſimo modo qui concipi poſſit, vſque ad idiomatum communicationem.] Addit verò eſſe, qui, ipſo quidem non refragante, affirmant accidentia panis & vini eſſe hypoſtaticè vnita perſonalitati corporis Chriſti; (eo modo quo accidentia poſſunt in hypoſtaſim venire); vt in illa ſeu per illam ſuſtententur; quod poſſe abſque inhærentia fieri, demonſtrant natiua Chriſti accidentia, quæ ſuo modo pertinent ad diuinum ſuppoſitum, licet illi non inhæreant. Nec obeſſe quod ſpecies Sacramentales poſtmodùm fint à Verbo dimittendæ, inde confirmat Alanus, quod in accidentibus pletiſque Chriſti viatoris, etiamſi ſuo modo ad diuinum ſuppoſitum pertinebant, locum habetet viciſſitudo aſſumptionis, & abjectionis ſiuè dimiſſionis eorum. Accedit ad cõfirmationem huius quaſi hypoſtaticæ vnionis ſpecierum cum Chriſto, quod Patres non tarò conferunt vnionem humanitatis & perſonæ Verbi, cum vnione accidentium Sacramentalium & corporis Chriſti, in cuius perſonalitatem aſſumantur. Pleraque Patrum in eam tem loca notauit Sanctesius Repetit 8. de Euchar. cap. 4. & repet. 2. c. 5. Heſſels in aſſertione Euch. tatione 5. & Turr. 1. de Euch. c. 19. Coueludit Alauna, ſe quidem hanc aſſumptionem accidentium Sacramentalium à perſona Verbi vix audere aſſerere: quia timidè noua in re tanta tradit, & nemo Scholaſticorum eam aſſumptionem agnouit. Nihilominùs manifeſtè inclinat in eam Doctrinam, affirmans, [Corpus Chriſti, tam ineffabili modo, incredibili vicinitate, & miro exiſtentiæ ordine connecti ſpeciebus, vt & vnum ex ambobus fiat Sacramentum;

&

& prædicata specierum sæpissimè & verissimè tribuantur corpori ac sanguini. Idque illud est quod appellamus communicationem idiomatum tam in materia Incarnationis, quam huius Sacramenti, licet non sit tam plena hîc atque illic attributorum communio.]

Hæc vnio accidentium Sacramentalium, cum personalitate corporis aut sanguinis Christi; repudianda est; quippe hactenùs inaudita, & & contra tortentem. Nullus enim Scholasticorum, (vt Alanus fatetur), eam admisit. Nec Patres ei sunt suffragati. Nam quod interdùm conferunt Sacramentum Eucharistiæ cum Incarnatione, quod nominatim facit Damascenus epistola de corpore Christi & 4. fid. c. 14. & S. Anselmus l. de Sacram. Altar. parte 2. à c. 3. non spectat ad insinuandam vnionem personalem accidentium panis & vini cum persona Verbi: sed ad exprimendam compositionem vtriusque mystetij, ex terrenis ac cœlestibus extremis: ita vt sicut Incarnatio peracta est ex Verbo & humanitate coniunctis, ita Sacramentum Eucharistiæ compingatur ex Christo ac speciebus Sacramentalibus. Ita Algerus l. 1. c. 6. exponens locum D. Augustini. Nec grauatè admitto Patres attingere etiam quasdam alias analogias specierum & humanitatis: personationem tamen, vel potiùs suppositationem specierum, nemo vel leuiter insinuauit, aut etiam retulit esse ab aliquo tradita. Nec rectè Alanus ait Algerum retulisse aliquos ita sensisse. Nam Algerus lib. 1. cap. 6. refert nouitatem suo tempore exortam de subsistantiæ panis suppositratione per corpus Christi (quæ fuit Ruperti hallucinatio de multorum sententia suo loco discussa atque reiecta:) sed reuera non refert, aliquos sensisse accidentia panis post destructam substantiam, suppositari à personalitate terminante Christi humanitatem. Nam hoc tametsi est falsum, non est tamen hæreseos damnandum: quam notam Algerus ei nouitati inurit, quam exortam confutat. Itaque error, quem Algerus refert & confutat, longè diuersus est ab ea sententia, quam nunc excutimus.

Erit cui videatur, posse pro hac sententia adduci Damascenus 4. fid. cap. 14 quatenus ait panem Eucharistiæ non esse panem simplicem, sed vniti Verbo. Si enim panis iste non est simplex & communis panis qui consecratione mutatus est in corpus Christi, vt explicatissimè tradit ibi Damascenus; igitur est panis apparens, siue species Sacramentales exhibentes panem. Et tamen de hoc pane apparenti ait Damascenus, quod vniatur Verbo. Nihilominùs S. Damascenus nihil tale sensit de accidentibus panis. Nam per eum panem, quem negat esse panem simplicem, & quem ait vniri Verbo intelligit Christum panem nostrum supersubstantialem, pascentem animas, qui verè vnitur Verbo. Itaque nihil eo loco tradit Damascenus, quod suppositationi accidentium panis & vini per Verbum diuinum, suffragetur: ac proinde vnio quam excutimus nullû planè habet patronum; & cum aduersùs torrentem nitatur, non videtur posse defugere temeritatis notam, præsertim cum destituatur ineluctabilis rationis præsidio; quod possit purgandæ temeritati commodare.

Argumentum validum ad excludendam hanc hypostaticam vnionem accidentium Sacramentalium cum diuina personalitate, ducitur ex effectu formali per vnionem hanc conferendo, si verum esset eam dari. Idcircò enim vnio cum supposito inuehi potest, vt per suppositalitatem extrinsecam, suppleatur incompletio & perfectibilitas in genere substantiæ quibus res per alienam subsistentiam terminanda laborabat. Atqui accidens non potest habere incompletionem & perfectibilitatem in genere substantiæ. Igitur non potest affici vnione destinata ad eam completionem & perfectionem in eodem genere conferendam. Quod si quis dicat, vnionem accidentis ad personam Verbi, non esse intelligendam de vnione ad Verbum, prout est persona Verbi, sed præcisè prout est entitas diuina; ne sic quidem admittenda erit ea vnio specierum Sacramentalium ad Verbum. Neque enim exponi vlla ratione potest, quis denique foret effectus formalis, illius vnionis, si daretur, quidue entitas diuina subsistentiæ Verbi posset conferre accidentibus Sacramentalibus. Et idem esset de vnione ad essentiam diuinam. Esse portò Ecclesiæ & Philosophorum omnium sententiam, quod vnio hypostatica non possit esse nisi inter substantias, admonuit S. Maximus, sub initium disputationis contra Pyrrhum, refellens huius Hæretici commentum, de vnione hypostatica voluntatis creatæ cum diuina; qualis est inter humanitatem & personalitatem Verbi. Negant itaque passim hanc accidentium à supposito terminabilitatem Theologi, vt videre est apud Vasquem 3. part. d. 30. cap. 5. Albertinum coroll. 8. ex 1. princ. incompl. dub. 2. & Suarem tom. 1. 3. p. d. 14. sect. 4. Videtur quidem Valentia 3. part. d. 1. quæst. 4. part. 1. admisisse hanc accidentis suppositabilitatem à Deo: sed significat se tantùm intelligere, quod Deus possit supplere influxum subiecti in accidentia, exhibito illis concursu creatiuo. Qua ratione certum est, accidens posse à Deo statui ad modum substantiæ: ideſt, posse per se statui. Sed hæc non esset vera suppositatio accidentis, qualem humanitas à Verbo accipit; neque ad eam collationem influxus creatiui, danda est vnio ad suppositum, vel essentiam diuinam; sed sufficit exhibitio concursus in genere causæ efficientis, independenter à subiecto. Quare vnio Verbi & specierum, quæ non sunt nisi accidentia, non est admittenda; cum nullum effectum formalem conferre possit accidentibus Sacramentalibus.

Species ad Christum comparatæ, inxta veteres.

Et quanquam agendo de possibili, non posset facilè falsitatis reuinci sententia Aquatij in 3. d. 1. conclus. 5. & Aluares 3. p. d. 22. concl. 5. concedentium, accidens posse assumi à persona Verbi: tamen saltem agendo de facto, non videtur posse ambigi, quin species Sacramentalium vnio cum Verbo, sit prorsùs superuacanea, & inutilis. Nec in tota Alani ratiocinatione superiùs adducta, occurrit aliquid, ad quod præstandum necessaria sit physica vnio ad suppositum Christi, præter eam quasi idiomatum communicationem, ob quam nonnulla attributa specierum tribuuntur Christo: & vicissim aliqua quæ Christi sunt, dicuntur de accidentibus. At hoc totum optimè retinetur per nexum il-

Sect. I. Punct. V.

lum moralem specierum cum Christo; ratinne cuius, vt salua sit veritas verborum semel pronunciatorum, quam euanescere est impossibile, oportet Christum inseparabiliter adesse speciebus incorruptis. Ob eum item arctissimum moralem nexum, species faciunt vnum moraliter eum Christo, multò magis quàm vestes eum vestito, quæ licet nulla inseparabilitate nectantur, tamen ob metam localem adaptationem & coëxistentiam, censentur moraliter esse quid vnum. Et ob eam merè moralem colligationem specierum cum Christo, ad cuius conseruationem Deus obstringitur, vt salua sit veritas verborum; si species moneantur, necesse est Christum moueri: quod Durandus malè inficiatus est in 4.d. 11. quæst. 3. At quomodò non moueretur, non erat in loco quem species de nouo occupant, & à speciebus noo potest recedere, ne falsa fiat verborum veritas?

Aiebam autem, eam colligationem moralem Christi cum speciebus, durare tantum quandiu species non corrumpuntur; siuè quandiu durant in statu in quo essent dispositiones consentaneæ ad fouendam formas panis & vini, si superessent. Consultò dico *quandiu accidentia durant in statu in quo fouerent formas sibi consentaneas si adessent*; neque dico, durare colligationem moralem, quandiu durant quomodocunque accidentia; quia alteratio specierum fit gradatim; nec vt Christus absedat, necesse est deueniri ad omnimodam specierum destructionem; sed satis est species quamuis vtcunque superstites, adeò alterari, vt non essent ampliùs consentaneæ foueodis io materia formis panis & vini, si superessent. Quæ est iodubitata omnium Theologorum sententia apud Suarem t. 3. 3. p. d. 46. s. 8. conc. 3. & ratio est, quia tandiu debet Christus perseuerare sub speciebus, sub quibus, probatis semel titè verbis se abdidit, quandiu ex parte specierum perseuerat ratio permanendi. Semper autem perseuerabit ea ratio, quandiu species erunt quales erant cum prolata sunt verba: hoc est quandiu essent accommodatæ ad fouendam substantiam his speciebus connaturalem, si ipsa supetesset, nec per consecratiooem fuisset destructa. Tandiu quippè verba perseuerabunt moraliter cadere in species. Igitur tamdiu quoque Christus sub speciebus perstabit.

Admisi porrò quamuis species non essent prorsùs destructæ. Sed aliquatenùs perstarent, tantam tamen alterationem subijssent, vt noo essent vltra idoneæ ad fouendam substantiam, cui sunt connaturales, absceſſurum Christum: quod Ocbagauia tract. 1. de Eucharist. quæstio. 28. oumer. 15. seuerè admodùm damnat io Ægidio Coninc 3.p. quæst. 77. artic. 5. dicens, *hoc esse falsissimum, & contra omnium Theologorum doctrinam; ac contra vsum Ecclesiæ adorantis species quandiu perseuerant.* Sed non video huius censuræ fundamentum. Nam etiam si species aliquatenùs supersunt, quia V. G. oon sunt solutæ in puluerem, nec ita extabuerunt, vt præ marcore prorsùs aliæ appareant: ex quo tamen dednctæ sunt ad eum statum, vt non essent ampliùs idoneæ dispositio subsantiatum quibus sunt connaturales, si ex substantiæ adessent, fas est dicere, species vltra noo perstare, quales esse necesse est ad retinendam moralem cum Christo colligationem. Idque esse contra communem sensum Theologorum, gratis & falsò assetitur. Vt & illud qnod additur, de adoratione specierum Sacramentalium quandiu vicumque supersunt. Nisi enim superstint in statu quem proponebam, non vltra adorantur tanquam actu continentes Christum. Quod si sit dubium an deuentum sit ad eum statum, in quo propter tabem specierum Christus abscesserit, eo quod tametsi species aliquatenùs supersint, adeò tamen sint oblæsæ, vt ambigi possit an sufficetent ad fouendam substantiam connaturalem, si adesser; tunc speciebus sic affectis, adinngitur alia hostia recens conserata, vt dicam s.2.p. 3. obseruari Diuione, circa hostiam à longissimo tempore confossam à Iudæo, ibique asseruatam, de cuius tabe dubitari potest.

Accidentibus ergò panis & vini, ad eum quem dixi, statum deductis, vt essent inepta ad fouendam formam panis & vini, Christum à speciebus abscedere, pono vt exploratum. Nam verba formæ, vi quorum substantiæ panis & vini extrnduntur, vt terineant suam veritatem, cum præsentia substantiarum panis & vini incompossibilem, exigunt vt Christus tamdiu ibi perseueret, quamdiu status accidentium talis perstat, qnalis erat cum verba formæ, consecrationis sunt pronunciata. V.G. cum Sacerdos in persona Christi dixit, *hoc* (id est substanoa accidentibus istis sensibilibus subjacés) *est corpus meum*, affuit Christus sub illis accidentibus, ne verba sordeant falsitate: & quamdiu licebit similitet dicere *hoc*; (tamdiu autem licebit, quamdiu erit similis accidentium status;) necesse est vt Christus similiter subsit accidentibus illis, æquè ac quandò inductus est sub ea, per pronunciatiooem verborum. At si *hoc* quod postea demonstratur, non sit illud quod primò demonstratum est; (itavr quod tunc fuit eum prolata sunt verba; & quod nunc potest demonstrari, tantoperè discrepent, vt noo possit verè asseri, *hoc* quod nunc exhibetur sensibus, esse *hoc* quod exhibebatur cum verba sunt prolata;) Christus exolnitur obligatione perstandi sub tegminibus specierum, iam noo ijsdem; quia etiamsi abscedat, nulla erit falsitas io verbis ex eius persona pronunciatis; quæ est vnica & sola ratio, cur Christus sub speciebus perstare debeat; qui quaorum est ex se perstaret in æternùm, si status specierum, & cadens in eas verborum veritas, id ferret. Qua temperatione accipieodum est duriusculum quid ab Innocentio IV. prolatum in diplomate ad Othonem Episcopum Tusculanum dato anno 1253. vt Bxouius ad eum annum num. 13. refert. [Eucharistiam (ait Pontifex de Græcis,) in die cœoæ Domini consecratam, vsque ad annum, prætextu infirmorum, vt de illa videlicet ipsos communoicent, oon reseruent. Liceat tamen eis pro infirmis Christi corpus conficere, ac per quindecim dies & non longiore temporis spatio coosetuare: ne per diutinam ipsius reseruationem, alteratis forsitan speciebus, reddatur minùs habilis ad sumendum: licet veritas & efficacia, semper eadem omninò remaneat, nec vlla vnquam diuturnitate, seu volubilitate temporis euanescat.] Vtique quantum est ex parte Christi, & ex vi ac efficacia verborum formæ consecrationis,

consecrationis, si status specierum id ferret. Eo autem statu adeò oblaeso, vt si panis & vioum adessent, secutura esset eorum corruptio, abscedit Christus, non per corruptionem suam, qui semel mortuus iam non moritur; sed per simplicem desitionem coëxistentiæ in tali loco, siue ad species, subducto modo essendi Sacramentali quo priùs Christus ibi collocabatur, & destructa actione qua priùs ille essendi modus conferebatur Christo, & eum sub accidentibus constituebat.

Is porrò modus, Christum totum com omnibus ipsi substantialibus, & cum omnibus accidentibus connaturalibus statui Sacramentali non repugnantibus, collocat sub speciebus panis & vini: alioqui Christus constitueretur sub speciebus, monstroso modo. Nec inter accidentia Christo connaturalia repugnantia statui Sacramentali, onmeratur quantitas Christi: Inest enim Christo sub speciebus, quod absque errore negari non posse, rectè statuit Valentia 3. p. d. 6. q. 4. p. 1. & multis contra varia exoleta placità confitmat Palacius in 4. distinct. 10. disp. 1. Quamquam verum est, quantitatem Christi sub speciebus, carere sua extensione situali; quæ est proprietas realiter distincta à quantitate; & coosequenter quantitas Christi situaliter ioextensa, spoliatur sua figura, & actuali ratitate ac densitate, quæ idem sunt cum situali extensione. Neque refert quod corpus Christi sit animatum, atque adeò organicum. Nam verum quidem est, corpus Christi sub speciebus esse organicum; sed ad organizationem sufficit extensio radicalis, consistens in quantitate interna, & tali temperamento primarum qualitatum, consentaneo partibus corporis; connotata tali ac tali partiũ materiæ & quantitatis internæ multitudine. Remota aurem à Christo sub speciebus sua extensione situali, substitutus est in locum eius, modus essendi Sacramentalis, spirituum proprius, vi cuius Christus est totus sub totis speciebus (v. g. sub tota hostia,) ac etiam totus sub qualibet specierum parte, vt habet perpetua Ecclesiæ traditio, consignata cap. *pars* & cap. *singuli* de consecr. distinct. 2. Explicatissimè id tradunt SS. Ambrosius & Gregorius in præfatione Dominicæ quintæ post Epipbaniam; iremque S. Gregorius in præfatione Missæ Dominicæ palmarum, oec non Eusebius Gallicanus hom. 5. de Pasch. cum disputat de manna æqualiter omnibus collato; & Eutychius apud Nicetam Choniatem, in Alexio Angelo. Et quod plus est, disertè idem habet decretum Eugenij in Concilio Florentino, & Concilium Tridentinum sess. 13 cap. 3. ac rursus can. 3. Sanè nisi res ita se haberet, Christus per participationem Sacramenti, lacerareiur, & daretur pet partes ac frusta; quod com glorioso eius statu noo congrueret.

Quod si totus Christus est sub quauis specierum hostiæ particula, inferendum est, quantumuis modicum specierum fragmentum quis accipiat, totum Christum accipere: oec qui accipit hostiam maiorem, plus accipere quàm eum qui accipit minorem. Io quo turpiter impedit Osvvaldus Milserus latè confutatus à Felice Milensio. Viuebat Osvvaldus aono 1384. in Tirolensis Comitatu oppido *Steefeld*. Er com hostiam grandem, qualem adbibet Sacerdos sacrificans, sibi porrigi ad communicaodum vellet, eámque Parocbus non ausus obsistere, portexisset, bæsit hostia in ore communicantis, & tellus subtus illum discedere cœpit: lapideum verò altare quod manu dextera ad firmandum corpus arripuit; auasit molle ac cessile, periode ac si cereum aut uiucum esset, impressis in lapide digitorum prehendentium notis, hodiéque durantibus. Sacerdos euentu territus, cum hostiam tesumpsisset gurtis sanguineis rubentem, animadoertit, haud aliter quàm si viuæ catni infixi fuissent dentes, Osvvaldum erroris sui pœnituit; sed vxor rem gestam edocta, derisit, contestans se non plus narranti credere, quàm si nuociaret aridum canticem, qui aderat, in vernantes rosas mox erupturum. Et hoc quidem illicò est factum, & cautex in rosas erupit, cum muliet in errore obstimata, rosas temere excerpsisset ac proiecisset; sensit illicò vltorem Deum; confestim multata delirio; quo agitata inter oberrandum per syluas, infelici morte subito periit, in exemplum facta incredulis ac duris corde.

Species ad Christum comparatæ, iuxta veteres.

Quod dictum est de Cbristo toto sob speciebus, & toto sub quibusuis earum particulis; æquè valet pro vtrisque speciebus: hoc est Cbristus & sub specie panis totus reperitur, & totus sub vini specie. Non enim sub specie panis reperitur corpus duntaxat; & sub specie vini duntaxat sanguis: sed sub vtraliber speeie, est totus ac integer Cbristus: cum hoc tamen discrimioe, quod attenta præcisè vi verborum & veritate formæ Sacramentalis, non collocatur directè sub specie panis nisi corpus; & sub specie vini, nisi sanguis. Id eoim vnum deposceret veritas formæ, quæ est causa cur Christus sub speciebus statuatur. At ob naturalem connexionem quorumcunque ad Chtistum attinenoum, sioe substantialium siue accideotalium, vetè hominis connaturalium, sanguis Cbristi reperitur quoque sub speciebus panis, & corpus Cbristi sub speciebus vini, quæ dicitur collocatio indirecta & per concomitantiam naturalem; ob quam Christo homini viuo ac vero, omnia illa debentur, vbicunque aliquid eius reperitur. Inde verò præterea officitur, rectè statuere Caëtanum 3. p. q. 80. artic. 12. Bellarmioum 4. de Euchar. c. 23. Alanum l. de Euchar. Sacram. c. 43. Sanctesium repetit. 6. c. 3. Suarem tom. 3. 3. p. disp. 63. sect. 6. & passim recentiores petinde esse ad fructum; vnam duntaxat, vel vtramque speciem percipere; quia sub vtralibet est corpus Chtisti: quamuis ad celebrationem sacrificij, necesse sit Cbristum sub vtraque specie constitui, vt peragatur immolatio, per collocationem corpotis seorsum à sanguine; quantum esset ex vi verborum, & nisi naturalis concomitantia obstaret morti, quam infertet illa collocatio sanguinis seorsum à corpore, & corporis solius seorsum à sanguine, præcisè attenta efficacitate verborum.

Sect. I. Punct. VI.

PVNCTVM VI.

Quomodò species Sacramentales comparentur cum substantijs panis & vini; iuxta probatam, & hactenus communem doctrinam?

AD hoc quæsitum, breuiter dicendum est, substantias panis & vini, accedente consecratione abscedere; & species veluti exuuias suas relinquere, succedenti sub eas Christo; in quem substantiæ illæ peteundo transeunt per veram conuersionem.

Aio panem & vinum, daodo locum Christo sub eorum accidentia succedenti, petire per veram coouersionem in Christum. Neque enim licet comminisci, panem & vinum desinere subesse accidentibus suis, migrando in alium locum: quia quamnis hoc posset sufficere ad tuendam veritatem formæ, tamen perpetua traditio Ecclesiæ fert, panem & vinum, secondùm se tota transmutari, atque in corpus & sangoinem Christi conuerti: quam conuersionem, Græci vocant *μετασυχίωσιν*, siuè *transelementationem*, Latioi *transubstantiationem*. At conuersio vnius io aliud, omninò fert desitionem subsstantiæ quæ conuertitur. Prætetquàm quod esset grande miraculum, cuius iouehendi nulla soppetit idonea ratio, si subsstantia panis & vioi, alibi absque suis connaturalibus accidentibus conseruatetur. Itaque gratis & prorsùs absurdè, aliqui olim referente Cametacensi in 4. q. 6. *litera E.* asseruerunt, subsstantias panis & vini accedente consecratione ita desinere esse sub accidentibus sibi connaturalibus, vt non simpliciter desinant ae peteant; sed aliò transfetaotur: eo impulsi ad hoc asserendum argumento; quod nisi id admittatur, fatendum esset panis & vini subsstantias io consecratione annihilari, quod habebant pro magno incommodo. Et vt hoc ipsum incommodum declinatet Vvicleffus, negauit panem transubstantiari io corpus Christi: eo quod conuersio totius subsstantiæ in totam subsstantiam, (hoc enim sonat vox *transubstantiationis*) inferet subsstantiæ conuersæ annihilationem; quam ne admittetet Vvieleffus, maluit negare plenam coouersionem panis ac vini siue transubstantiationem.

Hanc difficultatem propè inextricabilem censoit Nugnus 3.p.q.75. artic. 3. Est tamen difficultas exigui prorsùs momenti, oec vno modo facilè expedibilis. Et in primis nihil est quod vetet admittete, in transubstantiatione, panis ac vini subsstantias annihilari. Ita enim ceosuit Innoc. III. l. 4. de Missa c. 20. magisque eodem inclinat Scotus, vt ostendit Gregorius Ruis controu. 33. de Sacram. Deinde facilè est demonstrare, panem & vinum per transubstantiationem non annihilari: quia propriè loquendo, qnod annihilatur non conuertitot in aliud. Nam annihilatio, est desitio rei simpliciter; ita vt desitio termini à quo, non consequatur ad actionem positiuam qua terminus ad quem ponatur io rerum natura; saltémque accipiat nouum essendi modum. Atqui hæc omnia deficiuot in destructione panis per conuersionem in corpus Christi. Itaque nihil est quod cogat admittere, panem & vinum per transubstantiationem aonihilari, quamuis pereant qoad totam subsstantiam. Conuertuntur enim in Christum de nouo constituuiu sub accidentibus eutum: quæ conuersio in aliud, excludit annihilationem. Ita passim eum nodum expediunt Theologi in 4. d. 11. & nominatim multi quos addepsauit: Cartusianus ibi.

Quandoquidem autem panis & vioum, subsstantialiter desinont per conuersionem to Christum, remanentibus solis eorum speciebus; exponendum sequitur, quomodò interueniant hîc duæ ioutationes connexæ, quæ peragantur sub vno tertio, communi vtrique termino: Ita enim necesse est fieri in quacunque vera conuersiooe, vt liquet ex conuersiooe naturali. V.G. ligni in ignem: in qua, vtrique termino; formæ scilicet ignis subintrantis, & formæ ligni desinenti; commune est subiectum, siue materia. Necesse igitur est, vt transubstantiatio sit vera conuersio, assignate in eaduos terminos, & tertium quippiam, quod sit vtrique termino commune. Et extrema quidem conuèrsionis, perspicua sunt. Nam Christus est terminus ad quem conuersionis: Termious verò à quo, est panis ac vioi subsstantia. Introductio termini ad quem, est vna ex binis mutationibus hîc interuenientibus, quæ est positiua. Abiectio autem termini à quo, siue panis & vini desitio, est mutatio negatiua. Mediom commune vtrique termino, sunt species; siue collectio accidentium sensibilium, sub quibus præiacuit subsstantia panis & vini, successit autem corpus & sanguis Christi. Nec deest connexio duarum illarum mutationum: non enim se habent merè concomitanter; sed abiectio termini depolsi, fit vi introductioois termini exorientis.

Pleriſque tamen, nec abs re, magna hîc ingeritur difficultas, quoad hoc postremum; hoc est, quomodò illæ doæ mutationes io hoc negotio connectaotur: seo quomodò desitio subsstantiarum panis & vioi, fiat vi inductionis Christi sub speciebus subsstantiarum illarum? Nam in conuersione naturali, qua lignum vbi conuertitur io ignem; ideircò binæ illæ mutatiooes, ligni desinentis, & ignis aduenientis, connectuntur, quia manet commuoe vtrique formæ subiectum; nempè ligni materia, è qua lgnis, ioductis consentaneis sibi dispositionibus, & depulsis iis quæ formam ligoi in illa materia fouebant, extrudit consequenter formam præiacentem, & suam immittit. Et idem est de conuersiofie cibi io alitum, & de quauis alia naturali conuersione. At conuersio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, nullam habet materiam vtrique tori communem; cum sit transubstantiatio, & totios subsstantiæ præiacentis destructio, etiam quoad materiam. Impegit enim fœdè Dutandus in 4. d. 11. q. 3. qui materiam panis, hîc superesse, commeotus est, sola panis forma pereunte, in cuius vicem anima Christi succedetet. Vbi etgò nexus mutationum compingentium veram conuersiouem; atque adeò vbi conuersio quæ absque tali connexione noo habet locum? Sanè Christus, eo inextenso modo quo collocatur sub accidentibus, non plus expellit subsstantiam panis, quàm faceret Angelus sub iisdem accidentibus collocatus: proindéque per seipsum, non expellit subsstantias panis & viui. Sed neque eas excludit ratione actioois qua ponitur

sub

ſub accidentibus, quia actio illa phyſicè ſpectata, nullam cum pane & vino incompoſſibilitatem infert, niſi ratione termini quem inducit. Et quæcunque demùm ſit ea actio, vi cuius terminus ad quem, ſiuè Chriſtus, ſub ſpeciebus collocatur; hoc eſt ſiuè ſit adductio, ſiuè vnio ad ſpecies, ſiuè ſubſtantialis reproductio (iuxta varias de ea actione, Theologorum ſententias) nihil planè proferri poteſt, ratione cuius, ſubſtantiæ panis & vini abſcedere cogantur, vi Chriſti per eam actionem aduenientis? Poſſent enim nihilominùs ſubſtantiæ illæ, ſubeſſe ſpeciebus tanquam tertio communi. Atque ita videtur euerti fundiùs, ratio conuerſionis ſubſtantiæ panis & vini, in corpus & ſanguinem Chriſti: quæ tamen conuerſio, nequit ſalua fide negari. Nodus eſt non parum impeditus.

Sed dicendum eſt, conneaionem mutationum ſub ſpeciebus, tanquam ſub tertio communi, in eo fundandam eſſe, quod verba formæ conſecrationis, à Sacerdote prolata in perſona Chriſti, non poſſint non eſſe vera, vt eſt per ſe perſpicuum. Hæc igitur verba prout vera; & poſitio Chriſti, prout ab illis verbis (ſaltem moraliter,) manans, exttudunt ſubſtantiam panis & vini. Si enim hæ ſubſtantiæ remanerent, verba formæ conſecrationis, falsò annunciarent, contentum ſub accidentibus, eſſe ipſummet corpus Chriſti. Nam potiùs ſignificarent, ſubſtantiam naturaliter illis accidentibus ſubiacentem; panis ſcilicet ac vini ſubſtantiam; quam falſum eſt corpus eſſe aut Sanguinem Chriſti. Itaque non eſt laborandum pro aſſignanda incompoſſibilitate Phyſica, vel Chriſti, vel actionis qua Chriſtus hîc ponitur, cum ſubſtantiis panis & vini: ſed ſufficit moralis incompoſſibilitas, Chriſti, prout vi verborum formæ, ſub his accidentibus conſtituti; cum ſubſtantiis naturaliter ſubiacentibus iiſdem accidentibus. Inde enim habetur connexio mutationum conſtantium tranſubſtantiationem ſub vno tertio communi, hoc eſt ſub ſpeciebus. Et hac ratione concidunt quæ Monæus diſput. 11. Selecta cap. 10. profert contra banc doctrinam; ſupponens, iuata nos deeſſe connexionem inter deſitionem panis & vini, ac inceptionem Chriſti ſub tertio communi; id eſt, ſub ſpeciebns. At eam conneaionem, ſatis congruè eapoſuimus. Nec aliter Philoſophari videntur Vaſquez 3. p. d. 181. cap. 12. Leſſius l. 12. de diu. perfect. n. 120. & Ægidius Coninck. 3. p. q. 75. num. 159. aliſque non pauci.

PVNCTVM VII.

Quomodò ſpecies panis & vini, ad Sacramentum Euchariſtiæ comparentur?

SAcramentum, eſt artefactum quoddam morale, ex pluribus à Chriſto conſtructum ad fidei noſtræ exercitationem & gratiæ communicationem. Attingendum ergò ſupereſt, quomodò, & quatenùs ſpecies panis & vini concurrant ad Sacramenti Euchariſtiæ compactionem. Valdenſis tract. 2. cap. 21. cenſuit ſpecies non eſſe partem huius Sacramenti. Vvicleffus è contrario, (vt VVidefordus contra primum eius articulum *in fine*, refert;) cenſuit, de mente Catholicorum, ſolas ſpecies eſſe totum Sacramentum Euchariſtiæ: ideóque (vt ſupra iam retuli,) dixit primarium Eccleſiæ Romanæ Sacramentum, cum ſit duntaxat accidens, ex eiuſdem Eccleſiæ doctrina; eſſe deſpicatius *ſtercore ruthenis*, quod eſt ſubſtantia.

Species quomodo ad Euchar. Sacram. ſe habeant.

Vtrumque hoc extremum, eſt declinandum; admittendo, & Chriſtum & ſpecies panis & vini, pertinere ad ſtructuram Sacramenti, Euchariſtiæ. Nam ſpecies pertinere ad compactionem huius Sacramenti, inde perſpicuum eſt, quod ſine ſpeciebus Chriſtus non eſſet ſenſibilis; quod tamen eſt de ratione Sacramenti. Annuunt Patres ſtatim adducendi. Quod autem Chriſtus, ad huius quoque Sacramenti compagem ſpectet intrinſecè ac directè, tanquam vera pars eius; affirmant Vaſquez 3. p. d. 163. cap. 2. Suarez tom. 3. 3. par. diſt. 42. ſect. 3. Peſantius 3. par. quæſt. 73. articul. 1. diſput. 3. & 4. & alij quos hi adducunt. Et faſuent apertè Patres, qui dicunt Sacramentum Euchariſtiæ conſtare ea viſibili elementorum ſpecie & inuiſibili Chriſti ſubſtantia: ſiue ex re terrena & cœleſti; aut ex duplici natura. Ita multi adducti à Sanctesio repet. 2. cap. 4. & nominatim Irænеus l. 4. cap. 34. Damaſc. 4. fid. cap. 14. Heſychius l. 6. in Leuit. Algerus lib. 1. cap. 1. & Lantfranеus l. contra Berengarium, adductus pro Auguſtino cap. *hoc eſt*. de conſecrat. diſtinct. 2. Non ſunt igitur audiendi, VValdenſis ſupra cap. 2. Matſilius in 4. quæſt. 6. artic. 2. Gabriel lect. 44. in Canon. *litera A*, Soto in 4. diſt. 8. quæſt. 1. artic. 1. Catechiſ. ad Parochos parte 2. cap. 4. & latè Gregorius Ruis controuerſ. 13. de Sacramentis, qui tantùm admittunt, Chriſtum ad Sacramentum Euchariſtiæ pertinere; vt aliquid connotatum & in obliquo, tanquam terminum illius habitudinis, quam ſpecies dicunt ad ipſum ſub eis deliteſcentem. At propoſitæ Patrum locutiones, omninò ferunt, Chriſtum pertinere ad hoc Sacramentum, vt eius partem. Confirmatur, quia Sacramentum Euchariſtiæ eſt ſignum ſacrum refectionis internæ ſaginantis animam per gratiam. Atqui refectio illa animæ, & gratiæ collatio, non cadit in ſpecies, niſi rationa Chriſti quem continent. Vetum eſt, ſpeciebus quoque communem cum Chriſto eſſe, vim moraliter cauſatiuam gratiæ, vt latè proſequitur Gregorius Ruis controuerſ. 34. de Sacramen. & habetur ex eo quod, gratia promiſſa eſt manducantibus; quod abſque ſpeciebus nemo præſtarer. Hoc igitur non inficior; ſed tantùm dico, Chriſtum eſſe quaſi fontalem cauſam totius gratiæ Sacramentalis; ita vt non modò ipſe gratiam conferat, ſed etiam ſpeciebus tribuat quod eam moraliter coëfficiant. Igirut Chriſtus ſpeciebus opertus, eſt pars Sacramenti Euchariſtiæ, & verè ſub ea ratione eſt ſignum efficax gratiæ, & ſui ipſius ſpectati in ſpecie viſibili: Quo pacto Lantfranеus lib. contra Berengarium interpretatur D. Auguſtinum, à quo Chriſtus in Sacramento, vocatur *figura ſui ipſius*. Quo eodem modo accipiendi ſunt plerique Patres, ſimiliter locuti, vt referunt Sanctesius repet. 3. cap. 4.

&

Sect. I. Punct. VII.

& Alanus l. 1. cap. 32. ad 2. sunt ergo duæ huius Sacramenti partes, Christus ac species.

Ex his duabus partibus, vna se habet ad alteram sicut materia ad formam, vt benè notauit Alanus l. de Euchar. cap. 5. Nempè Christus habet se vt materia, per comparationem ad species, à quibus determinantur ad talem rationem signi. Est enim cuiuis Sacramento genericè intrinsecum, vt sit signum. Arctatur autem ad determinatam rationem Sacramenti cibantis ac potantis animam, per species; per quas item solas, Christus fit sensibilis; quod est de ratione Sacramenti. Igitur quamuis entitatiuè comparando Christum ac species, Christus sit supra omnem æstimationem præcellentior; tamen in ratione Sacramenti, species habent se vt forma determinans. Ita porrò species compingunt Sacramentum per modum formæ; vt tamen, & Christus, & species substernantur alteri formæ Sacramenti simpliciter dictæ, nempè verbis consecrationis: quæ non modò sunt forma extrinseca & efficiens Eucharistiæ spectatæ in fieri, sed etiam sunt intrinseca forma eiusdem Sacramenti in facto esse; quatenùs per moralem suam perseuerantiam, intelliguntur iugiter informare species, quamdiu perstant incorruptæ; essque conferunt determinationem continuatam, ad significandum quod continent; vt rectè attigit Aureolus in 4. dist. 8. quæst. 1. attic. 1. concl. 1. Et hac ratione, saluum manet quoad Eucharistiam quoque, pronunciatum Concilij Florentini de Sacramentorum nostrorum conflatione ex rebus ac verbis: quamuis tota efficacia reficiendi, & vis significandi proximè constituens Sacramentum Eucharistiæ, Christo tantùm, ac speciebus, intrinsecè contineatur.

Ad easdem binas Sacramenti Eucharistiæ partes, refertur veneratio huic Augustissimo mysterio debita, sed diuersimodè. Nam respectu Christi contenti, est vera latria; respectu autem specierum continentium, est coadoratio latriæ, eodem modo exponenda & & defendenda, quo alibi exponitur ac defenditur coadoratio imaginis cum prototypo. Quantumcunque porrò fremant Nonatores, cultus iste, & sanctissimus est, & in Ecclesia semper viguit, vt latè prosequuntur Espencæus toto lib. 3. de Euchar. & l. 2. cap. 15. & 16. Sanctesius propè tota repet. 9. Bellarminus lib. 4. de Euchar. cap. 29. Suarez lib. 2. defens. fidei cap. 4. Socolouius oratione de hoc argumento. Coccius t. 2. lib. 6. artic. 7. & passim Hæreseologi. Et quamuis non possit haberi Metaphysica certitudo quod species sint annulsæ à substantiis suis connaturalibus, & Christus adsit sub earum tegmentis; tamen sufficit certitudo moralis quod ritè peracta sit consecratio. Ac proinde (per se loquendo) cultus qui Eucharistiæ impenditur, debet carere conditione appositæ; vt rectè aduersùs meticulosorum scrupulositatem monuit Caietanus 2. 2. quæst. 1. articul. 3. & Henriquez l. 8. cap. 33.

Nec plura hoc loco de speciebus Sacramentalibus & absolutè & comparatiuè spectatis. Quæ in parte, perstrinxi multa paucis, quia & res alibi fusè ac diligenter discussa est; & mihi non fuit propositum, nisi parare aditum ad solidam confutationem duplicis noui erroris circa species Sacramentales; in qua confutatione idemidem vagandum aliò fuisset, nisi hîc sub vnum obtutum vniuersa specierum Sacramentaliam tractatio, iuxta antiquam & probatam Theologiam, paucis fuisset comprehensa. Quare his fundamentis breuiter, sed solidè præiactis, ad nouitatum discussionem, cui hanc lucubrationem addici placuit, est deueniendum.

SECTIO II.

Discussio Nouitatis, de nudis specierum spectris, in Eucharistia Sacramento.

QVod è duabus circa species Sacramentales nouitatibus, prior emersetit quæ species obiectiuè sumptas spectris accensет; priore loco est in eam inquitendum. Nouitatem voco, quia quamuis aliqui apud Algerum l. 1. cap. 7. tale quippiam confinxerunt, tamen (vt infra dicam p. 5.) nonnulla interceſſit differentia inter hanc & illam exercitationem. Præterquàm quod nouum videri potest, figmentum quod Algeri ætate, ante quingentos annos enatum, atque statim profligatum, & infossum, post tantotum denique annotum decursum tediit in autas superas, ante circiter quadriennium, labore Iosephi Balli in Opere cui titulus, *Ænigma dissolutum*. Eius placita Ioannes Baptista Chianetta, Doctor Theologus Panormitanus, asserenda & aduersus impugnatores defendenda suscepit, in Opere sic inscripto; *Trutina, qua ænigma dissolutum Iosephi Balli, de modo existendi Christi Domini sub speciebus panis & vini, ad æquissimum examen expenditur.* Huic personæ, (& personam scienſ dico,) quatuordecim Doctores Siculi sunt suffragari & inter eos F. Ioannes Vincentius Candia siue Candidus Ord. Prædicatorum. Asserit eandem sententiam ex sua mente F. Emmanoel Maignan Ord. Minimorum, in Philosophia Natur. c. 2. prop. 3. à num. 12. & in appendice, præfixa Philosophiæ ratiocinij. Referam primò quid nouo hoc placito contineatur; Tum contra illud, & ratione & authoritate certabo, omniáque eius fundamenta diiiciam.

PVNCTVM I.

Noua de spectro Eucharistico opinatio, typo exposita, & autoritatis ac rationis suffragio communita.

NOn potest melius exponi quid hæc nouitas ferat quàm ex scriptis verbis Autoris qui eam fabricauit, pront referuntur in fronte Trutinæ. Sic habent. [Species panis, (& idem dico de specie vini,) quæ manere dicitur post consecrationem, non significat quantitatem, colorem, exteráque huiusmodi accidentia panis; quasi hæc accidentia quæ existebant ante consecrationem, eadem post illam remaneant in rerum natura. Hæc enim omnia vi consecrationis deperduntur

de perduntur simul cum ipsa substantia panis cui succedit corpus Christi : sed verè & propriè significat realem imaginem, seu realem apparentiam panis secundùm esse sensibile, procedentem effectiuè à Christo Domino vt gerente vicem panis, modificando species intentionales, quæ antea emittebantur à quantitate, colore, reliquisque accidentibus panis.] Hanc opinationem amplexatus primò est Ballus, quod inter varios modos explicandæ conuersionis panis ac vini in corpus & Sanguinem Domini, iste videretur ei, reddere mysterium Eucharistiæ plausibilius, ac creditu facilius, præsertim infidelibus. Vitat enim miraculorum multiplicitatem, & mysterij arduitatem temperat; nec nisi ea admittit quæ videntur conducere ad saluanda fidei dogmata.

Post Ballum, Autor Trutinæ, aggressus hanc Balli doctrinam excutere; cum diligentem (vt ait,) discussionem adhibuisset, concluſit eam nulli Censuræ Theologiæ patere, quippe ab omni errore immunem, & probabili ratione sustentabilem, ac quæ redoleat pietatem. Et in calce operis, statuit, non modò hanc doctrinam non esse impossibilem, sed etiam niti fundamentis handquaquam debilibus; imò quæ nonnulli æstiment solidiora iis quæ pro communi doctrina passim proferuntur. Quod autem hæc doctrina tamersi noua, nulli censuræ Theologicæ iure pateat, probat Autor Trutinæ, depellendo ab ea omnes notas censorias. Neque enim videtur dicenda hæretica, aut erronea, aut temeraria. Id quod idem Autor diffusè confirmat, latè stabilitis notionibus notarum teiratum, quæ improbatæ euipiam doctrinæ inuti possunt. Breuiculum prolixæ dispuiationis ab eo in hanc rem structæ, dabo puncto 7. Subtexit deinde autoritatem SS. Patrum, qui sæpè docent, sensus in hoc mysterio falli. At non fallerentur, si remanerent realia panis & vini accidentia. Neque enim aberrarent circa proprium sensibile, quale hîc eis obuersaretur. Errare tamen, docent Cyrillus Hierosol. catech. 4. Mystagog. S. Ambrosius l. de initian. cap. 9. Theodoretus dialo. 1. & Eusebius Gallicanus homil. 5. de Pasch. Ve igitur error sensuum babeat locum circa Eucharistiam, necesse est abesse vera panis & vini accidentia, quæ sunt legitima sensuum obiecta; & cum in ea feruntur non aliud pereipiunt, quàm quod reuera debent pereipere; atque adeò non errant, sed verè dicentur falli, si iuxta hanc nouam opinationem, vel consetuentur species accidentium panis & vini, simul eum his substantiis destructorum, vel species accidentium Christi ab ipso Christi corpore ac sanguine emissæ, ita modificentur, vt non ipsa Christi rariua accidentia à quibus profluunt, sed panis & vini accidentia, licet destructa, repræsentent; quod quomodò possit fieri dicerur puncto 5. Hinc ergo perspicuum esse potest, quomodò error contingat in sensibus circa Eucharistiam, iuxta communem Patrum assertionem. Et facile etiam est ex hac opinatione, astruere quod Patres dicunt, Christum hîc tangi, & videri, & cumedi. Ita desertè Chrysostomus hom. 83. in Matthæum, & hom. 24. in 1. Cor. Cyrillus Hierosol. catech. 4. Mystagog. & Concilium Romanum sub Nicolao I. vt habetur cap. *Ego Berengarius* de consecr. distinct. 2. quod Concilium, explicatissimè tradit, non solum Sacramentum, sed etiam verum Christi eorpus sensualiter & in vetitate tractari, frangi, & atteri fidelium dentibus : Et ad profitendam sub his vocibus Catholicam vetitatem, adegit Berengarium. Locutiones autem Hæretico ad profitendum dogma Catholicum propositæ, non possunt argui improprietatis; Et tamen iuxta communiorem doctrinam, ægrè subsistunt; iuxta nouam verò opinationem, videntur expeditissima.

Noua sententia de speciebus, præstigiosis, & qua pro ea.

Commoda porrò nouæ huius opinationis, occurrunt, & non pauca, & magna. Ac primùm liquet eam admodùm commodate pietati. Nam longè teneriùs fouetur sensus pietatis, cum existimatur ipsemet Christus immediatè contingi; & corporibus nostris per seipsum absque interiectis accidentium operimentis applicari; quàm eum censetur contrectari tantùm per interposita panis & vini accidentia, vt habet communis sententia. Commodat item noua opinatio, molliendæ infidelium obstirmationi; cum tollat miraculum valdè arduum realis permanentiæ accidentium panis & vini absque subiecto; quam permanentiam, nullus vnquam Philosophus, ex puro lumine naturæ cognouerit. Iuxta eandem quoque opinationem, non est laborandum pro modo perfeitaris accideotium, & illiusmodi subiecto. Neque item Satagendum est, vt intelligatur, quomodò accidentia quæ ptiùs substantiæ inhærebant, migrarint de subiecto in subiectum, per miraculum omninò insolitum, inhærendo deinceps quantitati : aut quomodò Christus vniatur accidentibus panis ac vini, & ab iisdem trahatur : vel quomodò accidentia quæ non sunt Christi, sed panis & vini, adorentur vno supremo cultu cum Chtisto : quæ iuxta Autorem Trutinæ parte 2. §. 5. videtur *inextricabilis difficultas*. Euanescit autem in noua opinione, quia iuxta eam, solus Christus adoratur; sieut solus dat gratiam percipientibus hoc Sacramentum. Commodat præterea hæc doctrina, vt intelligatur, verissimè dici, hoc quod proponitur, esse eorpus Christi ac sanguinem; quod communis doctrina non tuetur, nisi recurrendo ad tropos & locutiones figuratas. Tandem maximoperè commodat eadem noua doctrina, vt consulatur honori Christi, cuius corpus longè digniùs & honorificentiùs habetur, si statuatur easolutum vinculatione ad accidentia, quàm si illis alligetur, vt fit iuxta communem sententiam : quæ item fateri adigitur, Christum accidentia quæ semel assumpserit, & corpori suo arctissimè copulauerit, postmodùm dimittere; eáque fœde proterenda & abiicienda sinere. Certum enim est, quaotitates hostiarum & vini consecrati, quæ ab omni æuo Christiano fuerunt corpori & sanguini Domini colligatæ; si aggregarentur, exereturas esse in magnam omninò molem. Et hæ tam multæ quantitates, variis omninò locis indecoris dispersæ iacerr, iuata communem sententiam : quibus omnibus incommodis liberatur noua opinio. Est autem prudentis

Theologi,

Sect II. Punct. II.

Theologi, mysteria fidei quàm paucioribus potest difficultatibus grauare. Cum enim per se iam sint satis ardua, permagni interest non onerari superfluis & vltrò ascitis difficultatibus, quibus reddantur capiu operosiora; faciliúsque auertant infideles. Itaque vel ob hanc vnam causam, noua hæc doctrina ferax tot commodorum, & recidens tot incommoda implexitatum, communi sententiæ comitantium, videtur aut amplectenda, aut à quauis nota, immunis dimittenda.

PVNCTVM II.

Communis doctrina de veris panis & vini accidentibus, destructâ residuis, auctoritate stabilitur.

NOuitas proposita, est omninò reiicienda Hoc vt solidè ac distinctè præstetur, duco initium ab assertione perseueraniæ accidentium panis & vini, post has substantias destructas. Firmabo autem primò hanc veritatem autoritate, tum vrgebo tationem.

Argumentor igitur inprimis, autoritate Concilij Constantiensis quod damnauit errores VVicleffi, inter quos iste recensetur secundo loco. *Non manet in Eucharistia accidens sine subiecto.* Verba ipsius VVicleffi eo ertote iordentia, sic referuntur à VValdensi t.2. cap. 8t. ex illius impij l. de Apostas. c. 16. [In duobus stat nostra variatio in ista materia: primò in propositione affirmatiua, qua dicitur, quod accidens est sine subiecto. Secundò in propositione negatiua qua dicitur quod non remanet substantia panis & vini post consecrationem.] Alia pleraque eiusdem spurciloqui VVicleffi expressissima loca in hanc rem ex Ioanne Przibran Hussita, acerrimo VVicleffi impugnatore descripsit Cochlæus l.2. histor. Hussitarum *pag. mihi* 90. Et præter cætera ex l. de Apostasia c.5. adducit hæc verba. [Sæpè dixi quòd nec Deus, nec homo, potest facere accidens sine subiecto.] Et l. de blasphemia c.2. [Indubiè sunt omnes hæretici, qui pertinaciter defendunt, in Sacramento altaris, accidens esse sine subiecto. Reuerà nec Propheræ Baal, nec Sacerdotes Beli fuerunt magis hæretici Idololatræ, quàm sunt ponentes accidentia sine subiecto.] Et libro 4. Trialogi c.6. [Inter omnes hæreses quæ vnquam pullulauerunt in Ecclesia sancta Dei, non fuit nefandior quàm hæresis, ponens accidens sine subiecto, esse hoc Venerabile Sacramentum. Tactum & gustum, ista hæresis confunderet sine causa; Foret enim Antichristianum Sacramentum quod ista faceret. Et inter omnes infidelitates quæ vnquam creuerunt in Ecclesia Dei sancta, ista subtilius & profundiùs demergit homines in voragines errorum de fide, & plus facit apostatare ab Abbate Domino nostro IESV Christo.] Et serm. in illud *quis vestrum habet amicum* [Quando fidelis communicandus postulat Eucharistiam quæ est panis supersubstantialis, porrigit sibi vt falsè fingit, peius quàm lapidem, accidens sine subiecto, & peius quàm serpentem, vel venenum aliquod assignandum. Sed laus sit Deo, quod hæreticus iste non potest mutare naturas sicut verbaliter falsè fingit.] Hæc & alia reliquo libro frequenter ex VVicleffo adducit Cochlæus, aduersùs permanentiam accidentium absque subiecto in Eucharistia; pro qua hæresi damnatum primò VVicleffum in Romano Coocilio sub Ioanne XXIII. & iterata damnatione confixum Constantiæ, memorat.

Ex tanta verò coneitatione VVieleffi aduersùs accidentia in Eucharistia absque subiecto, & inioria idcirco damnatione in eom, liquere potest, absurdè Ioannem Præpositum 3.p.q.77. art.2. dub. 1. n.5. tentasse damnationem VVicleffi quoad hoc negotium, editam in Concilio Constantieosi, arctare ad perseuerantiam substantiarum panis & vini. Manifestè enim VVicleffus, ob hæc omnia qoæ ex eo retuli, damnatus à Concilio, & permanentiam substanttarum panis & vini asseruit, & accidentium in eisdem substantiis inhæsionem, negata eorum independentia à subiecto: Eámque reprobam doctrinam, Concilium seorsim ac distinctè damnauit; ac proinde non illum duntaxat articulom reiecit, quo VVieleffus asserebat remanere panis & vini substantias, sed etiam alterum quo negauit accidentium panis & vini independentiam à subiecto. Quæ secundi articuli damnatio, vt rectè habeat, non est oeeesse vt omnia panis & vini accidentia fiant per se immediatè quod multi Catholici diffitentur, vt sect.1. vidimus: sed sufficit vt fiant à subiecto substantiali iodependentia, per suom proximum & immediatum subiectum; hoc est per quantitatem, quæ verè statuitur per se, & à subiecto independens. Idque negans VVicleffus, iustè confixus est. Et verò eius gregales eò deuenerant insaniæ, vt quod in appendiee ad sessionem 15. eiosdem Coocilij annotatur, permanentiam aecidentis (etiam solius quantitatis,) absque subiecto, notarent *hæreses atque dementiæ.* Ipséque VVicleffus Romano Pontifici & Catholicis, exprobraret, quod separabilitatem accidentis à substantia, hausillent à Porphyrio & Aristotele, non à doctrina Euangelica, vt recitat Nicolaus Harpsfeldius in historia VVicleffiana c.2. vers. *& quia.* Igitur Concilium Constantiense hos VVicleffi errores configens, non tantùm damnauit permaneotiam substantialem panis & vini post consecrationem, sed etiam perseuerantiam accidentium panis & vini in suo subiecto substantiali: atque eorum aedentium saltem vnum, cui probabilius est cætera inhærere tanquam subiecto proximo, (hoc est quantitatem,) per se esse voluit; & per illam, tanquam maximè ferientem sensum, cætera accidentia, similiter per se statui, pronunciauit.

Præinerat Concilio Constantiensi, Concilium Lateranense sub Innocentio III. Adductum c *firmiter* de summa Trinit. & fide Cathol. quod definiuit, in Eucharistia destructis per consecrationem substantiis panis & vini, remanere duntaxat illarum species: id quod etiam postea declarauit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. & can. 3. Expendatur verbum illud Concilij, definientis perire substantias panis & vini, solis speciebus *remanentibus.* Si enim euanuerunt substantiæ, necesse igitur est, vt quod postea relinquitur, fuerit verum earum accidens, quod in substantiis præiuerit; alioqui non diceretur *remanere*: non enim remanet, quod non præfuit.

Hoc

Hoc argumentum declinare se putant Aduersarij, dicendo, nomen *specierum* non sonare in Conciliis accidentia realia è pane & vino destructis residua; sed sonare repræsentationem obiectinam accidentinm panis & vini; causatam vel à speciebns ipsins Cbristi modificatis, vel à speciebus intentionalibus illorum accidentium, conseruatis post destructa simul cum substantiis, accidentia. Ideó que notant, ptndentes Concilia abstinuisse nomine *accidentium*, cum non dicant *remanere accidentia panis & vini*; sed tantùm dicant, *remanere solas species*: quæ verba optimè exprimnnt exhibitionem accidentium per species eorum conseruatas, vel per alias species impressas quibus accidentia repræsententur, perinde ac si supertessent reipsa.

Hæc tamen definitionum Conciliarium declinatio, est manifestè inanis. Nam quod dicitur, Concilia abstinere voce *accidentium*, est apertè falsum, vt liquet ex Concilio Constantiensi, damnante VVicleffi errorem, de accidentibus panis & vini non manentibus extra eas substantias. Concilium qnoque Coloniense parte 7. cap. 15. docens rammdem substantiæ Christi accipere laïcos seb vna specie, quantum Sacerdotes sub duabus speciebus, subdit hanc rationem [Quid enim panis vinique species, alind fnnt post consecrationem, quàm species Sacramentales, & accidentia sine subiecto?] Mirabile verò est, omnes hactenùs Doctores, & cum eis Pastores, & plebem fidelem vniuersam, nomine *specierum Sacramentalium* intelexisse veta & realia accidentia de quibus rectè affirmari possit quod ex pane & vino remaneant: ignorasse autem quod ante hoc ttinoctium iactari cœpit; nomine scilicet specierum intelligi *spectra* vel formas sensibus impressas causantes expressionem & repræsentationem rerum destructarum, perinde ac si reipsa superessent. Verum est, Concilia & Patres, frequentiùs adhibere nomen *specierum* quàm *accidentium*. Hoc tamen alio spectat quàm ad inuehenda inania accidentinm spectra. Consultò igitur Concilia & Patres potiùs vtuntur nomine *specierum*, quàm *accidentium*, quia dublnm est an omnia panis & vini accidentia permaneant. Et vt supra vidimus, verisimilius est ea duntaxat remanere quæ ad externam panis & vini formam seusibilem pertinent; quia talium duntaxat accidentium perseuerantia conducit ad fidei nostræ exercitium, & mysterij occultationem. Ne ergò cui in mentem veniret, præter sensibilia panis & vini accidentia, alia quoqoe, si quæ sunt, permanere; idque certum æque esse, ac certum est manere accidentia pertinentia ad externam speciē panis & vini; meritò visum est consultius, vsurpare frequentiùs vocem *specierum*, & parciùs vocem *accidentium*. Præterqnàm quod vox *accidentis*, proprié & in rigore accepta, significat id quod actu accidit, & actu inhæret alteri, vt notat Scotns in 4. disp. 12. quæst. 1. Vnde apud plerósque, notio illius vocis ægrè auellitur à conjunctione actuali cum subjecto substantiali, quæ in hoc mysterio non habet locum; & apud non paucos dubium est, an babeat locnm quoad subjectum accidentale: cum velint non solùm quantitatem per se statui, sed etiam qualitates [panis & vini remanentes post consecrationem. Itaque vt subtraheretur improuidis occasio impingendi, & existimandi, accidentia panis & vini, vel Christo, vel aëri, vel alicui alteri subjecto actualiter accidere & inherere, consultius videri potuit, parcius adhibere vocem *accidentium*: qnamuis non prorsùs] prætetita sit ea vox, etiam in Conciliis. Et certum est, apod rectè intelligentes nihil esse cur ea vox deuitetur in boc mysterio. Quare absnrdè omninò, ex eo quod aecidentia remanentia dicantur *species*, detorquetur eius vocis notio ad spectra speciebus intentionalibus repræsentata absque reali fundamento ex parte objecti.

Species esse vera accidentia, autoritate probatur.

Auctoritati Conciliorum, adjungendum est suffragium grauissimi atque doctissimi Pontificis Innocentij Tertij, inserrum corpori iuris c. cum *Marthe* de Celebr. Missarum §. *Quæsiuisti*, vbi respondens Lugdunensi Archiepiscopo, circa aquæ vino commistæ conuersionem in Christi sanguinem, sic habet. [Potest dici, quod aqua non transit in sanguinem; sed remanet, prioris vini accidentibus circumfusa; ita quod vini saporem assumit. Quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem alind vinum mittatur in calicem illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus priotis vini commixtum, corpori quod sub eis latet, vndique circumsunditur; non madidans circumfusum. Ipsa tamen accidentia, vinum appositum videntur afficere; quia si aqua fuerit appositа, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare subjectum: sicut & subjectum contingit accidentia permutare. Cedit quippè natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur.]

Adducit quidem eo loco Innocentius varias opiniones circa dubium quod proponebarut: tamen quod assumit de permanentia accidennium panis & vini, non assumit vt aliquid opinabile, sed vt planè certum. Atque ita non relinquit loeum ambigendi, an agnouerit, accidenria panis & vini, postquam substantiæ istæ destructæ fuerint, superesse, Idipsum, vt Doctor priuatus explicatissimè tradit l. 4. de myster. cap. 9. verbis illis. [Ante conseruationem, accidens est in subiecto; qnoniam existit in alio: sed post consecrationem, aceidens est sine subjecto, quia existit per se. Transit enim substantia, & remanent accidentia.] Quid clarius in rem præsentem?

Sancti Augustini in tem nostram suffragium, habetur consignatum in Prosperi flotilegio, è quo Algerus l. 1. cap. 7. illud sic tefert, addita sua expensione. [D. Augustinus in libro sententiarum Prosperi. Nos autem in specie panis & vini quàm videmus, res inuisibiles, id est Christi carnem & sanguinem, honoramus: nec similiter pendimus has duas species, quemadmodùm ante consecrationem pendebamus; cum fideliter fateamur, ante eunsecrationem esse panem & vinum, quod natura formauit; post

Sect. II. Punct. II.

consecrationem vetò, carnem Christi & sanguinem, quod benedictio consecrauit.] Sic Augustinus in Prosperi florilegio, allegatus item à Gratiano: quamuis nunc, is locus, in Prosperi sententijs non compareat. Addit Algerus. [Quod quamuis dicat, ideò nequis putet pro remanente elementorum visibili specie, ipsorum etiam substantiam quæ iam corpus Christi facta est, remansisse; euidenter tamen astruit, ante & post consecrationem, easdem esse species: quas propter substantiæ mutationem, ante & post, non similiter se dicit pendere.]

Sanctus Ambrosius æquè astipulatur, vt idem Algetus inferiùs his verbis tradit. [Sacrificium Ecclesiæ, reuera veritatem & naturam in se continet, earum rerum, ex quibus conficitur: quia verè & naturaliter continet, elementorum eandem, quæ fuerat speciem. Alioquin quomodò verum erit quod de elementis Sacramentalibus Ambrosius dicit, *vt sint quæ erant, & in aliud commutentur*, nisi de eis in Sacramento, & aliquid reseruetur vt sit quod fuerat; & aliquid muterur, vt melius fiat?] Præclarè eundem Sancti Ambrosij locum librat in hanc rem Algerus, citati septimi capitis initio. [Reuera (inquit) ne suis & cæterorum Sanctorum authoritatibus contradicat, ita necessariò est exponendum. Quicquid enim mutatur in aliud, in aliquo desinit esse quod fuerat: siue substantialiter, siue accidentaliter. Sed in pane & vino cùm in corpus Christi mutantur, accidentia esse non desinunt, sed omnia remanent: ergò panis & vini substantia esse desinit. Quia igitur sanè ea positum est, vt sint quæ erant secundum visibilem speciem, remanentem, & mutentur secundum intentionem essentiam ineffabiliter: vt & inuisibili Sacramento vera proberur elementorum species esse quæ fuerat, & interius substantia eorū mutari in melius quod prius non fuerat.]

Sanctus Anselmus Tract. de corporis & sanguinis Domini multa habet in rem nostram. Sed illud præclarè cap. 1. ait, in Sacramento Eucharistiæ esse substantiam Dominici corporis, sed absque visibili specie sua: & è contrario, esse visibilem speciem panis, absque eius substantia. Addit cap. 6. manere in hoc Sacramento, quædam accidentia panis quæ subsistunt sine subjecto; quia licet adsint corpori Christi, non tamen illi insunt. Et hæc accidentia remanentia, ait esse illam quæ dicitur species panis & vini, conspicua atque visibilis.

Lantfrancum Sanctus Anselmus agnouit Magistrum. In libro contra Berengarium, diserte tradit panem & vinum conuerti in substantiam corporis & sanguinis Christi, [reseruatis ipsarum rerum, (panis & vini,) speciebus, & quibusdam alijs qualitatibus.] Vbi per *species* intelligit solum sensibile visus, commune & proprium, eo quod huiusmodi sensibile, maximè spectetur, hoc est in conspectum se det; vnde videtur petitum nomen *speciei*, pro exterua rei apparentia. Et quod species ea parte agnoscit esse qualitates, æquè ac cætera accidentia quantitati inexistentia, manifestissimè à nobis facit. Neque enim spectra sunt, aut dicuntur qualitates.

Algerus & Guitmundus, Soeij Lantfranci fuere, in eaagirando Berengario. Hæc enim est trias illa bellatorum Berengarij profligatione illustrium, de qua Petrus Cluniacensis scribens contra Petrobusianos *initio*, nonnihil domesticæ gloriæ indulgens, ita loquitur, vt velit delatam Algero palmam. Lantfrancus enim iuata Petrum, scripsit de Eucharistia *benè*, *plenè*, *perfectè*. Guitmundus *melius*, *plenius*, *perfectius*. Algerus *optimè*, *plenissimè*, *perfectissimè*. Hic igitur Algerus l. 2. illius operis, toto cap. 7. nonitatem quam insectamur, tunc à nescio quo ex parte inuectam, refellit accuratè, vt infra puncto 4. patefaciam, eapendens eius rationes. Guitmundus quoque, apertissimè consentit varijs locis, ac nominatim l. 2. agens de combustione hostiæ consecratæ; quam comburi air quoad accidentia panis & vini quæ reuner; prorsùs inter flammas illæso Christi corpore. Similiter l. 3. refellens impanationem inde ab aliquibus inuectam, vt caro Christi comedi posset; respondet, ad hoc sufficere panis & vini accidentia; quæ sola in externos sensus incurrunt, & tollendo hortori ea comestione carnis cruenta, sat esse possunt. Eaplicatissimè autem ac voce *accidentium* in actu signato adhibita, confirmat, quæ in Sacramento cernuntur, esse vetas accidentales panis & vini eanuias, his substantijs destructis supetstites.

Frustra scholasticos atteaerem, cum eos ad vnum omnes, consentire hac in parte, & per species Sacramentales intelligere accidentia è pane & vino destructis residua, aduersarij quoque, fateantur. Est autem hæc eorum consensio, potentissimum in rem nostram argumentum. Fetè enim Antistites, quorum est fidelem plebem pascere verbo doctrinæ, inhærent sensui Doctorum, quos vel à Concilijs habent, vel in libris consulunt. Atque adeò plebs, quæ Episcoporum suorum dictis est audiens, cum Episcopis errarer, si omnes ad vnum Theologi, vnanimi consensu aliquid amplectentes, aberrarent à veto. Quod tamen aliqui hinc colligunt, vnanimem consensum scholasticorum, facere rem de fide, alibi est discutiendum, nec hoc loco à me sumitur. Itaque cùm planè omnes scholastici, per species Sacramentales intellexerint vera accidentia quæ in pane & vino præfuerant, duce Magistro in 4. d. 12. & S. Thomas 3. p. q. 77. ac in Officio corporis Christi præsertim in lectionibus secundi Nocturni: magna omninò confirmatio veritatis pro qua satagimus, inde subministratur. Accedit hìc metitò referenda autoritas Catechismi Romani. Illius enim Autotes non transcendere autoritate gradum autotitatis Scholasticorum, benè notat Vasquez 3. parte d. 198. c. 3. & Gaspar Hurtado disp. 3. de Eucharist. difficult. 6. scio aliquos plus Antoribus Catechismi deferre; tanquā is catechismus sit mera doctrina Romanæ Ecclesiæ, vt putant præferri titulo *Catechismi Romani*. Sed hallucinantur. Neque enim omnia volumina quæ denominantur *Romana*. censenda sunt continere doctrinam Romanæ Ecclesiæ: Alioqui quod dicitur *Onomastikon Romanum*, contineret Ecclesiæ Romanæ doctrinam; esséq; irrepudiabile. Eo igitur Catechismo parte secund. cap. 4. tanquam ex perpetuo constantiq; Ecclesiæ sensu, proponitur communissa

sententia

ſententia, cui inhæremus, de accidentibus realibus panis ac vini, in hoc Sacramento ſuperſtitibus.

PVNCTVM III.

Rationes ſolidæ pro reali perſeuerantia accidentium panis ac vini, & vera notione ſpecierum Sacramentalium hactenùs propoſita.

QVæ ſubijciendæ ſequuntur probationes ex ratione, petendæ ſunt, partim ex generica ratione Sacramenti; partim ex propria & ſpeciali ratione Euchariſtiæ; partim denique ex ijs quæ iſti Sacramento contingunt, tam in vſu eius legitimo, quàm extra ipſum. Attingamus omnia iſta perpaucis.

Ex generali ratione Sacramenti, argumentari poſſumus; quia de ratione Sacramenti nouæ legis, eſt, vt ſit ſignum viſibile. Nam vt D. Chryſoſtomus homil. 83. in Matth. & D. Auguſtinus non ſemel, egregiè ſunt ratiocinati; Sacramenta cum ſint reſſeræ colligandis fidelibus in vnum cœtum ſenſibilem & coniunctionis eorum veluti coagula; non potuerunt non inſtitui corporea ac ſenſibilia. Et ita videmus à Chriſto obſeruatum, in omnium noſtrorum Sacramentorum inſtitutione. Sicut ergò Euchariſtia eſt verum Sacramentum nouæ legis; ita debet eſſe aliquid verè ſenſibile. Iuxta nouitatem autem, cui expendendæ inſiſtimus, Sacramentum Euchariſtiæ non eſſet ſenſibile. Nam hoc Sacramentum, vt ſupra monſtrauimus, integrator ex corpore Chriſti & ex ſpeciebus. Corpus autem Chriſti, habet ſe in hoc negotio ad modum ſpiritus, atque adeò non eſt ſenſibile; extra grande miraculum quo ſenſus corporei ſuſtollantur ad perceptionem accidentium ſenſibilium Chriſto inexiſtentium in tali ſtatu conſtitutorum. Si tamen etiam miraculo, ſenſus poſſet eò vſque ſuſtolli. Nam inter Theologos anceps quæſtio eſt, an ſaltem vi diuina, corpus Chriſti in Euchariſtia poſſit oculis alijſve corporeis ſenſibus attingi. Et qui concedunt, vi diuina oculum aliúmve ſenſum ad eam notitiam ſuſtolli poſſe, negant vlli ſenſui id poſſe obtingere abſque diuina eleuatione ſupra naturam. Igitur ſuapte natura corpus Chriſti prout eſt in Euchariſtia, non eſt quid ſenſibile. Sed neque Sacramentum Euchariſtiæ, dici verè ſenſibile, prout conſtat ſpeciebus Sacramentalibus objectiuè ſumptis. Sic enim Euchariſtia, iuxta hanc nouitatem, non eſt niſi ſpectrum præſtigioſum, deludens ſenſum imagine falſa: Et quidem tali falſa imagine; vt falſitas in quam vnus ſenſus circa ſpecies incurreret, non poſſet alio ſenſu corrigi, ſicut contingit deluſionem viſus conſpicientis in aqua remum fractum, currigi poſſe per alium ſenſum. At hîc nulla talis correctio & deluſionis abactio ſperari poteſt; cum iuxta doctrinam quam agitamus, omnibus æque ſenſibus imponatur in hoc myſterio. Periclitatur etgò incolumitas Sacramenti Euchariſtiæ iuxta hanc nouam doctrinam; cum non appareat quomodò retineri poſſit vera eius ſenſibilitas, quæ ad verum Sacramentum eſſentialiter exigitur. Nemo ſanè, ferret eum, qui diceret baptiſmum conferri poſſe adhibita aqua quæ non eſſet verè aqua; ſed tantùm appareret aqua per Satanæ præſtigias. Et ſimiliter nemo admiſerit, conſecrari poſſe aliam materiam quàm verum panem, & vinum; etiamſi per præſtigias, vel per artificium humanum appareret panis & vinum. Cuiuſmodi falſa ſpecie tenùs, panis in conuiuijs quæ Diabolus Magis, ac Sagis apparauerat, plerúmque illatus legitur. Et idem eſt de falſa vini imagine propinata. Aliquando item, Samniones quoſdam riſum captaſſe ex impoſtura facta ſenſibus alienis, exhibitione materiæ prorsùs extraneæ pro pane & viuo, compertum eſt. Sicut ergò talem vel præſtigioſam vel commentitiam materiam, quantumuis falſa imagine panis aut vini imponentem externo ſenſui, nemo admitteret conſecrari poſtè, aut ſufficere ad conficiendum Sacramentum; ita explodenda eſt nouitia Theologia, affirmans pattem integrantem Sacramenn Euchariſtiæ, eſſe ſpectrum & imaginem vanam, ſenſibus imponentem, abſque vera & reali ſenſibilitate, ad verum Sacramentum neceſſaria. Sanctus Ambroſius hoc falſiloquium præſtigioſum, confodit ea præclara ſententia quam refert Magiſter in 4. d. 12. p. 1. §. *ſolet etiam*, argumentans contra eos qui dicebant, hoſtiam in Miſſa non frangi reipſa, ſed videri frangi. [Nihil falſi putandum eſt in ſacrificio veritatis; vel ſicut fit in Magorum præſtigijs, vbi deluſione quadam falluntur oculi, vt videant eſſe quod non eſt.] Itaque Aduerſarij benè reſelluntur ex generali ratione Sacramenti.

Rationes pro eadem vera ſententia.

Iam ſpecialis ratio Sacramenti Euchariſtiæ, ſuppeditat in hanc rem argumentum optimum; quia hoc Sacramentum ex ſua ſpeciali ratione eſt cibus, iuxta illud Chriſti Ioan. 6. *Caro mea verè eſt cibus; & ſanguis meus verè eſt potus:* quod verè aſſeritur, non modò quia hoc Sactamentum interiùs reficit ac rigat animam, quod corpori præſtant cibus ac potus; ſed etiam quia hoc Sacramentum conficitur ſub externa ſpecie reali cibi & potus; ad expreſſiùs ſignificandum effectum inuiſibilem & internum, quem hoc Sacramentum confert homini, vt Tolerus Ioan. 6. ad prædicta verba inſinoat. Itaque in illo verè cibo & verè potu, conſignificantur ſpecies accidentariæ reſiduæ, ſub quibus caro & ſanguis Chriſti percipiuntur. Hæc autem Chriſti inſtitutio, vana (quod abſit,) redderetur, & verba Chriſti aſſerentis Euchariſtiam eſſe modo prædicto *verè cibum & verè potum*, deſtituerentur veritate. Non enim eſſet verè cibus, ac vetè potus, qua ex parte panis & vini exuuijs continetur: ſed eſſet cibus ac potus phantaſticus. Imò abſolutè ac ſimpliciter, Sacramentum Euchatiſtiæ non diceretur *verè cibus, & verè potus*, contra expreſſa Chriſti verba; quia vt præmiſi, quod ſpecialiter conſtituit hoc Sacramentum, habétque rationem cibi ac potus, non eſt ſola Chriſti caro & ſanguis, ſed vtráque illa ſub-

Sectio II. Punct. III.

ſtantia cum ſuis operimentis, quæ ſunt ſpecies externæ reales eſculentorum & poculentorum.

Argomentari prætetea licet ex hoc capite, quia in ſpeciali ratione huius Sacramenti, inuoluitur transſubſtantiatio, ſaltem vt connotata antecedeoter; cum hoc Sacramentum ſit aliquid compactum ex Chriſto, & ſpeciebus panis & vini, reſiduis poſt deſtructas panis & vini ſubſtantias per conſecrationem, qua fit transſubſtantiatio. At transſubſtantiatio cum ſit vera conuerſio; iuxta doctrinam Sancti Aoſelmi, admetienda eſt ad volgares conuerſiones ſubſtantiales: oiſi quod in transſubſtantiatione, fit mutatio totius ſubſtaotiæ, etiam cum deſtructione materiæ; quod eſt huic myſterio ſingulare, oec in alijs ſubſtantialibus mutationibus contingit. In vetis autem conuerſionibus naturalibus, illud eſt perpetuum, vt habeant aliquid vtrique termino commune, ſub quo fiat conuerſio: ac proinde idem ſetuari debet in hac conuerſiooe; alioqui ſobſtantia corporis Chriſti; dicr poſſet ſubſtare ei è qoo excludit panis ſubſtantiam; quódque poteſt demonſtrati per pronomen *hoc*, io cuius ſignificato inuoluitur aliquid demonſtratum, quod priùs erat aliud; io fine autem enunciationis, eſt corpus Chriſti. Nihil porrò poteſt aſſignari vtríque extremo commuoe, & omnia antedicta verificans, præter accidentia realia qoæ in paoe & vino præjacuerant, & inducto Chriſto permaneot. Quippè in ordioe ad hæc accidentia, beuè intelligitut, quomodò corpus & ſanguis Chriſti provt inducta vi verborum, à Sacerdote prolatorum in perſona Chriſti, ſint incompoſſibilia cum ſubſtantijs paois & vini, itavt eas excludant: quam excluſionem, omninò poſtolar ratio transſubſtantiationis. Igitur niſi admittantur veta & realia panis & vini accidentia, perſeuerantia poſt deſttuctas eorum ſubſtaotias, coertitur legitima ratio coouerſionis panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti, & cottuunt omnia ad ſpecialem rationem Sacramenti Eochariſtiæ ſpectantia, quæ ad ſummum non erunt veta, niſi apparenter, ac per falſam imaginem.

Præterea per nouitatem quam excutimus, exſcinditur huius Sacramenti vſus, qui in manducatione conſiſtit. Abſutdè enim Auteolus in 4. d. 8. quæſt. 1. artieul. 1. exiſtimauit, mandocationem ſpectare ad confectionem Sacramenti Eucharistiæ, cum reuera ſit aliquid poſterius, & eius iam confecti vſorpatio, & applicatio, eui Chriſtus alligauit collationem gratiæ ab hoc Sacramento obuenieotis, iuxta illud, *qui manducas me, viuet propter me.* Et illud, *qui manducas hunc panem, viuet & æternum.* Atqui excloſis realibns accidentibua quibos Chriſtos moralitet alligatur, eius manducatio non haberet locum. Nunc enim quia hoſtia contiuet accidentia tealia, rectè dicitur, Chriſtum accidentibua opertum, eomedi ac deglutiri, eo ipſo quod hoſtia Chriſto adjaeens, traijcitur per guttur ad ſtomachom, cauſato in ea vitali motu, & facto naturali deſceuſu eius deorſum ob grauitatem qua inſtruitor. Chriſtus autem ptovt eſt in hoc myſterio, cum ſit inextensè & ſpiritnali modo, non plus poſſet comedi, quàm Aogelus; neque poſſet natotaliter per motum à vitali potentia corporea cauſatum, ttaijci in ſtomachum; quia potentia vitalis naturalis, noo poteſt imprimere motum rei inextenſæ, ac indiulſibiliter exiſtenti. Auceps quidem quæſtio eſt apud Theologos, an ſubſtantia ſpiritualis & inextenſa, poſſit ab alia item ſpirituali ſubſtantia, moueri & trahi localitet; negante Vaſque 1. part. d. 194. nec abſque ſale in eos quibus placer ea intelligeotiæ motio per iutelligentiam: pro qua tameo aliqoor Patres adducit Toletus in cap. 11. Lucæ annot. 34. & benè multos probatæ notæ Doctotes pro eadem protulii io natorali Theologia diſt. 4. num. 239. Quicquid verò in ea controuerſia ſtatuatur, tametſi pars affirmaos, à paſſiua receptibilitate lationis io Spiritu, & à propottiooe maioris inæqualitatis ſupra eum in alteto Spiritu ad eum motum cauſandum, noo improbabiliter fulcitur; tamen vt corpos vi ſua natutali & corporea ſpiritum ſibi phyſicè non coniunctom mouete localiter poſſit, & aliò trahere, nemo vel fingendo affirmarit. Atqui corpus Chriſti tametſi corporeum, habens tameo ſe ad modum ſpiritos, non voitot phyſicè corpori noſtro. Quomodò igitur poſſet per vim eius motiuam trudi in ſtomachum, oiſi ſpecies reales quibos colligatur ad ſaluandam verborum veritatem, motum illum recipientes ad eundem locuio traherent Chriſtum, in qoem ipſæ (qoippè corporeæ,) à facultate corpotea vrgeorur, atque trahuntur? Quare negando vera & realia panis & vini accidentia, tollitur ratio comeſtionis: qua ſublata, huiua Sacramenti vſus & applicario, prorsùs exſcinditur.

Tandem argumentati eodem modo licet, ex varijs quæ Sacramentom Euchariſtiæ ab extrinſecis agentibus patitur. Conſtat enim Sacramentum hoc, aliquando, aut caſu, aut incuria, vel malignitate cuſtodum aut hæreticorum vel infidelium impietate, conculcari, comburi, aor proijci io cloacas, vel exponi cãoibos. In quam rem, multa ex Patribus, & ex recentiote hiſtotia habet Sanctoſios in Liturgiarum ptooëmio, & in libro de expilatione Eccleſiatum. Infelix ætas noſtra, pleráque talia ab Hæreticis ſacrilegè admiſſa deplorauit, etiamſi non ſemper ijs obtigit qood olim impijs Dooatiſtis; qui objicientes Euchariſtiam eambos, ab ijſdem deuorati ſuor, vt eſt apud Optatum lib. 1. ſimiliter Sacrameotom quandóque ptæ ſitu, marcet, aut tabeſcit, ſi ad longum tempus aſſeruetur: ita vt pto miraculo habitum ſit, quod Barchinone in templo Auguſtinianorum anno 1612. repertæ ſint in pariete templi, ſpecies Sactamentales planè integræ quæ ibi per annos trecentos delituerant, in capſula abditæ, quando templum eſt conſectatum, vt ſcribit Emmanuel à Cerda quæſt. 6. poſitioa nom. 57. Pletúmque autem Deus, qnia non volt immutare curſum naturæ, ſinit Sacramentum, æris vel aliorum actiuorum externorum iniurijs affici atque tabeſcere: vel corrodi à mutibus, aut vermibus exedi. Et differi hæc reipſa aliquando coutingere

quod

quod visus est velle Guitmundus lib. 2. de Eucharistia & Algerus l. 2. eiusdem argumenti c. 1. est negare absque vllatenùs probabili ratione, quod ipsis oculis ingeritur, vt benè euincit Sanctesius reperit. 5. c. 4. Verum est, corpus Christi in omnibus propositis euentibus, nihil intrinsecè pati; ac etiam abscedere, ex quo species ad eum statum deuenerunt, vt moraliter non cadat ampliùs in eas forma consecrationis: nec verè possit affirmari, quod nunc supereſt post talem alterationem, esse hoc quod erat cum primùm verba formæ sunt pronunciata. Et propterea vbi conseruantur hostiæ quædam miraculo quopiam olim edito insignes, (vt Diuione hostia à Judæo transfixa & sanguinatione mirabilis, transmissa ab Eugenio IV. ad Carolum Burgundiæ Ducem;) quia timetur ne species ob vetustatem sint corruptæ, & à connaturalitate accidentium panis desciuerint; ponè hostiam antiquam, collocatur alia receos, quæ subinde mutatur; ne fideles existimantes se adorare Christum præsentem, decipiantur, Christo iam digresso ab accidentibus tantoperè immutatis. Tabescere igitur posse, aut crescere, vel comburi, aut calcari pedibus proterentium, vel vorari à brutis, aut à muribus exedi, Eucharistia Sacramentum, non est cur negetur.

Hæc autem omnia reuocantur ad ludibria, & ad prætigias sensuum, si oouitas, quam excurimus, admittatur, nec verum sit, dari in Eucharistia realia accidentia, quæ fuerint connaturales panis & vini dispositiones. Neque enim verum erit, aliquid reipsa comburi, aut calcari, & proteri vel marcere, atque tabescere; sed hæc omnia non nisi apparenter fient, ac per prætigias, quibus sensibus imponatur. Frustra item timebitur abscessus Christi, præ situ ac marcore specierum. Reuera enim nulla occurret ratio; cur Christus non semper adsit, si nulla sit realis immutatio quæ in solis veris ac realibus accidentibus potest contingere?

PVNCTVM IV.

Illustrata & roborata Algeri argumenta, aduersùs doctrinam hactenùs exagitatam.

SEntentia de spectro Eucharistico, & nullis panis ac vini accidentibus in mysterio Christiano residuis, si Nicolao Romæo credimus, tempore Caroli Calui est excogitata. Notat enim eruditus ille Caluinianarum fabularum exagitator, in Caluini Effigie spectae. 3. colore a 1. & spect. 8. colore 72. cum sub annũ Domini 870. quidam Eques Aurstus cui nomen *Fredenardo*, quæstionem mouisset, vtrum Christi corpus verè esset in Eucharistia; fuisse qui in alteram partem excedentes, ita veram & realem Christi præsentiam astruerent, vt differentur supereſse realia panis & vini accidentia; asseretentque, id quod in Eucharistia conspicitur, esse ipsam speciem siue pellem carnis Christi, nullis realibus panis ac vini accidentibus obductam, tametsi Deo sensibus illudente, videamur nobis videre alborem paois, & idem sit de reliqnis panis & vini accidentibus. Contra hos Bertramus iubente Carolo Caluo stylum

R. P. Theoph. Raynaudi, Eucharist.

strinxit, & verè supereſse panis & vini accidentia in mysterio Eucharistiæ, demonstrauit. Et quamuis aliquando incommodè loquitur, ita vt substantiam carnis Christi negare videatur, tamen mens eius viderur sana fuisse, nec nisi conspectum illum & attactum ijsmediatum substantiæ Christi, exclusis panis ac vini accidentibus inficiari volnisse. Est autem vehemens suspicio, Oecolampadium Sacramentarium, qui primus Bertramus superiore sæculo vulgauit, manus interpolatrices operi Bertrami immisisse. Nam quædam in eo opere leguntur, malè cohærentia, & pugnantia aperte cum præcedentibus & consequentibus; quæ esse assumenta, inde suadetur, quod si eximantur, sensus integer relinquitur. Vt vt sit, Bertramus scriptor fuit Catholicus, & iudicium suum sapientum censuræ subijcit in calce opetis; frustráque à Centuriatoribus nouæ Centuriæ c. 4. §. de *Cœna*, nec non à Caluinistis passim, allegatur pro Berengarij antecursore; cum eius mens tantùm fuerit, sententiam quam hoc loco impugnamus, tanto ante oatam, exagitare. Quod tamen liber Bertrami ob ea quæ dixi assumenta ab Hæreticis immissa, (nam eum studiosè ediderunt, primùm Coloniæ 1532. tum Basileæ anno 1550. & 1555.) indicio Ecclesiæ sit improbatæ lectionis; ac etiam quia is liber mihi aliàs in Gallia cum de suppositione librorum scriberem, enolutus, nunc non est ad manum; nihil ex eo in præsenti refetam; sed Algerum duntaxat, qui longè post Bertramum claruit, & de hoc argumento fusè disserit, in huius disputationis campum, producam.

Igitur non supereſse realia panis & vini accidentia in Eucharistiæ Sacramento, aliqui tempore Algeri censuerunt, vt apud eum legere est l. 1. c. 7. Imò inferiùs subdit, multos circa hoc errasse. Argumentum eorum fuisse refert, quod PP. dicsnt, post consecrationem, iam non esse panem, sed corpus Christi: Ex quo inferebant, nihil omninò de pane in Sactamento remansisse. Hæc tamen illatio, est planè friuola. Non enim si verè dicitur panem non manere, sequitur nihil prorsùs ad panem attinens supereſse. Potest enim & panis quoad substantiam abscedere; & aliquid quod verus panis non sit, sed tamen ad panem attinuerit, perseuerare. Dimissa igitur hac friuola illatione, quam Algerus SS. Ambrosij & Augustini testimonijs supra expensis refellit, directè aduersùs eam imaginationem sic insurgit Algerus.

Quæ Algerus contra propositam] monitatem.

[Si pane mutato nihil visibile reseruatetur, minueretur fidei meritum: vel pro euidenti miraculo, quia in consecratione Sacramenti, panis omninò euanescerer; vel quia obliuione sopita fidei deuotio torperet; cum in tanto mysterio signum aliquod vnde memoria admoueretur, non supereſset. Non enim supereſset aliquod visibile, circa quod mystica passionis signa; & crucifixionis Christi, in Missa, possent celebrari; nec vnde in perceptione corporis & sangoinis eius, incorporationis suæ, & nostræ, mysteria compleri, vel infirmis viaticum dari; nec cætera quæ visibiliter & salubriter per ipsũ in S. Ecclesia fiunt, valerent administrari. Non enim frustra dixit Dominus, *hoc facite in meam commemorationem*, Sacramentum exhibens, sicut verum fidei, sic verè visibile; excitandæ commemorationi, vt quod fidei certum est, men-

Sect. II. Punct. IV.

tem pascat : quod visui certum est, deuotionem accendat. Quia enim illum, secundùm catenem cœlos oportuit penetrare, vt illhuc confidentiùs tenderemus ; reliquit nobis carnalibus huius Sacramenti visibilem figutam, & characterem carnis & sanguinis sui, vt suæ passionis memoria incitati, constantius hoc faceremus.]

Supponit in hac argumentatione Algerus, si accidentia vnà cum substantia panis & vini euanescerent ; Christum nihilominus futurum in Sacramento inexistensè ac spiritualì modo, & inuisibilitet, respectu visus externi. Qua suppositione facta, ex omnimoda accidentium destructione sequeretur fidei imminutio, oblivio passionis Christi, & totpor pietatis, deficiente materia sensibili, quæ ad confectionem & administrationem Sacramenti adhibetetur. Nam ob destructam prorsùs panis & vini substantiam, quæ immediatè ante consecrationem fuisset conspicua ; si eius item accidentia euanescerent, liqueret de miraculo intercurrente : atque ita metitum minueretur. Deficiente item, Christi, (faltem per specierum vestes,) sensibilitate & contractabilitate, alia incommoda ab Algeto tacta consequerentur, vt considerantì erit manifestum. Vt autem Christus visibili specie exhibetetur in Eucharistia, non debuit instituì, tum ob horrorem mandendi & glutiendi Christum visibilem ; tum ob consecuturum fidei ac metiti detrimentum. Itaque Algeri argumentatio est valida. Dici tamen potest, per interpositas à Deo præstigias, quibus panis & vini accidentia exhibentur vt præsentia, prospici omnibus prædictis incommodis. Sed hæc euasio, hoc alio Algeti argumento præcludetur.

Pergit ergò Algerus. [Cum in Sacramento, forma panis, soliditas, color, sapor, sentitur ; vel verum hoc esse, vel phantasticum dicitur. Sed absit vt perfecta vetitas phantasiæ fallacia astruatur, maximè cum ipsi Angeli, & ipse Spiritus sanctus, in columba, vel linguis igneis quoties apparuisse leguntur, non phantastica, sed vera corpora in acie assumere asttuantur : & in cæteris omnibus Sacramentis noui Testamẽti & veteris, nihil phantasiæ, sed omnia vera inueniantur. Absurdum enim reuera est, vt quod non vetè est, veritatem approbet & quod de se fallit æstimationem de alio vetam exhibeat fidem phantastica enim illusio, Magicis congruit & Diabolicis fraudibus ; veritatis autem assertio, diuinis sanctionibus. Ne ergò phantastica species, Sacramento Christi, aliena prorsùs & indigna superinduci credatur ; quæ magis nouit fallere, quam veritatem astruere.]

Hæc ratiocinatio est moralis, sed optima ; ita tamen intelligenda, vt non repugnet, Deum interuentu specierum impressarum, absque objecti efficientia inditarum, exhibere sensui extetno repræsentationem omninò similem illi quæ efficeretur vi specierum procreatarum ab objecto, cum præsens adest, & potest facultatem sensuum externam fœcundare ; immissa vicaria sui specie impressa, tanquam semine ad fundendum notitiæ fœtum. Effectio quippè specici impressæ ab objecto, est supplebilis à Deo, quamuis de specie expressa quæ est ipse flos vitæ, idest viua imago objecti ; nec est conprincipium vitæ actualis, sed ipsa vita in actu secundo, multi non inuerisimiliter statuant, quod sit allegata potentiæ vitali, ob nexum essentialẽ, quem cum ea habet cognitio. At species impressa, nullam talem essentialem connexionẽ habet cum objecti causatione. Itaque potest à Deo effici : & indita potentiæ vitali, æquè poterit repræsentare objectum absens, ac si ab eo præsente fuisset emissa. Neque verò ea simplex falsitas quæ cernitur in repræsentatione objecti non existentis, est adeò contraria supremæ veritati vt ab ea effici nequeat. Nam ob eam effectionem, Deus idcircò non erit autor erroris, qui in simplici repræsentatione locum non habet. Videndus S. Thomas 3. p. q. 76. artic. 8. & Suares 3. p. Tom. 2. d. 55. l. 2. Est tamen congruentius diuinæ veritati, extra repræsentationes aliquas per breues mox desituras, fucum illum repræsentationis non adhibere. Et in illis ipsis apparitionibus, factis specie peregrina, quæ maximè videri possent non fuisse nisi inanes, & vacuæ rerum ; cuiusmodi fuit apparitio Spiritus sancti, columbæ specie super Christum S. Augustinus l. de agone Christiano cap. 22. agnoscit non fuisse meras præstigias ; sed quamuis non fuerit vera columba, ait defuisse falsitatem ; quia erat verum corpus, quamuis cum sola columbæ similitudine, absque columbæ vetitate. Et ita intelligendum est quod S. Ambrosius l. 3. de Spir. sancto c. 1. & lib. 1. de Sacram. c. 5. corporalem columbæ speciem Lucæ 3. memoratam, negat fuisse Incarnationem, id est assumptionem veræ, carnis columbinæ : cum tantùm fuerit species, vtique carnis & columbæ, non tamen species protsùs vacua, & inane visus ludibrium. Et ita rectè Toletus in c. 1. Ioan. annot. 70. & in c. 3. Lucæ annot. 48. Maldonatus Matth. 3. & alij adducti cum ageretur de possibili assumptione irrationalium per Verbum.

Postremum Algeri argumentum ex eo petitur, quod compositio Sacramenti Euchatistiæ ex corpore Christi & speciebus, conferatur à Patribus cum compositione Christi ex humanitate & Verbo. Augustinum pro ea comparatione laudat Algerus. Sed alij præterea Patres, magno numero proferri possunt, cum Sanctesio repetitione 8. cap. 4. & perpulchrè prætet cæteros id habet creditus Cyprianus serm. de Cœna Dom. Alios signaui superiùs p. 5. tractans sitne vnio hypostatica inter species Sacramentales & Christum ; qualem referebam inuehi ex ea comparatione vtriúsque mysterij, apud Patres satis frequenti. Quamuis quia comparationes ac similitudines, non sunt, (vt dici adagio solet) rectipedes ; sed sempet in aliquio claudicant, neganda sit ea specierum suppositatio per corpus Christi ; tantúmque sit admittenda proportio inter vtriúsque mysterij compactionem ex pluribus extremis ; verbo scilicet ac humanitate ex vna parte ; & corpore Christi ac speciebus, ex altera. Sicut ergò in ea compositione Christi ex Verbo & humanitate, vtrúmque extremum est reale : ita in structura Sacramenti ex speciebus & corpore Christi ; (quam huius Sacramenti compositionẽ agnoscunt SS. Ambrosius & Augustinus supta adducti, ac Nicolaus I. in Romana Synodo 113. Episcoporum ;) vtrúmque extremum debet statui reale ac proinde species Sacramentales, hoc Sacramentum cum Christo compingentes, non possunt dici esse meræ præstigiæ. Clausula totius

tios huius vltimæ diſputationis Algeti, eſt iſta. [Si ex phantaſia & veritate Sacramentum Chriſti confici crediſſet, iam confectio non erit; cum ex aliqua re, & nulla confectio conſtare non poſſit. Conficitur ergò Sacramentum ex vero corpore Chriſti & ſanguine: & ex veris ſpecibus panis & vini.]

Hoc argumentum recidit in illud quod puncto ſuperiore confecimus ex generali tatione Sacramenti. Itaque confirmata manet veritas pro qua ſatagimus, non modò Algeri autoritate, quæ in huius Sacramenti rebus non eſt exigua, ſed etiam rationibus vndecunque idoneis. In quo autem, phantaſma hoc nouitium diſcrepet à ſpecto quod Algerus exagitauit, conſequenter expoſitum venio.

PVNCTVM V.

Influxus Chriſti in ſpecies intentionales præſtigiarum objectiuarum effectrices, ſuperpondium difficultatum, grauantium doctrinam nouitiam de ſpectris ſpecierum Euchariſtiæ.

AVtor ſententiæ quam excutimus, ad phantaſma ab Algero rejectum, addidit quod non modicè grauat hanc nouitatem. Illi enim (vt cum S. Leone dicam,) phantaſtici Theologi ac Chriſtiani, qui rempore Algeri, ſpecies ad præſtigias tetulerunt, illud vnum noluiſſe videntur; Deum potentia ſua abſoluta vtentem, producere effectiuè ſe ſolo, ſpecies impreſſas quæ ab accidentibus panis & vini emitterentur, ſi adeſſent accidentia. Qua in re, quod ad poſſibilitatem attinet, non eſt difficultas. Nec enim dubium eſt, quin Deus deſtructo ſenſibili objecto, ſi ſpeciem ab eo impreſſam conſeruare, vel nouam planè ſimilem ei quæ ab objecto impreſſa eſt, producere velit; id præſtare poſſit. Ita tectè Palud. in 4. d. 12. quæſt. 1. artic. 2. cum Scoto ibid. d. 10. q. 8. Neque item ambigi poteſt, quin conſeruata diuinitùs, vel de nouo indita ſpecie objecti impreſſa, eadem ſecurura ſit objecti expreſſio atque cognitio qualis priùs fiebat, ante objecti ſenſibilis deſtructionem. Et hunc modum philoſophandi de ſpeciebus Sacramentalibus, mangones huius paradoxi, non negant poſſe tetineri, vt videre eſt parte 2. Trutinæ §. 1. Ideircò tamen minùs eiſdem arriſit, quia eſt ſatis obuius & facilis. At quæ nimis obuia ſunt, quaſi vltroneæ merces putent, iuxta D. Hieronymum; & ingenij acies, in ſumma placitorum facilitate, non proditur. Alium ergò philoſophandi modum, qui ſubtiliot & perſpicacibus duntaxat ingenijs obuius eſſe poteſt, prætulerunt ijdem ludibrij ſpecierum defenſores. Enm ego modum refero ex eadem parte 2. Trutinæ §. 2.

Statuit itaque Autor Trutinæ, ſpecies intentionales priùs à ſenſibili objecto emiſſas, cum ipſum objectum perſtaret, vnà cum ſubſtantijs panis & vini; non fieri vel conſeruari à Deo ſolo. Sed procedere effectiuè à corpore & ſanguine Chriſti, vt gerentibus vicem panis & vini. Getit autem ibi Chriſtus vicem panis, modificando ſpecies intentionales à ſuomet corpore emiſſas, aliáſque addendo, quibus quantitas, figura, color, reliquáque panis accidentia exhibeantur. Idem de Chriſti ſanguine ad vinum comparato, dictum cenſeto. Hoc vt intelligatur, aſſumit Autor; corpus Chriſti, cum ſit quoddam mixtum, habere pleráque aceidentia eiuſdem tationis ac eſſentiæ cum illis quæ alijs mixtis corporibus inſunt: vt ſunt, quantitas, color, odot, ſapor, grauitas: quæ accidentia reperiuntur in mixtis variè modificata, & magis vel minùs intenſa, iuxta ipſorum corporum exigentiam. Similitérque ex varia modificatione quantitatum, reſultant variæ figuræ corporum. V. g. figura corporis Chriſti, eſt altera parte longior, figura verò hoſtiæ, eſt fetè totunda. Species ergò intentioonles impreſſæ, naturaliter ab his accidentibus profluentes, repræſentant ſecundùm vim innatam varias effigies, vatios ſapotes, &c. Porrò Chriſtus Dominus, non ſolùm ratione poteſtatis mitaculorum conſequentis vnionem hypoſtaticam, ſed etiam ratione prætogatiuæ adjunctæ ſtatui glotioſo; ad libitum poteſt ſe aliorum oculis, vel ſubducere, vel manifeſtare in propria aut aliena effigie. Id enim eſſe in poteſtate corporis glorioſi, docet S. Thomas 3. p. q. 76. artic. 8. & in 4. d. 44. q. 2. artic. 4. quæſt. 3. nec non Ægidius à Præſentat. lib. 5. de Beatitud. q. 4. art. 7. §. 5. Itaque Chriſtus, nunc in Euchariſtia vtens altervtra illatum poteſtatem; (in Cœna verò vltima, quia nondum corpus eius erat glorioſum, vtens poteſtate miraculorum;) profundit ſpecies ſuorum accidentium ita modificatas, vt repræſentent externam panis & vini formam, provt neceſſe eſt ad myſterij occultationem. V. g. ſpecies emiſſa à Chriſti quantitate, determinat tactum noſtrum ad tangendam ipſam Chriſti quantitatem; cum tali temperatione, vt licet naturaliter ob maiorem ſoliditatem & dutitiem plus reſiſtere deberet quã quantitas hoſtiæ, tamen non plus reſiſtat tangenti quàm reſtitura eſſet quantitas hoſtiæ ſi adeſſet, eo quod corpus Chriſti, eo modo attemperet vim reſtitiuam ſuæ quantiatis. Similiter, corpus Chriſti facit vt ſpecies ſuæ quantitatis, repræſentet eum circulatiter; ad modum quo ſpecies panis, circulatem panis quantitatem reptæſentaſſet; quia ſcilicet ſpecies impreſſa, à Chriſti quantitate dimanans, emittitur ſic modificata quoad reptæſentationem dimenſionum Chriſto internarum. Quod ſi fingamus, albedinem Chriſti eſſe intenſam vt ſex, & colorem panis fuiſſe intenſum vt ſeptem; tunc ſpecies emiſſa ab albedine Chriſti, modificatur ad intenſiùs repræſentandam, & exhibendam albedinem intenſiorem, ei conſimilem quæ panem afficiebat. Cæteri verò colores Chriſto inexiſtentes, nec ei cum pane communes, prohibentur à ſpecierum emiſſione, vt non percipiatur diuerſitas, ac ne myſterium euulgetur. Quæ doctrina, proportione accommodanda eſt ad ſpecies ſaporis, odotis, aliarúmque huiuſmodi qualitatum: nec non ad ſpeciem grauitatis Chriſti, quæ impeditut plus grauitate, & vrgere ſubjectam manum. V. g. quàm faceret grauitas panis, ſi non euanuiſſet vnà cum pane. Virtus item motiua, ſi fortè caſu aliquo hoſtia conſecrata ad terram deſcendat; ita attemperat illum motum localem deſcenſus, vt non cadat niſi ea velocitate, qua caderet hoſtia non conſecrata, ſi moueterur deorſum. Ex hac potrò ſpecierum ita modificata-

Alia difficultas contra ſpecierum præſtigias.

Sectio II. Punct. V.

rum combinatione, exhibetur externis astantium sensibus, forma quædam externa, consimilissima formæ externæ panis: ita vt videantur sibi panem conspicere, odorari, tangere, gustare; cum tamen reuera immediatè videant, odorentur, contrectent, gustent, ipsummet corpus Christi. Quod si fortè per solam specierum modificationem non haberetur perfecta panis similitudo; requireretúrque ad eius repræsentationem nouæ species; Christi corpus eas produceret. Et è conuerso, si essent in Christo aliqua accidentia quibus panis destituitur, inhibetur effluxus specierum à talibus Christi accidentibus: ne perfecta panis similitudo, ad mysterium celandum requisita, deficeret.

Hæc ita fieri potuisse, nihil esse videtur quod impediat. Et videntur huic possibilitati adscribi Suares t. 3. 3. p. d. 53. s. 2. & Ioannes Præpositus 3. p. quæst. 76. art. 6. dubit. 2. Ex eorum enim principijs, euitur, hæc omnia fieri à Christo posse. Habétque affinitatem hæc doctrina, cum alia quæ iatè confirmata est in Naturali Theol. distinct. 8. à num. 259. tractando pœnam dæmonum, & animarum separatarum: quod scilicet Deus, ipsam perceptionem doloris ex cruciatu obiectiuo ignis, determinet modificando species, cum impressas, tum expressas, ad causandum cruciatum ei similem, quem sentit anima, cum corpus ab igne crematur. Quidni verò similis modificatio, in hoc negotio, causari supra naturam possit in speciebus, & impressis, & expressis? Modum ergò philosophandi qui adductus proximè est, possibilem esse, dubitandum non videtur. Hinc Autor Trotinæ, euit sic reipsa factum esse: tum quia fauent locutiones Patrum, quæ ferunt, Christum in Eucharistia videri, tangi, comedi, vt conceptis verbis tradit Chrysostomus hom. 24. in 1. ad Corinth. quæ locutiones non habent locum in prorrita sententia de speciebus Sacramentalibus: tum etiam quia ita factum est cum Christus ad Emmaontem apparuit discipulis in aliena effigie, ex Lucæ 24. vbi Cornelius, & in c. 20. Ioan. ad vers. 14. cum de Christi apparitione in specie hortulani. Quidni ergò similiter in præsenti negotio, dicamus sensum exteronm cum obuersatur ei Eucharistia, non terminari ad aliquid quod inexisteret pani cum supetetat, sed terminari ad accidentia inhærentia ipsimet Christo, qui se pani similissimum præstat in sui pereceptionem? Hæc sanè ratione, dicere ad veritatem licebit, quòd immediatè videmus, tangimus, manducamus, olfacimus, Christom; præbentem se in similitudine formæ alienæ: nempè formæ panis, per modificationem & attemperationem specierum, ab ipsis Christi accidentibus prodeuntium.

Aiebam, hoc esse superpondium difficultatum grauantium nouam hanc de speciebus Sacramentalibus Theniogiam; hac ex parte nunquam ante auditam, & nullatenùs approbandam. Et eius quidem Autor, valdè sibi applaudit, quod iuxta eam complanentur pleræque mysterij huius difficultates, & minuantur miracula; quia hîc accidentia non sunt per se absque subiecto. Sed videtur idem Autor noluisse aduertere, multò magis augescere difficultates, iuxta nouam suam doctrinam; & multò magis multiplicari miracula, quàm fiat iuxta antiquam & communem doctrinam. Hæc enim, quod ad per se existentiam accidentium attinet, vnicum admittit miraculum; nempè in quantitate, cui cætera accidentia sensibilia implantantur. Coiot siquidem, sapor, odor, grauitas, non sunt per se in hoc mysterio, sed inhærent quantitati, quæ sola per se efficitur, auulsa à materia panis; cui inhærebat vt suo connaturali subiecto, vt supra sect. 1. p. 3. attigi; asseruitque S. Thom. 3. p. q. 77. artic. 2. Ægid. tract. de corp. Christi Theorem. 36. & 37. Nec Gabriel, qui lect. 44. in Can. *litera C.* & D. refragatur, & omnes qualitates è pane relictas, per se poni affirmat, aliud reuera probat, quàm quod hæ qualitates possint per se fieri, & per creationem produci; non autem probat, quod reipsa sic fiat. Supposita ergò solius quantitatis per se existentia, vnicum hîc miraculum (quantum ad perfectatem attinet,) inuehitur, iuxta antiquam & communem doctrinam. At per nouitatem, de qua agimus, multiplicantur miracula supra modum. Nam in primis, miraculum, & quidem grande est, quod res corpotea spiritualiter & indiuisibiliter constituta, dicatur physicè agere. Ia enim operandi modus, extensionem postulat operantis, & modum essendi diuisibilem. At iuxta hanc nouitatem, non quantitas sola Christi, sed omnes planè eius qualitates sensibiles, etiamsi spiritualiter & indiuisibiliter constitotæ, operantur transeunter. Deinde miraculum est, quod Christi quantitas, & eiusdem qualitates, emittant species sibi dissentaneas; V. g. quod figura altera parte longior, producat speciem, exhibentem figuram circulatem. Et quod color intensus vt sex, exhibeat speciem qua repræsentetur color, tantùm intensus vt quatuor. Et quod quantitas densa & solida vt sex, emittat speciem qua exhibeatur solliditas & densitas vt vnum; & ita de cæteris supra enumeratis. Quod verò addebatur de subtractione concursus, à Christo facienda si res ferat, ne aliquid sensibile percipi debeat; nno modò miraculum contineret, si fieret; sed etiam tale est, vt ne de potentia quidem Dei absoluta, fieri posse videatur. Nam eius est subtrahere concursum, qui concursum confert: Concursus autem de quo agitur, non suppeditatur à Christi corpore, sed à sensibili eidem inhærente, absque Christi ipsius cooperatione. Et cum subtractio concursus sit mera negatio, ad quam causandam non datur eleuatio obedientialis; frustra diceretur, corpus Christi vi diuina obediontialiter eleuatum, sustolli ad causandam talem subtractionem. Quare meritò dicebam, hoc superpondium doctrinæ nouitiæ, non parum aggrauare huius mysterij difficultates; eum & miracula supra modum multiplicer; & aliquid inoehat, quod ne de potentia quidem absoluta fieri potest.

Dispiicet verò quam maximè, tatio illa philosophandi, huic Autori communis cum plerisque hoc æuo minùs prouidè ac solidè agentibus, Ex eo enim quod confecerint, aliquid potuisse hoc aut illo modo fieri; putant idoneum sibi fundamentum suppetere, ad affirmandum rem de facto ita se habere. Sic non nemo vertiginosorum, ex quo contentis omnibus ingenij netuis, eò rem deduxit, vt potuerit terra circumagi assidua vertigine, cœlum autem stare: nec implicare contradictionem, vt ita fierer, si

Deo

Deo collibuisset, statuendo absurdissimè censeat, cœlum de facto stare, & terram rotari, contra perspicuas scripturas, & contra sensum ipsum. Eodem igitur modo philosophatus in repræsenti Autor Trutinæ, explodendus est. Non enim si quicquid ex eo retulimus, potuit fieri, rectè concluditur ita reipsa factum esse; sed probandum fuit ex Dei voluntate, & Christi institutione, rem sic se habere; quod nullo modo probatur. Nam quod ad id confirmandum adducebantur quædam Patrum locutiones, nullo negotio infra expedietur, & nihil ad hanc rem conferre demonstrabitur. Quare valeat sanè opinatio, per tot ambages, & implexitatum acetementum, stabilienda.

PVNCTVM VI.

Ad argumenta pro noua doctrina, de obiectiuis specierum Sacramentalium præstigijs.

DIssoluenda sunt argumenta pro specierum Sacramentalium præstigijs, adducta puncto 1. Quædam ab autoritate petebantur; alia quædam à ratione. Quod autem eiusdem puncti initio proferebatur, de huius doctrinæ indemnitate ab omni censura Theologica, exeutietur puncto sequenti.

Vrgebatur ergò in primis autoritas SS. Patrum dupliei ex capite. Primum erat, quod Patres sæpè dicant, sensus falli in hoc mysterio: quod iuxta antiquam doctrinam, abhorret à vero. Color enim qui conspicitur, iuxta eam doctrinam est verus color panis & vini; qui est proprium sensibile visus, circa quod sensus externus non errat. Et sic de cæteris sensibus. Iuxta nouam verò doctrinam, siue primus, siue secundus modus eius astruendæ supra propositus admittatur, sensus perspicuè hallucinatur. Neque enim, V. g. est color panis & vini, quem sensus percipit vt talem, iuxta priorem philosophandi modum: cum sit tantum imago vana & spectrum coloris: Iuxta secundum verò modum philosophandi subtiliorem, æquè patet, decipi sensum, cui obuersatur vt color panis. V. g. qui est reipsa color Christi. Itaque noua doctrina optimè cohæret cum mente Patrum: non item vetus & communis Theologia, quæ errorem in sensu cui Eucharistia obuersatur non agnoscit.

Hæc argumentatio, est apertè imbellis. Nam Patres non fuere solliciti, an sensus erret, vel non erret circa sensibile proprium; sed tantum proposuerunt deceptionem, qua persona sensibus Eucharistiam perciplens, inuoluitur; cum iudicat adesse panem & vinum, argumento ducto ex conspicuis panis & vini accidentibus; quæ est magna deceptio; cum certum sit, panem & vinum abesse, quamuis accidentia eorum remaneuria aliud renuncient. Esto non sit vlla deceptio in perceptione coloris per visum, cum sit verus color; & idem est de alijs sensibilibus ad sensum sibi correspondentem comparatis. Cum autem error & falsitas propriè non cernatur nisi in iudicio; simplex autem perceptio, cuiusmodi est sensatio externa, non sit propriè subjectum deceptionis ac falsitatis; liquet, iuxta communem doctrinam, etiamsi sensus non erret formaliter; errare tamen causaliter; quatenùs sit intellectui, cui est pro interruncio & apparitore, causa erroris, & deceptionis, qua iudicium suum improuidè inficit, putans esse panem & vinum, quod neque panis est neque vinum. Hîc ergò est error quem Patres agnoscunt interuenire in hoc mysterio; non autem error ille præstigiosus, quem noua doctrina comminiscitur. *Ad argumenta pro specierum præstigijs.*

Alterum caput argumentorum ex Patribus, pro noua doctrina, ducebatur ex illis locis Patrum, quibus asserunt, Christum hîc videri, tangi, & comedi. Sensus tamen Patrum non est is quem nouæ doctrinæ Autor his locutionibus attribuit; Christum scilicet immediatè videri, tangi, ac comedi: quod de visu & tactu multi Theologi censent impossibile omninò: Sed sensus locutionum illarum est, substantiam panis & vini non conspici, tanquam verè latentem sub his connaturalibus accidentibus, cum sub eis lateat Christus, prorsùs exclusa panis & vini substantia. Neque verò est opus, ad rigorem extimi corticis vocum exigere locutiones aliquas, quibus Patres vt cauillos & subterfugia Berengarij præcluderent, dixerunt, *ipsum Christi corpus, dentibus sensualiter atteri, & frangi.* Hoc enim de ipso corpore Christi glorioso, quibusvis iniurijs subducto, dici ad veritatem, cum rigore summo non potest. Necesse igitur est, locutiones illas accipere pro subjecta materia: vt quia nefarius ille hæresiarcha, ad tropos & figuras omnia reuocabat, voluerint Patres & Pontifices, illum astringere ad profitendam veritatem Catholicam, verbis adeò emphaticis, vt non posset esse locus tropo aut figuræ; etiamsi eadem verba, ad summum rigorem exacta, videri possent dura & meritò mollienda. Quod tectè circa professionem Berengario indictam obseruarunt plerique recentiores: Videndus præter cæteros Sanctesius repet. 2. c. 6. & repet. 5. cap. 3.

Rationes pro noua doctrina prolatæ p. r. suppositâ possibilitate eorum quæ in illa traduntur, vrgent maiorem & tenetiorem sensum pietatis, imminutionem difficultatum huius mysterij, & declinationem inhonotationis Christi. Possibile fuisse Deo hoc Sacramentum construere eo modo quem inehit noua doctrina, concessum ferè est puncto superiore: vbi tamen rectè additum est absurdè ex possibilitate, inferri rem de facto sic se habuisse. Et vt supra attigi, hac ipsa friuola argumentandi ratione, qui nuper inuexerunt motum terræ, & cœlorum quietem, aliáque inaudita paradoxa; in id vnum incubuerunt, vt monstrarent, quæ proponebant, vacare contradictione, & esse possibilia, inde inferentes, rem de facto sic se habere: cum hoc ipsum probare oportuisset; non autem probando duntaxat possibilitatem, inferre quod ita de facto res se habeat. Similiter ergò in præsenti negotio, non sufficit monstrare quod de potentia absoluta, Sacramentum potuerit institui ac confici eo nouo modo quem aduersarij stabilire intendunt: sed fuisset ostendendum, sic esse de facto institutum.

Haud dissimiliter (vt ad primam probationem veniam,) non si noua doctrina faciet in speciem pietati, sequitur eam esse approbandam: sed videndum est, an ille sensus pietatis, sit conformis institutioni Christi: & an idonea pro-

bationes

Sectio II. Punct. VI.

bationc aſſtruatur. Neque verò omnia quæ in ſpeciem fauent pietati, ſunt argumenta ſolidæ vetitatis. Imò expetientia docet, valdè multas ineptias, hac via obtrudi fidelibus, etiam circa Sactameutum Euchariſtiæ: quale eſt quod nuper auditi cœpti, & nunc paſſim ſub ignorantiæ vmbella diſſeminatur: quud Sactamentum Euchat.ſtiæ à ſuperſtite perceptum, ex opere opetato ptoſit defunctis; vt id ſit ignitabulum Dertabus, ad frequentiùs communicandum. Quod nuper quiſpiam admodùm improuidè, (etiamſi falſus ſit falsò ſpargi, & tationibus ſolidis contrarium eumci non negauerit;) tamen tetinendum dixit; & vetitatem contrariam ptoſcribendam atque damnandam eſſe affirmauit; vt pet eam falſitatem Deo ſetuiatur, & eteſcat frequentatio Sacramenti; petinde eſſe dicens, ſiuè pet vetitatem, ſiuè per falſitatem Deo ſeruiatur, dummodò ſetuiatur, alludens haud dubiè ad locum Apoſtoli Philipp. 1. profitentis, ſe gauiſum & ganiſurum, dum omni modo, ſiuè pet occaſionem, ſiuè pet vetitatem, Chriſtus annuncietur. At notandum fuetat, aliud eſſe annunciati Chriſtum pet occaſionem, aliud verò annunciari pet falſitatem; diſſeminatis videlicet de eo falſis; & putitate doctrinæ Euangelicæ inquinata adulterinis miſtionibus, vt fiat plauſibiliur, & auidiùs hauriatur, quod teueta eſt nefatium & iute carpitur ab Iſaia cap. 1. ſugillante cauponantes doctrinam ſacram, & admiſcentes aquam vino: id eſt, vt D. Hie tonymus ibi admonet, auſteritatem ſaeræ doctrinæ, vertentes ad gtatiam quæ eſt illa ipſa cauponatio, (vt ſonat vox Græca Καπηλεύοντες) quam Apoſtolus Coloſſ. 2. à ſe abeſſe ait; eo quod ex ſynceritate, ſicut ex Deo, cotam Deo, in Chriſto loquetetur. Nou igitur ſimilis cauponatio adhibenda eſt, loquendo ad gratiam & guſtum populi, tdeſetta vetitate, vt pietas eteſcat. Non ege Eccleſia ad pietatem promouendam falſitatibus; cui tot & tanta ſupperunt vera atgumenta, incendendis fidelibus ad omnem pietatem, & nominatim ad Sacramenti Euchariſtiæ frequentationem. Eiuſdem furfuris eſt, quod ad B. Virginis cultum cum Encharistia nectendum, & ex nexu cum tanto myſtetio valdè amplificandum, nuper ptimùm innotuit à non nemine iactatum; nempè Euchatiſtiam eſſe perpetuò conſeruandam in cœlo, pectore B. Virginis eidem conſtituto pro cibotio. Multas ſimiles Ineptias tetego in Hetetoclitis ſpiritualibus, ttactans cultum Chtiſti in Euchariſtia, & 2. parte agens de huius Sacramenti ſumptione, pleriſque anomalijs fædata. Inter huiuſmodi erga snomalias pietatis, numetanda eſt hæc quoque; quod magis foueatur pietas, ſi dicatur, Chriſtum ob planè exterminata panis ac vini accidentia, immediatè coniungi, ac comedi, & videri: quod inxta communem doctrinam, tantum petagitur beneficio accidentium quæ ſe habent vt veſte ad corpus & ſanguinem Chriſti: ac proinde computantur vt vnum cum eis; ſicut veſtis & veſtitus ſe habent vt vnum vt ſæpè dicitur à Patribus agentibus de imaglnum adoratione, adhibito exemplo putputæ, ad perſonam Regiam compatatæ.

Inimiuutio difficultatum huius myſtetij pet nouam doctrinam inde ſtabiliebatur, quod iuxta eam declinetur mitaculum perſeitatis accidentium. Id verò miraculum tanoperè exaggerabatur, vt omnium Philoſophorum oculos effigiſſe eius poſſibilitas dlceretut. Sed quàm hæc atgumentatio ſit imbecilla, ex antedictis liquete poteſt. Monſtratum enim ſupta eſt, perſeitatem illam non cadere in omnia panis & vini accidentia, ſed in ſolam quantitatem. Pto declinatione autem huius vnius miraculi, quàm multa alia inducat noua doctrina, ſuperiùs eſt patefactum. Nec eſt vetum, Philoſophos adeò cæcutiuiſſe circa poſſibilem accidentis pet ſe exiſtentiam. Vvaldenſis ſiquidem adductus ſect. 5. parte 2. contrarium latè ptoſequitur, & rectè confirmat.

Inſulsè verò additur, præcidl per hanc nouam doctrinam difficultates illas inter Theologos agitatas, de perſeitate accidentis poſitiua aut negatiua; déque eius perſeitatis ſubjecto; & quomodò accidentia non migtarint de ſubjecto in ſubjectum inbætendo ſoli quantitati, cum ante confectionem Sacramenti, inhætetent vel materiæ, vel toti ſubſtantiæ panis; ac denique quomodò accidentia Chriſto planè extrinſeca, adorentur cultu latriæ quam Autor Trutinæ cenſebat eſſe difficultatem planè inextricabilem. Hæc omnia adeò iacent, vt vix dilui debeant. Spinæ quippè illæ philoſophiæ, de modo perſeitatis accidentium à ſubſtantia ſepatatorum, nihil attinent ad Theologicam vetitatem, quæ enim illis quæſtionum Metaphyſicarum minutijs nequaquam eſt implicanda. Superiùs autem monſtratum eſt, modalem illum limbum non appingi accidentibus ſepatatis. Et quamuis gtatis admittetemus, appingi; facile eſſet, omoia qnæ in contrarium opponebantur, euettere, cum æquè pugnent cum accidentis creatione, quam nemo auſit inficiari, eſſe poſſibilem. Quod autem migtatio accidentis è ſubjecto in ſubjectum inuecta per communem doctrinam, declinati diciut pet ſpecta ſpecierum, abſurdè dicitur. Nulla enim hîc fingenda eſt accidentium migratio; cum quantitas quæ ſola à ſubjecto ſuo connaturali auelliur, non ttanſeat ad vllum ſubjectum. Neque enim ineſt Chriſto, vt Sanctus Anſelmus tectè docet l. de Sact. altar. cap. 6. & tradiut cap. *in quadam* de celebt. Miſſat. fuſiſſimè autem confirmatur à Suare tom. 3. 3. parte d. 47. ſ. 3. concl. 1. Non item migtat in uetem; vt malè tribuitur Bedæ ad Boëtium de Ttinitat. qui tantum voluit exptimere defectum ſubjecti connaturalis; Commemitia igiiur eſt migratio accidentis de ſubjecto in ſubjectum, malè afficta communi doctrinæ.

Aliam difficultatem expediri abs ſe glotiatur noua doctrina, ſitam in vnione corpotis Chriſti ad accidentia panis & vini. Quamnis enim vt explotatum ſupponatur, eam vnionem non eſſe formalem, ſiue cum inhæſione accidentium Chtiſto deinceps affixotum; tamen omninò multi contendunt,

admittendam

admittendam esse vnionem effectiuam qua Christus à speciebus trahatur; ita vt ab eis separari loco non possit. Sunt in ea vnione quomodocunque exposita variæ nec leues difficultates quas declinat noua doctrina negans accidentia realia perstare post consecrationem.

Cæterùm non minùs facilè ijs difficultatibus liberat se communis doctrina, iuxta sententiam reliquorum insigniom Theologorum, qui nullam talem vnionem effectiuam inter Christum & species admittunt; & rectè: vt monitrat Valentia 3. parte d. 6. quæst. 3. parte 1. §. 19. Nam vt supra attigi, motus Christi ad mortem specierum, optimè ac sufficienter intelligitur fieri, per solam moralem Christi ac specierum coniunctionem fundatam in morali perseuerantia veritatis verborum formæ quamdiu accidentia retinent statum in quo essent consentanea substantijs panis ac vini, si supereslent. Eo ipso enim necesse est, Christum adesse speciebus statum illum retinentibus, itavt ab eis disiungi nequeat, quamuis nullum intercedat physicum vinculum inter Christum ac species. Sicut qui theda vehitur, aut vase aliquo continetur, mouetur ad motum thedæ aut vasis continentis, absque vnione physica cum theda & vase. Cum autem hoc argumentum ductum ex motu Christi ad motum specierum, vnicum sit alicuius efficaciæ inter plura quæ ad stabiliendam effectiuam illam vnionem addensantur à Suare tom. 3. 3. parte d. 47. sect. 3. concl. 2. & à Pesantio 3. parte quæst. 76. artic. 6. disp. 5. & hoc ipsum alicuius efficaciæ argumentum, adeò facilè dissoluatur: perperam abblanditur sibi noua doctrina, quasi sola declinet difficultates impeditissimas in quacunque vnione physica Christi cum accidentibus. Quanquam neque eæ difficultates eiusmodi sunt, vt inexpedibiles haberi debeant; si lubeat vnionem physicam effectiuam admittere.

Extollit præterea nouam doctrinam Autor Trutinæ, quod liberetur, ea (vt ipse censet,) propè inextricabili difficultate quæ ducitur ex suprema adoratione specierum; quum tamen ad Christum non attingant, iuxta communem sententiam; & sint aliquid panis & vini, atque adeò sint res purè creatæ, cui cultum supremum deferre idololatria fuerit.

Hæc tamen difficultas, quam Aduersarius adeò magnificat leuicula planè est. Abiectis enim & explosis Vvicleffi spurcitijs, quas recitat Hatpsfeldius in Vvicleffiana historia cap. 3. Varsic. *sed iam nulla*, omnibus Catholicis est extra dubium, Euchatistiæ Sacramentum ex Christo ac speciebus compactum, esse adorandum cultu supremo: vt habetur ex Sancto Ambrosio l. 3. de Spiritu sancto cap. 12. Chrysostomo homil. 3. in ad Ephes. & Augustino conc. 5. in Psal. 21. & in Psalm. 98. ad illud, *adorate scabellum pedum eius.* Subscribunt omnes Theologi, quorum aliqui signati sunt sect. 1. punct. vltimo; nec fuit qui censeret se tanta difficultate grauari hac in parte, quantum sibi fingit Autor Trutinæ. Aiunt enim DD. adorationem huic Sacramento debitam, quantum est ex parte Christi speciebus adoperti, esse veram latriam; respectu autem specierum, esse coadorationem latriæ, eodem modo exponendam, quo exponitur coadoratio imaginis cum prototypo, Regiæ purputæ cum Regia persona. Et non sunt quidem species panis ac vini, aliquid Christo intrinsecum, quia ei non inhærent. Sunt tamen aliquid Christi, quatenùs sunt operimentum Sacramentale Christum contegens, vt fides exerceatur, latente mysterio. Vbi ergò tanta difficultas in coadoratione accidentium, vt ad eam declinandam, adigamur inficiari accidentium veritatem, elque præstigias substituere?

Ad argumenta pro specierum præstigijs.

Difficultas alia, qua leuatam se contendit noua doctrina, in eo sita est quod vetus Theologia admittens accidentia realia, Sacramentum cum Christo compiugenria, cogatur dicere, gratiam Sacramentalem non effici à solo Christo: quod decus, abactis tegminibus accidentarijs, soli Christo veudicatur. Sed maximè commodate videtur aduersarijs inficiatio accidentium realium, quod nullo reali hìc præter Christum admisso, optimè iutelligatur, hoc quod manibus præfertur, esse corpus Christi; cum tamen iuxta antiquam Theologiam, illud *hoc*, in forma consecrationis panis, scateat grauissimis difficultatibus, quas Impanatores vrgent in Catholicos, neque vnquam satis videntur exhaustæ. Quomodò enim verum esse potest, hoc quod videtur, esse corpus Christi, cum videantur accidentia ex panè residua, non autem corpus ipsum Christi?

Neutrius tamen harum difficultatum dissolutio, desperanda est, vt Aductsarij, si stetur in communi doctrina, videntur pronunciare. Imò vtráque facillimè dissolui potest, saluis veris accidentibus. Nam quod realia panis & vini accidentia, integrantia Sacramentum Euchatistiæ cum Christo, coëfficiant moraliter gratiam Sacramentalem; non plus ingerit difficultatis, quàm quod lauacrum aquæ in verbo vitæ, emundet ablutum, eique conferat gratiam; aut quod verba absolutionis, gratiam peccata abstergentem impertiant. In qua morali causalitate gratiæ per rem corpoream, vix vlla occurrit difficultas. Imò si placeret cum omninò multis admittere causalitatem physicam & specierum & aquæ, cæterarúmque Sactamentalium materiarum in gratiam, non esset cur succumbendum videretur difficultati, à tam multis potentiæ obedientalis patronis admodùm complanatæ.

Difficultas altera ex significato pronominis *hoc*, communis est cuiuis dicendi modo; & nullum teneta grauat. Nimirùm difficultas quæ ibi occurrit, in eo sita est, quod non satis perspiciatur in quid cadat illud *hoc*, cum proferetur initio prolationis formæ. Nam tunc substantia panis supereft, atque adeò ipsa est quæ videtur demonstrari; cum tamen extra dubium sit, ipsam non esse corpus Christi. Atqui hæc difficultas cuiois planè modo dicendi communis est; nec ex ea eximuntur Aduersarij. Nam quod obijcitur oculis, iuxta ipsos, est spectrum præstigiosum, de quo sanè non licuerit dicere, *hoc est corpus Christi.* Recidit ergo in eos, difficultas qua nos vrgent.

Sectio II. Punct. VII.

gent. Sufficienter autem extricatur, dicendo, significationem pronominis demonstratiui *hoc*, pendere ex fine enunciationis, qua completè protalata, substantia latens sub illis accidentibus, & demonstrata per pronomen *hoc*, alia non est quàm corpus Christi. Video hæc diligentiùs versanda esse, & profundiùs perpendenda ab eo qui accuratam huius mysterij discussionem susceperit; nec sanè alibi est prætermissa. Fusiùs item traditur à Suarez t. 3. 3. parte d. 58. s. 7. Bellarmino l. 1. de Eucharist. cap. 11. Val. quæst. 6. de Eucharist. parte 2. difficult. 2. Henrique l. 8. cap. 19. & alijs quos hi profetunt.

Inane itaque est argumentum pro noua doctrina, ductum ex declinatione grauissimarum difficultatum, si admittatur, realia panis & vini accidentia superesse in Eucharistia. Monstratum enim est, earum difficultatum aliquas, etiam nouæ doctrinæ esse communes; & nullam esse earum, quæ retentis realibus panis & vini accidentibus, non sit facilè expedibilis. Habet verò hîc locum prudens monitum Michaëlis de Palacios in 4. d. 11. disp. 1. vbi refellit Durandum, censentem probabile, manere in Eucharistia materiam panis; quia sic mysterium exoneratur grauissima difficultate admittendæ transsubstantiationis. Negat Palacios eam Durandi argumentationem esse solidam; eo quod non sint quærenda Theologo quæ sunt intellectui faciliora; sed quæ sunt fidei & probatæ doctrinæ congruentioria: alioqui quandoquidem facilius est Deum vnum agnoscere, quàm Trinum, dicendum blasphemè sonet, non dari in diuinis Trinitatem. Et idem circa omnia propè Christiana mysteria contingeret; si ita planitiem adamaremus, vt in nullas difficultatum salebras vellemus incidere. Hoc ipsum dico de præsenti negotio, quod erui plures & implicatiores difficultates impediret, quàm quæ ab Aduersarijs proponuntur, non esset tamen eut nonnulla facilitate captata, ex declinatione alicuius implexitatis, induceremus nos in multò impediriores pedicas, ijs negatis, quæ communis Patrum consensus, & perspicua nitens Ecclesiæ, retinenda esse testatum facit; cuiusmodi sunt realia panis & vini accidentia in Eucharistia.

Posterius aries pro noua doctrina, ducebatur ex Christi inhonoratione, iuxta communem Theologiam, Christum vinculis quibusdam affligentem speciebus realibus; qua vinculatione exsoluitur Christus, iuxta nouam doctrinam. At hoc dignius est Christo, & tantæ maiestati congruentius. Item accidentia panis & vini semel à Christo assumpta, postmodùm dimittuntur conculcando, & in fœdis plerisque locis statuenda iuxta communem sententiam: qua indecora tegminum aliquandò Christo adjunctorum tractatione; liberatur noua doctrina.

Verùm negamus hac nouitate consuli honori Christi: cum iuxta antiquam sententiam, falsum sit, aliquos compedes injici Christo, aut innecti ei vincula, quod pater ex pridem explosa superiùs omni formali vnione specierum eum Christo, ac ne effectiua quidem vnione admissa. Ridiculè verò opponitur, antiquam doctrinam peccare in illud effatum Damasceni, *quod Verbum semel assumpsit, nunquam dimisit.* Nihil tale de accidentibus realibus panis ac vini post consecrationem superstitibus, comminiscitur communis sententia. Imò accidentia non posse ad eum modum assumi, cum careant subsistentia, cui abrogatæ altera subsistentia subrogetur, receptissima est inter Theologos sententia, vt supra est demonstratum. Illa denique Christi inhonoratio ex abjectione specierum realium in vatia fœda loca, non plus est timenda, quàm inhonoratio ex ipsiusmet Christi dejectione in stomachum plerúnque graueolentissimum, & putri cacochymia redundantem; quæ multò auctior est Christi gloria, ex tanta Regis nostri condescensione. Solemne porrò esse erroribus, honorem Dei aut Christi obtendere, monstratum sæpè alibi memini; & nominatim in opere contra nouam libertatem Gibieufianam parte 1. cap. 11. num. 14.

PVNCTVM VII.

Qua nota præposita nouitati inuenda videatur.

PRior Trutinæ pars in eo ferè consumitur, vt constet, nouam doctrinam nulli Theologicæ censuræ subjacere. Neq; enim ea doctrina, (vt ipsius quidem fabris ac propolis videtur;) dici potest hæretica, vel erronea, vel temeraria; vt missas faciam alias minusculas notas doctrinarum improbatarum, de quibus plenè Canus l. 12. de locis, Suarez Tract. de fide disp. 19. Castro lib. 1. de iusta hæretic. punit. cap. 3. & passim alij Theologi: siue agentes de hæresi & eius appendicibus; siue tractantes loca Theologica, aut de examine doctrinarum, & nos alibi.

Nullam igitur tetrarum huiusmodi notarum cadere in nouam doctrinam de præstigijs Eucharistiæ, ostendere conatur Autor Trutinæ, ab enumeratione partium. Ac primùm quod ea doctrina non sit dicenda hæretica, inde videtur astrui, quod is nulli veritati reuelatæ contradicat, qui negat quæ sensibus ingeruntur in hoc mysterio, esse realia. Nam permanentia realium accidentium, neque in sacris literis, neque in traditione, aut alicuius Concilij definitione, habetur consignata. Imò Concilia consultò abstinuerunt voce *accidentium*; & tantùm dixerunt manere *species panis & vini*; vt constat ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & ex Tridentino sess. 13. At vox *specierum*, absque reali permanentia accidentium, retineri optimè potest; ita vt tantùm designet repræsentationem objectiuam, absque reali illius apparentiæ fundamento. Nec dissimiliter ac Concilia, egere Patres. Scholastici verò, tamersi passim consipitarunt in doctrinam de reali permanentia accidentium panis & vini in hoc mysterio non proposuerunt tamen illam, vt certam ex fide: nec pro ea Patrum communè sensum allegant; sed tantùm argumentantur ex eo quod sensus renuncient adesse accidentia, quibus velle mentitionem impingere, scepticorū est non probatorum sapientum. Igitur noua doctrina eleminās ex hoc mysterio veta panis accidentia, non videtur dici posse hæretica. Neque item videtur dicenda erronea, cum non sit

contra

contra aliquam concluſionem euidenter dedu-
ctam ex aliquo fidei principio; nec pugnet cum
communi ſenſu Eccleſiæ. Tandem neque vide-
rit notanda temeritatis: cum neque ſit contra
omnes Doctores, neque fundamento veri ſimili
deſtituatur. Eſt in ea ſententia Holcoth; in 4 q.
3. vertic. *videndum eſt* nec non Cardinalis Ca-
meracenſis in 4. q. 6. art. 8. & aliqui iam olim
apud Algerum l. 1. c. 7. & denique Græci illi Ve-
neti, qui in calce Turcogræciæ referuntur, in reſ-
ponſione ad Claudium Cardinalem Guiſianum
q. 1. negantes in Sacramento Euchariſtiæ, vel
panis & vini ſubſtantias, vel earum accidentia
remanere; ſed aſſerentes, vtraque in diuinam
Chriſti ſubſtantiam tranſelementari. Quid quod
ſæpè Chriſtus, in Euchariſtia viſus eſt ſpecie
pueri, & agni, vel carnis eruentæ? Refero multa
huiuſmodi in Paulo l. 1. illuſtrato §. 5. Hæ ta-
men ſpecies, (vt ibidem §. 6. confirmo,) meræ,
ſpecies fuerunt; hoc eſt, obiectiuè ſumptæ,
aliud reuera non fuerunt, quàm mera viſa ima-
ginaria atque phantaſtica. Quid ergò vetat, Pa-
tres ac Doctores à quibus memorantur ſpecies
Sacramentales, eodem modo accipere? Nulla
itaque eſt cenſura Theologica, quæ iniuri poſſe
videatur, doctrinæ quam exeutimus. Nam minu-
tiores aliquæ notæ, puta nouitatis, vel ſcandali,
& offendiculi, piarum aurium, vel propoſitio-
nis ſapientis hæreſim, euaneſcunt ex conſtitu-
tis circa illas alias notas.

Audio nouæ doctrinæ expurgationem, ſed non
acquieſco. Imò contendo, hanc expurgationem
eſſe dealbationem Æthiopiſſæ, qua fruſtra ten-
retur maculatum ineluibilium detectio, quod
monſtratum venio teſumpto vniuerſo Aduerſa-
rij diſcutſu, ſed ordine retrogrado. Nam ille à
ſummo probro quod eſt hæreſeos, auſpicatus
eſt, quia putauit illud facilius poſſe remoueri.
Ego à poſtremo quod puto exploratum, fa-
ciam initium, hoc eſt à temeritate: quæ nota
non video quomodò poſſit declinari; cum hæc
noua doctrina, ſit contra torrentem Doctorum;
nec nitatur rationibus validis, vel etiam proba-
bilibus: ſed tantùm addueantur machinationes
ingenij, quibus oſtendatur, Sacramentum po-
tuiſſe hoc vel illo modo abſque repugnantia in-
ſtitui. At hoc ludictum eſt, vbi de facto agi-
tur. Et vt ſuperius attigi, non diſſimili argu-
mentandi ratione, vſi ſunt, qui cœlum ſtare,
& terram circumagi, ſunt commenti. Et tamen
certum eſt, terram ſtare, & cœlum moueri; nec
ſcriptura terræ ſtabilitatem immotam, cœlique
rotatum tanquam eximium Dei opus celebraret,
ſi hæc non eſſent niſi ſpectra motus in cœlo, &
quieris in terra, vt volunt qui ex poſſibili ſtabi-
litate cœli, & terræ vertigine, collegerunt non
diſſimiliter, ac ij cum quibus agimus quoad
Euchariſtiam. At non quæritur quid potuiſſet
velle Chriſtus Dominus, ſed quid reipſa vo-
luerit in Euchariſtiæ inſtitutione. Optimus
autem interpres voluntatis Chriſti, eſt continu-
atus per quoduis Chriſtianum ſæculum, conſen-
ſus Doctorum, quam habemus pro antiqua
& communi doctrina, non habent autem Ad-
uerſarij pro ſua nouitate. Quod enim vnum &
alterum pro ea adducunt; & quidem è proleta-
riis, & tenuis cenſus ſcriptoribus; neque ve-
rum eſt, neque ſi verum eſſet, conuelleret com-
muniſſimam ætatotum omnium conſenſio-
nem, Cameracenſis ſanè, quem nouæ hnic Do-

*Ad argu-
menta pro
ſpecierum
præſtigiis.*

ctrinæ aſtipulatum volunt, omnia alia habet,
vt ſuperiùs demonſtraui. Idem dico de Ro-
berto Holcorh, qui in 4. q. 1. *littera G.* diſertè
ſubſcribit communi doctrinæ: & licet addat,
poſſe dici ad prodendum ingenium, quod in
Euchariſtia maneant tantùm panis & vini in-
tentiones ac ſpectra; tamen conteſtatur ſe nihil
tale aſſerere. Itaque ſuperuacuo propè labore
Hieronymus Lachiana ſcripto in quo doctrinæ
prolixitatem æquat, totus eſt in demonſtrando,
Holcothum non inuexiſſe ſpectra panis & vini
in Euchariſtia, vt ei ab Aduerſariis affingitur.
Hoc dico propè ſuperuacuè factum: cum ipſe
Holcoth. conceptis verbis à ſe ableget tale com-
mentum. Quamuis autem ita reuera ſenſiſſet
Holcotus, tamen pondus autoritatis eius eſt eiuſ-
modi, vt facile ſit euiuis per illud grauaro, excu-
tere talem ſarcinam; vt rogeram in Holcothi ca-
put ſales infatuatos, quibus alicubi teſperſit ad-
ductum contra eius doctrinam S. Anſelmum. De
Græcis iis phantaſticis quos Algerus refellit
non ſum ſollicitus, quia albi artiuè fuerint,
ignoratur. Quare nona doctrina, neque ration-
ibus idoneis, neque autoritate vllatenus inſtru-
cta, aduersùs torrentem Doctorum nitens; non
poteſt non audire temeraria.

Addo inſuper, haberi debere erroneam, quan-
doquidem permanentia accidentium panis & vi-
ni, manifeſtè ceuitet ex principiis fidei; quia ſine
ea permanentia, retineri nequeunt quæ fides ad-
mitti iubet; ac nominatim vera ratio Sacramen-
ti, & eſſentia conuerſionis, quæ in huius myſterij
confectione interuenit iuxta Catholicam fidem.
Hæc enim omnia concidere inductis ſpectris
ſpecierum, & ſublatis realibus accidentibus,
oſtenſum ſupra eſt puncto 3. At doctrina quæ
colliditur eum aliquo deducto ex principiis fi-
dei, erronea eſt, iuxta huius notæ notionem, aſ-
ſignatam à Cano l. 12. c. 11. & à Corduba l. 1.
quæſtionarij q. 17. Accedit quod doctrina abhor-
rens à communi Eccleſiæ ſenſu, erronea eſt, vt
tradunt Lorca 2. a. ſect. 1. diſp. 40. & Suarez d. 1. 9.
de fide ſect. 2, n. 13. Extra omne portò dubium
eſt, ſenſum Eccleſiæ ferre, quod accidentia panis
& vini ſuperſint in Euchariſtia. Eccleſia enim,
plebe & paſtoribus continetur. Plebs doctrinæ
Paſtorum inhæret. Paſtores autem amplectun-
tur doctrinam vniformi Doctorum conſenſione
probatam; euiuſmodi eſt iſta de permanentia
accidentium in Euchariſtia. Itaque aſſertio con-
traria, habens ea accidentia pro ſpectris, à com-
muni Eccleſiæ ſenſu diſcrepat, atque adeò eſt
erronea.

Pro auertenda nota hæreſcos, maximè ſata-
git Autor Trutinæ. Multi tamen nouam doctri-
nam, eui ipſe patrocinatur, habent pro hæreti-
ca: quanquam non omnes æquè apertè ita pro-
nunciant; ſed ita tamen, vt hoc ſatis ſignificent,
aut apertè ſupponant. Ita Paludanus in 4. d. 12.
q. 2. Dionyſius Ciſtercienſis in 4. d. 8. q. 3. artic.
1. concluſ. 3. Petrus Tartaretus in 4. d. 12. q. 2.
Ioannes Maior in 4. d. 12. q. 1. §. *ſi dicas omnia.*
Henricus Gandauenſis quodl. 4. q. 56. Richardus
de Mediavilla in 4. d. 12. p. 2. art. 1. q. 1. & 2. Ner-
uæus Natalis Brito quodl. 4. q. 9. Robertus Olkot
in 4. q. 3. *in quarto puncto.* Ex recentioribus, Ioannes
de Chapeauille in Catechiſmo Rom. c. de Euch.
q. 9. & 10. Claudius Sanctes. ſius tep. 1. c. 6. & rep. 5.
cap. 1. Cornelius Ianſenius c. 13 1. Concord. ad
ea verba, *accepit IESVS panem.* Nicolaus Harpſ-

Sect. II. Punct. VII.

feldius in historia Vvicleffiana c. 3. vers. *sed in multis*. Autores Catechismi Romani cap. de Eucharistia; Philippus Archintus sub Paulo III. Vibis Vicarius, in edicto fidei adoersùs hæreses ea tempestate ebullientes.

Disertè verò hæreticam pronunciant nouam doctrinam, negantem vera panis & vini accidentia superesse in Eucharistia Thomas Vvaldensis Tomo 2. à c. 74. Petrus Gareias Episcopus Vssellensis contra 6. Pici conclusionem. Dominicus Soto in 4. dist. 9. q. 2. artic. 5. Matthias Aquatius in Additionibus ad Capreolum in 4. dist. 12. concl. 6. Iosephus Angles in 4. dist. 12. q. 6. Yribarne in 4. dist. 12. q. 1. disp. 47. sect. 1. Nugnus 3. p. q. 75. artic. 5. & q. 77. artic. 1. difficultate. 1. Petrus Fabet in 4. d. 12. disp. 47. Raphael Auersa Tract. de Euchar. q. 3. sect. 5. conclus. 2. Camerota Tract. 4. de Sacram. c. 4. Baptista Bizozerus in summa de Sacram. par. 4. c. 4. n. 6. Alanus lib. 1. de Eochar. c. 37. *ferè initio*. Philippus Gamachæus 3. p. q. 77. e. 2. Syiuius 3. p. q. 75. art. 5. & q. 77. art. 1. Ochagauia tract. 1. de Euchar. q. 27. notabili 2.

Theologi Societatis Iesv, idem passim tradunt. Nominatim Bellarminus l. 1. de Euchar. c. 2. §. *septimum Concilium*. Toletus l. 6. summæ cap. 12. & lib. 2. cap. 27. Salmeron Tom. 9. Tractatu 16. Franciscus Turrianus lib. 1. de Euchar. c. 4. & 25. Valentia Tomo 4. disp. 6. q. 5. punct. 1. Ioannes de Lugo disp. 10. de Euch. sect. 1. & 2. Meratius tom. 3. disp. 57. Ægidius Conine. 3. p. q. 75. artic. 5. n. 168. Vasquez 3. p. d. 194. c. 1. Suarez t. 3. 3. p. d. 56. sect. 1. Tannerus t. 4. disp. 5. q. 4. à num. 50. Ioannes Præpositus 3. p. q. 75. artic. 5. Gaspar Hurtado disp. 7. de Euchar. difficul. 1. & 2. Ioan. Baptista Scottia l. 4. de Missa cap. 18. Tirinus in Indice Controuersiarum, controuersia 21. n. 4. Martinus Becanus in summa de Eucharistia c. 10. q. 1. Martinottus in Tractationem de Eucharistia n. 26. & 44. Petrus Cotronus aduersùs Geneuam plagiarium, deprauatione 21. ad calcem.

Tantæ nubi testium, explicatè asserentium, dogma fidei esse quod panis & vini accidentia permaneant post consecrationem, (atque adeò damnantium hæreseos doctrinam nouitiam, species habentem pro spectris,) præiuerat Concilium Constantiense, cuius hac de re definitio discussa est puncto 2. Disertè enim (vt ibi vidimus,) Concilium in Vvicleffo damnat tanquam hæreticum, quod oegauerit, in Eucharistia panis & vini accidentia, remanere absque subiecto. Igitur negare quod accidentia panis & vini sint realia, & dicere quod sint spectra, est hæreticum. Idem colligitur ex eo quod Concilium Lateran. sub Innocent. III. & Florentinum in decreto fidei, post sessionem vltimam, §. *certum est*, ac Tridentinum sess. 13. cap. & canon. 3. Statuunt tanquam fide certum, quod species panis & vini post destructam panis & vini substantiam remaneant. Nomine autem *specierum*, aliud non intelligunt, quàm accidentia. Loquuntur enim in sensu apud Doctores & in Scholis recepto: qui manifestè fere quod dico. Et colligitur etiam ex verbo *remanendi*. Si enim species panis & vini remanent, igitur erant priùs. Neque enim *remanere* dicitur, nisi quod præfuit. Præstigiæ autem quas noua doctrina inuehit, non præfuerunt; atque adeò noo possunt dici remanere. Igitur quod remanere ex paoe & vino dicitur, & in illis substantiis cum superesset præfuit, aliud non est quàm collectio aecidentium sensibilium, ab illis substantiis auulsa, & per se constituta. Atque adeò hoc inficiari, & quod in Eucharistia sensibus obiicitur, ad spectra & præstigias referre, (quod fit à nouæ doctrinæ Autoribus,) non modò temeratium ac etroneum est, sed etiam hæreticum.

Idem mihi planè persuadet argomentum ductum ex vera manducatione panis Euchatistici. Nam certum est, manducationem fieri non posse absque realibus aecidentibus; quæ ingesta in os comedentis, traiiciantur vitali motu, à facultate corporea in stomachum. Hoc enim est *manducare*, nec fieri poresi absque veritate rei corporeæ in quam facultas traiiciens vim suam exerat, vt supra puncto 3. est demonstratum. At de fide est, panem Euchatisticum manducati. Ita enim in multis scripturis exprimitur; docétque certa traditio. Igitur de fide quoque esse videtur, panem Eucharistieum quem fideles manducant, vera accidentia sensibilia ad manducationem necessaria continere; proindéque id inficiari (quod facere coguntur præstigiatores, hæretieum est & alienum à veta fide.

SECTIO III.

De speciebus Sacramentalibus substantialibus, nomen accidentium sortitis, & eb edacibilitatem è pane & vino, absque eorum corruptione.

HOc est alterum de speciebus Sacramentalibus somnium, in Gallia fabricatum, & prioti hactenus discusso, quod in Sicilia natum erat, è diametro oppositum. Nam prius illud, species asserit esse spectra & nuda phantasmata. Hoc verò posterius, species annumerat substantiis: quamuis denominentur accidentia, in oortione aceidentis Porphyriana; qua accidens dicitur, quod potest aceedere aut recedere absquê subiecti eortuptione. Vt liqueat quid de hac opinatione statuendum sit, andienda primùm est eius plena descriptio; & quibus innitantur fundamentis qoi hanc nouitatem inuexerunt: Tum de eius inanitate pronunciabimus.

PVNCTVM I.

Noua sententia, typo exponitur.

NE in referendo paradoxo, ad quod excutiendum aggredi consilium est, cuiquam minùs ex fide egisse videri possim; proponam principio verbis fere, Autoris Physicæ veteris & nouæ, huius paradoxi assertoris primarij, quippè & ætate & gradu longè proiectioris eo qui noui (ne primus gentas istas obtrusit; quid demum monstroß dicam,) Africa ediderit.

Ait igitur is Autor, qui Natales Physicæ nooæ obscuros esse voluit, species Sacramentales non esse aecidentia, qualia definiit Aristoteles c. 1. prædicam. verbis illis, *Accidens est, quod est in aliquo, & sine eo in quo est, impossibile est esse*: sed esse accidentia, qualia Porphyrius definiit c. 6. Intr. dicés, *Accidés esse quod adest, & abest, praeter subiecti corruptionem.*

corruptionem. Huius generis accidentia, sunt corpuscula in poris corporum contenta; quæ *Spiritus* passim appellantur: non quidem *Spiritus*, prosse accepta voce; sed pruvt etiam ad materialia extenditur; quæ vtcunque dici queant *Spiritus*, quia per se sumpta cum sint admodùm tenuia præ tua exilitate omnem sensum fugiunt. Aliter appellantur *species* corporis quod faciunt sensibile: quatenùs sunt motiua sensoum, in quibus dicuntur esse repræsentationes, siuè species obiectorum.

Ex hoc principio Philosophico eruit Autor cum quo agimus, quæ dicuntur species Sacramentales, siue accidentia panis & vini, non esse quantitatem & qualitates substantiarum illarum, vt fert vulgatis opinio; sed esse substantiulas priùs intra panem & vinum abditas, quæ destructis per transubstantiationem panis ac vini substantiis, per corpus & sanguinem Christi mouentur, & continentur, & solæ residuæ sunt ex pane & vino quibus nun corruptis adesse potuerunt; & à quibus iam non incolumibus absunt, vnde eorum *accidentia* denominantur; non quod hæ substantiolæ pani & vino nunc destructis accidant, sed quod ab iis sint auulsæ, cum priùs eis citra inhæsiunem tanquam vasis aut loculis inextitissent. Perstant autem sic auulsæ nun quales erant priùs, sed auctæ per miraculum, & conseruatæ in situ illo ac ordine, quem in pane & vino habebant ante consecrationem. Quod enim tunc implerent totam capedinem panis ac vini, sed latebras duntaxat pororum occuparent; substantiarum panis & vini soliditate & cotpulentia abscedente, necessarium fuit, corpuscula de quibus agimus, grandescere: ita vt retento eodem situ ac ordine quem à pane & in pane habebant, diffunderentur ad spatium qnod soliditas occupabat, vt mysterium lateret, & esset locus exercitio fidei. Hæ igitur sunt quæ dicuntur *species*, quas explicate licet per solium rusæ lapsu temporis exsiccatum; cuius sensibilitas inintia temporis extincta est propter effluxum corpusculorum à quibus procedebat folij rosacei color, sapor ac odor. Præsentia verò corporis & sanguinis Christi, prædicta accidentia è pane & vino residua mouentium, continentium, ac conseruantium; explicatur per eam assistentiam qua Angelus immediatè mouet ac continet corpus quodpiam cui applicatur.

Vt autem apertiùs intelligatur quomodò omnia quæ fides Catholica de mysterio Euchatistiæ tradit, cohæreant cum hac Doctrina; contestatur is eius assertur primarius quem tetuli, se concedere, post consecrationem remanere accidentia panis materialia tealiter distincta ab eius substantia: (idem est de vino). Item contestatur concedere se, snla panis & vini accidentia, & nihil quod sit substantia remanere. Nomine tamen *accidentium*, intelligi vult, non quæ passim dicuntur *accidentia*; puta quantitatem & qualitates; sed entitates quasdam materiales & indiuisibiles, quæ possunt adesse substantiis panis ac vini, & ab eis separari: ita tamen vt naturaliter, sine substantiis panis ac vini, habere non possint rationem specierum pania & vini; nempe ordinem motum, vnionem, & alias conditiones ad hoc requisitas, vt substantia panis ac vini fist per illa sensibilis: à cuius sensibilitatis cansatione, entitates prædictæ denominantur *species*; quia sunt mutiua sensuum; qua voce vium perpetuo est Concilium Tridentinum, exuuias panis & vini post consecratiunem incolumes, semper vocans *species*, unquam *accidentia*; haud dubiè ne præberet impronidis occasionem impingendi, existimando quæ ex pane & vino post consecratiunem supersunt, esse accidentia Aristotelica & presè dicta: cum tamen reipsa sint corpuscula, & entia per se subsistentia, quamuis denominentur *accidentia*, quia verè accidebant substantiæ panis & vini cum superesset; & ea planè destructa perseuerant. Præterquàm quod quamuis corpuscula, si per se singula consideretur, sint entia per se subsistentia; tamen quatenùs simul sunt cum tali situ, ordine, ac proportiune, nun sunt substantiæ; quia necesse habent contineri ac moueri à panis & vini soliditate com supereset. Ea verò per transubstantiatiunem sublata, subsistunt per veram actiunem corporis Christi, realiter præsentis vi verburum cuosecratiunis. Mirum porrò nun est, quod hostia per consecratiunem enaueseeure panis solidirate, nun appareat foraminosa; quia vt lateat mysterium, corpuscula, agente curpure Christi per miraculum augentur pro quantitate panis; siuè ad eam granditatem quam præferebat panis, cum eius soliditas supereesset. Et ub hoc ipsum miraculum, augmenti in hostia consecrata facti, ad celandum mysterium, mirum non est quod tantum sit pondus hostiæ consecratæ, quantum erat cum panis soliditas supereesset. Expressi fideliter quæ in plurea articulos ab eo quem referebam Scriptore expassa, apud eum legere est loco proximè annotando.

Firmamenta nouitatis propositæ.

PVNCTVM II.

Eiusdem Nouitatis firmamenta, ab Autoritate, & ratione.

NOn eudem modò, pru hac nuuitate stabilienda, disserunt eius patroni. Referam primò quæ Autor Physicæ veteris sc nouæ lib. 1. q. 5. adducit; tum subijciam quæ Empedocles renatus, chattis commisit: sic enim nominandus est mango & instauratur corpusculutum ae atumorum, in cuius virula arauit prior, qni siuni hoc placitum confirmat Autoritate & ratione.

Nouæ igitur veterisque physicæ scriptut, vt hanc nouitatem astruat, primò Autoritatem profert, & multotum Theolugurum, & ipsius. Tridentini Concilij. Multi enim Theologi, vt Ochsm. Tract. de Eucharist. q. 3. Rubion. in 4. distinct. 12. q. 5. concluf. 3. & totus gtex Nominalium, quantitatem substantiæ non distinxerunt realiter à substantia: sicut neque quantitatem accidentium, ab accidentibus. Vnde tot quantitates inuexerunt in qnovis compositio physico, quot sunt entitates extensæ. Quia ergò iuxta hos Autores, quantitas substantiæ panis, est eadem cum eius substantia: necesse est vt admittant, pereunte per consecratiooem panis substantia, perire quoque eius quantitatem: atque quantum & extensum quod videmus post consecrationem remanere, aliud iuxta eos esse non puteſt, quàm substantia quæpiam alia: nulla autem occurret præter Synaxim & cummassationem corpusculotum, vt fert Doctrina quam

Sect. III. Punct. II.

excutimus. Sicut aotem Mendoza disp. 18. Metaph. c. a. & Ægidius Conioc. 3. p. q. 77. art. 3. liberant omni nota prædictam sententiam Ochami ac Nominalium, de indistinctione & inseparabilitate quantitatis à substantia: ita noua doctrina quæ in illam sententiam recidit, subducenda est cuiuis censuræ & habenda saltem probabilis: quippè munita tot Doctorum autotitate.

Sed Suppetit pro ea fortius munimentum, ab auctoritate, cum Concilij Tridentini, tum omnium propè Patrum. Et Concilium quidem Tridentinum, videri potest sufftagatum; quatenùs exouias panis & vini, nunquam vocauit accidentia; sed species duotaxat, quia nomen *accidentium* facilè accipetetur in senso Aristotelico: seu pro formis inhærentibus, aut inhærere postulaotibus, quales nullæ ex pane & vino superfunt post consecrationem. Nomen verò *specierum*, accommodatum est ad designaodam formam obiectiuam externam paois & vini; etiamsi non sit aliquid inhæsiuum, sed substantiale, quod quia citra rei interitum adest vel abscedit; denominatiuè *accidens* dicitor. Alij vocant *accidens verbale* aut *Metaphysicum*: sicut accidens iohæsiuum & Aristotelicum appellant *naturale* ac *Physicum*. Concilium igitut tanta eum ptudentia & cautione locutum, saris insinuaoit, non displicere sibi sententiam, quæ quod reliquum est è pane ac vino, substantiis annumerat: vt faciunt Autotes nouæ doctinæ quam excutimus hoc loco. Et eodem modo, pro ea doctrina ptoferri possunt omnes ferè Patres, qui similiter ac Concilium, ferè abstinueruot voce *accidentium* vsurparunt autem nomen *specierum*, aut aliud cum substantialitate cobærens.

Volo Aduersario grarificari, eiqoe suggerete Patrem antiquum, Gelasius peranriquus scriptor Ioanni Romano Pontifici Epistola ad Senatores laudatus, & à S. Fulgentio ad q. 2. Ferrandi pro S. Gelasio 1. intet Romaoos Pontifices perillustri, babitus; disertè exuuias istas panis ac vini consecrationi supetstites, vocat *substantias*; asserens, Chtistum adesse huic Sacramento; nec tamen abesse substantiam panis & vini. Non substantiam solidam quam conceptis verbis agnoscit mutari in corpos & Sanguinem Christi. Ergò substantiam corpusculorum panis, quæ commassata, apparent panis. Quid clarius in rem ptæsentem? Toiquent se ac versant in omnem partem Catholici DD. vt eum locum ab Impanatoribus intentatum declinent; nunc Aotoris obscutitatem causantes; nunc verborum sensom distorquentes: sed ftustra sic conniuotur. Nam Autor est perantiquus, qoippè quem Theodoretus to Dialogis, & iam adducti „Ioannes Papa, ac S. Fulgentius, cum laude allegant. Et quamuis fortassis, ille Gelasius non sit S. Gelasius Papa, sed vel Gelasius Cyzicenus, vt Baronius anno 496. & Bellarminus lib. de Scriptor. *in Gelasio* censuerunt; vel certè sit Gelasius Cæsarientis, vt alij maluerunt; tamen satis est, quod sit antiquus & grauis scriptor quod Deus ei meritò vendicat allegatio illius à tantis viris cum laude. Vetba autem videntor adeò perspicua, vt non sit tergiuersationi locus. Quamuis enim impanatoribus non suffiagentur, vt monstratum est; tamen substantialitati eius quod ex pane ac vioo remanet, explicatissimè patrocinaotur. Nec occurrit commodior rario compooendi omnia, quàm si iuxta hanc nouam doctrinam, dicamus, solidam panis & vini substantiam euanescere; manere autem substantiam corpusculorum.

Iam rationes pro hac doctrina, Autot Physicæ veteris ac nouæ, non alias adhibet, quàm quæ dicontut à maiore facilitate exponendi mysterij, illudque ab hæteticorum insultibus propugnandi: Conteslatúrque, mirari se patefacta nunc tam facili & expedita tuendæ veritatis Catholicæ via; esse tamen qoi obfirmati in præconcepta sententia de permanentia qualitatum indiuisibilium; malint mysterium Euchatistiæ implicare difficultatibus, quas fidei hostes opponant vt inenodabiles; quàm admittere doctrinam Tridentino Concilio planè consotmem; & explicando Euchatistiæ mystetio percommodam; quippè quod iuxta peruulgatam sentcotiam de accidentium iohæsiuorum perseuerantia, implexissimom redditut, & captu operosissimom: cum iuxta hanc nouam doctrinam, ostendatut euidenter possibile, atque adeò etedibile, & cum vera tetum Physicarum intelligentia optimè consentiens. Nibil ptæterea in huius nouæ doctrinæ confirmationem, siue ab autoritate, sioè à ratione, apud Autotem Physicæ veteris ac nouæ deprehendo.

Ille tameo alius, cuius iste vestigiis insistit, non iam senex puerum portans; (si huc licet voces ecclesiasticas aduocare;) sed senex à puero (ptæ eo sanè) dilectus; pruriginosi iugenij homo, & qui vix aliqoid immotum finit io cœlo & in terta; alia quædam adhibet in communis sententiæ coersionem, & nouæ doctrinæ stabilitionem; quæ exscriptis eius verbis, appendo. Statuete ergò, superesse in Eucharistia entitates accideotales, à substantia distinctas, & seorsim existentes, quales pooit communis sententia; putat esse inexplicabile, qnia [humana mens noo potest cogitare, accidenua panis & vini esse realia, & tamen absque eius substantia existere, quin simul illa per modum substantiæ concipiat; adeò vt implicare videatur, vt tota panis substantia mutetur, quemadmodùm credit Ecclesia; & interim vt aliquid reale quod prius etat in pane, remaneat: quia nibil reale potest intelligi remanere, nisi quod subsistat; Et qnamuis verbo vocetur *accidens*, concipiatur tamen vt substantia. Ideóque in re idem est, ac si diceremr, totam quidem panis substantiam mutari; sed tamen illam eius substantiæ partem quæ voeatur *accidens reale*, remanere. Quod, si non in verbis, certè in conceptu contradictionem inuoluit. Atque hæc præcipoa ratio esse videtur, ob quam nonnulli hac in parte ab Ecclesia Romana dissenserunt.] Ita ille: qni proinde concludit, quæ ex pane & vino remanere dicuntur in Euchatistia, quantumcunqoe denominentur *accidentia*; reuera tamen esse substantias i puta si de pane agatur, esse particulas abditas in illis exiguis meatibus qui interponuntor pnluisculis farinæ; ex quibus panis conflatus est: aut si de vino sit sermio, esse entiates substantiales interpositas particolis spiritus, aquæ, aceti, & fæcum seu tartari, ex quarum mixtura constat vinum. Particolæ quippè istæ cum diuersas habeant figuras & motus, nunquam tam aptè iungi possunt, quin multa inter ipsas spatia relinquantur, aut aëte plena, aut alia materia, vt conspicamur in pane; cuius

propterea

proptetea canitates ac pori, vino impleti poſſunt abſque penetratione. Cumque iſta mutari poſſint pane non mutato; perſpicuum eſt, ea eſſe panis accidentia, nec ad eius ſubſtantiam pertinere. Et hæc ſunt quæ dicuntur panis accidentia in Euchariſtia, poſt deſtructam ſubſtantiam remanentia.] Hæc ſunt quæ chartis commiſſa apud iſtum legi.

PVNCTVM III.

Nouitatis propoſitæ confutatio.

DOctrina quæ hactenùs eſt adducta, nec Philoſophicè, nec Theologicè, valet. Obſoletis enim & planè inanibus fundamentis Philoſophicis, de compoſitione corporum naturalium ex atomis; inædificat Theologica conſectaria, vix ac ne vix quidem, inter Catholicos ferenda.

Dimittenda verò ſunt quæ iſta doctrina Philoſophicè ſupponit, planè abſona, ex ignorantia veræ naturæ condenſationis & rarefactionis; vnde vniuerſa hæc nouitas dimanauit. Supponit item, motiua ſenſuum extetnorum his duntaxat corpuſculis in quæ compagem corporum reuocat, contineri; quaſi verò hoc ipſum non debeatur multò magis ſubſtantiæ ſolidæ. Quid enim eſſe poteſt in corpuſculis, tarione ſubſtantiæ aut temperamenti, quo inſtructa ſunt, vnde dicantur eſſe motiua ſenſuum, quod non æquè cernatur in ſubſtantia ſolida? Præterea hæ entitates in poris corporum latere dicuntur. Hoc ſi ageretur de entitatibus heterogeneis, tacitus audirem. Sed quis ferat, ſubſtantiolas eiuſdem planè tationis cum pane; & ſimilibus accidentibus præditas, dici deliteſcere intra cauernulas potorum? Iuſuper hæ ſubſtantiæ in poris corporum latentes, dicuntur eſſe materiales ac indiuiſibiles. At hoc implicat in adiecto. Nam iuxta ſanam & ſolidam Philoſophiam, omne quantum & materiale, eſt diuiſibile in infinitum. Nolo tamen in his diſcuriendis hætere hoc loco, quia ſunt Philoſophorum propria: vt in his ſiſtam, quæ ſunt Theologici ſubſellij, & quæ accuratè expendi multò magis interest Eccleſiæ. In ipſis etgo doctrinæ huius præcordiis, non tam latet, quàm patet venenum aduersùs Doctrinam fidei.

Appello *venenum*, perſtruetantiam alicuius ſubſtantiæ quæ ad panem & vinum attinuerit. Nam de fide eſt, panem ac vinum tranſubſtantiati; aut vt Græci loquuntur, *tranſelementari* in corpus & ſanguinem Chriſti. Nihil apud Patres, hac vritate tanquam certa, & ad fidem pertinente decantatius. [Panis iſte, non effigie ſed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus eſt caro;] ait creditus Cyprianus ſerm. de cœna Dom. [Panem qui videtur à nobis, non eſſe panem; etiamſi guſtus panem eſſe ſentiat, ſed eſſe corpus Chriſti,] ait S. Cyrillus catech. 4. Myſtag. *tranſmutationem* eſſe virtute Dei factam contestans: quod item habent Chryſoſtomus hom. 83. in Matth. *Tranſire panem in naturam corporis Chriſti*, ait Euſebius Gallicanus hom. 5. de Paſch. Et ſimilia omninò multa haber S. Ambroſius l. 4. de Sacram. c. 4. Quid fruſtra paucos appendo? Plena meſſis teſtimoniorum, quibus hæc conuerſio, vt fide certa aſſeritur, vbiuis proſtat. Fieri porrò, conuerſionem totius ſubſtantiæ panis & vini, docet vox *tranſubſtantiationis* quæ in nullam naturalem conuerſionem cadit; eo quod nulla naturalis conuerſio, ſit totius ſubſtantiæ, ſed ſolius formæ, & propter eam ſit conuerſio compoſiti: quod ea ſublata, non poteſt ſupereſſe. Nec exciſa forma, etiamſi ineolumi materia, manet in ratione totius, vt rectè notauit Scotus in 4. d. 12. q. 1. *litera A.* Vnde quod Ariſtoteles 1. genet. t. 2 3. air, genetationem ſpectatam in ratione conuerſionis, eſſe mutationem totius in totum, nullo ſenſibili remanente, vt ſubiecto, non eſt accipiendum de mutatione totius compoſiti quoad vtramque partem eius ſubſtantialem: cum certum ſit, materiam manere; alioqui non eſſet, vbi excipiatur forma ſuccedens; nec tantùm, nullum ſenſibile ſiuè completum ſubiectum remaneret, ſed nullum planè. Accipiandum ergò eſt, de mutatione totius præiacentis vt totum eſt; quod pereunte forma perit totum, nec amplius manet eius eſſentia. Itaque extra confectionem Sacramenti Euchariſtiæ diuino opere patratam, nulla eſt interum natuta conuerſio totius ſubſtantiæ abſolutè, ſiuè tranſubſtantiatio, quia vbiuis alibi teſtat materia; quæ per tranſubſtantiationem deſtruitur, vna cum omni eo quod etat in pane, & vino ſubſtantiale; vt nomen *tranſubſtantiationis* ſatis ſignificat, & ſimiliter ſonantes Græcæ voces *μετασυνστοιχειωσις*, & *μεταστοιχειωσις*, quibus vtitur Nyſſenus in Orat. Magna catech. c. 37. Videndus Turrianus lib. 2. contra Magdeburg. cap. 17. De conſtanti per omnia Chriſtiana ſæcula ſenſu Eccleſiæ in hac parte, videndi Val. 3. p. d. 6. q. 3. p. 2. §. 3. & Bellarm. l. 3. de Euchar. c. 20. & 21. & qui multos planè Patres in hanc rem collegit Vvidefordus ad t. Vvicleffi articulum; paſſimque Hæreſeologi agentes contra impanatores. Obiter quoque idem traditur in Candelabro ſancto ſect. 6. c. 1. à num. 14.

Firmamenta nouitatis propoſitæ.

Adeò autem inſculptus omnium Catholicorum animo fuit hic totalis abſceſſus totius ſubſtantiæ panis & vini per tranſubſtantiationem; vt ne perſeuerantiam quidem modi alicuius ſubſtantialis, ad panem & vinum attinentis, admitti poſſe conſuetint, eſſeque eam modi ſubſtantialis ad panem & vinum attinentis perſeuerantiam, ab Innocentio VIII. damnatam, refert Albertinus cotoll. 3. de quantit. dub. 5. num. 11. Conclamarunt ea ex cauſa in Dominicum Bannem, plerique; eo quod 1. p. q. 4. diziſſet, poſt conſectationem remane ſubſtantialem exiſtentiam panis & vini. Quod tametſi poſtea in altera editione expunxit; tamen dixit poſſe aſſeti tanquam probabile. At ne probabile quidem haberi poſſe, confitentur Vaſquex 3. p. d. 180 c. 11. Suarez t. 3. 3. p. d. 49. ſect. 4 Philippus Moncæus diſp. 12. ſelect. c. 4. Nugnus 3. p. q. 75. artic. 2. difficult. 2. Ægidius Coninc. 3. p. q. 75. n. l. 3. & Albertinus loco annotato. Atqui exiſtentia, iuxta illos qui eam diſtinguunt à re exiſtente, non eſt niſi entitas modalis. Si etgò metus modus ſubſtantialis è pane & vino tetiduus, quamois tota ſubſtantia ei modo ſubſtrata prorsùs deſtructa, reprobatus eſt; nemo non videt, quàm meritò explodenda ſit perſeuerantia vetæ alicuius entitatis ſubſtantialis, quæ ad panem & vinum attinuerit. Sic enim falsò aſſereretur, totam panis & viui ſubſtantiam eſſe in corpus & ſanguinem Chriſti conuerſam, vi conſectationis.

Sect. III. Punct. III.

Nec tantùm nouitas quam excutimus, pugnat cum veritate tranſubſtantiationis; ſed etiam cum veritate verborum in Chriſti perſona prolatorum; quæ veritas non poteſt tetineri, ſi ſubſtantia aliqua in pane & vino præiacens, remaneat. Nam ſi ſubſtantia aliqua panis poſt conſecrationem remanet ſub accidentibus ei connaturaliter affixis, corpus Chriſti non cenſebitur demonſtrari per pronomen *hoc*, demonſtrans ſubſtantiam accidentibus ibi conſpicuis ſubſtantem: ſed demonſtrabitur ea ſubſtantia, cui connaturaliter accidentia conſpicua debentur. Atque ita falsò Chriſtus dixiſſet, *hoc* quod in manibus tenebat, eſſe corpus ſuum, in fine prolationis eiuſdem propoſitionis, quando identitas extremorum enunciatur. Neque refert quod Chriſtus compenetraret ſubſtantiam panis ſuperſtitem. Nihilominus enim non liceret affirmare de ſubſtantia accidentibus illis connaturaliter ſubiacente, eam eſſe corpus Chriſti. Non enim ex eo quod Chriſtus intimè compenetraret ſepulchrum, fas fuiſſet demonſtrans ſepulchri accidentibus dicere, hoc eſt corpus Chriſti: quia eum accidentia demonſtrata, ſint connaturalis apparatus lapidis aut panis, quamdiu hæ ſubſtantiæ illis ſubſunt; cenſentur eas ſolas denominate, non autem alias forte ibi collocatas per miraculum: niſi eum ſubſtantia eius accidentia extima demonſtrantur, habet rationem vaſis aut continentis, vt marſupium reſpectu auri ineluſi, & dolium reſpectu vini in illud immiſſi. Vſus enim receptus fert, vt in corporibus quotum vnum eſt ordinatum ad continendum alterum per modum vaſis; facta demonſtratione accidentium vaſis, niſi aliud addatur, cenſeatur demonſtrari ſola ſubſtantia ineluſa. Propterea enim demonſtratis accidentibus erumenæ, indicantes ſolam ſubſtantiam incluſam, dicimus, *hoc eſt aurum*: & demonſtratis accidentibus dolij, dicimus, *hoc eſt vinum*. Sed hæc teſtrictio non habet locum in re præſenti; cum conſtet, panem & vinum non eſſe vaſa corporis & ſanguinis Domini. Ac proinde exhibitis connaturalibus accidentibus panis & vini, ſi ſubſtantia panis & vini ſub illis accidentibus perſeueret, illa erit quæ demonſtrata cenſebitur: & ſubſtantia ſubiacens accidentibus illis, in fine prolationis propoſitionis, quandò veritas propoſitionis habet locum, & extrema debent eſſe eadem; falsò dicetur eſſe idem cum Chriſti corpore; quod conſtat pugnare cum veritate verborum Chriſti.

Reſpondebunt Aduerſarij, hoc argumentum optimè vrgere Impanatores, qui admittunt, ſolidam panis ſubſtantiam remanere poſt conſecrationem: ſe autem hoc argumento non vrgeri; quia fatentur totam panis ſubſtantiam mutari ac conuerti in corpus Chriſti: aiunt autem manere ſola corpuſcula, intra latibula porotum pania deliteſcentia. Et idem eſt de corpuſculis è vino teſiduis. Sed contra; quia quæcunque demùm ſubſtantia panis & vini ſubiaceat accidentibus demonſtratis; in illam cadet propoſitio, enuncians ſubſtantiam hic accidentibus connaturalem, & ſub eis præſentem, eſſe corpus Chriſti; quod tamen conſtat falſum eſſe; atque adeò verba Chriſti mendacio ſorderent, quod abſque pollutione, dici & audiri non poteſt. Quid verò deeſt his corpuſculis, quominùs habeantur verus panis, ac verum vinum? Certè poſt horum corpuſculorum addenſationem, eernuntur in eis omnia panis & vini accidentia, & omnes planè effectus panis & vini. Quorſum igitur negantur eſſe quod exhibent? Aut cur dicuntur eſſe aliæ ſubſtantiæ, quàm panis & vini. Itaque non videtur inficiandum, hac nouitate euerti non modò tranſubſtantiationem, ſed etiam veritatem verborum Chriſti, & formæ conſecrationis, in eius perſona pronunciatæ à Sacerdote.

Aliud caput penes quod hæc nouitas incurrit in fidei dogmata, ducitur ex Concilio Conſtantienſi, damnante Vvieleffum; & agnoſcente dogma fidei eſſe, quod accidentia panis & vini poſt conſecrationem perſeuerent abſque ſubiecto; vt monſtratum eſt Sect. ſuperiore p. 7. Et paſſim DD. omnipotentiam Dei in hoc myſterio celebrant, nominatim ex conſeruatione accidentium abſque fulcro ſubſtantiæ, contra naturalem accidentis exigentiam. Nec ad rem præſentem refert, ſiue omnia accidentia per ſe ponantur, ſiue id præſtetur ſoli quantitati, tanquam ſubiecto immediato cæterorum accidentium, ſeu qualitatum. Hoc inquam nunc noſtra non refert: Nam ſemper verum eſt, qualitates deſtitui ſubiecto ſuo mediato, ſiue ſubiecto, vt vocant, *quod*: ipſa verò quantitas, abſolutè ſpoliatur ſubiecto. Quæ omnia ſunt contra naturalem accidentium exigentiam; & Deum in hoc negotio ſuam potentiam prodere docent, vt paſſim Patres agnoſcunt adducti in Candelabro ſancto ſect. 3. cap. 3. à n. 45. & Sanctesio repetit. a. cap. 11. Hoc autem ſpecimen diuinæ Omnipotentiæ, in hoc myſterio ſplendentis, euaneſcit iuxta hanc nouitatem; quæ licet admittat accidentia panis & vini ſupereſſe poſt conſecrationem, tamen hæc accidentia quæ admittit, non ſunt eiuſmodi, vt fulcro egeant. Sunt enim denominatiuè accidentia, reipſa autem ſubſtantiæ. At ſubſtantiis non eſt neceſſarium fulcrum ſubiectiuum cui innitantur; Imò enm ſint aliquid per ſe ſubſiſtens, ſunt incapaces fulcri illius quod accidentia vera eſſentialiter exigunt. Quare ex hoc item capite, nouitas, quam impugnamus, colliditur cum doctrina fidei prout expreſſa in Conciliis, & conſignata in vnanimi Patrum traditione, ac Eccleſiæ ſanctæ conſenſione.

In qua verò Poteſtate, propolæ huius nouitatis, miracula ad hanc diem inaudita comminiſcuntur, aſſerentes particulas ſubſtantiales eductas ex ſubſtantiis panis & vini, in quotum poris ac cauernulis diſeretè deliteſcebant; congregari, & in vnam ſolidam ac continuam maſſam, conflari à Chriſti corpore & ſanguine? Hoc miraculum ex qua penu proditur; quiſve eius teſtis anteriot proferitur? Aut quomodò ſi ſubſtantiolæ in poris latentes cum panis ſupereſſet; eo deſtructo, ſunt auctæ & grande factæ, explicantur per folium ſiream, cuius omnis ſueeus euaporauit, & ideò eſt contractum longéque minùs extenſum, quàm cum affluxu humidi turgeret? Non quadrat ſanè hæc comparatio quam Autor veteris ac nouæ phyſicæ in hanc rem adhibet, vt vidimus punct. 1. Deinde augmentum quod his particulis ſiue corpuſculis per conſecrationé accedit, eum non fiat per rarefactionem, ob eandem materiæ

quantita

quantitatem; vel ſi per nouæ ſubſtantiæ productionem, quæ lacunas alioqui interponendas repleat, ad æqualitatem ſubſtantiæ panis deſtructæ; & ſic erit manifeſtè verus panis, & vera ſubſtantia ſolida, ſicut priùs. Nihil enim ſubſtantiæ ex corpuſculis adauctis compactæ, deërit, quo eſſet in pane: atque ita inducetur vera impanatio, & artolatria blaſphema. Vel certè augmentum corpuſculorum conſecrationi ſuperſtitum, fit per replicationem ipſorum corpuſculorum ad menſuram ſpatij, quod panis occupabat cum ſupereſſet, nondum facta conſecratione. Hoc ſi dicatur, hoſtia poſt conſecrationem multò minùs pondetabit, quàm priùs. Nam demenda erit grauitas totius ſubſtantiæ ſolidæ, intra cuius cauernulas latebant corpuſculas? quæ cum ſit multò maior ſubſtantia quàm corpuſcula; multò plus etiam grauitabat cum aderat, quàm cum adſunt ſola corpuſcula. Horum quippè replicatio non augeret grauitatem. Sicut ſi idem homo milleſies in eadem lance pooeretur replicatus, non plus ponderaret, quam ſi nulla facta eſſe replicatio; quia eſſet tantum vna & ſimplex grauitas.

Sed quomodocunque ea corpuſculorum grandefactio contingat, negari non poteſt, quin magnum miraculum exigat ea corpuſculorum commaſſatio ordinata, atque conflatio cum incremento ſolido. Vbi verò eſt diploma, quo muniti Aduerſarij tantum miraculum audeat fabricare nunquam in Dei Eccleſia auditum, nec in Scripturis vllatenùs expreſſum, nec à tot Cõciliis, tótque SS. Patribus & Doctoribus vel leuiter inſinuarum. Euoluantur ſanè omnes Commentarij Theologici, & Hæreſeologici de Euchariſtia, qui ſunt innumeri; & in quibus, quæ Deus ſupra naturam in hoc myſterio patrata voluit, accuratè & minutè appenduntur; Recipio quantauis adhibeatur diſquiſitio, nuſpiam vel apicem tanti miraculi compariturum. Et mirum eſſet, tam nobile potentiæ Chriſti ſpecimen, hactenùs per tot ſæcula Chriſtiana, in nullius anterioris Doctoris oculos incurriſſe. Nullibi item Eccleſiam, quæ columna eſt ac firmamentum veritatis, tam illuſtre Dei opus inſinuaſſe, nedum docuiſſe.

Vt verò manifeſtior ſit miraculi quod gratis inducitur, magnitudo conſiderandum eſt, ſubtiam in pane latentem intra cauernulas pororum aliam non eſſe & quam aërem occupátem vacuitates illas quæ inter partes ſolidas reperiuntur, vt cernere eſt in pane quem *oculatum* ab hiſce foraminulis veluti oculis denominant. Quamdiu enim in ea foraminula non ſubit aqua aut vnum, aliuſve liquor, ſola aëris ſubſtantia opplet hiatus illos. Et idem eſt de poris ferri candentis, quorum occuparo pet ignem, non excludit ſubſtantiam ferri ſolidam; quomodo enim ferrum poſtea reueniret per ſolam aquæ iniectionem? Et ita rectè de pane & ferro Scotus in 4. d. 49. q. 16. & Capreol. diſt. 44. q. 3. *ad 5. contra ſecundam concluſ.* ex Paludano, negantes penetrationem panis & vini, irémque ferri ac ignis; concedentes autem duntaxat aliqua vini & ignis accidentia ad ſubſtantias panis & ferri detiuari. Suppoſito igitur quod vacuitates inter ſolidas partes panis ac ferri interjacentes, (vacuitates voco per comparationem ad ſolidam panis ac ferri ſubſtantiam) ſolus aër repleuerit, profectò deſtructa ſolida panis ſubſtantia, ſi quod præterea erat intra panem ſuperſtitem nunc deſtructum, adunetur, nihil adunabitur præter paucas aëris particulas non æquantes ſoliditatem panis conſecratione deſtructam, & expertes omnium panis qualitarum. Quantum ergo diuinum artificiũ erit neceſſarium, vt exhibeatur per eas aëris particulas, apparentia veri panis priùs præjacentis? Aut quomodo iuxta hanc aſſertionem, fas erit dicere, aliquid quod ad panem attinuerit remanere, cum aër inter poros panis abditus, non ſit aliquid tenera pertinens ad panem ſiue vt pars eius ſubſtantialis, ſiue vt vetum accidens, illi inhærens cum ſupereſſet? Et tamen fide ſanctum eſt, aliquid quod ad panem pertinuit remanere. Nemo non videt quam malè materiata ſit vniuerſa hæc nouatio, & antiquæ Doctrinæ conuulſio.

Diſiecta fundamenta nouitatis propoſitæ.

Itaque fidenter poſſumus nouos hoſce Theologaſtros illiſimet verbis affari, quibus S. Auguſtinus lib. 3. contra Iulianum cap. item 3. alloquitur Pelagianos in perſona Iuliaoi. [Hæc ſunt ſenſentiarum portenta veſtratum; hæc inopinata myſteria dogmatum nouorum. Hæc paradoxa mirabilora quàm Stoicotum Philoſophorum, &c. Mira ſunt quæ dicitis, noua ſunt quæ dicitis, falſa ſunt quæ dicitis. Mira ſtupemus, noua cauemus, falſa conuincimus.]

PVNCTVM IV.

Diſiecta eiuſdem Vaniloquij fundamenta.

NOn erit cur euerſio fundamentorum nouitatis propoſitæ multùm nos diſtineat? cum & inaniſſima ſint, & ferè in ſuperioribus ſufficienter diſiecta.

Ac primùm Autoritas Doctorum parum aptè ac fideliter obtenditur. Non enim Ocham & alij qui indiſtinctionem quantitatis ſubſtantialis à ſubſtantia induxerunt, huic figmento adſtipulantur. Imò diſſentiunt ab eo vſquequaque. Aiunt quippè, quantitatem ſubſtantiæ in hoc myſterio, perire cum ſubſtantia; quod è diametro pugnat cum iſtorum placito. Vt quid ergò Aduerſarij, ne videantur Autoribus deſtitui, adeò confidenter pronuncians, ſtare ab ipſis omnes illos, qui negant quantitatem ſubſtantiæ diſtingui à ſubſtantia? Quid quod ea ſententia Philoſophica, quæ paucorum Nominalium fuit, adeò malè materiata eſt præſertim attentis rationibus Theologicis ex myſterio Euchatiſtiæ petitis, vt vix, ac ne vix quidem ſtare queat? Cenſuras in illam à pletiſque vibratas, ſciens dimitto, ſed certum eſt ipſum eius primum fabrum Ockamum, in ea euulganda trepidaſſe; & anxium ne hæretica eſſet, dixiſſe c. de quantitate, ſe eam non tueri, niſi vt Ariſtotelicam: *ſiuè* (inquit) *hæretica ſit, ſiuè Catholica.* Quod recidit in ſubterfugium inanes Pomponatij & aliorum quorumdam Epicænæ fidei Philoſophotum, quorum licentiam Leo X. in Concilio Lateranenſi coërcuit; cum impia dogmata, & eum ipſa Dei & totius fidei cuiſ ratione complicata, dicerent abs ſe defendi, tantùm ſecundùm Philoſophiã: Itaque exiguum, vel etiam nullum eſt Aduerſariis præſidium, in tam intuta Ockami & aliorum (nou enim omnium,) Nominalium ſententia.

ect. III. Punct. IV.

Multò minùs præsidij est Aduersarijs, in Concilio Tridentino ac Patribus. Quid enim? Concilium Tridentinum panis & vini exuuias non vocat accidentia, sed species Sacramentales. Ergò eensuir aecidenria quæ ex pane & vino supersunt pnst consecratinnem, esse veras substantias ex panis & vini poris eductas. Hne nnn est argumentari, sed rudere. Eaque argumentandi insulsitate, licebit colligere quidlibet ex qunlibet. Multóque tolerabilius, (tametsi ipsi qunque absurdè,) præstigiatores, quos s. 2. retulimus, ex voce *specierum*, collegerunt, accidentia Sacramentalia esse veras imagines appatentes, ac spectra. Nam saltem videbatur illis suffragari cortex vocabuli *species*. At hic nulla ex parte lux affulget, ad eius cnnsecutionis, quam Aduersarij struxerunt, qualemcumque appatentiam comptnbandam. Itaque licebit cum Caietann iocari ac dicere, hanc eonsequentiam ex earum numero esse, quas centum bnum paria admota, ex antecedente proposito non trahetent. Cur autem Concilia pntiùs adhibuerint voecm *specierum*, quàm *accidentium*, declaratum sufficienter est sect. 2. p. 6. diluendo similem argumentatinnem prn spectris: Vbi etiam ostensum est, quædam Concilia vt Constantiense & Colnnienſe, vncem *accidentium* adhibuisse; & nnmen *specierum* vsurparum in Concilijs iuxta mentem Doctnrum tunc compertissimam; idem planè sonare eum voce *accidentium*. Nominatim verò de Cnncilio Trideotino, ne leui quidem vetisimilitudine resersum videri potest, quod vtens nomine *specierum*, voluerit astruere perseuerantiam tot patticularum substantialium è pane & vino eductarum; cum tam perspicuè firmauerit tntius substantiæ pauis, & totins substantiæ vini, conuersinnem omnimodam in eorpus & sanguinem Christi. Itaque appatet egestas Aduersariorum, vocantium ea qnæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Nisi potiùs eastigatione dignum prnnuncietut, sie illudere Cnnciliis, eorúmque scita, obntquete modò, sed prosùs extra rem veluti per incum prnferre: petinde ac si quis ad prnbandum, adduceret aliud planè disparatum, quod ea ratione exponeret ludibtio. Gelasium quem Aduersatiis ipse suggessi, Catholici DD. passim exponunt de substantia panis & vini apparente: quamuis teuera quod cernitur in Eucharistia & post completam ptolationem vetbotum subest accidentibus noo sit panis, sed corpus Christi.

Biceps agmen rationum, à binis huius nouitatis Propolis adductum p. 2. vix eget confutatione. Autor physicæ veteris ac nouæ vnicam proferebat rationem, ductam ex complanatione difficultatum implexissimarum, quas alioqui ingerit hoc mysterinm. De hoc ruinosissimo fundameoto, multis actum est s. 2. p. 2. & 7. disijciendo argumentationem pro spectris specierum, io simili difficultatum huius mysterij, plana & facili expeditione, fundatam. Nuoc obiter dico, tantum abesse, vt deprehendatnr complanatio iactata difficultatum per banc nouitatem; & via hæteticis facta sit expedita, ad dogmatis Catholici assensum, vt potiùs nouæ ac inauditæ difficultates in hoc mysterium inuehantur, vt dictuio est puncto præcedenti. Præcipua sanè huius mysterij difficultas, est transubstantiatio panis & vini, in corpus & sanguinem Christi. At eam nouitas ista non expedit, sed inexpedibiliter implicat. Difficultas item huius mysterij, non modica aliqnibus ingeritur ex perseitate accidentium, saltem quantitatis. Huoc verò nodnm, nouitas ista nnn soluit, sed scindit, transmutatis accidentibus in substantias fumidas, quibus opus non sit subjecto. Positio corporis ad modum Spiritns, & replicatio, quæ sunt difficultates huius mysterij, aliqnibus graues, non leninnt vllo pacto per hanc nonitatem. Quare non apparet quid dignum tanto ferat hic promissur hiatu; aut qua securitate, Auinr Physicæ vetetis ac nonæ, cuius hæc est vnica ratio pro ista nouitate, quod per eam complanentur difficultates, ostentet Hæreticorum ad caulas Ecclesiæ reductinnem, quantum est ex hoc capite, si hæc eius deformitas adametur.

Qund verò iste Nnuantiquus Physicus, mirari se dicit, obfirmationem enrum, qui post tantam lucem mystetin Eucharistiæ ab hac nouitate sua illatam, malint perstare in antiqua caligine, & hoc mysterium sectariis opetnsius creditu reddere; geminum est eius quod discussum recolo in Examine libertatis Gibieusianæ parte 1. cap. 11. num. 9. Innexetat Gibieusus nnuam libertatis mnralis notionem, omnibus tetrò sapientibus æquè ac insipientibns ignotam; & depulso sensu inolitn, quod libertas sit faeultas ad vtrumlibet potens; asserebat libertatem esse dennminationem extrinseeam eminentiæ, aduenientis homini ex coninnctione eum Deo. Ad lucem huius nouæ notionis, omninm Theolngicarum difficultatum caligiuem diseuri obtendebat eius Autor; nec satis mirari pnterat *superbam pertinaciam*, (flosculi sunt modestiæ Gibieusianæ), hærentium vlerò in antiquis tenebris, post illatam adeò liquidam lncem. At vleissim nemo fuit alieuius nominis, etiam eorum quibus adamantinæ præfinitiones ac ineluctabillum prædeterminationum deuinctiones ptnbantur, tametsi ei præsertim Doctrinæ lenocinabatnr Gibieusiana eminentia. Nemo, inquam, prædictornm fuit, qui nnn sit mitatus & anersatus, tam nouam tam à sensu commnni auersam libertatis notionem. Omnes mirabiliarium illum mirati ac miserati sunt; oemo sequutus. Idem prorsùs occini potest ac debet physico Nouantiquo, miranti quomodò nnn omnes concedant in suam senteutiam de aceidentibus panis & vini in Eucharistia residuis, è serie verorum aecidentinm transferendis in substantiolas pani & vino eum supereissent accidentes. Sanè multò magis mirandum esset si quis sapiens adeò infatuaretur, vt hoc doctrinæ fermenmm, azimam Ecclesiæ doctrinam inficiens, admittendum putaret.

Alter eiusdem nouitatis Propola, imò faber, cuius inuenta non leui canitudinis suæ dehonestatione, amplectenda sibi censuit is cum quo hactenùs egimus; adhibet ipse quoque, pro bac nouitate argumentum ex complanatione difficultatum huius mysterij: sed adeò magnificè celebtat suam hanc machinationem, vt ex mustaceo decernat sibi laureolam. Eius verba ex scripto edito ad objectiones quartas *pag.* 290. Sunt quæ subijcio. Omnia quæ spectant ad dogma fidei de Eucharistia, per hanc à se excogitatam Doctrioam, [tam commodè, ac

tam

tam rectè per ſua principia explicari, vt non modò nihil habeat quod reueereatur, neOrthodoxis Theologis offèdiculo ſit futurus; vt cõtra potiùs, magnã ieab ipſis gratiam ioiturum eſſe confidat; quod eas pbyſicas proponat opinioocs, quæ lõgè melius qoàm vulgares, eum Theologia conſentiant; eo quod nullibi vnquam docuerit Eccleſia, ſpecies panis & vini remanentes in Sactamento Euchariſtiæ, eſſe accidentia quædam tealia, quæ ſublata ſubſtaotia, cui iohærebant, miraculosè ſola ſubſiſtant. Sed cum fortè ptimi Theologi qui hane quæſtionem Philoſophico more explicare conati ſunt, tam firmitet ſibi perſuadetent, accideotia illa quæ ſenſus mouent, eſſe quid reale à ſubſtantia diuerſum, vt ne aduerterẽt quidem, ea de re poſſe vnquã dubitari; ſine vllo examine, ac ſioe iuxta ratione, ſuppoſuerũt, ſpecies panis eſſe aecidentia eiuſmodi tealia, totique deinde in eo fuerunt, vt explicatent, quomodò ipſa ſine ſubiecto eſſe poſſint. Qua in re tot difficultates inuenetũt, vt vel ex hoc vno, (quemadmodùm viatores, eum fortè ad ſalebras, & lora oullo modo petuia deueneruot), ſe à verò itinere deflexiſſe, iudicare debuiſſent.] An non videtur expectandum, huie de tanta ſapientia ſua teſtimonium, perhibenti, & quanto cõmodo Scholas Theologicas & Philoſophicas oouo hoc inuẽto ditarit, tam magoifice prædicáti, vt ex Pontificio ęrario, vel Cleti Gallicani publico cenſu, largiter muneretur; aut ſi eooditio & ſtatus homiois patitur, nee pondus bonoratum obſtet, ad opimõ quoddam & prænobile pinnaculũ templi ſuſtollator; vnde cæterorum hactenùs Doctotum omnium hallucinationes, majori eum Autoritate dedoceat: Non ſecùs ſane ſibi plandit homulus Spiritu ſuo inflatus, quàm ales criſtata in ſterquilinio. Srd meminiſſe eum oporterat ſapientiam quæ de ſurſum eſt, iuxta Iacobum c. 3. non modò pudicam, ſiue puram & iofermentatam eſſe, ſed etiam modeſtam, nec in Thraſmiſmos effuſam; & oon mioùs omoium rctrò Doctorum deſpuitionem, quàm iouentorum ſuorum oſtentationem, in proprio ore purere.

Præter adeò magnificam ingẽnij ſui de tam commodo inuento oſtentatioocẽ, addebat hic ipſe ſpermologus, vt p. 2. terulimus, argumentum pro ſua uouitate, ex eo ductum, quod humana mens nequeat eoocipere, aceideos à ſubſtantia auulsùm & per ſe conſtitutũ, niſi per modum ſubſtãtiæ illod cõcipiat. Itaq; implicare in adiecto ait, vt tota ſubſtantia panis, & vini abſceſſerit per cõſecrationẽ; & tameo maneat aliqoid teale, quod in pane fuerat; ſitq; per ſe vt ſubſtantia, quauis gratis appelletur *accidens*. Monetq; hanc eſſe ptæcipuã cauſam abalienationis Sectariorũ ab Eeclefia, quoad Euchariſtiam. Hacteoùs ille. Sed miſeret me ptofectò, tam ioeptæ in re tam ſeria argumentationis. Nam quod accidens per ſe conſtitutũ, coneipiatur ad modum ſubſtautiæ, verum eſt quantum attiner ad modum eſſendi indebitum accidenti. Sed quod accidens, indebitè & contra exigentiam ſuam eſſentialem, ſortitum eſſendi modum ſobſtantiæ connaturaleto ac proprium, euadet ptopterea ſubſtaotia; hoc verò affirmare, puerile oimiom eſt: cum vel rudimentatiis Philoſophis compertum ſit, aliquid accidentariò, ptæſertim per mitaculum obtingena alicui, non mutare eſſentiam eius, coi obtingit. Quod verò hac maxima difficultate admirtendæ perſeitatis aceidentium, ſectarij auocentur à Catholica fide abborrer à vero: eum hætetiei ſuomet iudieio damnati, hoe eaput difficultatum eootra Euchariſtiam, ferè prætereant: nec ſit teueta, in ea aecidentis diuinitùs à ſubſtãtia auulſi perſeitare, difficultas aliqua, quæ ſedatis ingeniis non apparear facilè expedibilis. Quid enim difficultatis eſt, intelligere, accidens perfectum, (vt modos ſeponam) eſſe emitatem quandam à ſubſtantia diſtinctam, & ab ea ita ſiparabilem, vt ſeiuncta, per ſe conſetuetur vi diuina, nullo licet intetueniente ſubiecto? Ne pilus quidem, aut vmbra repugantiæ, intrllrctui benè affecto poteſt in ea re occurrere. Et quamuis ita eſſet, quod intellectus in eam fortè eogitationem incidens reſilirer; non ob repugnantiam terminorum, (quæ nulla teuera poteſt oecurrere) ſed ob otduiratem objecti, captum intellectus ſuperantis; non eſſet cur negaremus, hoe eſſe Deo poſſibile, vt contra Sotum & Victoriã, fallacis illius rubricæ Magiſtros regere memini in Natur. Theol. diſt. 8, n. 289. Non enim potentia numini ex ſenſu & captu noſtro æſtimanda eſt: & à multis reſilit luſcioſus hominis intellectus, quæ Deo ſunt poſſibilia. Quod ne Patres ibi addnctos hone fruſtra aduocem, præclarè in hoc ipſo oegotio admonet. S. Anſel. l. de Sacr, Altar. p. 2. c. 2. *in fine*. Et quod multò magis qois miretur, idem fusè ac eleganter tradit Leo Philoſophus Acadẽmicus, Dialogo *Alcyones*, qui perperam inſcribitur Luciano; cum eſſe huius Leonis, conſtet ex Athenæo l. 11. Dypnoſ. & ex Laërtio, in Platone.

Qua nota propoſita nouitati inuenda.

PVNCTVM V.

Quæ nota, nouitati de qua hactenùs, inuri; debeat.

REs hæc, ex antedictis eſt perſpicua. Itaquè duobus verbis rem conficio. Hæe Doctrina, nou modò eſt temeratia, aut erronea, ſed etiam hæretica.

Temeritatis ſanè notam, nemo ab hæc nouitate amoliatur. Nulli quippè ſubnixã idonei Autoris teſtimonio; nulla veterum ſuffiagatione munina, nullo validæ, ac ne apparentis quidem rationis fulta præſidio; prodit nunc primùm. At de ſentẽtia Theologorum, exponentium notas Doctrinarũm, norio aſſertionis remerariæ, eſt obniti contra tortentem Doctorum, abſque firma, ſaltémque probabili ratione. Videndos Caſtro l. 1, de iuſta hæretie. punit. c. 3. & altet Caſtro tract. 4. diſp. 3. p. 1. n. 7. necnon Canus 12. de locis c. 8. Quod autem hæe nouitas, ſit contra tortentem Doctorum, fateniur eius Autores, hanc ingeniorum ſuotum abortionem oſtentantes; eſtque manifeſtum, quandoquidem oemo vnquam SS. Patrum, nemo, (planè inquam nemo), Theologorum Sebolaſticorum, talis Doctrinæ meminit. Ratio autem idouea ad nooandum in re tam graui, nulla profertur, præter prætenſam maiorem facilitatem, perſuadendi hæreticis veritatem myſterij Euchariſtiæ: quod tantum abeſt vt dictum ſit ad veritatem, vt potius ſit falſiſſimum: cum nouitas iſta multo magis obſcutet huius myſterij caliginem, & aptiſſima ſit ad auocandos hærericos à fide tranſubſtantiatioois, in qoa tamen eardo huius myſtetij vertitur. Nota itaqoe temetitatis, & quidem palmaris, & planè eumulatæ, declinari in huius nouitatis aſſettione non poteſt.

Patum eſt, temerariam dici doctrinam; quæ reuera non modò erronea eſt, ſed etiam hæretica. Nou debeo aſper aut ptæceps videri, eum vera

&

Sect. III. Punct. V.

& explotata dico, S. Thomas 1.2.q.11. artic.2. Canus 1.2. de locis c. 8. Alfonsus de Castro l. 1. de iusta hæretic. punir. c.1. & quotquot assertionum notas affigoant; eam doctrinam habent pro hæreticæ, quæ contradicit alicui veritati reuelatæ, contentæ siue in libris Canonicis, siue in Verbo tradito. Atqui hæc noua doctrina, exscindit dogma ex fide certum, de omnimoda destructione substantiarum panis & vini per consecrationem, solorum verò accidentium perseuerantia. Nam iuxta hanc doctrinam, manet substantia quæ fuerat intra panis poros abdita; estque verè ac propriè panis, vt patet ex omnibus proprietatibus panis. Idem quippè est & color, & sapor, & udor, in hac substantia, ac is qui in pane præfuerat: nec minùs nutrit, & alit sumentem, quàm faceret panis in simili quantitate. Est igitur verus panis, qui gratis dicitor latitasse intra poros: eum abscussio illa intra poros, abhorreat à substantia eiusdem planè rationis eum substantia panis solida. Itaque iuxta hanc doctrinam, post consecrationem, manet verus panis: quod est hæreticum, & mille fulminibus io innumeris Conciliis obtritum. Aliud fermentum reprobum, & hæresi sordens in hac doctrina contentum, est quod accidentia panis & vini, non sint per se, absque subiecto post consecrationem. At hoc in Vvieleffo, hæreseos notatū estin Concilio Cōstantiensi & à sacris Doctoribus tanta consensione traditur, vt sit indubium diuinæ de eo dogmate traditionis argumentum. Quare qui Doctrinam huiusmodi obstirmatè asseruerit, damnas esto, & inter segteges à Catholicis errones, recensetor.

AD INSOMNIOSOS,

De non adamandis cerebri sui abortionibus, & vanis nouiloquijs dimittendis; solida autem & antiqua doctrina retinenda,

CLAVSVLA PARÆNETICA.

APpositè ad dijudicata hactenùs insomnia, concluſurus videor dissertationem vniuersam adhibito saluberrimo monito, cuius per magnum semper apud sapientes omnes momentum fuit. Nimirùm, in re literaria cauendum esse maximè à nouandi imperigine, & quantum per veritatem licet, insistendum esse tritis pridem itineribus; ac probatis iam olim sententiis inhærendom. Disserui in hanc rem ex instituto, agens de iusta confixione librorom par. 1. Etotem. 2. inter inquirendum, num liber ex eo tantùm quod nouam doctrinam contineat, possit configi? Cúmque non sit, cur quæ ibi diffusè sunt tradita, hîc repetantur, paucis alinnde propositis, negotium in præsentia conficiam.

Illud verò prineipio statuendom est, non esse quod quis existimat, insectatione nouitatum in tradendis disciplinis, iniici compedes ingeniis, & seruitutem induci, qualem Sencea epist. 33. copiosè insectatur, & Durandus à S. Portiano in ptologo ad librum Sententiarum, damnat *insipientia bestialis*; quasi homines queis iudicium est, & ad aliquid suo Marte exeogitaodom facultas, mancipandi sint per omnia alieno sensui, nonnisi ex Commentario Sapientes; & aliquid quod apud alind explicatè propositum non legerint, prnferte prohibeantur; tanquam eo ipso quod in actu signato & verbis conceptis non extat apud anteriores, reprobum sit censendum, tanquam nouitium figmentum. Quo ex capite, ante annos duodeuiginti Nouatot strenuos, sententiam de vero misericordiæ martyrio eorum qui ex Christiana charitate cōtactorū ministerio immotiuntur, criminatus est ob nouitatem; homo in sacris libris iudicio suo versatissimus, sed cui tameo excidisset, sentētiam illam ante annos mille trecentos litetis vncialibus à Dionysio Alexandrino exaratam, & inde in tabulas Ecclesiasticas pridie Cal. Martias trāslatam, non potuisse notari nouitatis, nisi quia apud S. Thomam de Martytio disputantem, conceptis verbis non legitur: quamuis principia ex quibus vix vllo labore eruitur, inibi, & apud omnes Morales ac Scholastieos Theologos, solidè ac perspicuè sint iacta. Sed ita habet aliquorum sensos, vt quicquid ex alio anteriore verbatim non repetitur, nouum censeatur, & veluti nouū abiiciendum deeet natur. Cantilenas nouas odetunt; veteres duntaxat tecini volunt, ex eadē prorsùs formula modulatas. Abusio profectò planè indigna, ptohibēs posteriures aceessionem aliquā ad anteriorum inuenta facete, & aliquid de suo conferre, qoo disciplinæ locupletentur & crescant. Enimoerò artes omnes, rempotis progressione profeeerūt, & nonis subinde ditatę sont inuenris. Pixidem naoticam, tubum Batauicum, & cui cœli qooque peruij sunt, fistulare conspicillum Typographiam, bombardas, & alia pleraque huiusmodi, ignorauere Antiqui, qua de re Guido Pancirolus, iustum commentarium impleuit quem inscripsit, NOVA REPERTA.

Quid dicitur? Artes identidem noois opificum machinationibus diteſcūt; & desperabimus scientiarū profectū; quasi maiorum ingenia, vt Ioānes Picus præfatione ad Apologiā meritò expostolabat, viam prorsùs industriæ nostræ præcluserior quasi in nobis primùm effœta emanerit ius naturæ, nec nisi maiorum vestigia relegenda sint posteris, quod S Hieron. epist. 89. c. 6. interclodendæ omnium posteriorum operæ, & veluti chiragiæ, vel paralysi ingeniorum inducendæ accommodatum, auersatur Nec deesset ei cogitationi iniuria in Creatorem, si [qui assiduè producit nouos fructos ad recreationem hominis exterioria, crederetur nullos de cætero scientiæ profectos imperriti, ad innouādos sensus hominis interioris.] Hune Vmbonem prætendebat Richardos Victorinus, aduersùs telum in se vibratum, quod post tot & tantos Interpretes, ad nouum Commentatium, de eodem argumento tabernaculi fœderis, esset aggressus, eum tamen (vt addit,) scriptum sit', *pertransibunt plurimi, & abundabit scientia.* Rupertus itidem, crimioatorem suum, quod tot antiquis in Apocalypsim locubrationibus nouam adiungeret, insimulantem; relegat ad puteos ab Isaaco fossos, post eos quos anteriùs pater eius Abraham foderat, & est puteus, vt perpulchrè disserit Philo, scientiæ symbolum. [Itaque iuxta hanc regulam (ioquit Rupertus,) nobis quoque concedant, post illos puteos quos foderunt, id est, post illos tractatus quos tractaoerunt Patres & priores nostri; & alios fodere puteos proprij vomere ingenij; dummodò viuam & nos aquam reperite possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum vel errorē faciat legenti.] Igitur ratum esto, nequaqoam vitio verti, & nomine nouitatis insimulari posse, quæcunque promuntor non audita priùs: & absit dē, doctrinæ cæteroqui solidæ, & idoneis subnixæ firmamentis

tis inuidiam conflari, à sola nouitate; siuè eò quod totidem syllabis apud anteriores prótritos scriptores non sit consignata, vt volunt qui turpissimam seruitutem sectantur, in Magistrorum verba iurantes.

Sed cum noui quippiam próferre non semper vertatur vitio illud tamen sollicitissimè cauendum est, ne proferatur noua Doctrina, quæ cum veteri, & excocta pluribus sæculis considatur; eámque ita euertat, vt tamen nihil rité stabilitum, nihil ratione firma euictum, abolitis veteribus subrogetur. Neque verò sermo est de exploratis fidei dogmatibus, circa quæ omnis contraria nouatio, exitialis est atque pestifera, vt Radulphus de Riuo propositione sexta libri de Canonum obseruantia, prolatis vatiis Patrum locis confirmat, & splendidissimè Vincentus Lyrinensis, in aureo ac gemmeo commonitorio aduersùs profanas vocum nouitates; vetans dici noua, quamuis possint vetera dici nouè; hoc est, proponi recenti studio illustrata, confirmata, expolita de nouo, in iis quæ ad fidem Catholicam & explorata eius dogmata attinent. De huiusmodi itaque nouitate non est sermo; sed de nouatione, huè in naturalibus disciplinis, siuè in rebus Theologicis absque perspicua Ecclesiæ definitione propositis; cum nulla suppetit idonea ratio sentiendi secùs quàm senserint antetiores, & eorum placita conuellendi. Id enim est Nouitates consectari, & nouationis nomine malè audire. Et meritò sanè. Quid enim attinet, inaudita quædam & monstri habentia speciem, nullo fulta rationis validæ præsidio, educere in lucem; vel quamuis iam olim erupissent; & ab aliquo prurigineso ingenio vulgata quondam, ptidem exoleuissent, & studio antiquorum ritè defossa iacerent, reuocare superas in auras, & luci redonare? Non est hoc prudentis & ad sani iudicij trutinam appendentis Doctrinam.

Eiusmodi sunt, quæ ante hoc triennium sunt audita, de compactione corporum & atomis, hausta de cænosis Empedoclis scrobibus, de formatum materialium indistinctione ab accidentibus, vnius animæ rationalis prærogatiua incolumi, quæ ab proximis nuodinis perseueratura sit, tempus docebit; de iodiuisibilibus corporeis, inflatis ac turgidis, nec secùs ad locale spatiũ absque partibilitate coextensis, quam si esset Spiritus de naturali penetratione corporum; de vacuo citra miraculum inducto, de naturali migratione accidentium à subiecto in subjectum; de vno & eodem puncto formaliter ac virtualiter indiuisibili, plura spatij puncta ratione velocitatis motus simul occupante, imò tuti spatio quod Romam inter ac Neapolim interecdit, se adæquate, vel etiam maiori, iuxta proportionem maioris velocitatis; de transmissione visualium radiorum, abstractis speciebus intentionalibus, de propriè dicto brutorum discursu circa particularia, de motu terræ, & firmamenti ac astrorum statione, de die aliquo assignabili in æternitate, vltra quem alius non esset futurus, de maximo numero finito, supra quem, ne ipse quidem Deus, possit aliquid addere. Ohe iam satis est, tametsi multò plures huiusmodi furfures proferre, in tanta nunc eorum vbertate, operosum non foret.

Quæ noua proposita nouitate inuerenda.

Quantò autem perniciosius peccatur, cum per occasionem humanæ sapientiæ incutitur in Christiana dogmata, & fides Catholica sueeutitur, tanto periculosius haberi debet, ea Philosophica dogmata inferre, vel eas Theologicas sententias cudere de nouo, quibus stantibus, illa cadere necesse sit, & eorum cohæsio debeat desperari. Hic nouandi, & ingenio proprio indulgendi modus, à prudente quocunque abhorret, nedum à benè animato erga fidem Catholicam tractatore. Et tamen (Proh tempora,) infelicia hæc lolia succrescunt in dies; & pro tritico sterile auenæ atque zizania placitorum, tanta vbertate soboleſcunt, vt probatas fruges propè suffocent. Nihil affingo, nihil quod vbiuis non occurrat, argumentum concitationis stomachi, nec tantò solutionis in visum effusum. Quis enim visum contineat. Si non ita pridem cusum volumen legat, signato Autoris nomine, nec absque suffragio approbatorio Doctorum primæ notæ, quod tres Magi, qui Christi cunabula duce stella venerabundi viscrunt; non fuerint qui vulgò iactantur, Melchior, Baltazar, Gaspar, (hoc enim quia ptotritum, & ptidem prodito, repudiant:) sed fuerint Methusedech, Enoc, & Elias. Vix meis oculis credidi, cum in eam scriptionem incidi, vanam, rationibus cassam, autoritate prorsùs destitutam, inficetam planè, nec nisi cieodo visui opportunam: nisi quod limbus operi spisso adiunctus, de Melchisedecho vero homine, nec tamen Adamico; sed ex cœlesti nescio qua materia, siue patre, siue matre, sine genealogia procreato nulla meritò Doctorum suffraganone munitus, quod aperta hæresi sordeat, contra illud Apostoli *fecit ex vno, omne genus hominum*, non iam risus, sed iustæ concitationis præbuit argumentum. Nec alio loco habeo pleraque ex Caco Lemanico, his ipsis diebus, sub Augustioi, (si Superis placet,) personа, ab improuidis petita pronunciata: de non requitēda ad morale meritum aut demeritum libertate à necessitate; cum sufficiat libertas à coactione; de gratiæ tantùm sufficientis, relegatione ad Cimmerios, de quibusdam diuinis præceptis, homini iusto volenti ac conanti secundùm præsentes vires, executu impossibilibus, etiam denegata suppetiatione qua possibilia fiant, de diuina gratia irresistibili, (retineo barbatam Autorum vocem) ita vt liberum arbitrium diuinitùs motum, & excitatum, non possit dissentire si velit, nec gratiam qua tangitur, abijcere: de naturali attritione, sufficicote ad structuram Sacramenti pœnitentiæ, de ptiuata Sacramentali pœnitentia, pro peccatis occultis, ad abstergendas eorum maculas inidónea, iuxta sensum veteris Ecclesiæ: de innoxia cæde patris, & matris stupratione per filium natura rationali potientem, si Deus non esset, de aliis præterea non paucis, quibus meritissimò annectenda sunt quæ de præstigiis, & vacuis rerum spectris Sacramenti Eucharistiæ, explosis veris accideotibus ex pane ac vino residuis, sunt recitata; déque substantiis è panis & vini eorpulentia, intra quam nidulabantur eductis, & nomine *accidentium* panis & vini, donatis. Has Theologicas stibiligines, omnibus antehac factis Doctotibus inauditas; imò cum eorum sensu & probatis Oraculo Ecclesiæ placitis

aperte

Sect. III. Punct. V.

apertè pugnantes; inducere, hoc verò est, nouare cum vitio, nec tam ingenium ostentare, quàm aperire præcipitia.

E causis ad ita nouandum emouentibus pruriginosa ingenia, binas omninò sanè virulentas adduco, præteritis aliis; quod ex terræ huius synonidis malignitate, satis superque liceat, effectus vitium deprehendere. Prima, quæ per se incurrit in oculos, est captatio gloriæ: posterior est judicij imbecillitas, & cordis inopia: Nihil procliuiùs quàm vt nominis & gloriæ aucupatio, hominem euanidum, & à iudicio non satis benè constitutum, impellat ad nouandum, vt supet senes intelligens, audiat ingenij miraculum celebretúrque omnium sermonibus; & quod de magno Diouysio à S. Chrysostomo dictum est in hoc item gloriæ animal cadat; *Auis cœli est*, humi non repit, init itinera non trita, non sicut Virula Ephraim docta diligere trituram. Agitantur hæc populares autæ vilia mancipia, disturbandis veteribus placitis nata illomet fanatico cupiditatis gloriæ æstro, quod corripuit & æterna infamia multauit templi Ephesini euersorē. Quod enim non haberet, vnde celebritatem numinis abesse captatam colligeret, quæ finit subsidium à scelere, redacta propè momento in fauillas ac bustum, fabrica toto orbe mirabili, quam labor totius Asiæ, per annos ducentos viginti, impensis propè immensis, eteauerat. Stupor portentosus, per improuidam stuporati boni aucupationem, tantum arris miraculum pessum dedit. Haud aliter, vanum studium diffundendi Nominis dementat aliquos, disturbatione eorum, quæ ab anterioribus fuerint constituta, aspirantes ad gloriam. Fuit hæc prima radix magnæ partis hæreseon, quibus Satan demolitionem Catholicæ fidei est machinatus, si Cassiodoro ctedimus l. diuin. lectio. cap. 11. Quidni verò credamus virò magno, astipulantibus exemplis? Gnosticos ea de causa nonitates consectatos, prodidit S. Iræneus lib. 1. c. 18. Nec dissimilem in Tatiano cupiditatem gloriæ ex qua ad nouandum proruperit, obseruat l. 3. cap. 39. In æuit sut erronibus, eandem fabriendi causam notauit Nazianzenus Orat. 41. & signatim in Eunomio, æqualis eius Basilius, libro contra hunc hæreticum l. Elipandum Toletanum, eodem insano gloriæ amore, actum in præceps, monuerunt Ei herius ac Beatus, priore aduersùs eum libro. Quatuor primas Oecumenicas synodos quos S. Gregorius non secùs ac quatuor Euangelia venerabatur, & ad quarum exemplar conformatæ sunt omnes deinceps plenariæ synodi, idcirco coaluisse obseruat loco connotato Cassiodorus, vt quod pruriginosa ingenia, falsæ gloriæ cupiditate perpetam fuderant, munerone Ecclesiasticæ seotentiæ confossum, horroris potiùs, quàm honoris argumentum esse, palam fieret. Mirtamus omjnosa & infausta nomina. Non neminem inter Catholicos Doctores, per eandem à captata gloria dementationem, ad nouandum, (salua licet fide) propulsum, licet asserere: cum multò plus se diffuderit Satisbenensis in Metalogico lib. 3. cap. 18. verbis illis. [De Magistris, aut nullus, aut rarus est, qui Doctoris sui velit inhærere vestigiis. Vt tibi faciat nomen, quisque proprium cudit errorem.] Cadunt ista nominatim in nouos Philosophos, quos idcirco Ioannes Maior, componit cum iis qui hyeme, frigus depulsuri ad caminum accedunt. Vix enim ad focum accessere, cum cum illicò forcipe fucaria prehensos carbones statuunt alio; situ, alitérque disponunt ligna, ne nihil feciſſe videantur. Par nouandi scabies, ex studio faciendi sibi nominis, nouitarum propolas occupat. Nec iniuria dixerim; similes esse ædificantibus turrim Babel. Vt enim sibi facerent nomen (quod Moses exertè notauit) vniuersæ terræ labium, succensente Deo, confuderunt. Æquè isti captatores fumi, sapientiam quæ erat labij vnius, & sermonum, eorumdem, sciderunt in placitorum varietatem omninò multiplicem; quam consecuta est ingeniorum confusio, & Doctrinæ solidæ excidium. De prima nouandi causa, satis; cuius virulentia quomodò effectum eius perfundat, nihil attinet dicere.

Iam iudicij imbecillitas, (quæ erat nouandi causa altera,) absque disquisitione se prodit in hoc negotio. Nec enim homini cui sit iudicium solidum, & naris emunctæ, eavnquam insedisset cogitatio, vt vellet supra anteriores quoscunque sapere, & suos ingenij abortientis fungos, fœtibus tot illustrium ingeniorum anteferre. Eam sanè esse tenuitatis ac imbecillitatis iudicij germanam ootam, docemut ex sensu Sanctorum de Hæreticis. Aberrationem enim eorum à regia via, & semitarum ertoris initionem, referunt Patres in iudicij inopiam; ex qua efficitur, vt abalienati à veritate, habeant gerras suas pro pretiosis mercibus, ausintque sensa sua oraculis ipsiusmet Dei per Ecclesiam loquentis anteponere, ndum componere: quod esse suomet indicio damnaui, proonnciauit Apostolus. Idipsum proportione valet in Theologos scholastico muriloquia mancipato, si quandò sensui suo supra iussum addicti, placeant sibi de proprij ingenij inuentis, antiqua abijcientes. Exemplo sint Durandus & Aureolus, viri planè magni: sed maiores futuri, si minores esse voluissent; & quæ benè plerumque constituta repererant, non despuentes, notam inæqualis iudicio ingenij declinassent. De iis quos S. Anselmus vocauit *Philosophiæ hæreticos*, quibus nihil in disciplinis toseriotis subselliij ad eam diem traditum placuit, sed omnia pro libidine sua fuere refingenda, non est quod exemplum petam à Thessalo ea ex causa inter Medicos probroso. Supperit enim ex propinquiore memoria Petrus Ramus, à cuius ætate necdum est exactum sæculum plenum. Homo alicuius, (vt sibi videbatur,) ingenij; sed inops iudicij, Philosophiam susdéque euertit. In Aristotelem, qui eatenùs in Scholis regnaoerat, *Animaduersionum* (sic enim inscripsit,) spisso opere edito, seuerè admodum animaduertit, facturus sibi nomen grande, perfosso & supra Deiphobum immaniter sauciato, tanto vitro, natutæ ipsius scriba (vt ille appellabat,) ac ingeniorum humanorum, finitore. Et quia Caluinus, cuius perfidiæ Ramus nomen dederat, diuioa omnia studio falsæ gloriæ conuulserat: spartam suam esse voluit, humanas disciplinas pessundare atque disijcere. Pauci aliqui, & adeò pauci vt vix numerum facerent, Rami motositates amplexati suut; & vix nata eius Philosophandi ratio emareuit, ac vnà cum

Auinte

Autore Sanbartholomæana clade ſocciſo, vniuerſa eius inuenta conciderunt. Quis deinceps, hominem à tenuitate iudicij, non depreciauit? Quis temeritatem tam auerſæ à vero mentis non eſt auerſatus? Quis non in illum contorſit virgam cenſoriam? inſtructus eo ſapientis oraculo. *Virga in dorſo eius qui indiget corde?* Vetè enim cordis indigus eſt, vt tum Timone apud Sextum Empyricum l.x aduersùs Mathematicos de ſe dicere iure poſſit, *Ego mendicus; mentis, non eſt mihi granum*; quis non perſpexerit, magna iudicij inopia, & cordis egeſtate laborare eum, qui præ ſola nouandi prurigine, nullo nixus validò in contrarium fitmamento, conuulſa velit, tot ſæculorum conſtanti ſenſu probata; tot inſignium virorum iudiciis fitmata; & poſt tot oculorum accuratorum contuitionem puta labis deprehenſa.

Hæc cogitent, ſi nolunt poſteris ludibtium debere, qui ætate noſtra in diuina vel humana philoſophia, aſſumunt ſibi, omnia mouendi licentiam; quibus abortiones cerebti, enixu infælici emiſſæ, habentur Palladcs è fiſſo Iouis capite editæ; & quæ per ſomnum vliginoſi corporis agitauerint, pro ſimulachris fallaci nocte confectis adorant. At prudentibus & æquis terum æſtimatoribus, hæ cerebri minùs benè affecti porrigines, aliud non ſunt quàm excrementis in rationis iuſtitio phantaſiæ opificia, & temeratia cornea pottæ, ſpecta.

Audier à me qui eiuſmodi ſomnia adamat, audier à quouis in te hretaria non vertiginoſo, aut ad omnem doctrinæ ventum circumlato, improbante Apoſtolo; audier denique à quouis ab indicio benè parato, quod ab Ibero Poëta inſomnioſus propola, *Aut vigila; aut dormi Naſidiane tibi.*

APPENDIX CONTRA Magnanum & alios.

DVm hæc eduntur incidit in manus meas Libet Duplex P. Emanuelis Magnani ex ordine S. Franciſci Paulani. Primus Theologicus maiotia formæ, alter pluribus tomis minoribus, quibus noua methodo naturalem philoſophiam conatur explicare. Incipiam à libro Philoſophico, in quo, tomo ſecundo pagina 527. hæc habet [Demum vt vno verbo reſpondeam ad hanc aliaſque ſimiles ab Euchariſtiæ myſterio ductas difficultates circa res phyſicas; dico expeditè ſic. In Euchariſtia remanent panis & aliorum quæ ad panem ſubſtantialiter pertinent ſolæ ſpecies, vt loquuntur Patres omnes, antiqui potiſſimom, & Concilia etiam Trid. vt ſupra citaui: nec loco ſpecierum, vſurpata eſt vox accidentium, niſi ab co tempore quo ſcholæ Petip. inuexerunt formas tum ſubſtantiales tum accidentales è ſubjecto productas, & nihilominus ab eiuſdem ſubjecti entitate ſubſtantiali diſtinctas; hoc enim exiſtimaotes, putarunt ſpecies Euchariſticas eſſe illa quæ ipſi vocant accidentia: aliunde vero nulla eſt authoritas quæ accidentia huiuſmodi approbauerit, niſi autoritas Peripatetica, quæ cum non ſit infallibilis, non eſt regula fidei: ptætstquam quod ſine illis, tota ſubſtantia myſterij apprime ſubſiſtit cũ ſolis ſpeciebus.

Appendix contra re centiores.

De modo autem quo appatet panis cum non ſit realiter panis, &c. nihil eſt vel in ſcripturis reuelatum, vel in Coociliis aut Patribus deffinitum: ſed ſolum aliquid eſt à ſcholaſticis, ex principiis, vt dixi fallacibus, Peripatericis explicatum: & inde forte aliquid in quibuſdam Concilnia pet tranſennam deſumptum, non vt de te nouum faciant fidei Articulum, quaſi decisiuè determinaodo ita eſſe; ſed ſimpliciter vt voce accidentium vſitata in ſcholis explicent abſentiam panis, quam perinde multis ſæculis explicuerat vox ſpecierum.] Et paulo poſt coricludit remanere ſolas ſpecies non accidentia, quæ illuſtrat exemplo apparentiarum Iridis & colli coluobæ: ſubjungeus latuiſſe Patres accidentia ſioe ſubjecto in Eucharistia cooſeruari. Tum poſt pauca. [Sicuti ſetuata propottioſe faciebat ſe Chriſtus videre ſub ſpecie hortulani à Magdalena, & ſub ſpecie peregtini à diſcipulis euotibus Emmaum. Et ſi adoertis, quidquid iu ea petegrini vel bortulani apparentia ſiue ſpecie teale erat, id totum erat ipſemet Chriſtus: de peregrino autem vel hortulano ptovt à Chriſto condiſtinctis nihil etat reale; quid enim? Sed ſolæ etant apparentiæ: id eſt Chtiſtus, cùm eſſet ipſemet, alius tamen eſſe apparebat nempe hortulanus vel peregrinus; & ſic oculos alioſque partier ſenſus inſpectantiom tenebat, ne ſe ſub ea aliena occultatum ſpecie agnoſcerent. Eodem auteio modo ſetuata proportione pntandum eſt, id omne quod io Euch. habet aliquid realis entitatis, eſſe ipſummet Chriſtum; de pane autem ac de vino ptorſus nihil ſupereſſe reale, ſed ſolam ibi eſſe eorum omnium apparentiam ſiue ſpeciem, quæ oculos alioſque ſenſus fidelium tenet, ne Chriſtum ſub ea ſeſe occultantem agnoſcant quaſi in proptia perſona; ſed nihilominus ipſum reueta ſub aliena ſumant io cibum ac potum. Itaque ſi iuielligis ſe potuiſſe Chriſtum obtrudere atque exhibere ſpecie petegrini, vel hortulani, quamuis oihil prorſus de peregrino vel hortulano teale exhiberet, nihil inquam reale à ſe diſtinctum (non enim credis illum tunc aſſumpſiſſe veſtem, v.g. tealem petegrini, quam ſecum fecerit mox euaneſcere) bene intelliges poſſe pariter ſpeciem exhibere panis ac vini; quamnis de pane ac vino ptorſus nihil reale adſit, quod exhibeat. [Et capite 33. n. 33.] temanet nihil inquam ſiue ſubſtantiale, vt de fide eſtt ſiue accidentale; quamuis putentur vulgo, & ad ſenſum videantur ſupereſſe ea quæ vocantur accidentia panis, & vini, vt quantitas, granitas, colot, calor, &c. Si enim hæc aliaque huiuſmodi ſupereſſant, ſupereſſet neceſſario, contra conciliotom fidem ſubſtantias; quatenus oſtenſum eſt, cum de ſingulis actum eſt, ea reueta ſunt aut ſolidæ ſubſtantiæ, aut actiones ſubſtantiatum.

Inſuper ex bis habes; quid ſit ea, quam dixi, ſpecies ſeu tepræſentatio ſimilitudinaria, vel apparentia panis & vini (id enim à me quærebaiut cap. 2. prop. 3 paulo aotefinem) ſiquidem habes tealiter ac phyſicè Chriſti

Appendix contra recentiores.

dominí actionem obiectiuam, id est impressiuam speciei non sibi propriæ, sed respectu sui alienæ; propriæ autem respectu panis, nimirum similis omnino ei quam sibi propriam imprimeret panis, si adesset. Nec jam tibi mirum erit vel difficile concipere quomodo in Eucharistia fit Christus sub specie panis; seu quomodo appareat & videatur esse panis id quod reuera nihil nisi Christus est; nimirum Christus solus absque omni reali consortio eorum quæ secundum speciem seu apparenter videntur (ideoque putantur) ex pane supersesse, vt vocant accidentia. Eadem confirmat cap. 14. propos. 18. addens non posse eo plus sensus falli quam in discipulis euntibus in Emmaus Christum in se, sed aliena specie intuentibus. Demum in appendice præcedente Tomum primum multus est in explicanda ratiocinatione D. Thomæ qua probat realiter, non phantasticè apparere accidentia remanentia in Eucharistia. Sed facilè est ex antedictis hunc auctorem refutare: Patet enim omnibus ictibus quibus spectrum specierum intentionalium confodimus punct. 2. & 3. & 4. habetque in sua philosophia ipse nouas difficultates; quia admittit sensus moueri per corpuscula & motum localem, quare aut residuæ erunt panis particulæ in aëre, sicque incidit in opinionem discussam sect. 3. huius tractatus; vel si illæ species sint aliquid distinctum à corpusculis, erunt actio quædam Corporis Christi quæ apud hunc auctorem nequidem est modalis, quam ipse ab oculo & obiecto non distinguit, ergo illæ species seu sensus noua affectio non sunt aliquid panis, sed aliquid ei extrinsecum. Quod verò ait Patres latuisse accidentia remanere sine subiecto: non latuit sanè Patres Concilij Constantiensis, vt explico puncto 2. sect. 3. quia alioqui in hac sententia nulla est transsubstantiatio, cum nihil commune vtrique substantiæ remaneat, nec explicari possit iuxta dicta puncto 2. vera ratio Sacramenti, ne modus existendi Sacramentalis non differat ab apparitionibus, de quibus opusculum singulare à nobis scriptum est, in quibus sola est sensus non obiecti immutatio, quod hic est obiectiuè vetus cibus & potus. Idem tradit in Theologia sua recentissima prædictus auctor, sed diligentius explicat distinguendo accidentia interna ab externis seu sensibilibus *vt quo*, conteodit autem prima identificari cum substantia, & illa perire, secunda separabilia esse diuinitùs, & illa remanere, sed nihil affert noui nisi tricas de nomine: Color enim ille *vt quo* nihil aliud est quam species coloris, quas ad hoc Mysterium explicandum inepras esse toto hoc tractatu visi sumus demonstrasse, vnde in spectra illa specierum hic auctor recidit (quibus positis Cato Christi non est verè Cibus, & Sanguis potus, sed apparenter & phantasticè) tolerabilior perfecto illis quas impugnat sententiis corpusculorum & superficierum. Refert enim nouam Cartesij sententiam, his verbis ex eius meditationibus excepram. [Sed vt hîc agam liberalius, non dissim ulabo me mihi persuadere, nihil planè aliud esse à quo sensus nostri afficiantur præter solam illam superficiem, quæ est terminus dimensionum eius corporis quod sentitur: in sola enim superficie fit contactos; & nullum sensum affici nisi per contactum, non ego solus, sed ferè omnes philosophi cum ipso Aristotele affirmant: ita vt, exempli causâ, panis, vel vinum non sentiatur, nisi quatenus eius superficies vel immediate à sensus organo, vel mediante aëre aliisve corporibus, vt ego iudico, vel, vt aiunt plerique philosophi, mediantibus speciebus intentionalibus.

Notandum autem est istam superficiem non ex sola corporum figura externa quæ digitis tractatur esse æstimandam, sed considerandos etiam esse omnes illos exiguos meatus, qui inter pulviculos farinæ, ex quibus panis conflatus est, atque iuter particulas spiritus, aquæ, aceti, & fœcum, seu tartari, ex quorum mistura vinum constat, itemque inter reliquorum corporum minutias reperiuntur. Nam sanè particulæ istæ, cum diuersas habeant figuras, & motus, nunquam tam apiè iungi possunt, quio multa inter ipsas spacia relinquantur, quæ vacua non sunt, sed vel aëre, vel alia materia repleta; vt ad oculum videmus in pane spatia eiusmodi satis magna, quæ non modo aëre, sed etiam aqua, vel vino, aliisve liquoribus impleri possunt: cumque panis maneat semper ipse idem, quamuis aër aliave materia eius poris contenta mutetur, patet ista ad eius substantiam non pertinere: ideoque ipsius superficiem non eam esse quæ breuissimo ambitu integrum cingit, sed eam quæ singulis eius particulis est immediate circumposita.

Notandum etiam est hanc superficiem non modo totam moueri, cum totus panis ex vno loco in alium transfertur, sed etiam moueri ex parte, cum aliquæ panis particulæ ab aëre aliisve corporibus eius poros ingredientibus agitantur: adeo vt si quæ corpora talis fiat naturæ, vt vel aliquæ, vel omnes eorum partes assidue moueantur, (quod de plerisque partibus panis, & de omnibus vini verum existimo) intelligenda etiam sit ipsorum superficies in continuo quodam motu esse.

Notandum denique per superficiem panis, aut vini, alteriusve corporis, non hic intelligi partem vllam substantiæ, nec quidem quantitatis eiusdem corporis, nec etiam partem corporum circumjacentium, sed tantum modo terminum illum qui medius esse concipitur inter singulas eius particolas, & corpora ipsas ambientia, quique nullam planè habet entitatem, nisi modalem.

Iam verò cum in hoc solo termino contactus fiat, & nihil nisi per contactum sentiatur, manifestum est ex eo quod dicantur panis & vini substantiæ in alicuius alterius rei substantiam ita mutari, vt hæc noua substantia sub eisdem plane terminis contineatur, sub quibus aliæ prius erant, siue in eodem præcisè loco existat in quo panis & vinum prius existebant; vel potius (quia eorum termini assiduè mouentur) in quo iam existerent si adesseot; sequi necessario nouam illam substantiam eodem plane modo

sensua

sensus nostros afficere debere quo panis & vinum illos afficerent si nulla transubstantiatio esset.] Tum explicat illam superficiem panis remanere, & in illa fieri contactum quòd Christi corpus sub eadem accuratè superficie contingatur ac panis si adesset.

Sententia Cartesij noua hac ratione explicata prorsus intolerabilis videtur & majoribus censuris afficienda quàm quibus superiores confixæ sunt : illæ enim superficies vel sunt Corporis Christi, vel aliorum corporum quæ in cauernulis sine poris panis delitescebant ; cum autem superficies ab ipso corpore non distinguatur nisi per intellectum ; est enim ipsum corpus pro vt tali & tali modo terminatum est que ab illo inseparabilis ; ideo si primo modo respondeatur, corpus Christi erit verè panis, quia hic autor per panem intelligit materiam tali & tali modo configuratam, ergo corpus Christi, à pane non differret quia nullas ipse admittit formas substantiales distinctas à configuratione & motu materiæ, ac proinde omnis materia configurata vt panis, panis est, vt colligere licet ex huius philosophiæ principijs ; non igitur hæ superficies sunt Corporis Christi. Neque etiam corpusculorum quæ in poris delituerant, illa enim non remanere superius probatum est. Sed quod nec si huius Empedoclis philosophiam ostendit mysteriis nostris plane antistropham, negat ille vacui, penetrationisque possibilitatem ; qua sententia stante quomodo in singulis particulis in infinitum diuisibilibus Christus existat, non video qua ratione explicari possit.

Denique ne quid omittam in hoc argumento, nulli antea quod sciam ex professo discusso, transisse est Româ ab Antimo Fabio Censura nouæ cuiusdam opinionis quæ sic habet.

Non nemo quærit, vtrum sine errore ita explicari possit Conuersio Eucharistica, vt anima tantum Christi vniatur entitati panis ; ac proinde hæc entitas, quæ ante sub esse substantiæ panis erat, hoc ipso quo vnitur animæ Christi, maneat sub esse substantiæ & Corporis Christi, sed sub iisdem speciebus panis ; Id est sub eadem ratione superficierum, figuratum, motuum, per hæc enim Democritici explicant accidentia sensibilia.

Præmitto antequam respondeam, ex cap. 1. 3. 4. & can. 2. sess. 13. Concil. Trident. in quo ea quæ paulo obscuriùs in Lateranensi, sub Innocentio III. & Florentino sub Eugenio IV. de hoc Sacramento definita fuerant, longè clariùs & fusiùs exponuntur. Præmitto inquam hæc quæ sequuntur esse de fide.

1. Conuersio panis in Corpus Christi est vera transubstantiatio, conuenienter & propriè dicta ; qua voce Lateranense citatum primum vsum est.

2. Tota substantia panis conuertitur in Corpus Christi.

3. Post consecrationem remanent *duntaxat* species panis, in eo sensu quem vulgo Doctores intelligunt ; Verba enim in declaratione dogmatum fidei, sumuntur in sua propria significatione.

4. Non remanet substantia panis ; id est non remanet quidquam, quod prius esset substantia panis.

Appendix contra recentiores.

5. Idem Corpus Christi, quod est in cœlo ad dexteram Patris, est in hoc Sacramento ; nec Christus habet plura corpora.

6. Vi Verborum ponitur Corpus Christi, anima verò vi connexionis & concomitantiæ.

His præmissis ; dico, commentum illud continere multos errores in fide.

1. Remaneret eadem entitas substantiæ panis. 2. Non esset vera transubstantiatio, id est conuersio totius substantiæ panis. 3. Vi Verborum poneretur anima non Corpus Christi. 4. Non esset idem numero Corpus Christi quod est in cœlo, imo tot essent Christi corpora numero distincta, quot essent hostiæ consecratæ. 5. Remaneret aliquid panis præter species, sc. illa entitas panis ; nec est quod dicat author, manere sub esse Corporis Christi, quia hoc non facit, quin sit eadem numero entitas ; sic si Deus vnirct animam hominis saxo, maneret eadem entitas saxi. 6. Nihil deesset ad esse panis, manente scilicet eadem entitate Corporeâ, & manetibus iisdem accidentibus, etiam more Democritico explicatis.

Cuncta hæc erronea esse iudico ; & respondere rogatus censeo, die 15. Martij anno 1660.

RESPONSIO PROPONENTIS.

Conuersio panis in Corpus Christi est vera transubstantiatio, conuenienter & propriè dicta, Concedo, sed quid sit vera transubstantiatio non est definitum, & longè aliter, sed veriùs intelligitur à Cartesianis, qui nullas formas substantiales admittunt præter animam rationalem, quam à Peripateticis, qui illas confingendo, admittunt id quod nullo modo intelligunt.

Tota substantia panis conuertitur in Corpus Christi. Concedo, neque enim vel latum vnguem velim recedere à dogmatibus fidei ; sed conuersio ista fortiùs statuitur à Cartesianis & clariùs, quam ab vllis aliis ; quî enim concipi potest conuersio vbi tota annihilatur entitas quæ conuerti dicitur, & alia in eius locum substituitur.

Post consecrationem remanent duntaxat species panis ; Concedo. *In eo sensu quem vulgo doctores intelligunt*, etiam facilè concesserim, sub hac conditione, nempe, posito quod dentur accidentia realia à subiecto separabilia, vt vulgo creditur, & posito quod per species panis intelligi debeant accidentia ista realia quæ sensum afficiunt, debebunt etiam species intelligi, vt vulgo intelliguntur. Sed si quis negauerit dari acidentia ista realia, & si quis alio sensu intelligat species panis remanentes in Eucharistia, tunc non in eo sensu quem vulgo Doctores intelligunt, sed longè alio forte veriori & clariori, debebit intelligi illud dogma fidei. *Verba enim in declaratione dogmatum fidei sumuntur in suâ propriâ significatione* ; Concedo, modo nota sit, & ab omnibus eodem sensu capiatur. Sed quis vnquam dixerit patres Concilij habuisse in mente definire opiniones scholasticas.

Non remanet substantia panis. Concedo ; *Id est non remanet quidquam quod prius esset substantia panis* ; distinguo. Id est non remanet quidquam quod prius esset substantia

Appendix contra tertiorist.

panis, & quod sit adhuc substantia panis, quia iam non est substantia panis, sed tota conuersa est in substantiam Corporis Christi, Concedo, Non remanet quidquam, id est perit & annihilatur, sed conuertitur.

Idem Corpus Christi, quod est in cœlo ad dexteram patris, est in hoc Sacramento. Concedo; modo per idem Corpus Christi non intelligatur eadem numero materia, qua in cœlis Corpus eius componitur, nunquam enim definitum fuit ab Ecclesia eandem numero materiam in Sacramento reperiri, ac in cœlo, & longe aliter sentiendum est de humano Corpore quam de aliis numero materiis. Harum enim identitas in identitate numericâ materiæ consistit, humani vero Corporis identitas non pendet ab vnitate numericâ materiæ, sed à substantiali vnione eiusdem animæ humanæ cum qualibet materia, euiuscumque sit magnitudinis vel figuræ, alioquin cum singulis momentis noua recedat & accedat Corpori humano materia, nunquam deberet dici idem Corpus. *Nec Christus habet plura Corpora*; Concedo, omnes enim simul hostiæ consecratæ & consecrandæ idem numero Corpus Christi Sacramentaliter existens conficiunt, nec differunt à suo Corpore naturali, nisi per solum modum existendi; omnes enim sunt Corpus Christi (sicut & Corpus naturaliter existens) propter solam substantialem vnionem cum anima Christi: & omnes sunt idem Corpus, cum suo Corpore naturali, non plura Corpora propter allatam iam rationem; quia nimirum eidem animæ humanæ vniuntur, ex cuius vnitate vel identitate desumitur vnitas vel identitas Corporis humani, non autem ab vnitate vel identitate materiæ; vt videre est in embryone, qui in perfectum hominem creuit, in quo nulla remanet particula prioris materiæ, imo pluries tota mutata est, quamuis idem semper numero Corpus humanum habere dicatur, inde natus homo.

Vi verborum ponitur Corpus Christi, anima vero (& sanguis) vi connexionis & concomitantia. Fateor; & iam confessus sum, difficile esse conciliare hanc explicationem cum istis sacri Concilij verbis, Sed si ea quæ de fide sunt, separemus ab iis quæ non sunt absolutè de fide, facile erit & intellectu perceptibile, illud omne quod de fide est, (*nempe sub vnaquaque specie & sub singulis cuiusque speciei partibus, Corpus, Sanguinem, animam, & Diuinitatem Christi, ac proindè totum Christum contineri*) conciliare cum hac explicatione, nempe Corpus Christi, quod tale est *formaliter* per animam primariò poni, quamuis concomitanter ad Christi Corpus cætera intelligantur in obliquo: vnde io hac sententia.

Non remaneret eadem entitas substantia panis; quia cum post consecrationem, tota substantia panis conuersa sit in Corpus Christi, non amplius remanet substantia panis; remanet quidem illa materia quæ prius substantia panis erat; sed iam definit esse substâtia panis, & cõuersa est in substantiâ Corpotis Christi.

Vera esset transubstantiatio, id est conuersio totius substantiæ panis; tunc enim tota substantia panis transit in substantiam Corporis Christi; nec aliter eooeipi potest aliquam materiæ particulam fieri Corpus humanum, nisi per vnionem com anima rationali; quocunque enim modo disponatur materia nunquam erit Corpus humanum, nisi per vnionem: vniatur, tunc erit Corpus animæ humanæ, & per hoc Corpus humanum.

Vi verborum poneretur, hoc est fieret Corpus Christi non anima; Anima enim est id quod est ante consecrationem, Corpus autem fit aut ponitur tantum vi verborum.

Idem esset numero Corpus, Quia quamuis materia consecrationis esset diuersa, non ideo tamen esset diuersum Corpus Christi, quia omnes istæ hostiæ vnius & eiusdem Christi essent idem Corpus, propter vnionem cum eadem anima Christi; vt iam dictum est, numero quinto.

Nihil remanet substantiæ panis, quod non sit Corpus Christi; remanet quidem species panis, sed sit panis viuus & vitalis qui de cœlo descendit; quia est verũ Corpus Christi; cum enim anima humana vnitur materiæ, tunc materia illa desinit esse id quod erat, & fit quod non erat, nempe perdit suum esse merè corporeum quod antea possidebat, & transit in eam naturam ad quam forma illa cui vniur illam eleuat. Et si anima hominis vniretur saxo remaneret quidem, hoc est non periret materia saxi sed saxum illud esset verum Corpus istius animæ: nec vllus alius modus concipi potest præter substantialem vnionem cum anima, vt materiæ pars transeat in Corpus humanum, & in transubstantiatione naturali quæ fit singulis diebus, dum cibi conuertuntur in Corpus humanum, nihil amplius reperitur sola enim vnio cum anima humana, non dispositio materiæ, facit materiam esse Corpus humanum.

Denique nihil deesset ad esse panis, manente scilicet eadem entitate Corporeâ, & manentibus isdem accidentibus, etiam more Democritico explicatis. Verum quidem est animam Christi vniri substantiæ seu materiæ quæ vestita est omnibus accidentibus quæ requiruntur vt secundum id quod sensibus apparet, dicatur panis, quæque reuera esset panis si anima Christi illi non esset vnita; sed quæ non ideirco minùs est Corpus Christi. Ecquid enim habet amplius materia Corporis Christi quæ in cœlis est, vt sit Corpus Christi præter quam quod animæ Christi vnitur; tolle enim ab ea vnionem, & desinit esse Corpus Christi, quantumuis remaneat reliqua dispositio; remaneat, vel muretur præcedens dispositio, & vniatur iterum animæ, tunc fiet Corpus Christi.

Sordet hæc responsio multis hæresibus.

1. Nolla esset transubstantiatio, vbi quod dicebatur panis totum remanet, aduenientе sola anima Christi.

2. Materia panis non destruitur, sed esset iam materia Corporis Christi, ob vnionem eum anima cui substernitur quæ doctrina pejor est impanatione.

3. Eadem est numero materia Corporis Christi quod est in cœlo, & in Sacramento, hic essent totidem materiæ quot hostiæ, nec vnio cum eadem anima efficit materiam numero vnam.

4. Vi verborũ poneretur anima, non Corpus Christi.

FINIS.

CHRISTIANVM SACRVM ACATHISTVM.

Iudicium de nouo vſu ingerendi cathedras, aſsiſtentibus Chriſtiano Sacrificio.

R. P. THEOPHILI RAYNAVDI, ex Societate IESV.

ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO PATRI, P. IOAN. PAVLO OLIVA, SOCIET. IESV, V. GENERALI.

QVæ tria videbantur hoc temporum rerúmque statu in Societate difficilia; primò num esset eligendus Vicarius, rum vt citò; deinde vt dignus quæreretur: ea omnia in comitiis nostris ita feliciter sublata sunt, vt mirari subiuerit, quî tandem vel Opus vnius sæculi tam minimo tempore, vel rem immensæ difficultatis, tam nullo labore contigisset excitari. Fuit siquidem ea omnium sententia, vt de primo non ambigeretur: ea consensio animorum, vt vnâ suffragiorum rogatione, tota res conficeretur; ea vel singulorum de te (Admodùm R.P.) tuíque meritis concors opinio, vel omnium de se totáque Societate prouida sollicitudo, vt dignissimus visus sis, qui & pro Societatis dignitate, magnificè; & pro singulorum desiderio modestè imperares. Et vero à Comitiis ita pacificis, quem præter Oliuam expectare alium licuit? quem alium eligerent aggregati Patres in Vicarium ac moderatorem, quàm qui supremi Christianorum parentis aulæ, diuini Verbi adeò splendidè panem frangebat? aut quam vberiorem quærerent annonam reficiendæ Societati, quàm quæ alendæ totius orbis Illustrissimæ coronæ suffecit? Fuit ergo consessus prudentissimi diuinum illud consilium, te vt eligendum Vicarium in supremi cælorum Vicarij domo atque adeò disciplinâ informatum, tanquam ignem in Sancto susciperet, quò lucem illam sua in origine haustam, puriorem quaquauersùm diffunderes, & quam priùs Alexandri VII. ardenti in te amore alebas, iam affuso nominis tui omine in Societate conseruares. Erit deinceps nobis magna, vt sperandi in futurum, sic præsens lætandi causa, quod pacis beatissimum semen pangere, omnibus promiscuè ordinibus, nostri vni datum sit fructum emittere: atque eò etiam feliciùs, quod sicut Oliua fructifera in domo Dei, lætis propaginibus quorquot tuo tuorúmque excolentur labore terras (quæ multæ & magnæ sunt) circumquaque fœcundabis. Habebunt in vmbra Emeriti nostri, vbi conquiescant; Nulli deinceps aut ignauo cessare, aut nolenti excusare liceat, cum intra domesticos parietes fœlix ille surculus succreuerit, qui sit eodem tempore, & præmium victori, & ianua triumphanti. Hoc nobis ostium in intimum diuini oraculi penetrale diuina manus aperuit, vnde consilia ad rationes belli peteremus, per quod ad memoriam sempiternam opima spolia inferremus. Hûc ego non omnium primus, sed inter primos vltimus, accedo, & libellum offero ciusmodi, qui Dei & Oliuæ nomen cum præfixum habeat, facile in Templo locum reperiet. Illum si accipies, profectò ita scriptum esse intelliges, vt agnoscas ab alio aliquo aliquid melius, nihil ab vllo amantius ruique studiosius proficisci potuisse. Hoc certè videbis, eum esse appositum titulum, de veneratione Deo in templis, & augustissimo Missæ Sacrificio exhibenda, vt à nullo alio quam à Theophilo scribi liber: eum libri auctorem, vt præter quam tibi nulli alij offerri debuerit. Accipies ergo & pro muneris dignitate libenter, & pro offerentis eximia voluntate, beneuolè: neque minus agnosces stylum addictissimi, quàm cor, & manum.

Filiorum minimi,

THEOPHILI RAYNAVDI.

PROLOQVIVM.

VNDE ACATHISTI DENOMINATIO, Christiano sacro aptata.

QVOD antonomasticè sacrum dicam, neminem fidelium latet. Est enim diuinæ Eucharistiæ sacrificium, in quo vt loquitur S. Epiphanius *Christianorum præcipua salus:* Eo enim sacrificio, quid sacrum magis? *Sacrum sacrorum* nominat Hugo Cardinalis iis literis quibus à se primò institutum Corporis Christi festum denuntiat. Nec fundamentum illius denominationis est obscurum. Quod enim Cornelius Mussus Paræneſi de Missa ad suam Synodum Bituntinam rectè perpendit, omnium quæ inter nos sacra dicuntur, consummatio, ex ordine ad hoc sacrificium petitur: Eius verò comparatione, reliqua quibus *sacrorum* appellatio confertur; adeò vilescunt, vt vix *sacrorum* nomen retineant. Approbat Mussi Iudicium, Francolinus, demonstrans, omnes sacerdotales functiones & vniuersum apparatum sacri ministerij, atque adeò quidquid sacrum apud nos nuncupatur, referri ad Missæ sacrificium: quod proinde est simpliciter & antonomasticè *sacrum*. Quare liquet curillud absolutè appellauerim *sacrum*. Sed quorsum addidi *acathistum*, quid ve ea vox sonat? Somniauit Franciscus Iunius sectarius, quod apud Codinum habetur de festo Virginis Acathistæ, (quod est secundum inter festa Palatij,) accipiendum esse de festo Virginis, non sedentis, siue non quiescentis; eo quod est festum B. Virginis prægnantis, iter facientis in Bethleëm ad profitendum cum Iosepho, proximè ante Christi natale. Nugæ, Nugæ. Nullum tale festum in Calendariis, aut ritualibus libris Græcorum compâret. In oratione historica de hoc festo, nuper Græcè ac Latinè edita, fusè in hanc rem disseritur. Liber item, cui *Triodio* nomen, inter rituales Græcorum libros notissimus, legitimam notationem vocis *Acathistos* repræsentat, agens de Sabatho quintæ hebdomadis quadragesimæ, quo festum acathisti celebrabatur in sanctissimæ Virginis honorem; recolendo beneficium, vrbis Constantinopolitanæ ea die liberatæ, interuentu B. Virginis, eum fœdifragus Mysorum & Scytharum Dux Chaganus, profecto in Persidem Heraclio, cum innumerabilibus copiis ab Occidentali parte aduentans, Sarbaro Chosrois Duce ex condicto ab Orientali parte vrbem simul aggrediente: ita vt tam validis tamque numerosis hostium exercitibus in vrbis exitium connitentibus in dubia futura esset eius ruina, nisi Constantinopolitani ad B. Virginis tutelam confugissent, instigatore præsertim Sergio, vrbis Antistite; qui sacram Deiparæ vestem & imaginem non manufactam circumferebat obiens mœnia; & omnes ad fiduciam in B. Virginis tutela reponendam, intentissimè adhortabatur. Nec defuit suæ vrbi, (ei quippè Constantinus fundator illam addixerat & inscripserat,) sic interpellata cœli regina. Nam per paucos milites, immensam vim hostium repulit. Nauibus siquidem hostilibus improuiso turbine dispersis ad littus maris in quo templum Deiparæ erat, cui nomen *in Blachernis*, innumeri Barbari periere; & terrestres copiæ panico terrore correptæ, momento fusæ sunt; vrbsque obsidione & periculo liberata. Hanc ergo victoriam & inexpectatam vrbis per B. Virginem, à tot hostibus exsolutionem recolentes Constantinopolitani, Clerus ac populus vniuersus, per istam noctem absque vlla intermissione hymnum B. Virginis quotannis decantabant non sedentes, sed stantes, ac erecti: vnde dies ille ac hymnus, *acathistus*, id est *sessionis expers*, est denominatus. Inde ergo sacrificium pretij nostri, (vt illud Augustinus appellat,) nominaui, *acathistum*, quod in eo non sit sedendum; contra quàm fert noua abusio cui exponendæ & explodendæ accingor.

Epist. ad Ioan. Hierosol.

Apud Bartholomæum Fisan. l. de festis Corporis Christi institutione.

Tract. de horis canonicis cap. 42. n. 3.

l. 1. c. 6. & l. 3. c. 7.

§. I. Quæ pro vsu.

§. I.

Nouus vsus ingerendi sedilia, assistentibus Christiano sacrificio.

IX intercessit decennium, cum redux ipse ex Italia, demiratus sum nouum vsum ingerendi assistentibus facto, sellam aut cathedram pro qua pendatur ingerenti pecuniola. Scrutarus ecquando & per quos initium ei nouellitati datum esset, accepi quæ dissimulare præstat. Quia constat multa de bonis temetè confingi, & licenter iactari, quæ satius sit reticere, ne ipsa relatione sordidentur aut infuscentur innocui. Liquere tamen videtur, captatam esse eius nouitatis inductione, ministellorum gratuitorum operam. Vt vt sit, homunciones ex vltima fæce plebeculæ, cotúmque vxores & liberi grandiusculi, vbi quis festa luce ad exoluendum præceptí Ecclesiastici de sacro audiendo debitum, subit Ecclesiam, illicò obsequiosi accurrunt, & nec vocati, nec rogati, ingerunt Cathedram cui pro voluntate aut insistat aut insidear qui sacrum auditurus aduenit: Ita vt ea Cathedra sit vice pſyarij monastici, cui ptisci Monachi, nunc insistebant, nunc insidebãt, vt tectè obseruauit in Antiqq. monasticis Nebridius. Curatut autem hoc sessimonium, (vt Varronis voce dicam,) tanta sacræ ædis impeditione, vt qui progredi cupiunt, ægrè perrumpant dispersa tumultuariè per eam propè totam sedilia, sitque operosum ad cancellos pertingere.

Epist. 25.

Non deficit eiusmodi sellarios, Tectorium quod studio suo obducant. Pleriq; enim debiles sunt, nec de geniculis precari diu possunt: his quid fiet, si incidãt in Sacerdotẽ prolixum; quales illi in quos conclamat Guilielmus Paris. eo quod in esca pupuli Dei ponant fel, & amarum reddant summum Christianæ pietatis exercitium, præ longitudine in sacrificio pertagendo? Genuum carnifices eeriperdas, ac pantẽtiæ lanios, non iniuria dixeris: post Gabrielem & Maiorem alibi in hãc rem annotatos. In aliquem ergo eiusmodi prulixè sactificantium Sacerdotũ, incidens homo debilis, quid faciet si sedili destituatur? sedili autem adhibito, poterit facto etiãsi longiusculo pièassistere, tamen si genua demittet eum attollent diuina hostia; reliquo sacro lenocinabitur imbecillitati suæ sedens. Et obiegere se poterit, exemplo S. Anselmi, quem Edmerus, testatur per dimidium circiter annum, sellam quæsisse, cui insideret cum Missę adstatet, quod faciebat quot diebus. In magna siquidẽ corporis imbecillitate, cum nollet quotidiana sacri auditione fraudari, nec posset de genibus orans assistere, insidebat sellæ tempore sacrificij, cui adesse præcipuo affectu desiderabat. Quidni ergo qui se debiles agnoscũt, tanti viri factũ imitatione exprimãt?

De Rhetor. diu. c. 44.

l. de laude brevit. f. 2.

lib. 2.

Alius qui causari corpotis debilitatem & fessos artus, eius leuamenti indigos nequeunt, sedile vsui est demitandę inquinationi à lutoso pauimento. Multi siquidem aduenium calceis densã viarum lutosarum illuuie turpibus, quorum cœnositate, lutulentum efficitut panimentum. Nec minùs plerumque sordet à sputis & fœdis exscreatibus, qui otationem turbant, vt Magistet apud S. Benedictum Anianensem notauit, ciente ac proliciente excrementitia eiectamenta Diabolo: quod admonuit quoque Cassianus. Neque verò omnes sunt, sicut S. Macarius Alexandrinus, quem Palladius testatur per totos sexaginta annos à susceptο baptismo, nunquam sputum in tetram eiecisse; oe linguam attactu & saliua Sacerdotis baptismum conferentis sanctificatam, dehonestasse ea sputi deiectione videretur. Itaque aliqui vbicumque sunt, etiamsi in templo, vbertim collectam saliuam, stimulãte præsertim humotis acrimonia, aut vrgente copioso pituitæ affluxu, foras ejiciant. Non sunt omnes eiusdem teneræ pietatis eum S. Nonna quæ vetebatur in tẽplo spuere; vt scribit de ea Naziãzenus. Non est omnibus, remplum idipsum quod Romanis (Varrone teste,) locus ad cloacam maximam cui oomen *Doliola*. Ibi ob infossa quondam, Gallis inuadẽribus vrbem sacra, nefas erat spuere; eo quod locus haberetur sacer: sicui in mate, nefas habebatur spuere quia totum censebatur sacrum, vt notauit Plinius agẽs de Tyridate Mago. Passim ergo qui remplũ subeunt, nulla ducti religione abstinentiæ à sputis, pauimentum templi cacochymię eiectamentis inficiunt, ac dehonestant. Nec desunt canes templo se inferentes, plerũque lutulenti ac cœnosi plantas, quarum sordibus consputẽt solum. Ar durum est, & cuius, ac præsertim sexui philocosmo, (cuiusmodi teste S. Hieronymo est sexus fœmineus,) vestem pretiosam inquinare affricando, sibi cœnositatem pauimenti flexis in eo genibus ad precandum inter assistendum sacro. Proinde lutulentiæ, ac exosæ meritò cœnositatis auerrunea est sella; atque adeò honestè admittitur; saltem ad insistendum, ne soli fœdi attactus contaminet vestem nitentem, & hominem sibi ipsi præ ea illuuie grauem reddat.

In Concord. Regul. c. 26. § 4. l. 2 c. 10.

c. 10. In Laus.

Orat. 39.

l. 30. c. 2.

Epist. 22.

Ac vt neutra ratio proposita rem conficeret; vrgebit tamen semper ratio tertia, ex eo ducta, quod otanti capiãda studiosissimè sit attentio; Huic verò mirum quãtum defuerit animi corporisque trãquillitas, quam sessio facilius conciliat. Neminem Bearum grauabit In cœlo imbecillitas corpotis. Omnes enim erunt *fortes iustitia*, vt Isaias appellauit. Omnes mutabunt fortitudinem; & vigut corporis excluſa omni debilitate, in eis perennabit. Neque itemerit timendum in cœlo violationi nitoris, vel cotpotum rediuiuorum, vel vestis, si ea vtentur Beati; de quo problema est fusè discussum à Gabriele de Enhao. Nihil tale ibi timendum erit: ciuitas enim vniuersa, erit aurum mundum iuxta visum Ioanni obiectum; nec vllæ sordes in eam inferentur; sed erit chrystallo pellucidiot, & vitru quocumque nitentior. Et tamen Beati, in Dei laudatione perennes, sedes habebunt, quieis insidentes æternam hymnodiam pangant, ad tranquillitatis & quietis significationem. Ita ferunt multæ scripturæ, nominatimque Matth. 20. ait Christus, *Sedere ad dexteram meam, dabitur quibus paratum est à Patre* Apocal. 3. *qui vicerit, dabo ei sedere me um in throno meo*. Paulus Ephes. 2. ait Deum *conuiuificasse* nos Christo & *conresuscitasse* ac *consedere* fecisse in cœlestibus. Sedes fulgentissima in

c. 61.

In enigm. exerc. 37.

cœlo

cœlo quæ fuerat addicta vni ex Angelis Apostatois, merito autem profundissimæ humilitatis, destinata erat S. Francisco, obiecta est per visum vni socio eiusdē glotiosissimi Patriarchę adhuc supetstitis, vt nattat S. Bonau. in legenda eius. Et quod ibi habetur de multis in cœlo sedibus, alludit ad sedes de quibus Ioannes in Apocalypsi, quem locum referens Tertullianus extremo libio de eorona militis. [Protnsedent (inquit) & Presbyteri coronati.] Mirabiliter compacto verbo epicœnæ structuræ, exprimēs quod vulgata habet de sedibus seoiotū in cœlo. Suot sexcenta huiusmodi in diuinis libris. Et Patres suffragantur, adducti à Gabriele Enfao. Et à Francisco Mendoça. Quidquod Christus sedet à dextris Dei, vt fides docet, latcque ex Scripturis & Patribus confirmat Suares? At iustum est, filios adoptione, filio Dei proprio, etiam hae in parte assimilari. Itaque etnnr beatis in cœlo sedes quibus insideat ad quietis æternæ expressionem. Quidni ergo fas sit viatotibus, imitatione exprimere statum comprehensorum, ae sedere obeundo opus Dei; captando tranquillitatem mentis, ac corporis quę omnium maximè eommodar vacaturis Deo.

cap. 6. cap. 4.

Part. 2. l. 6. emp. sect. 8. n. 46. l. 4. vivedar. prol. 5. c. 2. 3. p. d. 31. sect. 3.

Saué Apostoli & reliquus fidelium cœtus in quem Spiritus sanctus constituendo Christianam Ecclesiam illapsus est tempore quo primum Christianum sacrificiū peragebatur, (vt monstratum est integra locubtatione, *de prima Missa*;) produntur à Loca, *sedentes*, in ipla pluuiæ voluntariæ segregatione. Vnde rectè Cardinalis Caietanus sessionem non esse precanti incongruam argumentatur. Sanctus verò Gregorius, internum animæ in seipsam iudicium exercerī sedendo, sic docet, agens de solitario. [Omnibus in seipso rectè compositis, in pace sedebit. Sedebit quidem, animæ catocm subijcieos; Et de tribunali rationis quasi de iudiciaria sede, omnibus internis motibus velut quibusdam eiuibus, edicta proponens. Sedebit inquam, nullum metuēs hostem, nullam sentiens impugnationem. Stare namque pugnantis est, sedere verò feriati. Sedebit quoque solitarius, id est, ab omni caroalium desideriotū tumultu remotus.] Nimirum sessio uon minùs quàm secessio, oppottonissima est ad obeundum ioretnum iudicium. Sicut etiam non nemo eeosuit externa iudicia sessionem iodicantis deposcere.

Nic in psal. 5. pœnit.

In Psal. 118. vers. 23. 1. de arbitr. iudic. cas. 62.

Non ex decentia tantum vt censuit Bouchius, sed etiam ex uecessitate, & vt sententia habeatur valida. Quod tametsi Menochius rejicit; tamen est consentaneum scripturis, quibus iodicia sedendo fieri produntur, vt cum Danielis 7. dicitur, *iudicium sedit, & libri aperti sunt*. Et Psal. 121. *Illic sederunt sedes in iudicio*. Et alibi, *aduersus me loquebantur qui sedebant in porta*. Vbi scilicet exercebantur iudicia; quæ, sessio iudicanti sessio eum matutitate proferri insinuat. In iure Ciuili, Prætor cum pro tribunali sesistit, iuris dicendi causa, *sedere* dicitur l. 2 § *cōsestim.* ff. *ad Tertyllianum*. & l. 7. ff. *de in integr. restitu.* Dies autem *sessionum* in iure suot quibus ius dicitur l. 5. ff. *vt in possess. legat.* & l. 2. ff. *quis ordo in possess.* Quæ omnia eu pertinent, vt intelligatur, iure Atistotelem verè protulisse tanquam effatum, aoimam sedendo fieri prudentem; quia scilicet tranquillitas quiescentes assectatur; atque adeò ad quietem animi, & sedationem eorporis, inter agendum cum Deo, oppottonè adhibetur sessio.

c. 6. Phys.

Quid multa? Viri sanctitate eximij, egere cum Deo sedentes. Ita factum est à Mose lapidi insidente, manus extēdcodo ac precando contra Amalecitas, Exodi 17. Et ab Elia 3. Regum 18. Sed & Iacobus in lecto sedens, adorauit fastigium Virgæ Ioseph, conuersus ad lectuli caput; inclinans inquam caput anttorsum ad partem lecti anteriorem. De sācto Ignatio Loiola sic legimus apud Maffeum ex obsetuatione clancularia domesticorum. [Vt superiorem ascenderat ædium partem, vnde libet esset prospectus ad sydera; stabat aliquantisper oculis in cœlū defixis. Tum ptouolutus in gtoua, totius huiusce pulchritudinis eonditorem suppliciter adorabat. Deinde propier imbecillitatem humili scabello simul atque eonsedisset, continuò ex oculis vbetes lachrymatum riuuli profluebant; idque nullo prorsus vel singoltu, vel strepitu. Atque in hunc fetè modum æquè animo & eorpore immotus, excipiebat diuini luminis radios, ac Patti cœlesti mira quadam spiritus dulcedine iungebatur.] Non incommodauit otanti Ignatio sessio, sed iuuit potiùs ad quietem maiorem, quæ animi pacem & collectionem promouet. Sedili item subnixum oratse S. Xauerium in eius Actis ptodidit Tursellious ex telarione Sacerdotis qui Saoctum virum domi suæ hospitsutem sedulus obsetuabat. Igitut collectio animi eonsentanea assisteutibus sacrificio, admittit sessionem, qua tranquillitas animo per quietem eorporis conciliatur.

Sedilium in sacris.

l. 3. vitæ c. 1.

l. 6. c. 5.

Nemo porro adeò fastidiosus fuerit, vt sessionem in templo auersemt extra sactificium, siue eò conueniatur ad alia diuina officia, quæ septenni vicissitudine quot diebus in templo obeuotur, siue ad prioatam orationem ex loci dignitate gratiosiotem apud Deum, vt alibi dissero; sioe ad audiendam tractationem verbi Dei. In his quippè omnibus, sessionem labe vacare, vix dubitare licet. Quorsum enim sedilia in odeis Canonicorum ac Religiosotum si ineongtoom est sedete inter eoneinēdum laudes Deo? Quidni autem fas sit, priuarim in ten plo orantem sedere, dummodò reuerenter ac modestè sedeat, nee sessionem habeat pro fomēto Ignauiæ ae somni illecebra; sed vel pro subleuatione imbecillitatis, vel ad paraodam tranquillitatem animæ, sensui pietatis opportunam, vel etiam necessatiam? Hoc imbecillitatis leuamen, si quis abrogandum eontendetit inter preeandum in templo, æquè abrogate debebit vsum cubitalis precatorij, cui otans innitatur. Et tamen ex vsu receptissimo, atque adeò nulli sapientom imptobando, non modò Pontificibus ac Regibus, sed etiam minoribus Præsullibus atque Dynastis, cum ad templa conueniūt, apparatur fulerum stolatum, in quo genuflexi fundant orationem. Desita est enim ptisca simplicitas, ex qua Reges Syriæ, (vt habet narratio de postulato Naámam eutati à lepra,) ingtedieutes templum vt adorarent Remmon Deū suū, innitebātur maoui alieuius primarij, cuiusmodi etat Naámam poscens à Propheta, vt huiusmodi ministeriū (oon oisi vt ciuille,) Regi suo præstare posset, flectens cum eo genua specie adorantis. Quale irem obsequium, alius Regi Iotam extra templum præstitisse legitut 4. Reg. 7. At nunc, & iam olim, magnatū

l. de missis. p. 2. c. 8. n. 18.

§. I. Quæ pro vsu.

sine sacrorum siue horum dignitas, postulat inniti non manui vel humero seruili ministri aut nobilis obsequiosi, sed eubitali instrato; Et censeretur violari decorum si secus fieret. Deus autem qui iuxta Pythagoreos est *ipsum decens*, acceptum habet, vt decorum ea in parte teneatur, nec insimulat irreuerentiæ, seruantes quod ex dignitate sita est, in templo æquè ac vbilibet alibi.

Adstantes denique tractationi verbi Dei, absque noxa esse si sedeant, debet esse extra dubium. Nam ita fieri vsus vniuersalis Ecclesiæ, quem improbare; *insolentissimæ insaniæ* esset; vt pronuntiat S. Augustinus. Esto olim viguerit alicubi vsus contrarius, tamen consuetudo eum rigorem molliuit. Et nonnulla etiam necessitas ad hoc indulgendum perpulit. Quis enim adigere velit plebem, vt concionem plenumque iusto protensiorem audiat erecta, non sedens? Nam multi concionatores S. Francisco suos admonenti, ne vltra horam ad populum dissererent, non ausultante per binas horas, aut etiam vlteriùs fatigant audientes; quibus rectos esse per tantam moram, esset onus importabile ab audiendis concionibus auocaturum. Esto, minùs necessaria, vel etiam incongrua censeri potuerit sessio, inter audiendum verbum Dei; eum tractatores etant petbreues. Cuiusmodi fuisse Patres omnes, argumento esse possunt qui habentur eorum sermones ad populum; quibus recitandis, quarta horæ pars vel ad summum dimidia hora, satis esset. Nec aliter ab eis promebantur voce, quàm vt sunt exarari, dimissis laciniis amplificationum quarum vsus pridem inualuit. Sermonem ergo octuplo aut decuplo prolixiorem quàm essent sermones antiquorum tractatorum, Leonis Magni, Gregorij, Ambrosij, audire non adhibito sedili, molestissimum esset auditoribus; atque adeò sessio iure inter audiendum in templo Dei Verbum, innoxia habetur.

Epist. 24. & l. 4. in donat. c. 24.

§. II.

Ad dijudicandam nouitatis propositæ honestatem; fundamentum primum, de necessitate reuerentiæ in templo.

NOuitas ad cuius discussionem accingor, non ex eo præcisè debet inhonesta censeri, quod noua sit, ac recens inuenta; multa enim, etiam in sacris, cum laude nouantur. Videsis quæ in hanc rem proferuntur in opere de bonis & malis libris. Ex natura igitur rei, vestigandum erit, an huiusmodi nouus vsus niteat aut sordeat. Hoc autem pendet ex cohæsione eius cum templo, & cum sacrificio. Nam si reuerentia sine templo siue sacrificio debita non violetur per sessionem, innoxia erit sessio; sin minùs inhonesta erit & auersanda. Ptiusquam verò de cohæsione sessionis ac reuerentia in euentibus propositis pronuntiemus; necessarium est præmittere, quanta reuerentia debeatur templo; Et quanta item sacrificio cui assistitur. Et eum vtrobique reuerentiam magnam exigi à fidelibus perspicuum fuerit, cohæsionem exquisitæ illius reuerentiæ cum sessione examinabimus.

Partit. l. orat. 20. præfat. ad finem

De reuerentia ergo templo debita (à qua auspicandum est, quia locus sacrificij præiacet sacrificio,) diffusè actum est tractando hetecteliras additionem templorum. Nunc racematio post eam vindemiam instituenda erit vrgendo in primis in eam rem eum Democbare sensum Christi, qui templi sanctitatem & reuerentiam sæpè sæpiùs factis ac dictis prodidit. Et agebat tunc Christus de templo Iudaïco, quod cum animalium æditus quotidie eruêtaretur, speciem macelli præferebat; nec qualiscunque, sed admodùm sanguinolenti, ptæ multitudine victimarum inibi iugulatarum, piè enim certis diebus. Quale enim est, quod Iosephus vno die festo paschæ, cæsas notat hostias duecêtas quinquaginta sex mille, ac quingentas? De eo igitur templo, quod Iudæis vnicum erat, agens Christus Dominus Matth. 23. increpat stultos legis doctores, imo euersores ac dehonestatores, illis ptæter cætera verbis: *Væ vobis duces cæci, qui dicitis, quicumque iurauerit per templum, nihil est: Qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti & cæci: Quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso.* Vt mens Christi perspiciatur, considerandum est, exacerbatos auaritia Scribas & Phariszos, quos ibi Christus affatur, viæ ad Deum duces indignissimos, affirmasse, iuramentum per templum conceptum, non vrgere, ita vt non esset periurij reus qui interpositio templi nomine, iurasset se aliquid præstiturum, quod mutata mente prætermitteret. At si quis concepisset iuramentum per peeuniam gazophylacio ad vsum templi & commodum ministrorum inferendam, aiebant ærei illi magistri, talem teneri iuramento, ac periurij reum fore, si eiusmodi iuramentum flocci faceret. Nimirum inhiabant lucro ex pecunia magnâ partem obueniente Sacerdotibus. Et quanquam putabant iuramentum omne per creaturas, ac etiam per templum, nullius esse momenti, eo quod nomen Dei quod est iuramenti veluti anima, ab ea promissione exularet, tamen inhiantes prædæ, eam assertionem conuellebant, affirmantes iuramentum per munus templo oblatum valere, nec absque periurij labe infringi posse. At Christus Dominus in templi sanctitatem intendens, nec commodis suis velificans, mirâ cæcitatis stupidos illos legis magistros redarguit, docétque è contrario, sanctius ac firmius censeri debere iuramentum, quod per templum conceipitur, quàm iuramentum quod conceipitur per donum templo addictum, vel illatum; cuius tota sanctitas in eo sita erat, quod templum spectaret; atque adeò doni sanctitas refundebatur à templo, vt à primo sanctitatis illius extrinsecæ analogato, ex Dei intra illud inhabitatione postea exponenda, venerabilis ac sancto. Proinde iuxta Philosophicum illud effatum *propter quod vnumquodque tale & illud magis*, templi sanctitas potior erat sanctitate domi, idcirco dumraxat sancti, quod templo inferretur. Sicque iuramentum conceptum per templum, haberi firmius debebat, iuramento concepto per donum.

1. sect. punct. 7. l. 3. de jur. 28

l. 7. de bell. 17.

Hic est sensus verborum Christi, de præcellenti sanctitate templi, deducta ex Dei intra

illud

illud habitatione, vt patet ex verbis illis, *& qui habitas in ipso.* De quo fundamento venerationis templo debitæ, infrà explicatiùs. Et tamen (vt præmittebam,) templum de quo Christus agebat, ptæ cruore è tot victimis in eo iugulatis, speciem potiùs præferebat macelli. Quàm igitur sanctiora sunt habenda, templa Christiana, nullo cruore inquinata; sed hostiæ mundissimæ sua singularitate omnes complexæ victimas, (vt sanctus Leo, & Potho Prumiensis egregiè differunt,) increuota immolatione. Deum placantia? Ipse Deus de angustiis immolatioois hostiarum pecuinarum in vno duntaxat loco, mundissimæ huius oblationis inductioue sublaris, & oblata ac sactificata in omni loco hostia mundissima, gloriatur apud Malachiam, magnum sibi nomen in gentibus futurum prænuntians. Quod de diuino Missæ sacrificio, accepit Cooc. Tridentinum, & ptæinere Patres, ad eum locum adducti à Ribera, & Sanctio atque Cornelio, ptæsertim verò Eusebius. Tticas in contratium, dispellit validè Bellarminus. Præiuere item Rabini à Galatino annotati in opere de arcanis, munditiâ hostiæ nostræ incruentæ, atq; adeò etiam templorum nostrorum ptæ templo antiquo, agnoscentes. Vnde de summa eorum venerabilitate constare debet. Si enim ministratio mortis (vt cum Apostolo dicam,) fuit in gloria; Si templum inquam, cuius mystæ primarij agebant ministros (quæ vox Latinè in omni proprietate sonat *Lanium*, vt fusè prosequitur in Tumulo hæreticorum Gregorius Apostolus) mactaotes, iugulantes, & morti dedentes pecora, erat in gloria; quanto magis etit in gloria, ministetiũ iustitiæ, ideſt sactificium vetè iustitiæ. De quo Illud Psaltis, *Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,* Intelliguur Ambrosius, Paulus Burgensis, Genebrardus, & Salmeron. Itaque si templum Salomonicum iugulationibus addictum, tanta impensa extrui, & tam magnificè ornari par fuit, vt propè in stuporem agant lectores, qui eius magnificentiæ capita euoluunt, Ribera Villalpandus, & Pineda; quorum hic perillustria eiusdem templi Elogia eruditè addensat, totidem summæ veneratiouis debitæ ac delatæ argumenta; non est dubium quin potior esse debeat æstimatio soliꝰ altitudinis gloriæ, loci sanctificationis nostræ; quod de templo antiquo prolatum in nostris templis habet locum multo præstantiùs. Sunt igitur maioti teuereutia, & omulum indignitatum propulsatione, digniota.

Serm. 8 de Passio. l. 2. de statu domus Dei.

Soss. 22. c. 2. l. 1 de Domin. c. vltimo de Missa cap. 10. l. 14 c. 11.

tom. 9. tract. 30.

l. 2. de templo c. 5. sect. 2. l. 9. de sal. c. 5. sect. 1.

Simili ratiocinatione pro reuerentia templorum Christianorum agere licet, ex alio Christi pronunciato de templo Hierosolymitano. Vt enim refert Matthæus, c. 21. intrans In templum Dei, eiecit ex eo negotiatores. Nomine *templi Dei*, eo loco vt benè aduertit Franciscus Lucas, non expressit Matthæus sanctum sanctorum, neque sanctum, neque atrium Israëlis, aut vlcinum atrium fœminarum: sed expressit atrium extimum, quod vocabatur atrium *profanum* vel atrium *gentium*, posteriotibus tempotibus catta Istaëlis ac fœminarum atria ædificatum; amplitudine (vt aliqui dimensi sunt,) stadiorum quatuor, quo se ad otandum receipiebant qui Israëliticæ nationis non etant, nec non Israëlitæ secundùm legem imputi. Quanquam puti quoque, & nulla legali (vt sic dicam,) irregularitate prohibiti vlteriore templo illud quandoque, si sibi opportunum esset, conueniebant: nec tarò Christus eo loci & docuit, & miracula edidit. In ea ergo templi parte despicatissima, aduentans aliquando Christus Dominus, reperit propolas boum & ouium, nec non columbarum, & turturum, ac cuiuslibet mercis quæ in templo vsui esse potetat ad ministerium religiosum. Et erant ibi quoque nũmularij, ac collybistæ, lucrum, ea collybo seu cãbio facientes. Nam plerisque templum adeũtibus, necessaria erat pecunia; sioe ad aliquid ea prædictis coëmendum, siue ad offerendum. Nec tarò ad vsum expeditum ptædictę mercaturæ, maior moneta erat mutanda minore; aut petegrina pecunia cum Iudaica: vel aurum argento, aut vice versa. Idcirò igitor oummularij ptædicti, ad positas ibidem mensas, in cathedris sedebant, permutantes, aut numerantes pro cuiusque vsu & necessitate pecunias. Sedebant item eo loco in cathedris, qui turtures, aut columbas vendebant. Eò itaque aduenieua Chtistus Dominus, actus aelo diuini honoris, turpiter ptofligati in domo Dei mercimoniis dehonestata, propriis manibus mensas & cathedras euertit, columbasque disiecit, & bones, ac ouea eiecit, impacto flagello quod de funiculis confecerat, vt notat Ioannes hoc Christi factum receoseoa. cap. 2. addens contestatum esse Chtistum, templum esse domum orationis: peruersos autem illos oundinatores, fecisse locum orationia speluncam latroonm, Allusit nimirum ad locum Ierem. 7. vbi Deus Iudæos pessimam vitam viuentes, & tamen de templo Dei apud se constitumo gloriantes, illudque frequentantes, hia verbis corripit. *Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum?* Et nou putabantur quidem tunc temporia in templo, palmaria latronum opera; cædes inquam & grassationes, ac spoliationes per vim apertã: Tamẽ edebantur ibi præludia illarum fœditatum per negotiationem tumultuosam, contaminatam fraudibus, atque petiuriis, omnisque geueris malis artibus atque mendaciis. An etiam vsuria ac fœnore, quod Cato homicidio confitebat? Hoc si abfuit, attamen ea quæ diai latrocinionm ptimatiorum præludia non deerant. Vnde sicut, *omnis qui odit fratrem suum homicida est*, quatenus ea eo odij semiuio, & initiali rudimento, poterit aliquando succrescere homicidium, vt interpretatus est autor falsò creditus Siatus III. Ita ex illis primordiis facilè existere posset latrocinatio si se daret occasio, & mali virulentia gliscetet. Prædicta igitur in templi dehonestationem cedentia perspiciens Christus, zelo sancto efferbuit & calcantes reuerentiam templo debitam per mercimonia, impingens scutlcam scintillantibus oculis, è templi vltima parte propulit. Quin etiam vt Marcus memorat c. 11. ea eodem fine propulsandæ irreuerentiæ templi, *non sinebat vt quisquam transferret vas per templum.* Quod eoiin templũ cœpisset illis esse pro foro, passim canistros, lagenas, sarcinas, & huiusmodi alia mercimonij adiumenta, templo inferebant: aut certè allqui captantes compendium itineris, vt profanam supellectilem aliò transportarent, transibant per templum; quod ne fieret & reuerentia templo debita concideret, Christus

Templo debita.

l. de mali Deo.

§. II. Reuerentia.

verbo & factis obsistebar, exedente se Zelo domus Dei.

Apodosis argumenri ex hoe Christi facto :peti in rem nostram, est per se obuia: si enim Christus parti rempli propè profanæ (eertè præ vlteriore templo vix sanctæ,) rantam reuerentiam deferri volebat, idcircò tãtùm quod esser rempli quasi limbus & ora quò aliqui ad orandum coouenirent; quanto maiorem reuerentiá vellet deferri templis Christianis, vndequaque sanctis, quæ ipse non in transitu adit, sed corporaliter ratione asseruatæ Eucharistiæ, inhabitat die noctequè, in perpetuo statu sacrificatæ Deo hostiæ perseuerans iurta illud, ad sanctificarionem nostram, & eum patre conciliationem? Immensa inde gloria aduenit templis Christianis, ac proinde summa reuerentia iisdem deberur, supra illam quæ templo Iudaïco petes despicatiores ritulos erat rependẽda. Idcircò sanè quod Christus cum in orbem terrarum esser introductus, subiturus identidem esset templum Hierosolymitanum quod à Zorobabele instauratum erat, Deus per Aggæum contestatus est, maiorem eius gloriam fore, quàm rempli Salomonici. Erar autem adeò vile quod ad fabricam & opes attinet, adeóque præ Salomonico despicabile, vt multi qui supererãt & Salomonicum templum oculis suis conspexerant, soluerentur in lachrymas, recolẽtes pristinam rempli magnificentiam, eamque cùm præsenti renuitate componentes. Sed suppleuit externa quęuis decora, ingressus Christi in hoc posterius tẽplum. Senex quidam ex monasterio Abbatis Euagrij Ioannes nomine, vt narrat Moschus tendens ad montem Sina, febre correptus paruam speluncam ingressus est, quam per visum admonitus est ne deseretet, dicente illi. S. Baptista; [spelunca ista breuis, maior est monte Sina: quippe in hanc sæpiùs Dominus noster Iesus, cum me visitaret, ingressus est.] Sicut ergo præ ingressu Christi in speluncam, ea breuis spelunca potior habita est mõte Sina, qui habebatur sanctissimus; ita præ Christi ingressu in posterius templum ad veritarem pronunciari potuit maiorẽ fore glotiam templi posterioris, quàm prioris, vt benè expẽdit Suares atq; Cornelius, ac omnium plenissimè Villalpandus. Si igitur templum Hierosolymitanũ *quale erat tempore Christi*, dignum erat gloria, & magnificentia fuit, atque adeò etiam venerabilitate superaturũ Salomonicum; quia Christus illuderat aliquando subiturus, tametsi persæpè etiam ab eo abfuturus: & quandiu in Ægypto hæsit, & quandiu fuit Nazaretæ, & satis infrequenter per primos ætaris annos triginta, quãto gloriosiora atque adeò venerabiliora habenda sunt templa quæ Deus gloriæ, adopertus specierum tectorio, assiduè inhabitat; Existimauit Turrianus, propbetiam illam Aggæi, de maiore gloria domus nouissimæ, quam prioris, non ad litteram de templo materiali quod Christus iniuit, sed de nostris nunc templis comprobari veram. Sed nobis satis est, ob eam præsertim quam dixi inhabitarionem Christi in templis nostris per Sacramentum Eucharistiæ, maiorem esse gloriam nostrorum templorum non modò quàm templi Salomonis quod Christo adueniente non stabat, sed etiam quàm templi Zorobabelis, ab Herode instaurari, frequentatione corporea Christi identidẽ sanctificati ac nobilitati; At hoc plus habemus, quod in nostris templis iugiter diuersetur. Reuera enim præstantia Regij palatij, non ex materia è qua compactum est reperi debet, sed ex Regis inhabitatione, iuxta illud Chrysologi. [Aula Regis fulget auro, nitet marmore, picturis splendet, grandescit spaciis, leuatur culmine, amœnatur viretis, ipso terribilis est secreto: sed sine Rege honorem non habet, caret gloria, est vacua solitudo, est clausa eremus, est horribilis solitudo.] Quantumcumque magnificæ esse statuantur ædes sacræ antiquæ, siue quam Salomon, siue quam Zorobabel ædificauit, præ nostro quopiam vili in speciem externani templo, sordet, quia isti Deus adest immortalis in assumpta humanitate præsens: at non item, illis aliis sacris ædibus sic inexritit.

cap. 2.

In 3. p. d. 1. s. 3. ad hunc locum tom. 2. p. 2. l. 5. disp. 4. à c. 63. ad 72.

lib. 2. contra Magd. c. 19.

serm. 42.

Non est hæc mea sed S. Chrysostomi cogitatio, [si (inquit) in templo Iudaïco, non licet omnibus quemnis locum ingredi, sed erant multa & varia discrimina; Et erat hic quidem locus præstitutus proselytis; ille verò Iudæis qui fuerãt ab initio; alius autem Sacerdotibus, alius verò Pontificiæ sedi; Idque non semper, sed semel in anno; Cogita apud te, quanta tibi sanctitate opus sit, qui signa multo maiora acceperis, quàm quæ sancta sanctorum tunc accepetunt. Neque enim Cberubin, sed ipsorum Cberubin dominum habes inhabitantem; neque vrnam, & mãna & tabulas lapideas, & virgam Aaron, sed corpus, & sanguinem Dominicum: & spiritum pro littera, & gratiam quæ sperat humanam cogitarionem, & donum inenarrabile. Quo autem maioribus signis ac symbolis, & magis venerandis Sacramentis dignatus es, eo maior est à te præstãda sanctitas; & eo eris maiori obnoxius supplicio si quæ iusta sunt transilietis.] Præmiserat, Ecclesiam esse cœlo similem eo quod sit ipsa quoqee Dei domus, æquè ac cœlum. Vnde omnia quæ in Ecclesia peraguntur, *cœlestia* vocantur ab Apostolo Hebr. 8. cum ait quæ fiebant in veteri lege, fuisse *exemplaria ὑποδείγματα*, tenues ac obscuros typos, *cœlestium*. [Quæ hic dicit cœlestia? (inquit Chrysostomus.) Spiritualia. Tametsi enim & in terra geruntur, cœlis tamen dignæ sunt hæ functiones. Cum enim Dominus noster Iesus Christus fuerit occisus, cum Spiritus sanctus aduenerit, cum qui sedet in dextera Patris præsens affuerit, cum filij efficiantur per baptisma, eum ciues sint eorum qui in cœlis sunt, cum patriam supernam ciuitatẽ & Rempublicam in cœlis habeamus; cum peregrini simus in terris, quomodò non sũt illa cœlestia? Sed quid sunt? Nónne sunt hymni cœlestes? Nónne qui in supernis chori incorporearum virtutum canũt, eadem etiam & nos qui deorsum sumus, consentientia illis eloquimur? Nónne & altare cœleste consistit? Quomodo? Nihil habet carnale. Omnia spiritalia fiunt quæ proponuntur. Non in cinerem restituũtur, non in fumos extenuantur, non in vaporationes diffunduntur sacrificia, sed clariora & festiuiora efficiuntur, quæcunque proponuntur. Quomodo itaque non sunt cœlestia sacra quæ celebramus? Cum enim dicitur, quorumcunque detinuerint peccata, detenta sunt, & quæcumque dimiserint, dimittuntur, & cum claues habeant cœli, quomodò non sunt cœlestia? Qui exemplari (inquit) & vmbræ deseruiunt cœlestium.]

In psal. 5.

Conferunt

Conferunt ista ad illustrandum illud dictum, quod Ecclesia est cœlum, ac proinde, quemadmodum ex aduersarijs potestatibus nullam fas est in cœlum ascendere; ita nec in Ecclesiam (quippè Dei domum terrestrem, & in qua Christus ratione diuinæ Eucharistiæ corporaliter habitat,) nullus progredi debeat qui sit Diaboli partiarius. Altiùs etiam Ecclesiam subuehit S. Eusebius Alexandrinus hom. de die Dominico. [Ne (inquit) Ecclesia, & oratione te priues. Nihil Ecclesia sublimius: Cœlo est altior, sole splendidior, luna & astris nitidior, vniuerso mũdo honoratior.] Quibus verbis vrget S. Eusebius, fideles, ne deserant collectionem Christianam, sed Dominica die eõueniant ad Ecclesiam, locum communem orationis fidelibus; quouis templo Iudaico, (tametsi vero Deo inscriberetur,) venerabiliorem ac digniorem supra omnem æstimationem, ipsóque cœlo corporeo præcisè spectato, ratione Christi eam inhabitantis, excelsiorem ac præcellentiorem.

Decus fuit templi Hierosolymitani, quod fuisset solemni dedicatione addictum Deo, primùm per Salomonem 3. Reg. 8. postea per Zorobabelem templi destructi ædificatorem. 1. Esdræ 6. ac denique per Iudam Machabeum Pontificem, instauratorem altaris euersi, & templi ab Ethnicis profanati reconciliatorem. 1. Mach. 4. Quæ postrema dedicatio sub nomine Encæniorum memoratur à Ioanne c. 10. referente Christum sua præsentia festum tertiæ illius dedicationis cohonestasse, vt Ribera eo cap. 10. rectè euincit; consentientibus Toleto ac Maldonato. Hoc decus templi Hierosolymitani, non deficit templa Christiana. Nam mysticis ritibus multis initiantur ac consecrantur, de quibus optimè Iuo Carnotensis & ex variis Stephanus Duranius; & qui sanctum illum murem conseerandi templi aduersùs profanos Nouatores propugnant Turrianus ac Bellarminus. Et quia Ecclesia per huiusmodi initiationem templo consuetuit suas preces ac merita, togans Deum vt exaudiat orantes in eo, ideireo concors Doctorum sententia est, orationem ibi fusam, esse longè vtiliorem. Multos adduxi alibi, quibus addo Cardinalem Hosium Humbertum, Iacobum Aluarem, Gilbertum Sueuicauium, & octonarios rationum id firmantem Oliuerium Bonarscium. Itaque templa Christiana nihil minùs habent templo Hierosolymitano ratione solemnis dedicationis. Hoc plus habeut pleraque templa nostra, quod initiator eorum Christus fuit, assistens Pontifex futurorum bonorum: Aliàs ex Christi delegatione vnus aliquis cœlitum; quod non debet improbabile videri, vt rectè pronunciauit S. Thomas, & multis confirmat Henricus. Exemplo sit, quoad initiationem à Christo peractam, templum Sandyonisianum, testibus Nicolao Gillio, & Roberto Guaguino, atque Anthonio Democharc, à quibus adducitur exemplum leprosi, in eius rei fidem Curati, cãcromate manu Dei hominis auulso, ac petræ in quam iniectum est agglutinato, vt hodiéque cerni ferunt in orbiculo immisso sacello ad lævam magna religione frequentato, præsertim 6. Cal. Martij; qua die res gesta celebratur. Item templi B. Mariæ de Donis apud Auenionenses religiosissimi, initiatorem fuisse Christum ipsum, testatur Ioannes XXII. in diplomate dato Pontificij sui anno 1. & Sixtus IV. in diplomate dato anno 1475. Initiationem templorum Angelicam refetuut acta S. Petri Cælestini, & monumenta Ecclesiæ Anicicnsis Apud Odonem Gissæum. De templo per S. Eduardum structo, & per S. Petrum consecrato, meminit Aëlredus in sancti viri actis. Et sunt qui idem produnt de templo Figeacensi apud Cadurcos, & de Aubracensi apud Ruthenos Arecomicos. Rectè igitur statuebatur, non defuisse templis nostris decus ab initiatione petitum. Imo eo auctius circa templa Christiana effulgere, quod & sanctioribus ritibus peragitur, & à Pontificibus longè dignioribus; præter ea quæ initiatores habuere de cœlo.

Templi dedicata.

Aptè ergo eadit in quoduis templum Christianum, quod de rudi imagine templi initiati dictum est à Iacobo. Gen. 28. *Verè Dominus est in loco isto: & ego nesciebam, patensque. Quàm* (inquit) *terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli.* Lapis inunctus cum Dei inuocatione, erat templi initiati imago. Nam quæ Deo dedicabantur, inungebantur, ex c. 4. Exodi. Inunctio itaque illa, consecrationem lapidis, eiúsque erectionem in titulum præferebat, in nostrorum templorum cum initiantur & inunguntur imaginem, vt Rupertus rectè vidit, de hoc titulo disserens. Vnde Iacob de mystico euigilans somno, & scalam abs se per somnium conspectam recolens, per quam Angeli cœlestis aulæ milites in ministerium missi ascendebant & descendebant, reuereuter officiosi, exclamat pauore non modico sed sancto correptus, quàm sanctus est locus iste, quanto cum filiali tremore & reuerentia frequentandus est ob præsentiam Dei specialem, & sanctorum angelorum illue confluxum? Non est hic locus qualiscunque, & commuuis, sed est *Bethel*, id est *domus Dei*, in qua peculiariter habitat, siue vt Chaldæus eam vocem expressit, *est locus in que beneplacitum est Deo, habitare in eo.* Est item *porta cœli*, in qua Regis cœlestis Palatini ministri, vt accurrant ad iussa Domini, sedent ascensuri aut descensuri, prout mandata imposita tulerint. Penes hæc duo capita in ea templi initiati imagine Iacobo obiecta, reipsa autem & ad solidam veritatem in Christiano templo expressa, sanctitas eius ac dignitas, atque adeò etiam venerabilitas est attendenda.

l. 17. in Gen. c. 24.

Ex eo quod templum denominetur *Bethel* siue *domus Dei*, & aliis appellationibus eadem notioue fœtis insigniatur, eiusmodi suur, *Dominicum*, *Cyriacum*, *Basilica*, siue *Regia*, aut *sacrum Palatium*, manifestè habetur quanta ei veneratio & reuerentia debeatur. Non est quidem habitatio Dei intra templum tanquam in domo sua & palatio, intelligenda com Dei conclusione intra templum, vt stultè intellexerunt de suo templo Hebræi nonnulli, de quibus iuserùs; intelligenda verò est de speciali præsentia in loco certo in quo vult Deus peculariùs coli & vbi exauditurus sit proclriuiùs. Ac etiamsi Deus cum sit vbique, possit in necessitate, fusa vbiuis oratione interpellari, (vt variis sanctorum exemplis prolatis, monstrat S. Basilius) tamen pro beneplacito suo vult Deus, certo potiùs loco interpellari, & faciliùs audit ibi precantes, contra quàm pseudoapostoli à Sagarello Parmensi, & Dulcino Nouariensi in errorem acti censuerunt, aram nihil supra

Exhort. ad baptis.

lib. de sacram. dedicat. lib. 1. de vit. c. 24. l. 2. pro Epist. Pontif. c. 19. l. 3. de sanctis c. 5. l. de monit. parte 2. c. 5. n. 15. In confessione Pol. a. 90. l. 4. de cruc. relig. p. 3. c. 2. l. 2. de Orat. parte 2. c. 5. De vita & mor. Eccles. c. 26. l. 3. c. 10. 3. p. q. 64 artic. 7. l. 1. c. 26. n. 2.

§. II. *Reuerentia*

haram habere religionis effutientes, & omnem locum quantumuis profanum, perinde esse ad orandum contendentes: Reuera tamen cæteris partibus orationem in Ecclesia fusam plurimum esse, & gratiosiùs à Deo locum illum inhabitante admitti, rectè confirmat Sanctesius, peculiarem modum quo Deus templum inhabitare dicitur, patefaciens. Est autem Ecclesia ad sensum prædictum, *domus Dei* & Basilica ac regia eius. Vnde per proportionem ad Regum mortalium Palatia, etiendum est, quanta cum reuerentia agendum sit in Ecclesia, & quàm custodienda sit pes ingredienti hanc domum Dei, iuxta sapientis monitum. Quo enim sublimior est supra omnem comparationem, nostratiú Regum majestate majestas Dei, eo majori reuerentia debetur diuinæ Regiæ quàm humanæ. At Regum nostrarium, tametsi Regum, tamen hominum, domum, videmus affici summa reuerentia. [Noo in sacratio modò imperialis oraculi (verba sunt Ausonij initio Eucharistici ad Gratianum,) qui locus honore tranquillo & pauore venerabili, tarò eundem animum præstat & vultum, sed vsquequaque.] Ex omni inquam sui parte, non intima tantùm, sed etiam extima & denique quaquauersum, Regia domus apud omnes gentes est perueuerabilis, Sinæ (teste Nicolao Trigaultio,) obseruant adeò Regij Palatij reuerentiam, vt cum sint in eo portæ quatuor ad omnes mundi partes obuersæ, nemo portarum illarum aliquam prætergreditur, quin ex equo desiliat si eques incedebat; vel quin è sella prodeat, & pedes incedat, si sella gestaretur; nec fas est equo tursus iusidere vel sellam denuo subire, nisi portas omnes sit prætergressus, omni extetnæ reuerentiæ erga regiam domum significatione. Idque faciunt, uoo Pequini solùm, vbi Rex nouissimus degebat, sed Nanquini quoque, prudem deserta Sinensium Regia, in quam nullus Regum multos iam annos se recepit. Persæ præ reuerentia sacri Palatij, negabant aditum in illud omnibus pullatis & luctuosum quid præferentibus, vt discimus ex c. 4. Esther, in quo legimus, Mardocheum sacco indutum, stetisse extra regiam, quam soli mollibus vestiti, id est pretiosa veste amicti, ac purè loti subibant; vt de ministris Regis ex Heraclide Cumano prodidit Athenæus: & agens de Theagene reginæ Arsacæ ministro, Heliodorus. Visi enim essent aduersùs reuerentiam personæ regiæ debitam, peccare, si locum quem inhabitarent minùs compositi aut incompti subiissent. Eodem spectabat remotio ægrorum, & mancorum vel claudorum & quomodolibet miserabilium; & nominatim mendicabulorum, à Regis Abénneris Palatio, vt scripsit Damascenus. Haoc ipsam reuerentiam maiores nostri, templo Dei tanquam summi regis Palatio deferendam censuerunt. Vnde sacris ministris iáquam domesticis domus Dei, & Palatinis, peculiares vestes præscripserunt, quibus extra templum vti non liceret. Et quamuis S. Chrysostomus in laude potiùs sacrorum ministrorum ponit, virtutibus præfulgere, quàm albam & splendentem tunicam induros, templo deesse: tamen non improbat eum externum cultum, ac veluti mundum, si ornamenta potiora non desint. Puroa item intrare templum, nec illoris manibus eò ingredi, cura iam olim fuit: vt propteres in templorum aditu prouideretur esse fontem, cuius latices ad detergendas sordes, si quæ contractæ essent, & munditiem externam corpori conciliandam vsui essent, vt baberur ex Eusebio & Paulino illis versibus super medianum arcum è regione basilicæ nouæ, exaratis;

Sanctis nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus, intrantúmque manus lauat amne ministro.

Meminit eiusdem motis abluendi manus & sordes eluendi ante ingressum, in templum. S. Chrysostomus & Tertullianus, ac Clemens Romanus Ægros verò ac debiles, & ominosi occursus personas, non arcebant quidem Ecclesia, si debilitas & ægritudo sistat in corpore, possitque citra horrorem admitti qui laborat. Quos tamen capitales noxæ nocioni Ecclesiastico obiecerint, eos domum Dei subire, prohibent antiqua iura; quorum rigorem non uiolliuit indulgentia per Martinum V. collata in fauorem duntaxat inuoxiorum, superstite antiqua seuetitate erga uoxios, vt alibi est annotatum. Mendicabula denique quies precantium, & Ecclesiæ dignitas arceri ab Ecclesia, & ad fores operiri visus ferebat; vt Baronius notauit anno Christi 57. ex Chrysostomo & Nazianzeno, & ita seruandum edixit Concilium Mediolan. & Pius V. & præuerat exemplum Ludæorum, claudum, mendicum statuentium ad speciosam portam templi Actor. 3. Hoc specimen primum reuerentiæ templo debitæ, per proportionem ad reuerentiam Palatio principis mortalis debitam.

lib. 10. hist. c. 4. Epist. 12.

homil. 72. in Ioan. & hom. 32. in Matt. l. de orat. c. 12. & c. 39. ord. l. 8. c. 1. c. 38.

de monito. p. 2. c. 2. n. 14.

Et homil. 28. ad pop. Orat. de pœnit. amore. c. de Ecclesiæ. Constit. 3.

Alterum esto, quod ad reuerentiam principis pertinete iudicatum est, ne quis domum eius subeat armatas, negatúmque prætexi posse metum ab hostibus, eo quod loci reuerentia, debeat esse pro omni tutela aduersùs cuiuscunque iram, & quantumlibet incensa odia. Ita iam olim cautum esse, tradunt, Menochius, & Honingus Atnisæus. Fuitque adeò accuratè seruatum, vt referen Xiphilino, Tiridates Romam profectus visendi Neronis gratia, in regiæ aditu, iussus sit gladiom quo accinctus erat deponere: & patere cunctanti, repositum sit; receptum iam olim esse, vt nemo huc armis instructus accederet iniussu principis; adeò vt miles quoque (cui alibi ius esset, aut etiam necessitas, arma ferendi,) tamen in Palatio inermis esse cogeretur; & ita ferre reuerentiam, personæ principis, eam domum incolentis, consentaneam. Hoc quoque reuerentiæ specimen templo quia domus Dei est, ac Regis æterni Palatium deferendum esse, iota clamant, vt latè monstratum est in tractatione de Religioso loricato. Cœcilium quidem Salegunstadiense interdicens delatione armorum intra Ecclesiam, excepit gladium Regalem. At ne huoc quidem exceptum voluit Theodosius iunior, eo edicto quod integrum attexitur actis Concilij Oecumeoici Ephesini. Eo edicto, Theodosius vetans inferre arma in templum addit; [Nam & nos qui semper iure imperij armis circundamur, quósque sine armatis stipatoribus esse non conuenit, Dei templom ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema deponimus: & quo submissioris imperij speciem præferimus, eo magis imperij nobis majestas promittitur:] Edicit igitur Theodosius, vt Præfectus prætorio. *plenissima severitatis iussione, ac horrendis comminationibus.* mandet, ne quis ius asyli in Ecclesia captens, illuc ingrediantur armati. [Nam qualem ille spem in religione collocat,

l. 19. Dynast. lib. 7. histor. Æthiop.

de ariomen. cas. 394. l. 2. de mor. manif. c. 5. num. 6. In Neron.

Prælapp. c.

n histor.

tom. 60. ad popul.

collocar, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingrediturj. En censuit Impetator, in religionis contumeliam cedere quod quis ingrediens templum, non satis se arbitretur secutum ab hostibus ea loci reuerentia; sed egeat insuper munimento armorum.

Tertia prærogatiua quam domus suæ reuerentia principis inhabitantis conciliat, est ius asyli. Varias ad id praxes adduxit Petrus Gregotius. Nec hoc deeus Christiana templa, tanquam Dei Palatia deficit, vt plenè confitmant Couatruuias, Gambacurta, atque Suates. Et sicut violasse domus Regiæ immunitatem nemini vix vnquam fuit impunitum; ita monstrauit non semel Deus, quàm carò steterit prophanis hominibus, in eiusmodi impunitatem domus suæ scienter egisse. Eutropij exemplum ex S. Chrysostomo & Prospero, est vulgatissimum. Atdabutij Milites Ioannem quemdam è B. Marcelli templo extrahere molientes, fulmina è summo fastigio per Angelos vibrata, repoleruut. Nec ausos Romani Imperij euersores, contra hanc sacrorum locorum dignitatem delinquere, scribit S. Augustinus. E contratio, Hugonem quendam sacrilegè ausum aduersùs hanc templo debitam reuerentiam delinquere, in summum contemptum & abiectionem esse deuolutum, Petrus Damiani testatur. Nimirum sui palatij temerationem, & sacrilegam deboneſtationem, nõ patitur Deus esse impunitam; vt propterea, eios ignis Isaiæ 31. dicatur, esse in Sion, & Caminus in Ierusalem, quia è templo prophanato, & sublata refugij reuetitate violato, exilit vt ignis vorans & comburens sacrilegos; prout S. Hieronymus interpretatur.

l. 33. symmag. c. 12. in fine. 2. cauſa. 10. tract. de immunit. tract. 2. de religi. l. 3. c. 8.

Homil. de ep. 3. de promiſſ. c. 38.

l. Civit. c. 34.

Opuſ. 34. c. 3.

Postremò sicut Regum palatium omnes subeunt compositi, & ad modestiæ reuerentiæque significationem se conformantes, quod ita ferat principis illud inhabitãtis majestas, omni venetationis signo prosequenda: Ita templum tanquam domum Dei Regis Regum, adhibito omni demissionis signo est subeundum. Sic viros templa ingredi aperto capite in signum honoris, vsus Antiquus fuit Christianorum; cui non inhæsisse, carò stetit Alexandro Impetatori Græcorum qui Leoni VI. successit, vt scribit Areias in tebus gestis Euthymij Constantinopolitani. Post ausum enim insolitum, mente captus, sui potestate excidit per reliquã vitam. Mulieres è contrariò ad testandum templi reuerentiam, operto capite in signum subiectionis templum ingrediebantur, ex Apostoli præscripto, quod Tertullianus, integra lucubratione, ad virgines quoque, extensum voluit. Gestatio enim velamenti quod nota est subiectionis, & propterea *potestas* appellatur, præ se fert humilitatem cuius exercitium in templi reuetẽtiam cedit. Ex eodem affectu testandæ reuerentiæ cœlestis Regis palatio debitæ, multi sanctorum nudipedes templa subierunt; dictum sibi existimantes quod Moses audiuit, Exodi 3. *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est.* Vel quod Iosue audiuit à Principe exercituum Domini, c. 5. *Solue calceamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est* Nimirum exealceatio, (vt constat ex multis quæ de ea ad sensit Balduinus in opete de calceo) magnam animi submissionem, ac loci venerationem præferebat. Eadem igitur ex causa, varij Sancti nodipedes templa subiuerunt præ reuerentia sicut S. Dominicus in certamen descendens pro fidei causa, in qua sibi affuturum Deum ex Christi oraculo nor dubitabat, compteſſit fastum Episcopi Tholosani, pompaticè ad eandem pugnam progredientis; sed detractis calceis aeeedendum monuit. Praxim S. VVenceslai, hyeme aspertima noctu stantis ad templa nudis pedibus, eo prodigio diuinitùs honestatam scribit Author vitæ, quod Podiuinus assiduus S. Ducis Comes, cum præ frigore prope rigeret, tametsi calceatus, subitò incaluerit, cum pedes suos Ducis vestigiis impressisset, ponè telegens gressus eius, impressos niuibus ac glacie; Qui ter ad templa nudipes carpebat, multo magis in ipso templo nodipedalia obseruabat. Passim fideles olim ad templi limina affusi, procumbentes, figebant oscula, vel contracto manibus liminis pauimento admouebant manum oti, in signum reuerentiæ sancto loco exhibitæ, & in Dei domum suam inhabitantis venetationem. [Nónne videtis (ait S. Chrysostomus,) quot etiam vestibula templi huius oscultantur? Illi quidem eetuicem flectentes, alij autem manu contingentes, & oti manum admonentes?] Hoc proptiè etai *adorare* ad templum Domini. Ea enim manus contactu liminis sanctificatæ, admotio ad os, nomen *adorationis* quasi ptoeudit, vt apud Lipsium legere est; & apud Sanctium, ad illud 3. Reg. 19. *non adoranit illum osculans manum.* Aut igitur procumbentes, aut solo affusi, appressis labiis limini iofero, siue subiecto pauimento præ venetatione figebant oscula, aut manum contactu eorumdem locorum sanctificatam, teducebant ad os, veluti suauiandam, insigni reuetentiæ argumento; quod intra templum ipsum ingressi, repetebant. In signum denique teuerentiæ, & ad insinuandam honotẽm secreti, (vt loquitur S. Augustinus) appendebantur ostiis templorum vela; sicut ex vsu erat, ptætendi ostiis palatij & domus principalis. Vnde Sidonius agens de Theodorici regis palatio, ait pellitorum turbam satellitum, pto foribus stetisse eliminatam, exclusam velis, ineluſam cancellis: Et custodes apud Corippum. Ardua seruant limina & indignis intrare volentibus obstant. Nimirum vt idem alibi ait;

Templo debitæ.

Acta S. Vencesl. c. 11.

hom. 30. in 2. Cor.

l. 2. elec.

2. Confe. 53.

l. 2. Epist. 2.

Quod vulgo est, vile est; quidquid latet, extat honorum:

l. 3. de rebus Iustin. lib. 4.

Quódque magis tegitur, pretij maioris habetur.

Ex hoc igitur vsu regis palatus solemni, vsus antiquus ferebat, non tantùm arcendis ventis & cœli iniuriis, sed etiam ad testandam reuerentiam, vela templorum foribus appendendi; non qualiacumque, sed pretiosa; à quorum collatione varios Pontifices commendat sæpè Anastasius, in opete de vita Pontificum, ex quo aliquot exempla signat Rosuedius; multóque plura Bulengerus. Monera pletumque fidelium erant huiusmodi, vela, vt de Rustieiana patritia testatur S. Gregorius, memorans vela ad gloriam Ecclesiæ S. Petri ab ea Romam submissa. Sed & S. Paulinos, muneta S. Felici oblata referens.

ad carmen 13. S. Paulini. l. de dono Epist. 13 Natal. S. Felicis.

Cedo alij pretiosa ferant donaria méque
Officijs sumptu superent, qui pulchra tegendis
Vela ferant foribus, seu puro splendida lino,
Siue coloratis textum fucata figuris.

Testabantur his externis signis fideles Ecclesiam sibi esse locum tabernaculi admitabilis, ac

domum

Cap. 25.

§. II. *Reuerentia*

domum Dei. Ex quo primum capite omni veneratione ac reuerentia dignam esse prodebant. Satis de nomine *Bethel*, siue *domus Dei*, præ delineationi templorum Christianorum attributo à Iacobo, post visum mysticum & lapidem erectum in titulum.

Addebat Iacob, eandem domum, esse quoque *portam cœli*. Quid vetat *portam cœli* accipere pro domo Dei Regis cœlestis? Erat sanè porta locus in quo exercebantur iudicia, quod est munus Principis proprium, atque adeò ibi frequentem esse Principem necesse etat, ibique manifestati vt in propria sede. Hodieque Turcæ ex phrasi ab antiquis accepta *portam* appellant domum Regiam, in quam conueniunt ad Principis ius dicentis consistorium. Igitur porta cœli, idem conate videtur, quod domus Dei summi Regis & aula cœli, quo diuini aulici cõueniunt ad obsequium & cultum Principis cuius sunt domestici. Passim tamen Interpretes, portã cœli, de specie ostij in cœlo, exhibita Iacobo, accipiunt: viderat enim ascendentes ac descendentes Angelos: & ad Deum quidem, sursum perferentes vota mortalium, referentes autem diuinum beneplacitum, & varia in nos beneficentiæ diuinæ specimina. Quod perbellè comprobatur in templo Christiano. Id enim Angeli magno numero frequentare visi sunt à S. Nilo, idcirco adhortante fideles, vt templum ingrediantur, eodem mentis sensu quo cœlum ingredetẽtur; quòd & templum & cœlum scatet Angelis. Hauserat hunc sensum S. Nilus, ab optimo magistro suo S. Chrysostomo, cuius illa sunt ad commendandum religiosum templi cultum. [In aulam regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis alijs, cõponia & ornas teipsum. Huc autem (in templũ) intraturus, vbi vetè aula regia est, ac talis qualis cœlestis est, rides? & tu quidem scio, quia non vides. Audi tamen quia Angeli præsentes sunt vbique, maximè in domo Dei, vbi astant Regi & omnia sunt plena incorporeis illis virtutibus. Et sollicitè allaborant, vt præstetur domui Dei reuerentia.] Nimirum sicut in regio palatio etant qui curarent præstari ab aduentantibus reuetentiam debiram, dicti *silentiarij*, qui præstolabantur ad velum, & vt nemo indecorè obstreperet, vel incompositè se haberet, sedulo excubabant, iuxta ea quæ tradunt de silentiariis Lælius Bisciola & Andreas Scotus, Ita in domo Dei quæ est Ecclesia, assidui ac frequentes sunt Angeli, cum vt fusas inibi preces ad Deum perferant, de quo pio eorum in nos officio, actum alibi, tum ad norandum vt quisque se gerat, & commonendos fideles, vt meminerint sanctitudinis decentis domum Dei. Ex ea notatione pet SS. Angelos obseruantes vt se quisque in templo gerat, S. Chrysostomus fideler ad reuerenter se habendum in domo Dei cohortarut, & inde quoqoe incentiuum reuetentiæ templo deferendæ, petunt S. Maximus & Elias Cretensis. Ipse Apostolus, mulieres iubebat in templo velatas esse, propter Angelos: non quod timeret pudicitiæ Angelorum ex illecebtosu fœminarum conmitu, (Apagè de incorpoteis spititibus & Beatis talia cogitare;) Sed quod præsentiam Angelorum in templo excubantium, deceret eamodestiæ ac reuerentiæ exhibitio per subiectionis fœminæ notam in templo prælatam. Videsis dicta ad hanc

Diuersorum capitum.

hom. 15 in ad Hebræos.

t. 5. subsec. §. 11. c. 12. l. 2. de silentio c. 2. in speculi pietatis p. 4.

in Leuit. c. 25. ad 1. orat. Nat.

mentem non exclusis aliis sensibus, cum in tractatione de pilco, rum agendo de sobria frequentatione alterius sexus per sacros homines: Vetabat Magister in regula, exscriptus à S. Benedicto Anianensi in concordia regularum, otantem si ingruat spuendi, vel nasum deregendi necessitas, id facere ante se: [Sed post se, (inquit) retrò proiiciat, propter Angelos in ante stantes, demonstrante Propheta, ac dicente. *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum.* Ergo vides quia ante Angelos ostendimur orate, & plorare.] Eadem præmiserat superiùs. *sect. 4.*

Nec tantùm intersunt templo Angeli, quod ad incentiuum reuerentiæ sat esse posset; Sed etiam intersunt summa cum reuerentia, vt Patres sæpè hactenùs adducti, & inferios quoque adducẽdi significant. Nec scripturta silet. Quod si sancti Angeli, in templo adeò reuerenter se habent, Deum præsentem ac specialitet inibi habitantem recolentes; quid nos par est facere, tegiam hanc aulam & Cœli portam subeuntes? Argumentatio est S. Bernardi commendantis reuerentiam ei qui templum oratutus ingreditur. [Quid aliud (inquit) cogitare debet frater intrans ad orationẽ, quàm Propheticum illud, *Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei.* Omnino siquidem oportet, nos orationis tẽpore, curiam intrare cœlestem. Illam vtique curiam, in qua Rex Regum stellato sedet solio, circundante innumerabili & ineffabili beatorum spitituum exercitu. Vnde & ipse qui viderat, quia maiorem nomerum non inuenit; *Millia*, (ait,) *millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei:* Quanta ergo cum reuerentia, quanto cum timore, quanta illuc cum humilitate accedere debet à palude sua procedens, & repens, ranuncula vilis? Quàm tremendus, quàm supplex, quàm denique humilis, & sollicitus, & toto intentus animo majestati glotiæ in præsentia Angelorum, & concilio tostotum, & congregatione, assistere potetit miser homuncio?] *c. 25. §. 17.* *serm. 25. de diuers. c. 25.*

Mirum videti non debebit, exigi à Christianis vt summam reuerẽtiam exhibeant templo, tanquam domui Dei, & Cœlo terreno, Dei inhabitatione, & Angelorum assidua frequentatione sanctissimæ, cum Iudæi adeò reuetenter se habetent erga templum Hierosolymitanum, quod erat illis vnicum; & Ethnici quoque, erga dæmoniorum delubta omnem obseruantiam proderem. De Iudeis, tes est notissima; quandoquidem vbicumque degerent obuertebant vultum ad remplum, vt constat ex facto Danielis, ter in die precãtis cõuerso in templi regionem vultu. Mos quidem antiquus eorum ferebat, intta templi septa obnertete vultum ad Occidentem, inter peccandum: Extra templum verò, conuetti ad Otientem, vt constat feciſſe Essenos. Tamen ex quo templum fuit conditum, religiosius duxerunt conuerri ad illud, ex quacunque regione, absque tamen lege vlla ad hoc adigente, & libertate retinendi antiqui titus extra templum, precãdi ad Orientem, vt Serarios rectè censuit, & Ioannes Bapriſta Bellius dia tribu de templo augurali: Sed tanta tenebantur templi teoetentia, vt motem vererem ab Ægyptiis petitum vt Plutarchus tradit, deserendum sibi censuetint. Prodit eorumdem Iudæorum erga templum suum intensissima studia, quod

l. 5. min. c. 5. c. 19.

lib. de Isid.

ve

vt ex Philone ac Ioſepho conſtat, tanta eum anxietate templi inhonorationem quamcunque auertere ſategerunt, parati faculatum ac capitum aleam ſubire, potiùs quàm inferri aliquid in illud paterentur, vnde quippiam de ſumma reuerétia loco ſancto debita decederet. Imo eorum aliqui citra fundamentum reuerentiæ templo cui ſentaneæ, fatuabantur; exiſtimantes Deum finibus templi cõcludi. Ita enim Iudæis tribuunt S. Hilarius, S. Hieronymus, & S. Cyrillus: Quanquam S. Chryſoſtomus, ſolis Samaritanis à vero Iudaiſmo apoſtatis, eam dementiam adſcribit; eóſque poſtea æmulati ſint in eo craſſo ſenſu Ebionæi, dimidia ex parte Hebræi referente S. Itenæo. Vt vt ſit, etiam ſimpliciter dicti Iudæi craſſo illo errore concluſionis. Dei intra templum non laborantes, templum reuerebantur exquiſitiſſimè; & ex eo templi cultu ſecuritatem ſibi adnexùs quæcunque ingruentia diſcrimina ſpondebant: vnde illa eum epitaſi per verba mendacij apud Prophetam iactatio. *Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Nempe apud nos, quod venerabundi frequentamus, cuius limina aſſiduè terimus omni adhibito religioſæ obſeruantiæ officio. Hinc nobis tutelã & præſidium aduersùs omnem hoſtilem incurſum ſpondemus. Non malè, niſi hæc fuiſſent verba mendacij, vt Propheta ea vocauit, & niſi vita exlex contra externam cultus ſpeciem prohibuiſſet teſtimonium euanidæ pietatis. De recẽtiorib⁹ quibuſdam Iudæis à templo pridem euerſo extorribus, ſcribit Benjaminus Tudelenſis, cum Synagogam ſubirent: exuiſſe veſtes quibus alibi vtebantur & induiſſe peculiares, in eum duntaxat vſum comparatas. Hi ſi adeò reuerentur imaginem templi imperfectiſſimam qua ſola potiuntur, quid templo facerent, ſi ſtaret & illud ſubire concederetur?

Ethnicorum verò erga ſua templa (veriùs dæmonum ſpelæa,) religio omni ex parte micabat. Nam & immunita profus eſſe volebant, ita vt vbiuis eſſent aſyla; quod Anaſtaſius Germonius apud omnes gentes viguiſſe obſeruat & quàm reuerenter in eis ſe habebant. Ins aſyli templorum Ethnicorum, præ eorum reuetensia conceſſum, illuſtrant pluribus, idem Germonius & Couarruuias atque Serarius; omnea poſt Alexandrum Neapolitanum, ac Ludouicum Cœlium. Athenienſes in templo Herculis celebre aſylum ſtatuerunt, quod Papinius ſcitè deſcribit. Romaios ſimile erexiſſe in templo pacis, ait S. Thomas: Alij tamen aſylum Romanum alibi ſtatuunt, vt videre eſt apud Alexandrum donatum. Quam litem, noſtrâ non refert hic diſceptare: ſed ſatis nobis in præſentia eſt, annotare, ins aſyli, & Romæ, & alibi, templo cuipiam delatum, omni accuratione adhibita fuiſſe ſeruatum; vſque eo vt (referente Themiſtocle,) cum Panſanias perduellionis reus confugiſſet in Mineruæ templum, & in domo quæ pars templi erat, ſupplex ſederet, non ſint auſi ephori, reum nocentiſſimum inde abſtrahere, ne loci religio violaretur: Sed muro oſtium obſtruxerint, & tectum amouerint, ſicque expoſitum cœli iniuriis, fame per cuiuſnis alimenti ſubductionem, deduxerint ad extrema, donec agnoſcentes mox animam efflantem eduxerunt, è delubro; ne ſi ibi moreretur, locum ſanctum morte ſua contaminatet. Qua artificioſa ſuperſtitione, quantum templi religioni deferrent, demonſtrarunt; ac vt ſcitè dixit Encherius, etiam in loco perditionis, apud ſe eſſe immunitatem, teſtatum fecerunt. Ex quo Eucherius egregiè eruit, quanto magis templorum immunitas inter Chriſtianos inuiolata eſſe debeat. Res præterea templis creditas, Ethnici omni ſecuritate donabant; ita vt teſtetur Dio Ptoſæus, auri & argenti immenſam vim, in templum Epheſiorum illatam, etiam in bellis, & capta ſæpè ciuitate, intactam ſemper ac inuiolabiliter omni ſecuritate, & indemnitate eſſe potitam.

Iam quàm reuerentet ſe haberent Ethnici in templis ſuis, ex Poëta diſcimus, qui locum Pico, minuto numini, factum memorans, vocat *horrendum ſyluis, & religione parentum*: vbi Seruius *horrendum* interpretatur *venerandum*, ac ineutientem reuerentiam. Nã etiam in ſacris litteris (vt notat Fernandius) quod tenerentiam incutit, & ſancto horrore percellit, denominatur *horrendum*. Et Græci Patres eodẽ ſenſu, paſſim vocant *horrenda myſteria* quæ oſtris altaribus ioferuntur. Horrẽda itaque templa, & ſacra loca cenſebant Ethnici, eo quod crediti (etiamſi falſi,) numinis illic habitantis præſentia, omnem reuerentiam depoſcerer. Ibi verbis parcebant, idque ſonabat illud ſolẽne *fauete linguis*, vt Seneca bene expoſuit. Ibi irrogata iniuria longè grauior; & multo acerbius multãda cenſebatur, vt ferebat lex, prolata apud Fabium [lex dicit, qui in templo ioiuriam fecerit, decem millia denariorum det, ei cui iniuriam fecerit, decem millia ciuitati, &c. An verò iniquum videri poteſt, eũ qui in templo pulſauerit, decem millia ciuitati date? quid enim magis in illa Republica curari obſeruarique par eſt, quàm religionem? ſanè petulantia alijs locis, mediocrem habeat reprehenſionem. In templo verò in quo verbis parcimus, in quo animos componimus, in quo iacitam etiam mentem noſtram cuſtodimus; pulſare velut in ſolitudine aut ſecreto quodam, non eſt ferendum. Dic nunc, ignominioſus erat, ſed in templo: eapris vrbibus, vis hoſtium ac metus, religione tẽplorum defenditur. Qui iam arma ferre non poſſunt, qui ſalutem ſuã tueri fuga nequeunt citea aras iacẽt.] Præ tanta igitur loci ſanctitate & debita ei ſumma reuerẽtia, meritò cenſebant augeſcere paratam ibi pemlantiam, & multo grauiua plectendam videri, & idciteo intrabant templa compoſiti, & ad omnem ficti modeſtiam; præſertim cum viderent factos miniſtros ſuos, nudipedes obire omnia in templo miniſteria, vt Procopius notauit. Quod tametſi in templo Dei à Sacerdotibus obſeruatum ad varias motales cauſas varij referunt, cum Philone eaſque nominatim, quas multiplicant Patres & Interpretes, exponẽtes iuſſum diuinum datum Moſi accedenti ad rubum, de ſoluendis & abiiciendis calceamentis; (Latè eas adducit Fernandius & Cornelius) Tamen quæ probabiliſſima videtur, ſpectat reuerentiam templo debitam ea calceorum detractione teſtãdam: ſe enim (eo præſertim loco) Dei mancipium profitetur qui in domum eius procedit nudipes. Olim quippè ſerui, vt ſubiectionẽ ſuam reuerentiámq; erga dominos teſtarẽtur, nudis pedibus iocedebant. Sicut è contrario calcei in argumentum dominatus aſſumuntur, iuxta illud *in Idumæam extendam*

Templo debita.

lib. 3. de nat. Eccl.

cap. 31.

Æneid. 7.

viſione 2. fol. 8.

l. de vita beata c. 2.

dicta c. 265.

in c. 3. Exodi. lib. de viſitat.

viſione 6. com. 3. fol. 2. Exod. 3. v. 5.

2. de Trinit. ſub finem. in c. 66. Eſaiæ. lib. 2. in Iulia. hom. 32. in Ioan. l. 2. in Iul. hom. 32. in Ioan. l. 1. c. 26.

In itinerario pag. 41.

l. de ſacror. immunit. c. 15.

2. Mac. c. 2. in c. 20. Ioſue 9. l. 1. gen. c. 23. l. 23. c. 1. l. 12. Theb. 2. de regim. princ. c. 16. l. 2. de vrbe Roma c. 10. epiſt. 3.

§. II. Reuerentia

dum calceamentum meum, mihi alienigena subditi sunt Ob subiectionem igitur Deo, ac reuerentiam erga domum eius testandam, Ethnici Mystæ, nudipedes in templo erant, vnde populi ad reuerendam templo (falsi licet numinis,) deferendam excitabantur, seruantes Pythagoræ dogma *nudis pedibus sacrificæ*. Ex eo porrò antiquo Ethnicorum more, Maori & Saraceni templa sua non subeunt nisi nudipedes, & augescebat in eis reuerentia, contuitio simulachrorum, quæ in templo visebantur, & fusa sæpè in ibi oracula, iuxta illud Senecæ. [Pythagoras air, alium animum fieri intrantibus templum; Deorúmque simulachra ex vicino cernentibus, & alicuius oraculi opetientibus vocem.]

Epist. 94.

Attripio extremas has voces, ad stimulandos Christianos vt Dei domum debita eum reuerentia subeant, saltémque erubescant non præstare in domo veri Dei quod exurtes luminis fidei, præstabant in spelæis dæmoniorum. Nam in templo Christiano Deus vetus sua ad nos fundit oracula. Quid si verò Prisci Galli Christiani, ædes sacras nominabant *oracula* hac de causa. Sic in edicto Guntramni Regis, memorantur *templorum oracula*. In quibusdam corruptis editionibus Conciliorum, quibus edictum illud exhibetur, legitur *temporum oracula*; cum legendum sit, *templorum*, vt constet sententia. In lege item Pipini, sacræ ædes appellantur *oracula*; nec est nouum, vt vox *oraculi* sumatur pro loco in quo dantur responsa diuina. Nam id planè sonat vox *oraculi* apud Plinium, & quoties dicimus *oraculum Delphicum* vel *Hammonium*, aliáve loca huiusmodi, longo agmine recensita à Bulengero, toto libro de oraculis. Igitur templum hoc sensu, à priscis Gallis videtur denominatum *oraculum*, quia Deus in templo sua nobis fundit responsa; Ad quod supponitur Deum degere in templo; neque enim responsa daret, si abesset. In eo item sensu S. Benedictus referente S. Gregorio Cassini euerso idolo & ara dæmoniaca, fueci fisque lucis adhuc tunc superstitibus, [in ipso templo Apollinis, oraculum Beati Martini ædificauit. Vbi verò ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum S. Ioannis construxit.] Non benè Baronius mendum eauatus, legendum vult *oratorium*: Genuina quippè lectio habet *oraculum*. Eamque lectionem firmant varia loca Anastasij. Nam in Paulo I. ait, eum foris muros oraculum construxisse in honorem B. Mariæ: & in Leone IV. refert constructa ab eo oracula SS. Petri atque Martini. Item Paulus Diaconus agens de cultu sancti Ioannis Baptistæ per suos Longobardos, sic eos inducit loquentes. [Pollicemur illi omni anno in die Natiuitatis, de nostris facultatibus, transmissuros honorificè ad oraculum eius, vt per illius interpellationem habeamus iuuamen D.N. Iesu Christi.] Sunt ergo Christianis templa pro oraculis, in quibus Dei voces excipiũt: si igitur Ethnici (vt ex Seneca alebam) in templis quasi in oraculis tanquam in numinis præsentia astabant, summa cum reuerentia, quanto congruentius est, Deum verum in suo templo audituros, astare illic cum omni reuerentia, & sancto horrore? Eóque magis vrget nos ea ratio, quod in hisce nostris oraculis, nihil nisi sanctũ & purum & Deo dignum occurrit; contra quàm in templis Ethnicorum, de quorum oculris dedecoribus, alibi actum est, ex S. Cyrillo, Ruffino, Iosepho, Egesippo, atque Minutio. Quod verò inter oracula Ethnica celebertimum erat, (Pythium inquã) adeò propudiosum erat, vt spurciloquia potiùs quàm oracula in eo funderentur, quandoquidem nuda mulier insistens tripodi, diuaricatis crutibus per loca muliebria spiritum fatidicum excipiens, in eodem responsabat, eum summa honesti cõtrucidatione. Proh fœditatem! Non sunt eiusmodi, oracula Christiana, sed vndecumque purissima & nitentissima. Nam eriam Deus noster non est sicut Dij eorum, & inimici nostri, sunt iudices.

de febris frequent. c. 8. pag. 248.

Ex disputatis toto hoc §. colligitur, quanta fuerit impietas non hæreticorum duntaxat tẽpla ritu Christiano initiata nihili facientium, sed etiam quàm ad eos accedant qui se Christianos dicunt, & tamen sunt templis itreuerenter, & domum Dei habent pro domo profana. Valdenses (de quorum stirpe sunt Caluinistæ & vniuersæ nouellæ propagines sectariorum,) templa materialia contemnebant: sic enim de eis Ebrardus. [Quas Beatissimi Patres, Apostoli, & Doctores instruxerunt Ecclesias, hi destruunt; nec iam Ecclesias vocant, sed *spelúncas*, & quod dictu horribile est ac audiro, verbis inhonestis ac etiam execrandis, Ecclesias ac Ecclesiarum Pastores & eorum vestimenta, altaria & vasa, contaminant sacrosancta.] Agens aduersùs eosdem Valdenses Bernardus Abbas fontis calidi, de iisdem ait. [Domum Dei, (domum vtique orationis) contemnentes, malunt orare in stabulis, vel in cobiculis, seu in thalamis, quàm in Ecclesia; & ad maiorẽ contemptũ mulieribus & infipientibus persuadere uiuuntur, non esse Ecclesiam, nec sic debere votari.] Eadem habet tertius eorum exagitator Ermengardus. Proferuntur ab eis aliqua scripturta donantes templa materialia nomine *Ecclesiæ* eo quod in eis eõgregaretur cœtus fidelium, Nomen quippe *Ecclesiæ* sonat congregationem: In scripturis igitur quas Auctores prædicti cõgerunt, non solùm congregatio fidelium nominatur *Ecclesia*, sed etiam locus corporeus. In qua ea fidelium congregatio ad precandum Deum, & obeunda Christiana sacra conuenit. Et num hanc Ecclesiam contemneret, interrogabat Apostolus Corinthios illos, qui in ea petinde ac in profano loco instruebant conuiuia, cum diceret, *numquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?* vtique manducando & conuiuãdo intra eam. Nam comedere in alia Ecclesia siue in congregatione Christianorum, (si aliud non esset) reprehensione vacaret, vt benè argumentatur laudatus proximè Bernardus: imo esset laudabile eum fidelibus eibum sumere. At in domo orationis quæ est Ecclesia manu facta & corporea, conuiuia instruere, est verè eam contemnere, & tanquam profanam habere.

l. contra Vald. c. 4.

c. 12.

c. 8.

Nou erant hæretici, hi Corinthij quos Paulus contemporeæ Ecclesiæ insimulari posse significat, quia faciebant in ea actus secundùm se quidem indifferentes, sed tamen cum reuerẽtia loco sancto debita non cohærẽtes. Eadem verò reprehensio cadit in Catholicos illos qui contra debitam loco sancto & domui Dei reuerentiam, sedent in eo non secus ac domi suæ facerẽt aut in loco planè profano. Est ea irreuerentia participatio spiritus hæretici Valdensium, quem in se viuere probarunt Caluinistæ, anno præsertim

tit. 3) de ecclef §. 1.

l. 12 c. 23.

c. 3. vita.

l. 40.

præsertim 1562. quo furor eorum in templa omnia Galliarum ex condicto exarsit, sic permittente Deo ad eluenda dedecora quæ mihi admiserant plerique irreuerentes Catholici, in quibus fides mortua erat, & pietas sopita, ne dicam extincta. Non reticuit hanc causam euersionis & sacrilegæ deprædationis tot templorum per hæreticos eo quem signabant anno immanitet patratæ scriptor eruditissimus, qui pleno commentario eam templorum vastationem descripsit Claudius Sanctesius.

§. III.

Alterum fundamentum de reuerentia necessaria inter assistendum Christiano sacrificio.

SEges ad disputandum tam plena támque copiosa ex hoc campo colligi potest, vt non sit in feracissimo argumento timenda ieiunitas, quantum quidem est ex parte argumenti. Itaque seligam duntaxat hoc loco pauncas spicas ex ijs quæ vbertim in opere de candelabro sancto ad Eucharistiam aptato sunt propositæ, easque nonnullis postea annotatis illustrabo.

lib. 2. c. 17.

Ac primùm, quia iuxta Socratem (vt Epictetus apud Arrianum auctor est,) principium eruditionis est intelligentia vocabulorum; vt propterea Rufus Ephesius ante omnia suadeat, præmittendam esse vocabuli notionem, argumentum in hanc rem petam ex omnium maximè pro trito sacrificij Christiani nomine, quod est *Missa*. Non me latet quàm varient circa illud sententiæ: quibusdam esse nomen Hebræum contendentibus Democharæ, Batonio, Genebrardo, Altiato, Adricomio, VValtero: Alijs tamen placet esse vocem Latinam à *missione* siue *demissione* populi deriuatam, passim enim apud veteres, *Missa* truncatu tantisper cortice vocabuli, pro *missione*, siue *dimissione* dicitur, sicut *proba* & *collecta*, pro *probatione* & *collectione*, vt notarunt ad Cassianum, Claconius & Gazæus; Approbarunt hanc notionem vncis, *Missa*, Alanus & Henriquez, sed maximè Maldonatus, & mihi non displicet, vocem *Missa* Latinam agnoscere, & à missione derivatam. At non à *missione*, quæ idem sonet quod *dimissio*, sed à *missione* quæ idem sit ac *transmissio*. Pro qua notione & notatione, vocis *Missa*, certat latè Vgolinus & insinuatur à Petro Cluniac. cum agens de primis Carthusiensibus, ait; [salutare omnipotenti Deo pro salute sua ac mundi sacrificium offerunt, quod ex vsu iam veteri, tractu nomine, quia Deo mittitur, *Missa* vocatur.] Est ergo sacrificium nostrum *Missa*, quia mittitur tanquam legati missi siue legari ab hominibus ad Deum accedentis, & ad commune negotium cum eo delegato agendum, offerentis ei munus supra omnem æstimationem acceptum; nempe Christum ipsum in statu Sacramentali. Vnde vrgentissimũ incentiuũ reuerentiæ ab assistentibus præstandæ infertur. Euoluamus singula.

Cæna 3. c. 43 in omnia ss. l. 2. de instit. c. 7 & l. 3. c. 12. l. de missa, c. 24. l. 2. c. 10. n. 3. in opera de pag. 3. de potest. Eccl. c. 9. §. 2. n. 4. 2. noir. c. 28.

Sacerdotem sacrificantem ritu Christiano, fungi legatione ad Deũ pro vniuerso humano genere, tradit disertè Autor Latinus Homil. de Adam & Eua, tributæ S. Chrysostom. & apertè quoque, genuinus Chrysost. inde etiens cuiusmodi esse debeat Sacerdos & quam personam

l. 6. de sacerd.

sustineat [Enim (inquit) qui pro ciuitate tota, quid dico ciuitate? Imo verò pro vniuerso terrarum orbe, intercedit, deprecatúque apud Deum, vt hominum omnium non viuentium modò, sed etiam mortuorum, peccatis propitius fiat, qualem quæso esse oportet? Equidem neque Mosis neque Eliæ fiduciam, satis vnquã fore putauerim, ad huiusmodi supplicationem peragendam; quandoquidem quasi mundus illi vniuersus concreditus, atque adeo omnium sit pater, sic ad Deum ipse accedit, deprecans quidquid vbique bellorum est, extingui turbas solui; atque in horum locum, pacem ac felicem terum statum succedere: denique celerem malorum vnicuique imminentium, quã primatim, quã publicè defunctionem postulans] Eumdem esse sensum vniuersæ Ecclesiæ ab eius constitutione, prolata immensa vi testimoniorum, confirmat Pamelius & Interpretes ad cap. 2. Epistolæ primæ ad Timoth. nec non qui de mysterijs scripserunt. Omnes quippè vnanimiter tradunt, eum S. Chrysostomo, Sacerdotem ad altare agere communem omnium aduocatum & procuratorem omnis boni, generaliter omnibus hominibus in orbe terrarum, & obire legationem ad eum pro vniuerso orbe terrarum, pro sacro ordine, pro Regibus & Consulibus terræ, pro plebe fideli, nec omittere infideles. Ac primùm spectat ea legatio conciliationem numinis. Est enim Missa sacrificium propitiatorium. Nimirum diuina maiestas ab homine indignissimè violata, iustas Dei iras emouerat, vt pluerent in genus humanũ bellum suũ. Cum ergo non posset nos ei resistere, & bellantem sustinere, legatione Missa placandus fuit, & rogandus ea quæ pacis sũt. Hoc facit Sacerdos in Christiano sacrificio sustinens personam publicam & agens causam vniuersorum, Guillelmus Parisiensis, hanc personam tribuit Christo, nimirum principaliter; sacerdoti autem ministerialiter, quod verũ est, nec obstat iis quæ diximus.

Reuerentia Sacerdotis.

1. liturg. Lat. facsimile 2. à pag. 56.

hom. 77. in Ioan.

l. de Euchr. c. 2. & in reper. dist. 2. §. & 33.

Non est tamen ea Dei placatio per hanc hostiam transmissam, totum munus huius legationis & sacrificij Christiani. Sed cum, (vnũ licet ac singulare) omnibus antiquis sacrificiis conferendum, & omnium partes sustineat, vt disertissime tradit S. Augustinus & S. Leo; veterum autem sacrificiorum, aliqua quidem essent propitiatoria quæ dicebantur *pro peccato*, alia autẽ essent in gratiarum actionem, necnon ad protestationem fidueiariæ clientelæ licet homagij Deo debiti, aut ad exorandum aliquod bonum, vel auertendum aliquod malum; hanc varietatem hostiarum vna Corporis & Sanguinis Domini implet oblatio; ita vt Deus legalium differentium hostiarum vnius sacrificij expleat oblatio perfectione sanxisse dicatur ab Ecclesia in oratione quadam. Videndus Petrus Cluniacẽsis agens contra Petrobusianos & ex recentioribus Cardinalis Alanus libro de sacrificio. Est ergo sacrificium nostrum seu Missa legatio nostra ad finem exhibẽdi Deo cultum externum in spiritu & veritate. Item ad sanctificandum & glorificandum nomen sactum Dei, præterea ad recordationem immensitatis beneficiorum quibus nos præuenit ac etiam obruit in dies. Insuper ad pensitationem quotidiani tributi pro accepta ab eo natura & innumeris bonis supra naturam; ac denique ad recognoscendum supremum eius in omnia dominium. Ex

l. 7. civit. c. 20. sessione 2.

ad quam tum articulum c. 25.

§. III. quo colligitur, vno hoc sacrificio exhiberi Deo summum ac perfectissimum cultum qui possit exhiberi ab homine. Imo hoc vnico obsequio, plus coli & honorari, fructuosiúsque inuocari, quàm vllo alio externo officio siue Sacramentorum, siue operum nostrorum; puta ieiuniorum, eleemosynarum, aut aliarum quarumuis rerum per quas Deus coli à mortalibus potest. *supra. c. 26.* Nec vetetur Alanus affirmare, plus sanctificationis & glorificationis ad singula administrationum momenta diuinę maiestati hoc Eucharistico sacrificio, & legatione honoraria defferri, quàm ab omnibus reliquis actibus aut hominum aut Angelorum prouenire queat.

Inde œstrum illud dæmonum in Missæ abolitionem, non modò ætate nostra per Sacramentarios & Caluini gregales, sed etiam iam olim per Iulianum Apostatum, teste Chrysostomo in sanctorum Iuuenrini & Maximi encomio: & in sæculi meta per Antichristum: E contrario, conscia huius summi honoris Deo per Liturgiam nostram exhibiti, columna veritatis Ecclesiæ; cum reliquum omnem cultum pietati fidelium permittat, ad hunc tamen diebus Deo colendo addictis, (cuiusmodi sunt Dominicæ & Festa,) obstringit fideles graui obligatione ad assistendum Missæ sacrificio. Voicum enim fundamentum necessariæ fidelium orationis ad colendum Deum in hoc mysterio provt sacrificium est, collocatur, vt Alan. *cap. 2. 7.* supra rectè disserit, obseruans idcirco ab Ecclesiæ erectione, destinata fuisse publica loca ad conueniendum, in finem colendi numen per huius sacrificij celebrationem, vt Act. 20. *apol. 2. l. 21. Ioan. c. 58.* habetur, & ex Iustino, ac Cyrillo Alexand. passimque ex alijs. Nec enim conuentus habetur præsertim ad communicandum, cum possent ex vsu tunc recepto domi communicare ex præsanctificatis; sed causa præcipua conueniendi vna Sabbathi, (hoc est Dominica die,) erat sacrificij celebratio, ad quam idcirco pertexere fideles cõuenire, etiam postquàm refrixit frequens Sacramenti perceptio; gnari Ecclesiam ad hunc duntaxat cultum obstringere *in 4. d. 24. q. 6. concl. 2.* suos ex graui obligatione statis diebus. Itaque eum in festis, adesse vesperis aliísque horis Canonicis liberum sit, tamen adesse sacro est necessarium; ita vt vel vnica omissio sit peccatum mortale, vt habet communis sententia. *2. 2. q. 3. p. d. vlt. & tract. 2. de relig. l. 2. c. 15. num. 9.* latè confirmata à Suarez. Et cum aliqui inter quos Maior, satis otiosè auctores fuissent, vt in euentu quo aut Missa, aut concio omittenda esset, potiùs omitterent Missam, iure explosi sunt, vt dixi tractans anomalias concionũ, quia opus consilij non est anteferendum operi quod est necessarium ex præcepto. Præterea religionum fundatores, conscij quanta glotia Deo redundet ex eo sacrificio, & quam consentaneè ad satisfaciendum plerisque nostris erga Deum debitis illud frequentent, præscripserunt suis *c. 10. c. 1. constit.* vt quotidie sacro interfint. Ita Carmelitæ in regula & Prædicatores, qui dicunt irreligiosum valdè esse, quod frater quotidie, (maximè *l. 2. conf. c. 58.* quando est in domo) Missam non audiat. Camaldul. negant vlla de causa prætermittendum sacrum quoridie, etiam conuersis & commissis. *p. 1. conf. c. 8.* Clerici regulares idem statuunt de quibusvis suis, & exrendunt obligationem ad Sacerdores, *p. 4. c. 4. §. 2. n. 4.* quando sacrum non faciunt. S. Ignarius quotidianam sacri audirionem suis mandauit. In summa, omnes religiones idem accuratè iudicunt & obseruant. Imo vix est vllus honestus sæcularis, præsertim vbi & est commoditas sacerdotum per copiam Sacerdotum, qui religioni non dicat, omittere diebus, professis audrionẽ Missæ; eumque vlem non censeat infaustũ quo sacro non assistit, si possit. Non quod absurdè *4. p. opusc. de extr. vn. script.* cum aliquibus apud Gersonem, certam sibi spondeant ea die prosperitatem, & malorum auerruncationem; sed sed quod piè confidant beneficio huius sacrificij, Deum sibi propitiũ ac fauentem fore. Ex his igitur liquet, de scopo & summo momento legationis publicæ, quam Sacerdos obit in Christiano sacrificio.

Moris porrò est receptissimi, vt legarus, et ad quem legationem obit mulcendo ac deiiniendo, munera præferat. Talia Indi Augusto *in Augusto. l. 15. l. 2.* miserunt ex Zonara, & eidem Porus ex Strabone. Alexandro autem legati Indorũ apud Curtiũ, præter autum & ferrum candidum, leones miræ magnitudinis, & tygrides, vtrumque animal ad mansuetudinẽ domitum. Multa in hoc *l. de legato. c. 69. c de legato c. 24 de legation.* genere vndecunque collegit Paschalius & Ioannes à Cochier, & vtroque anterior Conradus Brunus. Neque hoc ornamentum, & illecebra pacis conciliandæ deest legationi de qua agimus. Imo munus quod in ea offertur placãdo & mulcendo Deo, est iusinties pretiosum supra omnia per quoscumque legatos exhibita munera. Est enim Christus ipse, qui hoc sacrificio offertur, ad quem quid omnia terrena? *lib. de Christo.* quãdoquidem Philo, vel si aurum omne quod in terra est, omnes vniones, ac gemmæ, acerua rentur, negat idonea esse posse ex quibus congruum efficiatur throno Dei suppedaneum. Hoc margaritum pretiosum, (vt appellat Greg. Nyssen.) margaritum tugeus sactati corporis agni (vt vocat Fortun.) pretiosissima margarita iuxta Cellens. vilibus licet panois accidentium inuoluta. Sic inuolutus Christus, est *manna* illod *absconditum quod frangit iras* de quo Salomon Prouerb. 9. vt eum locum accommodat Magnus Albert, ae Turtecremata. Græci hac ex causa sacrificium hoc nostrum vocant *prosphoran* vt ex aliquot Theologi locis contra exerrationes Leunclauij rectè expositis monstrat Iacobus Billius Variorum ad id loca collegerunt Arcudius, & Socolonius. Sæpè item Græci eodem sensu sacrificium incruentum vocant *anaphoran*: non ab eleuatione tantùm; quia in eo, ex ritu antiquissimo admonetur populus vt sursum cor habeat ad Dominum; idque vnusquisque saragit præstare; & quo vno effectu voceem *anaphoræ* sacrificio aptatam, deriuare videtur S. Anastasius Sinaïta: neque *Orat. de symbo. carm de offic. Missæ.* item ex eo quod hæc diuina munera efferantur supra omne quod terrenum est; quò Hildeb. refert anaphoran siue eleuationem quæ fit post vtriusque materiæ consecrationem ex vsu antiquissimo, & ab ipsis Rabbinis apud Psaltem deprehenso, vt monstrat Gatenus & varij apud Pinedam. Non inquam, ijs tantùm de *classe 9.* causis sactificium nostrum dicitur *Anaphora*, *l. de Salom. c. 20. f. 16.* sed etiam (& quidem præsertim,) quia in hoc sacrificio Christus sursum mittitur à Sacerdote, munus acceptissimum, hoc est ipsum Christum Deõ offerente. Latini voce idem reipsa sonante; sacrificium inernentum vocarũt *oblationem*: de qua huius vocis notione diligenter Pamelius ad Tertullianum & Gretserus *l. de cultu sanct. n. 63. c. 30.* excutiens Iunij notas in Tertullianum, cui *offerre* absolutè idem est ac *sacrificare*.

Obit

Obit ergo legationem ad Deum Sacerdos, in Christiano sacrificio siue oblatione simpliciter & antonomasticè dicta, quod intelligo de offerente & sactificante visibili atque conspicuo. Cæteroqui eoim Christus Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec, est primarius offerés in hoc sactificio, non tantùm quia fuit eius institutor, & ipse primus sacrificauit, sed primam Missam celebrasse communissima est Patrum sententia referente Alano, ac multis confirmante Bellarmino atque Ægidio qui cẽset esse dogma fidei.] Neque etiam tantùm, quia Christus suum illud factum voluit io posterum esse Ecclesiæ pro lege, mandás Apostolis & eorum sotcessoribus Sacerdotibus, vt quod tunc fecerat, ipsi quoque in eius memoriam facerent, quod de præcepto sactificandi accepere Patres apud Stephanum Durantom, & declarauit Tridentioum. Non igitur ob has tantùm rationes, Chtistus dicitur offerre seipsum ac sactificare eum Sacerdote, sed etiam quia io quauis sactificatione Christiana, est offerens primatius, vt sæpè admonet S. Chrysostomus, anouitque Conciliom Tridentinum inde inferens hanc oblationé, oullius ministri nequitia inquinati posse, ita vt Deo oon sit acceptissima, eo quod offerens primatius sit Chtistos ipse, quem constat vsquequaque impollutum & sanctum esse. Ipse ergo est, qui actu per Sacerdotem offert, quatenus Sacerdos coospicoos in eius persooa operator, iuxta illud Petri Blesensis carmine de Euchatistia.

Quidquid Presbyteri sacrat admirabile votum
Nil aliud sacrifex est quàm Christi simulachrũ:
Sic Christũ Christus offert homo victima factus.

Id volebat S. Chrysostomus cum cóiestabatur: [Non sũt humanæ virtutis hæc opera quæ tũe in Cœna vltima, fecit, ipse nũc quoque operatur & perficit. Ministrorum nos ordinẽ tenemus. Qui verò ipsa sactificet & transmuret, ipse est, &c. Hæc enim non alia mensa est, hæc nulla re minor quàm illa est. Non enim illam Christus, hanc quisquam homo fecit, sed vtramq; ipse.] Iterantur, hæc ipsa alibi, & additur à Chrys. [Tu laïce eum Sacerdotem videtis offerentem, non vt Sacerdotem esse putes, hoc facientem, sed inuisibiliter Christi manom extensam.] An non hoc ipsum est quod in actis S. Vdalrici Episcopi Angustani legitur [in ipsa soléoi die Paschæ, multa fratrum caterua astaote, dum sanctus Sacerdos diuina celebrater mysteria, dexteta quædam apparuit superna quæ eum ipsius dextera, diuina sanctificauit Sacramẽta.] Idé S. Martino contigisse, tradit Fortunatus ex testimonio Arborei Præfecti. Ita ipse l. 4. vitæ sancti viri. Aliud est, quod de manu benedicẽtis cũ S. Euortio sacrificãte proditur in eius vita c. 8. & quod in actis S. Arsenij, cũ agitur de errore senis citea Eucharistiam erranté, & per duos alios probatos senes ad veram fidem tradocti, dicitur quod ex condicto post precer octiduanas venerunt ad Ecclesiam, ibique insidentes fasci sci tpeo, intenti erant io sacrum minusteriom. [Aperti sunt autem intellectuales eorum oculi, & qoando positi sunt panes in altari, videbatur tribus illis tantummodò, tanquam puerulus iacens supet altare: & cum extendisset Presbyter manus vt frangeret panem, descendit Aogelus de cœlo, habens cultrum in manu, & sacrificauit poerulum illom, sanguinem verò eios excipiebat calice.] Angelus ille (vt sæpè alias) Dei vel Christi persoham ferebat, sactificantis principaliter eum Sacerdote. Non debet videri mitũ quod Christus dicatur principalis executor sactificij Christiani: nam præter coocursum Physicum ad consecrationes binas quibus sacrificium petficitur (quem concursum confert Christus,) interpooit ipse qooqoe manum in hoc sacrificio, quatenus Sacerdotis actionem, ordinat ad supremum Dei cultum & intetcessionem pro nobis. Quod noo tantùm fecit cum hoc sacrificium institueret, offerens iam tune Dèo omnia sacrificia; vt piè coniectat Ægidius Coninck; sed etiam idem actu præstat in singulis planè sactificiis, cũ peragontur, vt rectè statuit Suates, & ei insistens Lucas Pinelli. Neque verò, Christo est difficilè sametsi distet à tot Sacerdotibus per tot loca & diuersa tempota sacrificantibus, velle ad eum modum per omnes sactificaotes, Deum colere, & supremum eius dominium recognoscere, sicque demonstraiot sempiteroum habere sacerdotium.

Secundũ Christum, Sacerdotem primatium, obit legationem ad Deum qua præmitrebam contineri sactificium Christum, Sacerdos, & quotquot ei sacrificanti assistunt. De Sacerdote id iam monstraui ex Autore homiliæ de Adam & Eua, & ex S. Chrysost. patétque etiam ex Apostolo agnoscoote Sacerdotes constirni pro hominibus in ijs quæ sunt ad Deum & esse ministtos Christi ac dispensatotes mysteriorum Dei. De assistentibus Sacerdoti sacrificanti, quod ipsi qnoque aliquatenus sactificent & compleant Sacetdotis legatiooem, suadetur quia Canon Missæ, quam Coocilium Tridentinum docuit carere errore, id affirmat. Nam in eo Sacerdos sic loquitur: *Pro quibus tibi offerimus, vel tibi offerunt:* Quod secundũ de assistentibus Sacerdoti accipiont Petrus Dam. Innocentius, Alcuinus, Albertus, Odo Cameracens. & Steph Ednenss, assignati à Stephano Durantio. Adscribuntur Tolet. Bellarm. Suates, Turrianor. Alium loeum Canonis in hanc tem proferi Petrus Dam. qno dicitor; *Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cuncta familiæ tuæ, quæsumus Domine, vt placatus accipias.* [*Quibus verbis luce clarius constat, quia sacrificium quod à Sacerdote sacris altaribus superponitur, à cuncta Dei familia generaliter offeratur.*] Verba sunt Petri Damiani. Nec dissimilitet Guerricus, qui prolocutus de virtutibus Sacerdoti sacrificanti oecessarijs, addit. [Neq; eoim eredere debemos quod soli Sacerdoti supradictę virtutes sint neceffariæ, quasi solus conficeret & sactificet eorpus Christi; Non solus sactificat, non solus conficetat; Sed totus conueotus fidelium qui astat, cum illo conficetat, cum illo sacrificat. Nec solus ligni Fabet facit domum, sed aliur virgas, alius ligna, alius trabes, &c. compatat. Debent itaqoe astantes habere de suo, sicut & Sacerdos.] Offetunt ergo vt sactificent cum Sacetdote, qui facto assistont: non quod alij extra Sacerdotem validè conficerent, vt ex his, aliisque affinibus loqoendi modis inepiè intulit Annuymus Batauus, explosus à Petauio, Et iam olim à Tilmanno Sigebergensi in opere de Sacrameotis, post S. Augustinum: sed quod solus

Reuerentia Sacro debita.

l. de Missa c. 10. 2. de Missa c. 12. 3. p. q. 83. an. 32.

7. 83. n. 108.

l. 2. c. 3. sess. 22. c. 5. & canon. 2.

l. 2. de Missa c. 4.

hom. 22. in Matt. & hom. 2.

c. 17.

hom. 28. in Matt.

hom. 60.

sess. 22 can. 6. & c. 4.

Opusc. 22. c. 8

lib. 2. c. 34. n. 2. lib. 6. summa c. 10. 2. de Miss. c. 9. 2. 3. p. d. 79 s. 2. ad 2. constit. c. 3. schol. 4. serm. 3.

Diuersitas de potestate conferendi. c. de ordine. ser 49. de verb.

§. III.

solus quidem Sacerdos reipsa conficiat consecrationes binas quibus continetur tatio sacrificij, & legatio generis humani ad Deum t Cæteri autem qui assistunt Sacerdoti, eatenus sacrificant, quatenus complent personam Sacerdotis, legati & sacrificantis.

Assistunt facto, non mortales tantùm sed & Angeli. Itaque hi quoque, Sacerdoti ad Deum legato comitantur & complent legati personam. Assistere sacro sanctos Angelos, decantatissimum est apud Patres. Chrysostomus [Per id tempus, (oblationis,) & Angeli Sacerdoti assident, & cœlestium potestatom vniuersus ordo clamores excitat; & locus altari vicinus in illius honorem qui immolatur, Angelis plenus est.] Alibi. [Non cogitas quod Angeli huic stupendæ assistunt mensæ, & cum reuerentia hanc circumuallant.] Rursus alio loco. [Tum (super sacrificium) Angeli procumbunt, & Archangeli nobiscum certant; habent enim tempus adiuuans, & oblationem sibi auxiliantem: & quemadmodum homines ramos olearum præcisos Regibus extendunt, per stirpem illam misericordiæ & humanitatis admonentes; Ita Angeli pro ramis olearum, ipsum Corpus Domini protendentes, Dominum pro natura humana precantur.] S. Ambrosius ait, has esse aquilas quæ congregantur vbicunque fuerit corpus. S. Greg. [Quis fidelium habere possit dubium, in ipsa immolationis hota, ad Sacerdotis vocē cœlos aperiri? in illo IESV CHRISTI mysterio, Angelorum chotos adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnū quid ex visibilibus atque inuisibilibus fieri.] Quæ verba, sua fecit Petrus Blesens. qui item in opere mystico de Euchar. sic habet.

Tempore quo Christus genitori victima chara
Presbyteri manibus sublimis fertur in ara
Sanctorū polus omnis adest: polus hic reseratur.
Præsentémq; Deum grex Angelicus comitatur.

Multus est in hac Angelorum assistentia illustranda, Espencæus.

Sic igitur facto assistentes Angelos, cum Sacerdote legationem ad Deum obire, his verbis tradit S. Chrysostomus admirans mensæ sacræ miraculum. [Ad quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui senis alis præditi vultus demittunt; vbi omnes Angeli cum Sacerdote pro te legationem obeunt.] In hunc sensum accipiendum est, quod habet Damascenus Iunior, in oratione pro defunctis, narratis deprecationem S. Gregorij Magni pro anima Trajani. Ait enim [de Gregorio dialogo, vetetis Romæ Episcopo, viro quod testantur omnes sacrarum litterarum intelligentia celebri, ferūt quod ei sacra facienti, cœlestis Angelus socium se addidit, simul sacrificans.] Hoc certum est, non posse intelligi de consecratione Euchatistiæ, facta per Angelum quia ministri sacramētorum sūt soli homines, vt habetur ex S. Chrysostomo & ex Augustino; & esse veritatem Catholicam, affirmat Vasques, & verum est agendo de potestate ordinaria & secluſa extraordinaria de legatione quæ posset à Deo fieri de potentia absoluta. Igitur quod dicebat Damascenus de Angelo sacrificante simul cum B. Gregorio, intelligendum est de sacrificatione per assistentiam, qualis conceditur etiam laicis ac fœminis, quatenus comitantur Sacerdoti legationem apud Deum obeunti.

Coniunctim itaque, & homines & Angeli adiungunt se Sacerdoti comites; & legati personam quasi complent, facti eius quasi admitores. Quemadmodum enim Sacerdos iuxta Blesensem est Christi adiutor in opere nostræ redemptionis quod in sacro exercetur: Ita Sacerdotis tanquam ad Deum legati coadiutor est, & homo & Angelus qui sacra Sacerdotis assistit. Complet enim legati personam, vt dignè ac conuenienter fungatur munere: sicut Romæ, cum legatus alicuius Regia adit summum Pontificem, vniuersi qui ex eadem natione Romæ reperiuntur, legato se adiungunt Comites; vt eo septus comitatu, digniùs totius gentis personam sustineat, & Regis cui subest maiestatē repræsentet. Non secus ergo se habent ad sacerdotem quotquot ei adsunt, fungenti legatione ad Deum, per sacrificium.

Iacta est sementis, fortium & vrgentium, incentiuorom ad reuerentiam debitam in sacrificio præstandam. Monstratum enim est, Sacerdotem obire legationem ad Deum, sacrificando Christum, immolatione incruenta. Ad hoc autem exigitur, vt Sacerdos Christum sub accidentibus ponat, esse Sacramentale illi conferendo, per veram Christi productionem substantialem. Nam aliæ actiones, quas aliquī ad id inuexerunt, vt adductio, collatio noui vbi, vnio ad species, gravibus difficultatibus scatent, & non explent animum, vt alibi est demonstratum. Sola Christi productio substantialis ad verba Sacerdotis, commoda est ad mysterij cuolutionem. Nec sunt timendi Cachinni Begardorum; derisoriè vocantium Sacerdotes *Deificos*, vt refert agens aduersus eos Conradus de Monte puellarum. Imo tanto magis suspiciendus est Deus qui dedit potestatem talem hominibus. Christus autem non producitor absque vnione ad Verbū, quia non est purus homo, sed suppositum eius est persona filij incarnata. Itaque in sacrificio, Deus in Sacerdotum manibus Incarnatur: Quæ verba Antonius Molina petita dicit ex Augustini commentario in Psalmos. Gabriel verò & Martinos Fornat. ea tribuunt Sancto Gregorio, sed apud neutrū leguntor. Sunt autem Ioannis Betsij tanto posterioris vtroque; quippè qui florebat anno 1470. Affinia sunt illa Petri Damiani [quia Dominicum corpus in Virginalis vteri templo coaluit, nunc etiam à Ministris suis continentis pudicitiæ mundiniam quærit. Planè sicut concipienti Deificæ Virgini non virile semen influxit, sed virtus Spiritus sancti obumbrauit; Ita nunc in altari posita Sacramentum, eadem S. Spiritus virtus est quæ viuificat, & necesse est vt hoc pudica manus & impolluta contingat.]

Prætetea in sactificio nostro, Deus homo ex Sacerdotis causalitate nouo modo, hoc est Sactamentali conceptus, paritor de nouo in Ecclesia, vt in Bethleem; & in altari vt in præsepio collocatur à Sacerdote; quem ideirco seruata ad Virginem Deiparam analogia, Canones Virginem ac nitēte corpore esse volunt, vt Paulo ante cum Petro Damiani statuebamus. [Hæc mensa (inquit S. Chrysost.) vicem explet præsepij in quo natus est Christos. Nam & hîc ponitur corpus dominicum, non quidem fascijs inuolutum, sicuti tunc; sed vndique Spiritu sancto conuestitum. Qui mysterija

l. 6. de sacerd. hom. in laudem eorum qui in Eccles. comparant. hom. de non contemnenda Eccles.

l. 1. de sacer. c. 2 & in c. 18. Luc. 4. dial. c. 18.

Epist. 123. c. 24.

l. 1. de Euch. c. 4.

hom. de Sacra mensa.

homil 85. in Ioan l. 3. de sacer. præfat. ad libros d. Christ. 3. p. d. 158. n. 5.

in Candel. sancto S. 3. cap. 3. classe 1.

in instit. Sacerdot. tract. 1. c. 3. §. 2. Lut. 4. in cap. 22. c. 3. n. 3. in 4. Natal. præcept. Opusc. 28. dissert. 5. cap. 2.

orat. de sanct. Pharag.

hom. 7. in Matt. erat. 10. de proem. ad c. 2. Luca ferm. 3. de nat. Dom.

myſterijs initiati ſunt, intelligunt quæ dicuntur. Similia habet alibi. Eadem lego apud Theodoretum, neenoo apud Adamum de Perſenna adductom in allegorijs Tilmaoi & iofigniter apud Guerricum; qui cum pannos viles quibus Chriſtus io præſepio à matre eſt iouoluta, celebraſſet, addit; [Frattes & vos inueoieris hodie infantem paonis iouolutum, & poſitum in præſepio altaris. Videte ne vilitas tegminia, offendat aut perturbet obtutum veſtræ fidei, veritatem reuerendi corporis ſub alijs rerum formis iotuentis. Sicut eoim mater Maria, quibuſdam aſſumentis pannotum, iouoluit Infaotem; ſic Mater gratia diſpenſatorijs ſpeciebus rerum, eiuſdem ſacri corpotis obtegit veritatem.] Sed & antiquior longè

erat. 1. de nat. Dom. Theodotus Ancyranus, cuius laus fuit à ſapientia in Concilio Epheſino ſic diſſerit [Cbriſtus hanc feſtiuitatem hodieroa die conſtituit, oon iam in præſepio poſitus, ſed in hac ſalutari menſa cooſtitutus. Illud namque præſepe, mates eſt huius menſæ t propterea in illo eſt poſitus., vt in iſta comedatur. & fidelibus fiat ſalutis Ctbus. Sed præſepe quidem, hanc claram menſam deſignauit. Berhleëmitici autem diuerſotij vilitas, clata templa prædixit, & panni quibus tunc oblitus eſt, nunc facti ſunt reſolutio peccatorum.]

Ad hæc, in ſacrificio noſtro (tamerſi incruento,) Chriſtus cultro verborum adacto, & hinc corpore, inde ſanguine, (quantum quidem eſt ex vi formæ) ſeorſim collocatis, morti datur, & iterum pro nobis paſſioni addicitur, vt ſanè S. Auguſtinus non extimuerit

in Pſal. 21. expoſit. 2. de Chriſto dicere [cœnam ſuam dedit, paſſionem ſuam dedit.] Quaſi idem ſint ſubſtantialiter, ſacrificium iocruentum in cœna peractum, & paſſio. Agebat enim de ſacrificio quod Chriſtus obtulit Deo in cœna, quod norunt fideles, continétque vota reddita in conſpectu timentium eum. Præiuerat S. Cyprianus verbis illis [paſſio eſt Domini, ſacrificium quod offerimus] Æquè S. Leo, Euchariſtiam vocat [Sacramentum paſſionis & mortis Chriſti.] Quo item modo loquitur S. Gregorios. Et alibi ſic loquitur [is qui in

Epiſt. 63, ſerm 7. de paſſ. cap. 5. hom 22. in Euangel. hom. 37. in Euangel. ſe, ſeſurgens ex mortuis, iam non moritur, adhuc poſt ſacri altaris hoſtiam in ſuo myſterio pro nobis iterum patitur. Nam quoties ei hoſtiam ſuæ paſſionis offerimus, toties oobis ad abſolutionem noſtram paſſionem illius reparamus.] Appater S. Gregorij eſſe illa in oratione Eccleſiaſtica ſecteta, Dominicæ nonæ poſt Pentecoſtem. [Quoties huius hoſtiæ commemorario celebratur, opus noſtræ redemptionis exercetur.] Gemina isem ſunt illa in osstione ſecreta commemoratioois S. Stephani Regis Hungariæ. [Reſpice quas offerimus hoſtias Deus omnipotens; & præſta, vt qui paſſionis Dominicæ myſteria celebramus, imiremut quod agimus.] Rurſus alio loco S. Gregorius. [Hæc ſingulariter victima, ab æterno inietitu animum ſaluat; quæ illam nobis mortem vnigenti, per myſterium tepa-

4. dial. cap. 58. ret, qui licet reſurgens ex mottnis iam non moritur & mots ei vltra non dominabitur, tamerſi in ſemetipſo immottaliter atque incorruptibiliter viuens, pro oobis itesum in hoc myſterio ſacræ oblationis immolatur.] Rupertus hac ex cauſa, appellat ſacrificium noſtrum,

2. de offic. c. 30. [quotidianas Chriſti. Exequias & ſacra mortualia peternanria Chriſti paſſionem.] Profero in hanc ſeutentiam benè multa tractans Chriſti patientiam in Euchariſtia. Sacro de bita.

Tandem iu ſacrificio noſtro, nunc Chriſtus ponitur qualis eſt in cœlo, atque adeò cum tota ſua intesna gloria corporis & animæ, omnibúſque gloriæ illius conſectarijs. Ita Iuo Catuorenſis reſpondens quæſitis Haimerici Abbaris. Et rectè; Ecclcſia enim ita intellexit ioſtitutiouem huius Sacramenti, vt Chriſtus ponatur ſub ſpeciebus ioeo ſtatu in quo eſt in ſpecie viſibili, quando profertur forma, vt patet ex doctrina de concomitantia, quæ fundatur io inſtitutiooe ſic intellecta, vt omnes Catholici affirmant; ſuffragante Concilio Tridentioo. Vnde concomitantia aduehit Chriſto omnia, qoæ eius corpori glorioſo inaxiſtunt, & ſanguinem quoque, pooi hîc incorruptibilem, qualis eſt in corpore glorioſo, certa veritas eſt in hoc priocipio fundata: contra quam ſibi fingebat Michaël ſicciditas apud Niceram Cbooiatem. Pugnans contra eum errorem Iuo Carnorenſis epiſt. ad Himerium, de hoc argumento: Et Turrianus, ex Synodo tunc collecta in hac cauſa, & multis Partibus in ea adductis, & ex Dionyſio Alexandrino impugnante., Paulom Samoſatenum. Igitur nunc io Euchariſtia pes concomitantiam ponitur gloria corporis, quæ in nocte cœnæ non fuit inducta, quia non ioerat Chriſto ſub propria ſpecie exiſtenti, nunc autem ei ineſt: atque adeò ponitur per connexionem quidem, vt pes cauſam moralem, pbyſicè autem per influxum peculiarem, vt rectè ratiocinatur Leſſius. Sed hæc minutiùs cacutere, alterius eſt inſtituti. Nunc seguſtãda ſunt omnia quæ proalme io Chriſtiano ſacrificio fieri circa Chriſtum. Sic enim Apodoſis inſtituetur, accommodata ad ſuadendam in ſacto reuetentiam ſummam, qui eſt hoc loco ſcopus noſter.

in cantic. 51. cap. 2. Seſſ. 13. c. 3. de Euchar. cap. 10. l. 5. 5. de diu. part. ſua n. 38. l. 8. de Mis.

In ptimis etgo ſuppoſuitous, Chriſtum In hoc ſacrificio ſtatui præſeotem. Hoc eſt ex fide certum. Ringatur quantumlibet impius Berengarius, ad auanidam vmbram & meram figutam teferens præſeotiam Cbriſti in boc ſacrificio. Nobis Catholicis, realis Chriſti in ſacro pſæſentia, eſt eatra dubium: ndc tefragabitur, niſi qui Chriſto id aſſereoti impactam velis mentitionem, vt S. Hilarius recte eſt ratiocinatus. Hoc conſtituto, quis non videt quantam tealis Chriſti præſentia exigat reuereutiam ab eo qui aſſiſtit noſtro ſacrificio? Coram terreno principe, nemo auſit minùs seuetenter ſe gerese; ſed omnes ei aſſiſtunt cum omoi obſetuantia & veneratione. Et tamen gloria cuiuſcunque principis, iuxta ſapiens Matathiæ vetbum, *Stercus eſt & fimus.* Manè ſicut herba tranſit; manè tranſit, veſpese decidis, indurat & areſcit. Quanta ergo reuerentia aſtandum eſt, Regi ſæculosum immortali & inuiſibili, qui verè præſens adeſt per tempus diuinæ Liturgiæ? Ratiocinatio eſt ſancti Ephrem, qui ex eo quod Chriſtus ſit præſens, liberum Euchariſtiæ contuitum refert ad impodentiam. [Complectamut (inquit,) mente, ac conſideremus chariſſimi, eos qui coram Rege conſtituti ſunt terreno, thronove mottali ac costuptibi miniſtrant; quomodo omni cum ſcientia ac timore, Regi

§. III. Reverentia

suo assistant. Nam & nos multo magis, vt fideles, opottet coram Rege cœlesti consistere eum simore ac tremore, & cum omni granitate atque decore. Propterea non exiistimo, (dilectissimi,) bonum esse, impudenti oculo [contemplari proposita mysteria corporis & sanguinis Domini Nostri IESV CHRISTI: Fidémque huius nobis faciat diuina scriptura, dicens *tremefactus autem Moyses, non audebat aspicere.*] S. Chrysostomus ex eodem affectu [stemus trementes ac timidi, demissis oculis, erecta autem anima gementes sine voce, iubilantes corde. An non vides eos qui sensibili, corruptibili, terreno Regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquentes, non oculos huc & illuc mittentes, sed modesti, territi, lugentes: Ex ipsis documentum accipite homines, & sit assistite Deo quasi terrenum regem accessuri, multo magis cœlesti Regi eum timore astare oportet.]

hom. in Cæs.

Non est ingrato silentio obuoluenda, diuini corporis quod in sacrificio nostro proponitur, & præcellentia & erga nos beneficentia. Inde enim potest ac debet summa reuerentia erga illud excitari. D. Chrysostomus, hoc reuerentiæ incentiuum non dimisit [quando (ioquit,) Domioi corpus propositum videris, dic tecum; propter hoc corpus, non amplius terra & cinis ego sum, non amplius captiuus sed liber. Propter hoc, cœlum, & quæ in eo sunt bona, me accepturum spero. Propter hoc vitam immortalem, Angelorum sedem, Christi consuetudinem. Hoc corpus affixum cruci, verberatum, morte victum non est. Hoc corpos Sol crucifixum (videns, radios auertit. propter hoc, & velum templi scissum est, & petræ. Et terra vniuersa tremuit. Hoc idem corpus cruentatum, lancea vulneratum, fontes sanguinis & aquæ vniuerso orbi salutares scaturiuit. Visne & aliunde, vires eius intelligere? Interroga quæ sanguinis fluxum passa est, quæ non IESVM, sed eius vestimentum, nec totum sed fimbriam duntaxat tetigit. Interroga mare, quod dorso suo id pertulit. Interroga ipsum Diabolum, & dicito, vnde insanabile vulnus accepisti? vnde vires amisisti? vnde captus es? à quo detineris? à quo fugis? Nihil aliud quam à corpore, respondebit, Crucifixo, per quod stimulum suum confregit, per quod caput contriuit, per quod principatus & potestates tradusit confidenter palam triumphans de illis in semetipso: Interroga mortem & dic, vnde perijt stimulus tuus? Vnde dissoluta est victoria tua? vnde inciſi sunt nerui tui? & pueris & puellis ridicula facta es, quæ es Tyrannis & Iustis omnibus antehac eras formidolosa? Et corpus hoc, horum omnium causam esse profitebitur.] Quaodo ea bis omnibus reuerentiæ occasio in præsentia corporis adeo præcellentis, adeoque in nos benefici, cuius productioni secundùm Sacramentalu astat qui sacro assistit; coram quo non emortuo, non sensibus destituto, sed viuente, (nam Christus semel rediuiuus iam non moritur;) Et licet inextenso situaliter, tamen vi diuina (vt tradunt graues Theologi,) omnes functiones obeunte quas alibi exercet, non obstante inextensione situali; coram tali inquam corpore, se esse perspicit pius sacrificij Epopta. Et quomodo hæc tecogitans, non percellatur sancto horrore?

hom. 24. in 5. ad Cor.

Præsentiam corpotis Christi in Eucharistia. Et nouam eius positionem, ac productionem Sacramentalem, assectatur (vt præmittebam,) Incarnatio Verbi Dei. Neque enim Christua iuxta Nestorij blasphemiam, est purus homo. Vnde eius corpus, vtdefinitum est in Concilio Ephesino, sistitur in sactificio nostro vnitum persooæ Verbi Dei, sicque innouatur in hoc sactificio incarnatio, idque agnoscens Sanctus Franciscus, in ea ad fratres suos admonitione, quæ Sancti viri opuscuiis inserta habetur; ait de Christo. [Eeee quotidiè humiliat se, sicut quando à regalibus sedibus venit in vterum Virginis; quotidie venit ad re ipse humilis apparens, quotidie descendit de sinu Patris super altare in manibus Sacerdotis.] Nec pauca eodem attinentia petere licet ex Sancteſio confirmante præsentiá Christiin Eucharistia, cum ex alijs plerisque capitibus pereruditè ac solidè expressis tum nominatim, ex eo de quo agimus. Habétque non pauca ex Patribus Eucharistiæ mysterium cum mysterio Incarnationis comparantibus.

Repet. 2. c. 6.

Est igitur (vt præmittebam,) mysterij huius confectio, iterata Incarnatio. At hæc ritè æstimata, materiam subminiſtrat reuerentiæ, si fieri posset, infinitæ. Quod eontestatum esse Dæmonem refert Nauarrus. Cum enim quidá ad ea Symboli vetba: *Et homo factus est*, de more non se inclinasset, immisit illi Dæmon validam alapam, quæ misellum terræ affixit, diceus; Ingratum pecus, si pro nobis Deus factus esset, quod pro te factus est, non dueremus graue, ad centrum vsque terræ deijci, in testimonium gratitudinis pro tanta Dei demissione: Et tu fastidis, modicam demissionem? Hoc esse *clamoris mysterium*, aiebat Sanctus Ignatius; cuius hoc dictum approbat Sanctus Ioannes Damascenus; quod quidem malè percepit Hieronymus Varlemius. Sed sensus legitimus est, cum dicitur, Deum esse Incarnatum, exclamandum esse ptæ stupore. Est enim verè dignum exclamatione contentissima, quod Deus nostro limo voluetit copulati. Et cum sint correspondentiæ multæ inter Incarnationem, & mysterium, quod sacrificio Christiano peragitur, de quibus latè Sanct. Hildegardis: ad rem tamen præsentem sufficit, quod est per se perspicuum, iterati in hoc mysterio Incarnationem Verbi Dei. At hæc est conuenientissima materia exquisitissimæ reuerentiæ. Obsecro enim, si quis affuisset Nazarethæ, cum Verbum factum est caro intra B. Virginis claustra, & Deus illi aperuisset oculos quibus conspicari posset, momento formatum, & in ipsa formatione Deo coniunctum corpus absque tacitis materiæ inanimis incrementis quibus nos formamur in mortem, opera Spiritus sancti, iusta ad animationem magnitudine donatum, iam tunc hæredem vniuersorum, per quem Deus fecit & sæcula; Num periculum fuisset irreuerentiæ inspectatum admisso! Vidit Pusio Baptista à Sole iustitiæ corporato illuminatus, pusionem Deum intra ventrem Beatæ Mariæ, & veluti throoo electrino insidentem, (provt de eo philosophatur aptans illi visum Ezechielis Gregorius Neocæsarienſis.) Et tametsi gratulatus sibi tantum bonum, exiliuit,

Euchirid. de orat. c. 4. n. 8.

Epist. ad Eb. orat. 3. de Nativ. Dn. 2. de reuel. visionis 6. à num. 7.

orat. 2. de Annunc.

luit, atque exultauit in gaudio, vt Lucas ex Elisabethæ relatione testatur. Tamen ea gestitio, fuit motus reuerentiæ plenissimus, consentaneus luci quam de mysterio sibi ob mentis oculos perspicuè objecto adeptus erat. At illud ipsum Dei ad nostram carnem demissi mysterium innouari, admotis fidei oculis videt, quisquis assistit Christiano sacrificio. Num igitur par est, deficere eum reuerentiam, & non potiùs sancto horrore percelli, ac contremiscere præ spectaculi dignitate?

Transeamus nunc vsque Bethlém, & adeamus infantem Virginis intemeratæ aluo fusum, è throno cœlesti, (nomenclatio est Deipatræ apud Epiphanium) cui per nonimestre insederat, ad alterum thronum transfatum. Sic enim statuit Greg. Neocæsarieos. [In præsepio, vt super Cherubin requiescebat. Thronus reuera & hîc erat Cherubicus, thronus regalis, Sanctus Sanctorum, solus super terram gloriosus, sanctis sanctior, in quo requieuit Christus Deus noster.] In hoc throno [Christum seueriri sunt Magi (air S. Chrysostomus.) Et viri impij & Barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adoraueront. Imitemur igitur saltem barbaros, nos qui cœlorum ciues sumus. Illi enim cum id præsæpe & tugurium tantùm, neque eorum quicquam quæ tu nunc intueris, viderent; summa accesserunt cum reuerentia & horrore. Tu verò non in præsepè id, sed in altari, non mulierum quæ in vlnis tenear; sed Sacerdotem ptæsentem, & spiritum perabundè super proposito diffusum sacrificio vides; nec simplex vt illi corpus intuetis, sed & eius potentiam & omnem cognoscis administrationem; & nihil eorum quæ per ipsum facta sont ignoras, & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horrescamúsque, & maiorem quàm barbati illi præ nobis feramus.] Similia alibi idem Chrysostomus. Vidit Christum, Bethleemi in medio duorum animalium iacentem Abacuc; & considerans tanta opera Dei, expauit, prout eum Prophetæ locum de Christo iacente in præsepio acceptt S. Augustinus, & Gregorius Nazianzenus, atque Nyssenus, Paulinus, & Hieronymus, passimque alij. Et nos igitur, par est summa cum reuerentiâ astare mensæ quæ vicem præsepis habet, & in qua Deus factus est caro; hoc êst fœnum, oe deesset hominibus in iumenta translatis pabulum, iuxta multorum Patrum allegoriam, de qua latè in tractatione de gladio, & clypeo Pontificia benedictione initiatis in nocte Natalis Domini.

Est præterea in diuino sacrificio, Christus, in eo statu quem sortitus est cum in cruce est immolatus. Hiocq; S. Iacobus ad reuerentiâ in sacro, hortatur omnes fideles, sic informans lectores ad inchoandum hymnũ Cherubicum. [Scilicet omnis humana, & mortalis caro, stet cũ metu ac tremote, nihil apud se terrestre cogitet. Rex enim reguantium, ac Dominus dominantium, Christus Deus noster. Ingreditur vt immoletur, ac detur in cibum fidelibus.] Haud dissimiliter Chrysostomus, objecto Christi in Calnario crucifici, qui in altari exhibetur; castigat effrenem petulantiam quotundam fidelium, qui cum piè astitissent sacro vsque ad tempus communionis, sub illam insaniebant, & agebantur intemperijs. De Christo igitur, aguo ad occisionem ducto, nonnulla prolocutus, addit, [hunc ipsom Ctuci suffixum assiduè cogitemus, & ad vesperam occisum & immolatum Agnum consideremus: Cum reuerentia igitur ac verecundia, & religione multa accedamus. An ignoraris Angelos, quomodo ad sepulchrum astiterint? Ad sepulchrum vacuum, sed quia tertè, corpus Dominicum exceperat, ideo non exiguum honotem loco illi tribuebant Angeli, qui nostram naturam excellunt; Tanta cum verecundia, ac reuerentia sepulchro astabant. Nos qui noo vacuo sepulchro sumus adstituri, sed mensæ quæ illum Agnum habet, cum turba ac tumultu excedimus?] Hoc reoerentiæ in sacro exhibendæ motiuum, videtur potentissimum. Sanè si astitissemus Christo in Ctuce crucifixo manifestè, ac secundùm speciem visibilem, vt factum est in Caluario, die Parasceues, contuentes Christum ponentem pro nobis animam suam dilectam, certum est, quod haudquaquam præ leuitate aut scurrilitate exiluissemus inepiè, sed hæsissemus cum grauitate, & stupore defixi luctuosissimum illud spectaculum pauentes & percutientes pectora hausissemus; dummodo quod gerebatur, oculis haud obiuratis essemus contutri. Quod enim benè aduertit Origenes, qui erga Christum Cruci confixum petulanter se gerebant, *præteribant*: Hoc est, non considerabant, nam considerare; hærentium est, non prætereuntium. Haud alitèt igitur nos quoque, si Christum in altari immolatum, & cultro verbotum transfixum, atque adeò, quantum est ex vi formæ consecrationis; quæ in sacrificio sistitur, vita spoliatum attendamus, summa cum reuerentia, & sancto cum horrore, sacrificio astabimus. Qui benè considerabant quid gereretur in monte Golgotha, cum offerretur sacrificium cruentum; nominatim Beata Virgo, dilectus Discipulus, & Magdalena, aliæque piæ mulieres; sancto horrore percellebantur, & quam longissimè aherant ab omni irreuerentiæ specie. Idem faciemus nos quoque, si considerabimus hanc esse eiusdem victimæ immolationem. Non enim quod immolatio incruenta, peragatur absque vllo peccato, (cuntra quàm accidit in crucè, vbi Christus immolatus est interuenieute, *scelera scelerum & peccato peccatorum* (vt Arnoldus falso credirus Cyprianus, loquitur,) minoris est faciendu. Imo hoc potiùs facit ad præcellentiam immolationis incruentæ. Et nihilominus cum eadem vtrobique sit victima, eadem vtrobique adhibenda est reuerentia. Eam verò qui violauerit, conoeniendus est vèrbis quibus se ipse obstrinxit, eum super sacrificium admonitos vt habeat sursum cor, respondit se habere ad Dominum. Ex quo promisso, sic hominem irreuctentem vrget Chtysost. [Non reueteris, & erubescis, in illa ipsâ hora, mendax inueniris?] Vtique quia oon habet cot ad Dominum, vti se facturum tecepetat quisquis gerit se minùs reuerenter, aut quod tetrius est, irreuerentet. Vrget eandem responsionem in tem præsentem idem Chrysost. alibi. Nec oon S. Augusr. & multi quos adducunt qui in præfationem Canoni præuiam scripsetunt. Sed pergit loco

Sacro de-bita.

Trast. in Matt.

orat. de laud. Dep. orat. 2. de ann.

hom. 7. in Matt.

Orat. de Christ. Nat. Epist. 10. Ep. 18.

In Liturg.

orat. de nomine eamet.

Serm. de Epiph.

hom. in Encoenii.

hom. 24 in ad Hebr. nos non hom. 4. contra Anom & in psal. 4. & s. 44. &

§. III. *Reuerentia*

allegato Chrysostomus [Papæ! mensa mysterijs instructa est, & Agnus Dei pro immolatus, Sacerdos pro te agitur, ignis spiritualis ex sacra mensa reflnit: Seraphin astant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cum Sacerdote intercedunt, ignis spiritualis è cœlo descendit; sanguis in cratetem in tuam sanctificationem ex immaculato latere hausius est; Et non erubescis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis! Non conscientia tua iudicat te, ô homo?]

50. de c. 54. de tempore nec non l. de vera relig. cap. 3.

Est denique Christus per sacrificium in altari qualis est in cœlo. Verò enim à Chrysostomo pronunciatum est, [dum in hac vita sumus, vt terra nobis cœlum sit, facit hoc mystetium. Ascende igitur ad cœli portas, & diligenter attende. Imò non cœli, sed cœli cœlorum, & tunc quod dicimus intueberis. Erenim quod summo horrore dignum est, id tibi in terra ostendam. Nam quemadmodum in regijs, non parietes, non tectum aureum, sed regium corpus in throno sedens, omnium præstantissimum est: Ita quoque in cœlis, regium corpus quod nunc in terra videndum tibi proponitur, neque Angelos, neque Archangelos, nou cœlos, nou cœlos cœlorum, sed ipsum horum omnium tibi Dominum ostendo.] Non se continet alio loco quin erumpit in has voces, [ô miraculum, ô benignitatem? Qui cum Patre sursum sedet, in illo ipso temporis articulo, omnium manibus pertractatur, ac se tradit volentibus ipsum accipere & complecti.] & alibi [Recolite quia illius corpus est & sanguis, qui supra cœlos residet; qui ab Angelis suppliciter adoratur. Illius inquam, qui proximè assistit immortali Dei potentiæ, huius delibamus sanguinem, proprium nobis corpus sumendum tradit.] Agnus qui occisus est, & idcirco accepit virturem & diuinitatem, & gloriam, & honorem, sedes in throno magnificentissimo ad dexteram majestatis Dei in excelsis, procidentibus ante ipsum & animalibus, & viginti quatuor seniotibus, Rex glotiæ fistitur ante nos per sactificiū. Quis locus itreuereutiæ in tali atticulo?

hom. 24. in 1. ad Cor.

l. 3. de Sacerd.

hom. 2. ad Ephes.

Circumcingit Regem suum vniuersa cœlirum & Angelorum & hominum cutia. Neque enim decet personam tanti Regis venire incomitatam. Et hoc quoque, luculentum motium est, reuerentiæ in sacro. Vnde Patres frequenter inde petunt in hanc rem argumentum. Audiendus Chrysostomus. [Animum quæso huc aduerte. Mensa regia apparata est tibi: mensæ isti, Angeli ministrant. Denique ipse Rex adest; & iu astas osciianter! &c. clara hostia, Christóque immolato, hoc est Dominica uue, cum audieris; *Oremus omnes in commune*, cum videris bifores adyti valuas subduci repagulis & adaperiri, tunc tecum reputa, supernè cœlum ipsum diffindi, Angelos cœlo delabi in terras.] Inde infert, quanto cum nitore animi, quanta cum puritate cotdis & corporis, par sit adesse sacto conuiuio, in quo Christus sumitur, procul ab actis omnibus bestialibus affectibus, (qualibus sordent qui sunt petulci & irreuerentes.) huic accommodans illud ex cap. 18. Exod. *Si bestia montem tetigerit, lapidibus obruetur.* Alia in hanc tem ex Chrysostomo loca, signaui superiùs, monstrans Angelos in sacrificio nustio legationem ad Deum obire cum Sacerdote. & addi possent insignia quæ in eandem sententiam profert homilia quarta contra Anomæos. Sed breuitatis studio ea recidens, obsigno quæ ad Chrysostomum hac in parte attinent, eo monito quod tradit, exagitans stepetam super Sacrum otationem, cum irreuetentia coujunctam. [Orationem (inquit) tuam, fac esse mysterium. Non consideras, vt coram Regibus quoque, omnis coërceatur tumultus, & maximùm vudique silentium commendetur? Ettu igitur tanquam regalem ingressus aulam, non eam, quæ in terra est, sed illam quæ multo est tettibiliot (videlicet in cœlo) plurimum teuerentiæ atque ordinationis ostende. Vnus enim es ex Angelorum Choro, atque Archangelorum socius effectus, cum Cherubin quoque atque Setaphin canis. Omnes namque isti, cœlorum populi, maximum ordinem per cuncta conseruant cum timore at teriore multo, Regi omnium Deo, Cœleste illud carmen & sactos sempet hymnus canendo. Istis igitur tempore orationis, & mysteriorum te admisce, eorum imitatot efficere.] Habet similia alibi. Video in eandem sententiam passim concurrere, alios Patres atque Doctores S. Ambrosius tractans quòd Lucas nariat de Appatitione Angeli Domini, stantis à dextris altaris [Non immeritò (inquit,) Angelus videtur in templo: quia veri Sacerdoris iam nunciabatur adnentus, & cœleste sacrificium parabatur, in quo Angeli ministrarent] Et inferiùs [Viinam nobis quoque adolentibus altaria, sacrificium deferentibus, assistat Angelus. Imo præbeat se videndum. Non enim dubites assistere Angelum quandó Chtistus assistit, quando Christus immolatur: Etenim Pascha uostrum immolatus est Cbristus.

Hom. 1. de verb. Esaiæ.

in c. 1. Luc.

Nou ex vano est, quod supra retuli ex Chrysostomo & habent etiam S. Ephrem, & Cyrillus in Eutbymio ex visis ei objectis, & hîc priori loco S. Ambrosius; nempe Angelos Missæ sacrificio minustrare. Duplicienim modo id præstitisse leguntur, & ex vtrouis obsequiosus Angelorum affluxus ad Christianum sacrificium iutelligitur, & quàm teuerentes, esse debeamus vbi Angeli minustrare adamant. Priot modus est, agendo camillos, & Sacerdoti externis officijs cooperando; vnde factum videtur, vt inseruire Sacro, iuxta S. Bouonenturam, dicatur *ministerium Angelorum*. Exhibuit Camillum Angelus S. Olvvaldo Episcopo Vigornienst, quem stantem Sancto Episcopo sacrificanti conspicatus minister, non ausus deinceps respondere sacrificanti, audiuit Angelum ad singula respondentem; id quod Sanctus Episcopus aduertit, & diuinam prouidentiam in supplendo ministri officio collaudanit. Similiter Sancto Proculo Episcopo & Martyri, astitisse admiuistrum Angelum, narrat Petrus Exquilinus Sancto Gregorio Magno, Sacrum celebranti die sancto Paschæ, in æde sacta Sanctæ Mariæ Maioris, narrat Gpillelmus Durandus astitisse Angelum, qui dicenti *Pax Domini sit semper vobiscum*, silente ministro respondetit quod Camilli erat respondere; nempè *& cum spiritu tuo.* Vnde vsus inualuit, vt celebranti ibidem ea die Pontifici, id responsum subticeatur. In Minotitana historia legimus, P. Parmensem qui

in notis. in ser. p. t. 2. 11.

l. 1. Catalogorio § 6. 15.

l. 6. rationa. c. 88. n. 1.

l. 1. c. 57.

qui abdicato genetalatu vitam exigebat more cœlestium, admodum piè, deficiente aliquando mortali Camillo, Angelum sactificij ministrum habuissa.

l. 4. de sacr. c. 6.

De altero ministerij Angelici modo, qui agnoscitur item à S. Ambtosio (persequendi scilicet diuinam oblationem in sublime altare Dei, l vt habetur in Canone Missæ post consecrationé, adeundi interpretes Canonis Missæ, Gabriel, Durantus, Scottia, Suarez, Turtianus, & alij; qui ex Climaco, (locum noo signátes) referuut, post consecrationem prolatis ijs verbis canonis quæ attigi, affuisse copiosam Angelorum multitudinem; inter quos vnus specie illustriot, & sublimior maiestate, visus est sactam hostiam, acceptam, & Deo præsentatam summa cum reuerentia reportare, astante illa Angelotũ multitudine cernua, & omni veneratione tantum mysterium prosequeote. Non præsto illud visum tanquam certò diuinum; præsertim cum non liqueat esse a D. Climaco consignatum: Tamen gratis data illius visi veritate, Angelus ille primarius se præillustris, vel est Christus ipse, Angelus testamenti de quo Albertus & S. Thomas accipiãt ea verba canonis, *per manus sancti Angeli tui*, vel est Angelus præses altaris, at custos, vt habet reuelatio apud Moschum in prato. Vel est cœtus Angelicus astans, (adhibito singulari oomero, pro oumero multitudinis, quo vtitur S. Ambros.) adjuuans sua intercessione sofirmitatem nostram; ac oblatiooem provt à nobis præsentatam commendans, & efficacitee pro nobis intercedens, vt acceptabile fiat sacrificium, quatenus à nobis offertor, & vt omoia nobis conseotanea consequamur. Habent enim Angeli tempus sacri, ad offerendum pro nobis peropportunum, vt insigniter præ cæteris ttadit S. Chrysost. Absit autem vt precatio illa, *Iube hæc proferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum*, intelligatur de victimæ nostræ reali asportatione, sed intelligenda est metaphoricè; ad eum modum quo Angelus ait se obtulisse orationem Tobiæ Deo. Ex quo in Apocalypsi, seniores dicuntur habere phialas plenas odoramentorum, quæ suot oratiooes Sanctorum. Rursúsque Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt ei incensa multa vt daret de orationibus Sanctorum. Satis de assistentia Angelorum in sacro, déque ministetio quod in eo exhibeot, occasione verborum S. Ambrosij quæ adducebamus. Addesse autem ac ministrare ad modum dictum sactificio nostro Angelos, lubentes & alacres, oon dubitabit qui eorum in Christum amorem, perspectum habebit: de quo piè S. Bernardus. Sed quod loco anteriùs notato ait Chrysostomus, omnes Angelos astare sacrificio oostro, & cum Sacerdote intercedere, non ita videtur intelligendum, quasi omnes planè Beati spititus relicto cœlo, substantialiter accedant ad locum sacrificij. Id enim in tanta multiplicitate locorum in quibus sacrificium peragitur, & in tanta freqnentia sactificij, (nolla enim hora est diei ac noctis in qua variis locis sacrificium non peragatur, vt subjecta in eam rem tabella monstrauit Athanasius Kirker,) multas pareret implexitates; & multis, grandibúsque miraculis inuehendis, necessitatem injiceret. Esto in aliquibus mysterijs quæ semel tantùm facta sont, vetum fuerit omnes Angelos illhuc de cœlo accutrisse secundum suam substantiam, v. g. ascendente in cœlum Christo vacuarum est Angelis cœlum, iuxta Suarem & Nauæum in Chronico S. Michaëlis, post Vbertinum in Arbore vitæ Ctueifixæ. De Assumptiooe Beatæ Virginis idem statuunt, idem Vbertinus Dionysius Richelius, Suares, & Baptista Poza. De puncto Conceptionis Christi, & de nocte nativitatis, ac de puncto resurrectionis, idem visum est nonnullis, quos adducit in sua Empyreologia Gabriel de Enhao. De his (etsi quæ sunt alia) singularibus mysterijs, facilè est admittere quod omnes Angeli aduenerint. At quod idem contiogat in omnibus sacrificijs nostris quæ tories, & tam diuersis locis simul repetuntur, non potest asseri sine innumerabilibus mitaculis, & reproductionibus eorumdem Angelorum. Itaque quoad hæc, vel est anxesis, cui nihil est quod adigat simplicitee adscribi: vel earenus dici possunt accurrere omnes Angeli, quatenus ex ordine quolibet Angelorum accurrunt aliqui, quod in tanta multiplicitate beatorum spirituum intra quemuis ordinem Angelicum, potest absque incommodo admitti: vel denique dici potest, absque accursu substantiali Angelos ex cœlo ipso diuinitus illustratos, certò quosque sactificio, adorabundos operam dare. De affectu Beatorum circa hoc sacrificium, vnde oobis injici debeat in eo reuerentia, satis.

Reuerentia Sacro debita.

c. 12. Tobiæ. v. 5. & 8.

ser. 29 in Cant. & 5. de consid. c. 4.

Mortalium superstitum, sanctitate, aut pietate insignium, illustria in hanc rem facta referuntur in eorum Actis, è quorum (vt sic dicam) plena messe, paucas spicas exhibeo. Matis sanctissimus Etemita, vt narrat Theodoretus oculatus testis, miro affectu flagrabat erga Christianum sactificium. Cúmque pro vsu anachoretarum illius ævi, iampridem sacro non interfuisset, expetijt cupidissimè adesse tanto mysterio: [Ego verò (ait Theodoretus) lubentet parui, & iussi sacra vasa asseri, pagus enim haud longè abetat. Et pro altari vsus Diaconotum manibus, mysticum, diuinum & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omoi spirituali implebatur voluptate, & existimabat seipsum cœlum videre, dicebátque nunquam se tantam cepisse voluptatem.] Sicut ad satisfaciendum illi seruo Dei feruentissimè expetenti sacro adesse, Theodetetus Diaconotum maoibus pro altari vsus est ad consecrandum: Ita in summis angustijs constitutus in catcere S. Lucianus, referente Nicephoro, adhibuit pectus suum pro altari, in quo consecranit, & inde astantes summa cum reuetentia fideles pauit cœlesti epulo. S. Ludouicum Nonum Francorum Regem Gaufredus de bello loco, qui ei erat à Confessionibus, testatur, pietatem suam maximè prodidisse cum sacro interesset, nec tulisse obstrepentes, & omnes interpellatores summouisse, præ religione qua erga tantum mysterium ferebatur. Quid hæc tanquam singulatia teligiosæ observantiæ exempla appendo: Vix vlla sunt sanctorum Acta, in quibus hæc eorum erga sacrificium nostũ pietas, non prostet vncialibus literis exarata: Nolo tamen præterire quod stupore me defigit,

l. 8. c. 32.

Zoll. 35. l. 2. de Vit. c. 42. l. 4. de Missa c. 29. n. 5. 3. p. q. mo 1. disp. 83. hum. 2. ad 8. consid. elem. c. 22.

§. III. figit, religiosissimum hac in parte studium nouelli in fide principis, cui nomen Emmanueli. Is Ioannis I. Regis Congi patruus, anno 1491. vt Maffeius refert, suscepto Lusitanorum opera Baptismo, Christiana imbutus fide, & edoctus quanti esset iuetuentum nostrum sacrificium, tanta semper accutatione illi interfuit, vt non posset à Christiano veterano maiori deposci. Et cum inaudisset aliquando ephebos aulæ ad templi fores strepitum eiere, ac Sacerdoti sacrificanti de sacro astantibus obstrepere, ignarus præ nouellirate in fide, cuius spiritus pat esset, Christianos ductum sequi, eos illico mandauit trucidari, indignum facinus tatus, sacrificium pretij nostri, quoquomodo irreuetenter haberi: factumque esset, vt mandarat, nisi Lusitani qui adetant, ephebotum ætatem miserati, iugesta diuinæ elementiæ memotia, xelum illum amatum dulcore misericordiæ temperassent.

v. sacrificium c. I. 2. Ienn. c. 8. Iudicia & dicta Sanctotum de Christiano sacrificio summam reuerentiam in eo affectendam insinuantia, addenda sunt in Candelabro sancto. Illud est egregium, quod sacrum nostrum ab Hesychio appellatum est *sacrificium explicationis*: An quia in eo explicantur & euoluta proponuntur omnia nostra mysteria! An quia est sacrificium *Consummationis*, vt idem Hesychius mox appellat! An quia fandi facultatem confert! Testes martyres, & nominatim *tract. 27. in Io.* S. Lautentius, quem S. Aug. ex diuini huius pabuli ac poculi esu & potu, ad tantam in explicatè profitendis Christianis mysterijs constantiam, tantamque alacritatem in excipienda cum gaudio & sanctis ioeis immaoitate viuiecomburij, exasisse confirmat. Quo respexit Ecclesia, mandans in clausula gratiarum actionis iodictæ Sacerdotibus post sacrificium, teeitari otationem de S. Lautentio. Eam orationem vir pius optabat, vuius aut alterius vocula immissione locupletari, vt innotescetet quorsum ea otatio eo tempote esset præscripta. Optabat ergo sic habere, si pet maiotes liceret; & ipse priuatim eo additamento quod subijeiam, fartam vsurpabat. *Da nobis quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere qui B. Laurentio per vsum corporis & sanguinis tui, tribuisti tormentorum fuorum incendia superare.* *part. 2. to. 12. ad n. 6.* Assignat quidem nonnullas rationes præscriptæ Sacerdotibus eius orationis, longè alias ab ea quæ nunc tacta est, Bartholomæus Gauantus exeutiens tubricas Missalis: sed quæ præ ratione propositia fiigeant, nec vllatenus satisfaciant: quæ verò proposita est, ducta ex S. Augustini assertione de mitabili S. Laurentij fetuore ex vsu tanti Sacramenti bausta, bellè eohæret cum adiunctis negotij. De alijs huius sacrificij effectibus, siue per seipsum, & provt sacrificium est, siue per effectum soum; hoc est pet Sacramentum, innumera proouenntut à Partibus quæ satis supétque demonstrant, quantæ sit dignitatis: atque adeò quanta eum reuerentia ei sit astandum.

Qui hoc Sacrificio mundum fulciti ac perstate pronunciauit, locutus est consentaneè ad Danielem qui ad Antichristi aduentum, trucis illius bestiæ immanitate, abolendum iuge sacrificium prænunciauit, & tune clausulam *n. 2. § 4. 54. f. 6.* mundo esse imponendam, vt tradunt S. Iren. Hyppolitus, Hieroonymus, & Theodoretus, adducti à Suates. Verum est, aliquos Doctores arbitrari per Antichristum non fore prorsus auferendum Sacrificium Missæ, sed tantùm quoad exercitium eius publicum: quamuis in cryptis & Hypogæis, iuxta vsum præsentem in Batauia, & Scotia, & Anglia, futurum sit, vt peragatur sacrificium Missæ. Ita Saneius & Maluenda. Argumentũ Saneij est, quod Matth. 28. spoponderit Christus, se futurũ in Ecclesia vsque ad consummationem sæculi: quod duo supra viginti Auctores, signati à Gabriele de Enhao in Empyr. & alij passim exponunt de Christo io Eucharistia. Hoc tamen argumentum est admodum leue; io primis, quia is locus, ad litteram non est neeessariò sumendus de Eucharistia, sed de sola præsentia perpetua per fauorem & assistentiam, vt eensent Maldonatus & Franciscus Lucas. Esto, piè & accommodatiriè, Iansenius, de præsentia quoque eotporali in Sacramento eum loeum accipiat. Deiode quamuis locus ille acciperetur de Eucharistia, satis esset, quod Christus esset eum Ecclesia in Sacramento, vsque ad tempus vltimæ & omnium tetertimæ persecutiouis, cum qoa elaudetur sæculum, & adueniet finis mondi: Ille enim decursus tempotis, præ sæculis Christianis bteuissimi, pto nihilo teputaiur; ita vt dicete vetè liceat, prudenret tem æstimando, Eucharistiam vsque ad illud tempus excluiuè superstitem, dutasse vsque ad mundi finem, qui erit tunc in ianuis. Non obstante igitut eo Christi promisso apud Matthæum, existimo verum, pet tempus persecutionis Antiehristi, aliquaue in parte illius temporia, putà in ea quæ fini etit propinquior, planè auferendum esse sacrificium nostrum incruentum Idque puto significasse Danielem, eum dixit, *robur datum est (Antichristo) contra iuge sacrificium propter peccata.* Et c. 9. *in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.* Verum est, abominatiouem hanc desolationis, admodùm variantibus agitari Doctorum interpretationibus, cum apud Matthæum c. 24. tum apud Daniel. c. 9. quos exeutit fusissimè Maluenda & Villalpandus, & breuitet à Costa, sed siue Daniel typum persecutionis Antichristi propoſuerit in persecutiune Iudæorum pet Titum; siue absque imagine expressetit directè, quod in fine mundi est euenturum pet illum antonomastiecè *hominem peccati*, ac *filium perditionis*; non videtur ambigendum, quin insinuare voluerit eam abolitionem Lithurgiæ Christianæ, quam S. Hyppolitus Martyr adductus à S. Hieronymo Dan. 9. summa planè, hortendáque Antichristi tempora describens, his verbis expressit. [Lugebunt Ecclesiæ luctum magnum, quia nec oblatio nec suffitus fiet, nec cultus Deo gratus: sed Ecclesiarum ædes Sacræ, Tugurij instar erunt, protiosúmque corpus & sanguis Christi, non extabit io diebus illis. Lithurgia extinguetur.] Subdit tunc fetendam esse de bonis & malis sententiam, finémque vicissitudinibus generationum, & corruptionum imponendum, & mundi claustulam aduentutam.

ad eum locum c. 149. concord. *l. 7. de Antich. c. 9. p. 2. appar. l. 3. c. 31.* *l. 3. de temp. nouissim. c. 32.* *orat. de mund. Cons. sumat.*

Rectè igitur stabilitum est, illud sacrificij Christiani decus, quod quandiu contiouabitut, perstabit mundus. Mox autem ac abolitũ fuerit,

fuerit, Deo propter peccata permittente, cessabit mundus. Nimirum tot tantaque perpetuò admittuntur in orbe peccata, vt nisi Deus hoc sacrificio placaretur, vastitas oppressura illicò esset mortales. Cogitemus enim vel ex vnica ciuitate populosa, quantus fumus malitiæ vno quoque die subuehatur in cœlum, quam violentet extorqueant impij omnis generis diuinæ in se iræ manubias? Sistitur tamen Deus oblatione huius hostiæ placationis, ac propitiationis (nomina sunt huius sacrificij, apud S. Gregorium, concinuntque Cyrillus Hierosolymitanus, atque Chrysost. Nihil igitur mirum, si sublato hoc (si fas est dicere,) iræ Dei fræno, mundus sit cessaturus.

hom. 17. in Euang Catech. 5. myst. sacr. hom. in 77. Ioan.

Hinc videas, agere negotium Antichristi (cuius vetè sunt membra) sectarios, de Missa (quantum in ipsis est,) abolenda satagentes, & malos Catholicos in eadem propè damnatione esse, dum per profanationes quibus templa inquinat præsertim tempore sacrificij, proludunt euersioni religionis per Antichristum, præbentes occasionem euertioni partiali religionis, per partialem (hoc est alicubi inductam) abolitionem liturgiæ, quæ sicut propter peccata in fine sæculi fuodiius auferetur, iuxta tactam superiùs Daoielis prænunciationem; ira anterius propter eadem peccata, præsertim in templis & super sacrum, cum maximè piè agendum erat, petulanter admissa, ex quibusdã locis aut otis aboleri permittitur, & templa spoliati ac euerti sinuntur? Scriptor certè grauissimus, Claudius Sanctesius, præfatione ad Græcorum liturgias à se adunaras, in huiusmodi noxam refert contemptionem sacrificij per Antichristi prodromos, eiùsque tot locis extinctionem. Quid attinet his adeò vrgentibus reuerentiæ sacro debitæ incentiuis, subtexere, siue Iudæorum olim in legalibus sacrificiis reuerentiam, siue Ethnicorum in imputis sactis religiosa officia persequi, vt ad eorum exemplum formentur Christiani in suo sacrificio vodecúq; Incontaminato & sancto, præstare reuerentiam? Constat sanè Hebræos inter sua sacra fuisse sollicitissimos vt quàm reuerentet se gererent, quod Atistæas io Opella de 72. Interpretibus ootauit. Idem ferebat iuxta S. Hieronymum, diuinum illud præceptum de esu agni Paschalis, qui eius immolationi subiungebatur. Vbi enim vulgatus habet, *comedetis festinanter*; S. Hieronym. vertit, *comedetis cum pauore, & extasi*, admirantes scilicet & stupefacti de tanta Dei benignitate, quanta est quæ hac Agni sacrificati comestione recolitur. At hac fuit duntaxat, figura & rudis adumbratio sacrificij Christiani, iuxta illud Pauli, *Pascha nostrum, immolatus est Christus:* quod in hunc sensum egregiè verlat Tutiaous, *& suffragatur*. S. Augustinus, qui hanc ob causam, vocat Christum *pecudem & ouem noui Testamenti*. Et eodem sensu Beda, Christum In nostro sacrificio immolatũ, *vocat vitulum saginatum*, vtique ad immolandum. Sed Agni Paschalis typus erat luculentior. Nam & in vetu, Aguus iu crucifixi formam assabatur, duobus paxillis in tranuersum defixis, altero recto, ab imo traiciente vsque ad caput; altero transuerso per occiput, cui armi pecudis alligabantur, quod animaduertit S. Iustinus agens cum Tryphone. Et qnod signum maioris reuerentiæ erat consumptio ista sacrificij Paschalis, non fiebat à recumbentibus, aut ab accumbentibus, sed à stantibus, vt tradunt Philo, & Chrysostomus atque Macatius Chrysocephalus, oecnon Autor libri viginti & voius sententiarum tributi D. Augustino. Ex recentiotibus verò Vvalterius; tametsi repugnantibus Ribera atque Baronio. Si igitur ad typum vsus nostri sacrificij, exigebatur sanctus pauor & horror arcens itreuetentiam, qnanto maior reuerentia præstanda antitypo? [Terribilia fuerũt atque horrifica, quæ gratiæ tempus præcesseruot, (ait S. Chrysostomus.) Sed si quis ea quæ gratiæ tempus aduexit examinet, terribilia illa atque horrifica quæ dixi, iudicabit admodùm leuia; & quod de lege à Paulo dictum est, hîc demum, verum esse perier, *quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminentem gloriam.*]

Reuerentia Sacro debita.

l. de sacrif. Abelis. hom. 23. in ad Ephes. & hom. 23. in Matth. hom. de Cruci exaltat. cana 1. c. 8. lib. 5. de temp. c. 3. n. 45. ann. 34. de Sacerd.

De Ethoicis fetè frustra dicere, quanta cum attentione & veneratione sacris sois interessent. Quem enim latet, illud tunc acclamatum, *hac age*? Et illud, *fauete linguis*? Quibus vocibus atientus ac reuerens ad rem diuinam animus, & religiosum silentium arcens cuiuscunque obstrepentis occursum indicebatur. [Intramus templa compositi (ait Seneca:) ad sacrificium accessuti vultum submittimus, togam adducimus, in omne argumentum modestiæ fiugimur.] Horiabatur suos S. Ambrosius ad silentium io sacris, eo præterextera argumento, quod Gentiles sacris suis reuerecoriam tacendo deferreot. [Vnde illud exemplum proditur; Alexandro sactificaote Macedonum Rege, puerulum Barbatum qui ei lumen accenderet, excepisse iguem brachio, atque adusto corpore mansisse immobilem, uec dolotem prodidisse gemitu, nec tacitó pœnam indicasse fletu: tanta in puero Barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam retineret.] Et certè ipsi non erant Dij quibus sactificabatur: nec quod dicebatur sacrificium, aliud reuera erat quàm maleficium, & tuipe à vera pietate exerramentum.

7. Natur. c. 30. L. 3. de Veg.

Hinc ergo hortamur Chtistianos, ad exhibendam in sactis legitimis reuerentiam? Seponenda sunt hæc nimis vilia veræ pietatis incentiua, apud nos vrgentius esse debet, quod protulimus sanctorum studium erga Christianum sacrificium. Itaque & rationibus ex huius sacrificij natura petitis, & Beatorum Angelorum ac sanctorum hominum factis ac dictis, ae ex sensu quoque externorum abundè confirmatum est, debitum reuerentiæ in sacro Cbristiano, fide recogitati ab assistentibus sacro, dignum ac iustum esse. Eoque consilio inductum est, siu minùs lege lata, at saltem pia consuetudine, vt fideles assistant sacro ieiuni: quod iam olim vsu receptum esse confirmat S. Aambrosius, ei qui soluerat manè ieiunium inijciens religionem, si procedens ad Ecclesiam rei sacræ interfuturus panem Episcopo porrigat, & osculi Spiritu deprehendatur satur ac potus. Aperte Burchardus collectot canonum, indictam prodit pœuitentiam triduani jelunij pane, & aqua duntaxat adhibitis, si quis ad Missam veniret non jeiuous. Adscribitut ei obligationis Francolinus. Et videtut eam agnouisse S. Valerius; cuius acta refert Surius; damnauit enim temeritatis,

ser. 34.

l. 19. ca. 3.

de hor. canon. c. 41. n. 26. c. 45. n. 26. 1. Apr.

cap. 1.

l. 2. de Euchar. c. 3.

Epist. 26. Luca 13. & multi adducti in Onomastic.

§. III. ruatis, quosdam ausos in Festo S. Martini, ante auditionem sacri potare. Et alium similiter, qui die Dominica, antè auditum sacrum hausterat vinum obiurgauit, quod rem fecisset indecoram, & subdunt acta, vtrosque *culpam suam fassos esse, & emendationem spopondisse*. Sanctus Antonius nimiæ indeuotionis id notat. Quorsum verò piorum sensus tulit, eam à cibo & potu abstinentiam seruari ante sacri auditionem, nisi vt fideles nullis offusi à ventre vaporibus, puriùs recogitent, quæ in sacro ministerio peraguntur ac exhibentur? Nam vt Musonius ex Heraclito aiebat, *vt lux sicca, sic anima sapientissima*, hoc est, sicut ex vaporibus & crassis halitibus ab vliginoso solo eductis, lux infuscatur, sic mens obnubilata vaporibus è cibo & potu euectis, quasi tenebrescit, nec lucis suæ vsum habet, & homo, (vt Sanctus Augustinus disserit) inde fit brutus & [illegible]. Videndi Clemens Alexandrinus, & Hieronymus, atque Chrysostomus, Prudenter igitur vsu piorum receptum est, vt ieiuni ad sacrum accedant, & in saliua virgine (vt cum Tertulliano dicam,) vitulos labiorum Deo offerant.

2. p. tit. 6. cap. 1. §. 9. de alimentis.

Epi 86 Pædag. c. 1. l. 2. in Instit. q. 3. hom. 15. in 1. ad Tim.

§. IV.

Dijudicatio Controuersiæ. Statuitur, sessionem simpliciter dictam, in historiis, cum reuerentia debita templo, orationis aut sacri gratia inito, non cohærere; atque adeò concluditur, nouitatem Cathedraticam astantium Christiano sacrificio, indignam prorsus, ac eliminandam esse.

IActa sunt fundamenta quibus solidè inædificetur resolutio dubitationis propositæ; de qua proinde nunc pronunciandum est, vbi vnum aut alterum ad præsens negotium pertineus annotauero.

In primis ergo statuendum est, agi hoc loco de sessione simpliciter dicta. Nam vox *sessionis*, & verbum *sedendi* multiplici notione grauidantur, nec idem semper sonant, etiam in scriptura. Plerumque sanè, *sedere* idem est quod *degere*, vel *manere*, aut præsentem esse, vt notat Maldonatus. Sic apud Moschum Monachus aut Presbyter dicitur *sedisse* in laura, id est *habitasse*, ac *mansisse* Apud Palladium, narratio contexitur de monte in quo sedebant Ascetæ quingenti. Scriptura passim ait, aliquos sedere in tenebris, & vmbra mortis, non ad denotandum situm corporis, sed ad significandam calamitatem qua opprimuntur, & incubantem eis mœrorem. De qua sessionis notione multa Battholomæus Vvesthamerus: Apostoli receperunt Spiritum Sanctum, *sedentes* id est commorantes in cœnaculo. Est hic loquendi modus in diuinis literis vsurpatissimus *Iosab* enim vox hebræa, & sessionem & habitationem significat. Itaque vulgatus interpres, eam vocem nunc exprimit per *sessionem*, nunc per *incolarum* & *commorationem* Minus trita est ea vocis acceptio, qua *sedere* designat iacere vita spoliatum, & tumulo illatum. Nimirum sepulchra mortuorum sunt domus eorum in æternum. Et idcirco non malè sepulchrum *sedes* appelletur, & *sedere* dicitur qui mortuus iacet. Sic Samuel 1. *Reg.* 12. profitetur se senuisse, & incanuisse, nec procul à tumulo abesse. Quod 70. expressertunt per voces illas. *Ego senui & sedebo.* In quem sensum S. Paulinus ait, *Mortuam suam pretiosa sede composuit*, id est sepulchro eleganti ac perornato tutulit. Et præiuerat Poëta eo versu.

Epist. ad Pammach. Epe 6.

Sedibus hanc refer ante suis, & conde sepulchro.

Sepulchrum quippè habet rationem domus, in qua degit defunctus. Vnde inter Notas apud Valerium Probum *D. M.* (id est *domus mortui,*) vsurpatus pro conditorio. Et in Epitaphio Probinæ, sepulchrum denominatur *domus perpetua*, & *lares æterni*. Quo adhibito loquendi modo melioris sapientiæ professor B. Iacoponus, rogatus ab amico vt domum ipsius perferret, pullos in foro coëmptos, pertulit ad amici sepulchrum, & succensenti quasi rem concrediram auertisset, respondit; imo verò se fidelissime executurum esse quod rogatus fuerat, & deprehensurum quod affirmabat si ad vetam suam domum (sepulchrum inquam,) aditet. Neque item illa notio, est adeo protrita, qua *sedere* sonat *lugere*. Vt Ezechiel, 8. *Mulieres sedebant lugentes Adonidem.* Et Psalm. 136 *Illic sedimus & flemus.* Et Psalm. 126. *Surgite postquam federitis qui manducatis panem doloris.* Iob affictus dicitur sedisse in sterquilinio, & Thren. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas?* ver. 48. *descende de gloria & sede in siti, habitatio filia Diben.* Poëta in hunc sensum dixit: *Totámque videbis consedisse urbem luctu.* Cato Vticensis post auditam cladem Pharsalicam, nunquam cœnare vuluit recumbens, sed semper sedens, mœrorem suum testatus, vt refert in Catone Plutarchus Inter nummos quos Vespasianus post subactos Iudæos cudi curauit, visitur vnus quo Iudæa in signum luctus, exhibetur sedens. Et quia mulieres quibus factum est secundum consuetudinem fœminarum præ illuuie mœrent, idcirco Isaiæ 64. iuxta 70. *menstruata*, dicitur *sedens* Sic enim Isaias *facti sumus sicut pannus sedentis.* Vulgatus vertit *menstruatæ*, quæ *sedere*, dicitur quia mœret præ sordibus suis. Vnde ab Apostolo mulier pro eo tempore, iuxta Isidorum Peluſiotam denominatur infirmius vasculum; cui cohabitandum sit secundum scientiam. Leuit. 5. quæ eiusmodi. est, iuxta 70. dicitur Καθημένη, hoc est, *sedens* Neque enim in eo statu fœmina audebat commouere sese; præsertim cum omnia quæ contingebat, pollui censerentur. Hæ sunt sessionis notiones minùs protritæ, de quibus non quæritur hoc loco.

ad c. 1. Threno. 17. 18. & 27. c. 23.

Pet. 3. Lib. 4. ep. 119.

At simpliciter dicta sessio est, is situs corporis quo insistimus iis membris, quæ ignobiliora sunt corporis & inhonesta, vt Apostolus dixit 1. Cor. 12. addens idcirco ampliorem iis honorem circumdari. Quod miror aliquos retulisse ad oculos; qui nec inhonesti, nec ignobiles dici possunt, cum potius præcellentiæ sint ac nobilitatis exquisitæ, vt latè disputatum est in scalis à visibili creatura ad Deum

l. de tropis scriptura v. sedere.

&

Gradu XI. à pag. 307 Orat. de ea: à nostris. De offic. pedum Pontif. cap 18. Lib. de calceo cap. 6.

& egregiè præter cæteros exornauit illos Asterius Amasenus. Alij retulerunt ad pedes, quos calceis pretiosis circundari ex vsu est; ita vt iam olim dictum sit, vniones in peronibus cupere de lutu emergere. Videndus de pretiosè ornatis calceis Iosephus Stephanus & Balduinus. Plerique Apostolum de velandis corporibus accepere, quibus non video quis externus honor impendatur, cum potiùs studiosè occulantur. Mihi Apostolus videtur accipiendus de elunibus & parte qua egeruntur ciborum reliquiæ. Ea quippè pars, verè haberur inhonesta, vnde studiosè occulitur: & tamen ampliore honore circundatur cum locatur in sella curuli, vel in throno aut sedili ambitiosè conuestito, & ex materia pretiosa coeuinnato; cuiusmodi nonnullos retnlimos aptantes ad Deiparam Illa Psalm. 88. *Thronus eius sicut sol in conspectu meo.* Meminit etiam throni Episcopalis magnifici ac stolati S. Athanasius. Talem honorem aliis corporis partibus non circundamus, sed soli huic quæ in insistentiæ, de qua agimus, vsum formata, cum penes alia de quibus in scalis ad Deum, artem opificis prodit, item nominatim penes naturales puluillos vsui insidendi accommodatissimos; quippe molli pulpa farcos, & tamen ossea compage communitos. Insistentia ad cuius vsum hæc corporis pars efficta est, situs est corporis percommodus, tis qui fessi à corporis agitatione, vel ambulatione, subleuationem captant, adhibito sedili. An igitur sessio sic accepta, quæ est sessio simpliciter dicta, cum reuerentia templo debita, & sacro cohæxeat, nunc est inquirendum.

in pictura Lugd. circa exurgo. Apol. 2. Gradu XI. subfinem.

Restringenda tamen est vestigatio ad oras nostras. Quia signa reuerentiæ, sunt ex instituto. Vnde pro varijs regionibus, sunt varia: & quod alicubi est nota venerationis, alibi pertinet ad inhonorationem. v. g. inustin frontis, nobis est ignominiosa, alibi fuit nota nobilitatis. Videsis Baronium 22. Decembris. Barbam profundere, vel quoquomodo tenere pertinet ad inhonorationem, aut vilipensionem eius qui sic attrectatur. E contratio apud aliquas gentes, res habuit. Nam vrgens Nicobulum patrem prn filio, Nazianzenus, [Tibi (inquit) hoc nomine supplex sum, barbam tuam prehendo, fidem tuam imploro atque obtestor.] Diomedt item irato Dolon barbam tangere, & Cæsariem, supplex quæsiuit. Ex Homero in eam rem varia loca signat Martinus de Roa. Ad hæc Turcis inhonestum ducitur sedere calceatum. Vnde quandocumque loeum intrant, in quo sedere intendunt, excalceant sese in limine, vt scribit Anonymus de moribus & religione Turcarum. Nobis contrarius planè est sensus & vsus. Nos eum aliquem occurrentem honore delato prnsequi volumus, caput aperimus detracto pipeo aut galero. Apud Sinas verò res non ita habet, quia aperire caput in ea regione, non est nisi patibulariorum: vnde cæteri sunt semper tecto capite, & qui Christianam fidem sunt amplexi, tunc tantum aperiunt capnt, cnm de peccatis confitentur, & se reos eotam Deo profiteri volunt. Aliis temporibus, etiaio super sacrum, sunt operto capite. Quod adeò tenaciter seruant, vt tenendo moti antiquo, adacti sint togare Paulum V. Pontificem Maximum, vt fas esset sacerdoti sacrificare nperto capite; ne actio supremi apud Deum honoris, dehonestetur probrosa capitis nudatione, vt retuli in tractatione de pileo addens annuisse Pontificem, ea lege, vt pileus quo Sacerdos sacrificans obnuberet caput, esset ad eum peculiarem vsum institutus. Vulgare autem capitis tegmen, apud Sinas, nullomodo detrahimr ad cultum alicui deferendum, vt Nic. Trigaultius annotauit. Sed quod apud nos absurdissimum esset, dimisso amplexu aut manus osculo, vel motu pedum, ritus vrbanitatis maximæ vulgaris, peragitur collectis manibus intra superiotis togæ manicas, quas gestant laxissimas: ambabus autem manibus intta manicas vnitis, ptimum erectis, moxque demissis, altero ex aduerso alterius consistente, officia expleat vrbanitatis. Æquè Iaponij referente Francisco Solezio, pro signo venerationis non adhibent apertionem capitis, sed è contratio calceos deponunt: nec assurgunt its quibus honorem deferunt, sed sedent coram eis magnæ ducentes rusticitati, assurgere venienti. Ex his etgo perspicuè liquet, signa venerationis non esse eadem apud omnes: qnia cum sint ex humano instituto quod pro arbitrij verribilitate varium variis locis est, non sunt vbique stats. Si igitur controuersia de honestate vel inhonestate sessionis in templo, aut in sacro, agitaretur in illis oris in quibus assurgere non est nota venerationis, sed sedere, aliter prununciandum esset de cohæsione, aut dissidio sessionis cum reuerentia templo aut sacro debita, quàm ptonunciare liceat in oris bisee nostratibus, in quibus mos receptus, assurrectionem habet pro signo venerationis, non autem sessionem. Meritò ergo volebam, disputationem ptæsentem restringi ad oras nostrates. Quamquam earum vsus dici potest Oecumenicus, quia demptis paucis apnd Eoos extremos regionibus, viget vbique.

Resolutio controuersia.

fol. 14.

l. 1. exped. c. 7.

in hist. Iapon. c. 4. n. 67. & 68.

His ita præmissis, aio aliter pronunciandum esse de sessione in templo ad orationem, vel ad sacrum iuito, aliter de sessione in templo per alias occasiones. Hoc posteriote modo sessio non violat reuerentiam templo debitam. Nimirum potest templum spectari in ratione templi quo pacto, templum per se primò spectat sacrificium, quia sacrificium soli Deo debetur. Prupterea iuxta B. Augustinum templa non dicantur, nisi Deo: per extensionem autem templum per se secundò, refertur ad fundendas in eo preces Deo, & porrigendos velut in regia libellos supplices, vnde *domus orationis* appellamr, vt est apud Isaiam, & in nouo Testamento apud Matthæum, & Ioannem. Præter hæc ergo præcipua opera ad quæ templum refertur, sunt alij præterea religiosi ac pij vsus ad quos templum potest inseruire. v. g. ad audiendum & tractandum verbum Dei, imitatione Christi Domini qui erat quotidie docens in templo, Concilia item Ecclesiastica adunantur in templo, saltem cum constituuntur publici conuentus, aut cum canones sunt promulgandi. Quamuis quoad concertationes præuias, in quibus causæ discutiuntur inter Theologos res transigatur in aula quapiam proxima & contermina. Vt factum est Lugduni sub Gregorio X. cuius Concilij decreta promulgata sunt in templo

l. 8. ciuit. c. vltimo.

c. 56. c. 21. c. 4.

Tom. 1. l. 4. c. 1.

Cap. 10.

§. IV. S. Ioannis, conectationes verò Theologicæ habitæ sunt in aula prægrandi, quæ templo adiacet. Viennæ item aula maxima in qua sub Clemente V. habitæ sunt prælectiones concertationes Theologorum, nunc quoque monstratur, adiacens Ecclesiæ Metropolitanæ S. Mauritij, in qua Concilij solemnitas locum habuit. Interdum quidem legimus, Concilia habita esse in secretario, (siue vt habent acta S. Ioannis Eleemosynatij *è in secreto.*) Sic Literatus in Breuiario, notat Concilij Chalcedonense habitum esse in secretario, eóque venisse Martianum Imperatorem, & allocutum esse Synodum. Et in Concilio Ruriano sub sancto Martino l. à loco sessionis, singulæ sessiones dicuntur *Secretaria*; quod item videre est in plerisque Conciliis Carthaginensibus: & apud S. Bonifacium, vbi secretarium futurum, dicitur proximè secutura sessio. Quo verò loco Ecclesiæ, esset secretarium, latè tradit Baronius; sed vno verbo dico, fuisse ante cancellos sacri altaris, inter cancellos & absidem, vbi erat sedes Episcopi. Græcis secretarium dicebatur *Diaconicum*, vt videre est in Concilio Laodicensi, & apud Nicetam Nazianzeni Scholiastem, cum agitur de Basilij, & Valentis, allocutione intra velum: Quem locum Nicetas, vocat *Diaconicum*. Clemens Romanus iuxta quosdam ea vocauit *Pastophoria*. Quod non placet. Nam *Pastophoria* interprete S. Hieronymo, erant interiora cubicula duo, hinc inde constructa, quibus conderetur sacri pompa ministerij, vt ait S. Paulinus. Ergo cubicula, adiacebant quidem illi loco in quo celebrata Concilia dicebamus; non erant tamen illemet locus, sed continens, vel adiacens. Ad rem nostram satis est, quod secretarium in quo fiebat solemnitas Concilij, esset pars Ecclesiæ.

c. 11. c. 13. Epist. 135. Ad an. 451. can. 21. Ad or. 20. cin. c. 42. Exeth. Ep. 12. Epist.

Sessio igitur in templo, neque orationis, neque sacri gratia inita, cohæret cum reuerentiâ templo debitâ; nec est eur improbetur. Vnde S. Paulinus in duobus secretariis, (de quibus proximè dictum est, fuisse partem Ecclesiæ) facit potestatem sedendi ad legendum. Ait enim,

Cap. 1.

Si quem sancta tenet meditanti in lege voluntas,

Hîc poterit residens sacris intendere libris.

In statutis Lanfranci, statuitur vt peracto summo sacro dum hebdomadarij sumunt mixtum, alij fratres interim in choro sedeant, & qui voluerint legant. Conciliorum item acta quæ in templo obeuntur, dicuntur *sessiones*, & nemo inde ea reprehendit. Item cum auditur in templo dictio, aut lectio sacra, vsus sedilium innoxius est, non modo in Tractatore, qui sedere potest exemplo Christi (da quo legimus, accepto libro, dictionis propositum legisse, ac mox sedisse,) sed etiam in auditoribus, quos durum esset ad stationem vel geniculationem per spatium longæ coercionis obstringere. Seueriùs aliquando actum, cum nulli fiebat sedendi in templo potestas, nisi Episcopis; vt intelligitur ex Optato, qui Parmeniano, & eius Coëpiscopis Donatistis, aptat illud Psalmi. *Sedens aduersùs fratrem tuum loqueberis:* [Dum peccatorem (ait Optatus) sedentem increpat Deus, specialiter ad vos dictum esse constat; non ad populum qui in Ecclesia non habet sedendi licentiam] In Episcopis fas erat in templis sedere, & vt eum dignitate at majestate sederent, habebant thronos honorificos, qualis erat Alexandrino Episcopo constitutus, cui eorum è persecutoribus Ecclesiæ vnus, insedisset, fornicarios in eo ronchos trahens, moxque thronum conuellere violento impetu aggressus esset, non sera vltioue multatus est, vt scribit S. Athanasius ad solitariam vitam agentes. Fragmento enim ligni inde tesistente, in ventrem petulantis iuuenis impacto, intestina sua perforauit, & celeriùs ei thronus vitam abripuit, quàm posset ipse thronum conuellere, & perfringere, videtutque id voluisse Theodorus Presbyter Hierosol. orat. de Hypapanto, eum diait, *per mensam mysticam & mundum*, esse stabilitum; & orbem terræ consistere, & regnum custoditi. Significans Imperium Romanum quod vsque ad sæculi finem duraturum est eam durationis prorogationem ab Eucharistia accipere & ab ea quoque deriuati mundi conseruationem, quæ proinde bona cessabunt cum Eucharistia per Antichristum abolenda, sublato Missæ sacrificio. Item à tempore Apostolorum vsui fuisse huiusmodi cathedras, liquet ex Romana cathedra S. Petri, etiam nunc asseruata; & ea S. Marci cathedra, cui nullus successorum insedit ob lucem inde micantem; & ea lignea cathedra è qua S. Iacobus docebat, quam Hierosolymis fuisse superstitem sua ætate, prodit Eusebius. Aliarum cathedrarum Episcopalium meminere Chrysostomus, & Augustinus, & in S. Cypriani actis Pontius. Accepit de huiusmodi materiali sede, Euthymius Matth. 23. quod Christus ibi, air, *super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.* Quod tamen potiùs accipiendum videtur de doctrina legis, propositâ eum publica authoritate; prout eam *cathedram* accepere S. Hieronymus & Beda, & latè Serarius, eodémque pertinet festum de Natali cathedræ, olim solemne, vt pluribus monstrat Rosuedius ad S. Paulini Epistolam 16. Fuisse tamen Episcopis in templo materiales cathedras, est extra dubium. Videsis prolegomena ad coronam auream super mitram, & subtexta eidem operi epilegomena. At quorsum hæ cathedræ ac throni in templo, nisi ad insidendum? Fas igitur erat Antistitibus sedere in templo; laicis non item. Et inde factum existimat Iosephus Stephanus, vt dicerentur ad Systasin, hoc est, ad *consistentiam* admitti, qui censuris exsoluti, vel persuncti publica pœnitentia, reduces ad communem fidelium statum reueniebant, admissi in Ecclesiæ nauem, vbi cœtus vulgi fidelium consistebat, vt videre est apud Sozomenum atque Nicephorum, nominatimque Theodosium Magnum, iussum à S. Ambrosio *consistere*, cum reliquis laicis extra cancellos, referont Theodoretus, Cedrenus, & alij, generosum illud S. Ambrosij ausum describentes. Sedebat ergo intra cancellos, Episcopus eum Clero administro; populus verò extra eos fines consistebat, audiens lectiones sacras, aut tractationem verbi Dei? Fuit hic consistendi vsus inter audiendum concionem, perantiquos in Oriente, vt liquet ex facto Constantini Magni quod summæ sibi admirationi fuisse, prodit Eusebius referens illud

Lib. 7. hist. c. 14. hom. 3. in ad Colos. c. 4. doctr. chr. c. 27. & in Ps. 36 conc. 3. Ad eum Matth. Leon. 5. Tr. hor. c. 3. Lib. 4.

Prænot. 3. Salmer. 2. fructu 7. Lib. de osculo. patium Rom. Pontif. C. XL.

Lib. 7. c. 16. l. 12. c. 28.

illud hisce verbis [Cum eius singulari erga Deum pietate adducti, postularemus, vt de seruatoris monumento & sepultura disputantes nos audire vellet, libentissimè sanè aures suas sermonibus nostris præbuit, & in ipsa Basilica, magno auditorum cœtu circumfusus, erectúsque stans, communem cum reliquis audiendi operam exhibuit. Cúmque flagitaremus, vt regali in solio, quod ibi sessionis causa positum erat se reclinaret, minimè ceßit nostris precibus; quin potiùs contento animo quæ dicebantur secum diiudicabat, & Theologiæ decretis, veritatis testimonium dabat: Sed cum iam multum temporis fluxisset, & nos longiores essemus, finémque facere statueremus; hic quidem ille restitit, & vt omnem sermonem absolueremus, hortatus est. Rursus verò vt sederet depositis centibus nobis, austero vultu respondit; nefas esse institutis de Deo disputationibus, negligentes aures præbere: Sibi hoc esse in primis vtile, præsertim cum pium sit de diuinis rebus disserentes, erectos audire.] Ex hac narratione liquet, iam Constantini Magni ætate vsum fuisse; vt auditores concionem erecti ac stantes excíperent, cui vsui pius Princeps ne in sua quidem persona derogatum voluit, renuens sedere quamtumuis rogatus, & tametsi concio prolixior fuisset. In Africa quoque, communis vsus ferebat, concionesà stantibus auditoribus excipi, denegato eis vsu sedilis, vt D. Augustinus non vno loco manifestat. Nam admonens aliquid extra sacram concionem exquirendum esse, ait, [Non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis literis quærat: nec stando & audiendo, sed potiùs sedendo & legendo condiscat.] Alibi sic affatur concionem. [Ante aliquor dies propter eos qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis in æqualitate laborant, paterna pietate sollicitus, consilium dedi, & quodammodo supplicaui, vt quando aut passiones prolixæ, aut certè aliquæ lectiones longiores leguntur, qui stare non possunt, humiliter & cum silentio sedentes, attentis autibus audiant quæ leguntur. Nunc verò aliquæ de filiabus nostris, putant quod hoc, aut omnes, aut certè plures, quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeant facere. Nam vbi verbum Dei cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere volunt. Atque vtinam vel iacerent tanrummodò, & tacentes, verbum Dei stitienti corde susciperent; non etiam se ita otiosis fabulis occuparent, vt quod prædicatur, nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Vnde rogo vos venetabiles filiæ, & sollicitudine paterna commonco, vt quando aut lectiones leguntur, aut verbum Dei prædicatur, nulla se in terram proiiciat, nisi forte quam nimium grauis infirmitas cogit. Sic tamen non iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribus, quæ prædicantur auido corde suscipiat.] Extra grauem ergo inualitudinem, nemo in Africa audiebat in remplo concionem factam sedens; sed auditores erecti stabant. Ius quippe solius tractatoris esse videtur, sedere in concione, quia habet rationem Magistri, quem sedere debere non stare, docuit corripiens S. Arsenium docendo stantem, Theodosius Magnus, vt est in actis S. Arsenij. Auditorum verò est potiùs stare. Et ita tulit vsus Orientalium & Africanorum vt vidimus. Quamquam quod sessio per tempus concionis, non collideretur cum reuerentia debita templo, alibi variis locis vsus iam olim tulit, vt fas esset per illud tempus sedere. Idque consultius videri, docent illa S. Augustini de auditoribus audiendo vel stando fatigatis, & idcirco ofcitantibus & labia diducentibus. [Oblata sessione studeat (Doctor) succurrere. Quamquam sine dubitatione melius fiat, vbi decenter fieri potest, vt à principio sedens audiat: longéque consultiùs in quibusdam Ecclesiis transmarinis, non solùm Antistites, sedentes loquuntur ad populum, sed ipsi etiam populo sedilia subiacent; ne quisquam infirmior, stando lassatus, à saluberrima intentione auertatur, aut etiam cogatur abscedere.

Lib. 4. vitæ c. 33.

Tract. 112. in Ioann.

Hom. 26. c. 50.

Resolutio controuersiæ.

Lib. de Catech. rud. c. 13.

Addit, ea oblatione sessionis, minui inuidiam erga Doctorem; dũ tribuitur eius arrogantiæ, quod fratres coram se sedere non faciat; cum ipsum Dominum nostrum cui assistunt Angeli, sedens mulier assedisse referatur. Itaque autor est, vt rudis qui informatur, si vnus sit (vel non multi,) sedeat. Periculosum enim censer in eo euentu, loqui stantem. Si tamen cœperint sir cum stantibus agi, saltem animaduerso auditorum tædio, offerenda sessio est. Imò verò potiùs vrgendi vt sedeant, ne videlicet stando fatigati auertantur ab audiendi cupiditate, & hebescat in eis proficiendi ex auditione studium, cui seruire debet audiendrum situs. Saris itaque monstratum est, vsum sedendi in templo per tempus Concionis, aut lectionis sacræ, non fuisse habitum reprobum, aut irreuerentem; etiam extra ægritudinem, vel imbecillitatem corpoream, quæ posset videri locum indulgentiæ præbuisse.

At cum conuenitur in templum, siue orationis, siue sacrificij Christiani gratia, tunc sedis vsus, est verum sedimentum; quia moris (vr sic dicam,) æterni fuit inter Christianos, arcere sessiones, sed vel de genuculis adesse, vel stare; quod sessio in eo articulo irreuerentiam sapiat, & religiosa illa officia dedecoret. Hoc nõ eget longa probatione: breuiter tamen illustratur, primum quoad orationé. Nam qui orat, alloquitur Deum, vnde reuerétiæ studium oranti iniiciunt Patres. Imo Chrysost. Ipsam orationis essentiam in ea allocutione statuit. Et consentiunt plerique omnes. Si ergo is qui orat, agit cum Deo & illum affatur, perspicuum est non congruere, vt in eo opere sedeat. Nam rusticitatis notatur, qui vitum honoratum affatur sedens? Et vrbanus quisque ad viri honorati occultum assurgit, nec sustinet cum eo ex sella disserere. Quanto magis ea obseruantia, decet illum qui Deum affatur? Accedit præsentia Angelorum, qui precantibus comprecantur. Vnde S. Bernardus increpans quosdam è suis in Dei opere (quod est oratio) negligentibus, vrget præter cæterea præsentiam Angelorum [Attendite (inquit) principes vestros, cum statis ad orandum, vel psallendum, & state cum reuerentia & disciplina. Et gloriamini, quia Angeli vestri quotidie vident faciem patris: Nimirum missi in ministerium propter nos qui hæreditatem capimus salutis, deuorionem nostram insuper; ferunt, referunt gratiam. Vtrumnus officium quorum sortimur consortium, vt in ore infantium & lactentium perficiatur laus.

Lib. 1. de orando Deũ.

Ser. 7. in cant.

§. IV. Dicamus eis, *psallite Deo nostro, psallite*, atque audiamus eos vicissim respondere, *psallite Regi nostro, psallite*. Laudem ergo cum cœli cantatoribus in cõmune dicentes, vtpote ciues Sanctorum & domestici Dei, psallite sapienter.] Perillustri eaemplo ea Angelorum nobiscum precatio firmatur in noua vita S. Bernardi; cum narratur visum viro sancto obuersatum inter concinendum Canticum *Te Deum laudamus*. Angelis ergo adeò strenuè compretantibus, & adiuuantibus infirmitatem nostram ad exhibendam reuerentiam Deo, quis ferat, homuncionem decori oblitum sedere?

Cap. 4.

Argumenta, orantes in templo vrgentia ad reuerentiam, atque adeo ad non sedendum, multo magis vrgent pro eacludenda sessione à plebe fideli, dum assistit sacrificio noui Testamenti. Hoc enim vetè ae singulariter est sacrificium laudis, quo agimus cum Deò, deferentes ai cultum suptemum; & quo Deus ipse profitetur se honorificari, & illbic esse iter quo ostenditur homini salutare Dei. Hæc bellissimè in sacrificium nostrum qusdrare, & de eo & à Patribus & à Rabbinis accipi, monstratum est in Onomastico Eucharistico. Vbi etiam cum Matthæo Galeno (cui nunc addo Turrianum,) adduxi ad eandem meutem, Apostolum Hebræos adhortantem, vt per ipsum (Christum) offerrent hostiam laudis: quod præcellenter & antonomasticè fieri per Missæ sacrificium, multipliciter eo loco aperio. Hæc est laus Dei in Ecclesia magna, & vota reddita in conspectu timentium eum, vt infra dicam. Itaque reuerentia adhibenda ob Dei præsentiam cum quo agitur in Christiano sactificio, multo magis vrget ad eacludendam sessionem ab eodem sacrificio, quàm ab alia oratione quacumque: Et pro eodem sacrificij tempore, fortiùs item vrget altera ratio, ducta ea præsentia Angelorum quos adesse frequentes nostro sacrificio, supra est demonstratum. Nec malè confirmatur ea illis verbis Patri, *in qua desiderant Angeli prospicere*, quæ de hoc negotio accipienda, contendunt Turrianus, & Salmeron. Quorum ille, veteres aliquot Patres sit interpretatos adducit, & nominatim liturgiam S. Marci, cuius hodiéque vsus est in Ecclesia Alexandrina, ac nonnullos ab Anastasio Antiochcno adductos. Iis tamen non inhæret ipse Anastasius, tantum quia Angeli non desiderant prospicere hæc Christi specierum tectorio abditi mysteria, quæ reipsa vident & penitissimè perspiciunt. Sed non est solida reiectio. Nam etiam Beati in cœlo, dicuntur desiderare prospicere Deum; non quod eum reipsa non videant, sed quod sine satietate fastidiente videant; vt rectè tradunt S. Gregorius, ac Beda in qq. variis, necnon S. Isidorus. Similitet igitur, Angeli quamuis adiuti lumine supernaturali Christum in Eucharistia nobis abditum clarè intueantur; dicuntur tamen desiderare eum prospicere, quia non satiantur videntes; valéque hic etiam illud, *qui edunt me, adhuc esurient & qui bibunt me, adhuc sitient*. Itaque etiam si hoc sacrificium, astantibus Angelis, & eorum præsidio atque opera conficitur, quæ est Anastasij ratio ad negandum Angelis videndæ Eucharistiæ desiderium; tamen possum dici desiderare eum contuitum. Habemus potrò ex ea ratione, Anastasium admittere quod hic affirmemus, nempe Angelos adesse nostro sactificio, eíque cooperari. Egregiè item Chrysostomus, hortatur fideles ad summam in sacrificio Christiano reuerentiam, proposito exemplo Angelorum, qui ibi Regi Regum frequentes astant, religiosè obsequiosi & officiosi. Non est igitur leuis noxa, si homunciones summam religionis functionem eaequantur in conspectu Angelorum irreuerentes & incompositè: quod faciunt si extra ægritudinem indulgentiæ egeutem, astant Sacto sedentes.

v. sacrificium laudis & v. hostia laudis. *Lib. de sacr. c. 5.* *2. de Euchar. c. 14.*

5. Epist. c. 1. 2. de Euch. S. Petr. 1.

18. mor. c. 28. In num. *1. Sent. c. 22.*

Quid quod sessio symbolum est iudicij, aut regiæ potestaris, vel ad minimum æqualitatis cum eo cui assideatur, nisi eius voluntate, vel iussu, aut rogatu, quis assideat. Sessionem ac sedem esse iudicij notam, in scripturis & alibi; neminem latet. Iudicij notam esse, habetur ex Prouerb. 31. vbi mulieris fortis vir, nobilis in portis affirmatur, quando sederit cum Senatoribus terræ. Quod ad Christum iudicaturum cum suis sedentibus super sedea in iudicio, accommodat S. Gregorius: qui alibi, attingens sedentem in cathedra pestilentiæ, eum interpretatur, praua ea iudicio delibetato admittentem. Aliàs, sedes est nota regni, iuxta illud; dabit illi *Dominus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob*. Et Psalres *de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Eaodi item 11. percussi dicuntur omnes primogeniti, à primogenito Pharaonis qui sedebat in solio eius; qui scilicet erat hæres regni designatus. Eundem vsum inualuisse apud Romanos, Ioannes Petrus Valerianus docet, & apertè tradit Poëta Æneid. 11. ageus de Missis Latini ad Æneam.

M. Ser. 4. 3. p. pastor.

Lib. 45.

Munera portantes, aheneque aure que talenta;
Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.

Antichristus ea Apostolo sedebit in templo Dei, ostentans se tanquam Deum, & omnium Dominum: quod decus captabat Lucifer cum dicebat, *sedebo in monte testamenti*. Nimirum sedere est dominatis, vt ait eũ locum capeudena S. Bernardus; monstraturque ea Psalm. 28. vbi dicitur, *Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit Dominus Rex in æternum*. Id est, regnabit ae dominabitur, vt benè eaposuit alia quoque in hanc rem adducens Piueda: regnabit autem stabiliter, quæ est prærogatiua diuini Dominij propria, vt fusè mõstratur in Narratali Theologia, & optimè attingitur ab Authore sermonis de sigillis apud Chrysostomum, obseruante Deum in scripturis dici *sedere*, ob inconcussam immutabilem naturam qua idem ipse est: secus nos qui in perpetuò agitamur ac roramur nusquam fiai, ac nullibi consistentes. At Deus immutabiliter dominans, meritò exprimitur sedens. Est ergo sedes ac sessio, nota imperij, ac iudicij, ac vt minimum æqualitatis cum eo coram quo sedetur. Hsne superbiæ notam agnouit S. Gregorius, tractans illud ex 1. Reg. 4 *Heli sedebat super sellam contra viam*. [Quid est, (inquit) quod seder supet sella, uisi quia superbè eatollitur de doctrina.] Signum demissionis in Endoxia Constantij vaore, proposuit Leonitus Tripolia Lydiæ Episcopos, (quem à vita compositissima & infracta in renitendis Ecclesiæ scitis fortitudine, *canonem Ecclesiæ* denominatum esse, tradit Suidas;) vt se aduenieute Regina, de solio descendens accurreret,

2. Thes. 2.

Dist. 7. à n. 152. *Lib. 2. de Solom. c. 7. n. 2.*

Lib. 1. in 1. reg.

v. Leon.

curretet, non nisi signo per ipsum Leontium dato sessura. Agnouit ergo Leontius, cum qui alicui assidet absque eius nutu, gerere se pro æquali & nullatenus obnoxio. Quàm superbiæ vmbram, dispellit voluntas eius cui assidetur, si nimirum præ humanitate aut honotis deferendi desiderio, annuat vt quis sibi assideat. Quo pacto Salomon volens matrem suam honorare, iussit eam sibi assidere, locato pro Bersabeè matre ad dexterem suam throno altero. At absque eo nutu, non est ferui sedere coram Domino, vtpotè inæqualis & inferiotis: sed ferui est stare, heti sedere, vt S. Chrysostomus recte animaduertit. Non intendo affirmate, sessionem sonare aliquid nobile, quinimo, *sellularij* dicuntur opifices viles, qui sedentes opus faciunt. Vnde Iulianus Pelagianus, agens in S. Augustinum, expostulat, quod si Philosophorum senatum aduocauerit, continuè Augustinus, *sellularios opifices* omnèque vulgus sit accensutus in aduersarios. Cuius item conuitij in vulgus Catholicum à Iuliano intorti, mentio est in opere pleniore contra eundem Iulianum. Eò item pertinent *sellularij quæstus* à Phauorino apud Gellium memorati: necnon personæ ignobiles, quas Columella nominat *sedentarias*. Non igitur hoc dico, sessionem absolutè loquendo, sæpete nobilitatem; sed affero, sedere coram alio, esse notam iudicij vilis, quod sedens fert de eo coram quo sedet, tanquam de pari, vel de eo cui honorem non debeat.

Hom. 13. in ad Hebr.

Lib. 1. ex duobus additis c. 62.

Lib. 1. c. vlt. & l. 2. c. 8.

Lib. 3. c. 1.

Lib. 12. c. 13.

Quis ergo superbia Luciferiana ad Dei æqualitatem aspirante turgens, sedete coram Deo audeat iniussu eius? At abest Dei nutus, vel iussum de sibi assidendo, si absit ægritudo corporis, sessionem deposcens. Ea enim corporis imbecillitas, diuinæ Indulgentiæ ad sedendum concessæ, tessera est ex natura rei. In homine igitur benè valente, sessio coram Deo, id est, cum orationi aut sacro datur opera, redolet impudentiam, & superbiam detrectantem Deo subesse, nec cohæret cum cultu qui Deo in illis adiunctis debetur. Extra controuersiam enim est deberi Deo cultum *latriæ*. Quæ vox iuxta Phauorinum, præfert vehementiam timoris reuerentialis cum verecunda subiectione ac siquidem est intensiua particula. Τρὶν verò, sonat *formidare vehementer*. Hic est affectus seruorum proptius, coram Domino suo pauentium, ne quid minùs decotè præstent, vt optimè perpendit Sanctesius. At is pauor atque reuetentiæ emphasis, non sinit seruum coram Domino sedere. Neque igitur qui serui in modum, Deo in oratione, aut sacro astat, inducet in animum, vt aliter quàm pro seruo se gerat, adhibens sedile. Nec prætexi potest quies, animæ conciliata per sessionem corporis. Qua ex causa Nauarrus ait de sententia Guillelmi Parisiensis, sessionem esse appositissimam, & optimam corporis dispositionem, in eo qui cum Deo agit; eo quod eo pacto corpus non aggrauet animam, & homo sit attentioni, & distractionum depulsioni accommodatior. Reueta tamen hoc non censuit Guillelmus. Sed eo loco quem Nauarrus allegat, tantùm ait: [Quantum ego video, illa dispositio corporis vnicuique in oratione sua, & habenda & conseruanda est, per quam adiuuari se maximè sentit. Scio namque, pro-

In Lexico.

Repetit. 3. c. 1.

Enchir. de orat. c. 4. n. 12.

In retho. diuina, c. 25.

stratione quibusdam esse impedimentum orationis, similiter vt crebtas genuflexiones: laboriosæ namque sunt, & propter hoc de cogitationibus nonnihil in se tapiunt, & ob hanc causam cor hnmanum ad Deum totaliter colligi non sinunt. Propter quod omnium dispositionum corpotis, mihi conuenientior videtur esse accubitus, quo incumbitur sub pediculo alicui, maximè ex patte finistta. Magis enim quietat corpus, magisque liberum permittit esse cor, accubitus huiusmodi: Quinimo expedire mihi videtur orantibus, vt quieto corpore ab omni molestia, & libero corde, ab omni mala distractione, seu sollicitudine, sint in oratione.] Nihil ista ad sessionis patrocinium, Guillelmo à Nauatto attributum. Quies enim corporis leuans animam, quam Guillelmo captari vult agenti cum Deo, aliter obtineri potest, quàm adhibita sessione; Et nominatim per innixum, non qui carnis mollitudini lenocinetur, sed qui prohibeat fatigatione, quæ animam corpoti confertam, & per eius accommodationem ad functiones suas minus idoneam, præpediat inter agendum cum Deo.

Contra sedilia in Sacris.

§. V.

Sensus Patrum alienus à nouitate proposita.

NOn sunt proferendi in hanc rem Patres nisi quatenus signatè improbant sessionem tempore orationis vel sacri; aut quatenus commendant, vt compositio corporis inter agendum cum Deo, vel assistendum sacro sit eiusmodi, quæ Deum deceat; qualem liquet ex ante dictis, non esse sessionem, si pet inualetudinem non extorqueatur. Profetam seorsim Græcos, seorsim Latinos.

In prima serie, occurrit Eusebius Episcopus Alexandrinus, cuius homiliam de commemoratione Sanctorum à Carolo Fabiano Larinè factam, vulgauit Thomas Gallerus, sed absque nomine Ecclesiæ in qua Episcopatum gessit: Eam vero expressit, scriptor nunquà satis laudatus Franciscus Turrianus lectas sibi eius homilias duodeuiginti in Bibliotheca Cryptæ Ferratæ haud ita procul Tusculo, referens, ac ex Epistola Anteri Papæ deones, hunc Eusebium ex parua ciuitate, cui primùm præerat Episcopus, præ sapientia insigni ac pietate, transtatum esse ad sedem Alexandtinam, ante S. Athanasium. Hic ergo *antiquissimus Pater*, vt eum meritò nominat Turrianus, ea oratione de Sanctorum commemoratione, exagitans quæ itreuerentet fiebant in templo ab obeuntibus nocturnas vigilias, inter noxas correctione dignas, numetat sessionem in templo: vnde garrulitatem & animi euagationem consequi obseruat; cum veniendum fuisset in templum ad precandum, & religiosè colendum numen, non autem ad illud nouis culpis violandum; cuius multiplicis in Deum itreuerentiæ fontem, statuit sessionem in templo; ex qua fieri ait, vt obturentur aures tanquam aspidum surdarum, ad scripturatum lectionem atque psalmodiam, linguæ autem acuantur & soluantur in garrulitatem, ac scommata &

lib. 5. contra Magdeb. c. 17. Eccl. 2. c. 12. in fine.

§. V. Patres

sannas. Addit item, inde ptouenite, vt qui precaruri venerant, vincantut à somno, iaceántque vt mortui, móxque somno soluto occupentur in perditione, augentes peccata quæ venerant imminuturi: quæ mala declinare potuissent, si non ignauæ sessioni dedissent sese in templo per tempus sacrarum excubiarum. Nec difficilimiles sunt effectus sessionis in Ecclesia, alio tempore.

Haud dissimiliter S. Chrysostomus, ad sessionem in templo refert iocos illiberales, & risus effusos, ac templi profanationem. Concitatus enim in conferentes verba ludicra & facetias pleromque Atheismo fartas, & ingemiscens quod etiam Monachi à sæculo veste tenus segreges, tali impietate, in Ecclesia quoque polluerentur, addit post multa. [Risu repleta est Ecclesia. Si ille & ille factum quid loquatur, tisus confestim sedentes occupat: & quod adhuc mirabilius est, in ipso tempore orationis non quiescunt à tisu: Multi vbique vagantur. Diabolus omnes illigauit, omnes occupauit, omnibus dominatur. Exhonoratus est Christus, contemptus est, nullius momenti habetur, &c. stat sacerdos Dei, orationem offerens cunctorum; Tu autem rides, nihil trimens. Et ille quidem tremens orationem pro te offert, tu autem contemnis. Non aduertis scripturam dicentem, *væ contemptoribus*? Non contremiscis, non colligis temetipsum? Et in aulam quidem Regiam intraturus, & habitu, & oculis, & incessu, & in cunctis aliis componis & ornas reipsum: Huc autem ingressus, vbi verè est aula regia, & talis qualis cœlestis est, rides! Er tu quidem, scio quia non vides. Audi tamen, quia Angeli præsentes sunt, vbique, & maximè in domo Dei astant Regi, & omnia plena sunt incorporeis illis virtutibus. Iste mihi sermo etiam ad mulieres dicitur. Illæ inter viros quidem non citò audent hoc facere; & si hæc faciant non tamen semper, sed in tempore remissionis: hic autem & velas & obnubis caput tuum & tides, ô mulier, in Ecclesia sedens? Ingressa es confiteri peccata tua, procidere Deo, postulare, & deprecari pro delictis; cum risu hoc facis? Quomodo ergo Deum propitiare poteris? Fontem effusi risus & profanationis templorum, ac contemptionis Dei præsentis, & astantium Deo Angelorum, statuit sessionem in templo, & in viris, & nominatim in mulietibus: quarum in templo garruliratem, castigat quoque laudatus supra Eusebius Alexandrinus, commonens eas, quanta orbi mala intulerit prima mulier, garriendo cum serpente in paradiso voluptaris. Alium Chrysostomi insignem locum ad procubitum & omnem demissionis ac modestiæ significationem in templo exhibendum, legere est in calce Homiliæ de die Natalis Domini.

Tob. 13.

Ad finem homilia.

Inter Latinos, dignitatis non temporis ordine, primas sibi vindicat Anastasius Papa autor genuinus Epistolæ ad Germaniæ ac Burgundiæ Episcopos, quam malè Beda adscribit Anacleto, item Papæ. cum tamen in ea Epistola mentio fiat Manichæotum, qui tanto post Anacletum sunt exorti. Anastasius ergo in ea Epistola, decretum condit, quod tanquam verè Apostolici Præsulis agnoscitur in Pontificali, prænotato nomine Damasi, necnon ab Amalario & Vvalafrido ac Rodulpho Tungrensi. Decreti verba sunt: [Significastis, quosdam Sacerdotes in Ecclesia quandò leguntur Euangelia sedere, & Domini Saluatoris verba, non stantes, sed sedentes audire. Et hoc de maiorum traditione se accepisse nartant. Quod vt nullarenus deinceps fieri sinatis, Apostolica autoritate mandamus. Sed dum sancta Euangelia in Ecclesia recitantur, Sacerdotes & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui in conspectu sancti Euangelij, Dominica verba attentè audiant, & fideliter adorent.] Non interdicit Anastasius sessione nisi per tempus lectionis Euangelij, quia de ea sola consultus erat; & pro ea sola aliqui allegabant falsam traditionem; nec dubium quin valdè dedeceat loquente Christo per suum Euangelistam, *sedere*: & propterea Theophylus Episcopus cognomine Indus, nominatim collaudatur, quod Indos ad quos transierat, in sacri Euangelij recitatione sedentes corripuerit, & stare docuerit, vt refert Nicephorus huius acta compendio exhibens. Cæterum Anastasij ratio aduersus sessionem tempore recitationis Euangelij, æquè valet pro reliquis partibus, & Missæ, & diuini officij. Omnia enim quæ ibi proferuntur, æquè sunt verba Dei, quippè capta ex Psalmis, aut ex Apostolicis, aliisve canonicis scriptis, vel ex cetta traditione per Ecclesiam comprobata, atque adeò authentica. Vnde sicut nos ad Euangelium stamus, ita Græci ad Epistolæ lectionem assurgunt; quia est eadem ratio. Quod si Anastasius notat sedentes tempore sactæ lectionis Euangelij in Missa, quanto magis tempore consecrationis & consumptionis diuinæ Eucharistiæ? Imo verò potest Anastasij vetitum sedendi per totum sacri tempus, admodùm verisimiliter implantari exremis illis verbis decreti, *& fideliter adorent*. Neque enim ibi *adoratio*, refertur ad Euangelij lectionem; (quanquam non me latet relatiuam adorationem verborum & codicis Euangelij, sæpè vsurpatam esse & collaudatam. Legesis ex Antiquis, Germanum. Ex nuperis Cresolium & Nouatinum.) Tamen Anastasius, absolutè præscribit adorationem fidelem, quam non præstant qui sedent, intelligendo per *adorationem*, assistentiam religiosam sacrificio nostro præstitam. Nam sicut sacrificium increuntum, est adoratio in Spiritu & veritate, de qua Christus Ioannis 4. iuxta interpretationem insinuatam à Theodoreto, & benè propositam à Pothone Prumiensi alibi adducto: ita qui piè assistit sacrificio, & cum Sacerdote offert ac sacrificat, adorat in Spiritu & veritate.

Lib. de rebus Eccles. c. 22.

Lib. de Cæremon. c. 1. n. 18.

Lib. 9. c. 18.

Orat. de imaginum. Mystag. c. 18.

Lib. Scholiast. c. 1. n. 3. 4. in cap. 1. Malach. lib. 2. de statu domus Dei. In candel. §. 4. c. 2. §. 5.

Tertullianus præter cæteras inter orandum absurditates, affectati (vt ait,) non autem rationalis officij, hanc quam excutimus non omisit. [Assignara (inquit,) orarione assidendi mos est quibusdam. Non perspicio tationem, nisi si Hermas ille cuius Scriptura ferè *Pastor* inscribitur, transacta oratione non super lectum assedisset, verùm aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem vindicaremus. Vtique; non simpliciter enim & nunc positum, *cum adorassem & assedissem super lectum*; ad otdinem narrationis, non ad instar disciplinæ: alioqui nusquam erit adotandum, nisi vbi fuerit lectus. Imo contra Scripturam ferent, si quis

Lib. de Orat. c. 12.

In Martyr. 6. Cal. Maij.

Cap. 40. l. 3. de div. off. c. 13.

quis in cathedra, aut subsellio sederit.] Ab-
blandiebantur aliqui suæ ignauiæ, qua sede-
bant in conspectu Dei viui, allegato Herma
Lib. 2. in libro Pastoris, vbi in libri vestibulo, haber
Tertullianus quod eos allegasse refert. Atenim
liber ille qnidquid contra indicet Tertullianus,
& olim plerique censuerint, Canonicus non
est, vt plenius tradit Batonius anno Christi
Inter opera S. Cyprian. n. 358. & ad Tertull. de in. dic. n. 84. Lib. 1. de verbo Dei c. 20. 159. (cum de Pio Pontifice Hermæ fratre) &
Pamelius ad Symbolum Russini, attigitque
Bellarminus, & quotquot libros Canonicos ab
Apocryphis secreuerunt. Itaque tamersi Her-
mas ille aliquid tradereet contra quam affirma-
mus, parum vrgeremur eius auctoritate. Dein-
de nihil habet auctor ille quod negotium fa-
cessat in præsenti causa, si inhæreamus inter-
pretationi, qnam Pamelius dat verbo Tertul-
liani referentis Hermam dicere, se assignata
oratione assedisse: *assignatam* Pamelius inter-
pretatur *obsignatam*, siue *transactam*. At quid
vetat, post conclusam orationem sacere, vel
assidere, siue sedere? Quid hoc ad sessionem
inter orandum? Itaque iuxta Glossam, quam
Pamelius adhibet verbo Tertulliani, referentia
dictum Hermæ, nihil est quod hîc nobis ne-
gotium facessat. Genuina tamen notio vocis
illius *assignata*, fert aliud. Reuera enim ibi
oratio *assignata*, idem est qnod *occepta*. Quasi
diceret Hermas, *cum orationem occepissem, &
facta inclinatione profunda inchoassem precatio-
nem, illicò sedi.* Sit intellectus Hermas patro-
cinatur nouitati, quam excutimus. Expenditur
verò à Tertulliano, qui in primis ait, hoc esse
imitari Idololatras, qui adoratis sigillaribus,
sine simulachris suis, sedebant cootinuantes
petitionem in sella. Quod reprehenditur va-
lida ratione à Tertulliano, subdente. [Eo
apponitur, & irreuerentiæ crimen, etiam
ipsis nationibus, si quid saperent, intelligen-
dum. Siqnidem irreuerens est, assistere sub
conspectu, contráque conspectum eios quem
cum maximè reuereatis at venereris; quanto
magis sub conspectu Dei viui, Angelo adhuc
otationis astante, factum istud irreligiosissi-
mum est? Nisi exprobramus Deo, quod nos
oratio fatigauerit.] Apertè Tertullianus à no-
bis est, & vsum sellæ, vel cathedræ, & vni-
uersè sessionem agentis cum Deo, arguit in-
dignitatis.

Opusc. 39. cap. 4. in fine. Petrus Damiani, Integro opositolo vrget
Episcopum Bisuntinum, vt è sua Ecclesia *op-
probrium ignominiosa sessionis*, (sic appellat,) alle-
gatum velit, non modo quoad sacros homines,
inter quos vsus sedendi inter psallendum inua-
luerat; (nonnullis qnoque id extendentibus ad
assistentiam in Missa.) sed etiam quoad laïcos.
Locus est paulo diffosiot, sed longitudinem
grauitas disputationis pensabit. *Torporis ergo*
(vt ait,) ac *desidiæ* signum abs se in Bisuntina
Ecclesia visum refert, qnod [Plerique ibi Cle-
ricorum tesident, dum vel Canonica celebrantur officia, vel etiam ipsa Missarum offe-
runtur terribilia Sacramenta. Cuius torporis
ignauiam, per Galliarum Partes, nonnullis
ait etiam in Monachis deprehendi: Quod
profectò prauæ consuetudinis vitium & cor-
rectione dignum, & de stadio militantis Ec-
clesiæ in his qui incolumes sunt, constat pe-
nitus eradendum. De qua scilicet in Canticis
legitur, *qnid videbis in Sunamite nisi choros ca-*
strorum? Et item, *sicut turris David collum tuum,* *Contra se-*
quæ ædificata est cum propugnaculis suis; mille *dulia in sa-*
Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. *cris.*
Nam cum vbique nobis aduersùs nequitiæ
Spiritus immineat infœderabile bellum, fer-
uentiùs ingruit in modulatione Psalmorum: &
cum oramus tunc velut in acie contra mali-
gnorum hostium tentamenta confligimus, vt
nobis omnino necesse sit, aut superantibus
eneruiter cedere, aot corruentibus in Domino
plausibiliter insultare: qui cum corpora nostra,
marcida sessione contemplantor hebescere, de
ruina quoque interioris hominis illieo spe-
rant se victoriam obtinere, *&c.* Vtraque nimi-
rum substantia, anima scilicet & corpus, in no-
bis sic vnitæ sunt, vt plerumque vna soleter
agente, vigeat altera; & dum hæc resoluta
negligentet oscitat, illa quoque dormitantis ig-
nauiæ languore torpescat. Iosue certè com vi-
disset Angelum, euaginatum tenentem gla-
dium ait, *qnod Dominus meus loquitur ad seruum
suum?* cui aliud ipse præcepit, nihil prorsus vt
exeqneretur ininnxit, nisi tantum hoc; *solue cal-
ceamentum de pedibus tuis.* Quare subiungit:
locus enim in quo stas, terra sancta est. Vt quid
enim antiquis Patribus diuinitus imperata per
sacras paginas legimus, nisi vt sanctis locis
nos reuerentiam debere credamus? An minus
sacer est locus in quo per mysterium viuificæ
Passionis Christi corpus offertur, quàm ille
vbi per suum Deus Angelum loqnebatur? In
Deuteronomio qnoqne, legitur qnia dixit
Dominus Moysi. *Tu sta hic mecum, vt loqnar tibi omnia mandata, & cæremonias, atqns
iudicia* Non ait *sede*, vel *recumbe*, sed *sta mecum*,
vt scilicet stando discat quod sedendo post-
modum doceat. Nnne itaque dum in procin-
ctu sumus, vnlr Deus nos sibi ministrantes
assistete, vt cum eo postmodum mereamnr in
municipij tranquillitate sedere. Porrò autem
si cui tanta supperetet munetum copia, vt do-
nec officinm superesset, præbere dona singulis
non cessaret, is quoque gradum figeret cuius
articulos languor chiragricus innodaret. Cor-
poris ergo morituri, stans susciperet commo-
dum; animæ verò perpetoò regnaturæ sedeu-
do despicit ornamentum? Si Regi vel terreno
cuilibet optimati, suæ dictionis officia teue-
renter assistunt; cum ante tetribilem Majesta-
tis diuinæ conspectum laudum præconia in-
hilamos, qua præsumptionis audacia sedere
præsnmimus? dicit Daniel, *Millia millium mi-
nistrabant ei, & decies centena millia assistebant
ei:* Ecce dum Innnmerabilium Angelorum
alij Deo ministrare, alij dicontor assistere,
nullus eorum hîc reperitur in subsellio reside-
re. Cui ergo virtutes Angelicæ trementes assi-
stunt, terreni & corruptibiles homines astare,
despiciunt? Et cum Ecclesiasticis illis officiis,
ritè eredatur Angelicam semper adesse præ-
sentiam dicente Scriptura, *In conspectu An-
gelorum psallam tibi*; nostramque vigilantiam
siue desidiam, non modo diligenter attendere,
sed & superno iudici cuncta per ordinem nun-
ciare: quanto putamus aduersùm nos xelo
mouentur, dum in conspectu illius nos irreue-
renter sedere conspiciunt, cui scilicet ipsi teue-
renter assistunt? Nam & Zacharias Sacerdos,
eum incensum poneret, non sedentem, sed
stantem iuxta altare Angelum vidit. *Apparuit*

§. V. Patres

illi (ait Euangelista,) *Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi.* Dicit in Apocalypsi B. Ioannes, *vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum.* Stantes vtique ante thronum, non sedentes. Et paulo post, *Omnes* (inquit) *Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum.* Isaias cum præmisisset, *vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum, & ea quæ sub ipso erat replebant templum*, protinus addit, *Seraphim stabant super illud.* Ecce vbi Seraphim sedere non audent, sedet homo luteus, & tanquam pannus menstruatæ luridus, & immundus. Vbi virtutes Cœlorum, sibi sedilia non vsurpant, illic homo tanquam communi ac domestico perfruitur otio, qui se puluerem esse & cinerem non ignorat. Ingreditur Rex nuptiale conuiuium, & inuenit hominem non modò fortasse nuptiales induuias non habentem, sed & contra illius conuiuij regulam, ignobiliter residentem. Quid aliud iubere putandus est, nisi vt ligatis ille manibus, ac pedibus, illicò mergatur in tenebras? Enimuerò de sedente Heli Sacerdote, dicit scriptura; *Quia cecidit de sella retrorsum, iuxta ostium, & fractis cervicibus mortuus est.* Sedebat & Baltazar Rex Babylonis, cum in superficie parietis aulæ regiæ, articulus sibi scribentis apparuit, qui suam, suorúmque, flagrem instare nocte prima, Medis & Persis imminentibus nunciauit. Requiescebant Zebec, & Salmana Reges Madian cum exercitu suo, cum super eos tanquam securos Gedeon irruit, eósque gladiis grassantibus trucidauit: Discumbebant nihilominus & Amalecitæ super faciem terræ, cum illos repentè Dauid inuasit, eósque à vesperam diei alterius percutere non cessauit. At contra Elias dicit; *viuit Dominus exercituum ante cuius conspectum sto: Sto* (inquit) non *sedeo*, non oscito, non marcesco, Cui etiam à Domino dicitur. *Egredere & sta in monte coram Domino.* Non ait *sede*, sed *sta coram Domino.* Nunquid & Dauid, & illi septem chori sedebant coram arca Domini, & non potius sicut scriptura testatur, *Ipse Rex percutiebat in organis & saltabat ac subsilebat totis viribus ante Dominum.* Sicque ducebant aream in iubilo, & clangore buccinæ. Nota quoque, quod ait Dominus Moysi. *Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron Sacerdotis, vt ministrent ei, & exultent & obseruent, quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo Testamenti*; Non ait *sedeant*, oscitent, & dormitent, sed fac stare vt ministrent, excubent, & obseruent. Moyses in monte per quadraginta dies, & totidem noctes, numquam vel ad momentum quidem, sedit; nullis cibi vel potus alimenta percepit, sed Ieiunus Domino iugiter astitit. Et tu qui quotidiana te refectione sustentas, breui saltem spatio grauaris ante tui Creatoris astare præsentiam?] Subdit exempla quorumdam, qui non modò non sedebant orando, sed etiam ad stationis laborem adiungebant alios gestus laboriosos, quod negat se satagere vt inducatur in vsum. Subdit verò alloquens Antistitem. [Nunc autem sufficit mihi, sanctitati vestræ suggerere, vt hic ignobilis negligentiæ ritus, in sua priùs Ecclesia corrigatur, deinde per cæterarum Palmites, tanquam falcem salutiferæ correptionis extendat. Deinde quippè prohibendum est, non modò Clericis, sed & laicis vtriusque sexus, vt nisi ficut mos est, inter nocturni lectiones officij, aliàs dum diuinis hymnis insistitur, nemo sedeat, nisi corporis eum valetudo compellat. Plerosque nempe videmus, non modò sacri, sed & sæcularis ordinis viros, qui sic inter quælibet Ecclesiasticæ synaxis officia statis sui viribus sunt contenti, vt nec podio, nec adiacenti prorsus vlli materiæ diguentur inniti. Qui nimirum quo laboriosiùs in conspectu supernæ majestatis se conspicientis assistunt, & suauiorem dulcedinem intimæ quietis acquirunt; quantóque difficiliùs sui corporis grauedinem tolerant, tanto copiosiùs eos ad Deum, merimm leuat. Portrò autem sicut Eutropij restatur historia, Varro Consul, quoniam apud Cannas dum aduersùs Annibalem colligeret, perdidit, nunquam postmodùm vsque ad vitæ suæ terminum, recubans cibum sumpsit, Quod si faciunt hoc Ethnici vt famæ suæ nomen extendant, quid agendum est Christianis, vt in Cœlesti sibi gloria sedes acquirant? *&c.* Præterea cum dicat Apostolus, *Qui sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem cupiunt salutis*; vbi credenda est frequentiùs Angelica beatitudo discurrere, quàm in Ecclesia, vbi nouit Dei populum, (propter quem scilicet mittitur,) conuenire? Et qui portentiori cuilibet personæ festinanter assurgimus, qua præsumptionis audacia, sedere coram virtutibus Angelicis non timemus?] Non plura ex Patribus, directè impugnantibus sessionem in templo, orationis aut sacri gratia inito.

Series altera complectitur eos Patres qui commendant, vt compositio corporis inter precandum sit eiusmodi quæ Deum deceat. Ita enim accipit S. Chrysostomus commonitorium illud Diaconi super sactificium inclamantis. *Stemus honestè.* Verba Chrysostomi sunt. [Bene stare iubemur quod nihil aliud est, nisi ita stare, vt hominem conuenit qui coram Deo immortali stat, cum horrore, tremoréque; cum sobrio paratóque ac studioso animo. Nam id quoque vocabulum pertinere ad animum, Paulus quoque docet Philipp. 4. dicens: *Sic state in Domino Charissimi.*] Rursus alibi. [Propter hoc, honestè tempore diuini sacrificij stare iubemur, vt cogitationes humi repentes erigamus; vt languore quem ex huius vitæ negotiis contraximus, excusso, rectum coram Deo animum exsuscitare possimus. Neque enim de corporalibus, manibus ac genibus dicit, quia non cum cursoribus aut pancratiastis loquitur; sed interiorum cogitationum vires tentationibus prostratas suscitare his verbis iubet;] Vt scilicet inspecto Deo, qui corporaliter quoque adest, vnusquisque se componat, vt par est componi eum qui Deo principum maximo, & Regum Regi astat. Grauissimè id commendat S. Cyprianus, his præter cætera. [Sit orantibus sermo & precatio, cui disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare, Placendum est diuinis oculis, & habitu corporis & modo vocis, *&c.* quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina

Hom. 4. de Dei natura.

Hom. de non consemenda Ecclesia.

na cum Dei Sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus.] Id verò qui commendant, eo ipso interdicunt sessionem inter precandum, & assistendum Sacro, cum per ægritudinem licet alium corporis situm adhibere. Nam sessio sapit inurbanitatem sedentis coram maiore, nec assurgentis ad eius occursum cui debet venerationem vt Tertullianus significat loco annotato: & expressit disertè Petrus Damiani. Parum igitur igitur consentaneum Dei conceptum sibi efformat, nec benè se componit ad agendum cum Deo, (præsertim publicè; vt fit in templo,) qui non verecundatur coram Deo sedere. Non sanè efformat, qui eiusmodi est, cum de Deo prænobilem conceptum, quem ab orante deposcebat Laurentius Iustinianus, vt ex Prophetæ monito, vacaret & videret quoniam ipse est Deus. [Deus vtique splendor nunquam deficiens, vita non moriens, fons semper scaturiens, seminale vitæ seminarium, sapientiæ principium, initiale bonitatis initium. Tam namque excelsæ est, támque præcelsæ immensitatis, quòd implet omnia, complectitur omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia; nequaquam ex vna parte sustinet, atque ex alia superexcedit, neque ex alia parte implet, & ex alia circomplectitur; sed circumplectendo implet, implendo circumplectitur, sustinendo superexcedit, superexcedendo sustinet, sine inquietudine superiùs regens, absque lassitudine inferiùs sustineus; interiùs sine extenuatione penetrans; exteriùs sine extensione circumdans: Est itaque inferior & superior sine loco. Est amplus sine latitudine, & subtilis sine extenuatione, & qui per molem corporis nusquam est, per incircumscriptam substantiam suam nusquam deest. Meritò igitur vigilanter & humiliter ei per orationem assistendum est, qui ex sui dignitate, omnem superemineat creaturam.] An Deum cum quo agit talem recogitat, an ei deuotè & humiliter assistit, qui cum eo agit tanquam cum pari, vel etiam tanquam cum inferioti, sedens in conspecto eius, quod non faceret coram mortali homine alicuius notæ? Hanc de Deo existimationem venientibus ad eius conspectum necessariam statuũt, non modò Iustinianus ex quo eam expressimus; sed quotquot de Cœlesti cum Deo conuersatione disseruerunt, Ephrem. Chrysostomus, Nilus, Cassianus, Guilielmus Parisiensis & passim alij; qui eo ipso, sessionem (extra inualetudinem,) ablegant ab eo qui agit cum Deo familiare ilsdem est, adducere exemplum Aulicorum Regi astantium. [Si qui Reges adeunt (ait S. Chrysostomus,) & quid Reges dico? Imo verò infimos Magistratus, & serui heros alloquentes; seu id agant iniuria ab aliis affecti, seu beneficium ipsi postulantes, seu iram in se excitatam sopire præparantes, & oculis, & mente omni ad eos conuersa, ita colloquium habent. Sin minimum dormitent, non solùm ea pro quibus supplicabant non perficiant, sed malo etiam accepto discedant. Si hominum furorem lenire volentes, tantoperè laborant, quid nobis miseris fiet, qui omnium principem Deum, adeò negligenter adimus, maximè cui longè maiori sumus iræ obnoxij? Neque enim herum seruus, aut Regem subditus, tam grauiter irritat, atque nos Deum in dies.] Similiter ratiocinatur S. Benedictus, adductus à S. Eligio, necnon Cæsarius Arelatensis. Absit igitur, vt qui templum subit placandi numinis gratia, & per hostiam placationis (sic sacrificium incruentum denominat S. Gregorius Magnus) rogat Deum quæ pacis sint, absurda & inurbana cum eo agendi ratione per sessionem, magis abalienet. Deficit sanè talem, reuerentia quam in eo qui cum Deo quomodolibet agit, ac nominatim sacro assistit, vnanimiter Patres deposcunt summam: vt proinde Patres omnes qui in eo actu reuerentiam ab assistentibus exigunt, in hanc rem laudari possint. Nam reuerentia nihil aliud est, quàm timor sanctus; non is quo exhibetur Deo cultus, & admiratio (quo pacto sumitur Lucæ 17. vbi dicitur, *accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum:* hic enim timor, spectat ad religionem, (quod voluere aliqui apud Malderum. Et ex parte Suares.) Sed alius, quo homo fugit & resilit à considerata Dei alitudine in propriam paruitatem præ qua se despicit & adiuncto erga illam actu demissionis, veretur propè accedere, retruditque se in suum nihilum. Ita enim pulcherrimè, timorem tenerentialem erga Deum exponit Vmbertus in opere de eruditione Religiosorum; necnon Alensis & Lorca, ac Lessius, & ex aliis Suares. Quare secernendi sunt in efformatione timotis reuerentialia actus quatuor, quos tractans cœlestem cum Deo conuersationem Thomas Massutius sapienter distinxit. Primus est intellectus apprehendentia infinitam Dei majestatem. Secundus item est intellectus, respectantis nostrum nihilum. Tertius est voluntatis, se coram Deo demittentis, viso tanto excessu diuinæ majestatis præ nostra paruitate, ac propè nulliitate. Vnde fit vt quodam humili cordis affectu, quasi teficiat ante Deum venire; nec tantùm agere cum eo, vt eum pari ac æquali, cíve se conferre refugiat, sed ad eius se conspectum offerte verecundetur. Et in hoc tertio actu, sica propriè est reuerentia interior. Consequitur eam quartus actus signi externi, per accommodatam corporis conformationem testantis internum affectum propositum; cuiusmodi est, inclinatio, genuflexio, prostratio. At non sessio, quæ nihil tale animo conceptum præfert, sed potius aliquam æquiparationem sedentis, & eius coram quo sedent. Absit itaque vt precantes in templo, vel Sacro assistentes, eam externam corporis positionem vsurpemus: sed potiùs ita & animo & corpore componamur, vt qui nos in religiosis illis officiis obeundis conspexerint, animaduertant à nobis. [Intelligi & considerari, coram quo constituti simus. Quemadmodum enim Angeli Dei, cum timore & itemore collaudantes Dominum, coram eo assistunt; ita & nos puro corde & cum reuerentia atque timore coram Deo consistere oportet.] Clausula est, qua S. Ephrem obsignat præcellens commonitorium quod ei impendit qui agit cum Deo. At non agit cum timore & reuerentia Deum præsentem decente, qui ignauiæ suæ lenocinatur, sedens inter orandum aut assistens sacrificio.

In Agno vita trall. 13. c. 3.

De Virgin. cap. 32.

Sedilium in sacris.

2.2. q. 19 art. 9. Tract. 1. de relig. l. 3. c. 2. n. 5. Lib. 3. p. 2. c. 23. 3. p. q. 66. membro 1. & 2. q. 56. 22. sect. 2. dis. 15. c. 37. de Inst. cont.

2. de gra. c. 22. n. 22. Lib. 2. c. 6. n. 3.

§. VI.

§. VI.

Vsus Sanctorum alienus à sessione in templo, inter orandum & Sacro assistendum.

BEnè conscij reuerentiæ debitæ in templo inter orandum, & sacro assistendum, sancti Dei homines, à sessione inter ea religionis officia prorsus abhorruerunt. Non probabo diligentiam in appendendis accuratè in hanc tem exemplis, cum vix sint tacta vlla Sanctorum, à quibus liquida huius veritatis probatio haberi non possit. Itaque signatis perpaucis, quæ sint pro specimine religionis Sanctorum hac in parte, progrediar aliò.

Vniuersè de Christianis quanta eum reuetentia se gesturi essent in templis, coram Sacra mensa, prænunciauit Danid Psalmo 21. optimè expensus ab Eusebio, & à Turtiano, & ab aliis quos mox annotabo. Eo igitur loco Psaltes, describit generationem ventutam Domino annunciandam, & populum qui nascetur, quem fecit Dominus: hoc est populum Christianum astitutum votis Christi, hoc est sacrificio Corpotis & Sanguinis Domini, pet ministros eius Sacetdotes Noui Testamenti petagendo, non in vno duntaxat otbis loco, (qualia erant Iudæorum sacrificia,) sed in Ecclesia magna, & vniuetsali, siue Catholica, cuiusmodi est sola Christiana. Ibi etgo Christus pet constitutos à se ministros, in conspectu timentium eum, (quippe ablegatis ab eius sacrificij conspectu infidelibus) vota sua teddet, in gratiatum actionem pro tot bonis collatis, & tutela in tempote duro, quod toto Psalmo latè descriptum etat, prouidentissimè impensa. Christus enim iam à puncto conceptionis suæ, vouetat Deo institutionem sacrificij Euchatistici, tanquam munus gratissimum; pto vetteti mote precantium, munera præmittentium precationi, veluti mulcendo & conciliando numini, vt se exorari patetetur. Vnde vota (quod rectè aduertit Nyssenus) Græci vocabant μεσευχὰς, preces autem εὐχὰς, quod vota ad deliniendum numen & conciliandam ac præoccupandam beneuolentiam, precibus præmitterentur: Illud etgo votum suum tanto ante emissum, Christus sub horam escessus sui, & obtulit ipse sactificando, & offetendum deinceps instituit, quandiu generatio Christiana succedet, nouo Sacetdotio secundùm otdinem Melchisedech constituto. Hanc votorum Christi in eo Psalmis locò interpretationem, præter Eusebium, amplexatus est S Augustinus, adductus in candelabto septilustri, ac ex recentioribus Turrianus iam adductus, ac Bellarminus, & alij non pauci.

Huius sacrificij hostiam pacificam pet pauperes magno suo fructu comedendam, prænunciat consequenter Psaltes, in persona Christi: *Edent* (inquit) *pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum; viuent corda eorum in saculum saculi.* Paupetes sunt humiles cotde, qui soli ad huius sacrificij participationem admittuntur. Pauperi quippè patauit in dulcedine sua, Deus dulces cibos: id est, humili & de se sentienti demisse, iuxta Augustinum. Hic comedens cibum vitæ, & intellectus, saturatur & acuitur in eo studium tequirendi Deum; & vitam cordis æternam accipit; iuxta illud Virgini Vetnonensi dictum, cum Eucharistiam extra ordinem ministerio columbæ allatam hautitet, *Accipe vitam æternam.* Inde magnus ille effectus consequitur, vt teminiscatur, qui accipit: Est enim *Sacramentum memoriæ*, vt S. Augustinus egregiè vocauit. Nec memotiæ qualiscunque, sed teminiscentiæ, quæ dettitam & quasi tubigine nbductam recordationem innouat, quod est beneficium homini veté Enos, vetè oblitioso per opportunum. Subditur consequenter apud Psaltem, quibus venerationis ac cultus demissi argumentis prosequenda sit à generatione ventura hæc votorum Christi redditio. Ait enim. *Adorabunt in conspectu eius, vniuersa familia gentium. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.* Eusebius, egregiè habitum corporis fidelium sacrificio inetuento astantium ex hoc loco eruit. Sic enim habet [Perspicuè pet hæc habitum ipsum genuflectentium in Ecclesia significat, in qua genibus inclinatis, ac fronte in terram posita hoc modo solent adorate.] Procul ista sunt à sessione in sacrificio. Iure porrò Sanctesius, necnon Espencæus, agentes contra stoliditatem eorum qui Christi in Eucharistia præsentiam agnoscentes, negant tamen adorandum, intotquent aduersùs eos hunc locum Psalmis esplicatè ferentem cetnuam coram Christo in Euchatistia adotationem: si enim Christus adest (qui vtique Deus est,) quomodo non est in Euchatistia adorandus? Espencæus, inter hos stolidos recenset vnum quemdam *doctum* (vt ait) *& multæ lectionis.* Episcopum abs se Pisiiaci auditum, inde hærentem citca adotationem Christi in Eucharistia, quod id apud nullum Patrum legatur, nisi semel apud Augustinum. Hanc verò stupiditatem non docti ac eruditi, sed verè rudis in Sacta doctrina, ex Patribus teuincit ibi Espencæus; Quod verò specialitet ad S. Augustini loca attinet, addensat ea Hietonymus Torensis in confessione Augustiniana ac Coccius, & passim Hæreseologi. Mihi tanta insciti, vix tefutatione videtur digna, qnam non legit nomen *Episcopi*: sunt enim Βίσιτορες, Βίσιτορες, vt est in actis S. Strephani Iunioris. Καταρχίτας potiùs vocandos qui tales sunt, decernebat S. Athanasius. Exhibent aliquos tales acta S. Bauonis, sed iste Itonicè *doctus*, & multæ sed indigestæ lectionis Episcopus, Βίσιτορ & tenebtio, qnàm qui maximè: nisi illum isti anteferas eiusdem æui nè præ Episcopum, itémque Cardinalem, qui Regi Francisco I. imponere tentauit pet impium & Eustachij Lutetiæ Cutionem. Is ex Liturgicæ ptæfationis monito, *sursum corda*, inferebat Christum non esse verè in Euchatistia ptæsentem. Euge principem Sactum, euge Cutionem; Proh Lupos specie pastorum.

Delabens ad singulatia eiusdem cetnuæ venerationis exempla, procul à sessione supet Sacrum abhottentia, iure videor inter ea tecensiturus eximiam S. Nonnæ matris Gtegorij

Theologi

Lib. 2. de Euseb. c. 28.

In orat. Dominic. cap. 2.

Repet. 9. cap. 3.

Lib. 1. de Euchar. c. 3.

Lib. 5. c. 6. §. 5. Tom. 2. l. artic.

Ioann. Bell.

cap. 28.

Theologi religionem? qua templum ita subibat, vt nunquam intra spueret, nunquam altari tergum obuerteret, nunquam in eo silentium solueret, atque adeò sessionem loquacitatis illecebram deuitabat. Ex eius institutione S. Gorgonia, matre magna, non minor filia, cum ad diuinam mensam exoratura morbo quo grauabatur leuamen, accurrisset, non est causata ægritudinem, vt sedens preces funderet; sed ad altare procumbens ac omnia ea quæ Christus vuquam mirificè gesserat recolens, sanitatem exorauit: fuitsque id illi solemne, insinuatur in eadem monodia à Theologo, vbi de ea. *O noctes insomnes, & stationem de die in diem desinentem; ô tenera membra hmmi prostrata, ac præter naturam se se exasperantia!* Itaque non captabat mollitudini carnis suæ abblandiri, adhibito sedili inter precandum in templo; sed prostrata, aliterve se diuexans, obibat stationem.

Orat. 10.

S. Edmundus Cantuariensis Episcopus, tanta reuerentia domum Dei prosecutus est, vt vix vnquam sustinuerit in ea sedere, vt habent eius acta: Si vix vnquam in ea sedit tempore sacrificij, cum Ecclesia Cœlum est, & frequentes Angeli præluceant mortalibus exemplo ad omnem veneration em.

c. 10. vita n. 7.

S. Franciscus referente S. Bonauentura tam etsi oculorum, stomachi, splenis, ac hepatis ægritudine laborabat; ramen inter orandum semper erectus, nec parieti vel muro inhærens, pendebat Deo sacrificium laudis. Assistens autem diuino Missæ sacrificio, quantam exhiberet reuerentiam, & quàm procul esset ab adhibendo sedili cui inniteretur vel insisteret, intelligi potest ex sensu eximio reuerentiæ quo afficiebatur erga Sacrum altaris ministerium; & ex singulari veneratione qua Sacerdotes propter sacrificiuum prosequebatur, vt docent quædam eius paræneles ac Epistolæ. Quin etiam quem condescecrat vir sanctus, vt in Missa exquisitam reuerentiam proderet, ac flexis genibus, Christum præsentem adorabunda coleret; [tanquam si reuerens pecus (air ista describens S. Bonauentura) irreuerentia indeuotos argueret, Christóque deuotos ad tanti Sacramenti reuerentiam incitaret.] Qui sic afficiebatur inducenda pecude ad poplites demittendos in terram coram Christo in altari residente sacrificij tempore, procul aberat ab ignaua sessione per illud tempus.

In vita c. 8. n. 8.

Si Elizabetha Turingiæ Princeps, (vt scribit de ea Theodoricus) à prima ætate, summa cum reuerentia interfuit diuino Missæ sacrificio. Oculis namque fidei præsentem Dominum perspiciens, suum verò præ tanta maiestate tenuitatem æstimàs, & animo & corpore aderat compositissima & humillima.] Flagrabat enim erga hoc Sacramentum, feruore omnium medullarum, stupore admirans grandi, illam carissimam dignationem & dignissimam Charitatem.] Verba sunt auctoris prædicti; iuxta quem Beata mulier assistens Missæ, non modò non cogitauit de sedili; sed si fieri potuisset, ad imum vsque terræ centrum demisisset sese; præ veneratione Dei præsentis.

Lib. 2. vita c. 11

Omnium denique rerò Sanctorum praxis perpetua fuit, vt summa cum reuerentia, atque adeò non sedentes, sed erecti, (qua voce, & statio, & situs de geniculis comprehenditur, vt infra dicam,) in templa orationi, aut Sacro operam darent. Non est tamen dissimulanda, quæ in contrarium esse videtur narratio, cuius meminit Guitmundus contra Berengarium, & diffusè refertur in opere de vitis Partum, & in Actis S. Arsenij. Senex in Sciri annosus, & multorum meritorum præbatissimæ conuersationis, errabat circa præsentiam Christi in Eucharistia: quam non esse nisi Christi figuram affirmabat. Quo audito, miserati hominem tantorum laborum ac meritorum, duo senes, condixere hebdomadariam ea ex causa orationem. Ea expleta venerunt tres simul, [Dominico die in Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile ex scirpo, quod in modum fasciæ erat ligatum;] Er in eo situ, medio eo qui errabat, intellfuere Sacro in quo per stupendum miraculum, pane supet altare collocato in consecratione per Sacerdotē, visus est Angelus Sacerdoti consacrificans, in puelli iugulum cultrum quem manu tenebat immittere; & puellum sacrificare, Sanguine in Calicem corriuato. Quo viso senex dedoctus errorem, resipuit à peruerso dogmate, cui per ignorantiam inhæserat. Et igitur sedentes tempore sacri; non modò erronem illum, sed etiam binos alios syncerè credentes. Reuera tamen hæc narratio, non conuellit, quod affirmabam de vsu antiquo Sanctorum ablegantium sessionem à templo cum detur opera sacrificio incruento. Erronem quippe illum sedisse, nihil mirum est, cum non censeret Christum verè adesse. Alij autem duo benignè condescendentes errant, expectantes, vt (quod sperabant,) diuinitus dedoceretur, potuerunt imitatione Apostoli, fieri tanquam exleges, vt eum lucrifacerent. Fortassis verò non sederunt sessione simpliciter dicta, sed in psiathio genuflexi, insistiterunt fasci scirpeo. Psiathio enim, vel ad insistendum genibus, vel ad insidendum vtebantur. Vox autem *sessionis*, & *sedilis*, facile admittit eam significationem de solo innixu.

Vsus Sanctorum.

Lib. 3.

§. VII.

Vsus Externorum.

EXternos hîc dico Iudæos; quibus affines sunt Saraceni ac Turcæ, & Ethnicis, Iudæos porrò hîc non dico, qui Ecclesiam Christianam anrecesserunt. Illi quippè cum collucerent vera fide, & constarent Ecclesiam primitiuorum, possunt aliquatenus censeri vnum corpus nobiscum constituisse. Vnde à plerisque Patribus dicuntur anticipatè Christiani, vt à S. Augustino, & à Goffrido Vindocinensi. Nisi quod cum non admitterentur ad contuitum mysteriorum, possunt cum Ruperto denominati Catechumeni nosteri.

Ser. 109. de diuers. Serm. 5.

Lib. 3. in Genes. c. 38.

Externi ergo præ nobis sunt illi duntaxat Iudæi qui Christum sunt consecuti; de quibus prænunciatum est, *non erit eius populus qui eum negaturus est*. Hi sunt colluuies illa miserorum qui vbique exules, sine lege, sine propheta, sine Principe, trahunt miscellas animas, vmbræ

§. VII. vmbræ euidam superstitionis innumeris errorib⁹ sordentis illigati. Miserum enim est discere, quam fœda quàm impia ea suorum Rabbinorum & Thalmudicorum scitis, profiteantur post Christum, Iudæi audierunt. Videsis Petrum Alfonsum, Hieronymum à S. Fide, & breuiter Siatum, ac in opere de Synagnga Iudaica Ioannem Buatotsium. Hæc superstitiosorum colluuies, tametsi in spuria religione quam profitetur, crassè plerunque ac fœdè exerret; tamen sedile inter agendum cum Deo per orationem, non adhibet, De sacrificio silendum est; quia cum sapientissimo Dei consilio, veteniut sacrificare extra templum Hierosolymitanum, quod est prorsus euersum oec vt maximè conuisi sint sub Iuliano desertore, instaurare illud potuerunt obstante Deo, vt narrat Nazianzenus; sunt prorsus experies sacrificij, Habent tamen loca ad precandum, & habendos factos conuentus, quos *Synagogas* vocant; de quibus Toletus in cap. 16. Ioannis, & Midendorius in opere de Academiis. Sessio in his orationis domibus, non habebar locum, cum dabatur opera precationi, vt satis intelligitur ea Buxtorsio, qui de Indæorum conuentu in Synagogam sic differit. [Magno eum metu & tremore, In Synagogam ingredi oporter, perinde atque facit quicunque in magni cuiusdam Regis Palatium ingreditur. Is profectò totus & horrens & tremens, passim caput inclinatum denudare consueuit: quemadmodum Danid ait, incuruate vos Iehouæ in gloria sanctitatis.] Describitur consequenter reliquo capite ritus orandi, facta duntaxat mentione genuflexionis vel inclinationis totius corporis, substricta arctè veste per cingulum, ne orans possit conspicere partem qua vir est, ea eo cunspectu aliquid subrepat fœditatis, Atque ità mandant, hominem purum & pudentem obuerti ad Deum, Regem Regum, coram quo inuerecundè sedere, nemo sanus ausit, qui se tanti heri setuum agnoscat; præ cuius reuerentia, cancrorum in morem digrediuntur, ne dorsum vertant numini: quod obseruasse S. Nonnam, matrem suam notauit Theologus. Er demum exeuntes, pedetentim & gressibus coarctatis incedunt, ne videantur significare, se precando contraxisse fatigationem. Qui agendi modus, supponit abfuisse sessionem.

In dialogis. Tom 1. 2. contra Iudeos Lib. 2.

Orat. 4.

Annot. 11.

Accedunt ad hanc colluuiem hominum, & cum ea habent multa communia, qui Mahumeto inhærent. Hi in suis spelæis, non habent sedilia, tametsi sæpenumero, flexis & complicatis infernè poplitibus, vti apud nos in officina vestiaria sutores, absque sedili, insident storreæ, aut tapeti laneo vel scirpeo aut iunceo, quo pauimentum tegitur, non in loco duntaxat quem sacrum habent, sed etiam domi, & vbilibet confideant, non nisi calceis depositis: Nam sedere calceatum, habetur apud eos inhonestum, vt notat Anonymus, autor libri de religione Turcarum, Luthero ad illum præfanti laudatus, quia multa fœda narrat; & suem illum iuuit collaudare, buiusmodi volutabrum luti. Hoc genus hominum secreui ab Ethnicis simpliciter dictis; quia tametsi in multis grauissimè abertent in cultu religioso. tamen æquè ac Iudæi vnicum Deum agnoscunt, nec adulterant (vt scriptura loqui solet,) eum multis falsis numinibus, vt solent facere qui simpliciter dieuniur Ethnici, qui nullum Deum habent, eo ipso quod præter vnum summum, multos agnoscunt Deos: luxta illud S. Atbanasij, multitudn numinum, nullitas numinum. Esto è prisciis Saracenis aliqui, fuerint reipsa Etboici, vt docet narratio de Patribus in Sina cæsis, autore Nilo Monacho. Sed qui Mabumeti inhærent Turcæ ac Persæ, non sunt eiusmodi.

Venio ad vsum Ethnicorum simpliciter dictorum, quales omnes Idololatræ. Hi siue inter sua Sacra & religiosas in templo preces sederint, siue non sederint, perinde erit ad rem nostram. Nam si non sederunt, erit cur Christianis inter religionis officia sedentibus occinatur, illud Isaiæ, c. 23. *Erubesce Sidon, ait mare.* Quod à sancto Gregorio mysticè aptatur ad confundendos religiosos, præ sæcularibus incompositio: nec minùs quadrat in Christianos præ Ethnicis aliqua in re exleges, & auersos à recto. Erubescendum itaque erit Christianis veræ fidei lumine collustratis, quod Ethnici à vita Dei exortes, religiosius fungantur officiis prætensæ pietatis, quàm nos faciamus, quibus verus Deus est, veráque religio. Si autem sederunt in suis Saeris Ethnici, erit cur enm Tertulliano statuamus, esse nobis in veris Sactis auersandam sessionem, ne cõmunicemus operibos malignis abalienatorum à Deo. Itaque locus bic, est in re præsenti ambideater.

3. p. Parer. c. 29.

Lib. de orat. c. 12.

Agnoscendum verò est, in quibusdam Ethnicorum Sacris vsurpatam fuisse sessionem, etiam extra Sacra Opis Deæ, quam singulari consilio venerahantur in terra sedentes, & terram meditatò contingentes, vt Macrobius annotauit. Demonstrare enim eo situ corporis volebant, omnes mortales ex terra esse veluti matre, & in terram esse descensuros; nec esse cur adeò refugerent terram per reuersionem in eam, eum essent orti è terra tanquam matre, omnibus eos maternis officiis iuuante, vt Plinius considerauit. Quam nnmenclationem matris ad terram, per eõparationem ad Deos Ethnicorum vsurpatam iure esse, admonuit S. Augustinus. Quæ enim mater Deorum habebatur & dicebatur, non alia erat quàm terra, quia omnes Dij gentium de terra fuerant, eámque habuerant matrem. Quod verò ad Deam Opem attinet, quæ Varrone teste terra erat, obseruat D. Augustinus, terram nomine *Opis* donatam esse, quod opere fiat melior.

Lib. 1. sat. c. 10.

Lib. 2. c. 83.

6. ciuit. c. 8.

7. ciuit. c. 24.

Extra cultum igitur huius falsi numinis Ethnicos in Sactis adhibuisse sessionium, (liceat verbum Vitruuij vsurpare, à sessione ductum vt à metce *mercimonium*) testatur Tertullian. arguens aliquos malè feriatos Christianos, æmulatores Ethnicorum, qui assignata oratione, adoratis sigillaribus suis, pergebant precari sedentes. [Hoc (inquit Tertullianus alloquens, fideles,) vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur. Eò apponitur & irreuerentiæ crimen, etiam ipsis nationibus (si quid saperent) intelligendum.] Præmittebant ergo Ethnici, profundam inclinationem erga idola, & sic inchoata oratione, dabant se quieti, continuantes religiosum cultum in sedili. Hoc in eis, & in peruersis eorum æmulatoribus Christianis, damnat Tertullianus: apud quem sic intellectum, omnia

Lib. de orat. c. 12.

bene

benè cohærent, euanescitque à systasia, & incohærentia, cuius eum insimulat Pamelius Ritum illum sedendi in oratione, inter Numæ institutа Pythagorica à Plutarcho recensitum illustrat Brissonius.

In Numa t. 1. formul. pag. 41. Lib. 3. de Virg. c. 3.

Non tamen Ethnici omnes, similiter sedebant. Sed pletique in suis sactis, ab ea irreuerentia alienè erant. Memorat sane S. Ambrosius, Ephebum astantem Alexandro sacrificanti: Et quidem magna eum reuerentia astitisse inde confirmat, quod cum Regi lumen accendeteet, ignem brachio exeeperit, atque adusto corpore manserit immobilis, nec dolorem prodiderit gemitu, nec taciro pœnam indicarit fletu. Tanta in puero Barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturam vinceret. Non assistebat iste turpi Sacro in sedili coram Rege. Esto Deum qui nullus erat, non timeret, ait S. Ambrosius: hoc est, etiamsi Deum non timeret, quem timendi nullum reuera erat fundamentum, tamen ob reuerentiam Regis cui in ei religiosi officij vmbra ministrabat, prohibitus fuisset astare in sedili. Passim Ethnici, aut precantes, aut Sacris assistendo, nequaquam sedebant, sed potiùs circumagebant sese, alii qui dextrorsum ab Idoli positura, alij sinistrorsum. Galli religiosius putabant, à læua circumagi, Plinio teste, cuius illa sunt verba.

Lib. 18. c. 2. [In adorando, dexteram ad osculum deferimus, totúmque corpus circumagimus: quod in læuam feciſſe, Galliæ religiosiùs credunt.] Itaque auspicabantur adorationem per admotam Idolo dextram, eámque tali contactu quasi sanctificatam, ad os reducendo, vnde *adorandi* vocabulum de qua notione, pluribus Lipsius,

2. Eleſi. 6. & interpretes ad illud Iobi. *Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* Osculationem manus, (non exporrectæ, sed digitis in conimorem tubinatim coëuntibus, vt in marmore Cadureensi exhibetur; vel vt haber Alexander Neapolitanus, priore digito in erectum pollicem residente) sequebatur circumactio totius corporis, Eam Romani (vt Plutarchus notauit) faciebant conuerteutes se dextrorsum, ita nimirum, vt circuitus à sinistra ad dextram tenderet, & dextra esset quasi instar centri immoti: vt cum crus circini dextrum, collocatur in centro, circum verò agitur sinistrum. Ita id exponit Ioannes Baptista Bellua in disputatione de templo Angurali. Quod enim aliqui, circumactionē dextrouersum, factam à dextra in læuam censuere, non est genuinum: quia id reuera est sinistrorsum agi, non dextrouersum. Galli ergo, vt Plinius aiebat, in læuam circumagebantur. Quod Athenæus non admittit, qui Celtas (qui vtique Galli sunt,) dextrorsum circum agi solitos testatur. Varias sic circumacti corporis rationes attiugo exponens alibi religiosa Ethnicorum officia. Mysticam præterea vnam, adducit Tussus ex eo ductam quod se in orbem conuerterant, vt omnes mundi partes aspicientes, quasi ex omnibus captatent argumenta laudis & gratiarum actionis erga Deum; quod in Dauide circumeūte, & immolante hostiam vociferationis, perpulcbrè celebrat D. Augustinus Eam sanè ob causam, Hebræos oblationem ciatam manibus circumtuliſſe ab Oriente in Occidentem, rursúsque à Septentrione in Me-

In Camillo.

Cap. 3. §. 5.

Lib. 4. Dipnoſ. 4. De vert. c. 2. §. 1. c. 16. Eccleſiaſtici ad ſi.

In Pſal. 26. vs. 16.

Ad c. 29.

tidiem, notat Vatablus, dicens eam oblationis agitationem dictam esse *Templa*. Additque Sa, simile quiddam fieri Romæ in missis Pontificalibus, in sacello Papæ. Adeundi quod Ethnicorum in Sacris circumactionem, Gyraldus, & Scholiastes Alexandri Neapolitani. Sub illas circumactiones fiebat immolatio victimæ, vt habetur ex narratione Nili de Patribus in Sina cæsis per Arabas Ethnicos, adotatores stellæ veneris, siue Luciferi, cui puerum immolabant. [Sin vero (ait Nilus) copia non esset puerorum, album & sine maeula camelum, complicatis sussraginibus in genua declinatam; circumuersant simul omnes tripliciter principe, quodam vel ex gentis Regulis, vel ex Sacerdotibus, ætate & canitie venerabili tum pompæ præeunte, tum victimæ quàm in bonorem astri matutini ad eam celebritatem, comparatam habent. Qui Coryphens & præcentor post tertium circuitum, nondum absoluto à vulgo carmine, occupatis adhuc in modulanda hymni clausula linguis, & viribus, nudato ense ferite occupat, vehementi ictu iugulum bestiæ; primúsque gustare properat de sanguine.] Consummatis precibus & immolatione, succedebat sessio, vt significaretur quies animi ob exorationem, vt Plutarchus notauit. Sicut Christiani olim, vt postea dicam ex Clemente Alexandrino, pedem attollebant vetsùs Cœlum: vt significarent, quo euperent tendere quæ proposuerāt. Ex his vides, Ethnicos Sacra sua & preces, non exegisse sedentes; cum sessio subsequeretur rei Sacræ, aut precum obsignationem. Exeipiendi tamen illi queis malè inhæsisse molliculos Christianos expostulabar supra adductus Tertullianus; qui scilicet assignata oratione, sedebant, & pergebant precaturi. At id infrequentius erat, nec passim vsurpabatur, vt ritus alius sessionem inter precandum & lirandum excludens.

Vſus Externorum.

Exod. v. 24. Ibidem. Synag. 17. Lib. 4. ex genial. c. 17.

In Numa.

Obiter addo, non placere quod Brissonius affirmat, Ethnicos non de geniculis, sed stantes orasse. Quod confirmat eo Martialis Carmine.

Lib. 1. formul. pag. 4. Lib. 7.

Multis dum precibus Iouem salutat,
Stans summos resupinus vsque in vngues.

Idem confirmat ad l. *Dominco* de spectaculis, ex eo quod Eusebius, agens de Christiana qui sub Antonino contra Marcomannos militabant, ait eos genuflexo in tetram vsque (qui nostrarum precationum proprius mos) ad supplicandum Deo esse conuersos. Inde ergo infert Brissonius, Ethnicos non adhibuisse genuflexionem, agendo cum Diis suis. Sed consecutio non est firma. Esto enim otauerint aliquando stantes; num inde infertur, eoa nunquam in Sacris genuflexisse? Non videntur ista cohærere cum iis quæ ipsemet Brissonius, postea eodem formularum opere tradit; monstrans eos aduolui & affundi aris solitos, Liuius in magno discrimine matronas genibus nixas, supinas, manus in Cœlum ad Deos tendentes repræsentat. Naso item Claudiam submisso genu precantem inducit. Vt taceam Prudentium, cuius illa sunt, varios supplicum gestus exprimentis, & inter eos genuflexionem.

Pag. 89. §. Hiſt. c. 5.

Pag. 45. Lib. 25.

4. Faſt. de apotheoſ.

Perfidus ille Deo quamuis non perfidus vrbi
Augustum caput ante pedes curuare Diana
Fictilis & soleas Iunonis lambere; plantis

§. VII.

Herculis aduoluit, genua incuruare Diana.
Quin & Apollineo frontem submittere Lyssæ.

Alia subministrat Martinus à Roa priore lingularium volumine. Tædet me in re vbiuis obuia, addensare plura. Nec quod Brissonius refert ex Eusebio, dicente genuflexionem esse proprium modum orandi Christianorum; excludit ab eius vsu Ebnicos. Alioqui æquè ab eius vsu excluderet Hebræos; quos adhibuisse genuflexionem, varia scripturæ loca docent, vt infra dicam. Dicitur ergo proprius orandi modus Christianorum genuflexio, quia habent eam in frequenti vsu, non quod soli eam vsurpent.

Lib. 4. c. 1.

Lib. 5. hist. c. 5.

§. VIII.

Depelluntur adducta initio, pro sellariis, & sessionis in sacris.

EXcusabant qui pro sedilibus agebant §. 1. imbecillitatem corporis in plerisque. Item curam nitoris vestium, exterminandi per sordes pauimenti, nisi sedilia admittantur. Tandem quietem corporis, atque inde sedationem animo conciliandum per sessionem: vnde maior collectio & pietas, in oratione & sacrificio obuenruta spondebatur. Nulla harum excusationum, satis idonea est, vel admittenda.

Ac primùm imbecillitas corporis, est plerumque, vt alibi, ita hic quoque, lenocinium ignauiæ. In quam rem fusè actum est tractando falsos prætextus violatorum ieiunij, & abstinentiæ à carnibus in Quadragesima Sed & S. Bernardus increpans Monachos carnis cutem facientes in desiderijs, & nimios in discretione ciborum, quàm vanus sæpenumero sit hic prætextus, egregiè aperit. Petrus quoque Blesensis perpulchrè corripit, eos quibus caro & sanguis reuelat nimiam pro corpore suo sollicitudinem, negligens quam allegant qui in eo genere fastidiosi sunt, renuitatem ac imbecillitatem valetudinis. Præterea Dionysius Richelius, contexens præconium sui Ordinis Carthusiensis, multa in eam rem profert. Et addere poterat exemplum Hugonis Victorini, quem Thomas Cantipratanus narrat, vita functum durè tractarum esse ab administris diuinæ iustitiæ, eo quod dum superstes esset, molliùs ac indulgétiùs tractasset carnem suam præ corporis tenuitudine qua sibi videbatur præpediri. Omnia ista quibus mollieuli abblãdientes eatni suæ castigantur; possunt proportione locum habere aduersùs eos qui sibi captant fomenta pigritiæ, excusantes imbecillitatem ad vtcumque obducendam necessitatem sedilis inter orandum in templo, aut super Sacrum. An verò si Magnatum cuipiam (ne dicam Principi aut Regi mortali,) astandum esset nudo capite, & absque innixu vllo, putarent qui eiusmodi sunt, satis sibi tutis fore ad exposcendum coram illis vsum sedilis? Non est Deus coram quo agitur in euentu proposito, minoris dignitatis quàm homo putredo, & filius hominis vermis. Itaque apagè friuolam excusationem quam vites ad alia operosiora sufficientes, reuincunt inanitatis, & falsiloquij.

In Rosa mudiana. Ser. 30. in Cant.

In Iohan.

Art. 12.

Lib. 2. Apost. c. 16. n. 5.

Si cui tamen reueta non se palpanti, sed vera necessitate presso, vsus sedilis in euentu de quo agimus concedendus videretur, nemo abnuet, & disertè ægritudinem excipit cæreroqui sessionis in loco Sacro acer exagitatur Petrus Damiani. Et inter Ægyptios Ascetarum rigidissimos admittitur ea indulgendi sedilis causa apud Cassianum. Sed ea idonea Indulgendi necessitas paucos vrget, nec tegit abusionem quàm exagitamus, omnibus indiscriminatim ingerentem sedilia.

Opusc. 19. c. 4. Lib. 2. c. 4.

Cura nitoris vestium quæ præterea obtendebatur, frustra allegatur. In primis, quia templi pauimentum, non adeò vsquequaque conspurcatur, vt idcirco quærendum sit sedile, ad insistendum aut nitendum genibus, vnde facile proripitur ad ei insistendum. Nec videtur negligendum, quod in Italia vsurpatum aduerti, & seruari in aditu Synagogæ Hebræorum, annotat Buxtorfius agens de Schola, siue Synagoga Iudæorum, verbis illis [Ante Synagogam, vel Scholam, ferrum quoddam habent immutatum, ad quod quilibet calceos immundos, vel cœnosos abstergere tenetur. Idque Salomonis authoritate, qui ait, *Custodi pedem tuum, quando ibis ad domum Dei.*] Eo ferro adhibito, consulitur nitori pauimenti; vnde minùs timendum est vestibus ne inquinentur. Et vt verum esset aliquando, præsertimque byeme, aut pluuia tempestate, pauimentum aliquid lutulentiæ contraxisse; potest affrictu calceonem ita extergi, vt satis caueatur vestium nitori atque munditiæ. Matronæ verò alicuius dignitatis, quibus præsertim curæ est deuitatio illuuiei, & inquinationis vestium, non carent famuli, aut famulæ pedisequæ aucillari obsequio, ad genibus subijciendum, quod prohibeat vestiũ inquinationem à lutoso pauimento, si vestes reduci nequeant, & præstari indemnes à sordibus alia satione. Quod si illinendum aliquid sordium vestibus ex genuflexione coram Deo; habet Dominus vnde possit pensare illud aliquale fœdamentum. Quid quod aliquando, miraculo prospectum est nitori vestium cadentis in terram ob honorem Dei? De nobili Gallo, in terram limosam humillimè abiecto ad occursum Parochi gestantis ad ægrum diuinam hostiam, scribit Cæsarius Heysterbakiensis, præter omnem spem celerrimum ex equo desilientem in volutabrum ad quod ei occurretat Parochus, ne tantillo quidem luto vestibus pretiosis illito, fuisse deturpatam. Additque Cæsarius, [Simile contigit religiosæ cuidam fœminæ in Prouincia nostra.] Valeat igitur hæc quoque excusatio, tanquam friuola. Repulit eam iam olim Cæsarius Arelatensis, agens contra abusionem quæ irrepserat, vt inclamante Diacono *flectamus genua*, omnes hæretent recti. Air ergo Cæsarius, [Sed fortè timet aliquis, ne pretiosis vestimentis suis iniuriam faciat. Qui timet ne orando inquinet vestimenta sua, plus timeat, ne non orando, sordida remaneat anima sua. Plus enim apud nos debet valere anima nostra, quam tunica nostra. Et valde timendum est, ne dum vestis nitida custoditur, multis peccatis, ac negligentiis anima sordidetur.

Lib. 9. c. 51.

Hom. 34.

[Proferebatur denique, maior quies corporis,

ris, vnde maior animæ trauquillitas, opportunissima ad mentis collectionem, & aecrementum pietatis. Hæc tamen quies, reuera non iuuat sedilium causam; alioqui posset quis, allegato quietis studio, patrocinari decubitui, qui esset sine dubio situs corporis ad quietem, & lassitudinis leuationem opportuniot. At decubitum orantis (extra necessitatem,) nemo spiritualium admittit; Et improbatus est viso cœlesti apud Petrum Damiani. *Opusc. 34. c.6.* Igitur ita curanda est mentis collectio, vt tamen decorum non violetur; vt sanè violatur sedendo ante conspectum Dei cui oratio funditur, aut sacrificatur. Non violatur autem in exemplis quæ vrgebantur in ratione dubitandi. Nimirum in exemplo Christi sedentis ad dexteram majestatis in excelsis, & in exemplo beatorum; si (vt supponitur,) sedent in cœlo: in quam sententiam multa profert Gabriel de Enhao in Empyreologia. Non igitur in eo Christi hominis & beatorum corporeo situ coram Deo clarè viso, violatur decorum, quia Beati annuente Deo sedent, cum allubescit sedere; tametsi pro voluntate identidem mutant situm, & tunc sedent, (vt ferunt multæ scripturæ,) nunc ambulant & discurrunt velut scintillæ in arundineto. Contra quàm accidet corporibus rediuiuis damnatorum, quæ vt notarunt Bellarminus, atque Drexelius, hærebunt semper fixa in eodem loco. *Lib 2. de Gen. col. c.12. Lib. 2. Nicea. c. 21. sup plic.* Idque est quod Matthæus cap. 8. ait, reprobos ligatis pedibus mittendos esse in tenebras exteriores. Beati autem rediuiui, pro sua voluntate, nunc stabunt, nunc sedebunt, nunc progredientur ad vitæ fontes aquarum, mutato subinde situ, non ad medicamentum, (vt de nobis hic hærentibus Philosopharut S. Augustinus, quia hærentibus aliquandiu in vno loco, fastidium obrepit, situs mutatione necessariò leuandum:) sed ad exercitium facultatis progressiuæ, subordinatè ad voluntatem oprimè compositam, suapte natura subinde versatilem, & eius oblectationis appetentem. *Hom. 38. ex. 50. c.6.* Gulielmus quidem Parisiensis, fusè contendit, nullum fore in cœlo motum, sed est sententia planè singularis, & pugnans cum communissima doctrina in multis Scripturis insinuata, de comperitura corporibus Beatorum dote agilitatis. *1. p. de vnic. part. 2. c.40. Lib. 3. de summo bono c. 6. num. 73.* Quamuis enim Lessius eam dotem excutiens existimat eam inesse animæ, tamen in ea quoque sententia, dicitur competere corporibus, quia eius effectus nempe motus, ad corpus pertinet, & in corpore perficitur ac cernitur. Ea ergo dos agilitatis frustra daretur Beatis, si essent futuri immobiles vt Gulielmus, Parisiensis contendit; nixus debilissimo argumento, quod Beati sint in æternitate quæ est tota simul, nec habet prius ac posterius: qua ratione omnes operationes Beatorum deberent esse æternæ ac totæ simul, quod sine fundamento assereretur. Mouentur igitur subinde Beati pro voluntate, absque vlla animi euagatione per motum. Itaque collectio mentis in Beatis, & eorum cum Deo coniunctio cum sedent, nihil iuuat causam in qua versamur; quia in Beatis sessio non colliditur cum reuerentia Deo debita, neque violat decorum, vt contingit in re nostra: Collectio item animi in sanctis Apostolis & reliquo cœtu fidelium, per quam exceperunt Spiritum Sanctum ad eos illapsum replendo totam domum vbi erant sedentes; parum aptè adducitur ad rem præsentem; quia sanctissimus ille cœtus, non sedebat in cœnaculo, situ corporis, sed habitatione, vt benè distiuxit Lorinus Actor. 2. Situm verò corporis fuisse in illis compositissimum ad pietatem, nec fuisse sessionem, sed adorationem de geniculis, latè monstratum est in Tractatione de prima Missa in qua Spiritus Sancti illapsus contigit.

Fundamenta Nouitatis disiecta.

Sect. 2. n. 6.

Opportunitas sessionis ad iudicium, siue internum de seipso, sine externum de aliis, per delectos in Republica iudices, extra tem hic allegatur. Nam ad internum iudicium sedentis solitarij & tacentis, séque supra se leuantis, sessio corporea, æquè ac secessio, potest conducere, & verum est adhiberi posse, dummodò seruetur decorum; quod hic oblati dettitione reuerentiæ, est patefactum. Ad iudicia verò externa, siue sacra, siue sæcularia, commodat sessio. Ad dignitatem namque potestatis publicæ, & ad plebem in officio continendam, & ad ingenerandum de Magistratibus conceptum conuenientem, conseruanea est pompa solij iudiciarij, & throni, ad insidendum cum maiestate. Et eadem est causa, cur Episcopis & Magnatibus, cubitale precatorium apparetur in templis, nec qualecunque, sed stolatum & instructum, Sic enim illis conciliatur maior dignitas apud plebeculam. Quamuis saluo semper statu decoro non sunt reprehendendi Magnates, tespuentes in Ecclesia cubitale precatorium, aliúdve fulcrum cui innitantur, quales abs se visos refert & laudat Petrus Damiani. *Opusc. 39. c.4.*

Grauatio præterea fidelium, si obstringantur abstinere sessione in templo, tempore orationis atque adeò officiorum sacrorum, & tractationis verbi Dei, discussa satis est in superioribus, monstratúmque mollitum esse antiquũ rigorem standi per tempus Concionum. Quoad horas verò canonicas, optandum potiùs est quàm sperandum, vt plebs assistens abstineat à sessione, præterquàm in clausula cuiuis Psalmo per Damasum Papam, agente S. Hieronymo, apposita. Tunc enim pius multorum vsus fert, assurgere ad reuerentiam Trinitatis. Id quod suis ca ex causa præscripsit S. Benedictus. Item omnino multi, inter cantandum hymnũ vespertinum, sedere desinunt, & genibus flexis assistunt. Canticum denique Deiparæ, & Canticum Zachariæ, omnes audiunt erecti ac stantes. Per tempus verò quo Psalmi concinuntur, inualuit vsus sedendi, suffragante Lorino in Psalmorum procemio, qui conflixit cum Caracciolo, certante pro alio paucorum vsu.

Restant exempla eorum qui egere cum Deo sedentes. Cuiusmodi fuere, Moyses fundens orationem contra Amalecitas sedens in lapide, & Elias orans pro pluuia, conuolutus in glomum; necnon Iacob orans conuersus ad lectuli caput; Tandémq; S. Ignatius Loyola in solario conuersationem habens in cœlis super sella. Verùm Mosis oranis sessio, potest ad necessariam quietem referri. Necessariam dico, intererat enim populi Dei, Mosem perstare in ea precatione; quandoquidem eo precante vincebat populus, cessante, vincebatur. Itaque iustum fuit, vt ad prorogandam toto tempore pugnæ orationem, sederet. Idque curarunt Aaron & Hur,

§. VIII. Hur, de quibus ait scriptura, *sumentes lapidem posuerunt subter eum, (Mosen) in quo sedit. Aaron & Hur, sustentabant manus eius ex utraque parte.* Fuit in ea extensione manuum, Moyses, typus Christi extendentis manus suas in cruce, vt Patres communiter tradunt, nominatim Iustinus agens cum Tryphone Iudæo, Tertullianus, Cyrillus, Chrysostomus ac Prosper. Æquè igitur sessio in lapide ad Christum Petram nostram referri potuit. Atque quem item S. Gregorius & Rupertus referunt Aaronem cum Hur sustentantes precantis manus, ne longa erectione concideret. Aaron quippe *montanum* sonat Hebraicè: Christus autem fuit *mons de monte*, iuxta lectionem à S. Ambrosio probatam. *Hur* eodem Hebræo idiomate, *robustum* ac *heroem* præfert, aptè ad Spiritus Sancti fortitudinem per Christum collatam. Vt ergo omnis illius victoriæ exitus ad Christum perrineret repræsentandus quoque fuit, immixus Mosis supet Petram; cui qui insidet, non titubat, sed est in bono stabilis.

3. *in Marc. c.* 8. *In collat. c.* 16. *Serm. de Mos. tom.* 2. 1. *p. de promiss. c. vltim. Lib.* 6. *in reg. c.* 2. *In c.* 17. *Exod.*

Elias in vertice Carmeli, sedit orando, vel potiùs conuolutus iacuit, non ad leuandam lassitudinem sed ad mysterium. Tota enim Eliæ actio, & nubecula ad eius sic conuoluti postulata exurgens, mysterium Incarnationis expressit, vt attigit S. Augustinus & fusissimè prosequitur Ioannes Hierosolymitanus (quisquis demum fuerit auctor) de institutione Monachorum. Quod enim ea corporis compositio, in Elia precante, similis esset compositioni corporeæ pueri iotra matris aluum latentis, conuoluti in glomum, (vt monstrant Anatomici, & qui de homiuis generatione scripserunt, & apertè Aristoteles ac S. Isidorus genuum à genis origiuationem aperiens:) idcirco Elias orans, ea corporis compositione vsus est, vt ea Dei breuiati imagine Deo obiecta, faciliùs exoraret quæ postulabat. Videsis opus de Christo cum de Verbo abbreuiato. Aliter tamen eam precationem ab Elia factam quàm sedendo, existimauit Abulensis: agnoscens duntaxat, faciem Eliæ precantis, fuisse inclinatam vsque ad genua, cui præiuerat Magister historiæ Scholasticæ Petrus Comestor, Sed insertio capitis intra genua, cui necessariò adiungenda videtur sessio, vt rectè tradunt Caietanus & Sancius, magis quadrat literæ: eáque sessione admissa, quæ admodùm operosa erat, nihil in ea molliculis sellariis setitut aut metitur.

Serm. 201. *de temp.* *à c.* 32. *7. hist. c.* 8 *21. org. c.* 1. *Lib.* 2. *n.* 351. *q.* 35. *in c.* 10. *Tertij Regum.*

Exemplum Iacobi conuersi ad lecticuli caput, non promouet causam sellationum. Nec enim est certum, eum orasse, vel sedisse. De precatione quidem non liquet. Non nemo enim censet eum Iosepho filio venerationem impendisse, & prænunciatione Prophetica cumulasse eam venerationem. Sedisse autem in lectulo diffiterur Ribera, obseruans vocem Hebræam *Mitta* quam vulgatus Gen. 47. expressit per vocem *lecticuli*, significare quoduis reclinatorium cui quis inniti queat. Vnde existimat Ribera, Iacobum innixum summitati sui baculi siue virgæ validæ, & ad fulciendum idoneæ, adorasse Deum. Et ita hoc intellexit S. Augustinus. Tametsi verò daremus Iacobum insedisse lecto, parum referret. Erat enim ætate grauis, ac æger, in quo euentu concedi posse precauti sic affecto sessionem, admisimus Quæ est etiam legitima extricatio exempli S. Ignatij, extra templum meditantis diuina in scabello.

Hebr. 11. *a.* 162. *in Gen.*

§. IX.

Corollarium de situum corporis cum reuerentia coherentium Comparatione.

APpello corollatium, quia hæc comparatio est supra materiam connentam; nec ad huius materiæ discussionem attinet videre quisnam ex corpotis sitibus cum reuerentia benè cohærentibus, censeri debeat potior, & præeligendus; cum vsus præscriptus ad nullum eorum adhibendum, aut prætermittendum necessitatem iniiecit. Sed ad discussionem propositam sufficit, reiectio sessionis à probatis sitibus corporis, inter agendum cum Deo. Extra recubitum enim qui est situs apertè reprobus, si quis ad eum non adigatur, vt habet reuelatio recitata à Petro Damiani de Monacho completorium in lectulo tectante, correpto diuinitus verbis illis. *Completorium in lecto, nec solus est, nec profectus:* Extra recubitum inquam, non est alius situs, de quo ambigi possit, an reuerenter vsurpetur, prætet sessionem, de qua hactenus. Vnde videri possum exegisse peusum impositum. Ad vbertatem tamen doctrinæ, placet probatos corporis situs in eo qui cum Deo agit, contendere.

Opus 34. *c.* 6.

Situs cum reuerentia ptobè cohæreutes, video tres assignari posse. Primus est, ptostratio totius corporis non resupinati, sed antrorsum ad terram vsque tota membrorum mole deiecti, ita vt homo de toto suo corpore linguam faciat, vt loquitur Petrus Damiani. Secundus est metanæa, siue genuflexio, aut oratio de geniculis. Tertius est statio per totius corporis erectionem. Hos duos posteriores situs, non videntur plerique Patrum sollicitè discreuisse, sed potius eos qui de geniculis precantur, videntur annumerasse stantibus. Nam etiam qui genibus flexis precatur, stat toto fere corpore, quamuis non erigarut genuum tenus, sed poplites complicet atque demittat. Itaque nisi adiuncta tractationis, aut subiectæ materiæ ferant, vt statio pro totius corporis erectione accipiatur, perinde plerumque esse viderur sacris dispuratoribus, de vtrouis situ acespiatut statio: quia vterque cum reuerentia cohæret, quod vnum quærunt pij quique, eum tradunt situm congruentem agenti cum Deo. Portò ideitco hos situs, dico probatos, quia cum reuerentia cohærent. At nolo inficiari, quod de secundo dictum est à B. Hieronymo æquè de omnibus valete; si nimirum externæ corporis dispositioni desit internus affectus correspondens, parum aut nihil prodesse gestum externum. Ambobus tamen vnâ coniunctis, multum fructum parari, & ipsam externam corporis compositionem prolicere affectum internum, & vberem vtilitatem oranti conciliare, docent illa ex S. Augustino in hoc negotio protrita. [Omnes de motibus sui corporis faciunt quod supplicantibus congruit, eum genua figunt, cum extenduut manus, vel etiam

in c. 1. *Epist. ad Ephes.*

Lib. de cura pro mort. c. 5.

etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt : quamuis eorum inuiſibilis voluntas, & cordis intentio, Deo nota ſit, nec ille indigeat his indiciis, vt humanus ei pandatur animus : ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum, gemeundumque humilius atque feruentius. Et neſcio quomodo, cum hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis qui eos fecit, augetur ; ac per hoc cordis affectus qui vt fierent ipſa præceſſit, qui facta ſunt, creſcit.] Attigit S.D. acceſſiones aliquas ptopoſitorum ſituum corporis, puta extenſionem brachiorum cruciformem, ſublationem manuum, capitis & corporis inclinationem, & ſi quæ ſunt alia pium ſitum quaſi inoculantia. Hæc vniuerſe. Nunc ſingulos probatos ſitus propoſitos, ſigillatim inſpiciamus, vt comparatio fit manifeſtior, & de præcellentia alicuius eorū præ aliis, pronuntiare ſolidè liceat.

Proſtratione totius corporis, vſurpatam habemus cum laude, in antiquo Teſtamento Gen. 19. 24. & 28. Exodi 12. lib. 1. Paral. c. 29. Futurum eſſe vt Chriſto prociderent Æthiopes, ac vt inimici eius terram lingerent, prænunciatum eſt Pſalm. 71. Simile eſt illud Iſaiæ 49. de infidelibus quondam, nunc Chriſto procidentibus, *pulverem pedum eorum lingent*. Idque etiam eſt quod Thren. 3. dicitur *Ponet in pulvere os ſuum, ſi forte ſit ſpes*. Hoc eſt humillimè accidet Deo, & adeò ſupplex fiet, vt toto corpore abjecto, os terræ apptimatur. Videſis ibi Delrium, & Sancium, & hunc rurſus ad illud Iſaiæ 29. *Humiliaberis, de terra loqueris*. In nouo Teſtamento, Magi intrantes domum, procidentunt ante Deum infantem. Cæcus iam oculatus, procidens adorauit eum Ioan. 9. Quod item fecit leproſus Matth. 8. Chriſtus ipſe in horto Gethſemani, ſub vitæ Limbum, ſubiens hortum Gethſemani, proſtratus orauit. Chriſto iam in cœlos digreſſo, Gorgonia Nazianzeni ſoror, procubuit ante altare; certa non aſſurgere niſi exorata ſanitate, quæ illicò ſecuta eſt. Theodoſius Magnus, Mediolani ſolo proſtratus, & illud rigans lacrymis, dolorem ſuum de cæde Theſſalonicenſium, eſt teſtatus. Legio fulminatrix, cum cœlum diu ſtetiſſet, ſolo proſtrata aquilicia exoranit. S. Carolus Flandriæ Comes, Brugis ad fores templi Sancti Donatiani, ſtipe omnibus egenis porrecta, & ſingulorum manibus fixo oſculo templum ingreſſus, proſtratus vniuerſo corpore ante aram B. Virginis, ibi proditoriè gladiis impiorum occubuit. Ex inſtitutione S. Ludouici noni, cum legitur hiſtoria Paſſionis Domini ad illa verba, *emiſit ſpiritum*, populus vniuerſus proſternitur, vt ſcribit Gaufridus de Bello-loco. Sexcenta huiuſmodi vbiuis occurrunt, in Sanctorum Actis. Nam eſt ſitus corporis, familiariſſimus piis, præſertim ante diuinam Euchariſtiam, vt piè admodum ac ingenioſè monſtrat, agens de cultu eius externo per corporis membra, ſcriptor rudibus ac mulieribus vilis, doctis pretioſus, Bonifacius Conſtantius. Et congruè ſic honorari abditum ſub ſpecierum ſipario Chriſtum, S. Auguſtinus docuit, ad illud Pſaltis, *Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt*. Græci hunc colendi modum vocant προσκύνησιν, hoc eſt, pro-

Num. 36. vita.

R. P. Theoph. Raynaudi, Euchariſt.

cubitum, ac volutationem in terra, more canum. Nam κύων, vnde προσκύνησις, canem ſignat.

Quis reuerentium ſituum potior.

Genuflexionem reſpuerunt Agonichytæ, apud Damaſcenum, ſolam amplexi ſtationem inter orandum. At Chriſtus ipſe, lex & regula noſtra, Lucæ 22. genuflexus orauit. Apoſtolus verò ſæpè ſæpius, & nominatim Roman. 14. Epheſ. 3. Philippenſ. 2. & cum poſitis genibus in littore oraſſe refertur, Actor 20. vbi itidem cap. 7. Stephanus, orans pro ſe lapidantibus, genua poſuit S. item Bartholomæus, centies in dies & centies in nocte, genua flexit ad precandum. De ſeruis Dei Garzone: Et Dominico, Petrus Damiani ſic ſcribit. Gazo, [Sexagenaria circiter iam ætate grandæuus, totum Pſalterium genua flectendo decurrebat; hoc ſcilicet modo, vt vnum expleret verſum, dum pauimento proſtetnebatur, altetum dum protinus eleuabatur. Sicque per totum Pſalterij curſum vna ſemper fiebat ob eo meranceæ, per geminos verſus. Alter ætate prouectior, quique *Dominicus* vocabatur, ſæpè mille faciebat metanceas per ſingulos dies; cum tamen fertea Lorica iugiter eſſet indutus ad carnem.] Vt genuflecteretur ad illud Symboli. *Et homo factus eſt*, curauit S. Ludouicus IX. cum vidiſſet ad ea verba quoſdam Religioſos, humiliter inclinari. Ita ſcribit Gaufridus de Bellooco in eius vita. Simeon Stylita, prodigij inſtar in hoc genere fuit : ſpectaculum enim ad eam diem non viſum & admirabile præbuit, ait Theodoretus. [Nunc quidem ſtans longo tempore, nunc autem frequenter ſe incutuans & Deo afferens adotationem. Iam verò multi quoque ex aſtantibus enumerant has adorationes : ſemel antem quidam ex iis qui mecū erant, cum enumeraſſet mille & ducentas quadraginta quatuor, temerè lapſus deſtitit numerare : ſemper autem ſe inclinans, propè digitos pedum frontem admouet. Nam cum venter ſemel in hebdomada alimentum accipiat, idque exiguum, quantum eſt diuinorum Sacramentorum participatio, dorſo concedit vt facilè inflectatur.] Non eſt hoc genus externi cultus, nouo Teſtamento peculiare : cum etiam conſignatos habeatur eius vſus 3. Reg. 8. & crimini datum ſit Danieli quod nequicquam vetante Regio edicto, tribus temporibus in die, in Cœnaculo (ſublimiore vtique domus parte) verſus contta Ieruſalem, flecteret genua & adoraret Dominum. Itaque quod S. Hieronymus ait, Iudæam præ ſuperbia non flectere genua, non eſt accipiendum de genuflexione abſolutè, ſed tantum de genuflexione facta Chriſto, quem ſuperbè Hebræi Meſſiam agnoſcere dedignantur.

Num. 6.

Opuſc. 39. c. 3.

Cap. 6.

In cap. Iſaiæ.

Non eſt mirum, fuiſſe tam multis acceptam hanc corporis compoſitionem, agendo cum Deo. Adiungitur enim multis pretioſis affectibus quos inſinuat. Ac primùm vt rectè vidit Amalacius. Ipſa corporis dejectio, per genuflexionem, præ ſe fert humilitatem. Quod ante Amalacium tradidetat quoque Theophilus Alexandrinus. Eſt item genuflexio pœnitentis nora, ac luctus indicium, quod monſtrat vox *Mætanea*, quæ iuxta vocis corticem, ſignat pœnitentiam. Paſſim autem in vſu Eccleſiaſtico, nomine *Metanea*, exprimitur genuflexio : vt in Miſſa S. Petri, quod ad eam

Lib. de hæreſib.

Lib. 2. de Officiis.

Epiſt. 2. Paſch.

§. IX.

obſeruat Lindanus, & in Onomaſtico ad vitas Patrum Roſuedius. Inde extenſa voce, quod frequens eſſet pœnitentibus, adgeniculari fratribus Exomologeſim obeundo, vt Tertullianus humiliſicationes eorum, & nullificamioa (voces ſunt ferrei illius oris) percenſens, notauit, genuflexiones dictæ ſunt Metanœæ. In vita B. Hermanni qui & Ioſeph, Ordinis Præmonſtratenſis, refertur, moris apud Præmonſtratenſes fuiſſe; audito B. Mariæ nomine veniam petere, id eſt, flexis genibus accidere in diebus profeſtis, & oſculari id cui quiſque incumbebat. At diebus feſtis, oſculabantur manum. Hermannus autem etiam diebus feſtis, procumbebat, & veoiam petebat, id eſt, genuflexus deiiciebatur, ad tantam nominis ſuauitatem, ſtare non ſoſtinens. Eſt igitur mœranea genuflexio, & veniæ petitio, pœnitentiæ actus maximè proprius. Videndus item de hoc luctus, & pœnitentiæ indicio Rabanus, & concionè Bleſenſis. Eſt verò hoc inda patentiſſimum, quod per totam Pentecoſtem, hoc eſt per dierum qoinquagenam, quæ decurrit à Paſchata vſque ad feſtum demiſſi è cœlo Spiritus Sancti, non flectimus genua in ſignum lætitiæ, ob Chriſti reſurrectionem & repatatam aſſereore Chriſto rediuuo, libertatem noſtram, vt Rupertus Philoſophatur. Et quia toto anno Dominicis diebus, Chriſti raſurrectio tecolitur, idcirco neque in Domioicis flectuntur genua. Hoc cum vſu contrario ſenſim inducto obſoleuiſſet alicubi magna Synodus Nicœna tenouauit, & ad omoia loca axtendit ſingolari decreto vſum illum explicatiſſimè ante eam Syoodum, à Tertulliano ac Iuſtioo, axpreſſum. Eandem praxim ex Hilario, Hieronymo, Ambroſio (veriùs Maximo Taurinenſi) Baſilio, Auguſtino, Anaſtaſio, Nicera, Germano Patriarcha, coofirmat Roſvedius io Onomaſtico. Id tamen cum Lorino arctans ad preces ſolemnes, cum Paolus tempore Paſchali, vt Barooius ad aonum Chriſti 58. aduertit, legatur in Tyrio littore poſuiſſe geoua ad oratiooem.

Alij Canones interdicentes genuflexione per tempus Paſchale, & eius veluti Ectypon Dominicam diem demptis pœnitentibus, qui vbique genuflectebant ex Conc. Carthag. VI. arctant eum timm ad collectas fundi ſoliras præmiſſo *Oremus*, in principio ac fine Miſſæ. Ex quo fundamento aliqui, in regno Caſtellæ tempote Nauatri, negabant ſe vrgeri Eccleſiaſtico decreto ad flectendum genua tempore Paſchali, & in Dominicis, ad illa verba Symboli, *Et homo factus eſt*, & ad illa verba Cantici SS. Ambroſij & Auguſtini, *quos pretioſo ſanguine redemiſti*. Multo minus ad inductam rer in die ſalutationem Deiparæ. Aliis è contrario placebat, eo item tempore ſtationem in illis euentibus toro Paſchali tempore eſſe retinendam. Videndus de ea contentione Nauarrus quem libenter audio in eadem lucubratione, ſugillantem eos qui orantes, altero tantùm genuflexo, poplite vno dirigunt precum Miſſilia, non ſecus ac igolariæ catapultæ funditores, vt certo eiaculentur. Iudæia ſimiles, vt ait autor rationalis Guilielmus Durandus, etedo alludens ad eos qui Chriſto illudentes, Regem Iudæorum per ludibrium appellabant, genuflexo anta eum Matth. 27. Quamuis enim id fecere milites Romani, tamen quod in Iudæorum gratiam, id facerent, & ipſis apptobantibus, tribuitur Iudæis. Addit Durandus ſeruorum eſſe altetum duntaxat genu flectere coram Domino; & quidem ſiniſtrum, quod ea ſit nota corporeæ ſeruituris: Plinius ineſſe geoibus obſeruatione gentium religionem tradit, non modò quod ea ſupplices attingant, eáque vt aras adorent, ſed etiam qnla pet ea præſtantur religioſa officia. Mancam igitur religionem prodit, qui alterum duntaxat genu flectit. Quaſi verò non iuberemur flectere Domino Deo omne genu, id eſt, vtrumque genu cuiuſuis perſonæ, vt factum eſt à Salomone preces fundente 3. Reg. 8. Sanè cum genu idcirco ita fabrefactum ſit, vt flecti poſſet, eáque ſtructura non vni duntaxat genui inſit, ſed vtrique, par eſt demiſſo vtroque poplite accidere ſupplicem Deo. [Flexibile geou (ait S. Ambroſius,) quo præ cæteris Domini mitigatur offenſa, ita mulcetur, gratia pronocatur. Hoc enim patris ſummi erga filium donum eſt, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis liogua confiteatur qula Dominus Ieſus in gloria eſt Dei Patris. Et cum duo ſint quæ Deum præ cæteris mulcent, humilitas, & fides, pes exprimit humilitaris affectum ac ſedulæ ſeruitutis obſequium.] Subdit, non eſſe homini oiſi duos pedes, cum beſtiæ ſint quadrupedes: quia homo ea ſtatora eruditur, vt ſit de genere volatilium, & altipetus fiat, eiúſque coouerſatio ſit in cœlis. At produnt ſe brutios, qui id venerationis Deo negant; altero poplite Elephantini. Iactatur enim Elephaotos genua oon flectere, vt videre eſt apud Geſnerum, & Aldtouandum ac nouiſſimè Trogum eius, Ioſtooum. Quanquam turrim illam beſtialem adorare Regem genibus flexis, notatum eſt à Plinio, & comprobatum eſt in eo Elephanto quem Emmanuel Rex Luſitaniæ doctum genuflectere ad Leonem X. Pontificem tranſmiſit Romam, aurea inſtratum ſtragula, & turrito Ephippio Indos homines geſtantem, Principi venerationem exhibere doctum. Videſis Genebrardum anno Chriſti 5513. atque Maffeium & Oſorium. Oſculum genuum à genuflexis in ſignum reuetentiæ, memorat in vitis Patrum Gregorius Turonenſis, & indicitur adhiberi in electione noui Abbatis, in regula Magiſtri apud S. Benedictum Anianenſem. Calumnia qua veteres Chriſtiani apud Minutium onerari ſunt, inſioulati quod adorarent vitilia Sacerdotum, inde manauit, quod Chriſtiani accidetent ad genua Sacerdotum venerabundi; nominatim ad deponenda eis peccata, vt Baronius notauit.

Stationis vox latè acceptra, longè aliud ſonat quàm erectionem totius corpotis, quod propriè denotat, vt fuſiùs ttadit Nauarrus, Propriè acceptam maximè probans in precante. Feruntur Fratricelli idcirco damnati eſſe, à Clemente V. quod ne in elenatiooe qoidem corporis Chriſti, vollent aſſurgere, ac erigere ſaſe. Verùm cauſa damuatioois Fratricellorum ſiue Begardorum hac ex parte, fuit, quod cum in Miſſa eleuabatur Sacra hoſtia, ſtarent immoti, obtendeotes fore imperfectionis, ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis deſcenderent,

§. Metanœa.

Lib. 2. de Inſt. cleric. c. 41. Serm. 11. ſub finem.

Lib. 3. de Offic. c. 8.

Lib. de cor. mil. c. 3.

Genuflexio.

Can. 81.

Num. 15.

Lib. 5. c. 2. num. 45.

Lib. 12. c. 45.

6. Hexaem. c. 9. in fi.

Lib. 3. c. 2.

Lib. 5. ſub finem.

Cap. 8. C. 4. §. 4. in Oſtienſe.

anno 1099.

tent, prætextu adorandi Eucharistiam, aut cogitando de aliquo mysterio humanitatis
Lib. 1 cap. 32. Christi. Ita eorum errorem refert, eius ævi scriptor Aluarus Pelagius, & meritò reprehendit. Erat enim reuera insanus error, sed alienus à præsenti negotio; in quo *stationem*, id est, pleuam precantis erectionem approbaut vt honestam, & labis purgm, S. Athanasius informans Virginem sacram, necnon
Cap. 124. De glor. Martyr. c. 30. Moschus & Gregorius Turonensis ac Concilium Aquisgranense. Scitè S. Hilarius ad illud
Cap. 131. Psalm. 133. *Qui statis in domo Domini.* Eundem
Cap. 9. Reg. situm in concinentibus Psalmos admisit Sanctus Benedictus, indulgens sessionem Monachis cum legerentur lectiones. In contionetsia de numero Psalmorum concinendorum, Angelus specie hominis apparens, litem diremit, duodecim Psalmis stando decantatis, vt
Lib. 2. cap. 7. narrat Cassianus: qui inferius addit, Ægyptios prætet morem aliorum, non statim à decantato Psalmo sirisse genua, sed priùs stantes orasse; inque ea supplicatione, maiorem partem temporis insumpsisse. Post hæc autem puncto breuissimo procidentes humi, velut adorantes tantùm diuinam clementiam, summa velocitate consurrexisse; ac rursus erectos orasse stando, manibus sublatis. Stationem in-
4. de off. c. 3. ter precandum inde commendat Amalarius, quod eo statu corporis, demonstremus affectum mentis nostræ, conrastemúrque nos esse paratos imitatione Dauidis, de se profitentis, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & Psalmum dicam.* Ad hæc, statio est vox
Lib. de Orat. c. 3. militaris, & vt Tertullianus ait. [Statio de militari exemplo nomen accipit. Nam & militia Dei sumus.] Milites autem certant stantes. Itaque consentanea est in Christianis conuentibus statio. An ideirco apud Tertullianum & Cyprianum, *statio* sæpè significat Conuentum Ecclesiasticum, vt probatis eorum variis locis monstrat Pamelius ad Epi-
Num. 10. stolam S. Cyprian. 41. Idem tamen ad Tertul-
Num. 18. liani locum proximè adductum, *stationis* nomen arctat ad designandum diem ieiunij, quod fecere item antiquorum plerique signati
c. 33. c. 12. à Francolino in opere de horis Canonicis. Plura de notione antiquæ stationis, Onuphrius proludens ad librum de stationibus vrbis Romæ; Albaspinæus in obseruationibus sacris;
Lib. 1. c. 16. Pag. 336. & ad expositionem fidei S. Epiphanij Dionysius Petauius. Nobis in præsentia istis est, quod in Conuentibus orarent, plerumque erecti, atque adeo stationem sumptam iuxta etymon vocis corticem haberent pro honesta, & labis experte.

Ex tribus propositis stantium sitibus, probabilius, (vt ex antiqua phrasi loquar,) id est, labe vacantibus, & qui iure possint approbati, si veniatur ad comparationem, & quæratur quisnam potius videarur præeligendus, reso-
Lib. 2. c. 7. lutio est facilis quoad primum. Nam vt monebant Asceræ Ægyptij apud Cassianum, situs ille corporis, eo grauatur incommodo, quod soleant [Humi diutiùs procumbentes, non solùm cogitationibus, verùm etiam somno grauiùs impugnari.]? Quod semel damno suo expertum, testatur Cassianus. Duo situs posteriores, se habent vt ereedens & excessum; & vbi libera est orandi exteriot disciplina, potest vnusquisque ex eis alterutrum præeligere, qui magis arriserit, aut fructuosiùs adhiberi deprehensus fuerit. Nec vniformia sunt Patrum iudicia de alterutrius eorum præcellentia. *Quis reuerentium situum potior.*

Genuflexionem videtur præferre antiqua praxis Ecclesiæ, ex qua initiandus baptismo, stans erectus, consequebatur natiuitatem diuinam; qui verò initiabatur Sacerdotio tanquam longè sublimioris ordinis, atque adeò sublimiore aptatione indigens, genuflexus initiabatur, vt est apud S. Dionysium. Vnde *Cap. 5.* illud erratum mysterij magni grauidum & futuræ virtutis prognosticum, quo Gregorius Theologi pater per errorem initiantium, baptismo initiatus est genuflexus, vt obseruat ipse Theologus. Apertè genuflexionem præ-
Orat. 19. pag. 306. 4. 115. ad ubi bed. tuliisse aliis corporis sitibus inter orandum, visus est S. Iustinus: ait enim. [Genuflectere in precibus, magis Deo commendat orantes, quàm stantes orare, magisque conciliat Dei misericordiam.] Ex quo fundamento monet dubium, cur in Paschate, & Pentecoste, & Dominicis diebus, ex Apostolica institutione teste B. Irenæo quem citat, non flectantur genua intet orandum. Addit Honorius in gemma animæ, genuflexi [cadimus in terram, vt Christum in carne adoremus: Vt item memo-
Lib. 2. c. 117. remus nos in Adamo cecidisse, & mole corporis grauari, ingemiscamus, & vt lapsum animæ nostræ in vitia dum corpore ad terram cadimus, pœnitendo fateamur.] Commeudat etiam genuflexionem, & stationi intet orandum, valde præfert Cæsarius, nisi pro more *Hom. 34.* Patrum, impugnantium aliquem errorem, qui ita in eum concitantur, vt videantur ad alterum exttemum propendere, (vt S. Thomas no-
Opusc. tauit) ideirco nonnihil efferbuit in stationem orantium; quod essent inter eos quos alloquebatur, qui ne clamante quidem Diacono *flectamus genua*, vellent genua flectere. Quod sanè teprobandum fuit. Quidquid sit, apertè Cæsarius præfert genuflexionem in orando, stationi, vt pater ex his eius verbis: [Maximam partem populi, velut columnas erectos stare conspicio, quod Christianis dum in Ecclesia oratur, omnino nec licet, nec expedit. Exemplum Pharisæi orantis, considerandum est & timendum, ne pro eo quod stans oraverit; ideo non meruerit exaudiri.] Ab obtendentibus ægritudinem ne genua flectant, posceit, vt saltem caput inclinent. Additque [Vellem scire, qui nec genua flectunt, nec inclinare capita volunt; si aliquid sibi necessarium, aut à iudice, aut ab aliqua potenti persona expeterent, vtrum stantes & erecto capite negligenter, & tepidè supplicarent. Rem terrenam ab homine terreno quærimus, & propè vsque ad terram nos humiliter inclinamus; & à Deo remissionem peccatorum, & æternam tequiem inquirentes, nec capita nostra inclinare dignamur.] Subdit exemplo. Eliæ, & Elisæi, & cæterorum Sanctorum, qui orando deiiciebantur corpore. Item exemplum Christi qui procidens in terram, ita orauit, vt ab eo guttæ sanguinis stillarent: Tum addit procubitum & prostrationem accipiens pro genuflexione, quam suadere intendebat; [Quid indigebat Christus, vt talitet supplicaret? Non ille quicquam indigebat: Sed nobis exemplo suo orationis exempla præparabat.

§. IX.

Orat misericordia, & non orat miseria? Orat humilitas, & non humiliarut iniquitas? Prosstratus in terra orat Medicus, & non inclinatur ægrotus? Orat innocentia, & non orat nequitia? Orat qui peccatum non fecit, nec dolus inuenius est in ore eius; & non se prosternit multis peccatis obnoxius? Orat Iudea, & desiderat parcere; Et non orat reus vt indulgentiam mereatur accipere? Orat iudicaturus, & orate dissimulat iudicandus? Non ergo pigeat (si infirmitas non prohibet,) vt se vnusquisque in terram prosstratus humiliet.] Addit esse in Ecclesia, fontem aquæ viuæ. Et sicut qui de fonte vult bibere, debet eorpus inclinare; ita debere se humiliter dericere in Ecclesia, eum qui velit benedictionem eaptare; à qua procul se statuunt, qui stantes in Ecclesia malunt verbosare. Mutuanit hanc vocem à S. Augustino; æquè disserente aduersùs Garrulitatem in Ecclesia, quam reliqua homilia eaagitat Cæsarius: non minùs eo ipso feriens sedentes, cum sessio sit ad loquacitatem opportunior.

Stationem in orando, videtur præeligere S. Hieronymus: ait enim, quibusdam non flectentibus animæ poplitem, patrum prosfuisse genufleaionem. Alios verò erecto Deum corpore deprecantes, magis se animo curuasse. Itaque videtur præfette stationem quam sine dubio præelegit Ioannes Monachus testibus Ruffino, atque Palladio, qui à prima secessione à sæculo tribus continuis annis sub eiusdam saxi supe stans semper orauit, itaut nunquam omnino resederit, neque iacuerit, somni tantum capiens quantum stans capere potuit. Perstitisset verò per totam vitam stans & stando orans, nisi corruptis imis pedibus adactus esset situm mutare. Stationem item tanquam potiorem situm corporis inter fundendam precationem præluisse videtur Simeon Stylites (vt apud Theodoretum testem oculatum legere est;) tantus amator stationis; idque vni pedi insistendo. Addit Theodoretus ex tam diutuina stationc enatum ei esse vlcus chionium vberi sanie tedundans. S. Benedictum idem suis præscripsisse, ait Menardus. Sanctus item Pachomius, otabat stans, exemplo supplicum Alexandrinotum apud Philonem. Pletosque Sanctos Monachos ad idem exemplum se conformasse, habet Gazæus ad Cassianum. Astipulatus videtur S. Hilarius ad illud Psalm. 133. *Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri*, necnon S. Bonauenitura in mystica Theologia, & Dionysius Richelius, itemque Catacciolus, vsui suæ Religionis patrocinans, quod item facit pro suis Clericis Regularibus Minoribus agens Thomas Hurtado Bueeaferreus in rapsodiis tesolutionum Orthodoxarum digressione de choro. Sed tationes adhibeus more suo protsus inanes. Argumeniatur enim pro præeligenda orantium statione, ex eo quod Isaiæ 6. Seraphim statent super solium Domini concinenies Trisagion. Et ea eo quod Dauid à Siracide dicatur stare feciisse eaniores contra altare. Item quod Christus Marci 11. dicat *cum stabitis ad orandum*. Eodem modo; loquuntur alij Patres. Ita quidem Hurtado Buecaferreos. Sed exciderat huic Enos, quod ex Nauarro ipsemet refert. [Stamus ad orandum, siue simus erecti, siue genufleai, sine sedentes, siue supini. Itaque omnia illa testimonia nihil conficiunt. Eacipii tamen Hurtado, officium defunctorum, pro quo præelegit sessionem ad insinnaodam tequiem æternam quæ defunctis ea precatione captatur. Sed est inepta eaceptionis ratio; quia beati in requie æterna non plus sedebunt, quàm stabant ant ambulabant. Ad hæc, officium de Sanctis qui iam adepti sunt requiem æternam, inata eam tationem, deberet sedendo peragi. Tandem genufleaio, cum sit laboriosior quàm sessio feracior est satisfactorij fructus, atque adeò oppottuniot est subleuandis defunctis. Ac proinde vniuersa Machina Huttadiana, nullo negotio disiicitur. Neque tamen abnuo, quin ad subleuationem viuorum, defunctis suffragantium in prolisa tecitatione vigiliarum, sedere liceat; vt factum in Exequiis Osbetni Monachi ait Edinerus *in Anselmo*. Sunt tamen aliæ congruentiores probationes pro stratione otantium; eui nihil detogatum volo. Sed autor sum vnicuique, vt de Guillelmi Parisiensis sententia, in situ corporeo inter otandum, pierati maiori velificetur, adhibens eum situm quem deprehendit fructuosiorem; & commodiorem ad collectionem animi, ac feroorem precationis. Quod autem Guillelmus timet fatigationi à diutuina genufleaione, æquè timeri potest à stratione longiore. Itaque manent nihilominus sua vtique iura, aliunde æstimanda.

Augescet vero haud tenuiter fructus pietatis, si alterutri aeeedat superpondium, vel ex manuom io Cœlum sublatione, vel ex brachiorum eatensione, similive quopiam gestu corporis, iam olim à piis intet orandum adhibito. Eleuationem manuum adhibebat Dauid, & *sacrificium vespertinum* nuncupabat. Cansam fusè aperit S. Chrysost. defragrantia otationis sic fusæ, suauissimè disserens. Addit verò. [Quid sibi vult, *manuum in oratione eleuatio?* Quoniam enim multis sceleribus inseruiunt, vt percussionibus, cædibus, rapinis, auaritiæ, & bonorum alterius cupiditati; propter hoc ipsum ergo eas iubentur tendere; vt otationis ministerium sit eis vitæ vinculum, & ab improbitate liberatio. Et si quaodo es rapturus, vel in bona aliotum inuasurus, aut alium verberaturus, in memoriam reuocans fore vt eas ad Deum mittas, te defensuras & illud speciale sacrificium pet eas emittas, ne eas ignominia & pudore afficias, & malæ operationis ministerio eis fiduciam auferas. Putga ergo eas Eleemosyna & Clementia subueniendi iis qui indigent, & ita eas Deo eapandiro ad orationem. Si enim non permittis vt extollantur illoræ ad orationem, multo magis non æquum est, vt eas peccatis inquines. Si quod minus est vereris, multo magis pertimesee quod maius est. Illotis enim orate manibus, non est adeò absurdum: sed innumerabilibus peecatorum sordibus inquinatas offerre, hoc iram affert maaimam.] Ad eandem mentem, optimè dissetit S. Augustinus ad illud Psaltis, *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas.* Præmissa enim leuatione manuum Christi pro nobis, subdit. [Leuemus & nos manus nostras ad Deum in prece, & non confundeotur manus nostræ leuatæ

ad

In c. 3. ad Ephes.

In vita PP. c. 15 Cap. 61. Lausi cap. 26. Ad concor. Reg. c. 25. 37.

Lib 2. c 5. Part. 3 c. 3. Lib. 1. de contem. c. 34. Ad Reg. Thom p. 1. c. 1. d. 2. 10.

Sect. 25.

Eccles. 47.

Lib. de orat.

In vita. dis. c 25.

Ibid.

Psal. 62.

ad Deum, ſi exerceantur bonis operibus. Quid enim facit qui leuat manus; vnde præceptum eſt vt leuatis manibus oremus ad Deum? Apoſtolus enim dicit, *leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione.* Et cum leuas manus tuas ad Deum, veniant tibi in mentem opera tua. Quia enim manus iſtæ leuantur vt impetres quoduis, ipſas manus cogitans in bonis operibus exerce, ne erubeſcant eleuari ad Deum.]

Extenſionem manuum aliam à leuatione (quanquam Auguſtinus, proxime notato loco, vtramque confundit,) familiariſſimam habuere priſci Chriſtiani; vt monſtrant illa Tertulliani. [Nos nō attollimus tantùm, ſed etiam expandimus. Et Dominica paſſione modulantes & orantes Chriſtum confitemur.] Idem alibi. [Patatus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani.] Quia ſcilicet manuum in Crucis formam protenſione, conteſtatur ſe crucem non refugere, atque adeo neque aliud vllum ſupplicij genus. Multus eſt in hoc ritu orandi, Gretſerus: apud quem etiam Ethnici, paſſis palmis, (hoc eſt Interprete Nonio, patentibus & extenſis) orationem fundere, religioſum habebant, vt de Anchiſe proditur 3. Æneidos, & de Datio apud Athæneum, & ipſa Romana publica pietas in vetetis nummi parte exhibetur extenſis in crucis formam brachiis. Minutius denique Gentiles crucis ſignum ſubſannantes, inde exagitat, [quod cum homo pottectis manibus Deum pura mente veneratur (quod ſe quoque facere exiſtimabant Ethnici) crucis ſignum effotmetut. Ita ſigno crucis, aut ratio naturalis innitltut, aut veſtra teligio fitmatut.] Sed Ethnicas gentes dimittamus. S. Pachomium, intet orandum manus extendere ſolitum, ſic prodit vitæ autot. [Conſuetat ſtans in oratione manus expandete, quas' pet aliquod horarum ſpatia minimè colligebat: ſed extenſione diuturna veluti cruci confixum corpus retinebat immobile; & ſic animum ſuum ad vigilandum in ptecibus excitabat.] Commendat eundem orandi modum, ex ſcripturis, & praxi S. Ambroſij, Petrus Damiani.

Lib. de Orat. cap. 11.

In Apol.

Lib. 4. de cruce, c. 13. v. paſſum.

Lib. 13. c. 17.

Cap. 15.

Opuſc. 39. c. 4.

Arguens enim cathedtarios in orando, ſubdit: [Enim verò ſi dignus in Deum robis feruor ineſſet, par fuerat, nos intet diuinæ laudis excubias, non modò, non ſedere, ſed & manibus in altum portectis, inceſſabiliter pſallere, ſicut hortatur nos Pſalmiſta cum dicit, *in noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.* Et Apoſtolus ad Timoth. *Volo* (inquit) *viros orare in omni loco, leuantes manus puras ſine ira & diſceptatione.* Nam & præclarus Eccleſiæ Doctot Ambroſius, Beatos Martyres Gernaſium, & Protaſium; extenſis manibus ſemper orantes, ſe vidiſſe teſtatur. In cuius verbis datur intelligi, quoniam & ipſe non aliter tunc orabat Epiſcopus, quanquam hoc ipſæ vitandæ gloriæ cauſa non exprimat. Veriſimile quippè eſt, vt cum quo ſimul orant, nequaquam ab eo otationis qualitate diſſentiant. Alioqui ſi aliter orabat Ambroſius, ad hoc ſibi ille modus otationis oſtenditur, vt ad hanc orandi regulam deinceps Informetur.] Ad allegatum Apoſtoli locum 1. Tim. 2. plenè de hoc otandi ritu philoſophatur Cornelius.

Quis reuerentium ſitum potior.

Singulatis etat ille alius geſtus, nec (vt videtur) à multis frequentatus, quem memorat Clemens Alexandtinus verbis illis: [Licet ſuſurrantes, & ne labia quidem aperientes, tacitè loquamur, intus clamauimus. Omnem enim intrinſecùs paratam collocutionem, Deus exaudit perpetuò. Ea caput, & manus in cœlum extendimus, & pedes excitamus in vltima acclamatione orationis; ptomptitudine & alacritate ſpiritus, aſſetentes eſſentiam quæ apptehenditur intelligentia: & vnâ cum verbo, corpus è terra abducere conantes, erectam & eleuatam animam deſiderio meliorum, cogimus in ſancta ptogtedi, magno animo catnis vinculum deſpiciente. Scimus enim optimè, eum qui eſt ptæditus cognitione, totum mundum lubenter tranſmittere, vt certè Iudæi Ægyptum; apertè oſtendendo ſe Deo quàm proximum futurum.] Non eſt quærenda alia, ſatis infrequentis ritus, gloſſa.

7. Strom.

INDEX

INDEX
PARAGRAPHORVM.
PROLOQVIVM.

Vnde Acathisti denominatio, Christiano sacro aptata.

§. I. Nouus vsus ingerendi sedilia, assistentibus Christiano sacrificio. 476

II. Ad dijudicandam nouitatis propositæ honestatem; fundamentum primum, de necessitate reuerentiæ in templo. 479

III. Alterum fundamentum de reuerentia necessaria inter assistendum Christiano sacrificio. 487

IV. Dijudicatio Controuersiæ. Statuitur, sessionem simpliciter dictam, in his oris, cum reuerentia debita templo, orationis aut sacri gratia inito, non cohærere; atque adeò concluditur, nouitatem Cathedraticam astantium Christiano sacrificio, indignam prorsus, ac eliminandam esse. 498

V. Sensus Patrum, alienus à nouitate proposita. 503

VI. Vsus Sanctorum, alienus à sessione in templo, inter orandum & sacro assistendum. 508

VII. Vsus Externorum. 509

VIII. Depelluntur adducta initio, pro sellariis, & sessimonio in sacris. 512

IX. Corollarium de situum corporis cum reuerentia cohærentium Comparatione.

DE
PRIMA MISSA
ET PRÆROGATIVIS CHRISTIANÆ
PENTECOSTES.

TRACTATIO

R.P. THEOPHILI RAYNAVDI
ex Societate IESV.

EMINENTISSIMO PRINCIPI,

CAROLO BARBERINO

S. R. E.

CARDINALI.

QVÆ duo veluti Cardinalia mysteria, majestatem Christi, summi Hierarchæ ac Regis nostri, luculentissimè produnt, SACRIFICII INCRVENTI per Sacros Mystas PRIMITIÆ, & ECCLESIÆ INSTITVTIO; sicut ex Christi autoris voluntate, nexa sunt; ita sub vnum conspectum vno contexta pegmate, repræsento, CARDINALIS EMINENTISSIME.

ET SACRIFICII quidem ea est sublimitas, vt illo vno fulta voluantur tempora, perstétque mundus, defecturus cum illud defecerit, abolente adorationem in Spiritu & vetitate, homine illo peccati, qui supra omne quod dicitur Deus, efferet cornua. Structurâ verò Ecclesiæ Christianæ, nullum opificium mirabilius, magnificentius, Autore suo dignius, sæcula cuncta viderunt. Magnificum inter barbaros videri voluisse Alexandrum legimus. Itaque cum in Bactriis & Hyrcaniis atque Indis, iudicia daret, non vt apud Græcos atque Macedonas, vulgare forum probasse; sed splendidissimum, quódque ad majestatis præconium sat esset. Tabernaculum amplitudine tantum erat, vt posset mensas centum capere. Id fulciebatur aureis columnis quinquaginta. Cœli auro obducti, variis elaborati ornamentis supremum locum tegebant. Circum tabernaculum, Persæ primùm quinquaginta Melophori, purpureis melinisque induti vestibus, intus stabant. Pari numero iaculatores vestibus varianies, flammeis alij, alij cœruleis, coccineis alij amicti succedebant. Ante hos, Macedones gigantea proceritate viri quinquaginta, totidem tenentes argentea scuta, collocabantur. Medio in tabernaculo, aureus thronus gemmis distinctus, & monilibus aurum inoculantibus prælustris diem præstinguebat, cui Rex insidens iura dictabat. Vtrumque iudicantis latus, cingebant Satellites ea specie, quæ Regio splendori lenocinaretur. In tabernaculi circuitu, copiosum Elephantorum agmen astabat, & Macedones mille, stolas amicti Macedonicas. Post hos quingenti Susij purpurari; quos circum circa ambibant dena Persarum millia, cultu Persico, acinacibus instructa. Papæ specimen Majestatis! Sed quale homo, è magnis quidem qui fuere in terra attamen homo, nec nisi homo, edere potuit. Myricæ ad cedros

Irenæ. l. 5. Hæres. & Theod. Dial. 2.

Polyæn. l. 4.

dros prælatas, ludicrumque & vmbratile magnificentiæ exemplum, præ eo quod Christus in vtriusque propositi mysterij structura apparauit.

Divinam sanè Eucharistiam, conopæum obducit miraculo pensile, nullis subiectæ substantiæ fulcris innixum, omnibus cœli opibus locuples, ad quas quid gazæ quæuis Persicæ, Medicæ, Indicæ, è cœno ac terra omnes? Sepitur vndecunque cœlestium Spirituum agminibus, lectissimis stipatoribus, nulli hostili telo patentibus, quorum vel vnicus, ad stragem numerosissimæ multitudinis par foret. Sedet hîc Rex Regum in sede majestaris suæ, innumera ostentans cœlestis magnificentiæ miracula. In Ecclesia item, tabernaculum sibi fixit Christus, cum Sole certans de splendore, & ipsum quoque custodia cinctum incorporea; supra cœlum ipsum, diues ac nobile. Et hîc item in sede majestatis suæ visitur Christus, apparatu magnificentissimo, quali nulla mortalis potestas colluxit: Nihil hæreo. Nec vniuersa Ethnica magnitudo Romana, subtus quam iacuit quorumvis aliorum imperiorum dignitas, ad istam immenso propè interuallo abiunctam accessit, sed ponè relicta, infinitis interiacentibus parasangis, discluditur.

Chrys. 6. de Sacerd. Greg. 4 dial. c. 38. Bles. Ep. 223.

Orig. hom. 23. in Lucam. S. Maxim. Mystagog. Eccles. c. 24. Steph. 6. apud Anastasium.

Thomas Stapletonus De Magnitud. Rom. Christiana, supra Ethnicam.

Haud impar itaque, vel à dignitate Tua abhorrens, in paruo codice munus exhibeo, Cardinalis Eminentissime, siquidem argumenti majestas, non eius à meo calamo detritio ac decoloratio spectetur. Quæcunque verò à deferentis tenuitate, magno reipsa muneri imminutio obtigerit; spem facit explorata mihi comitas Tua, & certans cum pietate cæteríque gradui ac stirpi consentaneis ornamentis benignitas, rigandum fonte boniratis tuæ, hoc æterni pignus obsequij, & faustum auctioris in dies splendoris omen, quod haud falsus mantes præsagio.

EMINENTIÆ TVÆ.

Deditissimus
Theophilvs Raynavdvs.

SYLLABVS

SYLLABVS OPERIS.

PROLOQVIVM.

SECTIO I.

DE Sacrificij incruenti celebratione prima in Pentecoste. 527

CAP. I. Seponitur incruentum Christi Sacrificium, simul cum eius institutione peractum. ibid.

II. Apostoles illico à Christi Domini resurrectione, incruentum Sacrificium peregisse, qua suadere videantur. 530

III. Apostolos non ante Pentecosten ritu Christiano sacrificasse, vera sententia; cum discussione placitorum propositorum in contrarium, proximo capite. 532

IV. In Pentecoste sacrificatum esse ab Apostolis ritu Christiano, atque adeò eam fuisse in Christiana Ecclesia Missam primam à puro homine celebratam, qui tradiderint. 533

V. Oblatio spontanea & Sacrificium nouum è pambus primitiarum in Pentecoste Iudaica, typus Sacrificij incruenti, primum ea die celebrati in lege noua. 536

VI. Sacrificium in consecratione Sacerdotum, typus alius incruenti Sacrificij in sanctificatione Apostolorum per demissionem Spiritus Sancti in Pentecoste. 539

VII. Sacrificij incruenti in Pentecoste celebratio, probata ex noua legis promulgatione antistropha promulgationi legis antiquæ, & ex proportionalibus Iudaica & Christiana Religionis Euentiis. 541

VIII. Nona Cosmopœia in Pentecoste, nouum Sacrificium popoſcit. 547

IX. Sigillatim de productione noui hominis ad complendam mysticam Cosmopœiam in Pentecoste, deque noui Sacrificij exhibitione idcirco debita. 554

X. Argumentum ex orbis instauratione Noetica antistropha. 561

XI. Sacrificij Christiani in Pentecoste peractis congruitas, ex tunc facta noua Ciuitatis Dei fundatione. 567

XII. Argumentatio pro Christiano sacrificio in Pentecoste ex inhabitatione ciuitatis Dei extrusis inde bestijs sylua. & inducto illuc populo quem vna ex die fecit Dominus. 570

XIII. Dedicatio domus Dei in Pentecoste, ad sacrificandum Christiano ritu adegit 579

XIV. Iubilæus libertatis in Pentecoste, argumentum Sacrificij. 586

XV. Sacrificium in deserto post dies quinquaginta ab esu agni diuine indulgentia repensum, typus & argumentum Sacrificij Christiani in Pentecoste. 589

XVI. Sacrificatum esse in Pentecoste, vt Christi ingressus in cœlum aditioni sanctorum per Pontificem Aaronicum, velut typo antitypus responderet. 590

XVII. Par fuisse in procinctu belli Sacri occæpti in Pentecoste, sacrificium celebrari. 592

XVIII. Sacrificij Christiani in Pentecoste necessitas ad initium faciendum Euangelica doctrina. 596

XIX. Elogia brevia Christiane Pentecostes, erutæ ex dictis. 598

SECTIO II.

ADiunctæ prima celebrationis Sacrificij Christiani in Pentecoste. 601

CAP. I. Vbi facta prima Christiani Sacrificij celebratio in Pentecoste. ibid.

II. A quo celebratum in Pentecoste primum Sacrum. 603.

III. Quo externo sacrificantis apparatu peracta prima incruenti Sacrificij celebratio in Pentecoste. 606

IV. Ex qua formula Liturgica celebratum sit primum incruentum sacrificium in Pentecoste. 608

V. Qui primo incruento sacrificio in Pentecoste celebrato affuerint, & de eo participarint. 613

VI. Quomodo ad præsidia se habuerit solemnis demissio Spiritus Sancti. 613

SECTIO III.

DE Missa secundum quid prima, & secundò prima. 618

CAP. I. De prima Missa cuiuscunque Sacerdotis. 618

II. De repetita Missæ secundum quid prima, memoria post annorum quinquagenum. 621

III. Nec thesis mea memoria. ibid

Sermon du R.P. Estienne Gerin, Docteur en Theologie de l'Ordre des FF. Mineurs de l'Obseruance, sur la premiere seconde Messe du R.P. Theophile Raynaud de la Compagnie de IESVS, dit en la Chappelle de la grande Congregation de N. Dame à la Closture de la dite Messe. 623

Discours sur le mesme sujet de M. Louys Boniel de la mesme Compagnie. 628

PROLOQVIVM.

QVÆ cuiusvis humani operis & artefacti fuerint initia, anxiè disquisitum video. Nam præter cæteros, impleuit suis in eam rem studiis iustum volumen, Polydorus Virgilius: fassus ingenuè libri tertij cap. vltimo, hærere necessariò in multis aquam, & cassam plerumque esse in eo negotio operam, præ caligine quæ cœptis magnæ partis antiquorum operum, est affusa. Sit verò labor ille in plerisque humanæ artis inuentis prorsus irritus. Minore quippè dispendio & incommodo, laboramus ignorantia in huiusmodi argumentis. Quid enim solidæ vtilitatis homini confert, nosse ecquando datum sit initium annulis, picturæ plasticæ, vnguentis, nauigationi, mercaturæ, lanificio, textrinæ, & huiusmodi aliis in quorum principio disquirendo, scriptio Polydori penè vniuersa consumitur? Circa initia tamen sacrorum quorumvis operum, nunquam frustra, nunquam absque eximio fructu locatur studium. Nam præterquàm quod omnis de huiusmodi rebus cogitatio, insigni oblectatione perfundit animum, eúmque sanctè & quàm decenter distinet, necessario inter disquirendum de talibus, in multa inciditur, aut incurritur, quæ attigisse quoquomodo, permagni interest, plurimúmque ad omnem sanctitudinem commodat. Itaque magna cum laude plerique, notandis variorum Sacrorum Rituum initiis institerunt. Tametsi enim Religio Christiana auctorem haberet Christum ipsum, ac proinde ad eum referenda sunt quæcunque primaria & veluti fundamentaria in Christiana religione censentur, vt creditus Cyprianus Serm. de Baptismo Christi optimè aduertit; tamen quoad vsum primum multorum à Christo ipso substantialiter constitutorum vt exercerentur in tempore, necnon quoad ritus mysteriis primariis accidentarios, locus est disquisitioni quandonam occœperint, cùm in istis, vt pereleganter de more differit in aureo contra nouitates Commonitorio Vincentius Lyrinensis, possit locum habere nouitas, nec sit necesse vsurpata esse ab initio. Hoc igitur est quod vestigare aggredior, circa præcipuum Christianæ Religionis mysterium; sacrificium dico: sine quo Religio eneruis esset & euanida. Aggredior inquam vestigare, quandonam primùm in Ecclesia Christiana sit celebratum, quod antonomasticè *Sacrum* dicimus, necnon vbi, & quomodo, ac quo operante sit peractum, de quibus omnibus, occasione disquisitionis inter pios simul ac eruditos institutæ, rogatus sententiam, respondi quod subijcio.

SECTIO I.

De Sacrificij incruenti celebratione prima in Pentecoste.

CARDO difficultatis ad quam aggredimur, verritur in signando haud ambiguis notis, primo tempore celebrationis Christiani Sacrificij. Nam de cæteris eiusdem celebrationis adunctis, minùs certatum est; nimirum vbi, & quo apparatu, ac ex qua formula, itemque quo operante, datum sit vsui tanti mysterij initium. Tota ferè lis fuit de tempore: in cuius proinde illustrationem, primùm ac præcipuè est incumbendum.

CAPVT I.

Seponitur incruentum Christi Sacrificium, simul cum eius institutione peractum.

NOn potest in quæstione proposita, agi de quocunque initio Sacrificij incruenti. Extra dubium namque statui debet, si de planè primo incruenti Sacrificij exordio agatur, tempus eius signandum esse in suprema nocte cœnæ, Christo eum discipulis recumbente. Tunc enim Christus Dominus, & Sacrificium iocruentum ritu perpetuo frequentandum instituit, & primus inter instituendum sacrificauit. Declaro vtrumque breuiter.

Quod

Quod Christus in cœna vltima, sacrificium nouo ritu, & secundum ordinem Melchisedech, per totum sæculorum Christianæ Ecclesiæ decursum, à noui Testamenti Sacerdotibus celebrandum instituerit, fide tanctum est, vt liquet ex Concilio Trident. sess. 22. c. 1. & can. 3. & sic semper intellexisse Ecclesiam ea Christi, verba, *Hoc facite in meam commemorationem*, profitetur Concilium eo capite primo. Patres longo agmine in hanc rem profert Durantus lib. 2. de ritibus cap. 3. Nec potest de hac re esse dubitatio, supposita inerrenti Sactificij veritate, alibi plesè firmata. Quis enim alius, tam Christianæ Religioni adeò intimam & substantialem instituere potuisset, præter Christum eiusdem Religionis autorem? Immensi sunt hac in parte qui de Christiano sacrificio egerunt, siue illud scholasticè exponentes, siue agentes contra Sectarios diuini huius sacrificij iuratos hostes. Adeundi nominatim Rossensis de visibili Sacerdotio, Matthias Galenus de Sacrific. Missæ. Demochares, Sebast. Peres & Alanus ll. de Sacrificio, Valentia Tract. & Apologia de eo argumento, Bellarminus io Opere de Missa. Echius libris tribus de sactificio. Nec tantùm Christus Dominus Sacrificium Christianum in suprema cœna iustituit, sed etiam ipsemet sactificauit, & sacrificationi suæ institutionem annexuit: volens suum illud factum, in posterum pro lege esse Ecclesiæ, vt constat ex eo mandato Apostolis impositio, & per eos Sacerdotibus validè deinceps in Ecclesia initiandis. *Hoc facite* Christum ergo in suprema cœna sacrificasse, docet Synodus Tridentina sess. 22. cap. 1. Ait enim, Christum in cœna vltima, *declarantem se Sacerdotem secundum ordinem Melchisedeci constitutum, corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini, Deo Patri obtulisse.* Id est sacrificasse. Ita enim ibi sonat vox *offerendi*, vt contextus clamat, & perspicuè habetur ex canone 1. quo doctrina capitis illius primi, in arctum euntrahitur. Idem liquet ex communi Patrum doctrina. Multis appendunt Alanus l. de sacrific. cap. 10. Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 12. & Ægidius Coninck 3. p.q. 83. à num. 32. Vnum aut altetum luculenter id prosecutos signo.

Gregorius Nyssenus Orat. de Resurrect. tractans qua ratione Christus dictus sit fuisse tribus diebus ac noctibus in corde terræ, præfatus Christum tollente nemine posuisse animam suam, sic init numerum illum dierum ac noctium: [Qui potestate suâ, cuncta dispouit, non ex prodítione sibi impendentem necessitatem, non Iudæorum quasi prædonum imperium, non iniquam Pilati sententiam expectat, vt eorum malitia sit communis hominum salutis principium & causa; sed consilio suo antèuertit, & arcano sactificij genere, quod ab hominibus cerni non poterat, se ipsum pro nobis hostiam offert & victimam immolat, Sacerdos simul existens & Agnus Dei, ille, qui mundi peccatum tollit. Quando id præstitit? Cùm corpus suum discipulis congregatis edendum & sanguinem bibendum præbuit, tunc apertè declarauit agni sacrificium iam esse perfectum. Nam victimæ corpus non est ad edendum idoneum, si animatum sit. Quare cùm corpus edendum & sanguinem bibendum discipulis exhibuit, iam arcana, & non aspectabili ratione corpus erat immolatum, vt ipsius mysterium peragentis potestati collibuerat. Et anima in illis erat, in quibus eadem ipsa potestas illam deposuit, simulque cum diuina virtute, quæcum illa erat coniuncta, in regione cordis versata est. Itaque si quis inde tempus incipiat dimetiri, cùm sactificium Deo factum est à magno illo Principe Sacerdotum, qui ratione quæ nec verbis explicari, nec oculis perspici potuit, se ipsum pro communi hominum salute tanquam agnum obtulit, non recedet à veritate.] Esuit hinc Nyssenus, triduum atque trinoctium quod quærebat, eoosentiente Nicolao l. ad Consulta Bulg. cap. 5. Et quanquam commodior fortassis nodi illius expeditio peti aliunde possit, cum Isidoto Peluseota lib. 1. Epist. 514. & lib. 2. Epist. 512. Cassiano lib. 6. de Incarn. cap. 23. Eucherio homil. 2. de Symb. ad articul. 5. & Abelardo in solutione quarti problematis: Tamen ad præsens iustitutum sufficit, quod Nyssenus disertè & explicatè agnoscat, Christum in Eucharistiæ institutione se immolasse atque mactasse, in hostiam Deo fragrantissimam.

Missa à Christo celebrata, supponitur.

Optimè idem tradit Hesychius lib. 2. in Leuit. ad capit. 8. tractans sacrificium arietis secundi explicationis iuxta 70. [Cur (inquit) aries secundus; hic nunc aries nominatur? Quia videlicet prius figuratam ouem, eum Apostolis cœnans Dominus, postea suum obtulit sacrificium, & secundò sicut ouem ipse semetipsum occidit, quod demonstrant sequentia. *Posuerúntque Aaron & filij eius, manus suas super caput eius. Quem quum immolasset Moyses.* Necessariò simul cum Aaron, & filij eius super caput arietis manus imponunt, quia communem cœnam festiuitatis Paschalis cum suis Christus Discipulis celebrauit. Quum enim quosdam discipulorum ad præparationem domus, in qua pascha celebratusus erat dirigeret, sic ait: *Dicite patrifamilias, quia magister dicit; Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem?* Sed Moyses Sactificium hoc celebrat, quia magis ab aliis ipse, Christi figuram gerit; Tunc autem maximè sacrificium suum Christus celebrauit, vnde & illud incepit.]

Aliquoties idem iterat Eutychius Patriarcha adductus in Catena Græcorum Lucæ 22. ad illud. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* [Tertia (inquit) & mystica illa cœna est, de qua Lucas ait, *desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequàm patiar.* Ergo antequàm pateretur, Pascha comedit, mysticum nempe: Nam sine passione, Pascha non dicitur Semetipsum igitur mysticè immolauit, quando inter cœnandum, in manus suas accipiens panem, benedixit ac fregit, antitypo siue figuræ seipsum immiscens.] Et infrà, Quemadmodùm Christus à mortuis sesuscitatus, semetipsum pro nobis Deo Patri exhibens, manipuli figuram impleuit: Sic & pro agno semetipsum

Sectio I. Cap. I.

metipsum decima quarta inchoante mysticè sacrificans, figuram cum re figurata cõiunxit.] Tandem inseriùs [Cum Ecclesia decima quarta die mensis, aut feria quinta maioris hebdomadæ, memoriam huius rei celebret; quo etiam die à Christo Pascha hoc mysticum fuit peractum, & semetipsum iustar primitiarum obtulit ac sacrificauit; siue in feriam primam, aut secundam, aut tertiam, aut quartam, aut etiam Dominicam decimus quartus dies mensis incidat; (hoc enim quæritur), mystici tamen Paschatis Festum Ecclesia feria quinta celebrat, qua & Dominus illud mystice obtulit.] De Patrum itaque sententia, Christus Dominus in suprema nocte, seipsum immolauit & sacrificauit.

Efficacitet idipsum enincitur, ex eo quod Christus Psalm. 109. dictus est *Sacerdos secundùm ordinem Melchisedec*. Inde enim apertè, habetur, Christum, aliquando sacrificasse iuxta ritum à Melchisedeco adhibitum: primatium quippè Sacerdotis munus est, sacrificij celebratio. Cum ergo Christus ante cœnam postremam, non sacrificauerit eo modo quo Melchisedec panem & vinum protulit; (quando enim, aut vbi tale quid præstitit ante cœnam postremam ?) fatendum est sic sacrificasse tunc tempotis. Neque verò fas est allegare eam panis consectationem quæ à Christo iam redniuo facta est in Emmaus, vbi discipuli cognouerunt eum in fractione panis: quod de Eucharistica consectatione panis accipiunt Maldonatus latè Lucæ 24. Alanus l. de Eucharist. Sacrament. cap. 45. & Vasquex. 3. part. disp. 196. cap. 3. ac Baltazar Cordetius in Annot. ad Catenam Græcorum in cap. 23. Lucæ, versu 30. Non inquam potest hoc Christi factum allegati, quasi tunc Christus se prodiderit Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedec. In primis enim ea vnius speciei consecratio, non fuisset sacrificium: quod duplicis speciei consecratione necessariò continetur, vt alibi est declaratum. Deinde Sacrificatio cum sit vsus Sacerdotij, Christo viatori congruentior fuit. Tunc autem Christus fuit planè extra viam, quippè transgressus sepia mortalitatis. Quinetiam est reuera minùs verisimile, quod Christus tunc panem consecranerit, vt rectè ad eum Lucæ locum tradit Carthusianus ac Iansenius in concord. capite 146. itémque Suarez tom. 3. 3. part. dist. 43. sect. 3. *in fine*. Sanè admissa ea panis consecratione, fatendum esset Christum porrexisse Eucharistiam discipulis non satis dispositis. Item fatendum esset Christum vnicam panis speciem absque calice consecrasse. Lucas enim duntaxat meminit porrecti panis. Etiamsi verò Christus, per potestatem excellentiæ qua potiebatur, potuit vnicam speciem consecrare, & transmutare panem in corpus suum absque integra sacrificatione, quæ vtriusque speciei consecrationem deposuit: Tamen non est verisimile, quod Christus voluerit ira se gerere, & statuere exemplum, contrarium institutioni suæ, de semper nectendis ambabus consectationibus. Itaque videtur tunc non modò non sactificasse, sed etiam ne vnam quidem solitariam speciem consecrasse. Atque ita non habemus vbi dicamus Christum incruentè & secundùm ordinem Melchisedec sactificasse, nisi dicamus id feciisse in suprema cœna, vbi panem & vinum adhibuit ad cultum Dei in spiritu & veritate perficiendum; vt innuit oculorum in cœlum sublatio, & gratiarum actio, de quibus Canon Missæ.

Et fuit sanè conuenientissimum, vt Christus in eo veluti vitę suæ margine sacrificaret. Nam tunc condidit nouum Testamentum. Vt ergo figuratum responderet figuræ, congruum fuit, vt quemadmodum veteris Testamenti confectio, quasi obsignata est interuentu sacrificij tunc adhibiti, & aspersionis sanguinis tunc effusi, iuxta illud Mosis Exodi 24. relatum Hebr. 9. *Hic est sanguis Testamenti quem mandauit ad vos Deus*: Ita nouum quoque Testamentum interuentu sacrificij ratum fieret, & veluti obsignaretur. Hæc vt intelligantur, recolendum obiter est ex alibi fusè disputatis, Christum vt priuatam quidem personam non condidisse proprie Testamentum, cum non suppeterent temporales facultates de quibus disponeret: vt publica verò persona & caput Ecclesiæ, condidit Testamentum, & voluntatem suam vltimam expressit, disponens de variis, quorum dispositio ad ipsum spectabat, provt personam publicam. Non confecit autem sub hac ratione Christus Testamentum in Cruce, si ad exactam formam loquamur, tametsi paulò laxiùs, & ad pietatem fouendam accommodatè visus est ita affimare S. Ambrosius lib. 10. in Lucam, cum de matre ad Crucem stante, sic scribit; [Testabatur de cruce Christus, & testamentum eius signabat Ioannes. Dignus tanto Testatore, testis. Bonum testamentum, non pecuniæ, sed vitæ, quod non atramento scribitur, sed spiritu Dei viui. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.] Hæc in omni rigore admittenda non videntur, quia Christus in Cruce nullum verbum protulit quod Testamenti confectionem redoleat, vt latè prosequitur Suarez tom. 3. 3. part. dist. 38. conclus. 1. Itaque confecit Christus Testamentum in cœna vltima, vt diserè affirmat Damascenus lib. 4. fid. cap. 14. consentiúntque Dionysius Alex. & Fulgentius adducti in Onomastico Eucharistico V. *Testamentum nouum*: quibus addo egregium locum ex S. Auito serm. de Natali calicis. [Impleturus (inquit) Redemptor noster Sacramentum carnis assumptæ, sicut æternus & piissimus pater, creatis à se redemptisque filiis spem indultæ adoptionis aperiens, substantiamque nobis cœlestem ante diem suæ mortis assignans, Testamentum fecit, qui eos hæredes ab his quæ largiebatur instituit; humana quidem comparatione, sed non humana necessitate; non amissurus quod filiis deputabat, sed habiturus magis filios eum hæredirate quam seripserat. Testamentum hoc appellamus *Testamentum nouum*, in quo exhæredatis omnibus, solus hæres instituitur populus Christianus. Non autem iuxta terrenum morem, hæreditas ista diuiditur, nec corruptibili distributione in plures dispersa tenuatur. Omnes recipit, omnes inuitat, nec de pottione tenẽtum,

tollitur

tollitur quod aliis nascentibus deputetur. Crescat quantum vult, & multiplicetur, tenascendi cupida filiorum voluntas: omnibus se inconiaminatam reseruat hæreditas. Sed istud Testamentum nouum, vetere supplero, ordine suo agitur, & totius firmitatis mysteriis celebratur. Quod ipse ineffabilis Redemptor noster, adhibitis valdè idoneis testibus, discipulis suis consecipsit traditus, signauit passus, aperuit suscitatus. Et quia cuncta ritè peracta sunt, meritò Apostolus Paulus dicit, quod hominis confirmatum Testamentum nemo irritum facit, aut superordinat, id est mutat. Agnoscamus nunc fideliter summam hæreditatis indebitæ. Illud est videlicet, quod cœnantibus Apostolis æterni libaminis ordinem consecrauit. Itaque videmus quod nihil nobis de substantiæ plenitudine minuit, qui quod pro nobis assumpsit, totum nobis teliquit. Alij hæredibus suis sua tribuunt, ille semetipsum; id est carnem vel sanguinem corporis sui.] Liquidò tradit S. Auitus, quod de Testamento nouo consecrationi Eucharistiæ aptato, diximus.

Adeundi passim in eandem sententiam interpretes, ad illud Lucæ 22. *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* Quod alij Euangelistæ sic enuntiant. *Hic est sanguis meus noui testamenti.* Et certè oportuit, Testamentum condi antè mortem Testatoris, cuius obitu firmandum est ex Hebr. 9. Atqui Christus ante cœnam vltimam, nunquam de suis bonis per vltimam voluntatem, coram idoneis testibus disposuit, quod est Testamentum conficere. In vltima verò cœna, rectè dicitur id feriisse: quia eo tempore, quod bonum & pulchrum est, corpus ioquam & sanguinem suum, munere perpetuo concessit: Spiritum item suum, & nunquam dum mundus stabit defecturam assistentiam Ecclesiæ contulit; & præcipuè legis nouæ præcepta, de charitate mutua ac fide in ipsum, ac multorum Sacramentorum confectione tradidit: denique remissionem peccatorum, & complendi sanguinis sui effusione ius ad gloriam, coram idoneis testibus & noui Testamenti ministris denunciauit; facta expressè & in actu signato, noui Testamenti mentione, verbis illis. *Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine.* Igitur vere tunc confecit nouum Testamentum tempore sanè opportuno; nempe inter valedicendum suis, instante profectione ad certam mortem. Et quamvis post resurrectionem, nonnulla adiunxit per modum codicillorum, vt legem de Sacramento Pœnitentiæ, institutionem capitis visibilis Ecclesiæ, & si quæ sunt alia huiusmodi: tamen substantiale, (vt sic dicam), Testamentum, eam ex Apostolo sit in morte confirmatum, mortem præcessit: ac proinde in nocte vltima est conditum. Sicut ergo in Veteris Testamenti confectione, adhibitum est sacrificium, & facta sanguinis effusio; ita in transmissione pretiosissimæ portionis bonorum & hæreditatis Christi ad posteros, par fuit effundi sanguinem effusione incruenta, & mystica immolatione, per germinam corporis & sanguinis Domini consecrationem, seorsim factam. Ipse Christus, eam sanguinis effusionem tunc factam, diserte memorauit verbis illis apud Lucam cap. 22. quæ Vasquez 3. p. d. 199. à num. 6. frustra torquet ad effusionem sanguinis in passione. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Benè eum locum in rem nostram libiat Maldonatus Matth. 26. ad illa verba *hoc est corpus meum.* Et infra ad illud, *Noui Testamenti.* Necnon Bellarminus lib. 1. de Missa cap. 12.

Missa à Christo celebrata, supponitur.

Rectè igitur ex omnibus antedictis concluditur, Christum in cœna vltima sactificasse. Nec video quicquam proferri posse validum, quod hanc persuasionem de verè tunc facta per Christum sactificatione conuellat. Quod enim Christus, non legatur verbis in actu signato conceptis, expressisse se sactificare aut offerre, parum refert. In primis enim ad veram sactificationem nihil tale exigitur, vt patet ex antiquis immolationibus, in quibus Sacerdos non contestabatur in actu signato, se sacrificare aut offerre, Fortassis etiam Christus eam contestationem verbis conceptis adhibuit; tametsi Euangelistæ illam prætermiserunt tanquam non necessariam. Sicut enim Christus, subuectis ad Patrem oculis gratias agens (vt habet Canon Missæ), benedixit pani ac vino, benedictione consecrationi prævia, quod innuit Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 1. ita non est improbabile, quod voces quoque addiderit immolationem & sacrificationem sonantes. Sicut etiam verisimillimum est, (tametsi ab Euangelistis non expressum, neque ad veritatem sacrificij necessarium,) quod sactificium suum ratum habuerit, primus degustans hostiam suam: vt tradit S. Chrysostomus hom. 83. in Matth. & S. Augustinus ad illud Psalmi 68. *dederunt in escam meam fel.* Et videtur interfuisse, vt Christus hostiam suam sic participaret, non quidem ad fructum aliquem gratiæ ex ea communione decerpendum, cuius erat incapax; & idcirco aliqui Scholastici, eam Christi de suo incruento sacrificio participationem, vocant *merè Sacramentalem*: sed vt discipuli, Christum prægustantem seruti, obtenderet non possent horrorem humanæ carnis & sanguinis.

Nihil igitur ad veram sacrificationem necessariò aut congruè adhiberi solitum, in ea Christi actione est desideratum. Ac proinde fuit & propria sactificatio, tametsi incruenta & mystica. Fuit item verum sacrificium propitiatorium. Non quod promeritum sit redemptionem nostram seorsim à sacrificio in cruce peracto, cui soli Deus consummationem nostræ redemptionis annexuit; sed quia sacrificium hoc incruentum, iunctum cum cruento postridie subsecuto, redemptionem nostram promeruit, quod commune est omnibus Christi actibus: insuperque, quia in hoc sacrificio incruento quod cruento præiuit, æquè ac in baptismo ante Christi mortem collato, facta est applicatio meritorum Christi iam inchoatorum, & in cruce consummandorum. Vnde sicut si Christus adhuc viator parvulum aliquem baptizasset, baptismus quamvis Christi manu collatus, non fuisset ex opere operato fructuosior, quàm

baptismus

Sectio I. Caput II.

baptismus qui ab aliis sacris ministris nunc confertur : Ita sacrificium incruentum , à Christo ipso in suprema cœna oblatum , non fuit ea opere operato vtilius , quàm quod nunc exhibent Sacerdotes : ea opere operantia fuerit infinitè dignius , & supra omnem comparationem feracius satisfactionis ac meriti.

Ratum igitur & indubitatum esto , Christum ante omnes sacrificasse sacrificatione incruenta , atque adeò Missam absoluté primam celebrasse in cœna vltima. Nihil enim aliud est Missa , quàm incruenta sacrificatio corporis & sanguinis Domini. Vt propterea risum moueant Sectarij assiduè interrogantes , vndénam Missam ea scriptura habeamus. Vt enim taceam insulsitatem percunctationis illius, quatenus supponit omnia fide credenda reperiri in Scriptura ; cum apud nos Catholicos , fide sanctum sit , præter verbum scriptum reperiri etiam verbum traditum , eiusdem dignitatis & autoritatis ; vt, inquam, hoc dissimulem , in quo aduersarij perpetuò impingunt ; manifestum est , Missam quasi substantialiter ac essentialiter spectatam , reperiri in Scripturis trium Euangelistarum cœnam vltimam describentium , & apud Apostolum 1. Corint. 11. quamvis appendices aliquæ humanæ , piè & congruè ad sacrificij substantiam additæ , & apud varios variæ , in scriptura non habeantur. Missa igitur absolutè & simpliciter prima , siue prima corporis & sanguinis Domini sacrificatio incruenta , per ipsum Christum in nocte vltima est celebrata. Sed hanc primam sacrificationem nunc seponimus , quia disputamus de prima sacrificatione incruenta , quæ est peracta in Ecclesia Christiana. At Ecclesia Christiana , nondum existebat in ea nocte. Inuestigandum itaque superest , quando primùm , à Sacerdotibus Christum subsecutis , & hominibus puris, factum sit sacrum , libratis in eam rem Doctorum scitis , & Scripturarum oraculis.

CAPVT II.

Apostolos illicò à Christi Domini resurrectione , incruentum Sacrificium peregisse, quæ fundere videantur?

APostolos in suprema cœna constitutos esse Sacerdotes quoad sacrificandi potestatem certa fides est , docente Concilio Tridentino sess. 22. cap 1. Dico *quoad potestatem Sacrificandi*, quia Sacerdotium legis nouæ , coalescit ex duplici potestate , vt rectè statuunt Vvendelinus in 4. dist. 24. quæstion. artic. 3. dub. 1. Mich. Medina lib. 2. de contin. cap. 21. & Bellarm. l. de Ord. cap. 9. Henriq. lib. 10. cap. 6. Fornarius cap. 2. de Ordine , & ibi Victorellus , qui alios profernnt. Vna illarum potestatum , spectat corpus Christi reale, quæ Apostolis collata fuit in cœna vltima , & nunc confertur Presbyteris , cum tangentes panem & calicem , audiunt , *accipe potestatem offerendi corpus & sanguinem Christi* ; qua potestate , mox cum Episcopo vtuntur consecrantes. Altera potestas supponit priorem , spectátque corpus Christi mysticum . cui peccata tutè exposita condonat, Christus eam potestatem Apostolis contulit post resurrectionem , nunc autem confertur ab Episcopo initiante , cum ad Sacri finem manus imponit Presbyteris. Ex quo liquet. potestates illas verè esse binas , quicquid in contrarium cum Soto statuat Valent. 3. p. d. 9. q. 1. p. 5. Sed quomodò non sunt duæ , si ortus varios habuerunt, nec etiámnum simul incipiunt?

Apostoli ergo iam à nocte Christo suprema consecrati in Sacerdotes quoad sacrificandi Christi potestatem , potuissent iam tunc eam potestatem expromere , consecrare corpus ac sanguinem Christi : quibus consecrationibus, si peractæ fuissent durante triduo mortis Christi , corpus quod positum fuisset sub speciebus panis , vitâ caruisset ; ac ne per concomitantiam quidem adfuisset anima. Nam concomitantia , Christum sub speciebus collocat , in eo statu quem reipsa obtinet in propria specie quando fit consecratio , vt habetur ea Concilio Tridentino sess. 13. cap. 3. & ea Ecclesiæ ac Doctorum sensu tradit Valentia 3. p. d. 6. q. 9. p. vltimo. Quia ergo per illud triduum Christus carebat vitâ , corpori eius tunc sub speciebus posito defuisset anima , ac ne per concomitantiam quidem illi inextitisset. Quæ corporis Christi tunc consecrati inanimatio , perstitisset post Christi resurrectionem , si species consecratæ, reseruatæ fuissent ad illud vsque tempus , quicquid in contrarium dicat Petrus Soto lect. 6. de Eucharist. contendens statum quem Christus in propria specie de nouo per resurrectionem adipiscebatur , eidem sub speciebus quoque fuisse obuenturum, atque adeò Christo in Paschate vitam obtinente in propria specie, corpus eius sub speciebus quoque viuum futurum. Hoc nego. Quis enim eam mutationem in Christi corpore sub speciebus constituto effecisset? Verùm hoc in præsentia non moror , contentus assetere, per consecrationem panis factam durante Christi morte , vitam Christi corpori sub speciebus posito defuturam quod non est contra rationem sacrificij immolationis Christi. Neque enim ad Christi immolationem mysticam necesse est vt Christus vi modi essendi quem Eucharistia accipit , sit priùs natura viuens , & postea mortuus , vt existimat Vasquez 3. part. d. 223. numero 42. quo admisso , non potuisset sanè immolatio Christi incruenta peragi , durante triduo mortis Christi Sed negandum est , enim statum viuentis naturâ priorem , esse necessarium ad Christi immolationem ; ad quam sufficit , vt Christus attendendo vtramque speciem seorsim consecratam , collocetur in statu mortui , per sanguinis positionem extra corpus , vt fetunt quæ ex variis Patribus profert Alanus l. de Sacrificio cap. 13. Atque ita verum manet quod assumebamus; Apostolos si libuisset , potuisse durante triduo mortis Christi , peragere incruentum sacrificium.

Communis tamen persuasio fert , Apostolos per tempus illud vniuersum, nihil tale aggressos

greſſos eſſe. Erant enim ſupra modum mœſti, & diſperſi velut oues non habentes Paſtorem. Quid ſi etiam per tempus illud, & aliquanto poſt, fuerunt in ſtatu neqnaquam accommodato ad litandum diuina illa hoſtia? Non enim deſunt Patres, qui ſignificent, Apoſtolos per illud tempus fidem perdidiſſe. Quod ſi admitteremus, fatendum eſſet Apoſtolos non fuiſſe ad ſacrificandum Chriſtiano ritu diſpoſitos, nec de eo miniſterio fuiſſe cogitaturos. Et quamuis longe verius eſt, Apoſtolos per tempus paſſionis ac triduum mortis Chriſti, ſcandalum paſſos eſſe, ſalua fide interna: tamen præ mœſtitia & amaritudine animi, omnia alia cogitabant, quàm ineruenti ſacrificij celebrationem ſua opera peragendam.

Ex quo autem nubilum præcedentis mœſtitiæ per Chriſti reſurrectionem detterſum eſt, & ſerenitas mentibus illorum reuexit, nihil videtur obſtiriſſe; quominus illicò incruentum ſacrificium peragerent, ſiue in gratiarum actionem pro Chriſti anaſtaſi, ſiue ad gratam recordationem paſſionis ac mortis Chriſti; quam ſibi excidere, & fideiuſſoris beneuolentiſſimi gratiam obliuiſci non ſuſtinuerunt; ſiue ad priuatum ſuum ſolatium, & aliorum fidelium firmationem per hunc panem ſortium; ſiue denique ad impendendum Deo cultum acceptiſſimum, & omnibus etiamſi boum pecorumque Sacrificijs longè potiorem, & concilianda orbi vniuerſo immenſa bona, ac exorandam ei propitiationem interuentu Sacrificij ineruenti, cui Deus vbertatem maximam ſpiritualium frugum adiunxit. Videtur hoc Apoſtolorum conſilium agnoſcere Sanctus Proclus l. de tradit. diu. Liturg. loco inferiùs proferendo ſ. 2. cap. 3. Ægrè ſanè Apoſtoli labe & noxa ortui eximerentur, ſi donati poteſtate & ipſiſmet, & omnibus mortalibus adeò fructuoſa, habuiſſent illum ad longum tempus velut in vagina recondituin: quod nunc poſt conſtitutam Eccleſiam, & minorem vſus tantæ poteſtatis neceſſitatem, notatur haud leuis culpæ, in Sacerdotibus Sacri frequentatione abſtinentibus. Et videtur Chriſtus Dominus, Apoſtolos ſtatim à reſurrectione ſua, poteſtatem conſecrandi expromptutos, inſinuaſſe: cum Matth. 26. ſtatim atque ambas ſpecies conſecrauit, adiunxit eam conteſtationem; *Non bibam à modò de hoc genimine vitis, vſque in diem illum; cum illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris mei.* Quem locum graues PP. ibi à Maldonato prolati, accipiunt de Euchariſtia. Et de ea quoque ſumunt alij, quos adduxit Turrianus l. de Euchar. cap. 3. interpretantes illud Lucæ 22 *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequàm patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.* Chriſtus ergo rediuiuus, idem Paſcha quod in ſuprema cœna manducauerat, iteratò cum diſcipulis manducauit, & idem vinum Euchariſticum bibit cum diſcipulis: non quod ipſemet denuò ſe ſacrificaturus incruentè, poſt cruentam oblationem, qua vnica conſummauit in æternum ſanctificatos; ſed quod vt ratam haberet inſtitutionem ſuam, ſimúlque in vetæ reſurrectionis argumentum, comederit ac biberit cum Apoſtolis Sactificantibus, participans Euchariſticum epulum, ſicut quandoque participaſſe tunc legitur communes cibos. Nihil ſanè vetat, arbitrati Chriſtum rediuiuum aliquando de menſa ſua ab alijs apparata, partem ſumpſiſſe, vt eo beneuolentiæ argumento, ſuos magis deuincitet, accenderetque ad tanti myſterij adeò fructuoſam frequentationem.

Argum pro Miſſa in Paſchate.

Videſis an non huc ſpectent illa Heſychij lib. 2. in Leuit. cap. 8. ad illud *ſeptem diebus ſimitur conſecratio.* [Quia non ſemel eos conſecrauit ſanguine, & panibus, ſic enim cognoninus in præcedentibus peractam conſecrationem ſeu conſummationem. His ſimilia & Lucas tradit, ait enim de Domino & diſcipulis: *Quibus & præſentauit ſemetipſum poſt mortem ſuam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, & conueſcens præcepit ab Heroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris.* Cernis quomodò conſecrabat, ſiue perficiebat eos, apparens eis, & docens de regno Dei, & conueſcens?] Rurſúſque c. 9. [Quid ergo ex his quæ dicta ſunt legiſlator ſignificat, niſi quia ſine dubio agentibus eis. Sanctum myſterium, & Dominicam cœnam celebrantibus, aduenit Spiritus? Quod non planiùs expoſitum habemus, multa quippè ſtudio breuitatis ſcripturæ diuina prætermiſit, quæ fas eſt ex alijs colligere. Erat enim dies qui appellatur Dominicus, in quo oportebat mediis omnibus, agere Apoſtolos myſtica & ſacra. Nam & nos illorum ſequentes traditionem, Dominicam diem diuinis conuentibus ſequeſtramus. Inuenimus autem & Chriſtum ſimiliter, poſt reſurrectionem à mortuis, per myſticæ cœnæ & panis fractionem, manifeſtatum: Quod apertè quidem Lucas, planiùs tamen etiam Ioannes Euangeliſta tradit.] En Apoſtoli, quia dies Dominica erat, non poterant iudice Heſychio, Dominicâ Pentecoſtes Sacrificium omittere. Sacrificarant igitur alijs item anterioribus Dominicis, vt minimùm. Et Chriſtus cum eis conueſcens participare potuit diuinum epulum, ſicque Paſcha impletum in regno Dei manducare, & bibere vinum nouum in regno Patris: id eſt poſt reſurrectionem, in qua regnauit, & decorem indutus eſt.

Quis verò ſibi perſuadeat, Apoſtolos de vera Chriſti reſurrectione certiores factos, diſſeminandæ Chriſti notitiæ amore æſtuantes, & amantes mortalium animas, ſerò vſos eſſe poteſtate expiandi peccata, ſiue per collationem baptiſmi, ſiue per iudicialem abſolutionem eorum quos baptiſmi Sacramento initiaſſent; ac non potiùs cum primùm ſe dedit occaſio, fategiſſe pro adiungendis Chriſto per baptiſmum fidelibus, & abſolutione actualium peccatorum impertiendis poſt baptiſmum? Ea ſanè mora, non congrueret eum præſeruido zelo Apoſtolorum, eóque ſtudio incenſiſſimo quo flagrabant de promouenda Chriſti gloria & ſalute proximorum. Et tamen non minùs par fuit, expromi ab eis ſacrificandi poteſtatem collatam in cœna vltima, quàm poteſtatem remittendi peccata collatam duntaxat poſt Domini reſurrectionem. Imò ſuppoſito vſu poteſtatis ad-

Sellus. I. Capus III.

miuſſtraodi baptiſmum, videmur xdigi xdmittere, exprompiam item eſſe ſacrificandi poteſtatem: quia in primitiua Eccleſia, ex vſu ab Apoſtolis inducto, quicumque baptiſmo expiabantur; ſtxtim à baptiſmo & ei conrinente Confirmationa, pxrticipabxnt Sacram Euchxriſtiam, vt habetur ex Aimbroſio l. de ijs qui initiantur myſter. c. 7. Hieronymo l. contra Lucifexian. & Auguſtino Epiſtol. 23. Adeóque inualuerat is vſus, vt locum haberet etiam circa infantes & puriulos, cum Sacris Baptiſmi laticibus perſundebaniur, vt tradit Albinus Flaccus cap. dr Sabbatho ſancto, & fuſiùs Pameliux ad S. Cypriani Librum de lapſis num. 89 xc Vicecomes l. 5. de Baptiſ. à cap. 34. At non potuere Apoſtoli, ijs quos baptiſmo ioiiiabxnt, porrigere Euchxriſtixm poſt Chriſti reſurrectionem, niſi ſacrificxrent. Igiiur ex dictis ſuaderi non iuueriſimiliter videtur, Apoſtolos frequentando Chriſtixno Sxcrificio nauaſſe operxm, mox à Chriſti reſurrectione.

CAPVT III.

Apoſtolos non ante Pentecoſten ritu Chriſtiano ſacrificaſſe, vera ſententia; cum diſcuſſione placitorum, in contrarium propoſitorum proximo capite.

TAmetſi ſilent hac iu parte, non modo Scripturæ, ſed ferè etiam Pxtres; tamen longè veriſſimum ac receptiſſimum videtur, Apoſtolos non priùs ſacrificaſſe ritu Chriſtiano, quàm promiſſus à Chriſto Spiritus Sanctus aduenirei: Tempus autem inter Chriſti reſurrectionem xc Peotecoſten elapſum, videntur Apoſtoli ioſumpſiſſe, partim in comprobanda per dies 40. reſurrectionis Chriſti veritate, pxrtim io aptandis ad excipiendum Spiritum Sanctum pectoribus ſuis ex Chriſti monito; quod ferebat vt concluſi & ſedentes per aliquod tempus in ciuitate, diſponerent ſe ad demiſſionem pluuiæ voluntxtiæ, ſegregatæ hæreditati Chriſti; nec priùs xggredexentur xd xnimarum conuerſionem per Euxngelicæ doctrinæ diſſemioxtionem, quàm inſtructi eſſent plenitudioe ſapienuiæ, & cœleſtis eruditionis, xd ritè diſponendam totius religionis œconomiam. Nxin io Pentecoſte, non ante, plenitudo Sapientiæ collata eſt Apoſtolis ad prædicationem Euangelij neceſſarix: vxluſique tunc illud Eccleſiaſtici 24. de Chriſto dictum, vt optimè txpendit Paulus de Palacio ibi, *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & quaſi Tigris in diebus nouorum.* Et Chriſtus ipſe, de adoeniuro Spiritu Sancto diſertè profeſſus eſt, *docebit vos omnem veritatem*, vtique circx religionem & fidei myſterix & modos ritè obeundi religioſi cultus, inter quos præſertim eminet inuentum Sacrificium; quod proinde Apoſtoli non priùs auſi ſunt erlebrare, quàm aeeepiſſent Spiritum Sanctum.

Sed neque aote illud tempus acceperunt Apoſtoli Spiritum Sanctum, à quo ad diuinum cibum perfectè aptareotur. Cadit huc porbellè doctrinx S. Cyrilli l. 12. io Ioann. cap. 50. vbi vrſtigans cur Chriſtus Dominus poſt reſurrectionrm repulerit Magdalenam geſtienirm illum contingere, diceux *Nolı me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum*, iationem petii ex eo quod neiuini accedendum ſit ad contingendum Chriſti corpus in Euchariſtia niſi priùs acceperit Spiritum Sanctum, qurm Chriſtus non demiſit niſi poſt Aſceuſionem ad Pxirem. [Quia ergo nondum Spiritū miſerxi, ideò à tactu ſuo Mariam prohibebat dicens, *Nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Id eſt, nondum Patri per me Spiritum ſxnctum xd vos miſit. Hinc Ercleſia regulam accepit, Prohibemux. enim à Saera menſa Cxtechumenos, quxmuis veritatem iam cognouerint, & fidem mxgna voce confiteantur, quia nondum locupletati Spiritu Sancto ſunt, qui non habiixi uiſi iu ijs qui bxptiſmate conſummati ſunt. Vnde quum baptiſmum receperint, quix Spiritus Sanctus habitare in illis creditur, à tactu & communione ſalutaris Chriſti corporis non prohibentur. Idrirco & accedentibus xd benedictionem myſticam, Miniſtri myſterij mxgnx voce clamxnt SANCTA SANCTIS; ſolis ſanctificatis Spiritu, tactum & ſanctificationem corporis Chriſti congruere ſignificantes.] Non exquiro ſolliciè an hæc interpretatio Sanct. Cyrilli ſit ad eius loci litteram maximè idonea, quod Toletus in cap. 20. Ioan. annot. 12. & 13. ac Suarez t. 2. 3. p. d. 49. ſect. 3. in examine variatum illius loci intetptetationum, diligenter præſtant. Tantum dico, doctrinam ibi à S. Cyrillo traditam quæ veriſſimx eſt, valdè facere ad ptæſens inſtitutum, monſtratéque Apoſtolos congruè expectaſſe delapſum Spiritus Sancti poſt Aſcenſionem in Peotecoſte ſecuturum, vt nexus ſuſreptionis ac celebrxtionis diuinæ Euchariſtiæ cum Spiritos Sancti ſuſceptione, innoteſcerer.

Supperit denique in hane rem optimx ratio, ex nexu religionis & ſacrificij, de quo nos iuſra cap. 7. poſt Prttum Cluniacenſem in Pertobuſianotum impugnxtione, xd terrium caput. Et bene quoque idem proſequitur Bellarminus l. 1, de Miſſa cap. 20. Sxcrificium enim cum religione exottum eſt; & ea perſtante, perſtare; eadem verò mutata, mutari debet. Vnde Apoſtolus Hebr. 7. xii, populum ſub Sacerdotio Leuitico aeceꝑiſſe vrietem legem; addítque trxnſlxto Sacerdotio Leuitico in Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedeci, neceſſe fuiſſe vt & legis trxnſlxiio fieret, eo quod duo illa ſint connexa, & pariter orixntur, pariétque concidani & mutentur. Quxre ſacrificium nouum, & alio ritu quàm ſacrificix Moſaïca obeundum, differri oportuit in tempus quo lex noua plantata eſſet: id verò non ante Penteeoſten contigit, vt poſtea exponetur.

Quæ in contrarium propoſitx ſunt proximo capite, poſſunt facilè expediri. Ae primùm quæ adducta ſunt de varijs finibus ex quibus Apoſtoli mox à Chriſti reſurrectione ſacrificare poterant, monſtrant duntaxat, quid Apoſtoli per tempus illud potuiſſent validè facere, & ex quibus finibus Non tamen

meu monstrant, Apostolos ita reuera fecisse, de quo solo est controuersia. Obligatio autem sacrificandi quæpostea vrgebatur, parum solidè stabilit lenitentiam cui obsistimus, In primis quia nondum translato Sacerdotio, ob pertinaciem adhuc legem antiquam, nondum tempus sactificij noui appetierat: ac proinde obligatio eius vbeundi, vrgere adhuc non poterat. Deinde tametsi Sacerdotes diu ibstinentes Sacri celebratione post acceptam celebrandi potestatem, insimulantur culpæ; non sequitur, Apostolos dilato per quinquagenam vsu sui Sacerdotij, noxius fuisse; cum neque tempus illud videri iure debeat diuturnum, neque sit iusumptum nisi in comparationem aptitudinis maioris ad sacrificandum, & feruentiùs sanctiúsque obeunda ministeria, vniuersò generi humano ad cultum Numinis & peccatorum absterssionem conducibilia. Plerósque sanè Sanctorum, non minore temporis capedine, assecutionem Sacerdotij & sacrificium disiunxisse, ea eorum Actis docemur. Et nominatim de Sanct. Ignatio & nouem socijs ita scribit Petrus Ribad. l. 2. vitæ S. Ignatij cap. 8. In Diœcesi verò Carnotensi, & tota Prouincia Senonensi, tempore Fulberti, nouus Sacerdos per dies 40. abstinebat sacrificatione: sed accepta de manu Episcopi consecrantis hostia, eam pergameno ad id parato inclusam, minutatim consumebat per quadragenam; particulam inde quot diebus decerpens, vt scribit Fulbertus Epistola ad Fivardum agens de eo nouo Sacerdote, qui post aliquot à sua consecratione dies, amisso pergameno & hostia inclusa, dubitationem iniecit, consultiúsne futurum esset, deincepa totam hostiam vno aut altero die consumere, quàm cum irreuerentiæ periculo tamdiu differre pœnia cœlestis consummationem. Non angebantur tot illius Prouinciæ Antistites, scrupulo noxæ per nouos Sacerdotes contrahendæ; ob dilatum totis 40. diebus vsum potestatis sacrificandi: quia licet dilatio sacrificij absque idonea causa, iustæ reprehensioni meritò pateat; tamen cum non deest congrua comperendinandi ratio, innoxium est, abstinere ad tempus non adeò prolixum, sactificandi potestate. Apostolis autem non defuit idonea differendi sacrificij causa, vel si sola aptatio vberior ac pleniot attendatur. Itaque argumentum ductum ex obligatione sacrificandi vrgente Apostolos statim post Christi resurrectionem, est telum imbelle sine ictu.

Multo autem minùs vrgent Scripturæ ad idem stabiliendum prolatæ. Quod enim Christus in cœna vltima dixit, se non vltra bibiturum cum Apostolis vinum, nisi nouum in regno Dei; vel figuratè dictum est, ad eaprimendam sub typo vini cor lætificantis, inebriationem ab vbertate domus Dei, quæ est Maldonati interpretatio Matth. 26. vel potiùs pertinet ad significandum quod Christus rediuiuus communem cibum & potum cum Apostolis esset percepturus, vt sanè percepisse diserte habent Ioannes & Lucas: apud quem Apostoli, profitentur se post resurrectionem manducasse & bibisse cum Christo, quamuis Christus extra necessitatem vsurparet nostrates esca: propterea que dicitur vinum nouum, quod ob nouam causam hauriendum erat, non in eundem vsum. Manducatio item Pascha tis impleti in regno Dei, eodem pertinet. Christus enim cum ea verba protulit, accingens se ad mortem, generatim significabat, se mortalem, vltimò tunc cum Apostolis comedere ac bibere, nec deinceps ea necessitate fulciendæ vitæ manducaturum & bibiturum: alia autem ratione, & ex nouo fine, comesturum ac bibiturum esse, absque esculentorum & poculentorum conuersione in alitum, ab solam scilicet comprobationem veritatis suæ resurrectionis. Quod autem Christus Dominus rediuiuus, & in gloriam suam plenè ingressus; participauerit de incruento sactificio per Apostolos celebrato, inuerisimile est, (mihi quidem:) cum statua gloriæ abhorreat à Sacramentorum perceptione. Vnde B. Virgo, & Sanct. Ioannes Euangelista, ac si qui alij resumptis corporibus cœlum subiuerunt, nou habent in patria vsum diuinæ Eucharistiæ. Et nugantur, nec sapiunt ad sobrietatem, qui de suo cerebro recens fuut commenti, diuinam Eucharistiam asseruandam & exponendam (an etiam percipiendam:) in cœlo esse per totam æternitatem; Agnus enim Paschalis, præcipua nostræ Eucharistiæ antitypus, de nocte comedendus fuit, vt vsum huius Sacramenti finibus vitæ ac vitæ huius coëterni monstraretur, iuxta Doctrinam S. Cyrilli in Glaphyris ad Exod. lib. 2. cap. de esu agni.

Missa non ante Pentecosten.

Ad extremum, argumentatio ducta ex baptismo, non est idonea. Non enim si Apostoli, statim à Christi resurrectione, initiarunt aliquot baptismo nostro, vt etiam passim faciebat ante Christi obitum; sequitur, eos potestatem sacrificandi acceptam sub extrum Christi ex hac vita, confestim in eius resurrectione exemptsisse. Nam ad conferendum baptismum, liberas habebant habenas; cum neque vllum Christi interdictum eos remoraretur, neque functio illa eandem præuiam aptationem deposceret, quàm sacrificatio; ad quam ob vtramque illam causam, expectandum fuit tempus congruum, quod nondum aduenerat priusquàm demitteretur Spiritus Sanctus. Vnde vsque ad hoc tempus; non habuit locum neque Baptismi & Eucharistiæ, postea inductus ab Ecclesia: mandante vt omnes qui baptismo initiarentur; illicò communicarent.

CAPVT IV.

In Pentecoste Sacrificatum esse ab Apostolis ritu Christiano, atque adeò eam fuisse in Christiana Ecclesia Missam primam à puro homine celebratam, qui tradiderint.

PRo eodem accipio, Apostolos ritu Christiano sactificasse in Pentec. & tunc primùm sactificasse; ita vt qui vnum dixerunt, alterum item (mea sententia) tradiderint. Cum enim ex antedictis, (quæ apud omnes quos allegabimus;

Sectio I. Caput IV.

bimus, rata videntur;) perspicuum sit, Apostolos non celebrasse ante Pentecosten, profectò si tunc dicuntur Sacro operari, rectè infertur, primum sacrificium incruentum, quod in Christiana Ecclesia à puro homine celebratum est, in Pentecoste esse peractum. Ostendamus ergo, Apostolos in Pentecoste sacrificasse ritu Christiano, autoritate aperiente rationi ianuam, iuxta monitum D. Augustini.

Insinoat id in primis non obscurè, Vrbanus IV. & Clemens V. approbante Concilio Viennensi, eo decreto quod extat Clementina Vnica de reliq. & vener. SS. Designant enim certam diem solemni memoriæ de mysterio Eucharistiæ, quintam fetiam proximè. subsequentem Festum Pentecostes, sua octaua concluſum. Id quod Sanct. Thomas Autor Officij de Corpore Christi iussu Vrbani IV. atque adeò conciliorum Vrbani in eo negotio particeps, Opusc. 57. lect. 5. docuit non alia de causa esse factum, quàm [vt qui per totum anni circulum hoc Sacramento vtimur ad salutem, eius institutionem illo tempore specialiter recolamus, quo Spiritus Sanctus corda discipulorum edocuit ad plenè cognoscenda huius mysteria Sacramenti. Nam, & in eodem tempore, cœpit hoc Sacramentum à fidelibus frequentari.] Hæc D. Thomas, quæ in Officio Ecclesiasticorde corpore Christi vsurpantur ab Ecclesia; vt proinde non vt verba Sanct. Thomæ tantùm, (quanquam eo solo nomine magni essent momenti;) sed vt ipsius Ecclesiæ sensum continentia, allegari possint. Atqui his verbis perspicuè asseritur. Sacramentum Eucharistiæ cœptum in Pentecoste frequentari, quod absque confectione Eucharistiæ esse non potuit. Et cum incredibile sit, si Apostoli antetius sacrificassent ritu Christiano, neminem fidelium tanto Sacramento participasse; perspicuum videtur, sicut fideles tunc primùm frequentarunt Sacramentum, ita & Apostolos tunc primùm vsurpasse sacrificium.

Apud Græcos, idem insinuate videtur ceremonia Sacra, injiciendi mysterijs iam consummatis aquam feruentem ex lebete exiguo. Quam ceremoniam tanti fecit Theodorus Balsamon ad qq. Marci Antiocheni, vt hæreticis annumeret eos qui illam prætermittunt. Id verò non potest institutum esse à Græcis, ad significandum, aquam ex viuo & calente Christi pectore lancea transfixo promanasse; quam huius ceremoniæ causam profert Nicetas Pectoratus l. contra Latinos, iure impugnatus ab Humberto Syluæ Candidæ Episcopo, in Latinorum defensione. Hæreticum quippè est quod supponit Nicetas, latus Christi fuisse lancea transfixum, priusquàm Spiritum Christus efflasset; quod tanquam Euangelio manifestè contrarium, damnatum est in Concilio Viennensi, Clementina Vnica de Summa Trinitat. & fide Cathol. Et qui alios errores Petri Ioannis de Serisano vtcunque tegunt, non habent vnde eum ab hæresis nota indemnem hac in parte præstent, nisi allegent bonam fidem, quæ cesplationi in re nondum tunc apertè declarata patrocinetur. Cum igitur ea quam dixi cæremonia Græcorum, non possit pertinere ad significandum effluxum aquæ è latere Christi viuo & calido; referenda videtur ad significandum Spiritus Sancti feruorem in Pentecoste, inter sacri mysterij celebrationem: quod attigit Sanctus Germanus sub initium Theoriæ rerum Ecclesiasticarum, exponens significationem lanceæ, & Cabasilas in expositione Liturgiæ cap. 37. dicens eam aquæ feruentis injectionem in calicem consecratum, significare descensum Spiritus Sancti in discipulos sub ignis specie, qui contigit iam consummatis omnibus Christi mysterijs. Id verò rectè cohæret cum facta per illudmet tempus celebratione incrementi sacrificij.

Non abhorrent ab hac sententia, quæ item apud eundem Sanct. Germanum *sub finem Theoriæ*, & apud Cabasilam laudati operis cap. 28. leguntur. Verba Sancti Germani eo loco sunt. [Ipse dixit, *hoc est corpus meum, hic sanguis meus.* Ipse & Apostolis iussit, & per illos vniuersæ Ecclesiæ hoc facere: *Hoc* enim (ait,) *facite in meam commemorationem.* Non sanè id facere iussisset, nisi vim inducturus fuisset, vt id facere liceret. Et quæ est deprecatio? Spiritus S. virtus ex alto, quæ Apostolos armauit, vt eis à Domino dictum fuerat, *Sedete in vrbe Hierusalem, donec induti fitis virtute ex alto.* Hoc opus est eius ingressus, non enim semel egressus, in posterum deseliquit nos, sed est nobiscum, & erit in perpetuum. In æuum hoc, per manum Sacerdotum & linguam, mysteria conficit.] Corruptè latinus Interpres habet, *qua est deprecatio*, cum vertendum fuerit, *qua est vis*, aut *qua est potestas*, vt rectè vertit Interpres Cabasilæ, eadem propè verbatim cum S. Germano tradentis. Hæc dico non abhortere à proposita sententia: quandoquidem virtus ex alto demissa die Pentecostes, ipsa est qua S. Germanus & Cabasilas profitentur instrui Sacerdotes ad sacrificandum ritu Christiano, isque fuit Sancti Spiritus ingressus in orbem terrarum.

An huc quoque respexit S. Chrysost. serm. de Pentecoste (est 36. Tomi V. Græcolat.) cum sic loquitur. [Natura nostra, ante decem dies ad regium thronum ascendit; & hodierno die Spiritus Sanctus ad naturam nostram descendit: primitias nostras Dominus in cœlum euexit, & Spiritum Sanctum demisit. Alter est Dominus, qui hæc dona distribuit; nam Spiritus Sanctus est Dominus, & dispensationem nostra causa susceptam Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus inter se diuiserunt: Nondum decem elapsi dies erant, ex quo Christus ascenderat, & spiritualia nobis dona misit, reconciliationis illius muneta. Nam vt ambigeret nemo, & quæreret, quid tandem in cœlos ascendens Christus egisset, num Patri nos reconciliasset, num propitium ipsum reddidisset; vt nobis ostenderet se naturæ illum nostræ placatum reddidisse, confestim nobis reconciliationis illius dona misit. Cùm enim viti sunt & reconciliati inter se inimici, post reconciliationem sequuntur inuitationes, conuiuia, & munera.] En subnectit Sanctus Chrysostomus conuiuij mystici celebrationem, demissum Spiritus Sancti; ita vt non priùs instructum esse conuiuium significet, quàm Spiritus Sanctus conciliator amicitiæ

citiæ demitteretur. Vnde rursus in Anaecephalæosi totius sermonis, ostensam ait Spiritus Sancti demissionem, *ex ordinationibus, ex mystico sacrificio*, quod tunc primùm ab Apostolis est adhibitum; cum Spiritus Sanctus illabens eorum pectoribus, ad tantum ministerium illos aptauit in die Pentecostes.

Hesychius non subobscurè sed disertè suffragatur, l. 2. in Leuit. cap. 9. *ferè initio.* [Tunc (inquit,) sacrificium summ Christus innotescere cœpit, ex quo Spiritus aduenies, Parthos, & Medos, & Elamitas, & omnium gentium primirias, ad Apostolorum cœnaculi superiora collegit. Accepit autem & ordo maiorum natu Israël, quem Presbyterorum esse diximus, vtpotè ipse sortem, & figuram Doctorum gerens, & qui ad docendos nos vtilis est, vitámque perficere in Ecclesia conuenientium potest.] Alia ex Hesychio in eandem sententiam proferemus infra, tractantes figúram consecrationis Sacerdotum, & correspondentiam datæ legis antiquæ & nouæ. Et quia Strabus in Glossa Ordinaria ad cap. 9. Leuit. Hesychium hac in parte deseripsit, perspicuè eidem est astipulatus: vt & Rabanus in cap. 16. Deuteron. tacito de more nomine exscribens Hesychium.

Beda non minùs perspicuè astipulatus est hom. de Pentecoste. [Sed & hoc (inquit,) quod in veneratione meæ acceptæ legis omnibus annis sacrificium nouum Domino die Pentecostes offerri iussum est, in nostra quoque festiuitate spiritaliter agi ex acceptæ gratiæ tempore nunquam desist. Nouum quippè in ea sacrificium offert Ecclesia, cum sabbatho incipientis sanctæ Pentecostes, nouum adoptionis populum per baptismum Domino consecrat, ritu vetè decentissimo; sicut & suprà monuimus, vt non solùm populis Christianis veteris facti memoria innouetur, sed & in veram renatorum sobolem, noua Paracleti à Patre missio celebretur. Nouum in ea sacrificium Domino ipsi quoque Apostoli, mox accepto dono Spiritus obtulerunt, cum Euangelizantes his, qui conuenerant, plurimos conuerterunt ad fidem, & hos fonte baptismatis renatos, ac Spiritus gratiâ sanctificatos, viuas vtique noui Testamenti primitias, ad communionem Dominici altaris obtulerunt.] Videndus insuper idem Beda in cap. 2. Actuum Apostolorum.

Adnecendus merito in eandem sententiam est Paschasius Rathbertus l. de corp. & sang. Dom. c. 21. vbi tractans quod Christus contestatus est in Cœna vltima, se bibiturum calicem nouum in regno Patris, monstrat id fieri, quia nobis in regno Dei, hoc est in Ecclesia calicem Domini bibentibus, Christus ipse bibere illum censetur. [Alioqui (inquit,) eum in illo regno futuro hunc potum corporeo gustu, & hanc escam non bibiturum, nec percepturum credimus; sed sicut ipse Sacerdos & autor salutis instituit. Ex quo enim renonati sunt Sancti Apostoli, per aduentum S. Spiritus de cœlis, & inebriati musto charitatis; ex eo sanè credimus, hunc calicem in Ecclesia consecratum; quoniam ille Spiritus veritatis, in quo renouati sunt ex vetustate, indutxetat eos in omnem veritatem, & confirmauerat in plenitudinem doctrinæ; Profectò vbi iam sicuti à Christo, ita sanè ab eis, & deinceps, in nouitate Spiritus Sancti consecratur.] Quicquid sit, an rectè Paschasius interpretetur, quomodò Christus biberit cum Apostolis vinum nouum in regno Patris, (quod discussum est in Tractatione de Eucharistia:) mens tamen eius apertè fert quod hic intendimus; nempè ex tempore aduentus Spiritus Sancti, siue à die Pentecostes, consecratum esse in Ecclesia calicem Domini, & deinceps continuatam esse consecrationem in xta Christi institutionem, & faciendo quod primus fecit in suptema cœna ipsemet Christus. Iungendúsq; est egregius locus ex c. 10. eiusdem libri, vbi agnoscit Apostolos in Pentecoste ebrios fuisse hausto calice inebriante Eucharistiæ, quod nisi præcessisset sacrificatio inementa, præstare nequiuissent.

Testimonia pro prima Missa in Pentec.

Ex recentioribus tradunt explicatissimè quod diximus Adricomius in Tribu Leui numero 26. Iacobus Pamelius Tom. 1. Liturg. Latin. *pag. mihi* 34. Ludouicus Richeomus in sacris emblematis de Eucharistia in 8. quod est de panibus primitiarum num. 10. & 11. Genebrard in Liturg. S. Dion. cap. 7. & ante eos Demochares l. 2. de Sacrif. c. 4. qui præter cætera de quibus postea, inde argumentatur, quod Actor. 2. dicatur, Apostolos accepto Spiritu Sancto, hortatos esse plebem ad Christi baptismum & pœnitentiam, continnóque subdatur. *Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* Hunc locum, Demochares (subscribente Alan. l. de Euch. c. 45.) accipit de vsu Eucharist. A perte nãq; Lucas, agit de tribus spectantibus ad cultum religionis Christianæ, inter quas eminet sumptio Eucharist. Nec reuera pertineret ad laudem fidelium, perseuerantia in communicatione fractionis panis, si ea communicatio spectaret profana conuiuia, & vsum cibotum materialium. Igitur fractio panis de qua ibi Lucas, pertinet ad vsum Eucharist. ad quem etiam D. August. Ep. 59. vult pertinere orationes, in quibus addit Lucas perseuerasse fideles. Græca enim vox, est προσευχαῖς: quo nomine S. Aug. ait ex vsu Ecclesiæ denotari preces concipi solitas inter frangendum Eucharistiam. Quo eodem modo S. Augnst. Epist. 86. subscribente Beda Actor. 2. 1. accipit de vsu Euchar. quod Actor. 2. 1. dicitur. *Vna sabbathi, cum conuenissemus ad frangendum panem.* [Paulus (inquit / August.) hîc frangebat panem in Dominica, sicut frangitur in Sacramento corporis Christi; habuitque & ante & post celebrata Sacramenta, sermonem ad populum.] Nimirum vt liquet ex Iustino Apolog. 2. vna sabbathi, sine primus hebdomadæ dies, hoc est dies Dominica; addicta iam tunc etat conuentibus sacris, præsertim ad communicandum & concionandum. Iure igitur perseuerantia fidelium in fractione panis, descripta à Luca Act. 2. accipitur de frequenti vsu Euchatistiæ; non modo à Demochares, sed etiam passim ab Interpretibus ibi, & à Iona Aurelian. l. 3. de Imag. Adducit in eundem sensum Demochares, quod eodem c. 2. Act. additur, his verbis. [*Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo. & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem.* Hunc locum quamuis aliqui de pane communi interpretentur, & ambiguus & citra

Sectio I. Cap. V.

cum sit Alanus supra laudatus, tamen graues Interpretes, & Valsfridus l. de Eccles. offic. cap. 20. necnon Humbertus l. contra Nicetam de pane Eucharistico interpretantur; Ita Gagneius, Salmeron, Montanus, Sanctius, ac Cornelius ibi; quibus subscripsit Baronius anno Christi 34. & Democbates supra. Imo S. Antonius t. p. summæ histor. tit. 6. cap. 2. §. 1. ait esse communem opinionem. Et valdè firmat eum communem sensum, quod cum Lucas Actor. 1. paulo ante descriptionem Pentecostes, dixisset tantum de fidelibus, *erant perseuerantes vnanimiter in oratione & obsecratione*, quia tunc nondum fiebat ab Apostolis sacrificium; post Pentecosten, addidit, fideles frequentasse fractionem panis; quia tunc Apostoli exprompserunt sactificandi potestatem à Christo collatam, & communionem diuinæ Eucharistiæ præbuerūt fidelibus, quod absque vsu sacrificij præstari non potuit.

Sententia igitur de sactificio Christiano ab Apostolis titè peracto in Pentecoste, non destituitur idonea suffragatione; quandoquidem & in scripturis haud insinuatur, & Patres habet satis apertè astipulatos; munitúrque calculo grauium Doctorum posteriorum. Nunc rationibus agendum pro ea est, quas ex Aristotelis monito in vestibulo Ethicorum, sat erit materiæ congruere. Neque enim in quouis negotio, eadem rationum efficacia est axpectanda; sed sufficit pro rei de qua agitur qualitate, proferri rationes accommodatas & non inuerisimiles.

CAPVT V.

Oblatio spontanea, & sacrificium nouum è panibus primitiarum in Pentecoste Iudaica, typus sacrificij incruenti primùm ea die celebrati in lege noua.

QVia nouum Testamentum & vetus se habent vt rota in medio rotæ, iuxta Ezechielem; ideſt Interpreta S. Ambrosio l. 3. de Spiritu Sancto cap. 21. lex cernitur intra gratiam: vel vt è contrario, sed eodem sensu dixit S. Gregorius hom. 6. in Ezech. Testamentum nouum inexistit veteri: Idcircò veritatem propositam comprobaturus, otdior ab eius insigni typo, qui in antiquo Testamento præcessit. Cuius rei gratia recolendum est, quodnam esset in antiqua lege Festum Pentecostes, & sacrificium Mussaph, seu noua oblatio quæ tunc offerebatur.

Πεντηκοστὴ Græca vox est, idem sonans quod *quinquagesima*: nimirum ἡμέρα siue dies, quia quinquages. die à Festo Paschatis celebratur. Vnde solennitas demissi Spiritus Sancti, eo nomine donata est, quia ab ea ad Pascha, interuentrunt 50. dies. Graniter enim impingebant olim aliqui, damnati in Concilio Illiberitano, qui diebus quadraginta illud spatium definiebant. Videsis Ferdinandum Mendozam l. 3. pro eo Concilio *a pag.* 74. Ea erga solennitas apud nos die 50. celebratur, & Pentecoste dicitur. Fateor, apud nonnullos vocem *Pentecostes* interdum vsurpari pro toto tempore quod à Pascha ad diem missi Spiritus Sancti decurrit, vt ex SS. Irenæo, Epiphanio, Iustino, Hieronymo, (apud quem etenim optimus locus est in præfatione commentariorum in Epistolam ad Ephes.) Augustino, Basilio, ac Nicæna Synodo, necnon ex variis Tertulliani locis obseruat Pamelius ad librum de Idolol. num. 110. Et addendus est expressissimus locus Dorothei doct. 15. Ea vsu tamen Scripturæ, vox *Pentecoste* sonat diem ipsam quinquages. eóque nomine donatum est Festū apud Iudæos solemnissimum, quia celebratur die quinquasimo à Paschate, vt sancitur Leuit. 23. verbis illis. *Numerabitis ab altera die Sabbathi in qua obtuleritis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ; ideſt quinquagesimus dies, & sic offeretis Sacrificium nouum Domino, ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum.* De eodem Festo sic præcipitur Deuter. 16. *Septem hebdomadas numerabis tibi, ab ea die qua falcem in segetem miseris, & celebrabis diem festum hebdomadarum, Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ.*

Ex his locis apparet cur hoc festum diceretur non modo Pentecoste, sed etiam *Festum hebdomadarum*, vt Num. 28. Deut. 16. & 2. Machab. 12. vel *festum primitiarum*, aut *solemnitas messis primitiarum*, Exod. 23. versu 16. & cap. 34. versu 22. aliquando autem inuenitur dictum *Quinquagesima*, Hæc enim posttema appellatio donatur huic festo in Concilio Aurelianensi I. c. 25. verbis illis [Nulli ciuium, Paschæ, Natalis Domini, vel Quinquagesimæ festa, liceat in villa celebrare.] Idem ferunt illa Concilij Turonensis secundi c. 17. [De Pascha vsque ad Quinquagesimā (exceptis Rogationibus) omni die Fratribus prandium præpatetur. Post Quinquagesimam tota hebdomada ex asse ieiunent.] His locis Quinquages. vox, apertè designat Pentecosten; quæ est etiā genuina notio Græcæ vocis *Pentecostes* ad designandum spatium dierum quinquaginta, quot decurrūt inter Paschа & hunc diem. Aliæ denominationes propositæ, ideo inditæ sunt quia ea die offerebantur panes confecti ex prima messe triticea. Manipulus quippè spiccatum decerptarum, offerebatur Deo secunda die azymorum: Inde decurrebat quinquagena dierum, siue septem hebdomadæ; quibus exactis, panes ex nouo tritico demesso confecti, offerebantur Deo in primitias: quæ erat inter oblationes alias primitiarum præstantissima, vt habetur ex Philone l. de Decalog. & Iosepho l. 3. Antiq. cap. 10. Erat enim oblatio manipuli spicarum & segetum, quæ fiebat altera die azymorum; erat & oblatio frugū primitiarum Septembri mense; sed præcipua oblatio primitiarum, constabat ex panibus confectis è nouo tritico, vt Toletus benè aduertit in c. 7. Ioan. annot. 2. §. *de Pentecoste*. A die igitur quo offerebatur manipulus spicarum hoc est ab altera siue secunda die Azymorum ad diem oblationis panum decurrebant

currebant 50. dies. Ea secunda dies Azymorum dicebatur *Sabbathum magnum*, seù *magnus dies Sabbathi*, vt dicitur Ioan. 20. & dicebatur etiam *Sabbathum primo primum*, quia erat proximum decimæ quartæ Lunæ mensis primi apud Iudæos celeberrimæ; sicut sabbathū quod ab eo proximum erat dicebatur *secundo primum*, vt habetur Lucæ 6. Quanquam Corderius mox adducendus, sabbathum secundo primum accipit de secundo magno sabbatho, incidente in Festi Pentecostes octauam, & profert coniecturas non inuerisimiles. Videndi de ea sabbathi *secundo primi* denominatione, Isidorus Pelus. l. 3. Epist. 110. Sanctius Actor. 2. n. 4. & 5. Vasq. 3. p. d. 173. Anton. Peres contr. 3. in Euang. c. 12. Toletus Lucæ 6. annot. 1. Corderius annotatione subjuncta Catenæ Græcorum ad idem caput, Petauius in S. Epiphanium ad hæresim 30. quæ est Ebionitarum.

Quomodò autem à secunda die azymorum, siue à *Sabbatho primo primo*, ad diem vsque Pentecostes, septem hebdomadas & dies quinquaginta numerate liceat, si Pentecoste Iudaïca recurrat cum Christiana, difficultas est in qua extricanda collocabimus operam c. 7. præterquàm quod iampridem circa eam laboratum est à complutibus, inter quos Ribera lib. 5. de templo c. 7. Bellarm. l. de Festis cap. 13. & Cornelius c. 23. Leuit. ad vers. 15. Circa omnia item diutnitùs præscripta Hebræis quoad Festum Pentecostes, & quomodò rerum Christianarum typus esset, illisque congruè responderent, legendus S. Cyril. l. 17. de Adorat. Nobis in præsentia, dimissis aliis omnibus infra pertractandis, consideranda duntaxat est, *oblatio spontanea*, & Sacrificium nouum è panibus tritici recens demessi, oblatis Deo primitiarum nomine. Hæc quippè oblatio, maximè facit ad rem de qua agimus.

Non eadem omnibus sedit sententia, de re quam præsignabant panes primitiarum, oblati in Pentecoste. Et Abbas quidem Theonas apud Cassianum collat. 21. cap. 20. existimauit significari his panibus Sacram Doctrinam. Interrogatus enim, cur per dies quinquaginta à Christi Resurrectione, ablegentur jejunia, contra ipsiusmet Christi, (vt videtur,) denunciationem factam Marci 2. vbi dicitur tunc jejunandum fore discipulis, cum ablatus ab eis esset sponsus; hanc responsionem illi interrogationi subjicit. [Post Ascensionem Saluatoris nostri, quæ quadragesimo Resurrectionis eius acta est die, Apostoli reuersi de monte Oliueti, in quo se ad Patrem pergens præbuit intuendum, sicut etiam Actuum Apostolorum lectio contestatur, ingressi Ierosolymam, decem diebus aduentum Spiritus Sancti expectasse referuntur; quibus expletis Quinquagesima eum die cum gaudio susceperunt, & ita est per hæc festiuitatis huius numerus euidenter impletus. Quem in veteri quoque Testamento legimus figuraliter adumbratum, in quo consummatis hebdomadibus septem, primitiarum panis per Sacerdotes Domino iubebatur offerri; qui veracissimè per Apostolorum prædicationem, qua in illo die concionati leguntur ad populum, oblatus Domino comprobatur; verus scilicet primitiarum panis, qui nouæ doctrinæ institutione prolatus, quinque millibus virorum, escæ suæ munere satiatis, primitiuum de Iudæis Christianorum populum Domino consecrauit. Et idcircò hi quoque decem dies, cum superioribus quadraginta, pari solemnitate sunt, ac lætitia celebrandi.]

Argum. ex patribus primitiarum.

Eodem recidit quod ait Hesych. lib. 6. in Leuit. ad cap. 23. docens, duos panes primitiarum præsignasse legem & Euangelium. [Panes enim sunt cibi animarum fidelium: continentes, sunt autem & primitiarum, siue vt LXX. separati, quoniam omni quidem sapientia sunt præcipui: ab ea autem quæ exterior est, separati videlicet & seiuncti. Sunt ergo ex duabus decimis similæ fermentatæ; ex doctrina, quæ perfectam Dei diuinitatem, & perfectam humanitatem tradit: nec aliter coqui, nisi per talem doctrinam possunt. Sed primitiæ horum sunt Domino: Primus enim Dominus, qui legem perfecit, & Euangelium post hoc docoit: *Audite, quia dictum est antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis, omnis qui iracitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.* Coniunxit enim hîc legem Euangelio. Propter quod & Lucas confirmans, primitias veras nobis ostendens scripsit, *Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit IESVS facere & docere.*] Non legis tamen & gratiæ doctrina, pabulum est humano generi congruum, vt Hesych. existimat: sed si de perfecto & necessario pabulo sit sermo, sola Spiritus Sancti sapientia, per legem gratiæ in Pentecoste suppeditata, illud nomen meretur. [Quemadmodùm enim (verba sunt Gregorij Nysseni orat. in Pentec.) qui diuturna fame confectos, medica facultate curandos suscipiunt, imbecillitatis ipsorum habita ratione, non statim concedunt vt sese expleant, sed posteaquàm victu moderato vires recuperarunt, permittunt eis, vt quantum volunt, cibi percipiant, eodem pacto, cùm horrenda fame esset hominum natura consumpta, mysteriorum escam diuina prouidentia sic illis impertiuit, vt ordine quodam in dies proficerent, atque ita ad perfectionis terminum peruenirent. Vitalis enim vis, quâ seruamur, est illa quam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti credimus. Qui autem propter contractam ex fame imbecillitatem animatum, ad cibum hunc totum perspiciendum non etant idoneï, priùs per Prophetas & legem à numero plurium Deorum sic abducti sunt, vt diuinitatem vnam aspicere consuescerent, atque in vnâ diuinitate solam Dei Patris potentiam agnoscere; quippè perfectionis cibum, (vt dixi,) capere nou valebāt. Deinde per legem initiatis patefactus est ab Euangelio Deus vnigenitus. Postremo datus est nobis perfectus naturæ nostræ cibus, Spiritus Sanctus, in quo est vita.] Itaque consentaneè ad hanc Nysseni Doctrinam, lapida Spiritus Sancti scientia, panibus primitiarum præsignata videri posset. Nisi malimus subscribere Radulpho, qui lib. 16. in Leuit. cap. 4 primarium Spiritus Sancti munus, quod Dei & proximi charitate continetur, binis hisce primitiarum panibus præsignificatum arbitratur.

Aliter philosophatus est Petr. Cellens. l. de Panibus cap. 7. Accipit enim duos panes primi-

Sectio I. Caput V.

mitiarum ex duabus similæ decimis confectos, de verbo Incarnato è duplici natura compositio; ac in cibum nostrum prouiso diuinitùs. [Qui enim sunt (inquit,) panes primitiarum duo, de duabus decimis similæ fermentatæ; nisi duæ putæ & perfectæ naturæ, in vna persona Christi Iesv inseparabiliter coniunctæ? Fermentum enim, hîc, non coagulum corruptionis, sed operationem significat inseparabilis vnitionis. Hi coquuntur in primitias Dominij, quia Dei & hominis eadem persona, in vtraque naturarum suarum compactarum, primogenitus, sine primitiæ dormientium, ab Ecclesia Catholica appellatur & creditur. In natura quidem diuinitatis; ante omnia natus est de Patre; In natura verò humanitatis, In fine sæculorum editus ex Virgine. In eiusdem certè Virginis clibano cocti sunt panes isti, quia Verbum & caro sic fuerunt adinuicem coniuncta in viero Virginali, in vna eadémque vnitate personæ, vt vlira non diceretur separatim homo vel Deus; sed diceretur vna persona, inseparabiliter, homo Deus. Et duo quidem sunt panes secundùm Moysem, propter inconuertibilitatem naturarum, quam sine confusione manserunt; & aliud habet principium de principio, sine tamen principio, natura diuinitatis vtique, Patrem: & aliud, principium sellicet eum principio existendi; natura humanitatis, vtique, Virginem. Nihilominus vnus panis est, propter vnam eandemque personam; iuxta Apostolum qui ait; *Vnus panis, vnum corpus multi sumus in Christo.* Sed quare Moyses duos, Paulus vnum vocat panem, Christum? Salua fide & authoritate maiorum, potest dici (vt mihi videtur,) quia in tempore Moysi, re ipsa nondum facta fuerat Incarnatio Christi; & idcircò, quasi dun panes erant illæ naturæ: quarum vna, in maiestate sua & Patris existens; altera nondum in propria essentia apparens; prædestinatione quidem coniungebatur, nondum autem assumptione vel vnione. Tempore verò Pauli; Ideft, gratiæ, (nam post Ascensiunem Domini vncans est,) assumptione hominis à Verbo, iam celebrata; vna eadémque persona Christi, ex duabus & in duabus naturis, (divina scilicet, & humana,) subsistens, prædicarione Apostolica excellebat. Vnde non immeritò, Paulus ad personam attendens; vnum dicit: Moyses, duas naturas intuens, duos panes nominauit: ille Personam non diuidens, iste naturas non confundens.]

Hesych. l. 6. in Leuit. ad cap. 23. panes duos primitiarum de gemina Verbi Incarnati natura acceptos, ad Sacrificium quoque Eucharisticum accommodat. Tractans enim verba illa *Eadem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus*, sic disserit. [Volens nos in die qua celebramus Domini Resurrectionem, & manipuli intelligibilem oblationem celebramus, non obliuisci Dominici sacrificij, ex quo nobis est oblatio manipuli; sed cædere agnum immaculatum anniculum in holocaustum Domino, intelligibilem agnum, Domini prædicationem immolantes mysticè, & offerentes: ipsius autem, vt sacrificium cædentes memoriam fecit. Neque enim aliter, sed per eius meditationem, & virtutem à sensibilibus ad intelligibilia transferuntur ea, quæ in illo sacrificio peraguntur. Et quod hoc est sacrificium? Duæ decimæ similæ, conspersæ oleo. Oportet enim scite perfectam humanitatem, & perfectam diuinitatem contemplari, id est, in vnum conuenire in oleo, id est, per eam quam circa nos habet compassionem: hic enim sacrificium odor suauitatis Dominum inuenitur, sapientibus nobis de eo quæ digna sunt. In quibus autè & per quos agitur, quomodò celebratur intelligibilis agni oblatio, quod sequitur ostendit. Neq; enim in sanguine, neque per irrationabilia animalia sacrificiũ à nobis Deus suscipit, secundùm quod sequentia, demonstrant: Ait enim: *Liba quoque vini, quartæ partis hin, panem & polentam.* Quia dubium futurum erat forsàn, à quibus mysterium sacrificij, quod per Christum est, quod superiùs diximus, celebratur: habes ecce intelligibilis Melchisedec oblationem, quæ in pane & vino perficitur, in qua quarta pars hin in libis vini offertur: vt per quartam, Euangelicam traditionem, quæ in libris quatuor est; per libationem verò, Dominicum sermonem significaret, cùm ait *Hic est meus sanguis, qui pro vobis fundetur:* siue imminutione enim significare legislatori visum est Christi mysterium, propter quod & subdidit: *Et polentam & pultes non comedetis ex segete, usque ad diem quo offeratis ex ea Deo vestro.*] Dies quo hæc munera offerebantur, erat dies Pentecostes, quo offerebantur panes primitiarum. Itaque agnouit Hesychius, nexum fuisse inter oblationem factam in Paschate, quam ad Eucharistiæ Sacrificium aptault; & oblationem ex eadem materia decimarum similæ, faciendam in Pentecoste; cui mactatio animalium, atque adeò carnium quoque oblatio comitabatur. Quod idem Hesichius l. 2. in Lenit. cap. 8. egregiè accommodat ad sacrificium Eucharisticum, exponens præceptum de comedendis ante fores tabernaculi, carnibus ibi coctis, vnà cum panibus emnseetationis: Et eius ratio æquè transferri potest ad tem præsentẽ, vt liquet ex ijs quæ de Pentec. mox subijcit.

Indubiè ergo, panum oblatio quam expendimus, ad Eucharisticum Sacrificium, & Christum speciebus panis operũ pertinuit. Quod apertè voluerunt benè multi, qui vulgatissimam Christianæ Litvrgiæ appellationem, hoc est *Missæ* nomen, ductum eensuerunt ab Hebræa voce *Missah*, quam Vulgatus Interptes Deuter. 26. vertit *oblationem spontaneam*, designans sacrificium adiunctum oblationi panum quæ fiebat in Pentecoste. Huic igitur notationi, Latinæ, vel potiùs Latio donatæ vocis *Missæ*, subscripserunt plerique; existimantes idem circa hanc vocem contigisse, quod circa alias plerasque ex Hebræo Latio donatas, vt videre est apud Caninium l. de locis nouj Testam. cap. 4. & 5. & Polydorum Vrgilium l. 5. de Inuent. rerum cap. 12. Sic itaque peruulgatum *Missæ* nomen, ab Hebræa voce *Missah*, oblationem spontaneam, & sacrificium Deutet. 16. memoratum signante, dedncunt Alciatus l. 7. patergon. cap. 10. Democharcs l. 2. de Sacrif. cap. 1. & l. 4. cap. 32. Pintus Daniel 3. Sanctesius præfat. ad Liturg. cap 4. Genebrardus in exposit. Liturgiæ Sancti Dionisij cap. 7. Vvalterus eœna 3. cap. 45. Scottia l. 5. de

Missa

Missa cap. 17. Pamelius ad Tertul. de Orat. *initiß.* Et idem traditur in Concilio Prouinciali Senonensi, decreto de fide cap. 11. Imò iam olim astipulatum esse D. Iacobum, contendit Vvalterus; adducens hanc epigraphen Liturgiæ ab eodem S. Apostolo conscriptæ. *S. Iacobi Apostoli fratris Domini, & Ierosolymorum primi Episcopi, diuina Missa.* Esse autem eam Liturgiam, germanum D. Iacobi fœtum; agnoscit Synodus Trullana cap. 30. & passim Græci, vt Proclus libello de tradit. diu. Liturg. Bessarion Opusc. de Eucharist. Nicolaus Methonensis Opusc. contra hæsitantes. Cum igitur S. Iacobus eam Liturgiam Hebraïcè conscripserit, & Hebraïcam epigraphen eidem præfixerit; perspicuum videtur, vocem *Missæ* in ea epigraphe ab Apostolo Hebraïcè scribente adhibitam, esse vocem Hebræam, nec Latinam, sed de Hebræo Latio donatam. Quod argumentum videretur efficax, si constaret inscriptionem illam fuisse appositam ab ipso S. Iacobo, non autem ab aliquo alio. Quare inxta Doctores quibus ea vocis *Missæ* notatio placuit, nexus panum primitiarum, & sacrificij eorum oblationem comitantis in Pentecoste, cum Sacrificio Eucharistiæ, manifestissimus est; quandoquidem vel ipso nomine præferrur. Improbarunt quidem eam nominis *Missæ* deriuationem ex Hebræo, recentiores non pauci, vt Bellarminus l. 1. de Missa cap. 1. Lindanus 4. Panopliæ cap. 57. Alanus l. de Sacrif. cap. 14. Durant. l. 2. de Ritib. cap. 1. num. 1. Henriq. l. 9. cap. 10 *litera N.* Tamen non deest ei derivationi tot alijs grauibus Doctoribus probatæ, sua verisimilitudo & probabilitas, vt fatetur Suarez t. 3. 3. p. d. 74. sect. 3. quamuis pro Latina huius vocis Ethymologia stare potiùs videatur, & omnino multos Doctores in eandem sententiam accumulet, siue à dimissione populi vt vult Covarr. 4. var. cap. 22. siue à transmissione & oblatione hostiæ & precum ad Deum dicta sit Missa, vt mauult Vgolinus l. de potest. Episcopi cap. 9. §. 1. num. 4. Nolim tamen expressionem oblationis panum primitiarum, & adjuncti eidem Sacrificij in mysterio Eucharistico, pro qua expressione nunc satago, inniti dubiæ notationi vocis *Missa.* Nam vndecunque nomen *Missa* originationem suam habere censeatur, perspicuum aliunde est, oblationem panum primitiarum, & Sacrificium ex ijsdem panibus, necnon adjunctas ei oblationi immolationes, cadere die Iudaïcæ Pentecostes indictas, manifestum typum continuisse Sacrificij incruenti, primùm oblati in Christiana Pentecoste. Et verè in Eucharistia nostras lectissimas primitias Deo offerri, egregiè docet Sanct. Irenæus l. 4. cap. 34.

CAPVT VI.

Argum. ex Sacrificio in consecr. Sacerdotij.

Sacrificium in consecratione Sacerdotum, typus alius incruenti Sacrificij, in sanctificatione Apostolorum, per demissionem Spiritus Sancti in Pentecoste.

AAronis Pontificis Maximi: & subjunctorum ei Sacerdorum, consecrationem & sanctificationem, fuisse typum illius sanctificationis, qua Principes Apostolorum cum vniuerso cœtu Apostolico per Spiritum Sanctum in Pentecoste demissum sanctificationem est consecutus, optimè prosequitur Hesychius in cap. 8. & 9. Leuit. Et quia in ea consecratione adhibitum est sacrificium, habemus inde quoque sacrificij incruenti in nostra Pentecoste celebrati typum alium, quem deceptis ex Hesychio plagulis repræsento.

Ac primùm immolatio Arietis secundi facta in consecratione Sacerdorum, pertinet ad Sacrificium incruentum. Audi Hesychium de ea immolatione disserentem c. 8. [Apertè hæc sanctio, eorum quæ circa nos aguntur mysteriorum exponit traditionem, & Pascha mysticum, quod Christus cum discipulis suis comedit, significat, quod docent ea quæ per partes in Sacrificio peragi præcipiuntur. *Obtulit & arietem secundum in consecratione Sacerdotum.* LXX. autem edunt; *Obtulit Moyses arietem secundum explicationis.* Rectè eorum quod in nos celebratum est mysterium, *Sacrificium explicationis* appellatur: ipsum enim nos perfecit, cùm priùs fuissemus infirmi, & ab imperfecta lactis educatione produxit; idest, ab ea quæ in lege est, de qua Paulus dicit; *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ; parvulus enim est.* Et rursus: *Nihil autem ad perfectum adduxit lex, sub introductio autem melioris spei, quæ data est, in hac nos spe constituit.* Veruntamen sacrificium hoc, eam quæ dicta est maior spes, per quam semper propinquamus ad seruiendum Deo, innuit.] Et mox. [Quis sit sacrificij huius effectus, vnctio aurium & manuum, pedumque demonstrat: pro obedientia quippè nostra, actio bona, atque conuersatio celebratur. Vnde & aures nostræ vnguntur, vt inobedientia Adam carentes, Vnigeniti obedientiam consequamur. Post hæc extrema manuum vnguntur & pedum, quia non solùm manus, sed & pedes, pro actione accipiuntur; quod probatur ex eo quod Dauid dicit; *Pes meus stetit in via rectâ.* Et rursus: *Statuit supra petram pedes meos.* Quia autem actiones quasdam bonas quasdam autem malas habemus, & figuram malorum sinistra gerit, rectè dextra vngitur. Confortantur enim ea quæ vnguntur; & destruuntur; atque disperduntur ea quæ non vnguntur: quod apertè demonstrat disperdens Ægyptum Angelus; quia vbi vnctio immolati inueniebatur, non percutiebat. Sed tamen primus Sacerdos sanguine, & post eum filij eius, secundum legem vngebantur: quia & ipse Dominus primus in cœna mystica intelligibilem accepit sanguinem,

Sectio I. Cap. VI.

sanguinem, atque deinde calicem Apostolis dedit. Sed ecce legislator hic post vnctionem Aaron & filiorum, subdidit: *De sanguine veli quem fudit super altare per circuitum.* Quod & Christum fecisse inuenimus, bibens enim ipse, & Apostolis bibere dans, tunc intelligibilem sanguinem super altare, videlicet suum corpus; effudit. Corpus autem Christi Ecclesia est, & omnis plebs eius, quod specialiter dicentem Marcum inuenimus. *Et sumens, gratias agens, dedit eis, & biberunt ex eo omnes, & dixit eis: Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effusus est.*]

Rursùs infrà tractans præceptum de coquendis carnibus ante ostium tabernaculi, sic scribit. [Præcipua nunc legislator pronidit, discretúque mysteria, & figuraliter per ea quæ nunc contemplatus est tradidit, intra Ecclesiam ea perfici, & nullatenus prophanorum visibus, & numbus publicari. Nec cuilibet volenti prophanandi ea esse facultatem. Vnde quia tabernaculum testimonij Dei cœlum esse, atrium autem tabernaculi huius Ecclesiam, quia ipsa est ante cœli introitum collocata; ipsa Hierusalem quippè tenet imaginem, sicut olim prædiximus, intus in ea carnem Sactificij coqui præcepit. Ait enim. *Præcepit eis, dicens: Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas.* Et sicut addunt LXX. *in loco sancto.* Est autem locus sanctus, altare. Ibi enim Sanctus Sanctorum requieseit. Sed quid addidit. *Et ibi comedêtis eas. Panes quoque consecrationis*, siue vs LXX. edunt, *& panes qui sunt in canistro consummationis, edite. sicut præcepit mihi Dominus. Aaron & filij eius comedent eos.* Quomodò ergo in his non admiranda sit sapientia Spiritus? Nullam quippè dubietatem hoiusmodi intellectui dereliquit: propterea carnes cum panibus comedi præcipiens, vt nos intelligeremus, illud ab eo mysterium dici, quod simul panis & caro est, sicut corpus Christi panis viui, qui de cœlo descendit. Propter quod Heliæ secundùm LXX. editionem, carnes manè, panes autem vesperi deferebant corui supernè; præfigurate hoc mysterium Domino volente: quod intus oportet in Ecclesia, in loco sancto, id est, ad altare coqui, & comedi: alibi verò nequaquam. Propter quod Paulus Corinthijs præcipiebat: *Conuenientibus autem vobis in vnum, iam non est Dominicam cenam manducare. vnusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid non domos habetis, ad manducandum & bibendum, aut Ecclesiam Dei despicitis?* Et hocidcò, vt illic absolutè mystica cœna deberet celebrari. Aaron & filij eius illud rectè comedunt: Nisi enim Christus togatus ore Sacerdotum, ipse venerit, & cœnam sanctificauerit, & initiauerit ea quæ aguntur, nullatenus Sacrificium Dominicum faciunt.]

Hæc omnia ad diem Pentecostes pertinuisse, intelligitur ex Glossa ab Hesychio adhibita, ad illud Domini iussum consecratis Sacerdotibus datum: *De ostio tabernaculi non exhibitis, septem diebus.* [Septem cur?] ait Hesych. [Quia quinquagesima dies, septenario numero in semetipso multiplicato, & vno ei adjecto perficitur. Vnde hebdomadarum eam festiuitatem apud Moysem dici, manifestant sequentia, ait enim secundùm septuaginta. *Vsque ad diem completionis quinquaginta dierum*, Pentecostem dicens: Complet enim septenarium numerum in semetipso multiplicatum.] Et paulo post. [Quia autem completio dierum illa maximè dicitur, planè per Lucam Spiritus tradit: *Et dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes simul: factus est autem repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & replenit totam domum, in qua sedebant: & apparuerunt illis dispertita lingua, sicut ignis, sedítque supra singulos eorum, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Non frustra ergo, dies completionis dierum, & consummationis, Pentecoste dicitur; sed vt completionem quidem dierum septenarium habens, gerens autem Spiritus plenitudinem, implens eos perfectione, quibus infundebat Spiritum.]

Optimè sub initium capitis noni. [Quia ergo diem consummationis, seu consecrationis Pentecostem intelligi oportet, ostendimus; & quia vsque ad eum diem dominico mandato prædicatio inhibita est, propterea non exire ianuam tabernaculi testimonij filios Aaron, præcepit. Considerandum est, qualia consummari, & in hac die lex præcepit. Diem enim octauum, Pentecostem appellat, quia Pentecostes dies incidit in hanc, qua Saluator resurrexit, quæ esse octaua creditur: quia figuram gerit primitiarum futuri, sed & consummationis præsentis sæculi, quæ in septem reuoluitur diebus. Pentecostes autem circulus sub prædicto numero est; ergo rectè incidit in præsenti sæculo. Consummationem, simúlque resurrectionem significat Pentecostes dies? oportebat enim, vt in qua die surrexit Christus, in eadem & Spiritus adueniret. Tunc ergo vocans Aaron & filios eius, & maiores natu Israël, ait; Ecclesiam quodammodò, per eorum qui dicti sunt, ædificanies vocationem. Tunc quippè priùs conuocatum est Ecclesiæ spectaculum, in qua intelligibilis Aaron, id est, Christus, Sacerdos esse creditur: Filij autem eius, qui sublimis sunt conuersationis, & ideò Sacerdotij ministri & cooperatores sunt. Maiorum natu autem Israël, Presbyterorum ordo est: ex his quippè corpus Ecclesiæ componitur. Sed Aaron quidem accepit ibi vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrumque immaculatum, & obtulit coram Domino. Tunc enim Christus sacrificium suum innotescere cœpit, ex quo Spiritus aduenies, Parthos, & Medos, & Elamitas, & omnium gentium primitias, ad Apostolorum cœnaculi supetiora collegit. Accepit autem & ordo maiorum natu Israël, quem Presbyterorum esse diximus: vtpotè ipse sortem & figuram Doctorum gerens, & qui ad docendos nos vtilis est, vitámque perficere in Ecclesia conuenientium potest.]

Cur autem omnia diuino illo iusso comprehensa essent facienda, rationem reddit Moyses, *quia hodie Dominus apparebit vobis.* [Hoc (ait Hesychius,) conclusio & probatio est: quia de Pentecoste prædicta omnia dicebantur: In ea enim eis appatuit Dominus, Spiritus videlicet, de quo Paulus dicebat; *Dominus autem spiritus est.* Quomodò

autem

autem apparebit in eis, dixit Lucas: *Visa sunt eis dispertita lingua, sicut ignis, & sederunt supra singulos eorum.*] Mox quæ ea Mosis verba excutiens, *Iste est sermo quem præcepit Dominus, facite, & apparebit vobis gloria eius.* [Gloriam esse Domini Spiritum, manifestè ostendit, quod Paulus ad Corinthios scripsit; *Nos omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, sicut à Domini spirita.* Vt ergo gloria Domini videretur; id est vt aduentus celebraretur Spiritus, *iste est sermo*, (inquit,) *quem præcepit Dominus, facite*, videlicet mysticè, de quo præceperat Dominus: *Hoc facite in meam commemorationem.* Sermonem autem legislatur ex consuetudine illud vocat, quia plos sermone subsistit huius dispensatio mysterij, maximè Dominico verbo, ea quæ apparent, in aliud aliquid maius & intelligibile transferente. Vnde cum manna imaginem panis vitæ; qui descendit de cœlo, præsentaret; *Hic est panis*, ait, *quem dedit vobis Dominus ad comedendum: hic est sermo, quem constituit Dominus.* Quid ergo ex his quæ dicta sunt Legislator significat, nisi quia siue dubio agentibus eis Sanctum Mysterium, & Dominicam cœnam celebrantibus, aduenit Spiritus? Quod etsi non planiùs expositum habemus, multa quippè studio breuitatis scriptura diuina prætermisit, quæ fas est ex alijs colligere. Erat enim dies qui appellatur Dominicus, in quo oportebat modis omnibus agere Apostolos mystica & Sacra.]

Pulchrè Hesychius Mosaïcum *facite* composuit cum illo Christi verbo in cœna suprema *Hoc facite.* Quo verbo datum Sacrificandi præceptum, agnoscunt DD. Nam *facere*, sæpè sumitur pro *Sacrificare.* Vt Leuit. 15. & 23. Num. 6. 8. & 9. Iudic. 13. ac 3. Reg. 18. Ietem. 7. Ezech. 43. aduertítque Stephanus Durantus l. 2. de Ritibus cap. 3. Hebraïcum verbum *Asa* quod *facere* significat: vsurpari etiam ad significandum confectionem sacrificij. Ipsimet Ethnici, verbum *facere* passim adhibent in eadem notione. Sic enim Mato Ecloga 3.

Cum faciam vitula pro fœgibus, ipse venito.

Idem habetur ex Tullio Orat. pro Mutæna, & ex Plauto in Asinaria, necnon ex Macrobio l. Saturn. 3. cap. 2. Cum ergo Apostoli iuxta Domini mandatum facerent, id est sacrificarent, apparuit Spiritus Sanctus; de qua apparitione sic Hesychius ad calcem capitis noni. [Hæc ergo discipulis Domini agentibus, Spiritus aduenit, propter quod audiamus sequentia. *Apparuitque gloria Domini omni multitudini. Et ecce ignis egressus à Domino, deuorauit holocaustum, & adipem qui erat super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies suas.* Putásne aliqua interpretatione, præsentia verba Legislatoris opus habent? Ipsa namque verbis concordant his quæ sunt de aduentu Spiritus in Apostolicis Actibus scripta, *Apparuit* inquit *gloria Domini omni multitudini.* Quomodò, dicat forsitan quispiam? Vtique talis, qualé Ezechiel super Cherubin visam descripsit, aut quales Michæas, vel Esaias: quorum vnus quidem, Seraphin in circuitu, alter verò cœlestem exercitum vidit. Sed nequaquam fuit vna, quæ omnibus, & vbique spiritualibus appatuit gloria, sed differentes visiones, vtpotè incomprehensibiles præbebat videntibus: præsens tamen similis erat illi, qua intelligibilis egressus est ignis à Domino die Pentecostes, propter quod ait: *Apparuit gloria Domini, & egressus est ignis à Deo.* Ergo in specie ignis apparuit, quemadmodum & Lucas exponit: *Et factus est de cœlo sonus Spiritus vehementis, & implent totam domum in qua erant sedentes, & visæ sunt illis diuisæ linguæ, sicut ignis.* Populi etiam omnis, meminerant Legislatoi facit. Quod & Lucas hoc modo exponit: *Et erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi de omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt. Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est.* Quia enim non tolùm conuenit, sed expauit, & ipse hoc demonstrat, dicens; *Obstupescebant enim & admirabantur.*] Quod Spiritum Sanctum esse gloriam, ait hic Hesychius, pulchrè à Gregorio Nysseno traditor, homil. 15. in Cant. *sub finem.*

Arg. ex Sacrificio in consecr. Sacerdotij

CAPVT VII.

Sacrificij incruenti in Pentecoste celebratio, probata ex noua legis promulgatione, antistropha promulgatione legis antiquæ, & ex proportionabilibus Iudaicæ & Christianæ religionis Encænijs.

NOn erit dubium, quin Apostoli in Pentecoste ritu Christiano sacrificaueriut; si constiterit, & legem Mosaicam & Christianã, fuisse promulgatas in die Pentecostes, & eadem die datum esse vtrique Religioni initium, non absque Sacrificio cuique legi consentaneo: hoc est cruento in priore promulgatione, incruento autem in secunda.

Vt ergo constet de correspondentia vtriúsque Pentecostes, præmittendum est, quod habet his verbis Apostulus ad Gal. 4. *Scriptum est quod Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo Testamenta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem, & seruit cum filijs suis. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Sensus Apostoli eo loco est, Saram & Agar, duo Testamenta significasse; siue duo fœdera Deum inter & homines inita. Vnum in Sina cum Hebræis, vt habetur Exod. 24. aliud cum Christianis, in Sion siue Ierusalem. Sed vetus quidem Testamentum per Agatem ancillam expressum, (nã etiam Arabes apud quos est Sina, vocant eum *montem Agar*:) genuit Iudæos vmbris seruientes, & seruilem in morem metu pœnarum actus. Mons autem Sion adumbratus per Saram liberam, procreat liberos tales quippè sunt Christiani omnes, beneficio Christi Redemptoris asserti in libertatem. Est porrò inter duos illos montes, penes gesta in vtroque,

correl

Sectio 1. Cap. VII.

correſpondentia non modica, quam exprimés Apoſtolus ait, *Sina mons eſt in Arabia, coniunctus ei qua nunc eſt Ieruſalem.* Quomodò Sina, ſi in Arabia eſt, dicitur coniunctus Ieruſalem, inter quam & Arabiam, totius Idumeæ capedo interiacet? Fruſtra ſanè localem coniunctionem atque viciniam, inter Sina & Sion ſiue Ieruſalem, commentantur ad eum Apoſtoli locum nonnulli. Et multo minùs cogitanda eſt vtriuſque illius montis identitas, contra quam ex vatijs Scriptutis & diuerſa nominum notatione, latè pugnat creditus Cyprianus l. de montibus Sina & Sion. Sed eo Apoſtoli loco, *coniunctio* Græcè *συστοιχία*, (vt benè notarunt Cornelius ibi, & Serarius, Ioſuë 4. q. 4.) idem ſonat quod cognationem & correſpondentiam, quæ verè multiplex notari poteſt inter Sina & Sion; nominatim verò quoad vatia ad negotium præſens attinentia. Nam lex data eſt in monte Sina, & quidem in Pentecoſte. Item tabernaculum primò erectũ eſt in Sina, vt offerretur Deo Sacrificium, vt patet ex c. 19. Exodi. Ibid. Aaron & filij eius vncti ſunt in Sacerdotes, vt habetur Exod. 40. & n. 8. Denique in Sina celebratum eſt primum Phaſe. Proportionalia his omnibus geſta ſunt in monte Sion. Vnde patet; quomodò Apoſtolus dixerit, montem Sina & montem Sion coniunctos eſſe, id eſt perbellè ſibi reſpondere. Nam lex noua promulgata eſt in Sion, & quidem in Pentecoſte. In eodem monte Sion, fuit prima Chriſtianorum Eccleſia, in qua Apoſtoli conſecrati ſunt Sacerdotes, & Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus incruentè, vt ferebat noua adoratio in Spiritu & veritate.

Dimittenda tamen hoc loco eſt conſecratio Apoſtolorum, & primi Chriſtiani Paſchatis celebratio in monte Sion, de quibus nulla eſt Chriſtianos cõtrouerſia. Quem enim latet Chriſtianorum, Apoſtolos in monte Sion initiatos eſſe nouo Sacerdotio; & ibidem obuiantibus ſibi nouis & antiquis Sacramentis ſuper cœnam vltimam, primò confectam eſſe Euchariſtiam? Et idcirco S. Epiphanius in compendiaria doctrina, vocat Euchariſtiam *panem acceptum ab Ieruſalem.* Neque ſanè licebat facere phaſe extra Ieruſalem, vt diſertè ſancitur Deuter. 16. Vnde Chriſtus Dominus patriorum inſtitutorum tenaciſſimus, è Bethphage miſit in Ieruſalem, duos è diſcipulis, ab parandum inibi locum in quo Paſcha faceret. Eumque locum fuiſſe in illa vrbis parte quæ montis Sion pottionem occupabat, tradit diſertè S. Damaſcenus 4. fidei cap. 14. & Orat. 2. de Dormit. Deip. necnon Beda l. de locis Sanctis, ac Brocardus in Terræ Sanctæ deſcriptione c. 7. §. 47. Certa autem fides eſt, ibidem Chriſtum confeciſſe Euchariſtiam, vbi fecit Paſcha legale poſtremum, & vltimò cum diſcipulis cœnauit. Igitur eſt extra omnem dubitationis aleam, quod Sion bellè reſpondeat Sinæ, quoad Sacerdotum Chriſtianorum inſtitutionem, ac celebrationem primi phaſe Chriſtiani. Euſebius quidem l. 3. de Vita Conſtantini cap. 42. dixit Chriſtum Apoſtolos Sacerdotio initiaſſe in antro, & ibidem celebraſſe primum phaſe Chriſtianum. Sed fortaſſis *antri* nomine Euſebius intellexit locum reconditum, & à turba ſemotum, quale ſanè fuit cœnaculum in quo tanta myſtetia ſunt peracta: quamuis non eſſet locus cauus intra rupem quampiam, vt ſonat Latina vox *antri.* Conſonantiam igitur & correſpondentiam montium Sina & Sion, quoad Apoſtolorum initiationem, & primam Chriſtiani Paſchatis immolationem, abſque alia diſcuſſione ratam habeamus, & dimittamus in præſentia.

Inſiſtendum verò accuratè eſt alijs eotundem montium correſpondentijs, quoad promulgationem vetetis legis in Sina, & quidem in die Pentecoſtes, nec abſque Sactificio, & quoad proportionalem per omnia nouæ legis promulgationem in Sion. Ac primùm ex cap. 19. Exodi, & ex Actor. 7. extra controuerſiam ſtatuitur, legem datam eſſe Moyſi in Sina monte, quem eo nomine & alijs nonnullis, nunc quoque religioſiſſimè frequentari, ſcribit Bellonius l. 2. obſeru. à cap. 62. Non ignoto Deuter. 5. dici, legem datam eſſe, & fœdus Dei cum populo ictum fuiſſe in Oreb. Nihilominus tamen fixum eſſe debet, legem datam eſſe in Sina. Neque enim Sina & Oreb ſunt duo montes, ſed vnicus; biceps tamen, id eſt conſtans duobus cacuminibus atque faſtigijs, quorum vnum verſùs Orientem ſitum, dicebatur *Sinai*: alterum verò ſpectans Occidentem, *Oreb* appellabatur. Itaque legem in Sina datam eſſe, non eſt obſcurum. Minùs liquet, quando ſit data. Scriptura quippè tantùm habet, Moſem cum populo, menſe tertio poſt digreſſum ex Ægypto, petueniſſe in deſertum Sina, ibique tertia die datam eſſe legem. Quoto autem die menſis illius tertij data ſit lex, ſiue vnde numerandi ſint tres illi dies menſis tertij, Scriptura non expreſſit; & idcirco Doctores variant ſententijs. Diuus quidem Auguſtinus quæſt. 79. in Exod. & Epiſt. 119. cap. 16. aduentum Moyſis & populi in Sina, conſignat ptima die menſis tertij, & triduo poſt affirmat datam eſſe legem. Sed hoc ſtare non poteſt, & multis argumentis quatitur à Bellarmino l. de Feſtis cap. 13. & à Toleto in cap. 7. Ioannis annotat. 2. §. *de Pentecoſte.* Certè ſi lex dicatur data die quinquageſimo à Paſchate Iudæorum, qua die celebratum eſt Feſtum Pentecoſtes, & demiſſus Spiritus Sanctus; ſequitur Pentecoſten & miſſionem Spiritus Sancti, contigiſſe non Dominica die, ſed Feria Quinta contra ipſiſſimet Diui Auguſtini ſententiam. Id verò ſequi, perſpicuum eſt. Nam numerando à die Paſchatis, ſiue egreſſionis ex Ægypto, dies quinquageſimus incidit in Feriam Quintam. Commodiùs ergo ijdem Toletus ac Bellarminus, necnon Cajetanus Exodi 19. & Azor. tom. 2. l. cap. 8. quæſt. 1. ac Serarius in cap. 4. Ioſuë quæſt. 9. affitmant: diem quo Hebræi iuſſi ſunt parati eſſe in diem tertium vt legem acciperent, non fuiſſe primam diem menſis tertij, ſed quartam. Ex quo efficitur, diem legis datæ, fuiſſe ſextum eiuſdem menſis: qui eſt præcisè dies quinquageſimus ab agni mactatione, & exitu ex Ægypto.

Eadem porrò die datam eſſe legem nouã, facilè euincitur. Nam lex noua tunc demũ data cenſetur, cum fuit ſolemniter promulgata; nec

abſque

absque iniecta obligatione vt susciperetur. Hoc autem contigit die Pentecostes, qui fuit dies quinquagesimus à Paschate Christiano, quo per Christum transimus mare rubrum. Apostoli siquidem qui delecti à Deo fuerant promulgatores legis nouæ, ante eam diem sederunt in ciuitate, iuxta Christi oraculum. Ea autem die induti virtute ex alto, dante euangelizantibus, exposuerunt fidem Christianam, denunciantes, vt ad expiandum scelus dirè in Christum admissum, eam fidem nouam profiterentur, & baptismum in nomine Christi susciperent, si salui esse vellent: contestatique sunt plebem, non esse aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteret eos saluos fieri, quàm nomen IESV Christi, quæ fuit solemnis & publica legis Christianæ promulgatio. Igitur, vt rectè statuit creditus Cyprianus serm. de Spiritu Sancto, & Sanctus Hieronymus Epist. 127. mansione duodecima, ac Rupertus lib. 10. de Offic. cap. 12. Vtraque lex eodem die data est; nempe die Dominico & quinquagesimo; numerando quinquagesimum, pro veteri quidem lege, à Paschate carnali, & egressione ex Ægypto: pro lege autem noua à die resurrectionis Domini: quam diem fuisse Dominicam habet certa Ecclesiæ traditio; quæ item confirmat, Pentecosten Christianam, & missionem Spiritus Sancti, die Dominica contigisse. Ita enim passim Patres, vt notauit Suarez t. 2. 3. p. dist. 46. sect. 1.

Est tamen aliqua difficultas in ea subductione. Nam Spiritus Sanctus demissus est, & lex Christiana promulgata, cum complerentur dies Pentecostes Iudaïcæ. De ea quippè Pentecoste agebat Lucas Actor. 2. cùm dixit, Spiritum Sanctum aduenisse cum complerentur dies Pentecostes. Id enim accipi nequit de Pentecoste Christiana, quæ tunc nondum innotuerat. A die autem Dominica qua Christus resurrexit, & fuit eo anno tertia dies azymorum, ad diem vsque Dominicam, subiunctam septem hebdomadibus, quot explendæ erant pro celebranda Pentecoste, vt iubetur Leuit. vigesimo tertio) numerantur dies quinquaginta & vnus: Sicut à secunda die azymorum, quæ eo anno fuit dies sabbathi, numerando septem hebdomadas ad celebrandam Pentecosten præscriptas, quinquaginta dies finiuntur in sabbatho: cum tamen ratum esse debeat, Pentecosten Christianam contigisse die Dominica.

Agitat susè hanc difficultatem Suarez sect. illa. t. tandémque concludit, Spiritum Sanctum descendisse, & nostram primam Pentecosten accidisse circa diem Pentecostes Iudaicæ, hoc est die sequenti. Verùm hac ratione euertitur correspondentia dierum quibus lex vetus & noua sunt datæ; Neque enim vterque ille dies erit. Dominicus, & quinquagesima à Paschate, quod tamen Patres passim agnoscunt, vt Suarez fatetur. Sunt qui aliter difficultatem propositam extricent: nimirum dicendo, alteram diem azymorum à qua numerandi erant dies 50. quo anno Christus passus est ac resurrexit, fuisse sabbathum: ac proinde manipuli oblationem dilatam esse ad primam diem festam, quæ fuit nostra Dominica. Vnde numerando vsque ad festum oblationis panum & hebdomadarum, quo Spiritus Sanctus descendit, inueniuntur dies 50. Ita S. Epiphanius hær. 51. Rupertus 10. de Offic. cap. 12. Emanuel Sà Actor 2. Baronius anno 34. Sigonius. lib. 3. de Repub. Hebr. c. 10. & 18. Francolinus l. de horis Canon. cap. 84. & 94. Bellarminus lib. de Festis cap. 13. & ineunt quoque eam quinquaginta dierum subductionem Iansenius cap. 126. Conc. Ioan. Lucidus Tract. de pass. dom. c. 9. Maldonatus in cap. 26. Matth. ad illud *scitis quia post biduum*, & ibidem Burgensis atque Lyranus, sed ex diuerso fundamento, reuera ruinoso & alibi disiecto; nempe quod Iudæi eo anno quo Christus passus est, pro more inter eos recepto; ne duo Festa, Paschale scilicet & Sabbathum se subsequerentur, transtulerint primum diem azymorum in sabbathum: Qua suppositione admissa, secundus dies azymorum incidit in nostram Dominicam, & inde ad festum vsque hebdomadarum, dies 50. interuenerunt. Sed hoc fundamentum (vt dixi) ruinosum est, & euersum in Tractatione de Iuda cap. 9. num. 7. & sequent.

Arg. ex noua legis promulgatione.

Solida ergo difficultatis propositæ enodatio ea esse videtur quam tradunt Azor supra q. 3. *in fine*, & Sanctius Actor. 2. *ad versum* 1. num. 14. Nimirum quod secunda dies azymorum, fuerit extra numerum 50. dierum quibus Festum Pentecostes finitur: quia in summa aliqua ineunda, interdum vterque extremus numerus omittitur, nec in ea summa includitur; interdum alter, nunc vnus, nunc alius missus fit. Quod variis Scripturæ locis confirmat Sanctius, indéque apparentes variorum Scripturæ locorum dissensiones conciliat. Iuxta illam ergo doctrinam, secundo die azymorum à quo Iudæi incipiebant numerare quinquagenam, excluso ab ea summa; & incipiendo numerationem à die tertia azymorum quæ eo anno fuit nostra Dominica; infertur, eo anno Iudaïcam & nostram Pentecosten, incidisse in eandem Dominicam diem. Tradit hoc perpulchrè S. Leo serm. 1. de Pentecoste, *initio*, verbis illis. [Ab illo die quo Dominus super omnem cœlorum altitudinem ad dextram Dei Patris conscensurus ascendit, decimus iste est, qui ab eiusdem resurrectione quinquagesimus nobis, in eo à quo cœpit, illuxit, magna mysteria in se continens, & veterum Sacramentorum & nouorum: quibus manifestissimè declaratur, & gratiam prænunciatam fuisse per legem, & legem impletam esse per gratiam. Sicut enim Hebræo quondam populo ab Ægyptiis liberato, quinquagesimo die post immolationem agni, lex data est in monte Sina: ita post passionem Christi, qua verus Dei agnus occisus est, quinquagesimo à resurrectione ipsius die, in Apostolos plebémque credentium, Spiritus Sanctus illapsus est: vt facilè diligens Christianus agnoscat, initia veteris Testamenti, Euangelicis ministrasse principiis; & ab eodem Spiritu conditum fœdus secundum, à quo primum fuerat institutum.]

Optimè quoque credimus Chrysostomus ser. de Spiritu Sancto in Pentecoste. *sub initium.*

Sectio I. Cap. VII.

[Nouæ hodie orbi terrarum annunciantur leges, nouum Testamentum, noua creatura. *Emittes* enim, inquit, *Spiritum & creabuntur, & renouabis faciem terræ*, quæ olim andiuit; *Terra es, & in terram abibis.* Proindè audítor sermonum auidè mente tua recurre ad montem illum, Sinæum dico: & disce quomodò olim vetus lex data sit, quomodò item & nunc nouum Testamenmm. De quo inquit per Prophetam Scriptura; *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & testamentum faciam super domum Iuda:* hoc est, super duos populos Testamentum nouum: *non sicut Testamentum, quod statui cum patribus eorum, quando eduxi eos ex terra Ægypti, dans leges, in mentem eorum & in corda eorum inscribam eas.* Quomodò igitur dic mihi & quãdo vetus lex Israëli data est post libetationem de seruirute Ægyptiorum in monte Sinæo; & proptertea etiam nunc nouom Testamentum in monte Sion, redemptis de setuitute inimici datur? Illic cùm Moses in montem ascendisset, lex descendit: hîc vbi Christus in cœlum ascendit, Spiritus Sancti lex nobis aduenit. Illic ignis montem impleuit, ideò & hodie in ignis linguis Spiritus apparuit. Illic agnitionis diuinæ primitiæ, Israëli declarabantur: hîc noue agnitionis diuinæ gentibus significantur. Illic linguam, quam non nouit, audiuit populus, & hodie linguam, quam non nouit, locutus est Apostolorum chorus. Illic cùm lex daretur, voces tubæ sonabant: & hodie factus est repentè de cœlo sonitus, tanquam impetu venientis Spiritus validi. Et illic post triduanam populi purgationem lex data est; nunc autem post triduanam Christi resurrectionem, Spiritus Sanctus nobis donatus est. Nam *dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli vnanimiter in eodem loco, & factus est repentè de cœlo sonitus, tanquam impetu venientis Spiritus validi, & impleuit totam domum vbi erant sedentes, & apparuerunt eis diuisæ linguæ tanquam ignis, sederunque super singulos eorum, & impleti sunt omnes Spiritu Sancto.*]

Indidem in calce sermonis, hanc eruit clausulam perbellè confirmatem quod hîc affero. [Quoniam autem hodie Spiritus aduenit, & nouæ legis noua, & admirabilis Legislatio facta est; bonam in Spiritu fiduciam habentes, spiritualia enm lege comparemus, vt illustretis in quo tu fidelis à Indæo differas & quantò sublimius sit nouum Testamentum veteri. Quæ igitur lex, quam hodie è cœlo datam dicis? Spiritus gratia. Quæ rationales tuæ tabulæ, in quibus hæc lex insculpitur? Anima & corpus. Quæ tua spiritualis circuncisio? Omnis malæ cupiscentiæ excisio, & ab ea auersio: Quod tuum altarium? mens tua spiritualis. Quod spirituale tuum sacrificium? Omnis bona operatio. Quis altaris mi ignis? Compunctionis calor. Quod templum tuum à Deo condítum? Mundum cor, in quo Deus habitare amat. Has te doctrinas, huius diei solemnia pancis docet. Hanc tibi legé dies Pentecostes Hæc te mysteria docet Spiritus.]

Commendant ergo hi Patres, Pentecosten Christianam, ex eo quod in ea sit data lex noua, sicut in antiqua Pentecoste data fuerat lex vetus: & verisimillimum videtur, vtrumque hoc festum his beneficiis recolendis (saltem præcipuè) fuisse addictum. De Pentecoste tamen Iudaïca, id negat Toletus in capit. 7. Ioan. annotat. a. §. *de Pentecoste.* qui argumentatur ex silentio Scripturæ, præscribentis Festum Pentecostes Leuit. 23. & Deuteron. 16. vnde tantùm habemus, Deum pro gratiarum actione ob collectionem segetum quæ tunc metebantur, & ob collatam fructuum vbertatem, tussisse hoc festum celebrari. Idque vnum de huius Festi causa, produnt Philo l. de Decalog. & Iosephus libr. 3. Antiq. capit. 10. Patres verò, etiamsi sæpè affirmant legem datam esse in Pentecoste post quinquagenam dierum à Paschate: itémque etiamsi profirentur, promulgationem legis veteris in Pentecoste Indaïca, fuisse figuram promulgandæ ea die legis Euangelicæ; non tamen dicunt, Festum Pentecostes Iudaïcæ institutum fuisse in gratam memoriam legis datæ. Ita quidem Toletus. Incredibile tamen videtur, Iudæos legi suæ impensissimè addictos, nulla prorsus grati animi significatione die Festo testata, tantum beneficium recoluisse; neque Deum cui ingratitudo est ventus vtens, hoc eos stimulo impulisse, ad debitam in hac parte gratitudinem. Nullum autem fuit apud Iudæos festum quo legis datæ festiua memoria fieret, præter Festum Pentecostes. Itaque tametsi frugum suppeditatio & vbertas, erat vnum ex argumentis gratiarum actionis & festinitatis in Pentecoste, tamen multo magis consentanea aut etiam necessaria fuit festiua gratitudo pro data lege, quæ cibum animæ subministrabat. Et ita, finem iudictæ Iudaïcæ Pentecostes ex hoc motiuo integrati, agnoscunt Rupertus lib. 5. de Operibus Spiritus Sancti cap. 10. & lib. 10. de Offic. capit. 12. S. Thomas 1. 2. quæstion. 102. articul. 4. Setarius lib. 1. in Iosuë cap. 4. quæstion. 21. qui ait, hanc esse conspirantissimam non modò variorum Rabinorum quos adducit, sed etiam SS. Patrum sententiam, signatis nominatim Hieronymo & Augustino. Idem habet Magalianus lib. 4. in benedictio. Patriarch. sect. 11. annot. 4. Azor. tom. 2. lib. 1. dist. 8. cap. 1. & Barradius lib. 4. Itinerar. cap. 2. numer. 3. addueens Lytanum Leuit. 23. & alios quosdam. Scriptura porrò tametsi finem Festi Pentecostes quem diximus non expressit, tamen neque excluait. Eáque ratione se tegunt Theologi, qui Incarnationem ob bonitatem eius intrinsecam decretam asserunt; cuius finis in Scriptura expressus, est tantùm redemptio humani generis, & peccati destructio.

Quod dixi de fine Pentecostes Iudaïcæ, nempe quod eius primarius finis fuerit festiua recordatio beneficij tunc collati in legis antiquæ collatione, extendendum proportione est ad Pentecosten Christianam, dicendo institutam præsertim esse ad gratam memoriam, ob datam ea die legem nouam. Quis enim credat, Ecclesiam tantum beneficium quantum est suimet natalis, & promulgationis legis nouæ,

præterire

præterite ita voluisse, vt nulla illud festiua recordatione decoraret? Illa sanè promulgatio, natale fuit Ecclesiæ Christianæ. Quod si Otici victimæ, natalem suum exigont festinum, quanto iustiùs congregatio iustorum idem circa seipsam seruabit; ita vt diem qua lucem vidit, grata erga Deum tanti beneficij memoria, velit festinam transigere? Non abhorrent ab hac sententia, tradiderunt celebrati ea die in Ecclesia, beneficium collati solemniter Apostolis Spiritus Sancti. Ea enim solemnis & plena manifestatis effusio Spiritus Sancti, fuit abundans & copiosa donorum Spiritus Sancti elargitio, per quam adimpleti sunt sensu, sicut Euphrates, & sicut Tigris in diebus nouotum: nec aliò pertinuit, quàm vt ad Euangelij promulgationem instruerentur, & Ecclesiæ tunc plantatæ felicior esset constitutio. Sicut cum celebratur Natale Cathedræ, non omittitur gratiarum actio pro donis collatis ad illi vtiliter insidendum; idque ad festam initæ Cathedræ recordationem, maximè spectat. Hoc exemplo Natalis Cathedræ, validè firmatur quod hîc intendimus, de vniuersa Ecclesia Christiana. Nam si vnius cuiuspiam Episcopi promotio in Antistem & inauguratio, olim adeò festiua fuit, vt perspicuum est ex superstite hodiéque gemina solemnitate Cathedræ S. Petri, & ex multis aliis exemplis quæ notarunt Rosuedius ad Epistolam 16. S. Paulini & à Roa l. de die Natali c. vltimo; nemo non videt, ipsiusmet legis Christianæ initium, & Ecclesiæ Christi institutionem ac erectionem omnibus Cathedris Pontificiis necessariò præsuppositam, iustius esse festæ celebritatis & exhibendæ Deo solemnis gratiarum actionis argumentum. Idémque multo magis dicendum est, de Encœniis materialium Ecclesiarum, iam olim festiuis; necnon de festo baptismi, personæ cuiusvis singularis, de quo plenè in Tractatione de Cereo Agno.

Vtriusque igitur legis datæ & constitutæ, vtriusque religionis ac Ecclesiæ, festiuam gratámque memoriam ambæ Penteeostes continent; meritóque iisdem vtrobique diebus alligata est ea publica recordatio; quandoquidem mysteria vtroque illo die in vtroque Testamento celebrata, adeò proportionalia fuerunt; & tam bellè inuicem consenserunt, salua tamen insigni illa diuersitate quæ tantæ consensioni est comitata, vt insigniter expendit D. Augustinus serm. 6. de verbis Apostoli cap. 5. verbis illis. [In magno mysterio videte concordiam legis, distantiam plebis. Celebratum est Pascha in illo veteri populo, nondum in luce fulgente: sed in vmbra significante celebratum est, & post quinquaginta dies à celebratione Paschæ, sicut computans inueniet, qui voluerit, datur lex in monte Sina, scripta digito Dei. Venit verum Pascha, immolatur Christus: transitum facit à morte ad vitam. *Transitus* enim interpretatur Hebraicè *Pascha*: quod expressit Euangelista dicens, *Cùm autem venisset hora, vt transiret Iesus de hoc mundo ad Patrem.* Celebratur ergo Pascha, resurgit Dominus, facit transitum à morte ad vitam, quod est Pascha: & numeratur quinquaginta dies, & venit Spiritus Sanctus, digitus Dei. Sed videte ibi quomodò, & hîc quomodò. Ibi plebs lõgè stabat, timor erat, amor non erat: Nam vique adeò timuerunt vt dicerent ad Moysem; *Loquere tu ad nos, & non nobis loquatur Dominus, ne moriamur.* Descendit ergo, sicut scriptum est, Deus in Sina in igne: sed plebem longè stantem territans, & digito suo scribens in lapide, non in corde. Hic autem quando venit Spiritus Sanctus, congregati erant fideles in vnum: nec in monte terruit, sed intrauit in domum. De cœlo quidem factus est subitò sonus, quasi ferretur flatus vehemens. Sonuit, sed nullus eapauit. Audisti sonum, vide & ignem: quia & in monte vtrumque erat, & ignis & sonitus; sed illic etiam fumus, hîc & ignis setenus. *Visa sunt enim illis,* inquit Scriptura, *lingua diuisa, velut ignis.* Nunquid de longinquo territans? Absit. Nam *insedit super vnumquemque eorum, & cœperunt linguis loqui, sicut Spiritus dabat eis pronunciare.* Audi linguam loquentem, & intellige Spiritum, non in lapide, sed in corde scribentem. Lex ergo Spiritus vitæ scripta in corde, non in lapide, in Christo Iesu, in quo celebratum est verissimum Pascha, liberauit te à lege peccati & mortis. Nam vt noneris ipsam esse distantiam euidentissimam veteris & noui Testamenti; vnde & dicit Apostolus; *Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus,* Dominus apud Proph. tam dicit; *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Iacob Testamentum nouum non secundum Testamẽtum quod constitui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum & eduxi eos de terra Ægypti.* Deinde ipsam differentiam euidenter ostendens *Dans*; inquit, *leges meas in cordibus eorum, in cordibus,* inquit, *eorum, superscribam eas.* Si ergo scribatur lex Dei in corde tuo, non foris terreat, sed intus mulceat: tunc lex Spiritus vitæ in Christo Iesv liberabit te à lege peccati & mortis.]

Argum. ex nona legis promulgatione.

Insigniter quoque lib. de Spir. & litera capite 16. & 17. his præter cætera. [Quem non moueat ista cõgruentia, ibidémque eadem subsistentia? Dies enim quinquaginta computantur à celebratione Paschæ, quæ occasione figuratæ ouis per Moysem fieri præcepta est, in significationem vtiqne futuræ Dominicæ passionis, vsque ad diem quo Moyses legem accepit in tabulis digito Dei conscriptis: similiter ab occisione & resurrectione illios, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, quinquaginta diebus completis, congregatos in vnum fideles, digitus Dei, hoc est, Spiritus Sanctus implenit. In hac mirabili congruentia, illud certè plurimum distat, quod ibi populus accedere ad locum vbi lex dabatur, horrendo terrore prohibetur: hic autem in eos supervenit Spiritus Sanctus, qui eum promissum expectantes, in vnum fuerant congregati. Ibi in tabulis lapideis digitus Dei operatus est; hîc in cordibus humanis. Ibi ergo lex extrinsecùs posita est, quâ inimici terterentur; hîc intrinsecùs data est quâ iustificarentur.]

Accedit etiam ea optima ratio vtramque Pentecosten assumendi ad recolendum beneficium collatę vtriusque legis, quia collatio legis nouæ facta in Pentecoste Christiana habet pro fine reparationem plenam eius cladis

Sectio I. Cap. VII.

homini illatæ quam lex vetus farcire nequiuerat, quamsi eius curationem adumbrauerat. Disputatio est omnino luculenta Hugonis Victorini in Iustii. Monast. serm. 70. quam compendio repræsento. Considerat igitur Hugo, hominem cum in honore esset & cognitione atque affectu diuinitus insigniter exornatus, deceptum à Satana vtrisque illis bonis excidisse, quoad superadditas naturæ cœlestes prærogatiuas, saluis duntaxat naturalibus dotibus ob quarum permanentiam homo dicitur semiuiuus relictus. Sanationi ergo illorum malorum & instaurationi geminæ illius eladis adiiciens animum Deus, prolusit plenæ curationi & instaurationi præmissis legibus anterioribus, naturali inquam & scripta, melius innotescerer homini quantis bonis excidisset, perspiciens neque cognitionem neque affectum siue naturali siue Mosaica lege potuisse sanari & neque scientiam veritatis per legem sufficisse ad illuminationem necessariam consequendæ saluti: neque voluntatem minùs succumbere infirmitati concupiscentiæ, quia vires à lege non præstabantur; Ex quo apparuit non posse hominem peccato languidum & semiuiuum per solam legem antiquam redintegrari ac in integrum restitui, cognitione & affectu sanitatis, nisi conferretur lex noua. [Postquàm itaque (inquit tandem Hugo prædictis omnibus latè stabilitis) postquàm inquam homo cognouit cœcitatem & infirmitatem suam, conuenienter data est lex quæ & illuminaret cœcum, & sanaret infirmum; illuminaret ignorantiam, refrigeraret concupiscentiam; illuminaret ad cognitionem veritatis, inflammaret ad amorem virtutis. Propterea Spiritus datus est in igne, vt lumen haberet & flammam; lumen ad cognitionem, flammam ad dilectionem.] En quomodò fatigit Deus vt perficeret per legem vouam, quod priores leges absque effectu adumbrauerunt duntaxat. Et vt monstraret legem nouam ei ipsi fini seruire quem duntaxat adumbrauerat lex scripta, summam induxit adiunctorum collatæ vtriusque legis correspondentiam, quæ adiuncta tam supra retulimus, & breuiter sic perstrinxit Hugo ibidem continenter. [Huius autem dationis optimæ & perfectæ, quæ desursum est descendens à Patre luminum, Sacra solemnitas, nou est noua, ignota, subita; sed antiqua celebris & authentica, quondam per Moysem & filios Israël, in monte Sinaï typicè celebrata. Lex enim per Moysem data est, gratia & veritas per IESVM Christum facta est. Lex data est in monte excelso, gratia data est sursum in cœnaculo. Lex data est in fulgoribus igneis, gratia data est in igneis linguis: lex data est duodecim tribubus, gratia data primùm duodecim Apostolis; lex scripta est in duabus tabulis, gratia consummatur in duobus præceptis charitatis; lex scripta est digito Dei in tabulis lapideis, gratia scribitur per Spiritum sanctum in cordibus humanis; lex data est die quinquagesima postquàm celebratum est Pascha in terra Ægypti, gratia data est die quinquagesima post resurrectionem Domini; cum enim completentur dies Pentecostes, erant discipuli pariter in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus Spiritus vehementis, &c.]

Tantam encæniorum vtriusque Testamenti pœnes varia capita hactenus enumerata consensionem; & correspondentiam, vniformiter (vt sic dicam) differentem & magno miraculo (vt S. Aug aiebat) concordem simul ac discordem, vna alia discors concordia & dispar correspondentia est affectata, quam præterire non licet, cum sit præsenti instituto maximè opportuna. Nimirum quod in vtriusque legis donatione, sit sactificatum; sed in donatione priotis legis, quia erat lex typica & crassa, modo cruento atque corporeo: at in donatione legis gratiæ, quia est lex Spiritus vitæ, modo sublimiore, hoc est incruentè, & in Spiritu ac veritate. Sactificatum estè in vetcris legis donatione, & in Pentecoste antiqua ei recolendæ addicta, liquet ex Leuit. 23. versu 15. vbi dicitur. *Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ id est, quinquaginta dies: & sic offertis sacrificium nouum Domino, ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos, de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos pacificos anniculos, hostias pacificorum.* En Sacrificium ex panibus primitiarum, ac victimis postea tceensitis. Par ergo fuit vt veritas figuræ respondet, non deesse in Christiana Pentecoste Sacrificium; sed incruentum, quale Apostoli iussi sunt facere, cum constituta esset noua religio: Quia enim adoratio, id est Sactificatio in Spiritu & veritate, abrogatis pecorum cædibus, & materialibus & typicis quibusvis sacrificiis, propria facta est nouæ legis, vt Christus disertè pronunciauit Ioan. 4. propterea in nouæ religionis constitutione per promulgationem nouæ legis, sactificandum fuit iuxta eum nouum ritum, & citra cruoris effusionem.

Hæc ratio litationis Christianæ in Pentecoste, ob inductionem nouæ legis ac religionis tunc inchoatam, stabilienda est ea argumentatione quam egregiè persequitur Petrus Cluniac. ad quartum articulum Petrobusianorum. Summa disputationis eius est, quod natoræ lumine omnibus semper perspectum fuerit, sacrificandum esse Deo, & quidem soli. Sicut enim naturæ lumine perspicuum est omnibus qui non obtuuerunt, Deum esse vnicum, infinitè perfectum, à quo pendèt omnia: ita eiusdem luminis ductu est manifestum, deberi ei cultum supremum, quo agnoscatur esse rerum omnium principium. Vnde videmus, in omni gente & ætate, viguisse vsum sactificiorum, vt lariissimè prosequitur Demochares l. 1. de Sacrific. c. 4. & multis sequentibus. Impingit autem turpiter suo more Kemnitius 2. p. Exam. Concilij Trident p. 743. cum effutit, hunc fuisse naturæ corruptæ instinctum, è quo omnes superstitiones dimanarunt. Falsò hoc dixit Sectarius Kemnitius. Si enim vsus sacrificiorū è natoræ corruptione prodisset, non fuisset à Deo probatus, nec viti sanctissimi in lege naturæ

eum

eum vsurpassent. Vsus ergo ille, prodiit ex bono naturæ omnibus communi, & ex lumine à Deo super nos signato; cui in multis supra naturam accessit lumen altioris ordinis, dirigens ac vrgens ad eundem vsum tanquam sanctum & Deo acceptum. Neque verò tantùm verum est in omni ætate ac populo viguisse vsum sacrificiorum, sed etiam verum est vsum sacrificij ita esse nexum cum religione, vt cum primùm nata est religio, exortus item sit vsus sactificij: & quoties religionem luxari contigit, idem vitium circa sacrificia irrepserit. Sic apud Danielem cap. 3. tres pueri deflentes religionis euersionem, allegant defectum sacrificiorum. Et ibidem c. 12. Antichristus religione euersus, dicitur ablatutus iuge sacrificium. Nimirum quia summus nexus est & indissoluhilis coniunctio, religionis & sacrificij: ita vt vno posito vel ahlato, alterum item poni vel concidere sit necesse. Eóque spectans Apostolus Hebr. 7. diait, translato Sacerdotio, quod ad sacrificia ordinatur, necesse fuisse, vt legis translatio fieret. Eidémque solidissimo fundamento inniaus creditus Cyprianus serm. de cœna Domin. contestatur fore, vt religio Chtistiana aboleretur, si nullum ei superesset Sacrificium, per consumptionem victimæ; quæ consumptio consequeretur, si Christus mauducatus desineret.

Cum igitur tantus sit religionis ac sacrificij neaus; sicut in die Pentecostes fuit inducta noua religio, & omnia sacrificia antiquæ legis simul cum ipsa euiguerunt: ita necesse fuit, vt cum noua religione nunquam defectura, nouum Sactificium cum ea perennatutum induceretur, ne Christiana teligio peioris esset conditionis quàm Iudaïca, aut etiam quàm imperfectissima illa religio quæ vigult in lege naturæ; quod certè fatendum esset, si religio Chtistiana destitueterur sacrificio proptiè dicto, quo cultum supremum Deo impenderet. Nam Sacrificiom Crucis quod aliqui sufficere Chtistianis ohtendunt, præterquam quod iam præteriit, non est reuera peculiare Chtistianis, eorúmque religioni: sed ad omnes pios Deum colendi modos æquè pertinuit. Ad omnes siquidem cuiusvis status ac æul pios vitos, æquè spectauit Saerificium Crucis, atque ad Chtistianos. Videsis quæ præterea contra hoc impietatis obtendiculum profert Bellatminus lib. 1. de Missa cap. 20.

Habuit ergo & haber religio Christiana; suom aliquod peculiare sacrificium, sicot est peculiaris religio. Et cum primùm constitura est, hunc cultum supremum exhihuit Deo, vt fetebat ea Psaltis adhortatio quæ habetur Psalmo 28. iuxta interpretationem Petri Gluniacensis ad quartum Petrobusianorum artículum. *Afferte Domino patria gentium, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius, tollite hostias & introite in atria eius.* Deserihit eo loco Dauid nouæ Ecclesiæ erectioné, per vocem Domini supet aquas, & populos multos, iuxta insignem allegoriam de Pentecoste ea. Anastasio Sinaïta libio 3. hexaëm. inferiùs referendam. Eapressurus ergo Dauid vocem Domini in virtute & magnificentia, contestatur anta omnia, *patrias* idest genetationes & *familias gentium*, vt sacrificium Deo offerant, immolantes hostiam muodam in omnihus vhique patriis gentiom & nationihus offerendam: hoc est Christum hostiam nostram, quæ numero multitudinis *hostia* dicitur: quia legalium differentiam hostiarum, vnius huius victimæ perfectione sanciti, placuit Deo. Nec adhortatio illa Psaltis potuit circa Iudæos locum habere, quia Sacrificia Iudaïca ad vnius loci angustias atctabantor; nec poterant fieri in patriis gentium, quod Deus ptouideat iuxta S. Chtysostomum Oratione 5. contra Iudæ. vt Iudæi procul Hierosolymis, vhi tantum sacrificandum erat ablegati, agnoscetent religionem suam emareuisse, & deficiente sacrificio tabefactam exatuisse. At Christianum Saerificium, ah ortu solis vsque ad occasum celebratur, iuata prænunciationem Malachiæ: & idcirco adhortatio ad sacrificium io patriis gentium, & vbiuis terrarum, respicit Christianos; qui voce Domini insonante in magnificeotia, cum factus est repente de cœlo sonus in Pemecoste; nouam ineuntes religionem, nouam hostiam prætermisso ritu antiquo carnali & cruento, mysticè & mundè Deo ohtulerunt.

Argum. ex noua Cosmopœia.

CAPVT VIII.

Noua Cosmopœia in Pentecoste, nouum Sacrificium poposcit.

QVis dubitet, Adamum sin minùs durante statu Innocentiæ, quod perhieue fuit & abhorrens à destructione ac cædibus, at saltem ea quo eatrusus è Paradiso collegit sese, & ortum mundi ac suum recogitauit, supremo cultu, atque adeò per sacrificia, Deum vitæ ac otortis Aororem esse venerarum? Esto, primus qui io Scriptura prodiiut statuisse altare ad sacrificandum, fuerit Noë, eiqoe primo iuuentori, altatis erectionem tribuant Polydorus l. 5. de Inuent. rer. cap. 6: ac Elias Schedius syngrammate 2. de Diis Germanor. cap. 25. Tamen priùs sacrificasse Adamum siue adhibito altari, siue absque eo, eo, non videtur ambigendum. Scriptura quidem hoc siluit, oh rationem à D. Thoma assignatam 2. 2. quæst. 85. articul. 1. ad 2. non tamen id negauit. Ah omnibus autem Doctoribus, tanquam mitificè cum ratiooe consentiens, ratum habetur, & nomiuatim à S. Thoma ihi, cui suhscribunt Feuardentius ad lib. 2. S. Itenæi cap. 9. oum. 1. Petetius lib. 7. in Genes. cap. 4. *ad versum* 2. Delrio ibid. *ad vers.* 3. Rabini vnanimiter consentiunt, tete Reuelino lib. 1. Cabalæ, Suarez tract. 2. de relig. lih 2. cap. 3. num. 4. qui num. 3. tecte statuit, cultum Dei per sacrificia, in rigore loquendo, non præscribi lege naturæ; tamen homines ex maaima naturali inclinatione, ferri ad illud genus cultus Deo exhibendum. Quod sonare videntur illa D. Chtysostomi verha hom. 18. in Genes. ad illud *Obtulit Cain de fructibus terra sacrificium Deo.* [Considera quomodò naturæ conditor scientiam animæ indidit. Quis enim illum, dic oto,

Sectio I. Cap. VIII.

ad hanc cogitationem perduxisset? Nullos alius, quàm quia in animo conscio, scientia; *Tulit*, inquit, *de fructibus terra Sacrificium Domino*. Sciebat enim, & clarè sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid Deo offerendum: non quod eo Dominus egeat, sed vt suam gratitudinem declaret, qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget Deus, nullisque nostris opus habet. Quia ob ineffabilem misericordiam its nostræ infirmitati se attemperat, & propter salutem nostram hæc fieri tolerat, vt Dei agnitio, humanæ naturæ, virtutis sit schola.] Idem confirmat homil. 27. in Genes. agens de Abele & Noëmo, & præiuerat Clem. Rom. 6. const. cap. 20. & S. Athanasius, Abelem Patris exemplo primogenita sacrificasse docens Epistola, *Quod Nicæna Synodus*, &c. & hom. in illud *Omnia mihi tradita sunt*. Nec naturali duntaxat lumine perspectum semper hoc genus cultus esse Deo consentaneum, sed ipse Deus indito supernaturali lumine, ad id plerumque, pios viros excitauit; vt constat ex variis scripturis. Ab ipso sæculi initio vigniisse vsum sacrificandi, constat ex Genesi; vbi Abelis, & Caini Sacrificia referuntur. Hos verò ab Adamo patre edoctos esse honestatem ac ritum sacrificiorum, diserte tradit S. Athanasius Epistola de Eusebij perfidia, & Tract. in illud *omnia mihi tradita sunt à Patre meo*. Adamum porrò à delicto suo eductum, non exhibuisse Deo cultum quem filios docuit, nemo prudens admiserit. Cum igitur Adam, pro recente tunc mundo adoraturus sacrificauerit, suppetet profectò argumentum omnino validum, quo filios Adami secundi edoctos à Domino, Sacrificium nouum obtulisse probemus, si monstrauerimus in Pentecoste mundum nouum à Deo fabrefactum esse, longè nobiliorem mundo corporeo, pro cuius fabrica Adam Sacrificauit.

Mundum tamen nouum, cum in Pentecoste conditum dico, non attendo eam terræ renouationem quæ facta est in Pentecoste, tanquam in vere Christiano, quod successisset hyemi antiquæ legis. Tempus enim quod legem Christi antecessit, fuisse acrem hyemem, varij Patres tradiderunt. S. Gregorius ad illud Cant. 2. *Iam hyems transiit*. [Quid per hyemem, nisi legis austeritas intelligenda est, quæ dum in carnalibus sacrificiis populum antiquum detinuit ad appetenda spiritualia & cœlestia, obseruatores suos non adiuuit?] S. Ambrosius idem habet l. de Isaac & anima cap. 4. & serm. 6. in Psalm. 118. v. 3. sed pulchrè l. 4. Hexaëm. cap. 5. vbi post præclaram hyemis descriptionem, ex solis à nobis elongatione & dierum breuitate, subdit. [Msligns lex dies breues dubiæ lucis sunt, & vmbrosi: dies magni, sine vmbra sunt: vt plurimi in aliquibus locis feruentioribus vsu exemplóque cognouerunt. Synagoga itaque diebus breuibus & malignis, cuius typum plerumque Iacob in persona sua exprimit, vel populi eius, vmbram habebat plurimam, quæ Solem iustitiæ non videbat illum non ex alto super caput suum, sed ex meridiano illuminantem, quando hyems erat. Ecclesiæ autem dicitur; *Hyems abiit, discessit sibi, flores visi sunt in terra, tempus messis aduenit*. Ante aduentum Christi hyems erat; post aduentum Christi flores sunt veris, & messis æstatis. Ex meridiano ergo, & ex gentium conuersione, illum illuminantem videns obumbratur.] Pulchrè ad eandem mentem S. Cyrillus l. 4. in Ioan. cap. 28. [Nonum verè tempus in Christo nobis apparuit, antiquitatem cultu iam terminans, & in nouam vitam Euangelica doctrina reformans, & peccatis inueteratos in iuuentam iustitiæ redigens, & corruptionis vires destruens, ac incorruptibilitatis fulgore, omnes qui ad eum concurrunt mirum in modum exornans. Noua enim creatura efficitur, quisquis in Christo est, vt scribitur. Mense autem primo tabernaculum erectum est, quando mitigata hyemis sæuitia, verni temporis pulchritudo resplendet: quando solis radij & clariùs fulgent, & temperantiùs calefaciunt; quandò floribus terra decoratur, & virescentibus herbis prata vestiuntur. Quæ omnia spiritualiter intelligenda sunt. Hyemis enim tempestas, id est, atrocissima Diaboli tyrannis & vires eius, tempore Christi ceciderunt. Sol autem nobis fulgentior Christus ipse apparuit, de quo Deus pater dicit; *Et orietur vobis Sol iustitiæ*, delictorum frigiditate corruptos, Spiritus ardore ad iustitiam reficiens. Flores autem & virescentes herbas, meritò Sanctos dicemus, feruenti erga Deum pietate, varios virtutis fructus edentes. Et qui olim regnante peccato, vt in hyeme, nullum producentes fructum versabamur, fidei fructum, spirituum largitori quasi bono agricolæ afferimus: Hoc ipsum quasi ex persona Christi, Prophetarum quidam nos docuit; *Ipse qui loquor adsum*, inquit, *vt ver super montes*. Quid enim in montibus ver efficiat, & nos tetigimus, & omnes intelligunt.] Haud ægrè eodem trahi possunt, qui statum peccati dominantis, hyemem vocant, vt S. Augustinus Tract. 48. in Ioan. *ad* illud, *hyems erat*, & serm. 212. de temp. & in Psam. 148. *ad versum* 4. Bernardus serm. 58. in Cant. At neminem fugit, docente Apostolo, quantoperè peccatum sub lege vigerit, quantáque tyrannide oppresserit genus humanum. Fuit itaque tempus legis Mosaicæ, atque adeò totum tempus Christo præuium, hyems perfrigida. Nulli apparebant inter Iudæos flores virtutum: sed qui optimus in eis erat, quasi palmarus; nulla vox turturis audiebatur; imbres assidui, tristem cœli ac terræ faciem exhibebant. Id quod multo liquidius erat extra Iudæam, vbi summus rigor hyemalis stringebat omnia, præ absentia & elongatione solis iustitiæ, altaribus dæmoniorum vbique excitatis, & passim sæuiente Idololatria.

Soluit hanc acrem hyemem, gratia vice veris & Fauonij sui, Spiritus sanctus. [Frigore Idololatriæ, (inquit Gregorius Nyssenus hom. 5. in Cant.) aliquando concreuerat genus humanum, mobili hominum natura conuersa ad cultum rerum immobilium. *Similes enim*, inquit, *fiant qui faciunt illa, & omnes qui confidunt in eis*. Consentaneum autem erat, hæc ita fieri. Quomodò enim qui veram adspiciunt diuinitatem, in se accipiunt diuinæ naturæ proprietates; Ita qui simulachrum attendebat vanitatis, transformabatur in id quod aspiciebatur, lapis factus ex homine. Quoniam ergo quæ per cultum idolorum ispiderat,

ad

ad id quod est melius erat immobilis natura, concreta frigore idololatriæ; ea de causa propter asperam hanc hyemem oritur sol iustitiæ, & ver efficit, meridiano spiritu hanc soluente concretionem, simul cum ortu radiorum fouente quicquid est subiectum, vt spiritu excalefactus qui per gelu homo lapidueratur, & fotus radio verbi, tursus fiat aqua saliens in vitam æternam. *Flabit enim spiritus eius, & fluent aquæ*, conuersa petra in lacus aquarum, & tupe in fontes aquarum.] Nempe (vt ait) per aquas baptismi duro populo in aduentu Spiritus Sancti inspersas. Subiicit paulò post, tractans illud, *iam hyems transiit*, perelegantem hyemis omniumque per eam incommodorum descriptionem, quam allegoricè aptat statui ante Christum. Eius autem aduentu, & scilicet Spiritus Sancti mundo per ipsum illati, viuifico appulsu, discussum docet vniuersum illum torpotem atque rigorem, & gratum vet substitutum, quo nouus mundus apparuit. Et hoc est quod Psalmo 103. dicitur de orbe terrestrum, priùs per hyemalem rigorem nudato omni specie ac decore; emisso autem Spiritu Dei & creatis omnibus renouato, sic enim eum locum accepere Patres Africani, In Confessione suæ fidei, Huuerico oblata, apud Victorem l. 2. & Chrysostomus homil. de formatione Adæ. Suffragantúrque Augustinus l. 10. de Gen. ad lit. c. 8. ac Prosper Psal. 103. qui eam Spiritus emissionem, qua creatur & renouatur facies terræ, de Spiritu Sancto emisso & creante, mundúmque nouum condente interpretantur. Et sicut emissio plenissima & potentissima Spiritus Sancti fuit in Pentecoste, ita tunc maximè valuit, quod eo protritissimo Psaltis loco habetur, de nouo mundo per Spiritum Dei.

Agnosco haue mundi nouitatem per Spiritum Sanctum in Pentecoste. Sed de ea nunc non ago. Vt neque de ea proportiune, quam inter mundum nouum in Pentecoste, & mundum nouum in die resurrectionis vniuersalis ac iudicij supremi, tradiderunt aliqui Patres. Resurrectionem enim generalem, in nostra Pentecoste exprimi, uotauit S. Dorotheus Doctr. 15. allegato veteri quodam Patre, qui aiebat Pentecostem esse symbolum resurrectionis animæ. Is est S. Basilius qui l. de Spiritu S. cap. 27. reddens rationem cur à Paschate vsque ad Pentecostem, (quod totum tempus Dorotheus Pentecostem vocauit), non flectantur genua ad orationem; sic disserit. [In prima Sabbati, erecti perficimus deprecationes, sed rationem non omnes nouimus. Non solùm enim quod veluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt quærere debeamus, in die resurrectionis datæ nobis gratiæ standò precantes nosmetipsos commonefacimus; sed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi sæculi: eóque quum sit principium dierum, non primus à Mose, sed *vnus* appellatus est. *Factu est*, inquit, *vespere & mane dies vnus*: tanquam qui sæpè recurrat, vt vnus sit idem & octauus, vnum illum singulatem, ac verum octauum, cuius Psalmista alicubi in Psalmis meminit, per se significans; diem, inquam post horum temporum statum nunquam finiendum, ac vesperæ nescium, nec successori cedentem; hoc est æternitatem, quæ nec finem habet, nec seuium nouit. Necessarium igitur in hoc die Ecclesis suos alumnos docet, stantes absoluere preces suas, & assidua commonitione vitæ illius nunquam desinere, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin & totum tempus vsque ad Pentecostem; admonitio est resurrectionis quam in illo sæculo spectamus. Nam vnus ille & primus dies, septies multiplicatas septem Sacræ Pentecostes hebdomadas absoluit. A primo enim incipiens, in principium desinit; per similes qui in medio intercedunt dies quinquagies euolutus. Vnde & æternitatem similitudine refert, dum veluti in moru circulari, ab iisdem ortus signis in eadem desinit. In quo corporis erecto habitu precari potiùs nos Ecclesiæ ritus docuerunt; minimum per euidentem commonitionem; quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura.] Ex his liquet de analogia Resurrectionis generalis ac Christianæ Pentecostes.

Arg. ex nouo Cosmopœia.

Analogiam verò Pentecostes cum die Iudicij, concinnè prosecutus est S. Macarius homil. 6. *sub finem*; vbi præfatus, Deum per Christi aduentum, depulso Satana à thronis intellectuum & cogitationum nostrarum, apta sese sibi homines in thronos, addit. [Quid igitur est quod dixit, *sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel?*] Respondet. [Inuenimus hoc impletum esse in terra, quando dominus assumptus est in cœlum. Misit enim Spiritum paracletum in duodecim Apostolos, sanctámque virtutem, quæ aduenientes habitauit & sedit in throno mentis ipsorum. Et quia hi qui aderant, dicebant, illos musto plenos esse, tunc cœpit Petrus iudicare illos, loquens de Iesu, nempè; *Virum potentem in verbis & signis vos crucifixistis, suspendentes in ligno.* Et ecce, illic admiranda facit, effingit lapides monumentorum, & excitat mortuos. Scriptum est enim, *In nouissimis diebus effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ.* Vnde permulti à Petro instructi, ad pœnitentiam conuersi sunt: ita vt mundus nouus, & à Deo electus fieret. Videsne, quomodò apparuit initium iudicij? Illic enim apparuit mundus nouus: & hac ratione data est illis facultas sedendi in mundo hoc, & iudicandi. Quamuis enim futurum sit vt illi sedeant & iudicium faciant in aduentu Domini, in resurrectione mortuorum: nunc tamen etiam hoc fit Sancto Spiritu sedente in thronis mentium illorum.] Videndus in eandem sententiam creditus Chrysost. hom. 12. Ex variis in Matthæum.

Hanc cum mundo nouo analogiam nunc non attendo, sed aliam quæ spectat primam mundi originem, & simpliciter dictam Cosmopœiam. Sanctus Chrysostomus orat. 4. de Ascens. ex variis vitæ Christi mysteriis vnam proportionalem contexuit. Rupertus l. 5. de diu. Offic. à cap. 9. idem præstitit ex mysteriis passionis Christi. Rursus idem Rupertus l. 9. de processs. Spiritu Sancti c. 4. & Porho Pruhienſis libro de magna domo sapientiæ, *ipso initio*, Septiduum Cosmopœiæ à Mose descriptæ ad septem dona Spiritus Sancti accommodarunt. Affine est quod Petrus Damiani l. 2. epist. 5. idem primigenij orbis septiduum ad Iustificationem peccatoris, in qua dona

Sectio I. Cap. VIII.

Spiritus Sancti mieant, & ad progressionem à statu peccati ad omnem sanctitudinem, transtulit. Cassiodorus l. de Amicitia §. *quod charitas est sabbathon, & sex virtutes quasi sex dies ante sabbathum*, ad virtutes Theologicas, & Morales Cardinales è quibus exitit septenarius Cosmopœiæ septiduum apiat, & annuit S. Bernardus nono Opusc. de chatit. c. 21. Ista cuiuis Iustificationi communia, ad eam quæ in Pentecoste facta est, coactari, præsens institutum deposcit.

Faciunt huc in primis quæ vniuersè his verbis tradit Anastasius Sinaïta l. 6. Hexaëm. *sub initium.* [Iis qui in se habent lucem cognitionis, est vtique perspicuum, quod antiqua mundi creatio, erat adumbratio typum habens Ecclesiæ; quam sicut quendam orbem terræ, creans & construens Deus Verbum homo factus.] Idem plenè l. 7. *initio*, docet hanc Ecclesiæ tanquam orbis mystici productionem, à Mose expressam esse in ea breui anacephalæosi, quàm subiicit post descriptam primò rerum omnium creationem. Quod enim ea recapitulatio Christum spectet, inde monstrat Anastasius, quod eum Moyses inter describendum primam rerum creationem, semper simplici *Dei* nomine vsus esset, postea in ea anacephalæusi, vt innuatur Verbi compositi Oeconomia, vtitur voce compositia, *Domini Dei.* Hoc illustrat allegatis variis Scripturis. Coeludit verò. [Vellem nunc earne mihi adesse ipsum Mosem huius libri Setiptorem, & ipsum interrogate causam duplicationis nominis Dei, si non statim eapuisset in faciem impudemis Synagogæ Iudæorum. Quis enim, quæso, non obstupuerit, quòd post complementum vniuersæ sex dierum creationis, cum venisset Moses ad summatim faciendam repetitionem, statim induxit duplicationem & compositionem nominis Dei, significans Christi susceptæ carnis dispensationem: nempè quòd venturus esset ad omnia in summam & caput instauranda renouandáque, & nouam faciendam creaturam, & nouum hominem, & nouum cœlum, & nouam terram, & animalia, & nouas volucres, & nouos fructus, & nouos Paradisos, & nouos fluuios, & nouum orbem terræ. Quod quidem apertè seiens Paulus dicebat: *Si qua est in Christo noua creatura, vetera præterierunt, ecce facta sunt omnia noua.* Quod autem omni stupore & admiratione dignum est, est illud, quod per vniuersam sex dierum creationem, simplici & incomposito nomine nominans Scriptura diuina Creatorem, simplicem quoque & incompositam creaturæ faciebat narrationem: Postquàm autem nomen duplicauit Opificis, statim in repetitione eondoplieauit etiam facta opera, in eis non pauca faciens additamenta; nos apertè docens mysterium nouæ in Christo creaturæ & Ecclesiæ.] Multus est in demonstrando quàm speciosior &. ornatior sit expressa noui mundi structura in ea anacephaiæosi, quàm descripta primùm esset orbis materialis fabricatio. Nimirum prior, arat opus Dei naturæ Autoris. Posterior autem erat Dei carne vestiti, & demissi ab eo Sanctus Spiritus, opificium supra naturam; tametsi vtraque fabrica est proportionalis & belle respondens, vt Anastasius agnoscit.

Insistit verò maximè Anastasius ei correspondentiæ, quod sicut mondus corporeus primò factus est ex aquis, Spiritu Dei incubante aquis instar gallinæ incubantis ouo, prout S. Basilius hom. 2. Hexaëm. secutus Sanctum Ephrem, legit locum illum Mosis, *Spiritus Domini ferebatur super aquas:* Ita mundus nouus in Pentecoste coaluit ex aquis, quibus Spiritus Sanctus insedit. Supponit Anastasius sententiam, quæ omnia fere ex aquis compacta statuit, etiam cœlestia; ita vt enim principio, terra tantùm, & super eam ingens aquarum abyssus extitisset, Deus sensim eam abyssum digesserit, & ex ea cœlos quoque condiderit, vt significatur 2. Petri vltimo, tradúntque Foaius l. 2. natur. Philos. cap. 3. Molina disp. 2. Cosmop. Salmeron 2. Petri 3. disp. 4. Delrio in cap. 1. Genes. n. 25. & ex ore S. Petri refertur apud Clementem l. 1. recog. *sub medium.* Quomodò ergo similiter aquæ congregatæ sint atque digestæ ad noui orbis productionem, idem Anastasius accommodatè ad rem præsentem prosequitur, adeò explicatè, vt non sit opus alia extra hoc meditari aut exprimere. Exponens enim illud Dei mandatum, *Congregetur aqua qua est sub cœlo, in congregationem vnam, & appareat arida*, sic glossat hoc præceptum diuinum. [Congregetur genus humanum, nempè aqua, cui priùs insidebant tenebræ: Veniat & congregetur ad lucem; hoc est, ad Christum qui suis mandat discipulis & dicit; *Ite & congregate omnes gentes & aquas in vnam congregationem baptismatis, baptizantes eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti:* illius, inquam, Spiritus qui priùs ferebatur super hanc aquam, nunc autem in ea cohabitat & coniongit omnes aquas gentium, quæ priùs etant remotę ac distantes, in vnam Ecclesiæ congregationem; & fient omnes, vna aqua vitæ, vnus fons, vnus hortus deliciarum, vnus grex, vnus pastor, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnum Corpus Christi, vnus Spiritus, vnum cor, vna caro, sponsa Ecclesia, & eius sponsus Christus, vnum firmamentum, vnum cœlum, Christus & populus fidelium tanquam stellarum, qoæ in ipso deficiunt & illuminantur. Ita est intelligenda & acciptenda vox Dei, & iussus de bis aquis.]

Addit, hac ratione verum deprehendi, quod Deus aquas maris tanqoam in vtrem congregauerit; quod posuerit in thesauris Ecclesiæ abyssos gentium tenebris antea offusas: id verò die tertia factum esse, cum antecessisset dies prima, signorum in Ægypto ac deserto per Mosem editorum; & dies secunda per Eliam & Prophetas, quibus successit dies tertia plenæ lucis illuminantis oculos per Christum, qui fuit legis ac Prophetarum plenitudo & complementum. Expendit verò nominatim Anastasius, vocem *aquarum* in numero multitudinis, iussu Dei congregatarum. [Nam multæ nuper erant aquæ, multæque & eæerandæ Synagogæ ac Congregationes, extensæ super totam faciem terræ. Aquas nunc dico, dogmata & disciplinas, alienas à pietate, sed aquam quæ intrinsecus Gentilem doctrinam, astrologiam, diuinationem. Aqua fusionis sanguinis, aqua amara hæreticæ linguæ putiginis, aqua obscura & difficilis ad interpretandum.

pretandum. Superstitionis Græcæ, multæ suut aquæ, multi fluuij, multi submersores. Iste docebat non esse Deum, hic non esse prouidentiam. Iste prædicabat Solis adorationem, hîc adoranda ligna; & iste docebat ligneas fabricari statuas, & hic ignem adorare. Alius iniuriabat in mysteriis lubidinis & intemperantiæ. Hæ sunt primæ & steriles & non potabiles & mortiferæ aquæ orbis terrarum, stantes in multis receptaculis, alueis, canalibus, & congregationibus, & quæ sunt Synagoga seu congregatio Apollinis, Synagoga Saturni, Synagoga Ammonis, & alia Serapidis; Synagoga Iulij, Synagoga Mercurij, Synagoga Pithiæ & Dianæ. Nec hoc solùm, sed etiam impropria Iudaica, Christi inimica & Dei aduersaria. Propter has ergo impias Synagogas & congregationes, & quæ in eis sunt populorum & gentium eaecrandas disciplinas & doctrinas, Deus iuber magna voce dicens; *Congregetur aqua quæ est sub cœlo in vnam fidei congregationem.* Quam quidem vocem Christi Dei. cùm audissent & aquæ & fines, & genera barbarica; quomodò tunc in creatione Mundi, aquæ fluxæ, metu ac tremore, magno impetu fluentes festinabant, currebant, accelerabant, non expectabant se inuicem vt in vnam congregarentur & mouerentur congregationem, Boreales, Australes, Occidentales, Orientales orbis terrarum vndæ & fluenta, se inuicem præuenientes, & in fluctus assurgentes, tanquam ab aliquo violento & diuino Spiritu, & qui super ipsas ferebatur, actæ & impulsæ, vt vna congregatio & mate essent omnes aquæ terræ. Ita licet videre omnes gentes & maximè illo die Pentecostes, ab alia voce violenta quæ facta est Spiritus, qui nunc etiam fertur supra gentilem fidelem aquam, quæ congregata est in vnam fidei congregationem, & vnita in vnam Ecclesiæ compaginem concurrentes. Vide enim non solùm rebus, sed etiam ipsis verbis consonantem & conuenientem vnionem illarum aquarum & harum Gentilium aquarum. Spiritus qui ferebatur super aquam, tunc ipse spirans, eas coëgit & vnit in vnam congregationem, & hic ipse Spiritus aduenies & spirans, fecit Gentium vnionem. Illic scriptum est, *Spiritus insedit*: & hic scriptum est *Sedit super vnumquemque ipsorum Spiritus.* In illo primo die, ignem Deus fecit: & in eodem primo die Dominico, in linguis igneis aduenit lumen Spiritus Sancti. Illic scriptum est; *Tertio die congregata est aqua*: hic congregatis ea omni gente quæ est sub cœlo vnanimiter, Omnes aquæ gentiles, Parthi, Medi, & Elamitæ, & qui habitabant in Mesopotamia, Iudæaque & Cappadocia, Ponto, & Asia, Phrygia, & Pamphilia, Ægyptoque & partibus Lybiæ quæ est circa Cyreneim, Romani & Iudæi, & Proselyti, Cretes, & Arabes. Qui quidem omnes cùm audissent vocem quæ facta est ex cœlo, tanquam aquarum, rota multitudo, simul fuerunt congregati in domo vbi erant Apostoli. Papè quàm sunt hæ res nouæ.]

Ea hac abysso aquarum digestarum, eatiuere cœli, hoc est homines perfecti & a terra procul elati, qui vt essent ἄγιοι satiegerunt. Eiusmodi imprimis fuere SS. Apostoli, quos specie no uorum cœlorum glotiatio Dei exartantium, in Pentecoste exhibet latè S. Bruno l. de nouis cap. 2. Et præiuerant S. Gregorius homil. de Pentecoste & l. 17. mor. c. 16. ac lib. 30 c. 10. & 11. S. Augustinus Psal. 32. conc. 1. ad illud *verbo Domini cœli firmati sunt*, & in Psal. 18. exposit. 2. & concinnè Auctor Latinus sermonis de Pentecoste apud Chrysostomum qui Apostolos in Pentecoste cœlos & stellas euasisse, cœlis ac stellis corporis longè nobiliores, sic tradit. [Hodie nobis terra facta est cœlum, non stellis de cœlo in terram descendentibus quia effusa est copiosa gratia Spiritus Sancti, & vniuersum orbem operata est cœlum, non immutans naturam, sed voluntatem emendans. Inuenit namque publicanum, & Euangelistam effecit: inuenit persecutorem, & Apostolum reddidit, inuenit latronem, & in paradisum induxit: inuenit meretricem, & virginibus coæquauit: inuenit Magos, & Euangelistas ostendit: fugauit malitiam, & induxit benignitatem: exterminauit seruitutem, & induxit libertatem: concessit debitum, & intulit gratiam Dei. Ideò cœlum factum est terra, & hoc sæpius dicens, non cessabo. Quid enim tales stellæ, sicut Apostoli? Stellæ in cœlo, Apostoli super cœlos. *Quæ sursum sunt* (inquit Apostolus) *sapite, vbi Christus est in dextera patris sedens.* Stellæ de igne insensibili, Apostoli de igne intelligibili: stellæ in noctu lucent, in die obscurantur: Apostoli in die, & in nocte suis radiis, hoc est, virtutibus, effulgent. Stellæ orto sole obscurantur; Apostoli sole iustitiæ resplendente, sua claritate lucescunt: stellæ in resurrectione cadent sicut folia, Apostoli in resurrectione rapientur in aëra nubibus. Et in illis quidem syderibus alius Antifer, alius Lucifer appellatur: in Apostolis autem nullus antifer est: omnes luciferi, & ideò stellis maiores Apostoli. Et quicunque eos luminaria vocauerit mundi, non peccabit.]

Arg. ex nona Cosmopœia.

Secundùm Apostolos, multi viri perfecti, & affectu à terra sejuncti in Pentecoste enasserunt in cœlos nouos. Talem quippè fuisse iure dixerim, multitudinem illam credentium, quæ terrenis omnibus abdicatis sola cœlestia cogitabat, vt Actorum 1. videre est. Possunt optimè de his accipi illi cœli noui, quos à Christo plantandos præmunciarat Esaias c. 65. inducens sic loquentem Christum. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora.* Insulsè autem de more Rabbini apud Finum l. 7. oppositione 19. ea eo Isaiæ loco eruunt, IESVM non esse Christum & Messiam, quippe qui cœlos nouos & terram nouam non creauerit. Sed crassè nimiùm, animales illi homines, cœlos & terram de quibus Propheta agebat, intellexerunt. Spiritualibus autem omnia diiudicantibus, liquet, fideles à terra abiunctos, quorum conuersatio est in cœlis, nomine *cœlorum* in scripturis venire. Et nominatim in tertia orationis Dominicæ petitione, iuxta S. Cyprianum Tract. de Oratione, poscitur fieri voluntatem Dei, sicut in cœlo, ita & in terra. Id est in imperfectis æquè ac perfectis. Atque ita istiusmodi cœlos complures creauit Christus in Pentecoste, tantam sanctitatem ac perfectionem mundi inferens, per demissionem Spiritus Sancti.

Verùm

Sectio I. Cap. VIII.

Verùm quia in illa tertia Dominicæ orationis petitione, S. Augustinus l.2. de serm. Dom. in monte cap. 11. pro cœlo Christum, pro terra autem Ecclesiam accepit; fuppetit vnde intelligamus, quomodò cœli noui, & terra noua, in Pentecoste occœperint. Nam cœli noui, erunt & Apostoli, & quique Christo fimillimi. [Cum Scriptura eos qui secundùm Christum viuunt, pro Christis agnoscat.] Verba sunt Nazianzeni Orat. 21. non veriti accommodare S. Athanasio locum Apostoli Hebr. 4. vbi depingit Pontificem magnum qui penetrauit cœlos; qui locus directissimè & explicatissimè est de Christo: & ramen ob rationem verbis allegatis comprehensam, S. Athanasio aptatur à Nazianzeno. Sicut etiam orat. 20. idem Nazianzenus transfert ad S. Basilium, illud de Christo prolatum à Luca, *Proficiebat sapientia & gratia apud Deum & homines*. In tanta igitur vbertate personarum Christum exquisitè referentium, quanta est crenta in Pentecoste; non superest difficultas quomodò in ea creati sunt cœli noui. Nec terræ creatio poterit obscura esse, terram accipiendo pro Ecclesia vt à D. Augustino factum diximus. Ea quippè terra, creata est in Pentecoste, quia id fuit initium Ecclesiæ Christianæ.

Hæc est firmatio orbis terræ qui non commouebitur, vt Psaltes dixit Psal. 92. in cuius Psalmi titulo, id mysterium fuisse expressum, sic tradit Rupertus l.4. de Oper. Trinit. cum deuenit ad eum Psalmum. [Titulus Psalmi huius, hic est; *Laus cantici Dauid, in die ante Sabbathum, quàdo fundata est terra.* Ante Sabbathum, inquit, id est, consideratione sextæ ætatis, quam sequitur Sabbathûjid est, requies. Quando fundata est terra, id est Ecclesia. Notandum quippè, quia sicut in sexta feria homo creatus est, ita in sexta ætate, & eadem feria reparatus est. Nam (sicut iam dictum est,) incarnatus, & à terra exaltatus, regnauit Dominus; & ex tunc, parara est sedes eius.] Nemo non videt, orbem terræ corporeum, fundatum esse de Dominica, quæ propierea *mundi natale* dicta est à S. Chrysostomo hom. de collatione in Sanctos. Et annuit Nazianzenus orat. 43. præuerántque PP. Concilij Palæstini, præside Theophilo Antiocheno, sub Victore Papa. Clarè idem habetur ex quiete Dei in sabbatho, post cœptam ordine dierum retrogrado, mundi per sex dies productionem. Cum igitur de terra corporea valere non possit quod sit fundata in die ante Sabbathum, vt habet Psalmi 92. inscriptio, necesse est vt valeat de sexta mundi ætate, quam consequetur sabbathismus perfectus; iuxta illud, *Erit mensis ex mense, & sabbathum ex sabbatho.* Et illud Hebr. 4. *relinquitur sabbathismus populo Dei*, quod in hunc sensum vsurpant Petrus Damiani l.2. Epist. 5. Chrysostomus hom. 6. in ad Hebr. Maximus cemur. 5. ex variis num. 46. & S. Athanasius tractatione de Sabbatho. Ante hoc igitur sabbathum, tamdem à Christo inducendum, firmatus est orbis terræ, & fundata Ecclesia, demisso in Pentecoste Spiritu Sancto. Ne verò quis id gratis dictum contendat, expendit Rupertus, verbum *præcinxit*, immediate nexum cum verficulo firmationem orbis terræ memorante; vt patet ex particula *Etenim*, quæ est causalis & connexionem significat. Dauid ergo reddens rationem cur dixisset, Dominum regnatorem, indutum decore se præcinxisse, addit hanc rationem. *Etenim firmauit orbem terræ.* At eam Domini præcinctionem, ad Pentecosten, & demissum in ea Spiritum Sanctum pertinuisse, sic docet Rupertus loco annotato. [Dominus regnauit, Dominus eiecto foras principe mundi, regnum acquisiuit; Dominus, vbi à terra exaltatus est, omnia traxit ad se, Dominus decorem indutus est, Dominus magno decore sanctitatis de Virgine Incarnatus est; Dominus eandem carnem spinis coronatam, & in sepulchro depositam, rursus induit eam, tanquam horritudinem immortalem atque impassibilem, & præcinxit se Apostolis suis, armatis Spiritus Sancti virture.] Pertiner itaque ad Spiritum à Christo in Pentecoste submissum, ea orbis terræ non commouendi firmatio, de qua ibi Psaltes; asserens Dominum se præcinxisse, quia firmauit orbem terræ, vtique per Spiritum Sanctum quem de cœlo submisit.

Sed cur dicit *firmauit*? An ob stabilitatem Ecclesiæ conciliatam, aduersùs omnia flabra, & inundationes, ac elationes maris? Rata fanè est ea orbis terræ firmatio per Spiritum Sanctum. Priùs siquidem Ecclesia nutabunda videri poterat, cum & vertex ipse cæterorum ad ancillulæ vocem ciuralset amantissimum Magistrum, insigni humanæ imbecillitatis argumento, vt Patres sæpè considerant. Et omnes ad vnum abditi, propter metum Iudæorum concluse latebant; ita vt videri possit liquefacta terra & omnes qui habitant in ea. Sed Deus adueniens in die Pentecostes confirmauit columnas eius.

Sed est alia præterea *firmatio* non minùs ad Spiritum Sanctum pertinens, egregiè notata à credito Chrysostomo homil. de Sancto & adorando Spiritu. Impugnans enim Manetem, iactantem se habere Spiritum Sanctum, adducit illud Christi de Spiritu Sancto, *quacunque audierit, annuntiabit vobis.* Hoc est, inquit Autor ille, [quæ dixi confirmabit. Et vide miraculum. Quemadmodum Saluator venit, & factus est impletio legis, & Prophetarum: ita impletio Euangelij, est Spiritus Sanctus. Christus venit, & impleuit quæ à Patre in lege, & Prophetis sunt dicta, propter quod dicit Paulus: *Impletio legis Christus.* Spiritus Sanctus venit, & impleuit Euangelica. Quæcunque sunt in lege, Christus implet: quæcunque sunt in doctrina Christi, Spiritus implet. Non quòd imperfectus sit Pater; sed sicut apparuit Christus confirmans, quæ sunt Patris; Sic apparuit Spiritus Sanctus, confirmans quæ sunt filij.] Et quomodò Spiritus Sanctus, in Pentecoste firmauit orbem terræ à Christo plantatum. Illum inquam orbem terræ futurum, quem Angelis commissum negat Apostolus Hebr. 2.

Ornamenta & supellex orbis terræ mystici, sic firmati per Spiritum Sanctum, sunt planè proportionalia iis quibus Deus olim in mundi principio terram corpoream exornauit. Nec deest huic orbi terræ *paradisus*; quo maximè ornamento; terra primum condita gloriabatur. Est in hanc rem locus concinnus Cant. 4. iuxta expositionem Gregorij Nysseni, &

& Philonis Carpathij, qui de Apostol. accipiunt verba illa ptædicti capitis; *Emissiones tua paradisus.* Gtæca vox quam Latinus Interpres expressit nomine *Emissionum*, Gtæcè est ἀποστολαὶ. Aliqui iis emissionibus volunt denotari dona & missilia; alij propagines à stipite fusas, neque tamen è truoco recedentes, alij odores & fragrantiam habituum expirantium. Quicunque ex his sensibus eligatur, verissimè & optimè dictom est; *Emissiones, ἀποστολαὶ tua paradisus.* Apostoli enim in Pentecoste, illapso illis Spiritu Sancto, fuerunt iosignia dona sponsi, data hominibus ab illos omni bonotum ac beneficiotum genere instruendos ac locupletandos. Quod verò genus beneficij non manauit in Ecclesiam ab Apostolis Spiritu Sancto imbutis? Ipsi Sal terræ fuetunt, condiens ac seruans omnia. Ipsi Sol illucens in tenebris, itet ad cœlum commonstrans. Ipsi nubes non euanidæ, compluentes & inebtiantes terram, vt Richardus Victorinus serm. de Spiritu Sancto *ante medium* scitè docuit. Fuerunt item iidem Apostoli, propagines Christi Domini, ita explicatæ & diffusæ quaqua versum, vt tamen Christo stipiti suo semper cohæserint; vt de iisdem suh palmitum io vite manentium imagine, dicitur apud Ioannem. Denique iidem sunt honus odor Christi in omni loco, afflantes vbicunque vitalem fragrantiam, qua omnis putot procul arcetur. Tales cum euasissent per Spiritum Sanctum Apostoli, de se comprobarunt illud Salomonis, *Emissiones ἀποστολαὶ tua paradisus.* Atque ita, habuit terra nostra in Pentecoste patadisum.

Æquè nouum hunc Patadisum rigari voluit Deus flumine, in varia suhinde capita dinisо, atque illum antiquum iuxta Moysem. Quis sit hic fluuius, exquirit Anastasius l.8. Hexaëm. & exponit in hunc modum. [Consideremus eam quæ est de hia propositis fluuiis & locis historiam; quemadmodùm ea quoque sunt præfigutata de Christo & Ecclesis. Audimus enim quempiam dicentem de egrediente fluuio & Ecclesia; *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei:* propterea quòd fluuius Dei ex Paterno fonte, repletus est aquis Gentium, quas quidem euangelizabat Prophera dicens; *Et egredietur Dominus ad eos tanquam fluuius pacis.* Qui dicit; *Ex patre meo sum egressus, & veni in mundum:* Egressus sum ad salutem populi mei ad seruandos Christos meos. Huius ergo diuini fluuij diuinum è cœlo egressum, prius describit Moses, dicens; *Fluuius egreditur ex Edem,* hoc est, ex abundantibus deliciis, ad irrigandum paradisum per illam aquam quæ egteditur; nempe per Spiritum, qui procedit à Patre. Qui enim eum suscipit filium, diuersi fluuij ex ventte eius fluent aquæ viuæ. Hoc enim apertè nos docet historia, dicens fluuium qui egteditur ex Edem, multiplicari & scindi in quatuor fluuios, & efficientem Ecclesiæ spiritnales diuirias. De qua dicit Dauid; *Inebriabuntur à pinguedine domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* Fluuius autem egreditur ex Edem, ad irrigandum patadisum. Illinc dispetgitur in quatuor initia. Subterraneam quidem maligni irrigationem, fontem appellauit Propheta Moses, ostendens Diabolum esse autotem & genitorem vitij, & non ab aliquo alio accepisse malum, sed ipsum esse fontem & iuitium peccati: Sancti autem Spiritus gtatiam tanquam ex Patre fontano procedentem, nominauit fluuium separatum ab infidelibus; irrigantem autem à quatuor iniriis, (à finibus inquam, othis terræ,) Paradisum Ecclesiæ, eorum qui ctedunt in Christum.]

Argum. ex nona Cosmopœia.

Planiùs Spiritum Sanctum in Peotecoste specie fluuij rigantis Patadisum Ecclesiæ, expressit creditus Chrysostomus homil. de sancto & adorando Spiritu, tractans illud, *Spiritus qui à Patre procedit.* Vbi enim monstrauit Spiritum Sanctum non dici gigni, sed procedere, subdit. [Quæ autem vis nominis *procedit*? Audi. Vt nomen nariuitatis præteretur scriptuta, ne filium ipsum dicas, dicit, *Spiritus Sanctus, qui à Patre procedit*: inducit eum procedentem, vt aquam de fonte scaturientem, sicut & de Paradiso dictum est: *Fluuius autem procedit ex Edem*; procedit & scaturit. Pater fons aquæ viuentis dicitur, iuxta Prupheram Hieremiam, dicentem; *Obstupescat cælum super hoc, & horreat valdè terra: quoniam duo malè facit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ viuentis.* Diuinus sermo definiens Patrem fontem aquæ, inducit ex fonte vitæ, aquam viuam quæ procedit. Quid procedit? Spiritus Sanctus, sicut à fonte aqua. Vnde hoc quod Spiritus Sanctus aqua vocetur? Dicit Saluator: *Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina ex ventre eius fluent aquæ viuæ.* Et interpretans Euangelista hanc aquam subdit. *Hoc autem dicebat de Spiritu quem acceperuri erant credentes in eum.* Si igitur Euangelista Ioannes declarans, Spiritum Sanctum dixit *aquam viuam*, Pater autem dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ*; fons Spiritus Pater, ptopterea etiam ex Patre procedit.] Et scilicet à Filio item procedit. Nam eius quoque Spiritus, in scripturis dicitur: & Spiritus item veritatis, id est Vethi de seipso profitentis; *Ego sum veritas*, vt mox idem Autor pulchtè perpendit.

Hic est fluuius Chrystallinus de sede Dei & Agoi ptocedens, vt Ioannes Apocal. per visum agnouit. Ac proinde parum refert, quod Verbum cui nomen fontis Sapientiæ in excelsis à Solomone est attributum, dicatur alihi *caput fluminum*: siue tatione quatuor principalium mysteriorum, nempe Incarnationis, Passiouis, Resurrectionis, & Asceusionis, vt Rupertus piè admodùm commentatur l.2. de proces. Spiritus Sancti c.9. siue ratione Apostolorum, quos in Pentecoste effecit flumina eleuantia vocem, iuxta Sanctum Augustinom in Psalmum 92. Et est sanè ipse quoque fluuios, de loco voluptatis & sinu Patris egrediens per Incatnatiouem, ad irrigandam faciem vniuersæ rertæ, vt scitè tradit Petrus Damiani serm. 12. Parum inquam refert, quod Verbum ad nos progrediens, dicatut quoque *caput fluminum*, & cum fonte Patadisi componatur. Procedit enim ab eo quoque Spiritus, implens flumina. [Ipse Spiritus (ait S. Augustinus in Psalm. 92.) magnum flumen, vnde impleta sunt multa flumina.] quod factom docet in Pentecoste, cum Spiritus Sanctus ex Christi oraculo discipulos implenit; & sapientia Dei facta est quasi fluuij dyorix, & velut

trames

Sectio I. Cap. VIII.

trames aquæ immensæ de fluuio. Prodiens enim ex abysso Patris, & vnà cum eo principians Spiritum Sanctum, impleuit per eum flumina, quibus vniuersæ terræ ariditas est rigata. Et sic Christus auferens stillas pluuiæ, quæ patcè olim huc defluebant, emisit imbres ad instat gutgitum: quod de Apostolis prædicantibus, ad Propheras collatis, intelligit S. Gregorius 27. mor. cap. 4.

Noo oemo fontem illum paradisi ascendentem è terra, & irrigantem voiuersam superficiem eius, priusquàm plueret Dominus supet terram, (vt superius dicitur eodem cap. 2. Genes.) ad hæc quoque flumina in Pentecoste diffusa accommodauit; oec abs te, siue multitudinem, siue ortus modum spectemus. Quem enim Scriptura vocat fontem, Nicol. I. Epistol. 8. docet reuera fontes fuisse. [Qui enim non ait *vnus fons ascendebat de terra*, sed ait, *fons autem ascendebat è terra*, pio numero plurali posuit singulatem, vt sic intelligamus fontes multos per voiuetsam terram, loca vel regiones proprias irrigantes. Sicut dicitur miles, & multi intelliguntur. Sicut dicta est locusta, & rana, in plagis quibus Ægyptij percussi sunt, cum esset inoumerabilis locustarum numetus & ranarum.] Eóque loquendi modo, in canone Chalcedonensi, Romanum Pontificem omnium Diœceseon Primatem, appellatum esse singulari numeto *Primatem Diœceseos*, obseruat ibidem Nicolaus. Salua igitur manet analogia, & contentio, plurium Ecclesiæ flumioum in Pentecoste exortorum, cum fonte illo Paradisi reoeta multiplici, quem è vapotibus multis pet ditm subuectis, & noctis frigote addensatis in nubeculam, extitisse volunt, qui hæc diligentiùs sunt serutati. Vnde quem L X X. dixere *fontem*, alij cum Cbaldæo *nubem*, oonnulli *nebulam*, quidam *vaporem* verteruot. Quod petbellè cadit in Apostolos, in die Pentecostes, eductos veluti nubes ab extremo terræ, subuehente tam tenues ac fragiles & ex se terrenos calore Spiritus Sancti, ad rigandam prædicatione vniuetsam terram, vt augit S. Augustinus Psal. 134. *in secunda expositione*: & benè apud Hieronymum tomo 9. Autor Epistolæ 9. quæ est de tribos virtutibus. Et hanc esse pluuiam copiosam quæ è nubecula quasi vestigio homiois, post septimam denique inspectionem cassam, existere visa est, scribit Lytanus 3. Reg. 18. exponens de 7. mysteriis Christi interioribus; quæ pluuia voluotaria Spiritus Sancti, in Pentecoste excepit, otbem mysticum perfundens atque fœcundans, vt videns quomodò verum comptobetur] quod scriptum est à Chrysologo serm. 139. [Septimus numetus per ogdoadas currens, sic leptem septemplicat sepnmanas, vt Pentecostem nobis impletum mysterij solemoitate concludat, totúmque S. Spiritus imbrem io Ecclesiasticam segetem cœlesti soniru tuoc effundat.]

Præter patadisum quem inter orbis terræ ornamenta ptimo loco statuebam, considerari potest suppellex, proportione respondens ei mundi suppellectili, quæ mixtis omois genetis continetur. Suot enim insignia orbis ornamenta, & tam in mnndo mystico quàm in corporeo, locum habent. Scripsit de hoc argumento integram lucubrationem S. Bruno, quam inscripsit *DE NOVIS*: vbi totidem capitibus, disserit primùm de nouo mundo; Tuio de nouis cœlis. Tertiò de nubibus nouis: Quartò de nouis montibus: Quintò de nouis arboribus: Sextò de nouis animalibus: Septimò de potestatibus nouis: Octauò de nouo mari: Nonò de nouis auibus: Decimò de fluminibus nouis. Quæ allegoricè quomodò in Ecclesiam per Spiritum Sanctum sint illata, ex variis Scripturis prosequitur. Sed præteriit hominem nouum, quem minimè omnium præterirum oportuerat. Est enim eius mentio frequentissima in Scripturis. Itaque quomodò nouus homo Spiritus Sancti operatione in orbem nouum Ecclesiæ sit inductus, eáque fuerit noui sacrificij vrgeotissima ratio, expositum veoio. Sed seorsim ab aliis mysticis nouis, cum ob præcellentiam diuini huius opificij Spiritui Sancto præcipuj, quod meritò separatim videtur expendendum: Tum vt Lectoris attentio reficiatur hoc nouo titulo, velut animus viatoris bospitio, iuxta prudens S. Augustini consilium l. 1. contra aduersat. *in ipso fine*; & idem scitè expressit Rupertus l. 6. de glotif. Trinit. c. vltimo.

CAPVT IX.

Sigillatim de productione noui hominis, ad complendam mysticam Cosmopœiam in Pentecoste; déque nouo Sacrificij exhibitione idcirco debita.

VT iotelligatur, quomodò verum sit Spiritum Sanctum in Pentecoste procreasse hominem oouom, statuenda in primis est genuina *Hominis* notio. Neque enim de ea inter omnes conuenit, & Philosophi acriter circa eam suot digladiati.

Habemus ex Sexto Empyrico l. 2. Pyrrhon. hypotip. cap. 7. & in Opere adnersùs Mathemat. *cum de Censura Logica*, varias spurias hominis defioitiones. Eiusmodi est illa à Democrito assignata. *Homo est quod omnes scimus.* Ridiculè id effutiit Democritus. Sic enim homo esset lapis, lignum, aqua, ferrum, & alia quæ omnes scimus. Vix congruentiùs Epicurei definiuere hominem, *quod est tali forma externa praditum cum animatione.* At multi sæpè visi sunt pisces humana forma, qui tamen procul aberant ab hominis natura & definitione. Exempla suggeret Lilius Gyraldus syntagm. 5. histor. Deor. *pag.* 130. Alexander Neapol. 3. Genial. cap. 8. Scaliger. Exerc. 226. n. 12. Serarius in cap. 16. Iudic. q. 23. signaui ipse quoque exempla in eam rem non pauca, in Natut. Theol. dist. 2. à num. 54. Plato hominem finiuit *animal biped implume*, iure derisus à Diogene, qui capum tostum produxit, & in Platonis scholam coniecit, addito eo scomoiate; *En hominem Platenis.* Quo linguæ spiculo transfixus Plato, definitionem illam suam suffarcinare addactus, est, adhibito ad calcem illo additamento, *latis vnguibus, & capax ciuilis scientiæ.*

Errasse cum his alios quoque, inxta quos homo definitur *animal rationale mortale*, S. Chrysostomus

sostomus contestatur hom. 2. de patientia Iob. Obseruat enim in scripturis, è quibus petenda est genuina rerum notio, longè aliam proferri hominis definitionem. Tractans enim illud ex Iobi historia, *Et erat vir ille irreprehensibilis*, sic disserit. [Attende diligenter. Qui ab extra sunt, hominem definire consueuerunt. Quid est homo? Homo est inquiunt, animal rationale, mortale. De his Philosophorum termini consultantur. Scriptura autem non eosdem dat terminos. Sed quid homo? Irreprehensibilis, iustus, verax, & recedens ab omni opere malo. Si quis ergo te interrogauerit quid est homo? dic ad eum: Irreprehensibilis, iustus, verax, & recedens ab omni opere malo: adeò vt qui talium perfectorum officiorum testimonijs non fuerit comprobatus, homo non sit. Etenim talis, quamuis naturæ charactetem ferat, hunc tamen malitiæ propositum deformat. Audi à Propheta. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.*] Itaque iuxta S. Chrysostomum, vera hominis notio ac definitio est, *irreprehensibilis*, aut, vt vulgata habet, *iustus, ac timens Deum, & recedens a malo.* Quod alibi expressit Apostolus Ephes. 4. cum dixit, hominem nouum, eum esse qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. S. Basilius hom. 10. Hexaëm. imprimis aliis hominis definitionibus, ait verba illa Mosis, *fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam* continere legitimam hominis definitionem ab omnibus fidelibus amplectendam. Quæ omnia eodem recidunt. Sed vt perspiciantur, plus aliquid lucis est affundendum; ex Scripturis & Patrum Doctrina.

Obseruandum igitur est, cum S. Macario hom. 5. hominem naturalem, interuentu Spiritus Sancti per fidem vinum & charitatem immissi, quadantenus fieri duplicem, eo quod permisceatur cum eo Deus, & in vnam veluti massam mysticè confletur. [Si quis (inquis S. Macarius), Deum diligit, Deus quoque cum eo suam ipsius permiscet dilectionem: & cùm semel etedideris in Deum, addit illi Deus fidem cœlestem: & ita homo efficitur duplex. Vt possis igitur ex membris suis offerre Deo, ille ipse ex propriis velut membrorum, similia permiscet cum anima tua, vt omnia syncerè possis petagere, diligere, atque precari. Summæ enim dignitatis est homo.] Nempe ob hanc secum Dei quasi permistionem, & intimam coniunctionem supra ordinem naturæ, ad coëfficiendum varios actus supernaturales, cum homine naturali iam euecto in statum tota naturâ creata sublimiorem.

Clariùs eam hominis vnius dupliciratem expressit S. Basilius homil. 10. Hexaëm. expressus à S. Chrysostomo hom. 2. de Propher. obscurit. Ait enim S. Basilius expendens verbum illud Mosis ex persona Dei *Faciamus hominem.* [dicens *faciamus hominem*, vtique illum insinuat, qui internus est. Dixeris fortasse tu: Quin vel hîc commeminit rationis, Hominem dixit ad imaginem Dei. Ratione homo est? Audi Apostolum: *Etiamsi is qui foris est homo noster, corrumpatur: is tamen qui intus est renouatur de die in diem.* Quî possum istos duos internosse homines? Planè vnum, in qui conspicuo est omnibus: alterum qui tectorio corporis istius palam cognoscibili conuelatus delitescit, inuisibilis ille interior homo. Introclusum itaque hunc habemus & arcanum hominem, deprehendimur hinc quadantenus esse duplices: ac proinde id verum quod in omnium versetur ore, *intus sumus.*] Verum est, hæc eo loco non dici à S. Basilio nisi de corpore, cui nomen indit hominis externi, & de anima quam denominat internum hominem. Infeliùs tamen tractans Dei similitudinem imagini naturali superadditam, perspicuè extendit eam duplicis hominis nuncupationem, ad hominem (vt sic dicam,) naturalem, ex corpore & anima coagmentatum, quem vocat exteriorem & foris patentem hominem; & ad hominem internum, gratiâ sanctificante constitutum. *Arg. ex natura hominis creatione.*

Optimè & explicatissimè eandem doctrinam tradit S. Ambrosius Epistola ad Constantium. [Cùm sint (inquit) in vno homine duo homines, de quibus dictum est. *Et si qui foris est homo noster corrumpitur secundùm desiderium erroris, sed qui intus est, renouatur de die in diem* Et alibi. *Condelector enim legi Dei secundùm interiorem hominem.* Interior est homo noster, qui est ad imaginem & similitudinem Dei factus; exterior, qui figuratus ex limo. Sic denique & in Genesi, duas tibi creaturas hominis ostendit, secundò creatum hominem significans.] Vides, S. Ambrosium, duplicem illum hominem de quo agimus, ex variis Scripturis eruere. Et addi possunt alia loca non pauca, sed præsertim locus insignis ex 3. Petri 3. quem idem S. Ambrosius Epistola ad Simplicianum, tractans sapientis veras diuitias, egregiè perpendit. Docuerat Christianas fœminas S. Petrus, ne sollicitæ essent de capillorum plexibus, & auri circumpositione, aut vestimentorum ornatu; sed cutæ duntaxat ipsis esset, *absconditus ille cordis homo.* Infert inde S. Ambrosius. [Duo sunt igitur, & esse hominem in homine, & illum esse diuitem, qui sibi nullum diuitiarum vsum requirat. Pulchrè autem *cordis hominem* dixit, eo quòd totus sapientiæ sit absconditus, sicut ipsa sapientia quæ non videtur, sed intelligitur. Nemo ante Petrum tali expressione vsus est, vt diceret *cordis hominem.* Exterior enim homo, plurima in se membra habet. Interior autem cordis homo, totus sapientiæ est, plenus gratiæ, plenus decoris. *In incorruptione* (inquit) *quieti & modesti spiritus, qui est ante Deum diues.*]

Quæ diuitiæ, quisve ornatus & mundus, accedere possint ad ornatum atque diuitias interioris hominis in corde absconditi, qui Deo ipso ditescit, & ornatur, factus ad eius non imaginem modò, naturâ intellectualitate & libertate constituram, sed etiam ad similitudinem, quæ est diuinitas participata, quadantenus hominem in Deum transformans, ob coniunctionem admirabilitatis plenissimam, quâ Deus se quasi in hominis membra coaptans, vt superiùs cum S. Macario loquebamur, Deiformes effici homines, vita diuina illos munerans; neque duntaxat donans fidem quæ sit pro intellectu hominis interna, & charitatem quæ voluntatis locum teneat, vnà cum aliis virtutibus infusis quæ correspondentiam cum aliis facultatibus atque potentijs habeant

Sectio I. Cap. IX.

beant: sed simol donans gratiam, quæ est participata & adueoinia dioinitas, vt agnoscent Patres adducti à Ludouico Carbone l. de interioti homine cap. 18. Et hanc esse noui hominis essentiam, conceptis verbis tradit S. Chrysostomus hum. 13. in Epistol. ad Ephesios ad illud, *qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.* Demissiùs & abiectiùs temere de hac Dei beneficentia videor, sistens in donis porè creatis; tametsi supra omnem naturæ censum pretiosis; qui ipsam increatam Dei naturam, cum Spiritus Sancti persona, simul cum illis creatis donis collatum, agnoscere & potui & debui. Ratum quippè est ex doctrina Patrum, in hominis iustificatione, non modò accidentalia & creata Spiritus Sancti dona commuoicari huminfi, sed ipsam quoque Spiritus Sancti substantiam increatam atque diuinam, quo nihil cogitari potest sublimius, sioe ad nostram euectioocm ac dignitatem, siue ad Dei in eos munificentiam & exuperantem omnes sensus nostros benevolentiam. Hoc ne gratis assumpsisse videar, muniendum est suffragatione Sanctorum. Multos appendit Cyparissiota decade 7. c. 4. & Suarez lib. 12. de Deo c. 5. cooctus. 5. Paucos repræsento.

S. Cyrillos dialog. 7. de Trioit. [Sactæ literæ, hoc est diuinitus inspiratæ Scripturæ, manifestè tradunt, quod Spiritus Dei in Deo sit: neque alitet nos Dei sumus participes, quàm per Spiritum Sanctum. Vnde Dominus noster Iesus Christus de omni fideli & bono; Arbitror, inquit, *Veniemus ego & Pater, & mansionem faciemus apud eum.* Et. *In hoc cognoscimus, quod in nobis est, quia de spiritu suo dedit nobis.* Videtor enim qui Spiritum Dei accepit, quod acceperit verum & natura Deum inhabitantem, non alienom & separatum substantialiter, sed uum qol ex illo, & in illo, & proprius illius, & æqualem quasi cum ipso proprietatem ferens; sicque nominatus quasi in loco assumptus filij propter identitatem naturalem,]

S. Athanasius (aut qoisquis alios apud cum Autor orationis de Sanctissima Deipara), conferens superuentionem Spiritus Sancti in Virginem, de qua Gabriel Lucæ 1. cum superueotione eiusdem Spiritus Sancti in Apostolos, atque adeò in omnes iustos: ait, Spiritum Sanctum [superuenisse essentialiter et in Apostolos cum omnibus suis donibus.]

S. Augustinus mellitissimè serm. 185. de temp. [Quanta & quàm ineffabilis pietas Redemptoris? Hominem portauit ad cœlum, & Deum misit ad terras. Quanta est auctori cura pro instauratione facturæ suæ? Ecce iterum oona de supernis medicina mittitur: ecce iterum infirmos suos per seipsam majestas visitare dignatur. Ecce iterum humanis diuina miscentur; id est, vicarius Redemptoris, vt beneficia, quæ Saluator Dominus iochoauit, peculiari Spiritus Sancti virtute consummet: & quod ille redemit, iste sanctificet, quod ille acquisiuit, iste custodiat; ac sic vnitas deitatis per vnitatem gratiæ ac muneris apptobatur, vt Spiritus Sanctus Deus in substantia vnus, in persona alius; æquali miseratione vnicus æquali reuerentia sit colendus. Ergo Spiritus Sanctus in hac die, ad præparata sibi Apostolorum suorum templa, velut in iter sanctificationis, illapsus est. Non iam visitator subitus, sed perpetuus consolator, & habitator æternus. Nam sicut de se ipso Apostolis suis dixerat, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*: ita etiam de Spiritu Sancto. *Paracletum*, inquit, *dabit vobis Pater, qui vobiscum sit in æternum.* Affuit ergo in hac die fidelibus suis, non iam per gratiam visitationis & operationis, sed per ipsam præsentiam majestatis: atque in vasa, non iam odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit vnguenti: ex cuius fragrantia, latitudo totius orbis impleretur, & appropinquantes ad eorum doctrinam, Dei fierent capaces atque participes.]

Idem D. Augustinus l. 15. de Trinit. c. 26. liquidò agnoscit, daram esse Apostolis, cum mox à Christi resurrectione, tum in Pentecoste; personam ipsam Spiritus Sancti per quem diffunditur charitas in cordibus nostris. Vnde, quia charitas est biceps, bis à Christo datom Spiritum Sanctum coniectat: semel ex cœlo ad iosinuandam diffusionem charitatis erga Deum; & semel in terra, vt innucretur diffusio charitaris in proximum. In quem sensum Prosper. a. p. opetis de promiss. c. 30. accipit Spiritum illom duplicem, quem ab Elia in cœlum ascendente experiit Elisæus. Eum ergo spiritum reuera vnum, sed habitudine duplicem, quem Christus communicauit, fuisse ipsammet Spiritus Sancti personam, Deum verum, perspicoè ibi tradit D. Augustinus, indéque colligit, Christum esse Deum, qui dedit Deum. [Quomodò ego (inquit) Deus non est qui dat Spiritum Sanctum? Imo quantus Deus est, qui dat Deom?]

Contrariom tradere videtur Auctor homiliæ de Sancto & adorando Spiritu apud Chrysostomum. Disertè eolm negat, missionem Spiritus Sancti intelligendam esse secundùm deitatem: eo quod Deus qui vbique est, mitti aliquò non possit. Sed hæc ait pertinete tantùm ad significandam Spiritus Sancti operationem. Concludit, longam huius suæ sententiæ confirmationem his verbis. [igitur cum dicit; *Mitto vobis Spiritum Sanctum*, donum dicit Spiritus Sancti. Et vt discatis, quòd donom mittitur, Spiritos autem non mittitur. Saluator dicit Apostolis; *Manete in Hierusalem, donec induamini virtute ex alto, & sanctis virtutem superuenientis Spiritus Sancti in vos.* Alia est virtus quæ conceditur, & alius est Spiritus, qui cõcedit, dividens singulis provt vult. Igitur tu noo potes ostendere, mitti Spiritum Sanctum à pura deitate.] Itaque hic Autor, agnoscere planè videtur, personam Spiritus Sancti & diulnitatem, nun communicari quoad substantiam iis qui lustificantor, sed tantùm quoad creata dona gratiæ, S Spititui aptopriata: ex quorum tamen inexistentia, nulla necessariò præsentia, aut realis coniunctio Spiritus Sancti cum persona creata colligitur. Et ita Vasquez 1. p. d. 30. c. 3. & t. 2. d. 8. n. 5. Et viderut fauere S. Bernardus Epistola 11. docens eum Deus dicitur date charitatem, intelligi [quod charitas dat charitatem, subsrantia accidentalem, vbi dantem significat, nomen est substantiæ; vbi donum, qualitatis Fauet item Iunilius qui l. 2. de part. dio. leg.

illud

illud Christi quod in hanc tem videtur liquidum, *Accipite Spiritum Sanctum*, exponit de gratia creata.

Nihilominus contrstia doctrina, adeò certa visa est Diuo Thomæ 1.p.q 43. art. 3. vt *errorem* appellauerit, asserere sola dona creata communicati, cum homo sanctificatur, nec dari simul eius personam & diuinitatem. Eandem esse communem Patrum sententiam, scribit Suarez l.12. de Deo c.5. n. 8. eámque sitmat & declarat Prolego. 3. de grat. c. 3. à n.4. Quanquam idonea & conuincens huius veritatis ratio non ita facilè assignatur, siquidem difficile satis videtur, assignare titulum nouum & peculiarem, vi cuius Spiritus Sanctus, si per impossibile non esset immensus, adesse necessariò deberet; sicut titulus vnionis hypostaticæ sistit necessariò personam Verbi, humanitati assumptæ. Ratio enim quam Molina 1.p.q.43. artic.3. petit ex titulo specialis tectotis & protectoris, patrum vrget: quia ad id, non exigeretur præsentia realis. Item ratio quam Lessius adducit l. 2. de summo bono c.4.n.5.& l.12. de diuin. perfect. à num. 75. ducta ex participatione diuinæ naturæ, eius inexistentiam omnino requirente, enervis est & imbecilla. Nam adoptio humana est aliqua participatio naturæ adoptantis, vmbratica licet ac mendax, vt loquitur Saluianus lib.3. ad Ecclesiam: neque tamen exigit inexistentiam adoptantis. Itaque hi tituli inexistentiæ Spiritus Sancti in persona creata quam iustificat, non satisfaciunt. Potest tamen illius inexistentiæ non incongrua ratio, duci ex perfectissimo amore, qui non pateretur Deum à creatura sua adeò impensè dilecta, elongari quoad præsentiam talem, si per impossibile non esset immensus. Amor enim est vis vnions & commiscens, vt ex Aristophane docet Aristoteles 2. polit. c. 2. confirmátque Plotinus Enneade 6.l.7. c.34. Idem habent S. Dionysius c.4. diu.nominum, S.Hieroiheusin hymnis amatoriis, S.Augustinus 8. Tim.c.10. S.Maximus centur. 5. ex Variis c. 9. Synesius ex Platone epist. 51. S.Thomas ex Aristotele 1.2. q.28. articulo 5. ad 2. Etasmus Adagio, *Vna anima in duobus corporibus*, & Lessius 8. de summo bono a num.91. Quamuis sures amor nostras quia imperfectus est, plerumque amati præsentiam non inferat; tamen diuinus amor quia est perfectissimus, plenam amantis & amati immeationem inducit. Atque ita Spiritus S. cui amor diuinus appropriatur, iure dicitur iustis & amicis Dei concedi, secundùm substantiam & tealem præsentiam mutuam vtriusque.

Coniungitur ergo homini iusto Spiritus Sanctus, ad modum formæ, hominem cui veluti immiscetur, donantis vita diuina: Ita vt tecisa imperfectione informationis, (quam stultè illi tribuerunt aliqui apud creditum Cyprianum serm. de Spir. Sancto, & alij à nobis prolati in Natur. Theolog. dist. 6. num. 5.) habeat rationem animæ viuificantis ipsam animam naturalem, déque homine iusto, viuere vita diuina. Et sic acceperunt graues Patres illud 1.Thessal.vltimo, *Vt integer Spiritus vester, & anima, & corpus seruetur*; perinde intelligentes Apostolum, ac si dixisset, hominem instum & supernaturaliter perfectum, copstare corpore, anima naturali, & Spiritu Sancto, tanquam supernaturali forma iosius. Ita S.Hieronymus quæst.vltima ad Hedibiam: Quid enim in calce quæstionis air, se Spiritum illum quem Apostolus petit integrum conseruari, non intelligere substantiam Spiritus Sancti, quæ non potest interire, sed gratias eius; non pugnat teuera eum iis quæ præmiserat de Spiritus Sancti communicatione facta iusto per gratiæ sanctificantis immissionem: quæ talis est, vt ipse ibi, & S.August. l.15. de Trinit. c.26. pro eodem reputet gratiæ & Spiritus Sancti coniunctionem. Sensus ergo S.Hieronymi dumtaxat est, Spiritus Sancti substantiam non aboleri, aut interire, cum extingui dicitur per peccatum. Sed quamuis à quo aufertur, extinguatur; sibi tamen incompatibilem esse, nec sustinere aboliionem. Monet etiam hunc Apostoli locum, iungendum esse cum eo quod Apostolus præmiserat ibidem; *Spiritum nolite extinguere*, quod non potest contingere Spiritui Sancto in seipso, sed gratiæ dumtaxat, & reliquis donis creatis, affectantibus Spiritus S. infusionem

Arg. ex nou hominis creatione.

Vt vt verò locum illud Apostoli acceperit S.Hieronymus, agnoscunt quem diximus eius genuinum sensum, Chrysostomus, & fere Græci ibi, & optimè S.Irenæus l.5. contra hæreses cap.6. vbi pulchrè præmittit, per Spiritum hominem effici ad similitudinem Dei: & perfectum hominem, esse commixtionem & vnionem, corporis, & animæ, ac Spiritus Sancti adaptati puero Dei. Nam iuxta eum, [Perfectus homo, est commixtio & adinnctio animæ assumentis Spiritum Patris, & admistæ ei carni quæ est plasmata secundùm imaginem Dei.] Hoc est quæ est efficta consentaneè & accommodatè ad excipiendam imaginem Dei, consistentem in anima corpus physicè informante. Neque enim sensus S. Irenæi est, carnem secundùm se esse ad imaginem Dei, quod SS. Augustinus & Philastrius inter hæreses nnmerant, & à Sancto Cyrillo l.contra Anthropomorphitas, Cassiano Collat. 10, cap.3. aliisque passim reiicitur. Neque item quod ibi Scholiastes arbitratur; sensus S. Irenæi fuit carnem continere imaginem Dei, qui est statura erectæ, & donata fuerat (quantum ex Deo erat), vita immortali. At his non continetur imago Dei, de qua S.Irenæus agebat. Eius ergo genuinus sensus est, carnem fuisse formam apiè ad excipiendam animam rationalem, quæ est Dei imago. Et ex illis duobus, coalescit homo naturalis, qui si solus sit, est imperfectus. Si verò duobus iliis superueniat Spiritus Sanctus, tum demum fit perfectus & spiritualis. Hunc esse verum S. Irenæi sensum, docent quæ statim subiungit, in hæc verba. [Si enim substantiam tollat aliquis carnis, id est, plasmatis, & nudè idipsum solum Spiritum intelligat, tam non spiritualis homo est, quod est talé, sed Spiritus hominis aut Spiritus Dei. Cùm autem Spiritus hic commixtus animæ vniitur plasmati, propter effusionem Spiritus, spiritualis & perfectus homo factus est: & hic est qui secundùm imaginem & similitudinem factus est Dei. Si autem defuerit animæ Spiritus, animalis est verè, qui est talis, & carnalis derelictus, imperfectus erit; imaginem quidem habens in

Sectio I. Cap. IX.

plasmate, similitudinem verò non assumens per Spiritum. Sicut autem hic impetfectus est, sic itetum si quis tollat imaginem, & spernat plasma, iam non hominem intelligete potest, sed aut partem aliquam hominis, quemadmodùm prædiximus: vel aliud aliquid præter hominem. Neque enim plasmatio carnis, ipsa secundùm se, homo perfectus est; sed corpus hominis, & pars hominis. Neque enim & anima ipsa secundùm se homo: sed anima hominis, & pars hominis. Neque Spiritus homo: Spiritus enim, & non homo vocatur. Commixtio autem & vnitio horum omnium, perfectum hominem efficit. Et propter hoc Apostolus seipsum exponens, explanauit perfectam & spiritualem salutem hominis, in prima Epistola ad Thessalonicenses, dicens; *Deus autem pacis sanctificet vos perfectos, vt integer vester Spiritus & anima, & corpus, sine querela in aduentum Domini Iesu Christi seruetur.* Et quam vtique causam habebat, his tribus, id est, animæ, & corpori, & spiritui integram & perfectam perseuerationem precari in aduentu Domini, nisi reintegrationem & adiunctionem trium, vnam & eandem ipsorum sciebat salutem? Propter quod & perfectos ait eos, qui tria sine querela exhibent Domino. Perfecti igitur, qui & Spiritum in se perseuerantem habent Dei, & animas & corpora sine querela seruauerint.]

Intelligitur ex dictis, quid sit Spiritum Sanctum communicari homini iusto, tanquam Spiritum aduentitium, & animam superadditam animæ physicæ; sicque hominem viuificare nouo vitæ genere, hoc est diuino. Propterea enim Spiritus Sanctus, in symbolo fidei denominatur *viuificans.* Vitam viuificantem, vitæ viuificatæ respondentem, vocat S. Gregorius hom. 17. in Ezech. Conferi enim animam cuius interuentu caro viuificatur, eum Spiritu Sancto animam ipsam quasi animante, & viuificante; idque air esse ostium contra ostium Ezechieli obiectum, quia per vitam creatam & naturalem quam anima exhibuit carni, pater aditus ad cognoscendam vitam diuinam & supernaturalem, quam Spiritus Sanctus animæ abs se viuificatæ immittit. Vnde sicut anima vnum totum fit cum corpore quod animat, eique ita conferitur vt ambo vnum quid denominentur; ita qui adhæret Deo, vnus Spiritus est. Hac ipsa ratione S. Chrysostomus hom. 6. in 1. Cor. interpretatur illud: *litera occidit, Spiritus autem viuificat.* Sicut enim peccatum extrudit illam quasi formam supernaturalem homini superadditam, à cuius inamissibili possessione, solus Deus dicitur habere immortalitatem, ex S. Augustino 14. Trinit. c. 4. & à cuius abactione, peccata grauia denominantur mortalia; ita communicatione illius veluti formæ, fit inductio diuinæ vitæ: quæ quanti sit, & cuiusmodi sit, S. Chrysostomus *supra in morali*, insignitet exponit, declarata morte spirituali, per comparationem ad mortem corporis. Ex vilitate namque, & turpitudine, ac inutilitate corporis post exclusionem animæ, infert S. Chrysostomus, quàm vilis & inutilis fiat anima, excluso Deo; vnde à contrario liquet de nobilitate & dignitate animæ, viuentis viram supernaturalem; ex coniunctione cum Deo fonte vitæ, habente rationem quasi animæ, respectu animæ & hominis physici, iuxta doctrinam sancti Chrysostomi, necnon D. Augustini l. 13. de Ciuit. cap. 2. & l. 20. c. 6. ac S. Gregorij l. 6. regiſtri epist. 31. necnon Ioannis Sarisberiensis l. 3. polyc. c. 5. Et quanquam reuera Spiritus Sanctus homini communicatus, non habet perfectè rationem animæ, quia est actus purus, nec potest informare; habet tamen se ad modum animæ, quantum per summam puritatem suam licet. Imò non est Spiritus putè assistens, vt sunt dæmones in Engastrimythis, in quos nihil possunt nisi per motum localem: sed hoc plus habet, quod illabitur etiam intellectui & voluntati, excitans & mouens ad omnes vitæ spiritualis functiones, eásque comprincipians. Qui modus se habendi, tam intimus est quàm esse potest; salua perfectione summæ puritatis, redoléque formam substantialem omnes actus vitæ naturalis principiantem.

Tam multa præmitti oportuit de coniunctione Dei nobiscum ad modum animæ, vt liqueret verè assumptum fuisse, Spiritum Sanctum in Pentecoste, nouo & supernaturali modo veluti animasse iustos quibus est illapsua, eámque fuisse hominis noui creationem, qua spiritualis Cosmopœia est obsignata. Est potrò consideratione dignissimum, eodem propottione modo extitisse hominem nouum ex immissione Spiritus Sancti, quo primus Adam factus est in animam viuentem. Nimirum produxit Deus hominem primum, inspirando in faciem eius spiraculum vitæ: quo immisso, qui meta tetra humens ac immobilis erat, vitam intellectualem ac motum est sortitus. Similiter enim qui priùs non nisi terra erat affectu & cogitatione, ob defectum formæ altioris & spiritualis, vt ratiocinatur S. Fulgentius l. de Incarn. & gratia Christi cap. 24. aduenient Spiritu Sancto, fit Spiritus. Et quia Spiritus Sanctus ex limo nostro aduenit extrinsecùs ex Dei inspiratione & afflatu, idcirco scitè S. Cyrillus Catech. 17. vocat noui hominis productionem *secundam sufflationem.* Eámque ob causam Christus Ioan. 20. dicens *accipite Spiritum Sanctum*, insufflauit. Tametsi enim non displicet quod S. Augustinus 4. Trinit. cap. 20. eam Christi insufflationem aptat ad insinuandsm Spiritus Sancti processionem à Patre & Filio, sicue halitus è sinu hominis foras emittitur. Tamen passim præterea Patres, eam Christi insufflationem, pertinuisse volunt ad insinuandam analogiam infusionis Spiritus Sancti, cum infusione animæ in argillam è qua Adamus est efformatus, & factus in animam viuentem. Ita S. Basilius l. de Spiritu Sancto cap. 16. sanctus Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. Cyrillus l. 12. in Ioan. cap. 56. Athanasius q. 64. ad Antioch. Petrus Damian. in Exposit. histor. veteris Testam. cap. 6. Et sicut anima non fuit conscia infusionis suæ in massam argillaceam, (neque enim præexistebat vt considerat S. Chrysostomus homil. de fide ac lege naturæ, allegans anteriorem suam ea de re disputationem, quæ habetur homil. de animatione Adæ.) Itémque sicut anima iam immissa corpori, neque ab aliis, neque à seipsa perspiciebatur; tantúmque ex effectibus & operationibus perspicua erat,

erat, vt propterea Philo lib. 1. Allegor. obseruei, Adamum qui ex plenitudine notitiæ omnibus inferioribus nomen propriũ imposuit, sibi soli quia suam animam non habebat perspectam, nomen proprium non indidisse, sed communi appellatione, Adami id est *terreni*, nomen esse sortitum. Ita inexistentia Spiritus Sancti in homine, nunquam aperiè, (seclusa extraordinaria reuelatione,) se prodit; sed duntaxat subobscurè per aliquos effectus ambiguos, nec vsquequaque certos se manifestat. Vides quàm aptè ob summam consensionem cum primi hominis animatione, immissio Spiritus Sancti, per insufflationem sit à Christo facta. Quo etiam pertinuit missio S. Sancti in die Pentecostes, specie Spiritus vehementis.

Ad eandem analogiam cum infusione prima insinuandam, pertinet quod sicut Deus non fecit hominem primum vnica manu, (quamuis ita cœlos produxerit iuxta Isaiam cap. 45.) sed ad hominis efformationem adhibuit duas veluti manos, Verbum scilicet suæ sapientiæ & Spiritum amoris, iuxta illud *manus tuæ Domine fecerunt me:* Ita his duabus manibus nouum hominem effinxit, Verbo inquam suo & Spiritu Sancto, vt pulchrè tradit S. Ambrosius serm. 10. in Psal. 118. *ad versum* 8. post S. Hilarium ibi, & S. Irenæum lib. 5. c. 6. Id quod agens de homine nouo sub specie cœli, Psalres aliis verbis expressit, dicens: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* In quem locum insignis est Glossa S. Basilij l. 5. in Eunom. analogiam primæ & secundæ formationis hominis, scilicet aperiens. [Spiritus diuinus (inquit S. Basilius,) omnia quæ à Deo per filium facta sunt, perfecit, sicut in noua creatione, de qua dicitur; *Si quis in Christo noua creatura.* Propterea *verbo Domini*, inquit, *cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis virtus eorum.* Viuens verbum in quo facti sunt cœli, hic ipse Deus verbum, de quo Ioannes clamat. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Vitam esse viuificantem, Spiritus monstrat, secundùm quod scriptum est; *Vita Spiritus qui cœlestes virtutes efficit*, hic ipse cum Patre & Filio glorificatur. Nec enim verborum prolatione, (quamuis humano more verba Dei prolata dictáque dicantur,) Deus creat, aëri; Spiritus profusione cœli ornantur. Spiritus enim ad creandum viuo verbo coordinatus, est viua virtus, diuina natura, ineffabilis ex ineffabili ore existens ineffabili modo, & per sufflationem ad hominem missa, & secundùm figuram corporaliter à Domino traditam, rursus ab eo per sufflationem restitutus. Concurrere enim oportet cum prima nouitate, præsentem innouationem atque concursum. Informauit igitur cùm sufflasset, cùm non alius esset atque is qui à principio insufflauit, sed ipse per quem Deus sufflationem dedit, tunc quidem cum anima, nunc verò ad animam: sic Deus creat, non manuum motu corporalium, sed viui verbi operatione, & Spiritus participatione viuificantis. Igitur à principio cuncta facta sunt in Spiritu, & in Spiritu rursus innouantur.]

Sic planè facti sunt in Dei Verbo & Spiritu, homines noui in Pentecoste. Sic omnes creaturæ, (nam tales planè Apostoli in Pentecoste), factæ sunt ad imaginem. Neque enim homo est imago Dei, propriè loquendo, sed ad imaginem, vt acutè tradunt Sancti Hilarius, & Ambrosius, proximè laudati, Christus solus est imago Dei inuisibilis, & figura substantiæ eius. Sicut ego Christus vera Patris imago, productus est de Spiritu Sancto; ita & noui homines secundæ productionis opificia, de Spiritu Sancto producuntur per Christi merita, de qua analogia concinnè S. Fulgentius l. de Incarn. cap. 20. Item sicut nullum Christi meritum ad sui de Spiritu Sancto productionem intercessit; ita hæc secunda productio, non fit ex meritis. Et idcirco iure dicitur *creatio*, quia anima ei cœlitùs aduenienti, non educitur; sed homo spectata radice prima, fit ex nihilo. Verè quippe dictum est, *pro nihilo saluos facio eos.* Idque spectans S. Basilius in Psalm. 32. verba illa, *ipse dixit, & facta sunt*, refert ad primam productionem, in qua nonnullæ eductiones intercesserunt; quod autem sequitur *mandauit & creata sunt*, refert ad secundam productionem, quia est de nihilo subiecti, spectata radice prima.

Argum. ex nouo homine ex creatione.

Sic Spiritus Sanctus creator & renouator hominis in Pentecoste iure dicitur, iudice S. Odilone serm. 9. vbi sic disserit de Spiritu Sancto. [Non potest inter creaturas connumerari; qui creator & renouator est totius machinæ mundi. Si creatorem & renouatorem Spiritum Sanctum prædico, desiderantes Prophetici verbis consentio. *Emitte* (inquit) *Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Si cooperantem totius diuini operis esse pronuntio, ab authoritate diuinæ Scripturæ non dissentio. Quando Deus per verbum fabricam mundi coodidit, Spiritus Sanctus super aquas ferebatur, sicut diuina pagina diuinis lectoribus innotescit. Postquàm priore gratia, inuidia Diaboli primis homoibus adempta, pietas diuina ad agnitionem sui hominem pereuntem reuocare voluit, Spiritus Sanctus Patriarchas edocuit, Prophetas impleuit, Dei filium Virginem patituram Angelo nunciante obumbrauit, super eundem Christum baptizatum in specie columbæ visibilis apparuit, idem in igneis linguis super Apostolos hodierna festiuitate descendit, & quos puros homines inuênit, Deos, imò & Dei filios, per gratiam adoptionis effecit. Pulchrè Spiritus Sanctus, Deus ac Dominus, creator ac renouator dicitur, quia quos in Baptismo diuina regeneratione recreat remittendo peccata à contagio veteris hominis renouat, & in secundi hominis speciem renouando commutat.] Et quanquàm Hugo Victorinus in Monast. Instit. serm. 70. creationem ad diuinæ similitudinis gratuitæ peccato abolitæ reproductionem, renouationem autem ad naturæ imaginis reparationem refert, tamen iis ipsis locis quæ allegat ex Psalmo 50. & 103. quibus Dauid petit cor mundum in se creari & Spiritum rectum innouari, necnon emitti Spiritum Dei, vt creeotur, & reoouetur facies terræ, & creatio & renouatio eandem supernaturalem hominis interni productionem per Spiritum Sanctum designant.

Meritò itaque sanctus Chrysostomos hom. 4. de Ascens. ex editis à Vossio, conficiens hebdomadam primariorum nostrorum mysteriorum;

Sectio I. Cap. IX.

Pentecosten collocat. Reiecta enim, bellè respondet sexto loco dies Cosmopœiæ corporeæ, qua die homo est conditus per Dei insufflationem in limum. Similitet enim Christus in cœlum ptouectus, insufflauit in massam nostram, eámque demisso Spiritu Sancto, animauit nouo modo. Quod D. Augustinus 18. Ciuit. cap. 31. agens de salute per Nahum prænunciata in monte Sion, & ascensutis ex eo monte, tesaluatis vt saluent Idumæam, & sit Domino tegnum, demonsttat conspicuum præsettim fuisse in Apostolis post acceptum in Pentecoste Spititum Sanctum. [Hoc obscenuio erat (inquit,) antequàm fietet: sed factum, quis non fidelis agnoscat? Nahum vetò Ptopheta, imò per illum Deus, *Exterminabo*, inquit, *sculptilia & conflatilia: ponam sepulturam tuam, quia ecce veloces super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Celebra Iuda, dies festos tuos, redde vota tua: quia iam non adyciet vltra, vt transeant in veruſtatem: consummatum est, consumptum est. Ascendit qui insufflat in faciem tuam, eripiens ex tribulatione.* Quis ascenderit ab infetis, & ipsufflauetit in facietn Indæ, hoc est, Indæorum discipulorum; Spiritum tecolat sanctum, qui meminit Euangelium. Ad nouum enim Testamenrum pertinent, quotnm dies Festi ita spiritaliter innouantur, vt in veruſtatem transite non possint.] Nempe quia quotannis Pentecoste celebtatnt, qua id beneficium tecolitut. Cytillus item Hierosol. Catech. 17. eum locum Nahum accommodat ad hanc secnndam (vt vocat,) sufflationem, & demissum à Christo Spiritum Sanctum, ad liberationem nostram à ttibulatione Idolomaniæ; egregiè in eandem sententiam ptoseqoens omnia adiuncta descensus Spititus Sancti à Chtisto iosufflante demissi.

Ex quollquet, omoia in Christo esse tecapitulata, vt dixit Tertullianus 5. in Matcio. c. 17. exprimens illud ex c. 1. Ephes. iuxta vnlgatum, *instauranit omnia in Christo.* Siue vt idem Tertulliaous legit l. de Monog. c. 5. ad caput & initium teciptocata sunt omnia in Chtisto. Ideóque ait, Chtistum [α & ω summam & vlrimam Gtæciæ litetas, sibi indnisse, initij & finis concuttentium in se figutas.] Sanè sicut initio non etat citcuncisio, ita neque est sub Christo: sub cuius etiam institutis, teditum est ad vnius cum vna coningium, quia ab initio non fuit sic, vt plures vna vxotes qnis haberet, Homo patadiso vnde exciderat, testitutus est: atque ita in Chtisto omnia renoeata sunt ad initium. Nec hoc tantùm, sed salus humana iisdem quibus petierat lineis, est repatata, vt ait Chrysologus setm. 77. Id quod etiam habent S. Ambtosius serm. 37. & Clemens Alex. 5. Strom. *pag. mihi* 560. Luculentissimè vetò micat quod dico, in hac noui hominis per Chtistum effectiooe, communicato Spititu Sancto in Pentecoste, & immisso in terram humanam spitaculo cœlestis vitæ, vti in principio accidetat.

Ex sic compacto, & vniuersa sua suppellectile congruè otnato mundo mystico, cuius vltima veluti completio fuit hominis noui ptoductio, concentum ei non dissimilem, quem ex mundanarum eteaturarum varietate a naturæ Autote Deo excitati obsetuant Patres adducti Gtadu 1. Scalarum ad Deum, hinc quoque nouato per Christum orbe existere, obseruat egregiè S. Paulious Natali 9. S. Felicis; sic canens,

—— Septem numeramus
Hebdomadas, & lux populis festina recurrit
Qua sanctus quondam cœlo demissus ab alto
Spiritus, igusto diuisit fulmine linguas.
Vnus & ipse Deus diuisa per ora cucurrit,
Omnigenasque vno sonuit tunc ore loquelas
Omnibus ignotas tribuens expremere voces,
Quisque suam vt gentē peregrino agnoscetes ore,
Externámque suo nesciret in ore loquelam.
Barbarus ipse sibi, non notis nota canebat,
Verba suis aliena loquens: sed in omnibus vnum
Voce Deum varia laudabat Spiritus vnus.
Vt citharis modulans vnius verbere plectri
Dissona fila mouet: vel qui perflantia textis
Labra terit calamis, licet vnum carmen ab vno
Ore ferat, non vna sonat, varióque Magistra
Temperat arte sonos, arguta foramina flatu
Mobilibusq; regit digitis; claudítque aperítque
Vt rapida vice dulcis eat, redeátque canorus
Currens Æolio modulabilis aura meatu,
Explicet irruptos animata vt tibia cantus.
Sic Deus omnisona modulator & arbiter vnus
Harmonia, per cuncta mouet quam corpora verū,
Et natura opifex, Deus omnis & artis in omni
Fons opere & finis, faciens bona, factáq; seruans
Ipse manens in se, media pietate vicissim
Qua Pater in Verbo, qua Filius in Patre regnat,
Quo sine nil factū per quē fata cuncta in eodem
Consistunt, idem nouas omnia Principe Verbo.

Audin' *nouat omnia*; mondum scilicet tenouans; & omnia quæ sunt, per missionem Spiritus Sancti ex qua ille concentus extitit. Innouasse autem omnia Vetbum pet Spititus Sancti missionem io Pentecoste, monstrant & antecedentia, & hæc continenter subiecta.

Qui cruce purpurea pretuſi sanguinis ostro
Arduus ascensu volucri penetrauit in alta
Nube super Cherubin volitans, sedítq. parenti
Dexter & in seruos cœlestia dona profudit
Spiritum ab Vnigena sanctum, & Patre procedentem.

Non erit operosum, ex omnibus hactenus disputatis inferre, sactificatum esse ritu Chtistiano in Pentecoste. Iustissimum enim ac dignissimum fuit, vt initio statnebam, Adamum pto sna fabtica & otbis molitione gratum, factificate in illia mnndt initiis. Quis de hoc ambigat, cum Deus iuxta Philonem l. 3. de vita Mosis, tantum beneficium, & iugibus sacrificiis, & repetita quot hebdomadis Sabbathi celebratione, recoli mandanerit? Eodémque tefetebatut Peotecostes Iudaïcæ celebratio post 50. dies. Nam vt idem Philo obsetuat in l. de vita supplicom agens de conuiuio & canticis dtamatis, vniuersáque solemnitate primotum Alexandriæ Christianorum in Pentecoste, qninquagenatius numerus exotdium terum omnium signat. [Qui totam vitam (inquit) dedicarunt cognitioni naturæ, contemplationique, hi numeros in primis obseruando; post septem hebdomadas elapsas, conuentus suos instauraur, venerati non solùm simplicem septenarium, sed & vim eius multiplicem: Castam enim sciunt hebdomada & semper Virginem. Is dies profestus est maximè festiuitatis incidentis,

in

in numerum quinquagenarium sanctissimum & naturæ gratissimum, constantem ex vi rectangularis trianguli, quod est initium generationis rerum omnium.] Si itaque initio conditi orbis & hominis sacrificatum est, idque lumen naturæ ponere videtur extra dubium, & repetitum est sacrificium quandocunque memoria orbis & hominis à Deo creati recurrit; Iustum ergo etiam fuit, vt pro hac noua noui hominis productione in Pentecoste, sacrificium fieret, & quidem nouo modo, quandoquidem antiqua sacrificia, translato vnà cum legis mutatione sacerdotio, abrogata erant, & succesſetant sacrificia secūdùm ordinem Melchisedech; quo ritu Christus per delectos à se ministros, est sacerdos in æternum, hoc ab initio Ecclesiæ Christianæ in Pentecoste, vsque ad sæculi finem.

Existimarim id prænunciasse Malachiam cap. 3. loco perillustri, quem Theodoretus ac Rupertus & Ribera ibi, de die Pentecostes interpretantur. Ait ergo Malachias de Christi eximia gloria, quam contestatur à nemine sufficienter percipiendam, ita vt nemo eam irretorto obtutu possit contueri. *Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.* Christus inquam, igne Spiritus sui quem mystra cum maiestate demittet in Pentecoste, calefaciet animas discipulorum suorum, atque fidelium omnium, & expurgabit eas, non secus ac metalla igne liquata emundantur per scoriæ secretionem. Aut non secus ac vestes, à fullonibus adhibita herba borith, siue saponaria, eluuntur à sordibus, & nitori suo restituuntur. Non obiter autem ac perfunctoriè hanc suorum purgationem exequetur, præsertim sacrorum hominum, vt Apostolorum, & quoruncuoque sacerdotum, vices filiorum Leui obeuntium; sed accuratè & attentè in eam expurgationem incumbet. Quia enim ex nitore Sacerdorum ferè pender populi mundicia, propterea eos præsertim, purgatissimos & nitentissimos adhibito igne illo Spiritus Sancti efficiet, instar argenti igne examinati, probati tertiæ, purgati septuplum: & instar auri obryzi defæcatissimi, ac exquisitè pereolati. Hanc purgationem factam esse in Pentecoste, iam eum Theodoreto & aliis, diximus. Subdit autem Malachias de sacerdotibus sic expurgatis ab omni scoria, & immunditia statum adeò sanctum decedente. *Et erunt Domino offerentes sacrificia, & placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui.* Typus pro antytipo ponitur: Iuda inquam & Ierusalem pro Ecclesia Christiana, in qua sacerdores noui, Iudaïcis admodùm contaminatis, ideóque Deo non acceptis, subrogati, offerent sacrificium vnum omnibus aliis quantumlibet multiplicatis æquivalens: offetent inquam post tam exactam purgationem, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, in iustitia & sanctitate veritatis. *Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies sæculi, & & sicut anni antiqui.* Hebræum nomen *sacrificij*, est *Minhhah*, (vt notat ad hunc locum Castro) significans oblationem ex farina confectam; vt satis appareat, Malachiam hîc, de sacrificio Eucharistico, per sacerdotes Christi in Pentecoste igne Spiritus Sancti expurgatos titè celebrato, prænunciationem prompsisse. Et ita censet idem Castro, nec non Ribera, & Sancius, & veterum plerique; vt Theodoretus, Rupertus, Lyranus, & Riehelius. Quod autem hoc sacrificium Deo acceptum fore, ait Prophera, *Sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui*, expressionem continet eius quod hîc contendimus; nempe par fuisse sacrificari titu Christiano in Pentecoste, ad gratias Deo agendas pro orbis fabrica, & hominis noui productiune per Spiritum Sanctum: sicut Adam in mundi principio, (quo propriissimè pertinent *dies sæculi, & anni antiqui*,) sacrificauit in actionem gratiarum, offerens oblationes Deo acceptas: quorum odotem suauitatis, præmissa expurgatione & eductione à delicto suo, Deus est odoratus. Et quanquam sacrificium Eucharistiæ, spectata victima in eo oblata, est supra omnem comparationem, acceptius sacrificio per Adamum exhibito in orbis initio; dicitur tamen sacrificium Eucharisticum in Pentecoste celebratum, placiturum sicut sacrificium Adami; tum ratione operis operantis quo sacrificium Adami valde enituit: tum ratione similitudinis alicuius in valore operis, citra æqualitarem, aut etiam designationem vllam valoris ac pretij, vt benè attigit Gulielmus Durantus in Rationali l. 4. c. 43. n. 10.

Arg. ex orbis instauratione.

CAPVT X.

Argumentum ex orbis instauratione Noëtica antistropha.

NOn modò Cosmopœiam primam, sed etiam orbis instautationem sub Noëmo factam, exhibet nobis dies Penteeostes; & ex hac mūdi instauratione per Spiritum sanctum facta eo die, argumentari optimè licet pro sacrificij Christiani celebratione in Pentecoste: vt liquebit cum vtriusque temporis analogias protulerimus.

Noëmum igitur virum sanctissimum *generis nostri scintillam*; vt scitè dixit Theodoretus serm. 10. de Provid. aut vt Origenes hom. 4. in Ezech. loquitur *secundi rursus orbis creatorem*, fuisse typum Christi Dominicum quoad alia, de quibus D. Augustinus 16. Ciuit. cap. 2. tum nominatim quoad saluationem mundi per aquam, dubitare non licet; nam ita disertè docuit Princeps Apostolorum Epistolæ prioris cap. 3. verbis illis. *Expectabant Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur arca; in qua pauci, id est octo animæ, salua facta sunt per aquam. Quod & vos nunc similis forma saluos facit baptisma; non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem IESV Christi.* Arcæ item Noëticæ fabricam, Ecclesiæ per Christum fabrefactæ, perbellè aptat D. Augustinus l. de Vnit. Eccles. & l. 22. contra Faust. à cap. 14 S. Hieronymus l. contra Luciferianos. S. Prosper de prædict. 1. p. cap. 7. S. Fulgentius ad Monim. cap. 14. & ex multis Pererius lib. 10. in Gen. disp. 12. ac Gerardus Vossius ad Epistolam Gregorij IX. de vtroque Ecclesiæ gladio,

Sectio I. Cap. X.

Rectionem atcæ in aquis, creditus Cyprianus serm. de Spiritu Sancto, proportionalem facit rectiooi Ecclesiæ pct Spirirum Sanctum. Sic enim disserit. [Superferebatur quidem quidem elemento purificatorio Spiritus Sanctificatot; iam tunc baptismi virtutem enuncians. Iam tunc illa ptæfigutabantur tempora, quibus arca Noë, aquis iouecta diluuij, viri iusti familiam conseruauit illæsam, abolita generatione adultera, qui in filiabus hominom bestiali petulantia effrenes, impudenter se illis commiscuerant; nec diuinos, nec humanos in flagitiis publicis verebantur aspectus. Arcam illam quæ typum gerebat Ecclesiæ, Spiritus Sanctus & tunc tegebat, & adhuc regit, ezrra quam quisque perfidus euagatot, inuolutus fluctibus mergitur io profundum: & impossibile est eum viuere, cui non superfertur Spititus vitæ, cuius viuificus calor animat omnia, & fouet & ptouehit & fœcundat.

Sed aliis dimissis, eo quod ad præsens institutum non spectent, nonnulla sunt in histotia Noëtici diluuij, quæ ad Pentecostem Christianam accommodantur à Pattibus, ideóque sunt huius loci proptia. Vuum est, baptismus mundi pet diluuium. Donant enim diluuium *baptismi* nomine, Athanasius q.134. ad Antioch. & Damascenus 4.de fide cap.10. Purgauit enim & expiauit orbem terræ, ea aquatum eluuio. Similiter autem Apostoli, baptizati dicuntur in Pentecoste, iuxta illnd Christi, *vos autem baptizabimini Spiritu Sancto, non post multos hos dies.* Non quod tunc Baptismi Sacrameoto sint ioitiati; quem anteriùs susceptsse, monstrat inaugutatio in Sacerdotes, facta in cœna vltima. Et accedit suffragium Patrum apud Chtistophorum Castro in Histot. Deip. cap.15. num.4. nominatim Tertulliani l.de baptismo cap.12. (qui tamen baptismum Ioanois cum baptismo Chtisti videtur eo loco confundere:) itémque Clementis Alexandrini 5. Hypotiposeon, refetente Sophtonio in Ptaro Spirit. cap. 76. sed maximè S.Augustini Epist. 108. qoi vrget illud Christi ad Petrum & Sodales: *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Non igitur Apostoli dicti sunt in Pentecoste baptizandi, quod essent tunc initiandi Christi baptismo, quem anteriùs susceperant; vt & B. Virgo, de qua id confirmat Suatez tom.a.3.part.dist.18.s.3. sed idcirco dicti sunt baptizandi in Pentecoste, quod vbertima gratia sanctificante essent tunc replendi. Sicor enim eius qui baptizatur, peccata omnia metguntut, & multa ei sanctitas conciliatur: ita Apostoli in Pentecoste plenè sunt detersi, & magna gratiæ vbertate donati.

Copiosè & benè id exptessit Cyrillus Hierosol.catech.17. his ptæter cætera. [Pentecoste eum esset, tesidebant (*discipuli*), & aduenit Patacletus de cœlis custos, & sanctificator Ecclesiæ, animarum gubetnatot, & fluctuantium setnatot, remunerator certantium, & vincentium coronatot. Descendit autem, vt & virtute induat, & vt baptizet Apostolos: Dicit enim Dominus; *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto, non ita multo post*: Non est ista gratia ex parte, sed perfecta virtus. Vt enim is qui mergitur in aquas & baptizatur, vndique ab aquis citcundatur: sic & illi à Spiritu baptizati suot perfectè: Sed aqua quidem exterius circundat, Spiritus autem intetiorem animam abluit incomprehensibiliter. Et quid miratis? Accipe exemplum cotporeum, patuum quidem & facile, vtile autem simplicioribus. Si ignis per ferti spissitudinem interiùs traosieos, torum efficit ignem, & frigidum fit feruens, & oigrum fit lucidum. Si ignis cùm sit cotpus, in corpus ferri ingrediens, sic absque vllo impedimento, vt vides, operatut: quid miratis, si Spititus Sanctus in animæ interiota ingrediturt? Ne autem tantæ gratiæ descendentis latetet magnitudo; tanquam tuba cœlestis intoouit]

Snbdit paulo post, domum io qua erant sedentes, factam esse receptaculum spiritalis aquæ: sicque baptizatos esse discipulos, sine vllo defectu, secundùm promissionem: Et Patres quidem anteriores, gratiam ex parte, & Spiritum Dei accepisse; non tamen pari cum discipulis Christi copia. [Extensa (inquit), fuit; & in Patres gratia, sed hîc per excellentiam. Illic enim participes tantùm erant Spiritus Sancti: hic autem perfectè ab illo baptizati seu immersi sunt.] Nimirum antiqui noo erant nisi Catechumeni, vt scitè dizit Rupertus lib. 5. in Genes. cap. 33. vnde oon iustificabantur nisi ex opere operantis, nec admittebantur ad contuitum sacrorum. Discipuli verò Christi in Peotecoste, superexcellenti gratia sunt donati, etiam vltra operis & dispositionis suæ meritum. Quamobrem S. Maximus hom. 3 de Pent. confert Paschalem solemnitatem, qua tunc fideles gratia baptismi donabantur, cum solemnitate Pentecostes; qua discipuli sunt Spiritu Sancto baptizati, iuxta Christi oraculum. Visum potrò est Toleto in cap. 3. Lucæ annorat. 37. hunc esse baptismum illum quem Theologi vocant *baptismum flaminis*. Hoc tamen non est verum, nisi inadæquatè. Visus enim teceptus, extendit nomen *baptismi flaminis*, ad omnem iustificationem primam ex opete operantis, vt videre est apud Suarem tom. 3. 3. p. d. 42. sect. 1. Et potest baptismus ille esse tenuitet feraz gratiæ, si homo se non aptet ad gtatiam per actum valdè ptæcellentem. At hîc, Apostoli & discipuli oon acceperunt primam gratiam, quippè iam sancti & iusti, sed insigni gratiæ sanctificaotis accessione sunt ditari. Quod sonat verbum *effundendi*, adhibitum à Ioële cap. 2. cum de hac Spitirus sancti in discipulos emissione loqueretur, vt S. Petrus Actot. 2. agnouit. Ait enim Ioël in persona Dei. *Et erit post hæc, effundam Spiritum meum super omnem carnem.* Verbum *effundam*, vt expendit S.Hieronymus quæst. 9. ad Hedibiam, gratiæ largitatem exuberantissimam sonat: quam etiam ipso *baptizandi* verbo esse insinuatam, Chrysostomus in illud Matth. 3. *Ego baptizo vos in aqua*, rectè obseruauit, annuente Theophilacto; qui *baptismum in Spiritu sancto* à Ioanne desponsum, largam inundationem sonare dicit. Vulgata editio apud Ioëlem, habet *effundam Spiritum*. Sed Actor. 2. S Petrus allegans Ioëlem, legit *effundam de Spiritu* Quòd iuxta S. Ambrosium l. 1. de Spiritu Sancto c.7. pertinet ad significandum plenitudinem Spiritus Sancti quę in Christo solo fuit,

sult; (vt propterea Spiritus dictus sit super eum manere,) non fuisse Apostolis concessam; quamuis insignis largitas gratiæ eis obtigerit in Pentecoste: qua largitate emissæ sunt aquæ, & terra subuecta est, id est omne tetenum est detersum vt S. Gregorius XI. Motal. c.6. locum Iobi accepit.

Eodem cum S. Ambrosio sensu D. Chrysostomus in Psalm. 44. ad illud *diffusa est gratia in labiis tuis* accepit effusionem de qua Ioël. Adducto enim Euangelistæ loco de descensu & permanentia Spiritus in Christo, quem ait & integram & vniuersam accepisse gratiam, addit. [Sed illic quidem est integra & vniuersa gratia. In hominibus autem parum quid, & gutta ex illa gratia. Propterea non dixit, *Do Spiritum*, sed, *effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Hoc itaque euenit. Omnis enim orbis terrarum accepit ex illo Spiritu. Incepit enim donum à Palæstina, processit autem in Ægyptum, in Phœniciam, Syriam, Ciliciam, Euphratem, Mesopotamiam, Cappadociam, Galatiam, Scythiam, Thraciam, Græciam, Galliam, Italiam, omnem Libyam, Eutopam, Asiam, in ipsum Oceanum. Quid longiori otatione opus est? Quaotum terræ Sol respicit, tantum peruasit hæc gratia, & hæc gutta ac stilla Spiritus impleuit vniuersõ orbem terrarum scientia. Per eam signa fiebant, omnium peccata soluebantur. Gratia tamen, quæ data est in tot regionibus, est aliqua tantum pars, & arrha doni. *Dans enim* (inquit Apostolus) *arrham Spiritus in cordibus nostris, hoc est partem operationis:* Spiritus enim non diuiditur. Vide autem quantus sit fons. *Alij enim per Spiritum datur sermo sapientiæ. Alij verò sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, Alij verò fides. Alij autem gratia curationum. Alij verò operationes potestatum in eodem Spiritu. Alij autem prophetia. Alij verò discretiones Spirituum. Alij autem genera linguarum.* Tot gratias in tot gentibus, quæ in baptismo susceptia est gratia in vniuersum terrarum orbem extendit. Hæc autem omnia facit stilla Spiritus. Quòd enim stilla esset, declarauit cùm dixit, *Effundam de Spiritu meo*, & *arrham* appellauit. Per hoc enim clarum est, parum quid ex toto datum esse. Quocirca Ioannes quoque hoc ipsum significans, dicebat. *Ex plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ex eo quòd vt ita dixerim, superfluebat, ex eo quòd redundabat, ex eo quòd supereffundebatur, omnes accipimus.]

Cum tanta gratiæ vbertate coniuncta fuit vt vt dixi, plena detersio Apostolorum. Exprimit egregiè hanc detersionem à sordibus & maculis omnibus terrestribus, adiunctum quo Baptista Matth. 3. huoc Apostolorum in Pentecoste baptismum exposuit dicens de Christo Spiritum S. submissuro, *ille vos baptizabit in Spiritu S. & igni.* Vbi Ioannes, baptismum suum in aqua, atque adeò frigidum & minùs detersiuum, postponit baptismo Christi in Spiritu sancto & igni. Quamuis autem illa particula *& igni* non haberetur apud Marcum cap. 1. vbi hæc Ioannis oratio refertur; & à Theophilacto ac Euthymio præmissa sit Matth. 3. tamen certum est esse retinendam, & ibi apud Matthæum & apud Lucam c. item. 3. Nam passim ita legunt Patres, & lectio vulgata ita habet, ex omnium Codicum fide. Christi ergo baptismus, iuxta Baptistam, erat futurus in igne: quod quamuis non sit restringendum ad hunc baptismum Apostolorum in Pentecoste, sed vniuersè pertineat ad baptismum Christi, vt tectè statuit S. Basilius l. de baptis. S. Cypr. lib. 1. contra Iud. cap. 11. Chrysostomus hom. 11. in Matth. & passim cæteri; tamen non est etiam excludendus hic baptismus Apostolorum in Pentecoste; qui baptismus Christi dici potest, quia est per Spiritum Sanctum à Christo demissum. Atque ita de hoc baptismo verba Baptistæ sunt interpretati Hieronymus & Euthymius ibi. Cyrillus Hierosol. Catech. 3. Beda l. 1. in Luc. cap. 9. & Damascenus 4. fid. c. 10. Nec tantùm agnouit Damascenus, Christum dictum esse baptizare in Spiritu Sancto & igni, (vtique à Ioanne Baptista locis annotatis;) sed etiam refert cap. 1. Actor. Christum agentem de hoc baptismo Pentecostes, dixisse, *Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Spiritu Sancto & igni non post multos hos dies*; quam lectionem vnde Damascenus hauserit, nescio. Fortassis autem non tam allegauit nudè verba Lucæ ex initio Actorum, quàm ea paraphrastice inferuit tali additamento, vt intelligeretur de quo baptismo Apostolorum ageretur eo loco.

Argum. ex orbis instauratione.

Oprimè ergo Baptismus quo discipuli in Pentecoste sunt baptizati, in igne fuisse dicitur; non modò ob Symbolum ignis quo Spiritus Sanctus in Pentecoste supra singulos discipulorum sedit, sed etiam ob vim ignis ad detergendum & expurgandum efficacissimam. Quam ob causam, præcellentia baptismi siue huius in Pentecoste collati, siue alterius quandoque à Christo exhibiti, mitificè solet à Patribus celebrari, quod se haberet quasi ignis, iuxta Baptistæ prænunciationem. Vnde Cyrillus Alex. l. 7. contra Iulia. cum illo nequam dixisset, Christianos quantumvis sceleratos, illico per aquam ablui & nitescere; respondet, subdolè & ad minuendam Christiani baptismi gloriam accommodatè, Apostatam solius aquæ meminisse, cum tamen Christus in aqua & igne baptizet, iuxta Ioannem. [Compatat enim igni, Spiritus Sancti virtutem & ablutiuam efficaciam, quæ ab illo in nobis operatur; sicut enim ad argentea vasa accedens ignis, sordes illis insitas deponit: eodem sanè modo, etiam diuini Spiritus vis tanquam ignis, quæ in nostras immittitur animas, mentes scilicet & diuino modo, ab omni nos macula liberat, & vrget quodammodò oaturam in omne nobis contrarium opus.]

Eandem comparationem magnificè admodùm exprimit S. Basilius lib. 1. de baptismo, describens quod Ioannes Christi baptismum in Spiritu Sãcto & igne futurum dixit. [Quoniam sicut lana tinctura immersa, ad colorem illius mutatur, immò magis, vt Baptista Ioanne, qui de Domino prædixit quòd ipse esset nos baptizaturus in Spiritu Sancto & igne veluti ductore vsi, illustremur luce cognitionis, ad agnoscendam lucem illam magnificam, hoc dicamus. Quod sicut sertum immersum igni, per flatum excitato, prodiit, quidem; num aliquid in se habet vitij, simul verò & aptus ad purgationem redditur, & non solùm color illius,

Sectio I. Cap. X.

illius, sed & duritiei, & intractabilitas, ad mollitiem ac teneritatem mutatur, & commodius fit operi manuum artificis, adaptaturque competentiùs ac certiùs ad voluntatem Domini, & relicta nigredine illustrius seipso factum, non solùm ipsum iam ignitum est ac splendidum, sed & vicina illustrat & calefacit; ita consentaneum est ac necessarium, eum qui baptizatus est in igne, id est, in verbo doctrinæ, quod & peccatorum malitiam arguit, & iustificationum gratiam manifestat, odio habere & execrari iniustitiam, sicut scriptum est; & desiderio affici, vt per fidem pontificetur in virtute sanguinis Domini nostri Iesv Christi.]

Igitur ex quæ simul ac ignia conuigatione, in quibus hîc baptismus dicitur conferendus fuisse, intelligitur quanta expurgatio discipulis obuenerit in die Pentecostes; cum & ignis conflans, & herba fullonum non absque aqua detergens, quæ duo sunt inter nos ad mundãdum, & abluendum efficacissima, dicuntur in die Pentecostes adhibita ad solemnem baptismum discipulorum. In hoc duplex symbolum purgationis exquisitæ ac omnimodæ, sanctorum hoc baptismo in Pentecoste ablutorum, disserit eruditè Innoc. III. serm. 2. de Pentecost. Sed insigniter ante eum, quid binis illis symbolis insinuetur, complexus est. S. Chrysostomus homil. 9. in Matth. dicens, Baptistam iunxisse baptismum aqua siue Spiritus Sancti & ignis, quia per aquam siue Spiritum, designabat. [Indulgentiam peccatorum, interitúmque pœnarum, iustificationem, sanctificationem, libertationem, filiorum adoptionem, fraternitatem, cohæreditatem, communionemque Christi, & Sancti Spiritus dona largissima. Hæc etenim vniuersa, pariter complexus est dicendo. *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto*; Ipse quoque translatione sermonis, exprimens gratiæ largitatem. Non enim dixit *dabit vobis Spiritum sanctum*: sed *baptizabit vos in Spiritu sancto*. Iam verò commemoratione ignis adiuncta, rursus ipsius gratiæ vehemens, atque incomprehensibile signauit.]

Non tunc primùm, descensus Spiritus Sancti in Apostolos per iguem simul & aquam expletus est. Iam olim enim, aqua crassa à Sacerdotibus Doce Nehemia è puteo exempta, ignem simul & aquam se prodidit, vt habetur 2. Machab. 1. & peteleganter prosequitur S. Ambrosius 3. offic. c. 14. Multa verò in eam rem præfatus, & loci ipsius nomen *Epathar* vel *Nepathar* scrutatus, tanquam purificationem sonans, subdit S. Ambrosius. [Atbitror quod oec ignem istum possimus ignorare, cùm legetimus, quia *baptizat Dominus Iesus in Spiritu Sancto & igni*, sicut in Euangelio dixit Ioannes. Meritò consumebatur sacrificium, quoniam pro peccato erat. Ille autem ignis, typus Spiritus Sancti fuit, qui descensurus erat post Domini ascensionem, & remissurus peccata omnium: qui quasi ignis inflammat animum ac mentem fidelem. Vnde ait Hieremias accepto Spiritu: *Et factum est in corde meo vt ignis ardens, flammigerans in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Sed & in Actibus Apostolorum cùm decidisset super Apostolos Spiritus Sanctus, & plerosque qui expectabant promissa Domini: tanquam ignem dispersas esse linguas legimus. Denique sic vaporabatur singulorum animus, vt musto repleti esse æstimarentur, qui accepetant linguarum diuersitatem. Quid ergo sibi vult, quòd ignis aqua factus est, & aqua ignem excitauit, nisi quia spiritalis gtaria per ignem exurit, per quam mundat peccata oostra? Eluitur enim peccatum & exuritur. Vnde & Apostolus ait; *Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Et infrà: *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Quòd ideò posuimus, vt probaremus per iguem exuri peccata. Notum est ergo hunc esse verè ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorum descendit super sacrificium. Hic igitur ignis absconditur captiuitatis tempore, quo culpa regnat. tempore autem libertatis promitur. Et licet in aquæ speciem mutatus, tamen seruat ignis naturam, vt consumeret sacrificium. Nec miretis cùm legeria, quia parer Deus dixit; *Ego sum ignis consumens.* Et alibi: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Ipse quoque Dominus Iasv quasi ignis inflammat audientium corda, quasi fons refrigerat. Nam ipse in Euangelio suo dicit, quod ideò venerit, vt ignem in terras mitteret, & potum sitientibus aquæ viuæ ministraret. Heliæ quoque tempore, descendit ignis, quando prooocauit Propheras Gentium, vt altare sine igne accenderent. Et cum illi oequissent facere hostiam suam tertiò ipse perfudit aqua & manabat aqua in circuitu altatis: & exclamauit, & cecidit ignis à Domino de cœlis, & consumpsit holocaustum.] De Spiritu Sancto per aquam simul ignem expresso, ob emundationem simul & inflammationem, pulchrè Petrus Damiani serm. 42. quanquam aquam crassam Nehemiæ, quæ simul ignis visa est, aliter exponit Opusc. 13. c. 13. nempe de feruore Spiritus ex lachrymis orimdo.

Alterum quod in rebus Noëtici diluuij ad Pentecosten Christianam accommodari dicebam, est illud à Mose cap. 8. annotatum; *Induxit Dominus Spiritum super terram, & cessauit aqua.* Hoc S. Ambrosiua l. de Noë & arca cap. 16. negar ad literam valere, cum tanta aquarum moles aluissimis mooribus superior, exsiccati vento nequiuerit. Mare enim non euacuatur ventorum vi. Neqoe igitur diffusum toto terrarum orbe diluuium, tectis montium excelsorum verticibus exæstuans. Est etgo Spiritus Sanctus, iudice D. Ambrosio, qui eam diluuij siccationem induxit, & diluuium repressit cœlesti operatione. Id verò quomodò in Pentecoste sit præstitum, non aperit S. Ambrosius, exponit autem & quidem peteleganter, Rupertus adiungens quod de columba semel & iterum emissa cum coruo scriptum est lib. 4. in Gen. c. 22. eius hæc est oratio. [In eo quod recordatus Dominus Noë, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca, adduxit Spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ; & quòd Noë post diutinam expectationem emisit coruum, qui uoo reuersus est ad eum; emisit quoque columbam, quæ primò & secundò reuersa est,

tertiò

tertiò autem emissa, non est reuersa: magnum quidem & pulchrum est pietatis opus, sed maximum atque pulcherrimum est quod in eo mysticè præsignatur. Recordatus est enim Deus Pater Christi filij sui, postquàm intrauerũt aquæ vsque ad animam eius, postquàm tribulationes mortis pertransierunt animam eius, cùm teneretur in sepulchro coœlnsos: & adduxit Spiritum super terram, Spiritum, inquam, id est, reducem vitam adduxit, super terram exaoimi corporis; suscitauit enim illum à mortuis. Sed & super omnem terram, per vnius resurrectiooem, adduxit Deus Spiritum; dedit enim ex tunc, hominibus Spi. S. in remissionem peccatorum; qui ita nebulas cordium dissipat; tentationúmque fluctus exsiccat, quomodò Ille Spiritus quem tunc super terram adduxit, humidum hacteous, frigidúmque aërem calefaciendo, aquas imminuit, & vsque ad siccum paulatim eliminauit. Nam Spiritum hîc, iuxta literam calidum ventum, vel etiam ipsum solem, qui hactenus sub densis nubibus latuerat, iotelligimus. Dicit enim de illo Ecclesiastes; *Lustrans vniuersa per circuitum pergit Spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Sed dicit veridica Scriptora, quia iam imminutis aquis, iam apparentibus montium cacuminibus; expectauit Noë dies quadraginta, & tunc dimisit coruum; illóque oon redeunte dimisit colombam. Magnum mysterium, & magnum vetum veritatis præconium. Etenim postquam Dominus noster à mortuis resurrexit, & operros montes suos tristitia, in lætitiam releuauit: nouit fides Christiana, quia raeitus ipse dies quadraginta fustinuit, & tunc demùm in cœlum ascendens, ex tunc euacuato priscæ legis seruitio, nouam baptismi prædicari iussit gratiam, misso Spiritu Sancto de cœlo. Coruus emissus est, & iam non reuertitur, quia infidelis Iudæorum populus, de Ecclesia Patriarchatum & Prophetarum electus foris vagatur, & veterum sacrificiorum cadaueribus inhians, de antiquorum Patrum carnali prosapia, vanâ loquacitate gloriatur. At verò sancta Apostolica Ecclesia, Spiritu Sancto accepto, missa reuertitur, iuxta quod de Sanctis Euangelij prædicatoribus per admirantem Prophetam dicitur. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas*; Volant enim vt nubes, pluuiam pacis mundo afferentes, & quasi columbæ ad fenestras eios reuertuntur, à quo ad ministerium nostræ salutis missi sunt, gloriam auidè contemplantes Illi quidem quinis quasi columbæ sunt, sed vna est colomba Spiritus Sancti gratia, propter quam illi columbæ dicti sunt, & illum scilicet Spiritum Sanctum in sua maximè persona illa colnmba significauit, quam de arca, Noë sanctus emisit.]

Non est prætermittendum, quod ibidem obseruat Rupertus cap. 13. de causa ob quam colnmba est tertiò emissa à Noëmo, nec nisi bis ad eum reuenit. Obseruat enim, trinam Spiritus Sancti gratiam, ea tripliei Danidis in Regem vnctiooe prædelineatam. Prima gratia est remissioois peccatorum: secunda erogationis variorum bonorum: Tertia remnnerationis laborum in pattia. [Igitur (inquit), prima emissio columbæ, ipsa est remissio peccatorum, quam verus Noë, id est, requies nostra Christus, post resurrectionem suam consestim emisit, insufflaos & dicens; *Accipite Spiritum Sanctum, quorum peccata remiseritis, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* At illi nondum ausi sunt exire ad publicum, & annunciare hominibus talem gratiam, propter metum Iudæorum. Benè ergo de columba illa dictum sit, quia eum noo inneniſſet vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. *Aquæ enim* (inquit Scriptura) *erant super vniuersam terram*, illæ videlicet aquæ quæ (iuxta Psalmistam) intrauerunt vsque ad Domini Iesv animam, quas Apostoli adhuc infirmi, metuebant. Et non mirum, coruus, qui iuxta literam non reuersus est, quòd inuenire potuit, & columba non inuenit, vbi requiesceret, licet decrescentibus aquis iam apparuissent cacumina montium. Coruus namque facilùs requiescere potuit, quia cadaueta abunde inuenit: columba verò, quia cadaueribus non pascitur, etsi ad sedendum aliquod montis iugum inuenire potuit, tamen absque victu requiescere non potuit. *Expectatis autem vltra septem diebus aliis, rursus dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum virentis oliua in ore suo.* Secundò emissa columba rediit ad vesperam, & viteuris oliuę ramum in ore suo deuexit, quia secundò datus est Spiritus Sanctus Apostolis die Pentecostes; circa finem vitæ, quémque illorum ad cœlestis Ecclesiæ requiem cum æterno perfectæ pacis præmio, teuocans. Tertiò oihilominus emissa, iam non est reuersa, quia profectò cùm resurrexerint à mortuis, quæ (vt suprà iam dictum est) tertia erit effusio Spiritus Sancti, nusquam mittentur vode redeant. Nec enim ad operandum, sed ad regnandum immortaliter exibunt. Sic & singulis electorum, tertiò eadem columba aduenit. Primò, cùm baptizatur quis in remissiooem peccatorum. Secundò, cùm accipit per Episcopos impositionem manuum. Tertiò (vt etiam dictum est) in resurrectione mortuorum.] Prosecit ex Ruperto Giselbertus in Alterationc Synagogæ & Ecclesiæ c. 6.

Arg. ex orbis instauratione.

Commodior, (quia ad Pentecostem præcisè spectans, videri poterit oratio quæ apud Chrysostomum (si tamen Chrysostomum); legitur homilia in Penteeoste de S. Spiritu, vbi sic habetur. [Audi & alitet, Pentecostem hanc tibi præsignatam manifestè, ante multa tempora. Cùm generale diluuium totum orbem terrarum propter impietatem comprehenderet, ædificabatur diuino imperio area, pro piorum vitorum salute. Trecentorum cubitorum erat longitudo eius & quinquaginta cubitorum latitudo eius, in vnum cubitum eogebatur summitas eius, in qua congregabantur ex omnibus quæ sub cœlo sunt animalia. Manifestè figura fuit. Aqua enim quæ occidit homines, simulachrorum cultus est, quæ sæuissima hyeois ac tempestas erat. Arca figura est Ecclesiæ Christi. Trecenti cubiti; Trinitatis signant Sacramcorum, qui in vnum cubitum vnius Deitatis conueniunt. Quinquaginta autem iterum nobis Pentecostes præfigurant symbolum, qua in Sion, quasi in arca pecuniæ, & immundæ, quæ sub cœlo, vt

Sectio I. Cap. X.

dicunt acta Apostolorum, congregatæ sunt gentes, Parthi quasi pardi, & Medi sicut equi, & Elamitæ, & aliæ Tribus Gentium. Ex ista area Noë, euolauit coruus, nec comparuit suffocatus in aquis. Ex area aurem Ecclesiæ, eliminatus est diabolus, qui verè niget & tenebrosus corvus est, suffocatus in aqois baptismatis. Demissa est autem in figuram Dei, à Noë, & columba; vt videret si cessasset diluuium, quæ quum nondum inueniret requiem pedibus, post tempus iterum dimissa est, & rediit ficcum ramum oliuæ in ore ferens: & post dies septem dimissa, inuentáque sibi requie, confidens cessâsse diluuium, nidificauit. Columba figura est aduentus Sancti Spiritus, quæ ante legem inuisens creatutam, non inuenit quomodò super eam requiesceret, sicut neque IESVS inclinare caput suum; ita impietas omnia occuparat. Deinde post tempus quoddam, iterum columba dimissa est, rediitque ferens ramulum oliuæ in ore: fortè signans in lege, ac in ore Propheratū patuum quendam fructum misericordiæ, Spiritum Sanctum ferre. At post septem dies omnis cultus sabbathorum legi[illegible] nisi Deus Noë, columbam Spiritos filij sui: & inuentâ requie apud fideles, & in eis habitauit, & delicatè deambulauit, nidificauit, & mansionem apod nos fecit. Columba enim animal est, quod præ omnibus volatilibus cœlis, homines amat, & contubernale est, ac mansuetum, inocentsque & fœcundum, & domesticum, quod versatur, quiescit & habitat in domibus nostris. Sicut & Spiritus Sanctus dicit de nobis, *quia habitabo & conuersabor cum eis.* Atque idcircò in specie colübæ in Iordane de cœlo descendit. Specta autem hoc admirabile animal: fetæ enim & nigræ cohabitate & conuersati non amãi, sed immaculatæ & fulgidę, vt & in hoc manifestè, signantet descibant in seipsis, in nobis habitationem immaculati, putissimiqoe Spiritus Sancti, qoem ex summo cœlo cum Ecclesia hodie soscepit, facta est & ipsa cœlum, & cœlestes homioes efficit, qui cœlestem Spiritum iotra se ferant, & huius magnalia prædicent.]

Victor Antiochenus in cap. 1. Marci agens de columba, quæ in Christi baptismo super eum apparuit, (is autem baptismus baptismi nostri, ac nominatim baptismi Apostolorum in Pentecoste, prædelineatio aut exemplar fuit, vt Victor præmiserat:) ait eam columbam fuisse typum Spiritus Sancti hominibus per Christum conciliati. [Nam vbi teconciliatio cum Deo iotercedit, ibi columba præsto esse cósueuit. Quare vt in Arca Noë, columba non defuit; ita tunc quoque Spiritus Sanctus in columbæ specie, non in assompto corpore aduenit, suóque aduentu, Dei misericordiam Oibi annunciauit; simul etiam hominem spiritualem, mansuetum & simplicem, omnisque nequitiæ & doli expertem esse debere, indicauit.] Eadem aliis insuper rationibus locupletata, legere licet apud S. Thomam in cap. 1. Ioannis lect. 14. qui nomioatim expendit, columbam Noëticam tamum vitentis oliuæ attulisse, in signum clementiæ, & pacati mortalibus numinis. At hoc ipsum est, quo maximè veoerabilis & amabilis orbi fuit aduentus Spiritus Sancti in Pentecoste; obsignata enim eius illapsu fuit pax mundi cum Deo.

Sic ventum est ad orbis instautationem, eámque requiem, quam Noë iuxta sui nominis significationem, orbi allaturus prænnciatus erat cœlesti oraculo. Sic restituta est Scriptura humani generis, ptiùs deleta per iratum Deum. Quò S. Ambtosius l. de Noë & arca cap. 13. refert verba illa Dei, *delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terra:* Ipse legit, *delebo resurrectionem carnis à facie terræ.* id est, quicquid exiat super terram, viuum. Nam eam interdum esse notionem *resurrectionis*, & verbi *resurgo*, liqoet ex Psalmo 1. vbi impij dicuntur non resurrecturi in iudicio, id est non elatuti caput, nec sublimes fututi. Omnem itaque substantiam viuam in superficie terræ extaotem, à se diluuio delendam, denunciabat Deus; [tanquam literarum apices, qui delentur sine fraude librorum, & sine imminutione tabularum.] Einsmodi est humani generis in sacris literis expressio. Eius generatio, *scriptura in libro* vocatur Psalm. 138. vt notauit S. Epiphanius hæresi 30. tractans locum Isaiæ de frusto chartæ magnæ. Quod si hominis generatio est scriptio, ipse homo inre dicitur *scriptura exarata.* Atque ita bellè, metaphora *deletionis* à Deo adhibita, exprimit erasionem mortalium per diluuium, de libro tertæ, vt loquitur ibi S. Ambtosius. Sublatis verò ac veluti erasis hominibus, neque eruditio, neque lex potuit esse vsui. Sicut cùm peccassent filij Israël, & internecione delendi essent ob idololatriam, Moyses tabulas digito Dei scriptas confregit; non modò [ne haberent diuina priuilegia qui non deferrent obsequia;] quæ est S. Ambrosij de ea tabularum priorum confractione ratio: sed etiam quia cum iure exterminandi essent, & ob scelus suum delendi, (quantum erat ex ipsorum culpa, & nisi Dei benigoitas noxam remitteret,) non erat cur lex sublatis hominibus superesset. Itaque priores tabulæ confractæ sunt, vt intelligerent peccatores iure debito suo exterminandi, ni Deus benignè faceret, legem sibi amplius vsui non futuram. Iisdem verò ad eos reuersis, & ad ius vitæ per pœnitentiam restitutis, denuò conscriptæ sunt tabulæ, non iam digito Dei; sicut priores; sed digito hominis. Et tamen perstiterunt posteriores tabulæ, quas homo conscripsit, confractis prioribus à Deo ipso exaratis. Vbi S. Augustinus quæst. 166. in Exod. insigne arcanum latere demonstrat, sublati veteris Testamenti, cui homo suam cooperationem non subiunxit; suffecti autem in eius locum Testamenti noui, quod homo per gratiam internam adiutus, & charitate ac diuino Spiritu robotatus, impleuit. Sed ooo minùs commodè creditus Cyprianus serm. de Spiritu Sancto, stabilitatem secundarum tabularum eò refert, quod essent opus hominis; eius inquam hominis qui natus est in ea, nimirum Christi, demisso S. Spiritu fulcientis stabilitate perpetuà conciliatam mortalibus gratiam; quæ est mystica instaurario orbis terrarum, propottionalis instautationi, quæ diluuium Noëticum est subsecuta, pacato denique Deo.

Quandoquidem ergo instaurario mundi

post

post diluuium, Noëticum, ex tam multis capitibus respondet effusioni Spiritus Sancti super Ecclesiam in Pentecoste, par omnino fuit, vt quemadmodùm Noë in ea aluo vnica, varios creaturæ complexa partus; (ita aream nominat Basilius Seleuciæ orat. 6.) quasi vita redonatus gratias egit Deo, offerens sacrificium, cuius odorem suauitatis Dominus habuit gratissimum; ita Ecclesia similis formæ baptismo, per Spiritus Sancti emissionem superstes ac salua, gratitudinem suam Deo per incruentum sactificium testaretur. Vidit hoc Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 27. Vnde reddens rationem sacrificij à Noëmo post diluuium oblati, subdit. [Hoc non scripta, sed naturalis lex æquum esse docuit, quia videlicet hoc ipsa ratio dignum & Instum esse naturalitet sentit; vt de suis donis honoretur à primis ipse qui dedit. Ampliùs autem & in hoc mysterium Domini nostri IESV Christi præfulsit, qui egressus est de illâ Synagogæ aleâ, in qua per passionem suam mundi salutem acquisiuit, nouum ætate, nouúmque sacrificij ritum instituit; & quod illi seruatum est, hîc in holocaustum Deo Patri tam per semetipsum, quàm per manus Sacerdotum suorum offerre non desinit. Ipsum denique corpus, quod illic in ligno pependit, ipsum sanguinem, qui illic effusus est, cum honorifica gratiarum actione, illi offerimus, qui eum à morte saluauit.] Propriè Christus de Synagogæ area egressus est in Pentecoste, quia tunc lex vetus euiguit, & lex Christiana innotuit mundo; Deum hominibus conciliatum, & æterna pace cum eis concordem futurum. Euangelizans. Itaque tunc maximè locum habere debuit Christiani sacrificij oblatio.

Possumus hoc illustrare & confirmare, ex Psalm. 28. qui optimorum Interpretum iudicio, est de laude Spiritus Sancti, Ecclesiæ perfectione, vt videre est apud Cassiodorum. Et consentiunt, qui sub typo aleæ reductæ & in sedem illi à Deo destinatam translata, celebrari eo Psalmo dicunt Ecclesiam è gentibus accitam, vice Iudæorum derelictorum: quod diuinum opus, initium accepit in Pentecoste per demissionem Spiritus Sancti. Hunc esse illius Psalmi scopum, tradunt Athanasius, Eusebius, Hieronymus, Ruffinus, Remigius, Haymo, Brendebachius, alij. Et verò totus Psalmus bellè quadrat in mysterium demissi super discipulos Spiritus Sancti. Tunc enim vox Domini supee aquas & populos multos audita est, intouante Deo maiestatis in Spiritu vehementi. Tunc audita est ab omni natione quæ sub cœlo erat, Hierosolymis congregata, vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Tunc confractæ cedri libani, & comminutæ pet pœnitentiam. Tunc interceisa flamma ignis, sedetunt enim super singulos discipulorum, dispetiltæ linguæ tanquam ignis. Tune concussum desertum, præparati cerui, & reuelata condensa, omnibus in Dei templo dicentibus gloriam, Domino diluulum inhabitare faciente, & ad clauum regni Ecclesiæ suæ, sedente in æternum: hoc est vsque ad consummationem sæculi, dando virtutem populo suo, eique in pace pleniſſima, benedicendo. Nihil facilius, quàm omnia prædicta singillatim aptare diei Pentecostes. Eo tamen Psalmi principio, videtur vnciallibus literis exarata Christiana sacrificatio per incruentam filij Dei immolationem. Hæc enim est ea gloria antonomasticè dicta, & is honor eminentissimus, ac adoratio in sancto Dei aditio, ad quam vrget potiùs quàm inuitat Psaltes, nouos filios Dei. Fuit enim hæc hominis instauratio, secunda veluti creatio per Spiritum Sanctum facta, de qua Anastasius Sinaïta lib. 1. Hexaëm. accipit illud Psalt is, *Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* [Hoc est, (inquit), hominem. Decor enim & ornatus terræ, homo est; vt species in homine relucens, faciei est.] Si igitur prima creatio, iure poposcit sacrificium, vt vidimus; non minori iure illud exiget hæc renouatio faciei terræ, siue hominis per secundam creationem instauratio: tanto altior & nobilior, quanto Spiritus ad cuius consortium homo euehitur, limum & carnem superat.

Argum. ex orbis instauratione.

CAPVT XI.

Sacrificij in Pentecoste peracti congruitas, ex tunc facta nouæ ciuitatis Dei fundatione.

ECclesiæ natalem in Pentecoste, cum orbis mystici productione prima, & instauratione contulimus; indéque monstrauimus, congruum fuisse offerri Deo sacrificium nouum per idem tempus. Nunc Ecclesiæ Christianæ exordia, sub imagine structuræ ciuitatis Dei, sunt considerauda; vt iude quoque eruamus, congruum fuisse celebrari Christianum sacrificium in Pentecoste. Ad quod ritè exequendum, tria præstanda video. Primum enim declaranda est ea suppositio, quod Ecclesia Christiana sit ciuitas Dei. Secundò apetienda est alia suppositio, quod hæc ciuitas sit fundata in Pentecoste. Inde tertiò facilè eruemus, in huius æquè ac in exteratum ciuitatum fundatione, sacrificandum fuisse.

Prima suppositio, vacat difficultate. Infinities quippe in scripturis, Ecclesia Christiana donatur nomine *ciuitatis Dei*, præsertim Psal. 45. & 47. & 86. consentiique definitio ciuitatis, expensa à S. Basilio in illud Psal. 59. *qui deducet me in ciuitatem munitam?* Ait enim, ciuitatem diei collectionem populi, per legum legitimam obseruationem cohabitantis. Ex qua definitione, S. Basilius priore loco, monstrat cœlestem Hierusalem esse ciuitatem, consentaneè ad Stoicos, qui refertente Clemente Alexandrino 4. strom. *in fine.* [cœlum aiebant propriè esse ciuitatem: quæ autem sunt hîc in terra, vtique ciuitates dici, sed non esse.] Posteriore loco S. Basilius, ex data ciuitatis definitione etuit, Ecclesiam quoque militantem esse ciuitatem: quam ait rectè dictam *ciuitatem munitam*, nec vtcunque, *sed vndecunque munitam*, vt Interpretum quispiam vertit. Ob fidei nàque complexum, vndecunque communitur. Et mirabilis sanè est, huius ciuitatis, cùm

Sectio I. Cap. XI.

structura, tum communitio; quandoquidem omnia ad ciuitatis beatitatem facientia, eximiè concurrunt in illam; salubritas, populositas, opportunitas commeatus, ac quæcunque in ciuitatis materialis perfecta deliueatione proponuntur ab Aristotele Polit. & aliis in eo argumento versatis. Esse vrbem auream totam, & facilè quovis auro pretiosiorem, ait S. Chrysostomus homil. 1. in Matth. *in morali*. Eo autem secernit illam à reliquis ciuitatibus, quod non sicut uostratibus ciuitatibus accidit, distinguatur in palatia, domos, & plateas: sed quidquid est huius ciuitatis, aula Dei sit, & cœli antitypus. Hæc est verè Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: nisi quod fundamentum eius in cœlo est; non in terra hac uostrate, sed in terra ex aduerso sita, *antichtone* quo nomine cœlum donabant Pythagorei, apud Clementem in calcequinti Stromatum. At ciuitates mundanæ, habent in imo, & in hac terra fundamentum, quia ab hominibus terrenis exædificantur, vt S. Augustinus benè disserit in Psal. 121. Contrarium de ciuitate Dei statuendum est, quia fundatorem habet cœlestem, iacto in cœlis fundamento ædificantem, & lapides viuos conquadrantem in eam fabricam: quia sicut arca Noëtica typus Ecclesiæ, ad firmitatem, de lignis quadratis est constructa; ita Ecclesiam compingunt homines quadrati, quos nullus casus possit euertere. Ita ibi D. Augustinus, de hac ædificatione ciuitatis Dei disserens.

Nec minùs splendidè: (copiosiùs certè), S. Chrysostomus in demonstratione diuinitatis Christi contra Gentiles. Ponderans enim illud Christi verbum, *ædificabo Ecclesiam meam*, negat transgrediendum id obiter esse, quia paucis est dictum; sed ædificationem huiusmodi videri debere admirabilissimam, vndecunque spectetur. Nam ædificantur hæc ciuitas, [non lapidibus, sed animabus, & institutis; quod planè multò difficilius, quàm lapidibus extruere. Non enim par est, construere sensibilem parietem & animæ tantis tempotibus à Dæmonibus irritatæ persuadere, vt ab insania illa desistat, & ad tantam perueniat temperantiam. Nihilominus hoc potuerunt nudi illi, & calceis carentes, & vna veste amicti, pérque vniuersam orbem cutrentes. Habebant enim adiutricem & commilitantem inuictam virtutem eius, qui dixerat. *Super petram hanc, ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersùs eam.*] Quæ hæc virtus, nisi illa de qua Christus ipse præmonuerat, *donec induamini virtute ex alto*; Spiritus inquam sanctus, in die Pentecostes collatus? Hæc virtus, solum ædificationi incommodissimum perpurgauit; quod quantæ fuerit operæ, verbis vno se dignis ibidem superiùs expendit S. Chrysostomus, librans vocem illam Christi *ædificabo Ecclesiam meam*. [Considera (inquit) & cogita tecum, quid sit in tam breui tempore omnem sub sole terram tantis Ecclesiis impleri, tantas gentes ad fidem transferri, populos persuaderi; vt patrias leges irritent, consuetudinem stabilitam & radicatam reuellant, altaria & templa, & statuas, & sacrificia, & prophana festa, & immundum odorem, sicut fimum aliquem aboleant: & eacitent altaria vbique gentium in regione Romanorum, Persarum, Scytharum, Mauorum, Indorum, & vltra orbem nostrum. Nam & Britannicæ insulæ extra hoc mare sitæ, & quæ in ipso Oceano sunt, virtutem Verbi senserunt? sunt enim illic fundatæ Ecclesiæ, & erecta altaria. Illius inquam verbi, quod tunc dictum quod & in omnium animabus, inque omnium labiis plantauit. Vnde & omnis (vt dicitur) terra spinis plena, repurgata, factúsque purus aget semina pietatis suscepit. Magna res foret, & excellenter magnæ, diuinæque virtutis, etiamsi nemo interturbaret, essétque pax summa, & multis simul adnitentibus, & reluctante nullo, posse intra tam breue tempus, totum orbem à consuetudine sua mala qua præoccupams fuit, liberari, & ad aliam induci. Verùm hoc multò maius, quòd non solùm in aliam inducitur, sed in multo difficiliorem: non solùm enim diuersa consuetudo erat, sed & voluptate firmata. Duo violenta. Quæ enim acceperat à patribus, auis & proauis, aliisque superioribus progenitoribus, & Philosophis, & Rehetoribus, ea respuere docebatur, quod sanè difficillimum erat: at difficilius nouam accipere consuetudinem quæ nuper irrepserat, illamque valdè laboriosam. Abduxit enim Christus à voluptate, & induxit ad ieiunium: abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis: abduxit à luxu, & induxit ad temperantiam: abduxit ab ira, & induxit ad mansuerudinem, abduxit ab inuidia, & induxit ad benignitatem: abduxit à vis lata & spaciosa, & induxit in angustam & arctam & præruptam, & induxit assueros viæ latæ. Neque enim alios homines earta huius mundi consuerudinem viuentes assumpsit; sed illos ipsos, qui in talibus vitiis computruerant, & luto molliores erant; iussit, vt angustam & arctam viam, asperámque illam & duram ambularent.* Et persuasit eis. Quot autem persuasit? Non duobus, vel decem, vel viginti, vel centum, sed omnibus fermè sub sole habitantibus. Et per quos persuasit? Per viros vndecim illiteratos, priuatos, ineloquentes, obscuros, pauperes, patria, facultatibus, robore corporis, præcellentia gloriæ, dignitate progenitorum, vehementia rhetorices, eminentia scientiæ carentes: per piscatores, per pelliones, per barbaros. Neque enim eadem illis & auditoribus vox, sed extraneum planè & peregrinum sermonum à lingnis eorum, quibus prædicabant, sortiti erant. Hebraïcum dico. Atque per hosce, ædificauit Ecclesiam hanc, quæ à finibus vsque ad fines extenta est.]

Iam huius ciuitatis Dei munitio, quam S. Basilius initio adductus artingebar, ex Christi verbis in eius oraculo proximè adducto consequentibus, perspicua esse debet. *Ædificabo* (inquit), *Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersùs eam.* Papæ quanta hæc munitio! [Numera (ait loco proximè dato S. Chrysostomus,) quot Tyrani ab illo tempore aduersùs ipsam instruxerunt acies, quot grauissimas persecutiones mouerint, quo toto ptiore tempore quando nouitia erat fides, & nuper plantata, reneræque hominum mentes, Gentiles regnabãt. Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus, & post illũ

omnes

omnes vsque ad beati Constantini tempora, & omnes illi, alij minus, alij sæuius infestabant Ecclesiam, infestabant tamen omnes. Quòd si qui ipsorum visi sunt mansuetl, hoc ipsum quòd Reges manifestè in impietate etaot materia aliqua bellorom erat, eùm alij eis adularentur, alij satagerent vt aduersus Ecclesiam bella susciperent, Veruntamen insidiæ & machinationes illæ omnes, leuiùs quàm ranearum telæ discerptæ sunt. Et ea quibus ios inuadebant, & qoibus insidiabantur, citùs fumo dissoluta, puluere præterierunt infirmiora. Magnum enim nobis uumerum Martyrum impleruntimmortaléque illos Ecclesiæ thesauros reliquerunt, & columnas & tures; & eos qui noo solùm viuentes, sed & mcitui, posteris msgnæ vtilitatis materia facti sun:. Vides prædictionis robur? *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*] Frustra in hoc argumento eonsumo operam, quam & tot sæculorum experimenta, in tot tam immanium tamque robustorum hostium conatibus semper cassis, superuacaneam monstrant; & alibi iam exhibita iusta tractatio, suadet hîc prætermittendam. Nsm circa illum Christi titulum *Rex gloriæ*, plenè ac copiosè in banc rem est disputatum.

Quod verò ciuitas Dei, quæ est Ecclesia Christiana, sit fundata in Pentecoste, etui in primls potest ex Psal. 86. qui est de glotia ciuitatis Dei. Ad eum Psalmum Iacobus de Valentia, tefert ex Rabbinis, Dauidem Psalmum illum conscripsisse in monte Sion, & ibi reuelante Spiritu Sancto didicisse, dandum esse finem veterl legi, ac inchoadam nouam: ac eo ipso ædificandam esse Ecclesiam ex lapidibus viois, supra 12. montes, hoc est super 12. Apostolos ibidem impletos Spiritu Sancto in die Peutecostes, & antea satiatos pane viuifico in soptema cœna de mann Christi. Quæ duo in templo FF. Minorum, ædificato in ipso monte Sion, suo tempore reptæsentata fuisse, scribit idem Valentia. Horum itaque, sibi à Spiritu Dei in ipsa Sione reuelatorum, veritatem fuisse in Pentecoste comprobatam, multa in eo Psalmo insinuant. Nempe fundatio ciuitatis in montibus sanctis, quales tunc reuera fuere Apostoli, sanctitate ea die editissimi, vt S Augustinus ibl agnouit; addens ciuitatem in illis altissimis ac firmissimis montibus structam, dilectam esse Deo præ aotiqua Hierusalem, vt in eodem Psalmo habetur; hoc est Ecclesiam Christianam, longè aceeptiorem Deo innotuisse, quàm Synagogam. Id verò apertissimè innotuit in die Peotecostes. Nam tunc Synsoga fuit reiecta, Eecleſia autem fuit coostituta, moxque gentes vndecuoque ad eam sunt adunatæ. Vnde conseqaenter in Psalmo dicitur, Rahab Babylonem, Tyrum, alienigenas vsqoe ad populum Æthiopum, fote in Ecclesia. Etiam Prineipes, (vt habet ibidem Dauid), fuerunt in ea: sed post piseatores, & primam Eecleſiæ adunationem ex Apostolis, & iis quos Apostoli collegerunt, vt ibidem fusè prosequitur D. Augustinus. Clausula denique ipsa Psalmi perbellè eadit in Pentecostem. Tunc enim verè comprobatum est illud, *latantium omnium habitatio est in te.*

Tales enim exhibet S. Lucas, fideles in Ecclesiæ principio, post collatum in Penteeoste Spiritum Sanctum. *Arg. ex fundatione Ciuitatis Dei.*

Non minùs graphicè Dauid, eiusdem ciuitatis Dei fundationem in Pentecoste factam, expressit Psalmo 47. qui non est de structura regiæ ciuitatis terrenæ, vt aliqui Rabinicè sunt commenti, sed de fundatione & structura ciuitatis Dei, quæ est Ecclesia: in qua verè Dominus, msgnus & laudabilis nimis apparuit, vt in ipso Psalmi limine habetur. Et illicò subditur; *Fundatur exultatione vniuersa terræ, mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* Hæc iuxta Rupertum lib. 4. in libros Regum in ecphrasi huius Psalmi. 47. pertinent ad coagmentationem Iudæorum ac Gentium in vnam Ecclesiam; discupio legis aggere mox subsecutam in Pentecoste. Iudæi enim exprimuntur ibi per montem Sion: Genus verò per latera Aquilonis, siue Satanæ: euius amissa charitate frigentis, collaterales fuerunt. Inde extitit ciuitas Dei Regis Magni, euius fundamenta prima, sunt in Penteeoste iacta, cum insigni exultatione. Adeò autem solidè sunt posita, vt quamvis Iudæorum plerique, discussa prima mentis confusione & turbatione à tot prodigiis, fiut in illam efferati, ae deinde etiam Reges Gentium in cladem & euersionem Ecclesiæ toto conniso laborarint; tamen regente Deo eiultatem suam, nihil prorsus profecerint, imo naues Tharsis plenæ sæculi mercium; opibus inquam, scientia, potentia, in Ecclesiam irruentes, contritæ sunt in Spiritu vehementi, qui Ecclesiam ab ipso suo initio vegetans; (ideò enim in Pentecoste factus est repentè de cœlo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis); eandem fouit semper, & diuersis ac diuersis reflantibus hostibus, perseuerabit fouere in æternum, id est ad sæculi vsque metas, & mundi clausulam. Qua ex causa, in hoc ipso Psalmo, hæc eiuitas Domini virtutum, dicitur fundata in æternum: ad differentiam Synagogæ, quæ in Pentecoste interiit. Sunt enim etiam ciuitatum mortes ac funeta, iuxta phrasim Ethnicis quoque probatam, de qua Petrus Faber l. 1. semestr. c. 9. & nos obiter in Valeriani defensione cap. 1.

Sic constituto natali, & fundatione ciuitatis Dei in Pentecoste, perspicuè sequitur, pax fuisse peragi tunc sactificium Christianum. Iam olim quippè, & Iudæis, & geutibus omnibus in mote fuit, sacrificare in natsli eiuitatũ: Quoad Romanos, disertè id obseruauit Paulus Orosius l. 7. histor. c. 13. Nec de aliis Ethnicis dubitabit, qui aduerterit, eos minutorum quoque locorum natales dies, non absque sacrificiis, & diuinæ rei procuratione celebrare solitos, vt videre est apud Martinum à Roa l. de die Natali cap. 17. Idem satis colligitur, ex tutela qua vibs quælibet, adhibitis certis sacris, vni alicui Deo addicebatur tutanda, vt Macrobius l. 3. Saturn. eap. 9. annotauit. Ex quo more titè purgato, Constantinus Magnus, vibem de suo nomine appellatam, in tutela sanctissimæ Dei Genitricis reposuit, adhibito incruento sacrificio, vt disertè notat Nicephorus lib. 8. cap. 26. Fiebant ergo apud Etbuicos sacra certo illi Deo cui concredebatur

Sectio I. Caput XII.

tur ciuitas recens condita. Idque multo iustiùs, à piis in pari quauis occasione est præstitum. De Iudæorum vsu ea in parte, liquet ex natali Ciuitatis Dauid, in qua solemnitate immensis victimis est litatum. Meritissimo igitur Apostoli, fundationem ciuitatis Dei, Christiano sacrificio quo cultus supremus in gratiarum actionem Deo penderetur, huncstaoeruot; vnáque in Dei tutela illam reposuerunt, apprecantes ei cœleste præsidium, ad orbis vsque consummationem. Et auditos esse sic orantes Apostolos, tot sæculorum experimenta testatũ faciunt: ita vt non sit ambigendum, quin verum in Ecclesia comprobetur, quod in suæ Prophetiæ clausula dixit Ezechiel. *Nomen ciuitatis, ex illa die, Dominus ibidem.*

CAPVT XII.

Argumentatio pro Christiano sacrificio in Pentecoste, ex inhabitatione ciuitatis Dei; extrusis inde bestiis syluæ, & inducto illuc populo, quem vna ea die fecit Dominus.

ANte Pentecostem, & demissum in ea Spiritum Sanctum, locus quem occupauit ciuitas Dei, desertus erat, nec nisi à bestiis syluæ incolebatur. Quid enim aliod reuera erat gentilitas quæ vniuersum propè orbem tenebat, quàm lustra ferarum? Docuit hoc perpulchrè S. Gregorius 29. mor. cap. 16. tractans illud *vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur.* [Super terram (inquit, absque homioe in deserto, plnere, est verbum Dei Gentilitati prædicate. Quæ, dum nullom cultum diuinitatis tenoit, nullámque in se se speciem boni operis ostendit, videlicet desertum fuit: in qua quia legislatot non fuit, & qoi rationabiter Deom quæreret non fuit, quasi hominum nullus fuit; & velut solis bestiis occupata, vacua à mortalibus extitit. De hac deserti terra, aliàs dicitur; *Posuit in deserto viam.* De hac prædicatione Gentilitati concessa, Psalmista testatur dicens; *Posuit flumina in desertо.*] Hoc esse desertum vertendum in stagna aquarum, & deinceps hominibus cessurum ad habitandum, non bestiis; prænunciarat Isaïas c. 41. vbi S. Cyrillus: [Desertum & terram aquis carentem, dicit esse Gentiom regionem. Desertum quidem, quod nudata sit quodammodò, & arboribus flotentissimis, sub intelligentiam scilicet cadentibus, deserta ac destituta; spinarum solùm nutrix, & lignorum syluestrium, & quorumlibet igni ad consumendum accommodotom maret esse videatur. Hos fructus aliquando tulerunt gentes.]

Neque Iudæa, tametsi tot dioinis præuenta donis, locus erat cultiot & amœnior, sed verè erat *desertum Cades.* Datum id nomen ei deserto, in quo Ioannes prædicabat baptismum pœnitentiæ, propter aceutsum illbue proficiscentium, & ibi per pœnirentiam sanctificatotum. *Cades* enim sanctificationem sonat, vt notauit S. Basilius in Psalm. 28. At hoc verè erat desertum sanctificationis, & potiùs abominatio desolationis; quandoquidem lappæ & tribuli solom vniuersum oppleuerant, & qui optimus in eis erat, quasi paliurus. Sciè Chrysologus serm. 164. Iudæos in rubo expressos, sic dixit. [Diuinum rubus portauit, non coocepit incendium; iam rune aculeis malitiæ plenum, & ingratum culturæ legis populum præfigurans.] Micheas item. 5, *Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Qui optimus in eis est, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sepe.* Sed illustrissimè Isaïa c. 7. *Omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis,* (nobilissimum haud dubiè vinetum), *in spinas & in vepres erunt: cum sagittis & arcu ingredientur illuc, Vepres enim & spina, in vniuersa terra.* Valuisse id de Iudæa, ostendit bi S. Cyrillos.

Itaque mundus vniuersus, desertum erat præaridum, vel non nisi sentibus ac dimis hortens; vbi feræ ac bestiæ habebant latibula. Quas dicam bestias, non est obscurum; cum Scripturæ & Patres passim huiusmodi bestiarum meminerint. S. Gregorius 31. Moral. cap. 8. ad illud *Obmutescitur quod pe: conculcet ea, aut bestia agri conterat*; agrum interpretatus mundum, ex ipsius Christi oraculo Matth. 13. bestiam hulus agri, esse Satanam, de quo Isaïæ 35. scriptom tradit, *Et mala bestia non transibit per eam.* Quem item locum, cum aliis in eandem sententiam addensat libro 33. eiosdem operis cap. 2. circa illud *Omnes bestia agri, ludent ibi.* Plenè quoque lib. 6. cap. 21. expendens illud, *bestiam terræ non formidabis*, quod de Satana accipit. Vt & illud *bestiæ terræ pacifica erunt tibi.* Non *pacata*, quia semper & ineonciliabiliter Satanas est nobis hostis, sed *pacifica*; [qoia maligni Spiritos, enm bonorum corda aduersantes deprimunt, hæc volentes ad amotem Domini impellunt. Inde ergo cum Deo tobustior pax oritur, vnde nobis ab adoersariis duriot pugna generarur.]

Præter dœmonia, bestiarum nomine sæpè donata jo sacris literis, aliæ feræ, humana persona quasi larua obductæ, orbem occopabant. Quid enim aliod peccator homo, quàm bestia? Ita visum Epicteto, teferente Arriano lib. 4. cap. 5. Patres (ad quos potiùs confugetim,) in hoc puncto immensi sunt. Paucos seligo. Philo l. de Abtaham. [Amicum spei nominat hominem, vocabulom totius generis commune, tribuens ei per excellentiam: Nam Chaldæi bominem *Enos* vocant: ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bona spe se sustinet. Vnde manifestom est, quòd spe eatentem non hominem existimat, sed bestiam humanâ formâ præditam; eoi desit spes, propriom ornamentum humanæ animæ. Quamobtem cùm vellet egregiè laudare hunc benè sperantem, postquàm dixit; *Sic speranit in patrem & in factorem omnium*: subiecit. *Hic est liber generationis hominum*, quamvis iam & partes & aoi quidem erant. Sed illos mixti generis aototes censebat, huoc autem puri putique, qood rationale vere dicitor. Nam sicut Homerus, inter cæteros inoumeros, *poëta* per excellentiam vocator, & atramentom quo scribimos quamvis atrum sit quicquid albo oppooitór, & ἀρχὴν Arbenis è

nouem

nouem magistratibus præcipous, euius nomen in fastis distinguit tempora : eodem modo benè sperantem, hominem pet excellentiam nominat, secretum à vulgo ignobili & indigno tali appellatione.] Et inferiùs ad illud, *Noe homo iustus, perfectus in generationibus suis* [Seiendum, quod hominem noo vulgari loqueodi forma, rationale mortale animal vocat, sed per excellentiam, eum qui verè suo respondet nomini, electis ex animo immansuetis, rabidis, fetlnisque vitiorum affectibus. Argumento est, quòd post homioem, addit *iustum*, dicens ; *homo iustus*: quia nemo iniustus, est homo ; sed potiùs bestia humanà formà prædita ; in solum ausem iustitiæ sectatorem, oomen hoc competit.]

Origenes l. 1. io Iobum *sub initium*, ad illud, *homo erat in terra Ausitide*. [Homo quidam erat, non erat bellua cruenta ; noo erat serpens oequitia ; non erat equus neque mulus luxuriâ, neqoe petulantiâ ; oon erat carnis spurcitia, neque vulpes dolo atque astutiâ, non erat scorpius, neque veneni letbalis vipera, sed homo etat. Nam sieut obscœni atque impudici, maligni quoque versuti, his omnibus e omparantur, atque horum omnium appellatione nuncupantur : sicut dicitur de huiusmodi ; *Canes improbi animo : nescientes saturitatem* & adhuc *Equi admissari, facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinnichat* : & alibi, *Serpentes generatio viperarum. & generatio serpentum volantium, qui veloces sunt in malitia*; & iterum *Apprehendite vobis vulpes pusillas exterminantes vineas* ; & , *tanquam vulpes in solitudine facti sunt prophetæ tui Israel*, &, *Ite dicite vulpi huic* (dicit Dominus de Herode): & alia inoomera his fimilia dicuntur de huiusmodi in Scripiura.]

Gregorius Nyssenus Orat. 5. de hom. procreat. circa illud *& præsit bestiis*. [Impera bestiis omnibus, quæ sunt in te. Quid ? inquies, ego-ne in me ipso bestias habeo ? Tu verò bestias habes, & eas quidem innumerabiles: plurima in te est bestiarum moltitudo. Ac ne me contumelioſum existimes, dic amabo, parua ne bestia est inacundia, quandu latrat in corde tuo nonne ea est quovis cane crudelior? Quid ? in callido animo tuo dolus latitans, nonne quovis vrso fraudulento sæuior est? Quid nonne fera est hypocrisis, vel immanissima? Qui autem impetu rapitur ad eont umeliam, nonne scorpius est ? Qui præceps ad vindictam vltioonémque fertur, nonne est vipera grauissima? Quid auarus ipse ? nonne lupus est rapacissimus ? Nulla in nobis fera noo inueniur. Qui fœminarũ amoribus insaniunt, nonne furiosi sunt equi? *Equi amatores*, inquit, *& emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinnibat*. Sic io alieuius fetæ uaturam quisque conuertitur, vt aliquo animi vitio perturbationéque vincitur. Ex quo fit, vt innumerabiles in nobis sint feræ. Credis igitur se fetarum esse Dominum, ae principem, si illis quæ sunt, imperes, eas autem, quæ intus versantur, non domes, ae regas.]

Chrysostomus hom. 1. in Ioan. [Summa nobis atientione elaborandum est, ne nobis dicatur, quod aspidis surdæ aures habeamus. Quid enim à fera talis differt auditor ? Noone omnibus brutis est rationis expertior qui loquentem Deum audire dedignatur ? Si Deo placere hominis est, qui audire negligit, quãnam ratione id assequetur ? Is profectò nihil differt à bellua Considera igitur quàm turpe, quàm scelestum sit, cùm Christus nos ex hominibus Angelos fieri velit, ex hominibus in belluas sponte nostra mutari. Ventri enim seruire, & pecuniarum cupiditate semper inhiare, irasci, mordere, calcitrare, non hominum, sed bellnarum potiùs est. Atque singulæ belluæ singulos (vt ita dicam) habent affectus, & diuinâ vitâ primùm abiectâ, omnia si pro arbitrio indulges, non modò bellua, sed monstrum multiforme, & varium euadit, neque vllam à natura veniam meretur. A voluntate enim & sementia, omnis ea malitia proficiscitur.] Idem homil. 4. in Matth. [Nec si hoioo verè sis, possuoi euidemet cognoscere. Quando eoim vt asinus calcitas, vt taurus superbis, libidine incensus sie hinnis vt equus: quando in epulis vrsorum imitatis votatum; & pinguedine corpus mulorum more distendis: eum exercenda simulhate, camelum ; lupum imiteris rapina: cum irascatis ; vt serpens &, atrocitate scorpionum petcutias: cùm subdolè insidieris, vt vulpes, cúmqoe veneno malignitatis armeris vt coluber & vipera : eùm quasi Diabolus ipse aduersùs erudelia bella suspicias : quonam vuquam modo, qua ratione, in hominum te possum numero colloeare, nulla in te cernens humanæ signa oaturæ.]

Isidorus Pelus. l. 2. Epist. 335. [Illud, *homo cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*, non acriter & vehementer aduersùs homines declamans, genúsque ratione prædium infectaos diuina Scripiura dixit: verùm admodùm etiam parcè atque indolgeniet. Nam si rem accuratè atque exactè perpendere velimus, non iumentis duntaxat, sed etiam trueulentis feris comparari posse videtur, imò etiam eas superat, qui turpium affectionum ae libidinum amator est. Quodque mirum atque ab hominum opinione alieuum est, quæque fera vni tamùm vitio seruit : at qui hominis speciem babet, omnibus vitiis in vnum congestis & cumolatis, evlrra eorum temeritatem & amentiam progreditur. Ac ne me hyperbolicè loqui putes, tes ipsas incorrupta mente perpendamus. Cùm enim quispiam, vt taurus subsultar, vt asinus calcitrat; vt salacissimus equus in fœminas hinnit, vt vrsus voraciati studet, vt mulus corpus saginat, vt camelus iniurlsrum memoriam retinet ; vr leo irascitur, vt lupus rapit, vs scorpius scrit, vt serpens subdolns est; improbitatis veneuum vt vipera consetuat, opes denique, vel vt rectiùs loquar, peceata cumulat, vt scarabeus scarabeat, quónam pacto quispiam hunc belluino animo prædutum, inter nomines recensere poterit, cùm mitis ae placidæ naturæ lineamenta in eo minimè perspiciat, verùm Scyllæ eiusdam & Chimeræ, atque Hydræ (iuxta externas fabulas), fœtorem cernat?]

Hæc si cui minùs plenè proposita videatur, habet vbi plura repetiat; Ambrosium serm. 10. in Psalmom 118. ad vers. 5. Augustinum. in Psal. 103. cone. 3. ad illud : *potabunt omnes bestiæ*

Argum. ex inhabitata Ciuitate Dei.

Sectio I. Caput XII.

stiæ sylua, Eusebium lib. 7. præp.c.3.& Clementem Alexandrinum 1. pæd. c. vltimo qui optimè argumentatur ex nomine Græco *peccati*, quod est *ἁμάρτημα*: & idem sonat, quod *exerrationem*: quasi insuetur eo nomine, hòminem peccando aberrare à statu rationali, & fieri bestiam. Emphatico, etiamsi crasso vocabulo idem expressit Eusebius (qualiscunque demum Autor) inducens S. Hieronymum, dicentem, luxuriam bestificare hominem, quem castitas in Angelorum numerum refert.

Vltra brutorum sortem ablegat peccatorem Chrysostomus hom. 7. in ad Philip. Monstrat enim peccatorem supra bruta bruteiscere, si res ad veritatem exigatur. Et idem habetur, ex eo quod homo peccando, terrius quid euadat quàm bestia. Euadit enim diabolus, suscepta eius forma per semen dœmoniacum. Agnouit hoc S. Polycarpus, qui Marcionem *Primogenitum Satanæ* appellauit refetente S. Irenæo lib. 3. cap. 3. Eundem peccatoris transsium in Diabolum, agnoscit S. Ignatius Epistola ad Magnesianos, & Chrysologus serm. 1. ac Cæsarius hom. 23. Et insinuatur illis Christi de Iuda verbis, *vnus ex vobis Diabolus est*. Nec non illis ad Iudæos. *Vos ex patre Diabolo estis*. Paulus suos persecutores, etiamsi externa specie homines, quia tamen Diaboli imitatores erant, vocat *Angelum Satanæ*, iuxta interpretationem Cassiani coll. 7. cap. 25. Denique 1. Ioan. vnincrsè dicitur. *Qui facit peccatum ex Diabolo est, quoniam ab initio Diabolus peccat*. Vt liquete profectò videatur, *bestiarum* appellationem, Satanæ & eius Angelis à Scriptura (vt vidimus), aptatam, in has quoque humana forma bestias cadere, eo item titulo quod sint corporata dœmonia.

Deo gratias, qui per Christum Dominum nostrum, & dœmones propriè dictos extrusit ab orbe; & homines in bestias commutatos, reformauit in homines verè homines ac rationales. De abactione quidem dœmonum ex orbe per Christum, insignis est D. Augustini disputatio conc. 3. in Psal. 103. vbi expendit, bestias syluæ siue dœmonia, exorto sole iustitiæ in latibula sua se recepisse, nec vltra orbem infestasse. De hominum verò in bestias suo vitio transformatorum; reformatione in homines per Christum, elegantissimè agit Clemens Alexandrinus in Protepir. *initio*. vbi conferens quod est in fabulis de Orpheo feras quoque cieurante interuentu harmoniæ, (teucra autem homines ad impia Orgia transferente atque perdente,) cum diuina Christi beneficentia erga mortales; sic scribit de Christo (vt vocat, *Ysio cantore*. [Solus quidem certè ex iis qui vnquam fuerunt, difficillimas feras, homines mansuefecit, Volucres quidem, eos qui ex ipsis sunt leues: serpentes verò, eos qui deceptores: & leones, qui sunt animosi, & ad iram concitati: sues autem, eos qui sunt voluptati dediti: lupos autem, eos qui sunt rapaces, lapides autem & ligna sunt insipientes. Præterea autem lapidibus quoque est insensibilior homo, qui est tinctus ignorantiâ. Testis nobis accedat vox Prophetica, veritati concinens, quæ miseretur eorum qui sunt contriti in ignorantia & amentia. Potens est enim Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ, qui miseratus multam insciti am & cordis duritiem eorum, qui lapideutunt aduersùs veritatem, excitauit semen pietatis in Deum, virtutem sentiens, ex lapidibus illis, nempe gentibus, quæ crediderunt lapidibus. Rursus ergo quosdam virulentos impostores que ac simulatores, iustitiæ insidiantes, appellauit *gemmina viperarum*. Sed horū quoque serpentium si quis pœnitentiâ ductus fuerit, Verbum lubens ac sua sponte sequens, homo Dei efficitur. Alios autem allegoricè dicit lupos, pellibus ouium indutos, eos innuens, qui in forma hominum sunt rapaces. Has ergo omnes immanissimas feras, & tales lapides, ipse cœlestis cantus in mansuetos homines transformauit. Etamus enim, eramus nos quoque aliquandò insipientes, inobedientes, errantes, seruientes voluptatibus, & cupiditatibus variis in malitia & inuidia degentes, odibiles, nos inuicem odio habentes: vt ait Scripturata Apostolica. *Quando autem benignitas & humanitas apparuit Seruatoris nostri Dei, non ex operibus in iustitia quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam nos saluos fecit*. Vide quantum nouum canticum. Homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.]

Gratulantur idipsum humano generi ex Christi aduentu S. Ambrosius l. 7. in Lucam, tractans in sensu mystico illud Christi dictum, *Erunt ex hoc, quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur*, sic Philosophatur. [Domus vna homo vnus est, &c. In hac ergo domo duo in tres, tres in duos diuiduntur. Duos legimus frequenter animam & corpus. Quod *si duobus in terra comenerit, efficiuntur vtraque vnum*. Et alibi. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Aliud est quod seruit, aliud cui subiicitur. Si dies agnouimus, etiam tres agnoscamus, quod procliue ex illis duobus est intelligere. Tres enim animæ in corpore affectiones sunt, vna rationabilis; alia concupiscibilis, tertia irritabilis; hoc est *λογιστικὸν, ὀρεκτικὸν, ὀργιστικὸν*. Non ergo duo in duos, sed duo in tres, & tres in duos diuidetur. Etenim per aduentum Christi, homo qui erat irrationabilis, rationabilis factus est. Ante eramus similes bestiarum, quæ rationem nesciunt. Etamus carnales, eramus terreni, iuxta Domini sententiam, *terra es & in terramibis*. Venit Dei Filius, misit Spiritum suum in corda nostra, facti sumus filij spirituales.] Igitur qui non eramus homines, euasimus homines interuentu Christi.

Quinetiam altiùs subuexit homines. Nam qui suo vitio & Satanæ opera in dœmones euaserant, eos effecit Angelos Dei consimiles, & quod longè gloriosissimum est filios Dei quibus probro sit audire homines. Sanè iuxta idioma factum, denominatio *hominis* sapit probrum, vt obseruant Hieron. in c. 16. Matth. Aug. serm. 25. de diuers. & Greg. 18. mor. c. 39. Quod tametsi in homines à statu verè humano & rationali degenerantes cadit, potiùs quàm absoluiè in homines; cum Apostoli dicti sint homines, iam sanctificati & pleni Spiritu Sancto, iuxta illud *dedit dona hominibus*, de Apostolis acceptum à Tertulliano l. 5. contra Marcio. cap. 8. Et *Enos* verus homo, apud Eusebium 7. præpar. cap. 3 in laude ponatur: Tamen negare non licet, quin ea *hominis* denominatio sapiat deiectionem vilitatem,

præ

præ appellatione Filij Dei; quam qui sortitur, honestatur titulo omnibus nostratibus dignitatibus sublimiore. Inde sanè efferri se supra omnes creaturas, professus est S.Basilius teste Nazianzeno in Monodia. Ipsi Philosophi inter Ethnicos, habiti sunt supra homines. Indéque factum, vt cum Plato ob aditam contra edictum Æginam, de capite periclitaretur, non aliter ab amicis subduci exitio potuerit; quàm causando, edictum quo capite mulctabantur qui Athenis Æginam adibant, latum esse duntaxat pro hominibus. At Platonem quippè Philosophum supra hominem esse, habendum pro Deo terreno. Hæc si de sæculi Philosopho, gloriæ animali, sunt iactata, quanto iustiùs dici possunt de Philosophis Dei, vt S.Macarius hom.27. loquitur; de veris inquam filiis Dei doctis à Domino? Videndi de hac hominis subuectione per diuinam filiationem adoptiuam, Macarius homil. 30. Chrysostomus in calce homiliæ primæ in Epist. ad Rom. & nos plenè in Tractatione de Cereo Agno capite 1.

Christus itaque dæmones ex orbe exegit, & mortales ex feris & dæmoniis corporatis, transformauit in veros homines, & subuexit in filios Dei. Hæc quando? Nulla sanè die solemniùs, quàm in Pentecoste. Nam quamuis tota Christi vita, & omnia eius mysteria, collimarint ad eum scopum, vt homines abiecta Satanica & fetina fotma euaderent in filios Dei; consummatio tamen totius illius operis Christi, fuit in Pentecoste; ad quam propterea omnia anteriora mysteria spectasse, & propter eam facta esse S.Chrysostomus dixit homil.9. in c.3. Matth. ad illud: *ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igni.* Apud eundem, Autor homiliæ de Pentecoste haud dissimiliter statuit. Sed dicamus nonnulla distinctiùs, & magis in particulari.

Homines beneficio Spiritus Sancti effusi in Pentecoste, abiecisse speciem ferinam, & in verè humanum statum transisse, monstratur ex visione Iintei bestiis omnis generis pleni, quod S. Petro obiectum est Actor. 11. Quam visionem tractat S.Ambrosius l.2. de Spiritu Sancto c.11. vt inde probet, Spiritum Sanctum esse Deum, qui eodem modo in aliquos Gentilium cecidisse tunc refertur, quò priùs cecidisse in Apostolos dictus erat c.2. sic autem concludit disputationem S.Ambrosius. [Spiritus ergo Sanctus est, qui ab illa Gentili colluuione mundauit. In illis enim Generibus quadrupedum, & ferarum, & volucrum, figura erat conditionis humanæ, quæ ferarum modo bestiali videtur induta fæuiria, nisi Spiritus sanctificatione mitescat. Bona ergo gratia, quæ ferinam rabiem spirituali simplicitate commutat. Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis: Nunc autem per renouationem Spiritus, hæredes Christi, Angelorum cœpimus esse cohæredes. Itaque Spiritu videns Dauid Sanctus Propheta, ex feris, nos similes futuros esse cœlestium: *Increpa*, inquit, *feras syluæ*. syluam videlicet significans non ferarum fragosam curtibus, nec bestiarum gentilibus inhortentem, sed illam sylnam, de qua scriptum est: *Inueniens eam in campis syluæ.* In qua, sicut dixit Prophetia, *Iustus vt palma florebit, & velut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur.* Illa sylua, quæ verbi cœlestis alimoniam propheticarum verticibus arborum concussa defluxit. Illa sylua, ad quam Paulus lupus quidem raptor intrauit, sed pastor exiuit. *In omnem enim terram exiuit sonus eorum.* Eramus ergo feræ, & ideò dicit Dominus: *Attendite vobis à falsis Prophetis, qui veniunt in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces.* Sed per Spiritum Sanctum iam leonum sæuitia, pardorum varietas, astutia vulpium, luporum rapacitas, de nostris exoleuit affectibus. Magna igitur gratia, quæ cœlo terras mutauit, vt *conuersatio nostra*, sicut Apostolus dixit, *in cœlis sit*, qui ante sicut feræ errabamus in syluis.] *Arg. ex inhabitata Ciuitate Dei.*

Hæ syluæ, immisso igne conerematæ, & vastatæ sunt in Pentecoste: & locus aliàs sentico sus, per quem onagri duntaxat vagabantur, & omne genus ferarum liberè errabat, effuso Spiritu Sancto in Pentecoste, mutatus est in hortum Domini, ac pascua omnis boni feracia, & mitium arborum plantaria omnem amœnitatem loco conciliantia, iuxta illam Isaiæ prænunciationem c.32. *Gaudium onagrorum, pascua gregum, donec effundatur super nos Spiritus de excelso.* Quod ibi Hieronymus & Procopius, de Spiritu Sancto è cœlis in Pentecoste demisso interpretantur. Sed optimè S.Cyrillus l.3. in Esaiam, ait ibi prænunciari, omne genus cœlestium frugum, in Spiritus Sancti aduentu è solo nostro colligendum; & homines ex agrestibus, commutandos in mites & humanas plantas. Sic autem scribit præter cætera. [Tempus, quo intelligibili fœcunditate vacuum erit Israëliticum genus rebellans. Sermonem enim transfert ad eos, qui submissione & obedientiâ Dominum nostrum Iesum Christum coluerunt, & ad eos qui purgati sunt per fidem in ipsum, & facti sunt participes Sancti Spiritus. Futura enim sunt (inquit), prædicta, & desolabitur terra propter efficnem contumaciam Israël, donec adueniat in vos Spiritus ab excelso. Vt enim in Actis Sanctorum Apostolorum legimus: *Erant omnes in vnum coacti, circiter dies sacræ Pentecostes. Ecce verò factus est subitò è cælo sonus, instar concitati & vehementis venti, & compleuit domum vbi erant coacti, & visæ sunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, & insederunt vnicuique earum, & cœperunt loqui diuersis linguis, sicut Spiritus dabat eis eloqui.* Quando igitur (inquit), venerit in vos credentes è supernis, & ab excelso Dei Spiritus, tunc & solitudo erit Chermel. Chermel autem siue Carmelus, mons est ingens in Iudæa, & sylua spissa densus. Comparat itaque Chermelo ipsam Hierusalem, & omnem finirimam regionem. Scilicet quæ innumerabilem habet multitudinem inhabitantium. Sed *erit*, inquit, *solitudo, & reputabitur vt sylua.* Sylnam dicit horridum & agreste nemus, cuius vsus est combustio. Excinduntur enim ligna squalida & horrentia, & flammæ sunt fomentum. Excisio igitur Chermelo, & reputato instar agrestis syluæ, requiescet in solitudine indicium. Solitudinem dicit ænigmaticè, gentium regionem, cuius & alibi meminit ipse Propheta Hesaias, dicens: *Lætare solitudo, quæ sitis, exultet solitudo, & florent vt lilium.* Comparat autem

Sectio I. Cap. XII.

solitudini, eo quòd infructuosa, sit, & velut nudata; in qua etiam nulla arbor vnquam crevit. Sed hæc ditata est, & facta est arboribus densissima spiritualiter, quando in ea Christus habitauit. Et sanè iterum dixit voce Prophetæ Hesaiæ: *Et faciam in solitudine aquam, & in loco aquis carente fluvios, collocabo in terrâ aquâ carente cedrum, & buxum, & mirtam, & cypressum, & populum.* Significantur enim per hæc animæ probatæ per fidem in ipsum, & erectæ in altum, variatum & multiplicium virtutum fastigium. *Requiescet igitur,* (inquit,) *in solitudine iudicium, & Iustitia in Carmelo habitabit*, pro, Bonum versabitur in solitudine & Carmelo.]

Modus ad conciliandam loco fetacitatem, & eacludendas inde bestias, homines verò inducendos, expeditissimus, fuit ignis immissio. Nam etiam Dauid Psal. 79. quem ibidem paulò superiùs allegat S. Cyrillus, de restituenda vinea ea Ægypto translata agens, déque eacludendo ex ea singulari feto & apro de sylva, diuinam illi de cœlo visitationem ac perfectionem apprecatur, dicens *respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam; & perfice eam quam plantauit dextera tua*; perficiendi medium primum proponit, *incensa igni & suffossa*: quæ voces vt ea Hebræo & Græco teatu liquet, sunt generis fœminini, ac numeri singularis, & proinde referuntur ad ipsam vineam: sensúsque est, fiat hæc vinea incensa & suffossa, vt restituatur; eremat lsque inutilibus & noxiis virgultis atque plantis adnatis, succedat status conueniens. Laudatum sanè ab agricolis Poëtarum Platonem, (sic Matonem vocanit Alexander Seuerus apud Lampridium,) quod hoc remedium enitutæ suggessisset, scribit Plinius l. 18. c. 30. Versus Maronis sunt,

Sapè etiam steriles incendere profuit agros,
Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

In quam rem, variæ tationes ibidem adducuntur, à pororum terræ nimis arctorum laxatione; vel è contrario, à nimiis fissuris calorem ac frigus eatrinsecum, largiùs quàm ad fetacitatem par foret, eaeipientibus. Interdum à loci nimirùm humecti vligine immoderata: quibus omnibus mederi potest ignis admotio. Vt propterea Apostolus, Hebr. 6. consummationem terræ reprobæ & maledicto proximæ, dicat esse in combustionem. Id est, vltimum remedium, quod ei sanandæ adhibetur, est ab igne immisso. Quanquam id Apostulus ad scopum suum aptat; significans ignem ineatinguibilem inferendum reprobis. Neque enim necesse est similitudines vndeennque quadtare, vt benè monuit S. Chrysostomus, hom. 48. in Ioan. ae. 65. in Matth.

Patris igitur agricolæ filius Ckristus Dominus, qui Hieremiæ 14. dictus est *futurus quasi colonus in terra*, & Isaiæ 28. prudenti aratori se assimilat, idipsum seruauit erga agrum suum, de quo excolendo & fœcundando amœnandóque satagebat, vt esset deinceps locus idoneus iucundæ hominum habitationi, extrusis feris ac bestiis. Immisit namque in eum flammas de cœlo in Pentecoste, iuxta illud Esaiæ 10. Erit *lumen Israël in igne, & sanctus eius in flamma, & succendetur & deuorabitur spina eius & vepres, in die vna.* Dimissis enim somniis Herbani Indæi à Gregentio consutatis in collatione diei tertiæ, Maias interprete S. Ambrosio l. 1. de Spiritu Sancto c. 16. non alium ignem designauit, quam Spiritum Sanctum: qui ignis est (vt ait), non virgultis vilibus concretus, aut stipulæ syluarum fragosus incendiis, sed ignis de cœlo à vultu Domini. Celebrant sæpè hoc Christi agricolæ artificium, ad ea putgandum & amœnãdum agrum suum, varij Patres. Macarius perpulchrè homil. 28. [Christus cœlestis agricola veniens ad desolatam pet vitium humanitatem, pro instrumento crucem portando, excoluit animam desectam, ea eáque decerpsit spinas & tribulos; atque omne fœnum peccarnrum eius, igni combussit, cúmque sic exercuisset illam ligno crucis, plantanit in ea pulcherrimum bottum Spiritus, omnis generis suauissimum & gratissimum fructum afferentem.]

S. Chrysostomus serm. 2. de Pentec. (habetur t. V. Grecol. tractans causas eur Spiritus Sanctus in specie linguarum igneatum descenderit, sic disserit. [Tanquam ignis linguæ erant, qnod sylnescentes in nobis peccatorum spinæ succreuissent. Nam quemadmodùm terra fertilis ac pinguis, si minimè colatur, magnam spinatum syluam profundit: sic & natura nostra, qnæ à creatore suo bona est condita, & ad virtutis fruges idonea, eo quòd neque pietatis aratrum, neque cognitionis Dei semen eaeepisset, quasi spinas quasdam & aliam inutilem syluam, impietatem produait. Et quemadmodùm sæpè propter spinarum multitudinem, ac malorum graminum, terræ facies ne appatet quidem: sic & animæ nostræ nobilitas, puritásque, minimè appatebat; quovsque naturæ humanæ agricola venisset, & ipsam immisso Spiritus igne perputgasset, atque vt ad excipiendum cœleste semen idonea redderetur, effecisset.]

Anastasius Sinaïta l. 11. Hexaëm. *sub finem*, tractans maledictionem terræ illatam iu orbis initio, Christum ait iudicasse terram: quia sum sit Deus, venit ad iaciendum ignem in terram, nempe in peccatum, & sœnum, & spinas, & tribulos, & colmos, & paleas, & ziaania, tanquam materiam, fœrúsque & germina infertilitatis & peccari.] Quæ omnia (vt ait,) à Christo eonsumpta sunt, illato cœlesti igne Spiritus Sancti. Sieque impleta est Dauidis prænunciatio 2. Reg. 23. *Prauaricatores quasi spina euellentur vniuersi, quæ non tollentur manibus: & si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceæ, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum.*

Petrus Chrysologus serm. 164. quo exponit illud Christi dictum, *ignem veni mittere in terram*, miratus Christum qui tanqnam agnus semper apparuerat, versum in incendiarium; & quid sibi velit ea agendi ratio percontatus, respondet. [Ager quoties longa incuriâ syluescit, & toto luxuriæ agrestis sordescit horrore, peritissimi cultoris vtique semper apetitur & purgatur incendio; ac studio benigno cultor ignis apponitur, vt eaustis sentibus reueletur prima facies eampi, ptæstetur agricolæ libertas, fiat facilis via vomeri, sit germinis feraa sterilis diu terra, & longa ac mœsta otia, læto lætissima iam repenset in fructu,

Ergo

Ergo vbi Iudaeus cespes, continuo aratro legis & iugi cultu effectus ad inopiam, non respondit germini, non labori, sed pro tritico lolium reddidit, protulit pro viribus spinas, Christus ad fata gentium diuini cultus conuertit industriam: ac diu oppressa dumis nationum cupiens uouualia purgare, ignem mittit primùm maximus magister in terram, & quicquid naturalis squalefecerat luxus, quicquid atefecerat brumalis rigor, artifici depurgat & consumit incendio: quateuus sola longo exhausta ieiunio, ipso suo cinere saginata pinguescerent; & post diuturnam duritiem, tenera tedderentur & mollia: ac sic Euangelico aptata cultro, semini redderentur commoda; & felici sulco iam redderent trigesimum, sexagesimum, ac centesimum fructum. Sed hic ipse cultus nou est nouus agricolæ veteri & cœlesti; Nam legem pandere, gratiam setere, ignis semper opere consueuit. Darurus legem, iguem præmisit in rubò: sed diuinum, rubus portauit non concepit incendium: iam tunc aculeis maliriæ plenum, & ingratum cultutæ legis populum prægustans; & nunc in arua gentium cùm destinatet Apostolos, sic eo igneo imbre perfudit, & ignis consedit super eos, vt possent humecta siccare, sicca infundere, decoqoere cruda, frigida calefacere, accendere extincta, combutere noxia: & in opere diuerso, vno atque eodem igne ad cœlestem coplam, rota petcolere desecta terrarum, dicente Ptopheta; *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*]

Duo eximia commoda iu otbis solo, ab artifici incendio Spiritus Sancti ptofecta, obseruat Chtysologus, purgationem atque pinguedinem. Hanc conciliat optimè incendium soli, reste Plinio l. 17. c. 9. qui idcirco ait, alieubi cineris vsum anteponi fimo iumentotum: idque quia leuissimum est, ob id exurunt agros. Eoque pertinere videtur, quod S. Augustinus l. de vera relig. c. 41. refert, plerosque cineris & stercoris laudem, verissimè atque vberrimè esse prosecutos. Itaque tametsi Chtistus Dominus opimando solo nostro multipliciter ptouidisse videri poterat, siue tantoperè celebrata virtute humilitatis, quam S. Ambrosius l. 2. de pœnit. c. 1. aguoscit esse simum Euangelicum, annuente S. Paulino Epist. 5. & 10. ad Seuerum, siue tot millibus, aut etiam myriadibus martytum, quos terræ pinguedinem atque saginam nominat S. Augustinus in Psal. 140. ad illud, *sicut crassitudo terræ erupta est super terram*; tamen hoc maximè ignis cœlitùs immissi incendio, saginauit humum nostram multo feliciùs, quàm oliuetum Byzantinum, quod cineribus ex igne cœlitus concepto pinguescebat: vt ex Softrato Byzantino prodit Achilles Tatius l. 2. Quod fortassis confictum est interpolatione dicti illius Hieremiæ 31. *Oliuam vberem pulchram, fructiferam speciosam, vocauit Dominus nomen tuum. Ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius.* Hæc est *magnus* planta. & igne virens, & inde succum ac opimitatem ducens, vt ex Methodio legitur apud Photium cod. 234.

Purgatio verò soli nostri, quam præterea Chrysologus igni cœlesti per Christum agricolam immisso tribuebat; ex se perspicua est ex antedictis. Seatebat enim vrticis, tribulisque ac omnis generis tubis, paliutis, ac spinis, vt de agro hominis stulti à sapiente est proditum, iuxta expositionem S Gregorij 20. moral. c. 22. Ibi terertimum Idololatriæ Spinetum, cuius Hieremias c. 4. meminit illis verbis ad satores Euangelicos directis, quæ de hoc spinarum genere accipit ibi in Catena S. Chrysostomus, *nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas.* Ibi spinæ cordis quæ vulnerant animum, & suffocant setentem: cupiditas inquam terrenorum, iuxta S. Ambrosium serm. 36. & 37. qui addit de ambitione, honoris, & titillatione corporalis libidinis, qui sunt tribuli & spinæ è maledicta terra nustra germinantes. Omne genus peccati iisdem spinis adiungit S. Bernardus serm. 5. de Assumpt. eo accommodans illud Psaltis, *conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Inde contextam esse capiti Christi coronam, piè admodum dixit Nyss. l. de perfecta Christ. forma, grauitet admonens ne denuò fiamus spinæ. Nec aliter de Christi cotoua, per nos spinea, August. tract. de 4. feria c. 2. Intelligibile huc spinetum (vt S. Cyrilli verbo vtar in c. 7. Isaiæ), opplens & vastans solum nosttum, nec nisi eacipiendis bestiis illud reddens accommodatum, ignis Spitirus Sanctus aduenies felicissimè putgauit. Nam Deus noster, ignis consumens est, à quo felix desolatio inferrut, vt piè dixit S. Bernardus serm. 57. in Cant. Tribulos namque & spinas, quas terra nostta ex se fundit non satas; & etadicatæ, vltrò teueniunt, S. Macarius homil. 26. disserit; radicitus consumpsit; & purgationem soli, in eius opimitatem & crassitudinem commutanit. En quanto commodo nostto, vt supra ex Isaia referebam, lumen Istaël factum sit in igne, & sanctus eius in flamma, succensis & deuoratis spinis eius ac vepribus, in die vna.

Arg. ex. inhabitatò Ciuitatè Dei.

Quæ ea *vna dies*? Constat vocem illam *dies vna*, in sactis litetis adhiberi ad significandam diem ptimam. Atque ita Moysea describens clausulam ptimæ diei mundanæ, *factum est* (inquit) *vespere & mane dies vnus.* Non dixit *dies primus*: sed eodem sensu *dies vnus*, ob causas à S. Basilio perpensas hom. 2. Hexaëm. *in fine*, & de Spiritu Sancto cap. 27. Aliàs verò voces illæ *dies vna*, singulatitatem diei sonant. Notátque S. Basilius, vnitatem illam præ se ferre imaginem futuri sæculi & æternitatis, quod air in Pentecostes egregiè micate. Nam vnus ille & primus dies, septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absoluit: à primo enim incipiens, in ptincipium desinit, per similes qui in medio intercedunt dies quinquagies euolutus; vnde & æternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari, ab iisdem otsus signis, in eadem desinit] Quod si diem vnam, in illa notione qua primam lucem designat, vsurpare placeat; optimè quoque dies Pentecostes appellatur *dies vna.* Est enim ptima dies æui totius Christiani; quia ea die, promulgata solemniter est lex Christi, quod est natale Christianæ religionis. In hac ergo vna die, iuxta Isaiæ oraculum, sanctus Israël in igne & flamma fuit, succenditque & deuorauit spinas omnes, ac vepres soli nostri purgans & excolens otam & sedem illius vt pulsis ac extrusis feris,

suadetet

Sectio I. Cap. XII.

euaderet in locum idoneum habitationi hominum, quod dici potest *natale soli illius & ære.*

Haudquaquam satis fuit Christo per Spiritum Sanctum sic solum purgare, & bestias extrudere, locumque aptare habitationi hominum: sed habitatores quoque ipsos, magno numero, eadem ipsa die, ex baptismo tanquam Ecclesiæ vtero productos, induxit illuc ad habitandum. Magnum omnino mysterium, quo reformatio illa ferarum, in veros & tarione præditos homines, continetur; quam superiùs pro altero insigni effectu Spiritus Sancti in Pentecoste de cœlo demissi, memorabamus. Et quanquam de noui hominis productione in Pentecoste, dictum superiùs est toto c.9. per proportionem ad primi hominis creationem immediatè à Deo factam, absque maris & fœminæ interuentu: nunc tamen de alia hominis noui productione agimus, quæ respondet generationi humanæ ex mare, & fœmina, siue ex parte & matre quibus Adam caruit. Naz.orat.44. quia hæc generatio filiorum Dei fit in baptismo, qui Græcè à *luce* dicitur φωτισμὸς: eo quod homo per baptismum ad veram lucem veniat, & diem participet, vocat hanc *generationem diurnam & lucidam*, secernitque à *prima generatione, quæ noctis arcanum est.* Ordo baptismi Æthiopum præscribit orationem super baptizandos, quæ huius generationis dignitatem præclarè aperit. Est autem huiusmodi. [O amator, humani misericors genitor lumuis, & vitæ, scatutigo omnis munditiæ, tu omnia quæ facta sunt, ab origine fecisti, & dedisti signum singulis operibus tuis: quia autem idem ipse mutare potes omnia: muta horum animas, & dona eis secundam generationem, cœlestem: vt non sint caro, sed verè filij Spiritus Sancti per vnicum filium tuum.]

Ab Anastasio Sinaïta V. Hexaëm hæc generatio confertur cum generatione piscium, descripta Genes. 2. Pisces enim absque semine & corruptione procreantur, quod bellè congruit baptismum suscipientibus, de quibus proinde sic Anastasius. [Est quædam admirabilis ratio in natura aquarum, valdè apposita & conueniens regenerationi baptismatis, quæ fit sine semine & corruptione. Nam vt dicunt qui norunt piscandi artem, habet quidem piscium natura masculinum & fœmininum sexum natantes, & inter se non coëunt; sed sine semine ex aqua & spiritu veluti patiuur: propriè & sine dubitatione, eo exemplo significame spiritualem & sine semine nostram ex aqua & Spititu generationem, de qua dictum est; *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.*] Concinnè ista profectò, & aptè ad exponendum quare Christus Dominus dictus sit piscis; quia absque semine paterno, de Spiritu Sancto duntaxat & matre conceptus est. Quanquam S. Augustinus, qui eam Christi denominationem ex veteris Sibyllæ acrosticho recitat l.18. Ciuit. c.23. aliò refert eam appellationem. Christi autem similitudine, & quia ex aquis baptismi nascimur, Tertullianus l.de bapt.c.3. nos vocat pisciculos secundum ἰχθὺν nostrum.

Hæc ergo generatio pisciculorum Christi, ex veuto seu Spiritu, & aqua absque semine, facta primùm est in Pentecoste, quo Anastasius libro illo 5. refert productionem piscium die quinta: & benedictionem illis tantùm, inter omnia bruta, concessam in prima productione. Agens enim de numero quinquagenario, & monstrans signatam in eo fuisse remissionem; [Hæc omnia (inquit), sunt vera & certa præfiguratio illius quinti Diei hebdomadis, in quo ascendit in cœlos & in altum est elatus Sol iustitiæ Christus: Et quinquagesimo die misit Spiritum; per aquam, inquam, & Spiritum suum largitus remissionem peccatorum; Et quinto die cœnam dedit mysticam, quæ soluit omnia omnino peccata. Habes ergo apertam ostensionem, cur quinto & sex diebus, aquæ in quibus superferebatur Spiritus, viuas genuerunt animas, nobis præsignantes regenerationem quæ fit per aquam & Spiritum. In altum enim in cœlis elatus Sol qui cadit sub intelligentiam, (sicut Sol sensibilis in firmamento, desuper demisso in aquas suo radio,) statim fecit regenerationem, quæ est per aquam & Spiritum, congruenter ei quod dictum est; *Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Per hunc ergo, & non per aliquem alium modum, ex aquis quidem genitas animas, (nempè per baptismum regeneratas,) benedixit Deus dicens; *Crescite & multiplicamini & replete aquas.* Animantibus autem & iumentis & feris, qui viri sunt, serpentibúsque & venenaris hominibus, qui sunt peregrini & alieni à regeneratione baptismi, nequaquam eam impertiit benedictionem.]

Fuit sanè in Pentecoste, vox Domini super aquas: quia tunc primùm iniecta est obligatio suscipiendi Christi, per os Principis Apostolorum, qui Iudæos ad tor mirabilium auditionem compunctos, & quid facto opus esset interrogantes, docuit baptismi Christiani necessitatem. Et ante quidem potuerat eum fructu suscipi, & reuera fructuosè ab Apostolis susceptus erat; sed absque iniecta ad suscipiendum necessitate, vt benè statuunt Molina Tract.5. de Iust. disp.62. n.7. & Bellarm. l. de bapt.c.5. ptopos.3. In Pentecoste autem, ob interpositam edicti à Christo lati promulgationem, baptismus cœpit esse necessarius, ex præcepto iis qui Apostolicæ concioni interfuerunt manifestato Et ita S. Bernardus Epist. 77. Bellarminus supra, propos.5. Suarez t.3. 3.p.d.27.s.4.& l 9. de leg.c 2a.n.2. & lib.10. c.4.à num.6. Ægid. Koninch 3. p. q.68. n.24. & Bonac. q.2. de bapt. p.2.n.12. Sic igitur ea die procreati fuit ex aquis filij Dei, homines noui: Verè ea ex parte germani Isaac, vt S. Chrysostomus Tomo 5. Græcol. serm.64. optimè aduertit, quia ex aquis coocipiuntur, sicut Isaac ex senili vtero frigenie.

Quamuis autem Christus Dominus, per Spiritum suum Sanctum procreatit ad eum modum filios Dei in Pentecoste; tamen Apostoli quoque quibus Spiritus Sanctus vsus est ad plenam primæ illius fœturæ parturiginem, dicuntur aliquando genuisse Deo eam sobolem, eséque partes illius, aut etiam matres: quia diuino seminio extrinsecùs fœcundati sunt, ad eam sacrorum fœtuum editionem. Autor sermonis de Spiritu Sancto in Pentecoste apud Chrysostomum optimè id expendit, dicens.

dicens. [Spiritum Sanctum hodie nobis demisit, & filios omnes Dei, ac hæredes fecit. Etenim & filij sumus. Demisit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, *Abba pater*, atque adeò *iam non sumus serui, sed filij Dei: si autem filij, & hæredes.* Audet horribile & metuendum quiddam, sermo dicere festiuitate hac fretus: Deus in hominibus domicilium habuit, & ostendit homines Deiparos. Stupendus sermo, at non meus ille sermo. *Propter timorem tuum, Domine, uterum gessimus, & parturiuimus, & peperimus verbum salutis.* Nos qui sumus carnes infirmitatis, peperimus Spiritum salutis: quia concepimus hodie ab excelso Spiritum adoptionis filiorum. De hac salutari incorruptissima Spiritus conceptione, volo tibi hodie spiritualem, & mysticum quendam sermonem instituere, vt manifestiùs scias, quis prius fueris, quis nunc factus sis, & quod intra teipsum conceperis, & qualem fœtum in anima tua feras, & quomodò omni Christianæ menti quadret, vt ei dicatur, *Benedicta tu & in mulieribus*, vt sponsa Dei: *& benedictus fructus ventris tui*, qui quidem Spiritus Sanctus est, per quem ego, festiuitatis amator, hodie concionor. De hoc autem sermonem hinc exordior. Olim in principio, quando omnium opifex ac Dominus, ineffabili consilio & sermone iuxta imaginem suæ imaginis effigiauit hominem protaplastum: concessa faciei corporis illius forma Angelici cuiusdam fulgoris. Quam speciem mox vt honestatis osor Dæmon vidit, inuidit, illámque per inobedientiam deceptam seduxit, & corrupit, fulgorémque illum coinquinans immutauit: quam opifex sermo Deus renouare volens, non iterum sicut olim, extrinsecùs hominem adornauit, vt ne iterum conspectus à malo Dæmone, inuidiam experiretur, qua pulchritudinis suæ iacturam faceret. Proprerea quid facit Deus, & quid fit? *Demisit Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater.* Spiritus Deus, nostris fidelium spiritibus vnitus est, fraterno modo.]

Arg. ex inhabitata Ciuitate Dei.

Cur S. Chrysostomus aut quisquis alius autor illius sermonis, dicat Spiritum Sanctum nobis vniri fraterno modo, ambigi potest, cum Spiritus Sanctus in Deo non sit Filius: vt proinde habendo vnitum Spiritum Dei, dicere liceat eum esse nobis Spiritum fraternum. Genuinus Autoris illius sensus esse videtur, Spiritum Sanctum esse Spiritum filij: nam à filio procedit, vnde Paulus ad Gal. 4. ibidem ab hoc Autore allegatus, ait: *misit Spiritum Filij sui in corda nostra.* Sicut igitur filius, per adoptionem nostram in filios, fit frater noster; ita & ipse eius Spiritus, dicitur coniungi nobis fraterno modo. Et qui nos in eo statu pepererunt Christo, dicti ab hoc autore sunt, *homines Deipari*, quales fuisse agnoscit Apostolos, qui tam multam Deo sobolem pepererunt in Pentecoste, vt Isaias eam numerositatem sobolis vno partu editam admirans c. 66. exclamet: *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? Et quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die vna, aut pariet gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos?* Hæc, S. Cyrillus ibi, accipit de die Pentecostes, & ea subita generatione regionem totam implere sufficiente, quæ facta est ad Spiritus Sancti demissionem, & primam prædicationem Apostolorum. Hæc fuit generatio ventura, populus qui nasceretur, quem fecit Dominus, à Dauide prænunciatus Psalmo 21. Narrantur siue in fabulis, siue in historiis, aliquæ multiplices admodùm fœtuæ: vt fœminæ quæ triginta sex liberos incolumes vno partu fudisse dicitur sub annum Christi 1200. & Margaretæ Hollandicæ, quæ sequenti sæculo, trecentos sexaginta quinque liberos, vno partu enixa fertur. Sed siue verè, siue fabulosè hæc iactata, quid ea numerositas, ad tria millia simul & semel Christo genita, vt Lucas Actor. 2. prodidit? Nec dubium quin proximè consequentes dies, fœcundi ipsi quoque fuerint, & aliam plurimam sobolem Deo ex baptismi aquis per Spiritum Sanctum abundè tunc effusum ediderint. Et ita tulisse antiquum illud promissum, *non erit infœcunda nec sterilis in terra tua*, notauit Rupertus l. 3. in Exod. c. 39.

Omnes gentes, per Spiritum Sanctum in die Pentecostes è facto vtero prodiisse, eo ferè modo quo Christus filius Dei primarius, obumbrante, & sponsum Virginis se exhibente Spiritu Sancto, conceptus ac editus est, egregiè dixit S. Chrysostomus serm. de S. Spiritu in Pentecoste, *initio.* [Aliquando (inquit, Angelus Gabriel è cœlo descendit; & Deus in vtero semper Virginis habitauit: nunc autem ante paucos dies magni consilij Angelus Christus, in cœlos ascendit, & Sanctum Spiritum omnibus demisit; vnde in cœlos regressus ad Patrem suum, clamabat: *Surge in occursum meum, & vide.* Et, *tu Domine Deus virtutum, Deus Israël, intende, vt visites omnes gentes.* Ego visitaui, inquit, & impleui tuam obedientiam: Intende, & tu, vt visites gentes amandans eis & alium paracletum, Spiritum tuum Sanctum. Igitur non ad vnam tantùm animam hodie dicitur, *Spiritus Sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi:* Sed omni creaturæ dicit Deus, *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Et erunt mihi in filios, & filias, & fratres, & matres.* Quisquis enim facit voluntatem patris nostri qui est in cœlis, hic filius & Christi frater, & mater. Itaque adoptionis festum, fideles celebremus hodie, & Spiritus Sancti ad Spiritus hominum aduentum & societatem.]

En omnes gentes à Deo visitatas, & Spiritum Dei effusum super omnem carnem, omnes inquam subuectos in statum filiorum Altissimi; ita vt cum olim dictum esset *vos autem, sicut homines moriemini*; nunc è contrario dicere de omnibus liceat, *Dij estis, & filij excelsi, omnes.* Suspexere mentò Patrum nonnulli, eam Christi dignationem, qua extendens singulare & vniuersale indiuiduæ humanitati concessum Incarnationis beneficium, omnes Christianos per Eucharistiæ participationem sibi coniungere voluit, salua vniusciuiusque persona. At hæc non minor, nec angustior est beneficentia: cum ad omnes planè personas, quæ Deo Patre & Ecclesia matre glorianturpertineat. Omnes enim per Spiritus Sancti communicationem, vnus cum eo Spiritus fiant, diuina filiatione decorantur. Quod in Pentecoste cœptum, & quasi fure ptioilegij perpetuò

Sectio I. Caput XII.

petetui donatum, tunc Ecclesiæ, deinceps coorinuatur, quoties quis Spiritu Sancto participat, fitque in eo Pentecoste, iuxta modum loquendi S. Chrysostomi hom. de Pentec. quem videtur imitatus Gulielmus Paris. Tract. de sacram. pœnitentiæ c. 5. vbi peccatotis conuersionem, ait esse natale ad vitam, & pascha siue transitum ab impietate, ac resurrectionem à mortuis, & Ascensionem ad cœlos, oecnon Pentecosten ob illapsum Spiritus Sancti. Sed & Origenes l. 8. contra Celsum, ait euoi qui cum Christo surrexit, & ascendens cum Apostolis in cœnaculum ibidem otat, semper habere diem Pentecostes.

Ex omnibus tam ampla exspatiatione propositis, de extrusione bestiarum ex agro Domini, déque hominum è feris transmutatione io veros homines, ac etiam in Dei filios; & populi quem fecit Dominus subito exortu, ac immensa multiplicatione in Pentecoste; perspicuum puto, congruentissimum fuisse, sacrificari Deo ritu Christiano in Pentecoste: quandoquidem tot beneficiorum cumulus, cultum & gratiarum actionem supremam, quæ solo sacrificio defertur, extot fisse verius quàm poposciisse videri potest: & cum abrogata essent omnia sacrificia legalia, magno facto Dei nomine, & oblatione munda ab eo prælecta, nouum hoc sactificium vsurpandum necessariò fuit. Et bellè respondet id genus sactificij, cum antiquis sactificiis natalitiis Romanorum, quæ incruenta fuisse [ne die qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent;] scripsit Varro l. cui titulus est, *Articulus siue de numeris*: Similitérque in Delo Insula, ara Apollinis Genethlij, sanguine noo inquinabatur: vude & *ara pia rum* dicebatur, vt scribuot Clemens Alexand. 7. Strom. & S. Cyrillus l. 9. in Iulia. Quanquam noo præsto eum vsum fuisse vniuersalem, vt videre est apud Flaccum l. 4. Oda 11. vbi ara describiiur castis vincta verbenis, auens immolato spargier agno, pro Mecœnatis natali. Idemque haberur ex l. 3. carm. ad Ælium Lamiam, iuxta Acronis expositionem, (refraganie tamen Delrio ad Actum 1. Medeæ *sub unitum.*) Ex sacrorum natalitiorum exemplis, quæ ex omni geote addensat Pineda l. 1. de Salom. c. 14. idem habetut. Pro vsu ergo apud omnes gentes tecepto sacrificandi in natalioiis, par fuit, Apostolos io tam multæ sobolis mysticæ subito exottu sacrificate quo solo modo tunc poterant, id est Christiano.

Supperit verò in eam rem alter titulus, ex necessaria nouæ illius sobolis nutricatione. Nam infanti nato prouidenda est papilla. Et vt hæc soboles est spiritualis, ita fuit illi prouidendum lac spirituale, cuiusmodi verè est Christus in Eucharistia, iuxta Clementem Alexandrinum 1. Pædag. c. 6. & alios quos adduco io Tractatione de Cereo Agno c. 6. Dauid huoc titulum sacrificandi ritu Christiano in Pentecoste, insinuasse videtur Psal. 21. quo susceptio matutina tetram noctem passionis subsecuta describitur; & in Christi persona, prænunciatur fructus eximius laborum Christi, per emissionem Spiritus Sancti. Alloquens ergo Christus Patrem, dicit. *Apud te laus mea in Ecclesia magna.* Deinceps Pater non in angustiis Synagogæ, sed in populo gtaui, & admodùm multiplicato te laudabo, ac colam, *vota mea reddens in conspectu timentium te.* Ea Ecclesiæ è Synagogæ angustiis dilatatio, perspicuè accidit post Chtisti susceptioem matutinam, & anastasim, in Pentecoste. Tunc ergo Christus, per suos ministros ad id titè delectos, in conspectu timentium Deum congregatorum in cœnaculo Sionis, reddidit vota sua; qoæ aliud oon esse quàm sacrificium corpotis & sanguinis Domini, agnoscit ibi Bellarminus, & monstraui in Tract. de Euchar. Sect. 3. cap. 7. & ibidem in Ouomastico V. *vota*, subdit Dauid, esuros de hoc sacrificio paupetes, & saturandos, Dominúmque requisituros; & ipsorum corda tali cibo saginata, in sæculum sæculi victura ac discussura ohliuionem homini exitialem; quæ omnia manifestè cadunt in cibum solum Eucharisticum, quem Dauid ab omnibus pinguibus, id est sublimibus & potentibus terræ, manducatum & adoratum testatur; præsertim adhibens pro fututo, ad insinuandam cuentus Deo prægogniti cettitodinem. Clauditur Psalmus, mentione geoerationis venturæ, & populi qui nascetur, quem fecit Dominus. Quæ clausula apertè indicat, omnia proximè proposita cadere in diem Pentecostes: qua per Spiritus Sancti emissionem, generario quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob, in lucem prodiit; oatique sunt Christo ex Ecclesia spoosa filij multi, & populus quem fecit Domious.

Non minùs apertè cibatiouem natorum Christi multiplicatorum io Pentecoste, expressit idem Dauid Psalmo 4. iuxta interpretationem Rupetti l. 6. de proces. Spir. Sancti à c. 13. Ostendit enim Rupertus, eo Psalmo describi vocem cœtus Apostolici, & multitudinis Ecclesiasticæ congregatæ in vnum die Pentecostes; qua die Deum inuocantem exaudiuit, & in tribulatione dilatauit & corda & ora: vt discusso pauore, omoium gentium linguis Christum loquetetur, reprehensis palam & in faciem filiis hominum, qui graues corde & diligentes mendacium atque vanitatem, ad vocem ipsius Christi superstitis, obsurduerant. Nuoc verò vt scitent eum à Domino mitificatum, facet ille cœtus est contestatus; vrgens præterea illos ad saoctam in seipsos iram, & compouctionem tam grauis ooxæ, quantum repellendo Christo contraxeraot; nec non ad participationem sactificij Iustitiæ, abiectis vanis excusationibus, quasi deesset verus & minimè fallax ad solida bona mystagogus; cum tamen aduenisset Spititus Sanctus, qui est lumeo vultus Dei, signatum supet fideles, & lætitia fontalis ipsiusmet Dei, communicata cœtui fidelium. Eum cœtum Dauid ibi, ounc nnmero mulotudinis, quia verè numerosus indiuidualiter erat; nunc singulari numero exprimit, ob vniratem cordium & animorum, quam teste Luca Spiritus Sanctus fidelibus ingenerauit in Peutecoste. Optimè in eam rem disserit Rupertus libro illo 6. c. 15. sicut etiam c. 14. monstrat, Spiritum Sanctum in Discipulos ea die effusum, rectè dici *lumen vultus Dei.* Et c. 16. demonstrat, iure dici *latitiam datam in corde.* Idem visum aliis quoque Partibus. Nam Spiritum Sanctum in Pentecoste collatum, esse *lumen vultus Dei super nos signatum*, traduot Chrysostomus hom. 1. in Epistol.

Epistol. ad Ephes. & Ambsosius l. 5. de Spiritu Sancto cap. 6. & 17. Qui item perpulchrè ibidem cap. 8. ait hoc esse *oleum lætitiæ lætificans cor hominis*; in quam rem legendus etiam S. Macarius homil. 17. Et hanc esse *exultationem iis qui saluati fuerint de Israël*, expendit optimè S Bernardus ser. 2. de Pentecoste *initio*.

Sic aptata cum Ruperto totius illius Psalmi quarti textura ad Pentecostem, facilè est ibidem deprehendere cibationem fidelium pes Eucharistiam, quæ illis tantæ támque admisabilis multiplicationis causa, & veluti diuinum semen extiterit. Subdit enim Dauid, *A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Frumentum & vinum spectant vsum Eucharistiæ iuxta Arnobium ibi, & Paulum Burgensem. Subscribúntque in sensu mystico Genebrardus ibidem & Corderius 10 Annotationibus subiunctis Catenæ Græcosum ad hunc locum. Oleum autem spectat confirmationem; vel inuisibilem & internam, vel etiam externam atque visibilem, quam adhibebant Apostoli imponentes manus recèns baptizaris; non nudas manus, sed sacro vnguine delibutas, provt à Christo Sacramenti illius autore fuerat constitutum. Labunius enim, qui eam pes Apostolos manuum impositionem, de mesa manuum appositione absque præscripta Sactamenti Confirmationis materia, accipi volunt. Sed hoc aliàs, sistendo autem in frumento & vino, necessario ad cibum & potum populi Dei, liquet illud non potuisse suppetere in Pentecoste, nisi adhibitum fuisset sacrificium quo conficitur. Sanctus quidem Irenæus l. 4. contra hæres. c. 75. descriptus à S. Damasceno in parall. Spiritum Sanctum ait esse *escam vitæ* de qua accipit illud primo Corinth. tertio: *Lac vobis potum dedi, non escam.* Tamen ea loci Paulini interpretatio minùs quadrat; & esca vitæ, Deum timentibus data, Christi sactum corpus est intelligenda, ad cuius esæ confectionem, sacrificium Christianum fuit necessarium.

CAPVT XIII.

Dedicatio domus Dei in Pentecoste, ad sacrificandum ritu Christiano adegit.

ECclesia, & ciuitas est, & domus. Nam quod supra ex S. Chrysostomo hum. 1. in Matth. admonui, tota hæc ciuitas, est vna Dei domus & aula, nec secernitur in varias domos priuatas & publicas, vt cæteræ in tetra ciuitates. Quia igitus sat multa hactenus dicta sunt, de congruitate sacrificij Christiani in Pentecoste, ob structuram & inhabitationem ciuitatis Dei, subiiciendum est aliquid de eadem congruitate, ob dedicationem domus Dei.

Assumo potiùs quàm confirmo, Ecclesiam esse domum Dei. Nam quamuis mundus totus donetur nomine *domus Dei*, iuxta S. Chrysostomum 2. Timot. 2. ad illud, *in magna domo, non solùm sunt vasa aurea*, & cœlum quoque appelletur *domus Dei*, quo pacto Paulum accipit Theophylactus Hebr. 30. dicentem, Deum initiasse nobis viam nouam, pes Sacerdotem magnum super domum Dei: Tamen Ecclesia passim audit *domus Dei*, vt apud Paulum 1. Timot. 3. quem monet, vt sciat quomodò eum conuersari oporteat *in domo Dei, quæ est Ecclesia.* Subscribens Paulo Gregorius Nyssenus homil. 14. in Cant. ait Ecclesiam esse domum illam Dei, in qua plantatæ cedri magnæ & excelsæ, florent in atriis Dei nostri. Respicit ad Psalmum 91. vbi dicitur, *iustus vt palma florebit, vt cedrus in Libano amplificabitur.* [Nam reuera iustus, (Dominus autem est iustus ille), qui propter nos ortus est de sera, est altícoma illa palma, quæ exorta in naturæ nostræ sylua, mons fit, aucta cedris eorum qui per fidem in ipso radices agunt: quæ quidem cedri, cum plantatæ in Dei domo fuerint, in atriis domus Dei nostri florebunt. Hanc autem domum, Ecclesiam esse, intelligimus, Apostolum secuti in qua cedri Dei consesuntur. Per atria verò, æterna illa tabernacula accipimus, in quibus & florent spes bonæ, & suo tempore patefient.] Hieronymus quoque, ex prolato præter cætera Apostoli loco, confirmat Epist. 145. Ecclesiam dici & esse Dei domum. Quærens enim quam domum Dei Isaias cap. 6. dicat majestate eius plenam esse, ait eam domum, esse Ecclesiam iustorum, qui de Christi plenitudine acceperunt. Subdit verò. [Istam domum sapientes mulieres ædificant, & insipientes dissipant manibus. De ista & Esaias loquitur; *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in summis montibus, & elevabitur super colles.* Hæc est domus, de qua & alibi supradictus Paulus, sacrata voce testatus; *Et Moyses quidem fidelis in tota domo eius, quasi famulus in testimonium eorum qua dicenda erant. Christus autem vt filius super domum eius; cuius domus sumus nos: si tamen principium substantiæ eius, vsque ad finem firmum teneamus.* De hac & ad Timotheum loquitur. *Hæc autem scribo, vt scias quemadmodum oporteat te conuersari in Domo Dei, quæ est Ecclesia.*]

Argum. ex dedicatione domus Dei.

Frustra in re protrita operam prætereà prodigerem, cum nihil sit decantatius & vulgatius, quàm Ecclesiam esse domum Dei. De hius domus variis partibus, scitè S. Bernardus s. 46. in Cant. De statu huius tertiæ Dei domus, & eius conformatione ad exemplar domus cœlestis, fusè iusto opere Potho Prumiensis in libros quinque distributo, cui subtexitur libes de magna domo sapientiæ; quæ iuxta eum, ita est Christus, vt nomen ad illam quoque pertioeant fideles omnes. Ait enim, hanc domum in Virginis vteto absque humano opere, vt illam olim Dei domum absque malleo & ferramento, esse ædificatam; tectámque illi postremò esse impositum in Pentecoste, per charitatem: qua peracta carnis dispensatione, Christus Spiritum Sanctum fidelibus demisit in remissionem peccatorum: quæ omnia ad Christum, & Christi mysteria spectant. Multa tamen subinde intexserit Potho, quæ domum illam magnam sapientiæ, provt ex Christo & fidelibus compactam respiciant. Vt verò ille statuat de domo sapientiæ descripta Prouerb. 9. non pauci Patres, domum illam de Ecclesia accipiunt, vt sanctus Augustinus 17. Ciuit. cap. 8. Sanctus Gregorius 32. mor. c. 17. & l. 35. c. 16. & quot-

Sectio I. Cap XIII.

quoi misturam vini, & positionem mensæ, de qua ibi consequenter Salomon, accipiuot de mystetio Eucharistiæ, quod Christus in Ecclesia sua instituit. Suot autem innumeti qui ita accipiunt, vt Ambrosius l. 4. de fide c.7. Chrysostomus in Psal. 22. Beda in cap.9. Proueib. & Anastasius q.40. in Scipt. Itaque Ecclesiam eile illam magnam domum Dei quæ Piou. 9. describitur, & à Sapienria Dei sibi ædificata, & ornata, atque instructa dicitur, tatum habeo.

Dimissis autem in præsenria aliis quæ circa hanc domum spectari possunt, de eius duntaxat dedicatione agendum est. Contigit enim in Pentecoste. Et quanquam Potho libro illo de magna domo sapientiæ, *sub finem*, dedicationem domus illius, factam dicat in Paschate siue resurrectione Domini: Tamen vt ex consequentibus apertè liquet, pro vsu multorum, intra Pascha concludit Pentecostem. Monstrat igitur Potho, factam esse eo tempore dedicationem domus Dei; cœptam scilicet in Paschate, & coosummatam io Pentecoste: quia Psalmo 29. qui vt habet titulus, coofectus est in dedicatiooe domus Dauid, multa habentur ad resurrectionem pertinentia. Et Psalmus 65. cuius titulus est *in finem Canticum Psalmi resurrectionis*, penèque est tituli alieti Psalmo propositi præfixi interpretatio, alia item haber eodem spectantia. Quibus omnibus iosinuari ait idem Potho, dedicationem domus Domioi, factam esse eo tempore quod præmisi. [Passus enim Christus, & resurgens à mortuis, festiuitatem sibi & nobis inchoauit huiusce dedicationis, tanquam caput corpoti.] Compleuit autem in Pentecoste, cum corpus accessit. Inde verò concludit, & ex Psalmis prædictis ad banc dedicatiooem pertinentibus eroit, iusignem piotsus esse opottere huius dedicationis iucunditatem. Addit tamen quod eam iucunditatis veritatem metirò diluat. [Magnum (inquit) oihilomious, speciet quæ exinde appatuit, debet incutere timotem, & excitare solicitudinem. Non enim hîc in columbæ specie Spititus Sanctus se exhibuit, sed in specie ignis sopet SS. Apostolos ab illa domo proceslit, mittente illo secundùm virtutem vel natutam diuinitatis, quemadmodùm dixit ad illos, *si autem abiero, mittam eum ad vos*. Quamobiem etgo non in specie columbæ, sed in ignis specie?] Responsionem mox subiicit iode petitam, quod ante Christi subiectionem in cœlos & demissum ab eo Spiritum Sanctum, homines tametsi multa blasphemantes pet ignorantiam, non tamen laboratem spititu blasphemiæ: eo quod non peccarent ex malitia, atque ita Deus pet patientiam illos toletatet. Post tantam verò beoignitatem, peccata voluntariè peccantium, terribili expectatiooe iudicij, & æmulatione ignis consumpturi aduersatios, vindicanda essent. Sic Potho, qui testatur se scribere anno 1152. atque adeò profecit ex Rupetto, qui ad quæstionem propositam accoratè tespondet l. 9. de proceff. Spiritus Sancti c.10. & 14.

Quamuis autem hæc quæ ex Pothone retulimus, piè ab eo ac eruditè sint tradita, probarim tamen potiùs, si dixisset dedicationem domus Dei, non modò consummatam esse in Pentecoste, sed etiam cœptam & integrè peractam. Nam siue domum Dei, somamus pro primatia eius parte quæ Christus est, siue pro teliqua Ecclesia; minùs quadt at solemnitas dedicationis cum Paschate, quo hic autor asserit cœptam esse domus Dei dedicatiouem. Nam domus Dei quæ Christus est pro qua Potho præcipuè satagit, excitata potiùs in Paschate dici debet, quàm dedicata, iuxta illud *& in tribus diebus fuscitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui.* Domos autem Dei quæ est Ecclesia Christiana, in Paschate oondum erat, atque ita dedicari non potuit. At potuit in Pentecoste dedicari, & vetè dedicata ac consecrata est pet Christum Pontificem summum. Ritus & forma consecrationis ac dedicationis, bellè respondet dedicatioui materialium templorum. Hæc enim est imaginatia illius, ista est veritas imaginis eius, ait Petrus Bles. serm. 36. apiaos dedicatiouem Ecclesiæ & solemues eius titus, dedicatiooi cœtus sanctorum atque fidelium qualis ptimò & solemnissimè à Christo facta est in Pentecoste. Sed Blesensis qoidem quia ad Monachos agebat, restringit disputationem ad consecrationem Monasticam. At Gulielmus Parisiensis in calce libri de legibus, & Iuo Carnotensis sermone de Sacramentis dedicationis, (laudatus à Petro Damiani serm. 1. de dedic. Eccles. ooo autem Fulbertus vt malè ibi ad margioem illius Caëtanus, rectè refragante Menardo ad S. Gregotij Sacramentarium pag. 193.) vniuersè eos titus consecratiouis Ecclesiæ, ad fidelium sanctificatiooem accommodant. Vnde sicut sanctificatio Apostolorum atque fidelium in Pentecoste, tanquam prima io eo genere, est mensura cæterarum; sic iure præcipuo ad eam accommodari poterunt titus nostrates consecratioois templorum, quos bis paucis expressos exhibet Petrus Bles. serm. 36. [Videamus, in quibus consistit templi sanctificatio. In quinque (vt arbittot) impletur templi dedicatio, quæ sunt asperfio, inscriptio, vnctio, illuminatio, benedictio. Aspergitur verò aquâ, cui admiscentur tria, Sal, cinis, vinum. Aspersorium verò ex hyssopo fieri debet: postea verò pauimentum inscribitur alphabeto Græco & Latino, lineis ab angulo in angulum directis, ad modum crucis in medio sese intersecantibus: deinceps in duodecim locis chrismate sancto liuitur, & post super eadem loca, duodecim ceteris illuminatur: postremò Episcopali benedictione Dedicatio concluditur.]

Ne verò singulis ceremoniis minute insistam, quod præstat diligenter præter cæteros Ioo, facile est deprehendere, omoes eò pertinere, vt significetur integra & adæquata interna sanctificatio per intellectus illustrationem, vberi lumine fidei & cæterorum cœlestium radiorum affuso, nec non pet voluntatis & animæ tiiè exputgatæ à peccatis, honestatiooem & exornationem à gratia, & charitate, aliisque infusis virtutibus, quæ sunt connaturale gratiæ & charitatis satellitium. Vtroque illo munerum genere, adeò eaimiè donata est in Pentecoste Ecclesia, in persona Apostolorum, & primorum fidelium, vt nihil desiderari possit ad plenam expressionem rerum quas titus dedicationis templorum nostratium

repræ

repræsentant tanquam typi & imagines. Attingo ista breuiter.

Ac primùm illuminatio & collustratio intellectus, delineata optimè est à Ieremia verbis illis in persona primæ Ecclesiæ Christianæ Threno. 1. *de excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Quis sit ille ignis missus in ossibus de excelso, & erudiens ac docens, dubitare non licet. Ossa sunt Apostoli, & fortes qui que in Ecclesia, iuxta Augustinum ad illud Psalml 34. *Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi.* Qui item illis accommodat illud; *Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Et illud Psalmi 21. *dispersa sunt omnia ossa mea.* Ossa igitur Apostoli, & primi illi fortissimi fideles. Io hæc ossa, de excelso, id est de sobliml iam Christo Domino, missus est Ignis Spiritus Sancti. Hic est ignis ille ex iotimis, signatus per Hebræam literam *Mem* præfixam Octonario 13 Psalmi centesimi decimi octaui. Eam literam cuius notio est *ignis ex vltimis*, Paschasios Rathbertus l. 1. io Threnes, Spitirui Saocto in nos illabenti accommodati censet; quia ex imperfectionibus & defectibus, qui sunt veluti vltima nostra, excludit & succendit flammas amoris sui. Super quem enim requiescet Spiritus Domini, nisi super pauperculum; eum inquam qui possit de se dicere, *Ego vir videns paupertatem meam*? At S. Ambrosius, hunc ignem ex vltimis, charitatem Dei, hoc est Spiritum Sanctum è sinu patris ad nos à Christo demissum interpretatur; deque eo igne egisse Hieremiam censet loco proposito ac proiode ab hoc igne cœlitus immisso, etudita sunt ossa Ecclesiæ. [Non malus ignis (ait Idem Ambrosius in Psal. 38.) qui adurat, sed non exurat. Talis ignis quem Moyses In rubo vidit; quando rubus vrebatur, sed non exurebatur. Est ergo Ignis qui peccatum minuit, & suo culpam ardore depascit. Est & ignis qui cœlestium Scripturarum meditationibus excitatur, velut ille de quo dicit Hieremias: *Et erat ignis flammiferans in ossibus meis.* Aut ille de quo Cleophas, & qui simul iter agebat, quando post resurrectionem eis se Christus adiunxit, sermone mutuo conferebant, dicentes. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm aperiret nobis Scripturas*? Ideò & Dominos venit, vt ignem huoc in terram mitteret, quo illuminaret animas vniuersorum, studium accenderet, crimen exureret. *Locutus sum*, inquit, *in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi.* Bonus ignis, qui fecit vt Prophera loqueretur. Et vide ne ipse sit ignis qui visus est, quando in die Pentecostes io vnom locum discipulis congregatis decidit cum vi magna super eos Spiritus Sanctus, & linguis variis loquebantur? Sic enim scriptum est: *Quia visæ sunt lingua eorum dispersæ tanquam ignis.* Hic est ergo qui dixit ad Hieremiam, *Ecce do tibi in os verba mea in ignem.* Hanc ergo & Dauid linguam ignis accepit, vt diuinæ cognitionis succensus ardore loqueretur.]

Hæc Apostolorum in Pentecoste eruditio ab igne de cœlo demisso, adeò eximia fuit, vt nullius deinceps Doctoris aut sancti viri illuminatio, illhuc vsque pertigerit. Et insulsè prorsus Abbas Ioachim, & Petrus Ioannis, censendi suot aberrasse, si vera sunt quæ de illis produnt Guido Carmelita Tract. de eorum erroribus, & Alphonsus de Castro. V. *Apostoli* hær. prima, referentes, Ioachimum asseruisse sanctum Beoedictum eruditione, & scientia spirituali præcelluisse Apostolis: Petrum verò Ioannis, idem de S. Francisco pronuntiasse. Quæ si verè illis tribuuntur, næ illi absurdissimè sunt hallucinati. Nam Apostoli sunt fontes Ecclesiæ, de quibus Psalmo 67. iuxta Ambrosium serm. 23. dicitur, *benedicite Deo Domino, de fontibus Israël.* At fontem parciùs manate, quàm deductos ex eo riuulos, affirmari non potest. Igitur aqua sapientiæ, in Apostolis, qui fontium capiti Christo verbo Dei in excelsis fuere viciniores, & secundarij in Ecclesia laticum cœlestis intelligentiæ fontes fuerunt, supra omnem comparationem plenior & abundantior fuit quàm in vllo posterorum. Et posteriores quidem pleniores & diffusiores sunt Apostolis, séque habent quasi stilla & gurges: Iuxta illud in hunc sensum exponitum à S. Gregorio, 27. mor. cap. 5. *Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum:* Sed isti gurgites ab illis stillis deriuantur vt benè monet S. Gregorius, cuiusmodi sit ea maior illorum plenitudo atque diffusio, commodè exponens. S. Cyrillus hanc ob causam ait, Apostolos in Scriptura dici montes Psal. 86. illis verbis. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* [Optimè (inquit Cyrillus in c. 44. Esaiæ) sanctis montibus comparandi sunt SS. Apostoli & Euangelistæ, quorum cognitio firmata est iostar fundamenti posteris; non sinens eos qui per ipsos iustructi sunt, in reprobam fidem decidere.] Eodem Psalmo 86. iuxta Hieronymum, *Dominus narrabit in Scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in eo.* [Videte quid dicat, (inquit Hieronymus,) qui *fuerunt*, non *qui sunt*, vt exceptis Apostolis, quodcunque aliud postea dicetur, abscindatur, non habeat postea autoritatem. Quamuis ergo sanctus sit aliquis post Apostolos, quamuis disertus sit, non habet autoritatem, quoniam Dominus narrat in Scriptura populorum, & principum horum qui fuerunt in ea.] Non negat Apostolorum successoribus, docendi autoritatem; neque inficiatur, eorum esse lumeo iotelligentiæ diffuodere ad plebem Dei: sed tantùm contendit, nullum ptiuatum, quantumuis sanctum & doctum, posse cum Apostolis de cœlesti sapientia contendere: ac ne ipsos quidem successores eorum, posse contra Apostolicam doctrinam aliquid tradere; etiamsi explicatiùs possint efferre, ac veluti educere, quæ in illo latitant semine; quod non est illis contraria vel *nouæ* dicete, sed *nouè*: vt Vincentius Lyrin. autet conmonitorij cap. 37. philosopharus. Omne autem quod ad fidel dogmata & Ecclesiæ fundamenta pertiner, & alicui innotuit; Apostolos, salrem in semine, latere non potuit, quos Spiritus Sanctus docuit omnem veritatem, vt de Spiritu veritatis spopondit Christus Ioan. 16. & de eodem spiritu dicitur c. 14. *Ille vos docebit omnia.* Qui *omnia* dixit, nihil excluſit: Itaque comprobatum in illis est, Id Isaiæ c. 8. oraculum. *Liga testimonium, signa*

Argum. ex deducatione domus Dei.

Sectio I. Cap. XIII.

legem in discipulis meis. Fideles namque Christi assecl æ, (vt ibi perpulchrè tradidit S.Cyrillus,) obsignant legem veterem, vt discant & ex ea eruditantur; quia puriore & pleniore scientiæ lumine abundant, repleti luminecabundant, repleti lumine vultus Domini, quod est Spiritus Sanctus. Thesantos omnis sapientiæ, & scientiæ, in ore ac pectore Apostolorum conditos, agnoscit S.Chrysostomus t.3. Græcol.f. 50. qui est in illud *vocatus Apostolus.* [Regia (inquit) æraria, erant ora Apostolorum, in quibus omnium bonorum diuinorum erat reconditus thesaurus.]

Quando hæc scientiæ vbertas & plenitudo, de qua omnes accepimus, Apostolis obtigerit, non est obscurum. Nemo quippè non videt, haud obtigisse ante Pentecostem, quandoquidem anteriùs ignorantiâ laborasse deprehenduntur, & circa fidem fuisse imperfecti, vt benè vidit Facundus Hermian. l. 12, c. 1. ita vt ipse Christus cum stomacho ad eos dicere adactus sit, *adhuc & vos sine intellectu estis?* Et alibi: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me.* Rursúsque iam rediuiuus, *O stulti & tardi corde ad credendum!* Non igitur Apostoli ante acceptum in Pentecoste Spiritum Sanctum, ditati sunt vbenate cœlestis sapientiæ; sed in Pentecoste, per missum tunc ad eos ex Christi promisso Spiritum S. vt optimè tradit Rupertus l. 1. in Ezech. c. 20. Hi sunt vetè dies nouorum in quibus omnia facta sunt noua, vt supra cap. 8. persecuti sumus. In illis autem diebus, exundauitam & copiosissimè effluxuram in nouos homines diuinam eruditionem, ita asseritnt Ecclesiast. 24. *Posuit Dauid puero suo, excitare Regem ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternum.* Hoc de Christo ad dexteram Patris per Ascensionem cuecto, rectè dicitur. Addit verò Siracides, de Christo sic in cœlum progresso: *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus nouorum: qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis: Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ.* Effusam tunc à Christo sapientiam, confert cum magnis quibusvis fluminibus, eo tempore quo maximè intumescunt, & aquis supereffluentibus redundant. Et ideò non mirum, quod qui tanta vberiate, aquas sapientiæ ab abysso magna (vt ibidem subditur), deriuatas, id est à sinu Patris haustas, acceperunt; cuasetint in flumina, valucritque de illis quod Siracides, ex persona Christi fontis sapientiæ Verbi Dei in excelsis, subiicit; *Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensa de fluuio: Ego quasi fluuius Dioryx, & sicut aquæductus exiui de paradiso. Dixi, rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum; & ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare, quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquum.* Quæ sint hæc flumina quibus rigatur hortus Christi, & plantationes eius, & qui fluuij apptopinquantes grandiate ad mare, facile est perspicere, ex verbis Christi de fluminibus aquæ viuæ, prodituris ex ventre credentium, quod Ioannes interpretatus est de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Augustinus quoque, flumina elcuantia vocem suam, de Apostolis in Pentecoste expositi in Psal. 9 a. Ab his fluminibus alia prodicrunt: inter quæ ipse S. Augustinus, specie fluuiuis vbertim per omnes campos Ecclesiæ decurrentis, exhibetur à Victore l. 1. de persec. Vandal.

Iam de voluntatis dedicatione in Pentecoste per insignem charitatem, vix opus est dicere. Erant Apostoli ante Spiritus Sancti demissionem, frigidi & panidi. Nec id duntaxat verum est de tempore passionis, quando arcus fortium superatus est; sed etiam de tempore post resurrectionem: adhuc enim iotus manebant concluſi, propter metum Iudæorum. Argumentum nondum perfectæ charitatis, quæ foras mittit timorem. Ast vbi demissus est Spiritus Sanctus in Pentecoste, infirmi accincti sont robore; quia charitas Apostolorum, per Spiritus Sancti communicationem, ad eum cumulum peruenir, vt insigniter sint roborati, & aduersùs omnem pauorem egregiè muniti. S. Gregorius l. 1. in 1. Reg. ad illa verba capitis secundi, *Arcus fortium superatus est*, lueulenter id expressit, dicens; [Quisnam est arcus fortium, nisi fraudulenta sæuitia Iudæorum? Ex occulto quippè, quasi ex arcu Redemptori vulnus infixetaot, quem gentium manibus occidebant. Sed superatus est arcus fortium: quia qui eorum vulnere obiit, à mortuis resurrexit, in cœlum ascendit, promissum Spiritum Sanctum discipulis misit. Vnde subditur; *Et infirmi accincti sunt robore.* Apellatione quidem *roboris*, virtus ostenditur Spiritus Sancti. Vnde & eundem spiritum, Dominus discipulis repromittens, ait: *Vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Robur autem gratiæ Sancti Spiritus rectè dicitur, quam vt electi recipiunt, contra omnia aduersa huius sæculi fortes fiunt. Qui verò *infirmi* hoc loco, nisi Apostoli intelligendi sunt? Sed infirmi profectò, cùm arcus fortium tenditur, non cùm virtute ex alto vestiuntur. Nam in hora Dominicæ comprehensionis, scriptum de eis est: quia *relicto Domino, omnes fugerunt.* An non valdè infirmus tunc Petrus erat, cum interrogantis ancillulæ vocem timuit, & Redemptorem negauit? Iam quippè superatus erat arcus fortium, annihilata sæuitia Iudæorum, quia Redemptor morte victa surrexerat: & tamen adhuc infirmi Apostoli, superatos fortes, clausis ianuis metuebant. Sed vbi eos robur induit, libet intueri, quàm fortes fecit. Repentino quippè sonitu, super eos Spiritus Sanctus venit, & eorum infirmitatem in mitæ charitatis virtutem permutauit. Cœperunt enim Christum iam robore induti prædicare, qui persecutorum minas non erubescebant delitescendo fugere: & qui mulierem verba timueraot, auctoritatem principum, libertate frangebant. Vicit robur formidinem, terrores, minas, & cædes superauit: & quos superueniendo induit, in cœlesti militia mirabilis audaciæ insignibus illustrauit: vt inter flagella, cædes, & opprobria non metuerunt, sed exultarent. Scriptum quippè de eis, hoc iam robore indutis, est: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Hinc iam prædicantes, dicunt: *Omne gaudium existimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis.*

Arg. ex dedicatione domus Dei.

incideritis. Benè ergo dicitur. *Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.* Quia priùs à mortuis resurrexit, & sic ad cœlum Redemptor abiit, & Spiritum Sanctum discipulis misit. Priùs namque superandus erat arcus fortium, & post infirmi robore accingendi. Vnde & scriptum est: *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.*

Fuit hæc fortitudo effectus vnguenti in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti; etiam in eam oram quæ extrema est in vestimento: sed primò ac præcipuè, io eam vestimenti oram, quæ in capite est, vbi aperitur capitium, vt notat S Augustinus, qui his verbis expressam intelligit insignem Apostolorum fortitudinem, post acceptum Spiritum Sanctum in Pentecoste. Aaronem enim summum sacerdotem interpretatus, addit: [Quis est Sacerdos, nisi vnus Sacerdos, nisi qui intrauit in sancta Sanctorum? Quis est Sacerdos, nisi qui fuit victima & Sacerdos? nisi ille, qui cùm in mundo non inueniret mundum quod offerret, seipsum obtulit? In capite ipsius, vnguentum, quia totus Christus cùm Ecclesia. Sed à capite venit vnguentum. Caput nostrum Christus est, crucifixum & sepultum, resuscitatum, ascendit in cœlum, & venit Spiritus Sanctus à capite. Quò? Ad barbam. Barba significat fortes, barba significat iuuenes strenuos, impigros, alacres. Ideò quando tales describimus, *barbatus homo est*, dicimus. Ergo illud primum vnguentum, descendit in Apostolos, descendit in illos, qui primos impetus sæculi sustinuerunt. Descendit ergo in illos Spiritus Sanctus. Nam & illi qui primùm in vnum habitare cœperunt, persecutionem passi sunt, non vicit. Etenim & caput iam passum præcesserat, vnde descendit vnguentum. Præcedente tali exemplo, quia vinceret barbam?]

Hæc fuit immutatio carnis propter oleum; iuxta eundem Augustinum Psal. 108. Nam illud *propter oleum*, exponit [propter gratiam spiritalē. Vnde & Christus appellatur à chrismate: chrisma autem, vnctio est. Caro autem propter oleum, non in deterius, sed in melius immutata est: hoc est, à mortis contumelia, in gloriam immortalitatis exurgens. Cum itaque dixisset. *Gemma mea infirmata sunt à iumento*, vbi significatum esse arbitror, eos qui in membris eius fortes videbantur, tanquam præsentia panis, quo sustentabantur abstracta, io eius passione defecisse vsque ad negationem, quæ appatuit in Petro, tanquam ad eos confirmandos, ne succumbendo peniros caderent: *Et caro mea*, (inquit), *immutata est propter oleum*, vt eos a meâ morte deficientes, mea resurrectione firmatem, & misso Spiritu Sancto vngerem, qui non ad eos veniisset, nisi ego abiissem. Hoc enim dixerat. *Non potest ille venire, nisi ego abiero.* Et Euangelista dicit; *Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus:* nondum erat immutata caro eius.] Nimirum qui ὸs suum, id est fortitudinem suam, velut abiecerat, vt in nos transferretur, supplens sibi carnem pro ossea costa decepta, (vt idem D. Augustinus tract. 15. in Ioannem ad illud *fatigatus ex itinere* philosopharur; postea mollitudine carnis abiecta, indutus est fortitudinem, & affuso suis robore Spiritus Sancti, carnem imbecillam ac tenetam immutauit. Anterior Christi infirmitas, eos per Spiritum demissum fortes fecit; quæ causa est, cur in suppletione costæ per carnem, asserat S. Augustinus, magnam imaginem præcessisse. Sed de insigni Apostolorum in Pentecoste gratia, ex eorum fortitudine & generositate noua, pee illud tempus, plusenla inferiùs.

Possumus ad idem validè argumentari, ex eo qnod Apostoli facti sunt ea die, Patres generationis subsecuturæ. Id enim supponit plenam & perfectam sanctitatem, io eo qui ad id munus adhiberur. Sicut ad nuptias corporeas, ætas iam perfecta prærequiritur; alioqui certo exitio coniugum contraherentur. Græci idcirco, iuxta Stobæum in Eclogis Ethicis cap. 3. nuptias vocabant τέλος, quia supponunt perfectam ætatem. Et eadem ex causa, Iuno pronuba qnia nuptiis præerat, dicebatur τελεία, siue *perfecta.* Similiter autem ad procreandos Deo liberos per doctrinam & eruditionem, cui Philosophi quoque; nomen *generationis* dederunt, teste Clemente Alexandrino l. 5. Strom. cap. 2. patres debene esse ætatis perfectæ moraliter; quæ ætas non annis, sed moribus & sanctitate definitur. Et qui hoc non seruant, ac zelo præcipiti ante tempus ei animorum procurationi se dedunt: & infructuosè, & plerumque magno damno suo, in ea versantur: quia contra Domini præscriptum, operantur in primogenito bouis, & tondent primogenita ouium, vt S. Gregorius sapienter admonet l. 8. moral. c. 34. quem imitatur, & multis in eam rem additis loeupletat Petrus Bles. Epist. 13. Itaque Christus qui nihil indecorè, nihil præter debitum aut damnosè facit, Apostolos hac die applicans ad eruditionem cœterorum, eósque deligens in patres fidelium, perfecta itidem sanctitate instruxit.

Supperit & aliud consummatæ gratiæ in Pentecoste argumentum, ex charitate ardentissima, qua tunc flagrarunt Apostoli. Ea autem charitas, vel eadem reipsa est qualitas eum gratia, vt multi contendunt; vel si ab ea reipsa distinguitur, comes tamen eius est indiuidua. Flagrasse autem in Pentecoste Apostolos charitate incendissima, euentus docuit. Et Deus ipse Sophon. 3. id contestatus fuerat, dicens; *In igne Zeli mei, deuorabitur omnis terra: quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero uno.* Hæc videntur perbellè cadere in diem Pentecostes, quo vt multi Patres annotarunt, nominatimque creditus Cyprianus serm. de Spiritu S. Cyrillus l. 2. Glaphyro. in Genes. cap. de Noë, *in fine*, & Fulgentius sermone nouo 51. Spiritus Sanctus specie linguæ insedit Apostolis; vt significaretur diuisionem linguarum scelere mortalium inductam, & inde secutas abiunctiones, sateiri per Spiritus Sancti demissionem. Erant autem linguæ igneæ, vt innueretur, hunc esse diem Zeli Domini. Ignis enim est charitatis & Zeli symbolum. Benè & piè S Ambrosius l. de Isaac & anima c. 8. [Et mortem habet charitas, & zelum habet charitas, & alis ignis haber charitas.

Sectio I. Cap XIII.

Denique Christus diligens Moysem, In igne ei apparuit. Et Hieremias habens in se donum diuinæ charitatis, dicebat: *Et erat ignis inflammans in ossibus meis: & dissolutus sum vndique, & ferre non possum.* Bona igitur charitas, habens alas ignis ardentes, quæ volitat per pectora & corda Sanctorum, & exurit quicquid materiale atque terrenum est; quicquid verò syncerum est, probat; & quod contigerit suo igne, meliorat. Hunc ignem in terras misit Dominus Iesus, & refulsit fides, accensa deuotio, illuminata est charitas, iustitia resplenduit. Hoc igne inflammauit corda Apostolorum suorum, sicut testatur Cleopbas dicens; *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm aperiret Scripturas?* Alæ igitur ignis in flamma, Scripturæ sunt diuinæ. Denique aperiebat Scripturas, & ignis exibat, atque audientium corda penetrabat. Et verè alæ ignis, quia *eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Cùm Paulus quoque assumeretur à Christo, vidit circumfulsisse super se lumen, & super se lumen, & super eos qui qui simul erant, cecidit pauor, & probatior resurrexit: denique Apostolus factus est, qui persecutor aduenerat. Spiritus quoque Sanctus descendit, & repleuit totam domum in qua erant plurimi sedentes, & visæ sunt dispersæ linguæ tanquam ignis. Bonæ alæ charitatis, verè alæ quæ volitabant per ora Apostolorum, & alæ ignis quæ purgatum sermonem loquebantur. His alis euolauit Enoch, raptus ad cœlum. His alis euolauit Helias curru igneo, & equis igneis ad supetna translatus. His alis Dominus Deus per columnam ignis deducebat Patrum plebem. Has alas habuit Seraphin, quando sumpsit carbones ignis de altari, & tetigit os Prophetæ, & iniquitates eius abstulit, & peccata purgauit. Harum alarum ignè purgati sunt filij Leui, & baptizabantur populi nationum, sicut testificatot Ioannes, dicens de Domino Iesu: *Ipse vos baptizabit in Spiritu & igne.* Meritò vri renes suos volebat, & eor suum Dauid, quia alas igneas charitatis sciebat noo esse metuendas.]

Hic itaque est ignis zeli diuini, deuoraturus terram in die Pentecostes, iuxta Sopboniam. Nam quamuis obiter pauca quædam interserit, quæ videotur ignem vltorium sonare, qualis Psalmo 78. exprimitur, cum dicitur. *Vsquequo Domine irascetis in finem, accendetur velut ignis zelus tuus?* Et Deut. 32. verbis illis æstuosissimis; *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima:* Tamen vox *zeli*; quod Hieronymus Suphon. 1. pulchrè aduertit, amorem flagrantem præfert, qui riualem pari non possit; qualis est amor maritomm in coniuges. Vnde Ezech. 16. ei cuiptorsus negandus erat diuinus amor, dicitur, *auferretur zelus meus à te.* Tam multa autem habeumr toto reliquo capite tertio allegato ex Sophonia, appositissimè ad mysterium Pentecostes, vt non videatur dubitandum, quin de eo hîc agatur, vt intellexerunt Euseb. 2. de demonstr. c. 17. & S. Augustinus 18 Ciuit. cap. 33. Pertæsus quippè Deus malitiæ, prouocatricis & redemptæ ciuitatis Hierusalem, & operæ frustra in ea extergenda & mundanda collocatæ, concludit, *quapropter expecta me dicit Dominus in die resurrectionis meæ in futurum*, &c. *In igne enim Zeli mei deuorabitur omnis terra quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno.* Subdit de gentibus vltia flumina Æthiopiæ, dispersis & congregandis io vnum, déque magniloquis superbiæ, Scribis scilicet & Pharisæis, deinceps auferendis, Nugis inquam qui à lege tecesserant congregandis, & reuocandis ad sanam mentem: Et relinquendo in medio Hierusalem populo paupere, sperante in numine Domini, non faciente iniquitatem, & non loquente mendacium. Quod esse magnum Ismaëli argumentum lætitiæ, præ tantis diuinæ erga se benevolentiæ argumentis, cootinentet confirmat. Hæc & alia toto reliquo capite, tam graphicè expressa de conuersione populorum facienda per paupetes Apostolos, cadunt manifestissimè in Pentecosten, mousttantque ignem zeli diuini, quo iuxta Sophoniam deuoranda erat omnis terra, fuisse ardentissimam Apostolorum charitatem in Pentecoste succensam.

Ex vtroque igitur capite proposito, & hactenus sufficienter illustrato; ex summa scilicet & intellectus & voluntatis Apostolorum exornatiooe, per munera supernaturalia vtique facultati accommodata; perspicuum est, Christum non secus se gessisse erga Apostolicum chorum in Pentecoste, quàm ænigmaticè significatum esset per 12. lapides Rationalis, quibus vndecumque illucebant alij duo lapides, quorum vnus *veritas*, alter *perfectio* appellabatur. Vel vt alij vertunt: *manifestatio & veritas*: sumpta *veritatis* voce, pro ornamento voluntatis vt sæpè aliàs. Vulgatus Nehem. 7. ait de quibusdam à sacerdotio abiectis, prohibitos esse comedere de Sanctis Sanctorum, *donec staret sacerdos doctus & eruditus.* At Esdræ 2. eandem sententiam exprimit verbis illis, *donec staret sacerdos doctus atque perfectus.* Hebræa habent, *donec staret sacerdos ad Vrim & Thummim.* Rursus idem vulgatus Deuter. 33. eisdem voces Hebræas expressit per *doctrinam & perfectionem* dicens Mosem benedixisse Leui, ex hac formula. *Perfectio tua & doctrina tua, viro sancto tuo.* Quem locum S. Cyrillus in Expositioue symboli Nicæni & S. Macarius homil. 32. accipiunt de Christo Sacerdote summo, choro duodenatio Apostolorum illucente, eique per Spiritum suum conferente doctrinam & perfectionem. Quod sanè consummatè ac plenè factum est in Pentecoste, quando & lux maxima intellectui discipulorum affulsit; & calor ac feruor insignis occupauit voluntatem eorum, vt hactenus est demonstratum.

Cum tanto splendore intellectus, & tanto æstu voluntatis, cobærere non possunt sordes vllæ; siue erroris in intellectu, siue peccati, aut rubiginis peccati, in voluntate. Ea enim omnia quibus nos scatemus, depulit ab Apostolis Spiritus Sanctus, tanta vbertate illis commumicatus in Pentecoste. Plenè siquidem nitentes, atque deterſos & purgatos dedit. Præclatè hunc effectum diuini ignis in quo Spiritus Sanctus apparuit, declarat variis locis S. Ambrosius, vt serm. 18. in Psal. 118. ad illud: *ignitum eloquium tuum vehementer*, & serm. 13. in explicatione literæ *Mem*; & optimè libro 7. in Lucam ad c. 12. in illud, *Ignem veni mittere:*

mittere: quibus locis, ignem Spiritus Sancti de alto Christi, missum in ossa Ecclesiæ, sola peccata consumentem, scitè describit: & expressum ait Ezechielis 22. dicentis plumbum, ferrum, stanuum, & æs, omnia denique materialia, tabefacienda per ignem Domini. Ita planè factum est in Ecclesia, ad Spiritus Sancti aduentum. Nam domum Dei decet sanctitudo, vtique plena & perfecta, quæ puritate & expurgatione omnimoda superiorum animæ facultatum continetur. Non est ergo quod simus solliciti de expurgatione, quam dicebamus ad domum Deo dedicandam interuenire oportere. Eam enim expurgationem, perfectissimè intulit Apostolis communicatio Spiritus Sancti facta in Pentecoste, adiunctam habens ram illustrium donorum profusionem, in vtraque illa facultate animæ.

Suppetunt igitur omnia, quibus iure optimo profiteri liceat, domus Dei dedicationem peractam esse in Pentecoste, illsto in eam eum pleno nitore Spiritu Sancto, qui est ipsa fontalis sanctitas, longe præcellentèr consecrans atque sanctificans domum hanc suam, quàm possit Episcopus templum materiale consecrare, adhibitis quibuslibet sacris ritibus ac ceremoniis. Hæc enim omnia merè extrinseca sunt, nec nisi externam sanctitatem conferre possunt: cuius etiam solius, capax est domus materialis. At domus viua Dei, quæ est Ecclesia, sanctitatis internæ capax est, eamque præcellenter obtinuit in Pentecoste; cum concessæ illi sunt primitiæ Spiritus. Ipsa inquam Spiritus pinguedo, & quod in Spiritu Christiano fuit lectissimum. Id enim assecutos Apostolos; tametsi lutea vasa portantes, & expectantes corporis sui redemptionem, dum hîc militabant, professus est S. Paulus Rom. 8. vt ibi ereditus Ambrosius & Anselmus notarunt: ac etiam S. Thomas ibi lect. 5. qui inde infert Apostolos omnibus aliis sanctis quacunque prærogatiua præfulgeant, siue virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrij, esse præferendos; sicut & in fructibus terræ, quod primò ad maturitatem peruenit, est pinguius & magis acceptum, iuxta illud Hier. 2. *Sanctus Israël Domino, primitia frugũ eius.* Quod quomodò non tantum B. Virginis decoribus citra vllum dubium præcellentioribus non officiat, sed etiam cum S. Ioannis Baptistæ & B. Ioseph æquiparatione cum Apostolis possit cohærere, tractatum est alibi, & benè à Suarez tom. 2. 3. p. disp. 8. Sect. 2. & disp. 24. Sect. 3.

Sic constituta dedicatione domus Dei in Pentecoste, manifesta manet congruitas, celebrationis sacrificij Christiani eo die. Neque enim tanta solemnitas, absque supremo Dei cultu qui per sacrificium exhibetur, rite ac plenè obiri potuisset. At in Ecclesia Christiana, nullum sacrificium aliud habuit locum, præter Eucharisticum: quod sacrificij Crucis iam præteriti memoriam testificat, & efficacitatem applicat, multiplicitati autem veterum sacrificiorum æquipollet, omnium in se perfectionem adunans vt perelegantèr prosequitur Potho lib. 1. de statu domus Dei. Haud dubiè igitur, diuinum hoc sacrificium in dedicatione domus Dei nouissimæ, cuius maior est gloria quàm primæ, adhibitum est. Sicut in dedicatione illius primæ domus, immensa vis sacrificiorum est vsurpata: ita vt 3. Reg. 8. legamus immolatas tunc fuisse *oues & boues, absque æstimatione & numero.* *Arg. ex Iubileo Christiano.*

CAPVT XIV.

Iubilæus libertatis in Pentecoste, argumentum sacrificij.

LEge lata Leuit. 25. & 27. post septem annorum hebdomadas anno quinquagesimo conclusas, concedebatur regressus in pristinam libertatem, soluta seruitute, siue personali, siue reali. Et quia is annus, cùm omnem culturæ & sumptuum laborem, in summo otio & plena quiete exigebatur; omnibus absque impendio ad statum pristinum reuenientibus, idcirco annus ille *Iubilæus* dictus est, id est fructuosus & germinans, à voce Hebræa *Iobel*, quæ vbertatem illam germinationem & fructificationem sonat, non autem à sonitu buccinæ, vt Rabbini quidam sunt commenti. Videndus eam in rem Iacobus Pint. lib. 5. de Crucifixo tit. 5. loco 7.

Quem porrò hic annus apud Hebræos, cum Pentecoste ipsorum, nexum haberet, attigit optimè Nazianzenus orat. 44. præfatus septenarium numerum fuisse Hebræis in honore ex Mosis præscripto, quemadmodùm Pythagoræis quaternarium; per quem etiam iurare consueuerant: atque Marcionistis & Simonianis octonarium, & trieenarium, ob parem Æonum fictitiorum numerum. Et dies quidem septima, ob diuinam ab opere quietem, in honore apud Hebræos fuit; verùm honor ille septenarij, non ad dies tantùm apud illos pertinebat, sed ad annos quoque porrigebatur. [Ac dierum quidem honor, (inquit ibi Nazianzenus:) sabbatum est; hoc inquam quod apud illos, (*Hebræos,*) in perpetuo honore est, cui etiam fermenti sublatio atque submotio pari dierum numero respondet. Annorum autem honor, septenarius ille remissionis annus. Nec verò in hebdomadis solùm, sed etiam in hebdomadarum hebdomadis, in diebus iuxtà atque annis. Enim verò dierum hebdomades, Pentecosten pariunt, sanctum diem apud illos nuncupatum: annorum autem septimanæ, Iubilæum annum, sicut ipsi nominant, æquè tum terræ remissionem, tum seruorum manumissionem obtinentem, & prædiorum emptores possessione sua excedere cogentem. Nam hæc natio, non modò frugum & primogenitorum, sed dierum etiam & annorum primitias Deo consecrat. Hic eximius septenarius, Pentecostes honorem inuexit. Septenarius enim in seipsum ductus, quinquagenarium gignit, vno die excepto, quem ex futuro sæculo assumpsimus; Octauum eundem & primum, vel vt rectiùs loquar, vnum & sempiternum. Illic enim præsens animarum nostrarum sabbatismus desinat necesse est; vt detur pars septem, atque adeò octo; quemadmodùm iam nonnulli Maiorum nostrorum hunc Salomonis locum exposuerunt.]

Videtur Nazianzenum expressisse creditus

Sectio I. Cap. XIV.

Cyprianus serm. de Spiritu Sancto, adeò gemina sunt iis quæ ex Nazianzeno retulimus, quæ apud eum leguntur, his præter cætera. [Lex à Paschalis agni immolatione, die quinquagesimo datur, & Pentecostes nomen tantæ rei solemnitas ex lege accepit, in ipso dierum numero Sacramenti magni complicans rationem: Septenarius quippè numerus septies revolutus, quinquagesimum efficit, addita monade; quæ præsentis sæculi meta, & futuri initium, perpetuitatem sub octauæ numine continens, sic præsentia terminat, vt nos ad perpetua introducat.] Subiicit benè multa de sectetiotibus rationibus, quas ait illustrium virorum subtiliotibus ingeniis indagatas, circa septenatij mysteria. Tum subdit. [Septenarius numerus in Scripturis sanctis sæpè Sacramentales causas complectitur: & simplex & multiplicatus, necessarius ad intelligentiam divinorum operum, partutit intellectus. In hebdomadibus apud Hebræos, dies septimus *sabbathum*, ideſt, *requies* appellatur, qui numerus non tantùm in septimania, sed etiam obseruatur in annis; & annorum hebdomada consummata, septimus annus requietionis est, & ipsi terræ sabbatum impetratur: nec fas cuiquam eo animo serere vel metere quippiam, sed quæ sponte siue in terra, siue in vineis, vel in arboribus nascuntur, alimoniæ pauperum deputantur. Annorum quoque septimanæ apud Hebræos, quinquagesimum annum faciunt, quem *iubilæum* appellant, in quo, decreto legis (vt supra dictum est,) fit terræ remissio, & seruorum libertas, & restitutio possessionum, quas eatenus distractio alienauerat, & cætera huiusmodi, gratis ad hæreditatis ordinem reuertuntur.]

Vides, quid esset Hebræis Iubilæus, & qua ex causa Clemens 6. reducens remissionem & indulgentiam plenissimam à Bonifacio VIII. concessam, ad annum quinquagesimum, aptauerit ad eum annum, nomen *Iubilæi*. Nam tametsi alia est notatio vocabuli quoad extimum corticem spectati, vt monstrat Bellarminus l. 1. de Indulg. cap. 1. tamen quia annus germinationis vltroneæ, concomitantet erat annus remissionis & indulgentiæ; eáque ipsa germinatio spontanea & citra culturam, fiebat per quandam remissionem à culturæ labore agro concessam; annus Iubilæus idipsum passim sonat, quod annus remissionis & indulgentiæ. Vnde meritò à Pontifice, annus quinquagesimus ad solemnissimam indulgentiam delectus, dictus est *annus Iubilæus*, ad imaginem veteris Hebræorum Iubilæi, qui anno quinquagesimo obtingebat. Per ampliationem verò nominis, ex quo eadem indulgentia ad annum vicesimum quintum reducta est, manfit ei annu denominatio *Iubilæi*. Sicut videmus multis rebus accidere, vt facta mutatione non ieiu, perstent nihilominus antiquæ voces & denominationes. Quem esse Scripturæ morem, monstrat S. Chrysostomus homil. 7. additiua in Genesim, & aliquot exemplis comprobaui in opere de martyr. p. 3. cap. 6. n. 8.

Cuius rei typus esset, annus ille Iubilæus & quinquagesimus Hebræorum, non eodem modo ab omnibus exponitur. Petrus Damiani serm. de S. Roffino, (est numero 36.) existimat fuisse typum finalis resurrectionis Sanctorum, in sæculi meta. Agens enim de sanctorum corporum suscitatione, sic habet. [Illud planè erit sabbathum nostrum, ille septimus legis annus, ille veraciter Iubilæus: Sabbathum quippè fetiatù esse præcipitur, vt æterna per illud requies signetur. Sub eiusdem quoque quietis æternæ, vel resurrectionis designandæ mysterio, In septimo anno, libertas redditur. In Iubilæo autem tubis clangitur, vt vnus quisque ad possessionem propriam reuertatur. *Canet enim tuba*, sicut dicit Apostolus, *& mortui, qui in Christo sunt, resurgent.* Ad possessiones ergo proprias: omnes tunc reuertuntur; quia in illo vltimæ resurrectionis die, vnusquisque proprium corpus recipit, in quo dum præsentem vitam duceret, habitauit. Tunc Adam, tunc Noë, tunc omnes antiqui patres, immò omnes mortalium animæ, ad amissam carnis suæ terram redeunt, quia recepta corpora suâ, in perpetuum possidebunt; & perducti in libertatem filiorum Dei, iam securè gaudebunt omnes seruili vinculo corruptionis humanæ soluti.] Habet quoque hanc Iubilæi Hebraïci interpretationem S. Bruno ser. 1. de Pentec. *in secunda expositione.* Et eandem attingit Rupertus l. 10. de officiis c. 12. vt infra referam.

Hæc declaratio significationis Iubilæi antiqui, idonea erit, si proponatur vt mediata; ita scilicet vt Iubilæi quinquagena per annos; idem immediatè significare dicatur quod quinquagena Pentecostea constans diebus; nostram scilicet exsolutionem per Spiritum Sanctum in hac vita à seruitute legis & peccati. Vtraque autem quinquagena, idem extremum significarum habere dicatur; nempe plenam exsolutionem à seruitute corruptionis in patria. Quem fuisse, Patrum sensum facilè euincam. Antiquam ergo Pentecosten signasse legem perfectæ libertatis, quam per Spiritum Sanctum diebus 50. à Paschate nostro demissum accepimus, tradit in hunc modum Iuo Carnotensis serm. de Pentecoste *ipso initio.* [Dies Pentecostes sacratus est in lege & in Euangelio. In lege, quia die quinquagesimo à die quo Ægyptus spoliata est, in tabulis lapideis digito Dei scripta, populo Dei in monte Sinai, data est: In Euangelio, quia die quinquagesimo à die quo infernus spoliatus est, lex charitatis in tabulis cordis carnalibus populo Nazareno, Spiritu Dei scripta est. Vnde dicit Apostolus; *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Sed illa quidem in seruitutem data est, hæc autem in libertatem. De illa dicit Apostolus; *Vnum quidem testamentum, quod est in monte Sina, in seruitutem generans*: De ista autem, *Vbi Spiritus Domini, ibi libertas* Et alio loco; *Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterùm in timore, sed Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.* Sub hac significatione antiquus Hebræorum populus, anno quinquagesimo, qui Iubilæus appellabatur, ab omni opere seruili vacabat, & his qui annis retroactis sub seruitutis iugo seruierant, libertatem dare consueuerant. Septenatiua enim septies ductus, quadraginta nouem facit, & vt quinquagenarius fiat vnitas superaddi-

tur

ditur in 49. quia à seprensrio non recedit temporum volubilitas: in vnitate quæ sequitur, rempori succedens significatur æternitas, in qua vera dabitur libertas. Congruè ergo quinquagesimo die Spiritum Sanctum accepimus: quia sicut post huius remporis decursum, à seruitute corruptionis huius in libertarem gloriæ filiorum Dei liberandi sumus, sic ipso die ipsum Spiritum Sanctum æternæ hæreditatis & veræ libertatis pignus accepimus. Hinc est etiam, quod decimo die post ascensionem Domini, missus est idem Spiritus Sanctus, quia in mercedem denarius promittitur operariis, perseuerantes in vinea Domini laboraotibus.]

Affine est quod rradit Anastasius Sinaïta l. 5. Hexaëm. verbis illis. [In quinquagesimo anno Deus, præcepit Israël, in genere perfectam & absolutam debitorum remissionem & condonationem ac libetationem eorum, qui erant super rerram. Hæc enim dicit Deus in Leuitico. *Sanctificate annum quinquagintà annorum, & proclamate remissionem super terram omnibus, qui eam habitant, annum remissionis*; ea est eius significatio. Hebtæi itaque numerum quinquagesimum vocant *Iobelæum*, quod quidem interpretatur, *misericordia*, aut *condonatio* Hoc enim modo Psalmus quoque condonationis & remissionis peccati Dauid, dicitur *quinquagesimus*. Est enim verisimile; ante hunc numerum, aut etiam post, scriptum esse hunc Psalmum remissionis. Hæc autem omnia, sunt vera & certa præfigutatio illius quinti diei bebdomadis, in quo ascendit in cœlos & in altum est elatus Sol iustitiæ, Christus: Et quinquagesimo die misit Spiritum; per aquam, inquam, & Spiritum suum largitus remissionem peccatorum.]

Astipulatur apud Chrysostomum aorot homiliæ de S. Spiritu in Pentecoste. Agens enim de veteri mulcta, & consecuta seruitute, addit. [Nunc Spiritus Sanctus liberos fecit. Vbi Spiritus Domini, illic cognoscitur & libertas. Et quod libertatis, & remissionis peccatorum est suppeditatrix dies Pentecostes, audi Deum in Leuitico ad Mosen, vbi præsentem festiuitatem præfiguravit & dicit. *Et numerabitis à Pascha septem septenarios dierum, & die sequenti facietis diem Pentecostes. Dies propitiationis est, dies remissionis, & indulgentiæ.* Quibus ostendit sanctissimus Spiritus, quòd quando præterierit septima sabbati legalis, & festiuitatis, & cultus, tunc Spiritus Sanctus doctis gentibus in Pentecoste, propitiationem & remissionem peccatorum nobis tribuet. Vnde & debitorum remissio quinquagesimo tempore. Et idcirco quinquagesimus Psalmus in figura huius quinquagesimæ, remissionem peccatorum & misericordiæ consecutionem Dauid continet; & variam Spiritus Sancti mentionem fecit, *Spiritum Sanctum, & Spiritum exultationis, & Spiritum rectum, & Spiritum principalem* appellans.]

Non abest ab ea sententia, tametsi breuius rem præstringit, credirus Cyprianus serm. de Pentecoste vbi multa de septenario præfarus, addit. [De numero septenario cum multa dicta sint, plura supersunt, quæ in lege & Euangelio præcipuè commendantur. Quinquagesimus itaque annus perficit Iubilæum. Quinquagesimus à Pascha dies Penrecosten facit, in quo verè Spiritu Sancto infuso Apostolis, ad hæreditatem cœlestem à qua venundati sub peccato exulsbant, quos Diabolo Domino, mendicitas & egestas subiecerat, reuertuntur.]

Argum. ex Iubilæo Christiano.

Suffragatur S. Bruno serm. 2. de Pentecoste. Præfatus namque Deum pleraſque festiuitates per septenarium nomerum ordinasse, quodque in illis significat septimus dies, hoc significare septimam hebdomadam, & septimum mensem, ac septimum annum, siue simpliciter sumptum, siue multiplicatum; subdit de Iubilæo qui anno quinquagesimo celebrabatur, septies septem annorum curriculis euolutis. [Iubilæus qui *annus remissionis* interpretatur, celebrari non potest, nisi continua habeat celebrationem. In hoc anno, seruis redditur libertas, Dominis hæreditas, omnibus omnia communia fiunt, quæcunque in agris, in vineis, in arboribus nascuntur. Totus hic annus festiuus, iucundus, & celebris est. Nulli seruile opus facere licet, vt ex ipsa sua imagine ostendat, non tsntùm se ad hanc vitam, quantum ad alteram pertinere. Quamuis in hac vita temporibus Apostolorum, Iubilæi festiuitas in sancta Ecclesia, continuò celebraretur, inter eos præcipuè quibus est cor vnum & anima vna, quibus non fructus arborum vt Iudæis, sed omnia ex integro communia sunt, Christianis. Quia iam libertate & hæreditate donati, non seruilia, sed liberalia opera faciunr. Est autem seruile opus, non quod seruus facit, sed illud quod etiam liberos homines in Diaboli seruitutem trahit. Si non regnat peccatum in nostra mortali carne, liberi sumus & liberalia opera facimus. Statim autem incipiente Iubilæo, per totam terram Sacerdotes personabant tubis, quibus totus populus ad totius anni festiuitatem se præparabat. Hoc autem & in nostro Iubilæo factum est, quando nostri quoque Sacerdotes, sancti videlicet Apostoli, tubis primitùs sonare, & gentes ad fidem & ad baptismum vocare cœperunt. Sicut scriptum est. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*]

Accuratè & diffusè idem versat Rupertus lib. 10. de offic. cap. 15. cuius hæc est clausula. [Offeramus itaque Domino hac die panes primitiatum duos, id est, pro duobus illi gratias agamus beneficiis: scilicet quod vno eodemque Spiritu suo, & olim vetetibus legem ac mandata scripsit in tabulis lapideis, sicut Moyses in Deuteronomio ait, *Deditque mihi duas tabulas lapideas scriptas digito Dei.* Digitus enim Dei, Spiritus Sanctus est; & hunc nouis, id est Euangelicis pattibus gratiam in tabulis scripsit carnalibus. Solemnemque agamus diem post septem septimanas emicantem, & numero suo, id est, quinquagenario Iubilæum significantem, id est, *dimittentem*, quo ab omni demissi, ad antiquam reuertemur possessionem, quam perdidimus sub peccato venundati. Nam quomodò post septem hebdumadas festiuus hic dies erumpit; sic post mundi circuitum, in quo nunc laboramus, ille dies æternaliter festiuus effulgebit, quo iam non labotabimus;

sed

Sectio I. Cap. XIV.

sed felici otio compositi, solem verum festo diademate coronatum spectabimus, mirabimur, laudabimus.]

Itaque habemus mysterium intra mysterium ac iuxta Prophetam, totam in medio rotæ Penitecostes enim antiqua, tam quæ dierum, quàm quæ annorum erat; præsignabat decussionem veteris seruitutis, qualem hæc via patitur, obtinendam in Christiana Pentecostes per demissionem Spiritus qui est Spiritus libertatis, iuxta illud: *vbi Spiritus Domini, ibi libertas*, egregiè expensum ab Origene homil. 12. in Exod. *sub finem.* Breuiùs, sed concinnè in eandem sententiam disserit Petrus Chrysologus serm. 139. agens de reditu libertatis & seruitutis abrogatione in anno Iubilæo, plenitudinem totam veniæ, & remissionis adducente. Idem attigit S. Ambrosius præfatione in Psalm. 50. & plenè Rutilius Benzonius l. 1. de Iubilæo.

Ei verò decussioni seruitutis quam nostra Pentecostes contulit, ac ei plenæ quieti (pro hoc statu,) quam post quinquagenam festiua celebritate recolimus, implantatur alia figura adumbrans æternam requiem, & exsolutionem plenissimam ab omni labore & onere, denique obtinendam in cœlo, qualem ipsa die Pentecostes assecutum Constantinum Magnum, scribit Eusebius lib. 4. vitæ cap. 64. Et hac ratione, tam festum Hebræicum Iubilæi post quinquagenam annorum, quàm festum Pentecostes post quinquaginta dies à Paschate, conueniunt significatione. Nam immediatè exhibent nostram Pentecostem, qua per Spiritum Sanctum soluti sumus à iugo legis, & à seruitute peccati; mediatè autem exhibent plenam libertatem in cœlo denique obtinendam, cum aduenerit *tempus restitutionis omnium*, vt S. Petrus loquitur Actor. 3. Nam præter alia glossas quas ibi adhibet Sanctius à n. 19. ea videtur maximè probanda, quæ extremum iudicium, vocat *tempus restitutionis omnium*, atque adeò Iubilæi: quia vnicuique suus ordo & gradus, vnde malè deiectus fuerat, iusto Christi iudicio obtinger.

Ex dictis liquet, Apostolos in Pentecostes adueniente Spiritu Sancto adeptos esse Iubilæum, & indulgentiam ac remissionem, Iudaico Iubilæo proportionalem. Quanquam iuxta accommodationem illius vocabuli à Clemente VI. factam Ludou. Vualdus in Opere de Contritione cap. vltimo meditatur, Apostolos adeptos esse in Pentecoste Iubilæum, à Christo summo Pontifice concessum, quo refert illud hymni Ecclesiastici de Pentecoste.

Patrata sunt hæc mystice,
Paschæ peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio.

Ait ergo Vualdus, Apostolos & qui cum eis erant fideles die quinquagesima à Christi resurrectione, accepisse ab Episcopo Episcoporum Christo Domino, plenissimam indulgentiam in forma Iubilæi, à pœna & culpa, (vtcunque cæ voces alibi sonent); & plenam potestatem regressus in cœlum, cuius aditu & possessione, exturbati iam per tot sæcula fuerant mortales. Iam quidem à puncto mortis Christi initiata fuerat via noua, per velamen, id est carnem Christi: tamen in Pentecoste datum est pignus gloriæ & salutis nostræ, de quo S. Bernardus serm. 2. de Pentecost. *sub finem.* Nec tantùm Indulgentia hæc plenissima Apostolis concessa; maculas culparum omnes & reatus consequentis rubiginem extersit, ac pignus salutis contulit pro eo duntaxat tempore: sed eriam ita illos communiuit, vt quamuis possent in peccata prolabi, quod diserte agnoscit S. Macarius hom. 27. tamen certò non essent prolapsuri, ita excideret gratia] sic confirmata. Nam præ vbertate & fortitudine auxiliorum, quibus deinceps sunt præuenti, deuitatunt infallibiliter quodcunque graue peccatum. Sicque Spiritus Sanctus confirmauit columnas Ecclesiæ, & cœlos enarrantes gloriam Dei, solidissimos quasi ære fusos effecit. Nullum tale Iubilæum & nullam adeò plenariam indulgentiam, concessit vnquam vllus purè humanus Pontifex. Nec defuit plenissima potestas Præpositis Ecclesiæ concessa, ad exsolnendum à quibusvis vinculis alios fideles: à quo fauore coucomitanter adiuncto, nec absque prærogatiua præcellentiæ, Iubilæum populariter dictum ab indulgentia plenaria secernitur; habens quidem cum ea communem extensionem totius reatus, gaudens tamen illis absoluendi & dispensandi facultatibus, quæ non comitantur cuiuis Indulgentiæ plenariæ. Ea igitur potestas plena & nullatenus accisa, confirmata est præpositis Ecclesiæ in Pentecoste: atque ita non ineptè dicitur, Ecclesiam ea die accepisse Iubilæum popularitèr dictum, quocunque Iubilæo aliquando concesso præcellentius; cuius proportio cum Iubilæo Iudaico ex antedictis est perspicua,

Non erit nunc operosum, monstrare quàm congruum fuerit Apostolos sacrificare in Pentecoste. Exhibet enim libertatem perfectam, quam vetus Pentecoste adumbrabat. At perpetuum fuit, in adeptione libertatis sacrificare. Apud ipsos Ethnicos Romanos, quia seruitutem abiiciebant in templo Feroniæ, falso illi numini certis sacris operabantur, atque litabant liberati. Hebræi excusso iugo Pharaonis, cum primùm licuit, sacrificarunt in deserto. Seruus qui manumittebatur & sibi restituebatur, siue post septennium seruitutis, siue in anno Iubilæo, libertatem inibat interposita oblatione & sacrificio. Itaque tantò iustius fuit, Apostolos in Iubilæo Christiano, & nouæ ac perfectæ libertatis adeptione per Spiritum Sanctum, immolare Deo hostiam laudis; quantò hæc libertas à Spiritu Dei profecta, erat pretiosior, omni illa libertate temporali.

***

CAPVT

CAPVT XV.

Sacrificium in deserto, post quinquaginta dies ab esu agni diuinæ Indulgentiæ repensum; typus & argumentum sacrificij Christiani in Pentecoste.

Alubilæo ad Iudulgentiam progredior, indè quoque petiturus argumentum pro Christiano sactificio in Pentecoste. Res ita habet. Iudæos columna duce mare rubrum transgressos & in desertum perductos sactificasse, nemo in dubium reuocet, nisi Moysen virum sanctissimum mendacij insimuler, toties ex Dei nomine contestatum apud Pharaonem, *dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto.* Eaque ex causa, idem Moyses negauit posse Hebræos pecora sua relinquere in Ægypto, quibus opus haberent ad sacrificandum Deo vero in deserto. Illhuc igitur peruenientes, haud dubiè sacrificarunt. Itaque si monstrauerimus, quod cum Hebræis ea Ægypto digredientibus & ad desertum peruenientibus gestum est, ex indulgentia Dei, provt semel & iterum appellatur Isaiæ 63. typum fuisse eius beneficij, quod Spiritus Sanctus in Pentecoste effusus contulit; argumentum habebimus non inualidum, celebrati ab Apostolis sacrificij in Pentecoste.

Deductionem Hebræorum ex Ægypto per mare rubrum in desertum, præsignasse liberationem ab asperrima seruitute per Spiritum Sanctum Christi meritis effusum, Scriptura aliquoties insinuat, nec Patres tacuerunt. Luculentet Esaias c. 63. celebrans miserationes Domini, & indulgentiam qua redemit populum suum atque portauit cunctis diebus sæculi, addit; *Recordatus est dierum sæculi Moysi, & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum Sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi nomen sempiternum. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. Quasi animal in campo descendens. Spiritus Domini ductor eius fuit. Sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.* Pro illis verbis, *Eduxit eos de mari, cum pastoribus gregis sui*: 70. habent, *qui eduxit de terra pastorem ouium.* Quæ verba S. Cyrillus ad caput illud 63. accipit de Christi resurrectione, quam mox consecuta est, Spiritus Sancti à Spiritu, id est à Patre & Filio vt vno Spiratore, demissio ad populi deductionem per igneam columnam, Spiritus S. symbolum. Illa verò postrema verba, *Spiritus Domini ductor eius fuit; sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ*, sic legit S. Cyrillus, *descendit a Domino Spiritus, & duxit eos.* Nec aliter libro de argumentis diuinitatis Spiritus Sancti, vbi legit, *descendit spiritus & deduxit eos.* At libro 7. Dialogum de Trinit. ita allegat eum Isaiæ locum. *Descendit Spiritus à Spiritu, & deducet eos. Sic duxisti populum tuum, vt faceret tibi nomen gloriæ.* Videtur S. Athanasius l. de Incarn. Christi, constasse eum locum Isaiæ, cum loco ex cap. 2. Hieremiæ, vbi deductio quoque illa populi attingitur, sed absque mentione demissi Spiritus a Spiritu, cuius tamen tanquam ex Hieremia meminit S. Athanasius. Itaque Scriptura iuxta 70. de Patrum propositorum sententia, agnuscit in eductione populi Dei ex Ægyptiaca tyrannide in libertatem per igneam columnam, interuenisse typum libertatis qua plebs Christiana potita est per aduentum Spiritus Sancti. *Argum ex Indulgentia.*

Fuisse sanè columnam populi ducem, Spiritus Sancti imaginem, tradit S. Macarius homil. 47. & Nicetas ad orat. 42, Nazianzeni, necnon S. Ambrosius l. de fide contra Arrianos c. 8. item Gregorius Nyssenus l. de vita Mosis, qui ait, idem rectè visum multis ante ipsum. Et ita Origenes quoque hom. 5. in Exod. etuens ex Paulo. Et ratio suffragatur. Dimissis enim iis quæ profert Clemens Alex. l. 1. Strom. vt exponat, quomodò columna ob stabilitatem & firmitatem, ac insigurationem respondeat Deo, meritóque ab antiquis ad exhibendum numen adhiberetur; in particulari hæc columna eiusmodi fuit, vt sua compactione optimè Spiritum Sanctum referret. Nam & nubes erat tectigerans ac tegens, & simul ignis incendens ac illuminans. Falsi quippè sunt, qui censuerunt duas columnas populo præiisse; cum vnica fuerit ex tenui materia ignita, quæ noctu non perstricta solis radiis, micabat fulgore suo igneo; de die autem ob raritatem materiæ & solatem lucem pleniorem, nubes videbatur. Et ita insinuatur Exod. 14. vbi dicitur; *Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem.* Rursúsque mox. *Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum, per columnam nubis & ignis, interfecit exercitum eorum.* Vtobique veluti de vna columna est sermo. Et ita rectè statuit Aquilonius lib. 5. Opticotum, disputatione de mutatione luminis Lunæ. Hæc duo in Spiritu Sancto ritè sociantur. Nam & ignis mysticus est, vt sæpè supra diximus, eruitque S. Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 16. ex illis verbis Esaiæ 10. *Erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma*: Et simul nubes est tectigerans, ac præbens vmbraculum ab æstu.

Egregiè omnino ista prænunciauit Esaias cap. 4. quod luculentam omnino expressionem continet status, quem Ecclesia Christiana sortitura erat in Pentecoste. Præmissa enim vastitate Synagogæ ad tantam paucitatem & vastitatem redigendæ, vt septem mulieres virum vnum capturæ, & apud eum absque solemni impensa de suo victuræ, tantùm quæsituræ essent illi vxores fore præ virorum paucitate, subdit; in illo ipso tempore, germen Domini, Christum, qui verè ex germine prodiit vt habet Propheta Iacobi, fore in magnificentia & gloria apud omnes. Tunc verè Christum futurum fructum terræ sublimem, & magnam inde extitutam lætitiam & exultationem his qui saluati fuerint de Israël. Quod quàm benè quadret in primos illos Christianos, qui ad prædicationem Apostolorum in Pentecoste, dedetunt manus & fidem Christi sunt amplexati, Lucas in Actis disertè describens eorum gaudium, videtur expressisse. Vbi addit de eximia sanctimonia & vitæ perfectione,

Sectio I. Cap. XV.

ne, quam profeſſuri erant primi illi Chriſtiani. Neque eam ſanctimoniam tacuit Iſaias, quiſubiicit. *Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Hieruſalem, ſanctus vocabitur. omnis qui ſcriptus eſt in vita, in Hieruſalem.* Superfuturi quidem erant aliqui habentes nomina ſua in Scriptutis populorum, & recenſendi in libro generationis Iſraëlitarum. Sed nequaquam de eorum ſanctitate agit Iſaias, ſed de iis quorum nomina erant in libro vitæ. Eam porrò ſanctimoniam omnem atque putitatem vitæ à Spititu Sancto in Pentecoſte effundendo eſſe dimanaturam, ſic exponit Eſaias, iuxta interpretationem grauiſſimorum Patrum; *Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Ieruſalem lauerit de medio eius, in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris.* Particula *ſi*, ex idiotiſmo Hebraïco, ponitur pro affirmatione. Vnde 70. vertetunt *quia*. Eſſe id in ſcriptuta frequens, notat Philipp. Abb. l. de ſalute primi hom. c. 18. Quamvis untem Diu. Auguſtinus 20. Ciuit. cap. 25. Spiritum ardoris de quo ibi Eſaias, referat ad Purgatorium, tamen optimè S. Cyrillus ibi, *Spiritum iudicij*, refert ad illud iudicium quo mundus per Chriſti mortem iudicium ſubiit, vt eſt apud Ioannem: Spiritum verò ardoris, accipit. [De Spiritu Sancto, qui eſt ignis diuinus ac intelligibilis, qui ſordes vitioſitatis in nobis deterit & abſumit, & peccati inquinationem liquat & excoquit.] Vt verò appareat, quomodò Spiritus idipſum tenatis in Chriſto ſit præſtitutus quod in typo præſtirit. Hebræis columna nubis & ignis, addit Eſaïas. *Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi invocatus eſt*, id eſt ſuper vniuerſam Chriſtianam Eccleſiam, *nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte.* Hæc erit vmbella glorioſiſſima Chriſtianorum, & ſcutum bonæ volontatis Dei, coronans illos. *Super omnem enim gloriam, protectio. Et tabernaculum* ſic appellat eandem columnam myſticam à diuina ſede in ea, *erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine & pluuia.* Non potuere luculentiùs exprimi, bona quæ Spiritus Sanctus Eccleſiæ ductor, eique præuius in exitu è ſeruiture Ægyptiaca ſæculi, ſuo illo ducatu confert fidelibus, illucens eis, temperans æſtum, ariditatem nimiam rotis ſui aſperſione diſpellens; omnia denique bona concilians, & omnia planè auertens mala. Nihil hîc ex me protuli, ſed ſenſum SS. Patrum de illuſtriſſimo in rem noſtram loco protuli. Multos & optimæ notæ, adducit ad eum locum Leo Caſtrius.

Spiritu itaque Sancto, tanquam ignea columna ductice, populus Domini tranſgreſſus eſt per mare, ad ſubutbana (vt ſic dicam), terræ promiſſæ, ſeruiruta Ægyptiaca abiecta. Premebator enim Dei populus ante Spiritus Sancti aduentum, ſeruitute ærumnoſiſſima legis Indaïcæ, atque peccati. Nam lex vetus importabili iugo infinitatum ceremoniarum premebat obnoxios, vt expendit Abulenſis in cap. 1. Ruth. quæſt. 24. neque vites vllas ſubminiſtrabat ad ſui impletionem. Quem grauem legis defectum S. Auguſtinus Epiſt. 44. & alibi frequenter memorat, necnon S. Gregorius hom. 7. in Ezech. E contrario autem lex noua, & paucis præceptis grauat, & vberibus validiſque ſuppetiis adiuuat ad exequendum quod mandat, vnde *lex libertatis*, & *iugum ſuaue* meritò dicitur, ad differentiam legis grauantis non etiam adiuuantis, de quâ differentia ſæpè & copioſè D. Auguſtinus, nominatim l. de Spir. & litera à c. 37. & ſet. 22. de verbis Apoſtoli, ac l. 3. doctr. Chr. c. 9. Seruitus verò peccati adeò tetra & ærumnoſa eſt, vt longè ſuperet Ægyptiacam captiuitatem ſub Pharaone, cum qua interdum à Patribus componitur dictum plenè de ea ſeruitute ſubminiſtrando malitiæ moralis alexiphatmaca.

Meritò igitur populus Chriſtianus vtraque illa ſeruitute liberatus, per aquâ baptiſmi, Chriſti ſanguine rubentes, tranſgreſſus ad terram promiſſam, vbi plenam immunitatem ab oneribus & exactorum truculeotia ſortiatur, agnouit ſacrificandum eſſe Deo, eique immolandam hoſtiam laudis, non pecudum mactatione quam Deus ſe faſtidire profeſſus eſt, ſed interuenta Agni immaculati IESV Chriſti immolatione: quam per igneam columnam fuiſſe præſignatam Drogo de Sacram. dom. paſſ. pulchrè attigit. Sed & manna, aſſertis in libertatem Hebræis, in typum Euchariſtiæ fidelibus ad cibum prouiſæ, ſubminiſtratum eſſe à Spiritu Sancto, ſcitè his verbis dixit creditus Cyprianus ſerm. de Spirim Sancto. [Hic ſpiritus, rubri maris aquas ſiccauit, & ſuſpenſis hinc inde vehementibus fluctibus, ab ollis carnium & Ægypti pulmentariis populum ad ſpiritualem exemi libertatem eduxit incolomem, & alimoniis cœleſtibus pauit.] Ar alimonia hæc cœleſtis, typico illo cibo leoiſſimo adumbrata, abſque ſacrificij celebratione ſubminiſtrari non potuit, cum ſaerificium ſit ipſa eius confectio. Itaque Inde quoque inſinuatur celebratio Chriſtiani ſaetificij in Pentecoſte.

CAPVT XVI.

Sacrificatum eſſe in Pentecoſte, vt Chriſti ingreſſus in cœlum, additioni Sanctorum per Pontificem Aaronicum, velut typo antitypus reſponderet.

SAcerdotium ſummum Chriſti Domini, eſſe prædelineatum in Sacerdotio Aaronico, Apoſtolus Hebræos docuit, & varij Patres expoſuerunt. Quos inter Proſper 2. p. operis de promiſſ. cap. 10. concinnè monſtrat, nuces ex Aaronis virga progerminantes, præunciaſſe Chriſti Sacerdotium, eique nexam in omnes terræ plagas poteſtatem, interuentu Crucis. Maximè verò ad rem facit, quod ibidem cap. 3. tradit, de veſte Sacerdotis Aaronici, Chriſto perbellè quadrante. In eius veſtis limbo, erant tintinnabula malogranatis permiſta: qua permiſtione ſignificatum volunt, prædicationem Euangelici Doctoris, iungendam eſſe operibus; nec opera ſatis et apud Deum fote, citra prædicationem. Væ enim illi, ſi non Euangelizauerit. Ita S. Auguſtinus quæſt. 119. in Exod. & S. Gregorius 2. p. Paſtor. c. 4.

Hæc

Hæc cum sint expedita, de numero tamen tintinnabulorum nonnulla est dissentio; quam interest huius negotij attingere. Dimisso autem S Gregorio, qui capite illo 4. & l. 1. Regist. Epist. 24. nihil vult de eo numero statuere: S. Iustinus agens cum Tryphone Iudæo, oumerat duodecim. Totidémque ponebant Gnostici apud S. Irenæum lib. 1. cap. 15. At Beda in c. 2. 8. Exodi, numerat septuaginta duo. S. Prosper loco allegato cap. 3. recenset quioquaginta. Mirum in modum numerum tintinnabulorum auxit Clemens Alexandr. l. 5. Strom. numerans trecenta sexaginta tintinnabula è Pontificia veste dependentia. Non est minor de tintinnabulorum significatione varietas. Qui enim numerant duodecim, ferè ea referunt ad Apostolos: sicut qui recensent 72. referunt illa ad eiusdem numeri discipulos. mens Stromateus, qui trecenta sexaginta sex numerat, (qnot videlicet sunt dies annuæ periodi,) ait illis tintinnabulis exprimi annum Domini acceptum, prædicantem & resonantem maximum aduentum Seruatoris. At Prosper qui quinquaginta nnmerat tintinnabula, ad Pentecosten ea accommodat his verbis. [In quinquaginta tintinnabulis, totidemque malis granatis, linguæ sunt Ecclesiarum, quæ per Sanctum Spiritum die Pentecostes, in specie ignis diuisæ, discipulis insederunt. Vt etiam oumerus ipse ostendit, ex quo mala granata omnis Ecclesia per mundum, connexos vt grana intrinsecùs, continens populos in vinculo pacis, & gratiæ, vnum eos tegmen operiat charitatis. Resonantibus enim tintinnabulis Apostolicis, mala granata statim mota sunt, in Actibus Apostolorum dicentia; *Nónne hi qui loquuntur, natione sunt Galilæi? & quomodo agnoscimus in illis sermonem in quo nati sumus?* & sequitur: *Variis enim linguis magnificabant Deum.* Sed hæc omnia gressibus liberi Sacerdotis mouentur, dum ingreditur in sancta sanctorum, quò pro nobis noster iam mediator ascendit, apparere ante faciem Dei.]

Meritò Apostolos in Pentecoste, confert tintinnabuli, quia sunt symbolum coucionatorum, vt fusè prosequitur Gulielmus Durandus in Rationali officiorum lib. 1. c. 4. à n. 4. Tunc autem Apostoli ad concionandum sunt aggressi. Fuere autem hæc tintinnabula, sonantissima: quandoquidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Mitata olim est Hispania, consilium Ramiri ex S. Ponrij Tomeriensis Monacho, Regis Aragonum. Scribit enim Marinæus lib. 8. de rebus Hispan. *in fine*, Ramitum cum ob mores Monasticos vilesceret, nec Regiam dignitatem apud suos sustineret; de Abbatis quondam sui consilio, proceres omnes regni Oscam aduocasse, ad fusuram æris campani, quod esset tota Aragonia exaudiendum. Stropha patuit, cum comprehensis & in vincula datis compluribns, quindecim verò tumultuosioribus letho datis, nec dissimili exitu iis qui deinceps non saperent intentato, Aragoniâ vniuersa intellectum est, despectioonem Principis non esse innoxiam. At sonus Apostolicorum tintinnabulorum, non ex vno regno, sed ex orbe toto quàm latè patet, est exauditus.

Potest tamen nonnulla difficultas occurrere, in proposita ex Prospero accommodatione tintinnabulorum ad mysterium Pentecostes: quatenus ait, tintinnabula & malogranata mora esse, sonúmque eorum fuisse exauditum, Sacerdote nostro sancta sanctorum ingrediente, & mediatore nostro ascendente pro nobis apparere ante faciem Dei. Quæ verba præ se ferre videntur, tintinnabula sonuisse ante Pentecostem. At constat, Apostolos à Christo præmunitos, continuisse se, & prædicatione abstinuisse, donec induerentur virtute ex alto, quod factum est in Pentecoste. Hic tamen nodus non difficile expeditur. Nam quamvis verum est, tintinnabula non sonuisse ante Pentecosten, dicuntur tamen Christo in cœlum ascendente sonuisse, ob viciniam & nexum illorum mysteriorum. Mox enim à Christi ascensione, Apostolis Euangelizantibus, verbum datum est virtute multa. Et Christus cœlum progressus, Spiritum Sanctum mox demisit in eum finem; ac vt esset alter Paraclitus & pater tutórve Orphanorum, quorum pater abscesserat, (vt piè admodùm differit Eucherius homil. de Pentecoste.) Itaque ascensio Domini, & aduentus Spiritus Sancti, magnum nexum habent. Imò apud Patres, vtraque solemnitas pro vna computatur, quandoquidem integra dierum quinquagena, quæ à Paschate ad Pentecosten decurritur, vna iugis & continuata festiuitas habetur, iuxta S. Maximum homil. 3. de Pentecoste, & Eusebium l. 4. de vita Constantini cap. 64. vbi ait, [maximam illam celebritatem venerandæ & sacratæ Pentecostes, quæ septem contiouas hebdomadas omnibus honoribus decoratur, ad extremum vnitatis numero consignati, quo tempore sacræ literæ testantur, & communis nostri seruatoris in cœlos ascensum; & sancti ad homines Spiritus descensum accidisse.] E contrario Græci ob eandem causam, integram Pentecosten, siue quinquageuam vocabant *tempus resurrectionis*, teste Isidoro in Catena Græcorum in Lucam cap. 22. vers. 41. Ob eam ergo connexionem, & festorum prædictorum, & totius quiuquagenæ, qua Apostoli sensim aptati sunt ad excipiendum Spiritum Sanctum, ob quam connexiouem totum illud tempus vocatur vna celebritas; licuit Prospero dicere, ascendente Domino sonuisse tintinnabula, id est Apostolorum prædicationem esse exauditam.

Arg. ex ingressu in sancta.

Occurrit etiam alia ratio eum nodum expediendi, ex pia meditatione S. Bernardi; quæ tametsi apud eum non legitur, refertur tamen in Allegoriis Tilmanni ex Galfrido in capite 18. Esaïæ. Quærens enim causam S. Bernardus cur decem dies, ab Ascensione ad missionem vsque Spiritus Sancti decurrerint, respondebat missionem Spiritus Sancti fuisse alligatam peruentioni Christi in cœlum, & sessioni ad dexteram Patris. Priusquam verò illue pertingeret, elapsi sunt dies decem. Nam cœpto ascensu feria quinta, remorâ Christo iniecit quilibet churus Angelorum vnius saltem diei commoratiooem apud se deposcens: atque ita per nouem continuos dies prorogata est ascensio, donec gradatim

Sectio I. Cap. XVI.

dcurſis per totidem dies nouem otdinibus Angelorum, demum decima die Chriſtus ſuper omnes Angelorum choros euectus, memor promiſſi, Spiritum Sanctum demiſit, ſuæ erga Apoſtolos benignitatis vicatium. Inxta quam piam viri piiſſimi commentationem, Chriſtus non priùs dcſiit in cœlum aſcendere, quàm reipſa mitteretur Spititus Sanctus. Atque ita benè habet quod diait Proſper, aſcendente Sacerdote noſtro in Sanctum ſanctorum, inſonuiſſe tintinnabula, & exanditas eſſe voces Apoſtolorum prædicantium. In tetmino ſiquidem Aſcenſionis, miſſo Spiritu Sancto, prædicationem ſunt auſpicati.

Itaque ingreſſus Chriſti in cœlum, reſpondet ingreſſui Pontificis Aaronici in ſancta ſanctorum, & ſonus tintinnabulorum ingredientis Sacerdotis, ſono Apoſtolorum ptædicantium legem nouam in Pentecoſte. Quomodò ex his habeatur, congruum fuiſſe adhiberi in Pentecoſte Chriſtianum ſactificium, vt typus antitypo conſentiret, puto manifeſtum. Sacerdos enim non ingrediebatur ſancta ſanctorum ablque ſactificio, vt diſertè docet Apoſtolus Hebr. 9. verſ. 7. & 25. Præclarè Proſper. p. 2. cap. 2. agens de columnis tabernaculi præſignificantis Eccleſiam, confirmatis à Dei ſapientia in Pentecoſte, nexum huius inttoitus ſumml Sacerdotis in ſancta ſanctorum, & ſactificij Eocharistici, attigit verbis illis. [Sapientia fabricans ſibi domum, ſubdidit columnas ſeptem. Quas tetra cùm deſlaaiſſet peccatis incurſantibus columnas eios, ipſa coofitmauit. Harum igitur columnarum nnmetus; In duabus partibus tabernaculi vndecim ſunt, quadrageſimum diem aſcenſionis Domini demonſtrantes, in qua ſuis ait diſcipulis; *Vos ſedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto.* Ternis ſetis connectuntur columnæ: quoniam fidei, ſpei, & charitatis, Trinitatis vniculo, Doctores Eccleſiatum ſalubriter aſtringuntur ea vaſis argenteis capitibúſque aureis tanquam in operibus miſericordiæ, vt ſanctitate virginali columnarum omne decus exutgat. Sancta ſanctorum in interioribus ſunt tabernaculi, habentia atcam teſtamenti referam myſteriis. In quam ingrediuntur Sacetdotes in anno ſemel, cum ſanguine alieno: ea qua accipiens reſponſum diuinum illud verbum reſonat: Quod verbum carnem ſuſcipiens noſtram, ob tedemptionem, conſectauit atcam non veteris, ſed noui trſtamenti: in qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi. Ad quam enm ſuo ſanguine vetus ipſe Ptinceps Sacetdotum intton ſemel in ſancta, quoniam ſemel Chtiſtus oblatus eſt, vt multorum peccata portaret. Cui dicit Propheta: *Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctitatis tuæ.* Menſam quoque poſitam & atcam quæ carnem ſactam, & ſactificantis excipetet; quid aliud in his qnàm crucem intelligimus, in qua noſtei agnus immolatus eſt. Ipſe Sacetdos & victima, panem ſanctificatum, ſuum ſaeratum corpus in ſua ſmenſa confirmans. Cui luceina ſeptifotmi ſpiritu accenſa, toti lucet tabernaculo.. Quoniam fulgur illius, vt lumen: atria verò huius ſpiritalis tabernaculi, corda piorum ſcilicet confitentium & laudantium Deum de quibus Prophtta dicit Dauid; *Atria eius, in hymnis confitemini ei.*]

CAPVT XVII.

Par fuiſſe, in procinctu belli ſacri occæpti in Pentecoſte, ſacrificium celebrari.

ET priſcorum Ethnicorum, & Hebtæorum conſtanti vſu, bella non niſi placato hoſtili numine inibantur. Morem Romanorum hac in parte, multis illuſtrat Valtrinus lib. 1. de milit. Rom. cap. 5. De Perſis idem habet Herodotus lib. 7. cum de Xetae ptiuſquàm in Græciam traiiceret. Quoad Hebtæos eſt locus optimus 1. Reg. 13. ibi enim Saül videns imminere prælium, nec Samuëlem iuxta placitos dies adueniſſe, attripuit alitnum munus ſactificandi. Et factum eacuſans apud Samuëlem ſupetuenientem ait; *Dixi, nunc deſcendent Philiſtiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Neceſſitate compulſus, obtuli holocauſtum.* Itaque vſus ſactificandi ante prælia, videtur exploratus. Et ntmo non videt, quàm id ſit natntali rationi conſentaneum, attenta negotij gtauitate & lubricitate, cuius fottunatio de cœlo eſt expectanda; Nam qui in curtibus & equis confidunt abiecto Deo, obligantor & cadunt, facti ludibrium aduerſariis. Itaque vbi monſttaueritmus, datum eſſe in Pentecoſte initium bello longè gtauiſſimo, eadem opeta expoſitum erit, congruum fuiſſe offetri in Pentecoſte ſacrificium, ad fortunandam tanti momtnti expeditionem. Eam ergo fuiſſe in Pentecoſte ſuſceptam, monſttatum vemo. Sic enim de patatione cœleſtis bucellati ad eam neceſſatij, nec niſi per hoc ſactificium parabilis, dubium non remanebit.

Belli quod in Pentecoſte cœptum dico, cauſa & otigo referenda tſt in poſſeſſionem inre optimo debitam Deo, quam Chriſtus Adnocatum in ea cauſa ageos, ſtudioſè *poſtulauit*, vt habetut Pſal. 2. benéque exp[illegible]dit Petrus Damiani ſerm. 12. Poſtulationem ſiue Adnocatiooem Chriſti, conſommanit Spiritus Sanctos, vt ſciiè proſequitur Rupertus lib. 10. de Offic. c. 2. Ad deiieiendum autem de iniuſtæ poſſeſſione pei fraudem occupata & malignè retenta peruerſum poſſeſſorem, Spiritus Sanctus exercitum ſactum in bellum eduxit, & verè Ctuciatam expeditionem adornauit; *induens* ideſt vndecunque ſpirituali robore mnnieus ac tegens, (vt Cytillus Hier. catech. 17. vocem recte liberauit,) btatos Apoſtolos vir tute ea alto, ad præliandum bella Domini, longè ſanctiùs ac iuſtiùs quàm de ſe profiteretot factioſus ille Tribunus, *Nicolaus* nomine, qui in die Pentecoſtes Romæ ſe indigitauit, *Candidatum aqua Spiritus Sancti militem*, vt eſt in hiſtotia Pontificum Gallotum à Boſqueto edita *pag.* 90.

Ficquenter ſanè apud Patres legimus, Apoſtolos in Pentecoſte exhiberi ſpecie militum. Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 16. confert

confert Apostolos in Pentecoste, cum militibus Gedeonis. [In actibus (inquit) Apostolorum, cum lupta fideles Spiritus Sanctus descendisset, ignis species videbatur. Sic enim habes: *Et factus est subitò de cœlo sonus tanquam vi magna spiritus ferretur, & replerent totam domum vbi erant sedentes, & visa sunt illis dispersa lingua tanquam ignis.* Vnde & illud; Quando Gedeon superaturus Madian, trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas: Ità nostri acceptum ab Apostolis seruauere maiores, quod hydriæ sint corpora nostra, figurata de limo, quæ rimere non nolunt, si feruore gratiæ spiritalis ignescant, & Iesv Domini passionem canorâ vocis confessione testentur.]

Rupertus pulchrè lib. 1. In Ezech. cap. 29. de Apostolis in Pentecoste interpretatur illud Prophetæ, *Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus in indignatione Spiritus mei. Manus enim Domini erat mecum, confortans me.* Hoc Rupertus petinde esse ait, atque asserere, quod Apostoli per acceptum Spiritum Sanctum, [Lenati & comperenti fiducia sublimes facti, auderent amari indignantésque incedere, spirituali indignatione & seuera amaritudine qualem vtique indignationem siue amaritudinem, Spiritus Sanctus sese illis conferre significans, apparere voluit in igne. Nam *apparuerunt illis dispertita lingua tanquam ignis.* Proinde quasi quæreres, quomodò amarus vel quali indignatione, addit continuò. *Manus enim Domini erat mecum confortans me.* Ergo fortitudo zeli, qua fortes facti sunt Apostoli, ipsa est amaritudo dulcedini vitiorum contraria, ipsa est indignatio quæ pro causa Dei, quamtunlibet altos homines despicere non dubitat. *Et veni ad transmigrationem, ad acervum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta fluuium Chobar & sedi vbi illi sedebant, & mansi diebus septem mœrens in medio eorum.* Miro modo prophetica hæc Scriptura, tempus quoque insinuat, quo Christi Apostolos virtute armatos ad prædicandum misit Spiritus Sancti gratia, dicendo. *Et veni ad transmigrationem, ad acervum nouarum frugum.* Quo enim anni tempore fiot acerui nouarum frugum in terris illis, testantur duo panes primitiarum, qui in solemnitate Pentecostes, ex lege iubebantur offerri. Ergo non abs re ad acervum nouarum frugum se venisse dicit, spiritualiter pro ratione temporis, nouas fruges eos appellans, qui per prædicationem Apostolorum, ad Christum collecti sunt, ipsa die aduentus Spiritus Sancti.]

Idipsum insinuari censet idem Rupertus in Psalmum 92. eo Psalmi verbo, de Christo regnum adepto, & decorem ac fortitudinem induto, *præcinxit se.* Nam quamvis S. Epiphanius hær. 69. malit, significari eo verbo stabilem & minimè fluxam fortitudinem Christi; (Zona enim vestem præcingens eam prohibet laxitare;) alij autem eundem Psalmi locum ad Incarnationem referant, & multipliciter exponant; Tamen Ruperti interpretatio non malè quadrat. Ait ergo, Christum per resurrectionem regno potitum, se præcinxisse Apostolis suis armatis Spiritus Sancti virtute; ac proinde eos habuisse pro gladiis militaribus animatis. Et sanè ea *præcingendi*, & *accingendi* notio, non infrequens in sacris literis. Sic Psalmo 17. *præcinxisti me virtute ad bellum.* Et Psalmo 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum.* Et 2. Reg. 20. *Non glorietur accinctus, aquè vt discinctus.* Id est, ne canter sibi triumphum, qui ad bellum pergit; perinde ac si parta tam victoria, posuisset balthenm ac gladium Christum igitur Rupertus, non vno, sed tot gladiis quot habebat in Pentecoste discipulos, accinctum, à Psalte eahiberi commentatur. Et profectò nihil conuenientius vno Apostolico, quem Spiritus in Pentecoste effusus agit, quàm vt sit Deo pro gladio, eóque Christus præcingat sese. Quod si S. Augustinus serm. 14. de diuers. cap. 4. præsatus Christum in Scriptura exprimi specie gladij, addit SS. Martyres, & nominatim S. Cyprianum, fuisse machæras & gladios diuina manu vibratos, & ad sacrum bellum adhibitos, quanto iustius asserimus, Apostolos Martyrum primipilos, fuisse in Pentecoste Christo Duci pro gladiis? Et perinde erit, si dicamus habuisse gladios exertos ac splendentes, quos moti à Spiritu Sancto vibrarent, siue ore, siue manibus. Nam Apostolicis concionatoribus Gulielmus Paris. libro de moribus cap. 8. illud accommodat, *Gladius in labiis eorum.* At S. Gregorius 19. moral. cap. 29. & 30. eapendens illud Cant. 4. *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*, obseruat non esse dictum; *habentes gladios*, quod posset cohærere cum recondition in vagina; sed dictum esse, *tenentes gladios*, quod sonat gladios strictos & vibratos, vt fit in pugna. Et tales iuxta S. Gregorium oportet esse Euangelicos milites, quales, agnoscimus Apostolos Spiritu Sancto actos in Pentecoste.

Arma ex occasione bello sacro.

Possumus insuper ea eo quod circa nos etiamnum contingit, confirmare quod monstrandum suscepimus, de militia Apostolorum in Pentecoste. Ratum enim est apud DD. quod circa Apostolos factum est in Pentecoste per visibilem Spiritus Sancti effusionem, proportione fieri nunc circa fideles, per Sacramentum Confirmationis: & eodem collimare gratiam vtrobique communicatam, quamvis verisimilius sit, Apostolos in Pentecoste non recepisse characterem qui nobis imprimitur in Sacramento Confirmationis, quia reuera non recipiebant hoc Sacramentum, sed tantùm gratiam eius, sublimiori & eminentiori modo. Armati ergo sunt tunc ad prælium Apostoli; & producti in aciem. Nam in nobis, gratia per Confirmationem collata, spectat ad talem finem, quod ostendo insigni loco de Sacramenti Confirmationis vtilitate; qui legitur apud Eucherium serm. de Pentecoste, & verbatim apud Melchiadem Papam Epist. 1. *sub medium.* [Sicut exigit militaris ordo, vt cùm Imperator, quemcunque in militum receperit numerum, non solùm signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum: ità in baptizato, benedictio illa munitio est. Dedisti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodest, si quisquam parentum

Sectio I. C. XVII.

magnam pupillo cooferat facultatem, olfi ptouidere studeat & tutorem? Itaque paracletus regeneratis io Christo, custos, & consolator & tutor est; Ideò dicit sermo diuinus; *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Ergo Spiritus Sanctus, qui super aquas baptismi salutifero desrendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, io Confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuisibiles hostes & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam; post baptismum confirmamur ad pugnam: io baptismo ebluimur, post baptismum roboramur. At si continuò ttaosituris sufficiant regeneratioois beneficia, victuris tamen oeceffaria sunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat, mox in pace beati ieculi recipiendos: Confirmatio autem armat & instruit, ad agones mundi huius & prælia, refetuandos.] Quod etgo citca nos fit io nostra Pentecoste, hoc est cum Sactamento confirmationis perficimur, vt ad militiam Christi instruamur, id quod character ad modum stigmatis militaris impressus denotat; idipsum citca Apostolos factum est in Penteeoste: sin minùs quoad characterem, quia Saetamentum illud non receperunt, at quoad gratiam (vt sic dicam) bellatricem, qua Apostoli sunt tunc donati vt strenuè ac potenter ptæliarentur prælia Domini aduersùs Satanam, quibus tunc publicè initium fiebat sub duce Christo, auspice Spiritu Sancto.

Armatura omnis generis, quâ milites suos in hæc prælia descendentes Christus per Spiritum Sanctum instruxit, præter gratiam vberem & validam, cùm sanctificantem & habitualem, tum actualem, io virtutibus supernaturalibus eximiis sita fuit. S. Leo serm. 1. de ieiunio Pentecostes, Temperantiam macerationi corporis insistentem, annumerat illis virtutibus. Adhortans enim Christianos ad ieiunandum mox à Pentecoste, argumentum petit à ieiunio Apostolorum pet illud tempus. [Repletis namque Apostolis virtute promissa, & in corda eorum Spiritu veritatis ingresso, non ambigimus inter cæiera cœlestis Sacramenta doctrinæ, hanc spiritalis continentiæ disciplinam de Paracleti magisterio primùs fuisse conceptam; vt sanctificatæ ieiunio mentes, conferendis sibi charismatibus fierent aptiores. Aderat quippè Christi discipulis protectio omniporentis auxilij, & principibus nascentis Ecclesiæ tota Patris, Filijque diuinitas, in præsentia Sancti Spiritus præsidebat. Sed contra instantes impetus persequentium, contra minaces fremitus impiorum, non corporis fortitudine, nec carnis erat saturitate certandum; cùm hoc maximè hominis interiora corrumpat, quod exteriora delectat: & tantò fiat rationalis anima purgatior, quantò fuerit substantia carnalis afflictior. Hi itaque Doctores, qui exemplis & traditionibus suis, omnes Ecclesiæ filios imbuerunt, tyrocinium militiæ Christianæ sanctis ieiuniis inchoarunt: vt contra spiritales nequitias pugnaturi, abstinentiæ arma raperent, quibus vitiorum ioceotiua truncatent.] Hactenus voce robusta Leo. Eadem iterat serm. 4. eiusdem atgumenti. [Inter omnia (ioquit), dilectissimi, Apostolicæ institutæ doctrinæ, quæ ex diuinæ institutionis fonte manarunt, dubium non est, iufluente in Ecclesiæ priocipes Spiritu Sancto, hanc primùm ab eis obseruantiam fuisse conceptam, vt sancti obseruatione ieiunij, omnium vittutum regulas inchoarent: quia multùm ad præcepta Dei axequenda prodesset, si Christiana militia contra incentiua omnia vitiorum, continentiæ se sanctificatione muniret. Cùm enim per illecebram cibi, irrepserit prima causa peccati; quo salubtiore Dei munere vtitur redem pta libertas, quàm vt nouerit abstimeta à concessis, quæ fræuare se nescivit à vetitis?]

Vtrobique porrò S. Leo, agnoscit ieiunium Apostolis post Pentecosten esse frequentatum: & fideles quoque, eorum imitatione, ieiunasse oegat per totum qoinquagenam, à Paschate ad Pentecosten vsque decurrentem. Et similia leguntur apud varios Patres, quos adducit Bellarminus l. de ieiunio cap. 23. Vnde videtur haberi, olim pervigilium Pentecostes non fuisse tunc ieiunio gtauatum, saltem Romæ; quod addo, quia Maximus Taurineosis hom. 1. de Peotecoste, contrarium Ecclesiæ suæ vsum memorat, qui in Otdine item Romano refettur, cum de Officio Vigiliæ Pentecostes. Apud Glabrum lib. 3. cap. 3. refertur in vatiis Italiæ & Galliæ synodis anno 1004. agitatam esse quæstionem, [De ieiuniis quæ plerique fidelium inter Ascensionem Saluatoris, & Pentecosten obseruant, itaque decretum, vt ne per imperitum Sacetdotum fierent, excepto Sabbatho Pentecostes: & à quibus fieri vellent, prohiberentur fieri.] Eo *excepto Sabbatho Pentecostes.*

Ioter virtutes quibus ad sacram bellum armati sunt Apostoli quoad animam; (oam Temperantia de qua proximè, eòamsi inexistit animæ, tamen corpus spectat): celebrantur præsertim à Patribus, fortitudo, & charitas. De fortitudine non pauca sunt præmissa superiùs, nominatim cap. 12. Eam verò vix illustratione egere, cum tantoperè alatribus factis & perpessionibus Apostolorum micuerit, ausim asserere. [Manifestum enim fuit, (ait S. Bernardus serm. de Pentecost.] Indutos esse vittute ex alto, qui de tanta pusilianimitate Spitirus, ad tantam deuenere confidentiam. Non est iam fugete, non est abscondi ptopter metum Iudæorum; constantius modò prædicant, quàm desiteseerent antè timidiùs. Denique murationem illam dexteræ excelsi, manifestè declarat Principis Apostolorum, ptiùs quidem inter ancillæ verba formido; postmodùm inter ptincipum verbera fortitudo. *Ibant* (ait Scriptura,) *gaudentes à conspectu concilij; quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Quem sanè prius, cùm duceretur ad concilium, solùm reliquerant fugientes. Quis dubitet aduenisse Spiritum vehementem, qui mentes eorum inusibili illustraret potentia?] S. Gregorius 1. Moral. cap. 12. & 13. hæc Apostolorum fortitudinem, adumbratam

bratam gerat in maribus Iobo progenitis; sicut mollitudinem infirmorum fidelium, in filiabus.

Charitatem, quæ sicut mors fortis est, & omnia subigit, infudit Apostolis præcellentissimam in Pentecoste Spiritus Sanctus. Nam vt ait S. Bernardus serm. 3. de Pentecoste, *initio.* [Ipse est, qui Virgini obumbrauit, Apostolos roborauit, vt & Virgineo corpori temperaret deitatis accessum, & Apostolos indueret virtute ex alto, feruentissima scilicet charitate. Hanc nimirum Apostolicus ille chorus loricam sese induit, sicut Gigas ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Qui enim in domum fortis, ligare eum, & vasa eius diripere mittebantur, opus erat fortitudine ampliori. Alioquin quàm multum erat ad ipsos, vt de morte triumpharent, & ne ipsæ quidem portæ inferi præualerent aduersùs eos, si non vigerent in eis, quæ in eis vinceret dilectio fortis vt mors, dura sicut infernus æmulatio? Hunc sibi zelum imbiberant, cùm vino ebrij potarentur.]

Effecit tam ardens charitas, vt Apostoli euaderent planè ignei, iuxta illud Zachariæ 12. *In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram, omnes populos in circuitu.* S. Cyrillus, quos vulgata editio vocat *Duces*, Septuag. *Chiliarcas*, notat esse Apostolos, belli huius sacri triumphales duces: quos Spiritus Sanctus illabens, penitissimè insedit, & roborauit ad fundendos Dei hostes, & omnia quaquauersùm in hostili solo complenda stragibus, ac implendas ruinas, omnibus frustra obsistentibus. Hoc fuit esse faces ignis in fœno. [Quemadmodùm enim (ait S. Chrysostomus homil. 4. in Acta), igneus homo si in medias incidat stipulas, non lædetur, sed magis vim exeret suam: (Nec enim ille quicquam patitur mali, sed qui his reluctantur, ipsi seipsos perdunt:) Ita nunc euenit. Immò potiùs, ac si quis ignem gestans, luctetur eum eo, qui importat fœnum; itidem videlicet, & Apostoli illos adorti sunt, multâ cum fiduciâ. Quid enim obsecro, læsit illos tanta multitudo? Num illis cum egestate, & fame fuit conflictatio? Num cum ignominia & infamia? Nom impostores esse credebantur? Num irrisionibus, & conuitiis præsentium succumbuerunt? Nam vtraque hæc simul in eos incidebant, eo quòd alij deridebant illos, alij etiam scommatis incessebant. Nónne totæ ciuitates, furoribus & insaniis illos impetebant? Nónne seditionibus, & insidiis obiecti sunt? Nónne igni, ferro, & bestiis? Nónne vndique illos innumera bella vallabant? Nónne perinde fuerunt affecti, quasi in somnis vidissent hæc mala, aut in picturâ? Quid igitur? Nónne consumpserunt omnium furores?]

Qui obices aduersùs tantam efficaciam sufficere potuissent? Itaque cesserunt omnia istis ignibus. Etiam Scythiæ frigora, calore fidei ferbuerunt, Apostolis prædicantibus: & omnes gentes iisdem flammis deflagrarunt, vt S. Hieronymus Epistola ad Lætam de Institutione filiæ, & in Nepotiani Epitaphio, sigillatim & distinctè est prosecutus.

Act. ex acceptobello sacro.

Necdum tamen explet oratio vim verbi ex Zacharia propositi, de Apostolis in Pentecoste, qui Spiritus Sancti flamma correpti, facti sunt, velut faces ignis in fœno. Quo loquendi genere, insinuatur mira celeritas operationis, cui omnis obex non aliud sit, quàm igni incensissimo stipula aut fœnum. Quod hæc consideratio sit maximi omni momenti, & valdè interest gloriæ Spiritus Sancti per Apostolos hoc bellum gerentis, hoc inter eius opera admirabilissimum ritè peruadere; mutuabor patrem disputationis D. Chrysostomi de hoc argumento, in demonstratione quod Christus sit Deus. Desponderat enim aliquid dignius præsenti instituto. Expendit ibi S. Chrysostomus verbum illud Christi, *ædificabo Ecclesiam meam.* Ait itaque. [Examina quid hoc sibi verbum velit, & videbis perspicuam eius veritatem. Nam non solùm hoc mirum est, quòd ædificauit eam per totum mundum, sed quia inuictam fecit, & contra omnes inuictam, licet tot bella insurgant. Hoc enim est, quòd portæ inferi non præualebunt aduersùs eam: Periculis, ait, quæ mortem generant, periculis quæ ad infernum deducunt. Vidisti prædictionis veritatem? vidisti euentus certitudinem ac robur? vidisti verba in operibus relucentia, & virtutem absque armis omnia facilè conficientem?]

Subiicit de Ecclesiæ diffusione in omnes gentes perbreui facta; tot prouinciis populosissimis, per tam paucos & imbecilles subactis, reuulsa contraria consuetudine pridem inolita, vt capite 11. retulimus. Addit verò. [Neque hoc solùm mirabile; quod priuati & pauperes illi, & parui, & ignobiles, & illiterati, & viles, & exoleti sermonis, & contemptibiles, totius orbis correctionem attentarunt: sed & quoad longè difficiliora opera ipsum ducere iussi, non hoc in pace fecerunt, sed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaque gente & ciuitate, & quid dico, *gente & ciuitate?* in singulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerum sæpè à patre diuisit, & nuptam à socru, & fratrem à fratre, & seruum à Domino, & subditum à Principe, & virum à muliere, & patrem à pueris: (neque enim simul omnes crediderunt:) ad hæc, quotidianas inimicitias, continua bella, multásque ipsis mortes attulit. Et fecit, vt Apostolos quasi communes hostes, & inimicos plerique auersarentur, abigerentque eos à se omnes Reges, Principes, priuati, liberi, serui, populi, vrbes: & non solùm ipsos, sed & (quod grauius,) nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebantur. Eodem enim bello premebantur & discipuli, & magistri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis Regiis & consuetudini, & patriis moribus: quandoquidem adhortabatur ab idolis abstinendum esse, despectui habenda alienia, quæ patres progenitoresque ipsorum coluerant: desistendum à prophanis præceptis, ridendas solemnitates, respuenda sacrificia: quæ illis maximè horribilia & formidabilia

Sectio I. c. XVIII.

videbantur, pro quibus & animas potiùs exposuissent, quàm vt eligerent ea quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria; & crucifixum & ductum ad tribunal Præsidis, consputum, & infinita alia passum, & eum qui mortem maledictam sustinuit, qui sepultus, quique resurrexit. Et quæ ad passionem pertinebant, omnibus manifesta erant: vtpotè flagella, colaphi, alapæ, sputa, crux, irrisio, probra, quæ omnes in eum iactabant: & sepultura quæ partim beneficij loco erat: At resurrectio, non item. Nam resurgens, solis discipulis apparuit, Veruntamen & eam dicendo persuaserunt, sicque Ecclesiam ædificauerunt. Quo pacto & qua ratione? Virtute eius qui iussit: Ille enim præuius, omnia faciebat, teddens etiam facilia quæ dura. Nisi enim diuina quædam virtus effecisset, nequaquam hæc vel principium, vel præludium accepissent. Quo enim modo ille dixit, fiat cœlum, & monstrauit opus; funderut terra; & illius substantia producta est; fulgeat Sol, & indicauit astrum, omniáque verbo operatus est: eodem modo idem & Ecclesias illas plantauit. Et verbum hoc: *Ædificabo Ecclesiam meam*, hoc omnia operatum est. Illa verba Dei, condidetunt opera tam admirabilia, & quæ nemo expectasset. Nam sicut cùm dixit *Germinet terra herbam fœni*: & omnia mox hortus erant, & omnia pratum; terrâque mandatum suscipiens, infinitis ornabatur plantis: sic & nunc, vbi dixit, *Ædificabo Ecclesiam meam*, multa acceleratione facta est; etiam contra illam tyrannis se armantibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne insanientibus, & oblectante consuetudine, etiam oratoribus & sophistis, & diuitibus, & principibus insurgentibus, sermo Dei velut ignis validus adueniens spinas consumpsit, agros reputganit, seminauit verbum prædicationis.]

Sic se gessere in spirituali bello *viri virtutum*; quales sanè fuisse Apostolos in Pentecoste, liquere potest ex ea descriptione *viri virtutum*, quam adhibet Origenes homil. 25. in Num. qui concludit. [Quis nostrûm ita paratus est, vt procedat ad bellum, & contra aduersarios dimicet; vt & ipse, *vir* possit appellari *virtutis?* Sicut autem vita continens, & abstinentiæ labor, atque agonum certamina, faciunt vnumquemque virum virtutis appellari: ita è contrario, remissa vita, ac negligens & ignaua facit *virum ignauiæ* appellari. Si ergo vis vir appellari virtutis, indue te Christum Dominum, qui est Dei virtus, & Dei sapientia, & in omnibus adiunge te Domino, ita vt vnus cum eo Spiritus fias, & tunc vir virtutis efficietis. Tempus igitur belli tempus est in hoc mundo, pugna aduersùs Madianitas est, siue aduersùm vitia carnis nostræ, siue aduersùm contrarias potestates. Spectat nos Angelorum chorus, virtutum cœlestium pia erga nos pendet expectatio, quando vel quomodò de hoc prælio reuertamur, quid vnusquisque nostrûm nuntiaturus, reportet.]

CAPVT XVIII.

Sacrificij Christiani in Pentecoste necessitas, ad initium faciendum Euangelicæ doctrinæ.

PErspicuum est ex Actis Apostolorum, non esse datum initium Euangelicæ prædicationi, ante Pentecosten. Fateor, Apostolos per tempus antecedens, contuliſſe inter se de rebus Ecclesiæ futuræ, vt benè perspexit Hesychius in c. 9. Leuit. eum ait. [Oportet Ecclesiam congregari, & manifestationem Dei gloriæ suscipere. Hæc sine dubio diebus Pentecostes maximè agebant discipuli Domini, propter quod in vnum tunc collecti erant, quod manifestat Lucas, dicens: *Et dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes simul vnanimiter.* Quid autem erant collecti agere, nisi ea modis omnibus, quæ dicta sunt? Nam etsi palàm non prædicabant, & propterea intus erant, in superioribus sedentes, necdum verba disseminantes, sicque palàm loquentes, quia de ostio tabernaculi testimonij non erant iussi egredi, vsque dum de excelso induerentur Spiritus virtute: veruntamen in semetipsis, quia hæc agebant, manifestum est: quæcunque decent Ecclesiam, meditari non cessabant, vt ipsum videlicet in semetipsis haberent Christum, qui est caput Ecclesiæ. Vnde & Matthiam ad Apostolatum, cùm concionatus fuisset Petrus, & proposuisset diuinæ Scripturæ expositionem, atque testimonia, fortè separauerunt. Siue autem concionari, id est; populum exhortari, siue Propheras interpretetari & Cleros, sociare, Ecclesiasticæ dispensationis & ordinis fuit. Ergo manifestum est, quia quemadmodùm in Ecclesias collecti, in illis diebus erant.]

Hæc igitur de priuatis inter seipsos Apostolorum allocutionibus, tata sunto. Publicè tamen, Apostoli nihil docuerunt vsque ad diem Pentecostes. Sed tunc primùm induti virtute ex alto, & edocti omnem veritatem, implentique quasi Phisou sapientia, erupterunt ad disseminandum Dei verbum. Nam etiam vt verbis esset proflui, Spiritum Sanctum specie linguarum acceperunt, iuxta illud S. Bernardi serm. 1. de Pentec. [Venit tunc super discipulos in linguis igneis, vt verba ignea loquerentur, & legem igneam linguæ igneæ prædicaret.] Igneam vim Apostolorum in Pentecoste à Spiritu Sancto igniente profectã describi à Danièle censuit Rupertus l. 1. in Dan. c. 13. cum dixit *Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur à facie eius.* Negat Rupertus id esse de igne & flamma itæ Dei accipiendum, nam à facie Dei, nihil egreditur non dulce & amabile. [Etgo fluuius igneus non inuita, non coacta sententiâ, dicimus quod ipse sit Spiritus Sanctus, de quo Psalmista, *fluuius impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et in Esaia idem Spiritus Sanctus. *Ecce ego declino in eos vt fluuius pacis, & vt torrens inundans gloria gentium.* Hic sine dubio fluuius egrediebatur à facie eius, vnde procedens dicitur hic Spiritus Sanctus. Igneus autem est & rapidus, quia

quia mentes igneas reddit, & linguas disertas atque viuidas efficit: Quod & testatus est, & ab effectu comprobauit, quando super discipulos apparuit tanquam ignis, & cœperunt loqui variis linguis vt tapidis, ita, linguis & silentiũ illis nulla posset indicere potestas sæculi. Ex tunc *thronus eius*, id est Ecclesia eius *flamma ignis*, & *rota* Euangeliorum eius, *ignis accensus*, &c. Fluuio igneo rapidóque egrediente à facie eius, *millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia, assistebant ei.* Id est, dato Spiritu Sancto qui ab ipso procedit, innumerabiles homines, qui priùs non erant eius, per aquam, & per eundem renati spiritum, distributis ordinibus seruire cœperunt majestati eius, alij per actiuam ministrames ei, alij per contemplatiuam vitam assistentes ei. Plures autem in actiua ministrant, pauciores in contemplatiua assistunt ei. Benè ergo indefinita quantitate dictum est, *millia millium ministrabant ei*: Definita verò, *& decies millies centena millia assistebant ei.* Et linguas ignitas Apostolorum, igneo, atque adeò celeri & ardenti rigore à Spiritu Sancto instructas, iuxta Rupertum.

Similitérque Origenes homil. 1. in Psal. 38. ad illud, & *in meditatione mea exardescet ignis*, incidens in locum Hieremiæ, *Ecce dedi sermones meos vetrorsum in os tuum, ignem*; de ignitis sermonibus Euangelici Concionatoris præclarè disputans, ait. [Aut non iste erat ignis ille de quo Saluator nobis dicebat, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?* Iste proculdubio ignis est, qui frigus peccati fugat, & calorem Spiritus reuocat. Hoc nimirum est etiam quod in Actibus Apostolorum refertur, cùm dicitur, quia *visæ sunt eis dimissæ linguæ sicut ignis, & consedisse super Apostolos*, pro eo scilicet quod Euangelij verbum prædicaturi, & ignei vigoris deberent gratiâ roborari, vt auditorum animæ flammam per sermonis traducem sumerent.]

Non abhorret ab eo sensu Naz. orat. 44. cum ait Spiritum Sanctum in linguis igneis apparuisse, propter eam cognationem quam cum Verbo habet; vt proinde adesse sic debuerit, & quidem specie ignis, quia verbum erat ea die disseminandum, & feruenter atque alacriter linguis Apostolicis exponẽdum. Recidit eodem quod S. Leo serm. 1. de Pentec. c. 2. his verbis dixit. [Ab hoc die, tuba Euangelicæ prædicationis intonuit, aquæ omne desertum & vniuersam aridam rigauerunt: quoniam ad renouandam faciem terræ, Spiritus Dei ferebatur super aquas, & ad veteres tenebras abigendas nouæ lucis fulgura coruscabant; cum micantium splendore linguarum, & verbum Domini lucidum, & eloquium conciperet ignitum, cui ad creandum intellectum, consumendúmque peccatum, & efficacia illuminandi, & vis inesset vrendi.]

Ex eo igitur quod in die Pentecostes dandum fuerit initium Euangelicæ prædicationi, necessitatem tunc celebrandi Christiani sacrificij, egregiè eruit Hesychius l. 2. in Leuit. ad illud capitis noni, *Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum.* [Necessariè addimus, (inquit), S. Spiritus, in Pentecosten prouenisse descensionem, quum in vnum congregati essent Apostoli, omnia quæ secundùm legem Ecclesiæ agerent significare: considerauit legislator, rectè præcedere Sacerdotis sacrificia, ac deinde subinferri populi præcepta: Oportet enim Ecclesiæ doctrinam à sacrificio Vnigeniti inchoare, vt introducantur docentes, quid nobis passio Dominica profecerit, aut contulerit: atque ità subiuferatur sermo pœnitentiæ, quem omnes vtique vt homines, necessarium habemus.] Exordium Euangelicæ prædicationis, duci vult Hesychius à Christiano sacrificio, vt quod est in fide nostra principalius innoresca: nempe Christi passio, in cuius memoriam perpetuam, institutum est hoc sactificium: quo adeò luculenter exhibetur mors Redemptoris ad salutem nostram, vt in collecta Ecclesiastica Dominicæ nonæ post Pentecosten, habeatur, cum hoc sacrificium peragitur, opus nostræ redemptionis exerceri: nempe analogicè, ob seiunctionem corporis à sanguine, quantum est ex vi verborum. Quia ergo permagni nostra refert, tanti beneficij memoriam nunquam excidere, & præsertim initio susceptionis fidei, luculentam eius expressionem efformari in credentium intellectu; quod per eam corporis à sanguine sejunctionem oculis obseruantem aptè obiicitur, meritò Hesychius asserit, initium prædicationis Euangelicæ, cuius præcipuum caput est Christi passio, duci debere à sactificio incruento, excitante apprehensionem ac recordationem incruenti sacrificij iam præteriti.

Argum. ex initio Euang. desumpta.

Videtur hoc ipsum spectasse idem Hesychius in c. 8. eiusdem libri, cum vocat sacrificium Eucharisticum *sacrificium explicationis*, sic enim Septuag. expressérunt, quod vulgatus sic vertit. *Obtulit & arietem secundum, in consecratione Sacerdotum.* Is enim aries secũdus, est ipsemet Christus, immolatus incruentè post immolatam ouem figuratam. Sic enim Christus, *secundò sicut ouem semetipsum occidit*, vt loquitur Hesychius, hanc reddens rationem cur Septnag. verterint *arietem secundum explicationis.* [Rectè eorum quod in nos celebratum est mysterium, *sacrificium explicationis* appellarint: ipsum enim nos perfecit, quum primùm fuissemus infirmi, & ab imperfecta lactis educatione produxit, id est ab ea quæ in lege est, de qua Paulus dicit; *Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, parvulus enim est.* Et rursus: *Nihil autem ad perfectum adduxit lex, subintroductio autem melioris spei quæ data est, in hac nos spe constituit.* Veruntamen sactificium hoc eam quæ dicta est maior spes, per quam semper propinquamus ad seruiendum Deo, innuit.] Videtur igitur sacrificium Euchatisticum, de Hesychij sententia dictum esse sacrificium explicationis, quia paruulos Christi, necdum loquelã potientes, perficit vt possint se explicare, & effari mirabilem Dei erga nos benignitatem; in tot Christi Domini facinoribus, sed maximè in sacrificio cruento perspicuam. Quo facto exposita notio *sacrificij explicationis* ab Hesychio propositi, firmat rationem auspicandi dissẽminationem Euangelicæ doctrinæ à Christiano sacrificio; quia interest credentium accedentium ad fidem, nosse quantum illis passio Domini contulerit.

Sed potest etiam aliter ostendi, inchoandam fuisse Euangelicæ doctrinæ dissemination-

Sectio I. Cap. XIX.

nem à Christiano sacrificio; quia est sacrificium explicationis. Nempe quia Euangelici ministri, intetuentu hoius sacrificij, accipiunt à Deo vim explicandi & edisserendi nostra mysteria. Certè si fœcundi calices disertum faciunt iuxta Flaccom; quis dubiret, sacros Oratores intetuentu præclari huius calicis inebrianris, redditos esse disertissimos, & facundissimos? Provt opotruit fuisse, qui vna die tantam multitudinem ab etrore viæ suæ reuocantes reduxerunt in viam. Id vt præstarent Apostoli, egueunt expeditiune loquelæ, Moysi negata, quam nemo item habet, nisi bonorum operum enunciatione attestetur locutiom, alioqui enim blæsus videtur, vt considerat Petrus Damiani serm. 19. *sub finem*, agens de Ephraïmitis balbutientibus inter pronuneiandum *sebbulleth*; quos statuit esse typum eorum qoi benè loqui nesciunt, quia malè viuunt. Quare sactificium Eucharisticum, cum exotet sanctam vitam, ad illam expeditionem loquelæ confert, & rectè dicitur sacrificium explicationis: fultque eo tempore quo inchoanda erat Verbi Dei prædicatio, opportunissimum, vt Apostoli aprareutur ad dignè faciendam Euangelicæ doctrinæ semeutem. Vix enim reperiri potest medium vtilius ad exotandas cœlestes suppetias, qnibus Doctor sacer euadat in operarium toeonfusibilem, quàm incruenti sacrificij pia vsurpatio. Sicque passim accipiunt sacri Interpretes, quod Actorum 13. habetur, de Doctoribus Ecclesiæ Antiochenæ, iussis segtegare Deo Paulum & Barnabam, in Apostolatum ad gentes. Leguntur enim in eum finem vt se ad opus illud aptarent, ministrasse Domino λειτουργοῦντων, quæ vox tamersi pro vatiis adiunctis varia significat, & interdum ministerium conciouandi notat, vt Rom. 15. aliàs verò spectat eleemosynarum distribunonem, vt 2. Cor. 9. Tamen eo loco Actorum, non potest aliò deiorqueri, sed neeessariò accipitur de sacrificio incruento, cuius oblatione sacri illi Doctores aptabant se ad opus disseminandi Euangelij, vt rectè ibi ostendunt Stapletonius, Salmeron, Lorinus: nec non Suarez t. 3. 3. p. d. 78. Sect. 1. & Bellarminus l. 1. de Missa c. 13.

CAPVT XIX.

Elogia breuia Christiana Pentecostes, erutæ ex dictis.

CVm tot & tanta de quibus hactenus, perfecta siut in Pentecoste, mitum videri non debet, eam & iam olim fuisse solemnissimam, & immensis præcoouis à Patribus honestatam. Nam quod attiner ad perantiquam huius festi inter Christianos celebritatem, nihil vulgatius. Dimissis autem testimoniis ex Paulo 1. Cor. 16. & Luca Actor. 20. quæ aliqui in hanc tem profetunt post SS. Epiphanium hær. 75. & Hieronymum in proœmio Epistolæ ad Ephes. nec difficile obtorqueri possunt ad ad Pentecosten Iudaïcam; habemus perspicua antiquissimorum Patrum testimonia, de maxima iam olim huius diei celebritate in Ecclesia Christiana: vt plane eportuerit, frontem Matthiæ Flacci Illyrici frontem non esse, qui centur. 2. c. 6. *columna* 119. scribere ausus est, primis Ecclesiæ sæculis, nihil expressè legi de vllo festo, Pascha te dempto. Atqui diserè Christianæ Pentecostes, tanquam festiuissimæ & celeberrimæ, meminerunt Clemens Rom. 5. constit. c. 21. & libro 8 cap. 33. Irenæus apud Iustinum q. 115. Origenes l. 8. contta Celsum. Tertullianus l. de coro. milit. Hilarius in præfatione Psalmorum, & alij quos adducunt Bellarminus l. de festis c. 13. & Suatez l. de festis c. 7. n. 2. Hoc constituto, audiamus quæ grauissimi Patres hoie festo encomia paogunt, consentaneè ad antedicta.

Eusebius l. 4. de vita Constantini c. 64. vocat Pentecosten *omnium celebritatum principem & maximam*. Et quanquam eo capite, *Pentecosten* vsurpat pro tota quinquagena quæ decurritur à die Pascha tis, tamen verba quæ ex eo terulimus, videntur cadere in diem illius quinquagenæ postremum: atque adeo in praesè & populariter dictam Pentecosten. Idem Pentecostem statuit festum Pascha tе maius, & continens æternitatis imaginem: sicut Pascha, viam nostram & transitum repræsentat. Sic etgo de Pentecoste habet, postquàm de Pascha tе dixit, vt refertur in Catena Græcorum Corderij in Lucæ c. 22 a. ad versum 7. [Aliud est & quidem maius festum, quod Pentecosten Hebræi vocant, quod regni cœlorum imaginem tefert. Dicit igitur Moyses: *Incboante te falcem in messem, septem septimanas numerabis tibi ipsi, & ex nona messe, nouos panes offeres Deo.* Prophetico uamque spiritu præfigurans; messis quidem typo, Gentium vocationem; per teceotes verò panes, animas ad Deum adductas ex Ecclesiâ Gentium, quibus maximum fit benignissimo Deo sacrificium. Rationalibus enim Apostolotum falcibus demessi, & omnibus tottus orbis Ecclesiis in vnum congregatis, vnanimi consensu fidei Christo incorporati, ac veris diuinorum eloquiorum doctrinis enutriti, & per aquam atque ignem Spiritus Sancti regenerati, Deo placentes ac sapidos per Christum panes offerimus, Prophetica Moysis symbola, solemnioribus vriquę sacrificiis ipso opere complentes. Nos enim ipsi, festum illustrius institnimus: quippè qui cum Domino resurgimus, & regni ipsius participes sumus. Qua-propter noo amplùs post hoc festum laborare sustinemos, sed speratæ in cœlis quietis imaginem præ nobis ferre erudimur, cùm neque orationibus genua flectamus, neque ieiuniis nos ipsos macteremus. Qui enim à Deo resurrectione digni sunt habiti, iam ampliùs in terram relabi nequeunt. Nec fieri potest vt à passiooibus liberati, eadem patiantur, quæ accidunt illis adhuc subiectis. Quocirca post Pascha, per septem integras saptimanas, Pentecostem celebramus, priùs quidem certamen quadragima diernm exercitatione, ante Pascha per sex septimanas viriliter sustinentes. Sex enim numerus est laboris atque operationis; quamobrem & sex diebus vniuersa Dominus perfecisse dicitur, illis nempè diebus operans. Secunda verò festiuitas quæ septem hebdomadibus agitur, multiplicem atque longam nobis quietem adfert: septenatius siquidem quietem, perfectionemque designat; quem nomerùm, Pentecostes festum continet: septem hebdomadas

vnirate

vnitate excelens, hoc festum omnino Ascensionis Christi diem obsignat. Meritò igitur sacris Pentecostes diebus, futuræ vitæ quies designatur, quando anima summo gaudio, corpus verò quiete omnimoda perfruetur: cum ipso enim spooso existentes, ieiunare non possumus.

S. Basilius in c. 1. Esaiæ ad illud: *quis quæsiuit hæc de manibus vestris?* & l. de Spiritu Sancto c. 27. Pentecosteo quoque statuit pro æternitatis imagine. At æternitas est festum plenum & integrum, non pars dici festi, qualia sunt festa nostratia passim, de Origenis sententia hom. 23. in Numeros. Pentecoste igitur cum sit æternitatis imago, festum est celeberrimum. Agnoscit eam in nostra Pentecoste imaginem S. Basilius loco annotato his verbis. [A Paschate, totum tempus vsque ad Pentecosten, admonitio est resurrectionis quam in illo sæculo expectamus. Nam vnus ille, & primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absolvit. A primo enim incipiens, in principium desinit: per similes qui in medio intercedunt dias, quinquagies euolutus. Vnde & æternitatem similitudine refert, dum velut io motu circulari, ab iisdem orsus signis, in eadem desinit. In quo corporis erecto habitu precari, totiùs nos Ecclesiæ ritus docuerunt; nimirum per euidentem commonitionem, quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura.]

Isidorus idem censuit, adductus in Catena Græcanica ad c. 22. Lucæ versu 41. reddens rationem cur in Paschate & Pentecoste non genuflectamus. [Nos (inquit) genuflectentes, reipsâ ostendimus nos per peccatum in terram prolapsos esse: ac cùm surgimus, nos iterùm per diuinam benignitatem erectos & ad cœlum reuocatos esse. Hinc neque Dominicâ die, neque à Paschate vsque ad Pentecosten, genua flectimus, quandoquidem dies resurrectionis imago sit futuri sæculi, vbi & Pentecoste atque octaua quæque seu Dominica dies. Nam dies Dominica, & prima, & octaua nuncupatur. Hanc etiam octauæ figuram, Psalmista in pluribus locis obseruat. Etenim rectam Pentecosten, resurrectionis tempus appellamus. Cùm itaque & resurrectionis & interminabilis vitæ; seu æterni sæculi ptæ se ferat imaginem, iubet nos stantes orare, quò stabilis illa, & semper in eodem statu permanens, & omnino vesperum tenebrásque nescius vita, designetur.] Præfecit sine Hugo Etherian. l. de regressu animar. ab inferis c. 14.

Nazianzenos orat. 44. sic exornat festum Pentecostes Christianum. [Pentecosten celebramus, ac Spiritus aduentum, & præstitutum pollicitationi eaequendæ diem, spesque impletionem. At Deus bone, quantum est hoc mysterium, quam magnum & venerandum! Corporea Christi finem habent, vel vt rectiùs dicam, ea quæ ad corporeum ipsius aduentum spectabant: (vereor enim dicere res ad corpus pertinentes, quoad mihi cuiusquam oratio persuaserit, præclarius esse corpus depositis.) Spiritus autem actiones, initium sumunt.]

Chrysostomus hom. 4. de Ascens. ea editis à Vossio, præfatus, Deum sicut sex diebus orbem materialem condidit, ita sex dies Cardinalium festorum exhibuisse, quibus primaria fidei nostræ mysteria recolerentur; sextum inter hæc festa recenset Pentecosten, quæ est [Superlaudata ac benedicta dies aduentus Spiritus Sancti: quando SS. Apostolis expectatum ac promissum donum Spiritus Sancti, in specie linguarum ignearum à Christo Domino de cœlis emissum est, quæ & Pentecoste ob septam hebdomadatum expletionem denominata est, sine controuersia omnibus piis maxima solemnitas constituta.] Idem serm. de Spiritu Sancto in Pentecoste vocat eam *festum adoptionis*. Et homil. de Pentecoste (tom 37. Tomi V. Græcol.) Festiuitas publicúsque conuentus, nobis est dies hodiernus. Nam quemadmodùm in quatuor anni tempestatum ac solstitiorum vicissitudine, alteri succedit altera: sic nimirum & in Ecclesia Domini, festiuitas dum festiuitati succedit, ad sese mutuo nos transmittunt. Nuper itaque festum crucis celebrauimus, Passionis, Resurrectionis, ac deinde Domini nostri Iesu Christi in cœlos ascensus; hodie tandem ad ipsum culmen bonorum prouecti sumus; ad ipsam metropolim festorum euasimus; ad fructum ipsum Dominicæ promissionis peruenimus. *Si enim abiero*, ioquit, *ego, alium paracletum mittam vobis, & non relinquam vos orphanos.* Videtis sollicitudinem? videtis ineffabilem benignitatem? Ante hos dies in cœlum ascendit, regium thronum recepit, sedem ad Patris dexteram recuperauit, & hodie nobis Sancti Spiritus aduentum largitur; ac per ipsum, da cœlis sexcenta nobis bona suppeditat.]

Elogia Pentecostes.

S. Leo serm. 3. de Pentec. vocat eam diem [festiuitatem toto orbe tertatum venerabilem.] Et serm. 1. de eodem festo, sic loquitur. [Hodiernam solemnitatem, dilectissimi, in præcipuis festis esse venerandam, omnium Catholicorum corda cognoscunt. Nec dubium est; quanta huic diei reuerentia debeatur, quem Spiritus Sanctus, excellentissimo sui muneris miraculo consecrauit.]

S. Gregorius hom. de Pentec. *sub finem*, sic habet. [Pensate fratres Charissimi, post Incarnationem Vnigeniti filij Dei, qualis sit hodierna solemnitas de aduentu Spiritus Sancti. Sicut enim illa, ita quoque & hæc, est honorabilis. In illa quippè, Deus in se permanens, suscepit hominem; in ista verò homines venientem desuper susceperunt Deum. In illa Deus naturaliter factus est homo; in ista homines facti sunt per adoptionem dij.]

S. Paulinus Natali q. S. Felicis post descriptam Paschalem solemnitatem subdit de Pentecoste.

Hoc solemne dies sequitur septem numeramus
Hebdomadas, & lux populis festina recurrit
Qua sanctus quondam, cœlo demissus ab alto
Spiritus igneo dimisit flamine linguas:
Vnus & ipse Deus diuisa per ora cucurrit.
Omnigenásque vno fornat tunc ore loquelas,
Omnibus ignitas tribuens exprimere voces,
Quisque suam vt gentē peregrino agnosceret ore,
Externamque suo nosceret in ore loquelam.
Barbarus ipse sibi non notis nota canebat,
Verba suis aliena loquens, sed in omnibus vnum
Voce Deum varia laudabat Spiritus vnus
Vt citharis modulans vnius verbere plectri
Diffona fila mouet, vel qui perflantia tractis

Labra

Sectio I. Cap. XIX.

Labra terit calamis, licet vnum carmen ab vno
Ore ferat, non vna sonat, variisque magistra
Temperat arte sonos, arguta foramina flexu.
Mobilibusque regit digitis, claudit q, aperitque,
Ve rapida vice dulcis eat, redeátque cauernis
Currens Æolio modulabilis aura meatu,
Explicat irruptos animata ve tibia cantus,
Sic Deus omnisona modulatur & arbiter vnus
Harmonia per cuncta motor quâ corpora rerum,
Et natura opifex Deus omnis & artus, &c.
Qui cruce purpurea pretiosi sanguinis ostro,
Ardnus ascensu volucri penetrauit in alta
Nube super Cherubin volitans, sedítque parenti
Dexter & in seruos cœlestia dona profudit,
Spiritum ab vnigena sanctum, & Patre, procedentem.
Qui Deus ipse Deo vertens (licet adsit vbique)
Conspicuo tamen allapsu, ruit igneus illuc,
Pubis Apostolica concors vbi cœtus agebat.
Mexque vono sonitu multis ex vrbe coactis
Omni ex gente viris, sedit quasi flamma per omnes,
Et simul in cunctis spiramine dissonus vno,
Et Lyricas facili modulatus pectine chordas
Diuiduis eadem cecinit præcona linguis,
Incutiens varias humana per organa voces,
Talis vbi lectas implenit crapula mentes,
Ructauere sacras ieiuno gutture laudes
Ebria corda Deo, quis me miseratus ab isto
Flumine potabit, quod sobrias ebrietate?

S. Maximus serm. 1. & 3. de Pentec. agnoscit hoc festum esse paris cum Paschate dignitatis. At constat Paschatis diem immensis præconiis honestari à Patribus. Naz. orat. 19. & S. Ephrem. serm. de Cruce Dom. vocant *dierum reginam*. Idem Naz. orat. 42. vocat [Festiuitatum festiuitatem, & celebritatem celebritatum, tamiò cœtetis omnibus non solùm humanis & humi defixis, sed iis etiam quæ ipsius Christi sunt, ac propter ipsum celebrantur, superiorem, quanto Sol stellas antecellit.] Mox item vocat diem dierum omnium maximum. Sicut etiam S. Epiphanius Orat. de resurr. *initio*, vocat [diem festorum omnium Principem, totius mundi festum & encœnia, verticem & arcem festorum omnium.] Chrysostomus Orat. 4. de Ascens. edita à Vossio, vocat [Gloriosissimam atque pacificam & triumphalem diem, quæ mater festorum & celeberrima dies fidelibus semper est habita.] Apud Augustinum Autor qq. ex vtroque mixtim in 121. luculentum eidem festo pangit encomium. Hæ omnes, &, si quæ aliæ diei Paschatis exornationes, de S. Maximi sententia, cadunt æquè in diem Pentecostes; cum statuat, vtrumque hoc festum esse paris dignitatis: neque Pentecosten Paschati de nobilitate aut splendore concedere.

Nec est quod opponatur iuxta verisimillimam sententiam, de qua sect. 1. c. 5. pag. 41. Pentecosten dici *sabbathum secundo primum*, id est inter tria festa maximè inter Iudæos solemnia atque adeò prima, secundum erat enim festum Paschatis, & Pentecostes, & Scenopegiæ siue tabernaculorum. Inter hæc tria omnium celebertima festa, secundum ordine ac celebritate erat Pentecoste siue festum propitiatorium, quod proinde à Luca c. 6. dictum est secundo primum, tanquam vnum quidem è summis atque adeò primis festis, sed secundum dignitate ac ordine, si cum Paschate compararetur. Ita Maldonatus Matth. 12. *initio*. Cornelius Lucæ 6. ad v. 1. & Anton. Peres controu. 3. in Euang. c. 12. qui idem tribuit Toleto in c. 6. Lucæ annot. 1. Sed perperam, eum Toletus tantùm dicat illud Sabbathum secundo primum fuisse vnum ex septimis diebus claudentibus aliquam hebdomadam inter Paschа & Pentecosten; Accedunt ad eam expositionem qui illud Sabbathum accipiant de primo Sabbatho post secundum diem azymorum, vt Petauius ad Epiphan. Hær. 30. quæ est Ebionitarum, & Scaliger lib. 6. de emendat. tempor. c. 6. & isagoge Canonum p. 318. Ad rem tamen præsentem, nihil eorum, quæ à Iansen. c. 37. concord. & ab interpretibus Lucæ 6. necnon à Ribera lib. 5. de templo c. 1. n. 13. de Sabbatho secundo primo ex aliis multis proferuntur, magnopere refert. Nã qui illud Sabbathum aliud esse statuant quàm sabbathum sub Pentecosten, nihil ad rem nostram attinent. Qui verò voluerunt hoc festum esse ipsam Pentecosten, & refelluntur à Vasquez 3. p. d. 173. c. vltimo & non officiunt iis quæ profetebantur de dignitate diei Pentecostes Christianæ æquante dignitatem Paschatis Christiani: Agunt enim de Pentecoste Iudaïca, quæ si cessit dignitate Paschatis Iudaïcæ solemnitati, nihil hoc ad rem præsentem, quæ versatur circa Paschatis & Pentecostes compatarionem in lege nona. At S. Chrysostomus mox adducendus recte pronunciauit pluris apud nos esse debere festum constitutæ Ecclesiæ, & aduentus Spiritus Sancti, quàm omnia alia anteriora, quæ nobis parum contulissent si Spiritus Sanctus non aduenisset, & eò reuera spectabat vniuersa Incarnati Verbi Oeconomia. Itaque mandat Pentecostes Christianæ de dignitate contentio enm die Paschatis, & quæ Patres tam magnificè de die Pentecostes tradiderunt, rata habeantur.

Nos hnic diei, encomium haud vsquequaque ieiunum contexuisse videri possumus, cum monstramus, occœptum ea die fuisse ab Apostolis Christiani sacrificij vsum; ac proinde hanc esse diem Christianarum primitiarum, & oblationis spontaneæ; diem promulgatæ legis nouæ, & encœniorum Christianæ religionis; noui mundi natale; diem Insufflationis secundæ, & productionis noui hominis; diem instauratæ mysticè orbis terræ, & fundatæ ac inhabitatæ ciuitatis Dei, extersis ex eo solo bestiis sylnæ, à quibus incolebatur, diem dedicationis domus Dei, per illatum in eam cum pretiosissimis quibusque cœlestibus donis Spiritum Sanctum; diem Iubilæi ac indulgentiæ, diem initi belli fortunatissimi è quo salus nostra pendebat; diem disseminatæ primùm Christianæ doctrinæ. In summa, diem, ad quam omnia Christi mysteria collimarunt, indice Chrysostomo in c. 3. Matth. ad illud, *Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni*, vbi ait, Christum natum esse, ac passum, & suscitatum, vt Spiritus Sanctus conferretur, vti factum est in Pentecoste. Hæc eam diem ab omni æuo Christiano fecere venerabilem; vt non abs re nonnulli supplicium quod de morieræ adulteratoribus iudicio S. Dunstani sumendum ea die erat, dilatum vellent *ob reuerentiam*

rentiam tantæ dici : tametsi vir sanctus ea tecissione procrastinationis in plectendo crimine tantæ atrocitatis, quanta describitur in sancti illius viri Actis *pag. mihi* 104. dehonestari tantam diem non censuerit, ex peculiari Dei afflatu. Et sanè deletio illa facinorosorum, videri potuit opus pietatis erga Rempublicam, quod omni die licitum est iuxta illud Prosperi Epigrammate 82.

Non rectò seruat regalia sabbatha cultu,
Qui pietatis opus, credit in his vetitum.
Nulla dies actus hominem non damnat iniquos,
Omnia conueniunt tempora Iustitiæ.
Nec corrumpuntur virtutibus otia sancta,
Tantùm à peccatis libera corda vacent.

Nominatimque monetæ adulteratores experres esse indulgentiæ, quæ in Paschate criminosis concedebatur, constitutum est l. *Nemo*, C. Theodos. de Indulg. Crim. & in qq. latronum maximè Iaurorum, ne Paschalem quidem diem vacuum esse iustitiæ decretum est l. Próuinciarum præsides, C. de Feriis. Alia in hanc rem dabit Brissonius ad l. *Dominico*, de spectac. à pag. 43.

SECTIO II.

Adiuncta primæ celebrationis Sacrificij Christiani, in Pentecoste.

EVICTVS hactenus, primam Sacrificij Christiani celebrationem, factam esse in Pentecoste. Nunc exponenda sunt eiusdem primæ celebrationis adiuncta, vbi nimirum, à quo, & quomodò sit celebratum; qui item hostiæ fuerint participes, & quomodò hæc omnia se habuerint ad collationem Spiritus Sancti. Ordiar autem à loco, quia est circunstantia magis extrinseca celebrationi, quàm cæteræ de quibus agendum superest: & aptè subiungitur circunstantiæ temporis omnium maximè extrinsecæ, & hactenus tota prima tractationis parte discussæ.

CAPVT I.

Vbi facta, prima Christiani Sacrificij celebratio in Pentecoste,

LOcus iste, distingui multiplex potest. Vel enim est remotus & mediatus, vel immediatus & proximus. Locum remotum & mediatum nunc dico, ciuitatem in qua peractum primò est sacrificium in Pentecoste. Immediatus verò & proximus locus, de quo hìc est inquirendum, non modò est domus in ea ciuitate, sed etiam pars domus tantorum conscia mysteriorum, & altare seu sacra mensa ad vsum consecrationis adhibita. Attinganus ista sigillatim.

De loco remoto non potest esse dubitatio, suppositis iis quæ præmissimus, & mox subiiciemus. Monstrauimus enim, hoc sacrificium primò celebratum ab Apostolis esse in Pentecoste. Tunc autem Apostoli, ex Christi mandato sedebant in ciuitate, hoc est Hierosolymis. Ibi igitur factum est primum Sacrum Christianum. Fusè & eruditè id confirmat Demochares l. 2. de sacrificio c. 3. *toto.* Summa argumentorum est, quod iuxta Isaiam c. 2. Lex de Sion exitura esset, & verbum Domini de Hierusalem. Atqui lex individuum comitem habet sacrificium. Indidem igitur exiit sacrificium nouum. Et sic mons Sion ambitu Hierosolymæ conclusus, habet coniunctionem, id est correspondentiam, συναρτίαν, cum monte Sina, in quo lex Mosaica data est, & primò erectum tabernaculum ad oblationem cruentorum sacrificiorum. Et ibidem facta est prima sacerdotum consecratio & vnctio, & prima sacrificiorum per eosdem sic consecratos & initiatos oblatio, itémque prima Paschatis celebratio per filios Israël. Proportionalia verò mysteria in monte Sion contigerunt: quandoquidem ibi Christus, & sacrificium instituit, & Apostolos in Sacerdotes ac ministros sacrificij inaugurauit, & cum illis Paschà nostrum immolauit, atque comedit. Idem ergo locus delectus est, in quo Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum sacrificarent, & traditam à Christo incruentè offerendi potestatem exprimerent. Vnde meritò S. Epiphanius sub finem Anacephaleoseos, vocat Eucharistiam, *panem acceptum ab Ierusalem.* Sic maximè elucet ista coniunctio, id est correspondentia montium Sina & Sion, de qua Apostolus ad Galat. 4. Tametsi idem Apostolus Hebr. 12. demonstret, montem Sion longe præcellere monti Sina, quod cum aliis de causis valet, tum nominatim ob eam in qua versamur. Quæ enim Christi in Sion incruentè immolati, cum sacrificiis peculum in Sina peractis, comparatio? Cumulauit hæc Apostolorum sacrificatio in Sion, illas eius laudes ex aliis inibi gestis à S. Damasceno sic adunatas orat. 2. de Assumpt. Deip. [Diuina ac celebris Dauidis ciuitas, visibilis inquam illa & clarissima Sion, in qua lex litteræ completa, ac Spiritus lex dictata est, in qua Legislator Christus legale Pascha peregit, ac veteris Paschæ ille veteris ac noui Testamenti Deus tradidit, in qua ille Dei agnus qui mundi peccatum tollit, mysticam discipulis suis cœnam tradidit, ipsisque sese velut vitulum saginatum mactauit, ac veræ vitis vuam tanquam in torculari expressit; in qua Christus à morte ad vitam rediens, Apostolis conspectus est Thomæque, ac per eum vniuerso orbi fidem fecit; se Deum ac Dominum esse, duas naturas etiam post resurrectionem in seipso ferentem, eisque consentaneas duas operationes liberaque voluntates in sempiternum ævum perdurantes. Hæc Ecclesiarum arx est, hæc discipulorum domicilium. In hac sonorus ac permultis linguarum generibus pollens, igneámque formam gerens Spiritus aduenit, in discipulos fusus est. In hac Theologus Dei Genitrici quàm acceperat, quæ necesse erant, subministrabat. Hæc omnium orbis Ecclesiarum mater, matris Dei post Christi resurrectionem domicilium extitit.] De loco remoto primi Christiani Sacrificij, non plura. Est enim tes explorara, suppositio celebrationis primæ tempore suprà constituto.

Locus celebratæ primum Missæ.

Iam locus immediatus & proximus, qui domum,

Sectio I I. Caput I.

domum, & domus partem, & aliate complectitur, est paulò obscuriot. Quanquam quoad domum, non est ambigendum, quin illa ipsa fuerit, in qua Apostoli Spiritum Sanctum exceperunt. Et plerique ratum habent, quod illa ipsa fuerit, in qua Christus ipse sacrificauit & sacrificium instituit. Tradit hoc diserè Nicephorus l. 2. histor. c. 3. allegato Euodio Apostolorum successore, in Epistola quam inscripsit περὶ τῶν. Idem Nicephorus l. 8. c. 30. agens de S. Helena sic scribit. [In vrbem sanctam reuersa, in Sion amplissimum longè latéque coostruxit templum, in cuius postico domum circumclusit, in qua foribus clausis, propter metum Iudæorum, discipuli fuerant congregati: in qua etiam sacra Cœna peracta, sacráque pedum lotio, nec non Spiritus Sancti in cœnaculo aduentus, in quo primus quoque Hierarcha & Episcopus Iacobus renunciatus est.] Si igitur Christus cœnam vltimam confecit, & sacrificium instituit in cœnaculo, & ibidem Spiritus S. in discipulos congregatos descendit, vt S. Helena sensum fidelium secuta existimauit: habemus quid iuxta veteres pronunciandum sit, de domo in qua primò sacrificatum est ab Apostolis. Ibidem enim peractum primò est sacrificium, vbi Spiritus S. descendit, qui locus de veterum sententia fuit cœnaculum grande stratum, in quo peracta est cœna vltima. Idem fert sensus Turcarum. Sic enim scribit Dux Olixæ Epist. 2. memorans ingressum suum in hoc cœnaculũ anno 1583. [In ingressu statim calceos abiicere coacti sumus, qua etiam cæremonia Turcæ Moscheas ingredientes, vti consueuerunt. Admoniti quoque fuimus, ne in terram despueremus: nam Turcæ locum hunc in maxima veneratione habent; asserentes, Christum in hoc cœnaculo, magnam quandam cum Apostolis cæremoniam peregisse: qui postea singulari quodam miraculo, linguas igneas super capita accensas portabant: credúntque ibidem S. Spiritum in discipulos missum vt Actor. 2.] Attingit ex his aliqua Adricomius in descriptione Hierusalem num. 6. Itaque quod domus in qua Apostoli primò sacrificarunt, fuerit domus in qua erat cœnaculum ob supremam cœnam celebre, rarum esto.

Ambigunt verò non panci, an domos illa (quod Euodius citata Epistola scripsit), fuerit domus Ioannis Euangelistæ. Subscribunt quidem Enodio Nicephorus l. 2. c. 3. & l. 11. c. 28. & Alexander Monachus in laudatione S. Barnabæ. Fortéque eodem recidit, quod Hippolitus Thebanus in Chronico, prodidit eam domum fuisse Zebedæi patris Ioannis: potuisset enim postea ad filium deuolui, eius domus possessio. At Amalarius & Honorius in Gemma animæ l. de antiquo ritu Missarum c. 38. aiunt eam domom fuisse Ioseph ab Arimathia, quem Matthæus c. 27. vocat *diuitem hominem*, Marcus verò cap. 15. appellat *nobilem decurionem*. Prisco è Septuag. duobus discipulis vni, eam domum tribuit Petrus de Natalibus l. 1. hagiologij c. 17. & lib. 8. c. 7. Simoni leproso eam assignat Theophilactus. Plerique veterum tribuunt Ioanni Marci filio, Barnabæ consobrino. Magnum vt vides dissidium de re tenui, & quæ frustra vestigetur. Parum enim interest scire, cuius fuerit ea domus, cum Euangelistæ nomen eius presserint; ob causas, de quibus in Tractatione de Inda cap. 9. num. 3. Quem ergo Spiritus Sanctus de nomine expressum noluit, quid solliciti sumus exprimere? Satis esto, quod vir copiosus fuerit, vt cœnaculum grande stratum indicat: & quod tametsi aute cœnam vltimam discipulus Christi non fuerat, vt ex Chrysostomo dixi loco annotato; tamen ad petitionem Christi, refectionem, id est domus partem ad reficiendum, & Pascha manducandum, sibi apud ipsum per duos discipulos deposcentis, mutatus in vtrum alterum, non modò Christum exceperit, sed etiam Apostolis religiosè cesserit eam domum, in qua tot & tanta mysteria à Christo edita intellexit; ita vt ibidem exceptus sit Spiritus Sanctus, & primum Christianum sacrificium per Apostolos celebratum.

Pars domus in qua sacrificatum est ab Apostolis, non alia fuit, quàm illudmet cœnaculum grande, in quo peracta est cœna vltima. Quod autem cœnaculum esset locus editus & in domo superiore, (quale illud ὑπερῷον in quo Castores sunt editi, malè detortum ad onum gallinaceum), cum esset cœnario sine pars excelsa domos: hanc loci sublimitatem Patres ad mysticum sensum diuinè accommodarunt. Sanctus Ambrosius scribens ad Episcopos Æmiliæ, ait fideles inde commoneri, sacrificantes & sacrificio fruentes, non debere ad terrena descendere, sed superiora capessere. Iuo Epistola 65. ex eius loci excelsitate, colligit sacerdotium esse quid excelsum in Ecclesiam: & supra omnia elatum ac sublime. Nazianzenus orat. 44. reddens rationem, cur Spiritus Sanctus in sublimi cœnaculo sit collatus, ait id factum [propter eorum qui accepturi sunt Ascensionem, atque à terrâ subuectionem: nam & cœnacula quædam dininis aquis, à quibus Dei quoque laudes celebrantur, regi audiuimus. Atque ipse Iesus, cùm sublimioribus rebus discipulos initiaret, mysterium ipsis in cœnaculo impertit, vt illud indicetur, partim Deum ad nos descẽdere oportere, quemadmodùm olim in Mose contigisse scimus, partim nos ad eum subuehi, sieque inter Deum & homines consortium iniri, viriúsque videlicet dignitate inter se commixta. Quamdin autem & ille in sua specula, & homo in humilitate sua manserit, nec bonitatem ipsius vllomodo misceri, nec benignitatem communicari posse: chaos enim, magnum & inextricabile interiectum esse, non modò diuitem à Lazaro, & expetendo illo Abrahæ sinu dirimens, verùm etiam procteatam & fluxam, atque caducam naturam, ab increata & stabili.]

Hoc est, quod Esaias cap. 42. præunciarat, de Spiritu iis dando qui sunt super terram, & illam calcant. Quod creditus Augustinus l. 2. de Incarnat. cap. 17. In hunc sensum interpretatur: & optimè germanus Augustinus l. 2. de anima & eius origine cap. 14. Agens enim aduersùs Vincentium, qui eum locum Esaiæ, *qui dat flatum populo qui est super terram*, trahebat in sensum hæreticum, sic disserit. [Si flatu non posset significari Spiritus Sanctus, non

Dominus

Dominus post resurrectionem insufflasset discipulis, & dixisset, *Accipite Spiritum Sanctum.* Neque scriptum esset in Actibus Apostolorum, *Factus est subitò de cœlo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & visa sunt illis linguæ dimissæ sicut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum, & impleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Quid si hoc Propheta prænunciauit, dicens; *Qui dat flatum populo super eam.* Et tanquam exponens quid dixerit *flatum*, repetuit atque ait, *& Spiritum calcantibus eam.* Tunc enim euidentissimè factum est, quando impleti sunt omnes Spiritu Sancto. Aut si nondum dicendus est populus, ecutum viginti hominum, qui tunc in loco vno aderant, certè quando simul quatuor vel quinque millia crediderunt, & baptizati acceperunt Spiritum Sanctum, quis dubitauerit simul populum accepisse Spiritum Sanctum, & multitudinem quæ ambulabat in tecta, id est, homines calcantes terram? Nam ille qui datur ad natutam hominis pertinens, siue ex propagine detur, siue nouus insufflatur, (quorum nihil affirmandum esse dico, donec alterutrum sine vlla dubitatione clarescat:) non datur calcantibus terram, sed adhuc materno vtero inclusis. Dedit ergo flatum populo super terram, & Spiritum calcantibus eam, quando multi simul credentes, simul repleti sunt Spiritu Sancto.] Et inferiùs. [Ex hac prophetica sententia, etiam elegans ille sensus exculpitur, quod ita dixerit, *calcantibus eam*, vt vellet intelligi *contemnentibus eam.* Qui enim accipiunt Spiritum Sanctum, amore cœlestium terrena contemnunt.] Volo idipsum illustrare antiquiore testimonio. S. Irenæus l. 5. contra hær. c. 12. præfatus in superioribus omnino multa de Spiritus diuini communione nobiscum, & depulsione mortis ac corruptionis per eum, ait, vitam primam non fuisse stabilem, quia collata fuerat per flatum siue afflatum, iuxta illud: *Insufflauit Dominus in faciem eius spiraculum vitæ*; At posteriorem vitam ex se esse perennem, quia per Spiritum Dei animæ nostræ communicatum, est collata. [Aliud est enim afflatus vitæ qui & animalem efficit hominem, & aliud Spiritus viuificans, qui & spiritalem efficit eum. Et ideò Esaias ait, *sic dicit Dominus qui fecit cœlum & finxit illud, qui firmauit terram & quæ in ea sunt: & dedit afflatum populo qui super eam est, & spiritum his qui calcant illam.* Afflatum quidem communiter omni qui super terram est populo, dicens datum: Spiritum autem propriè, his qui conculcant terrenas concupiscentias. Propter quod rursus ipse Esaias, distinguens ea quæ prædicta sunt, ait, *Spiritus enim à me exiet, & flatum omnem ego feci.* Spiritum quidem propriè in Deo deputans, quem in nouissimis temporibus effudit per adoptionem filiorum in genus humanum, afflatum autem communiter in conditione & factura ostendens illum. Aliud autem est quod factum est ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, Spiritus autem sempiternus. Et afflatus quidem munus ad modicum & tempore aliquo manens; deinde abiit sine spiramento aliquo relinquens illud in quo fuit ante, Spiritus autem circumdans intus & foris hominem, quippè semper perseuerans, nunquam relinquens eum.] Sic Irenæus. Igitur subuectio in cœnaculum, facilè referri potest ad communicationem Spiritus Sancti faciendam iuxta Isaiæ prænuntiationem, iis qui super terram eminent, nec per affectum iacent deorsum, sed terram & caduca omnia calcant ac despuunt, quod insigniter fecere Apostoli in Pentecoste.

Locus celebrate primùm Missæ.

Altare (de quo dicendum postremò recepetam) adhibitum in cœnaculo fuisse ad hoc primum sacrificium, vix puto dubitari posse. Scio non defuisse, qui absque altari sacrificarint, etiam adulta iam Christianitate. Sic Theodoretus c. 20. 3109. testatur se in gratiam Anachoretæ, cui nomen *Maris*, sacrificasse, vsum pro altari Diaconorum manibus. De S. Luciano Martyre scribit Metaphrastes 7. Ianuar. cum in carcere detineretur, pectore suo pro sacra mensa vsum, sacrificasse die sacra Theophaniorum. Verùm quod ex necessitate aliquando est factum, non est trahendum in exemplum, extra necessitatem, qua Apostoli non vtebantur, cum adhuc tranquillè agerent in cœnaculo. In exemplis autem propositis, tes aliter habuit. Nam Matis ille in abditissima eremo degebat, iampridem expers diuinorum Sacramentorum: & ardentissimè expetiit à Theodorcto, pane cœlesti reficì. In vasta autem solitudine deerat mensa; ac proinde Theodoretus absque altari egit tem diuinam, ob summam necessitatem. Eadem summa necessitas pressit S. Lucianum in carcere detentum, quò non licuit per milites & custodias infideles mensam inferre, quantumuis fideles pro ea impendenda sategisse, testentur Acta; quæ addunt, fideles qui aderant, ad rem Ethnicos, & custodias celandam; circumstetisse in orbem S. Lucianum. Cum ergo Apostoli in euentu de quo agimus, nulla vrgerentur necessitate sacrificandi absque mensa, videtur certum, quod eam adhibuerint ad sacrificium.

CAPVT II.

A quo celebratum in Pentecoste primum Sacrum.

DVas hac de re inuenio sententias, quibus ex coniectura adiungam tertiam.

Prima sententia eorum est, qui censent sacrificarum primò esse à S. Iacobo Episcopo Hierosolymorum, cognomento *Iusto, & fratre Domini.* Ita Antonius Molina in Sacerdotum Instructione Tract. 3. c. 2. Cornelius à lapide, prolego. in Epist. Iacobi §. 10. Baltazar Paëz q. 6. proœmiali in Epistolã Iacobi, & Genebrardus in S. Dionysij Liturgiam c. 7. adducens pro se Egesippum apud Eusebium l. 2. hist. c. 22. necnon S. Epiphanium hær. 79. Apud neutrum tamen, inuenio quod rem conficiat. Nam quod Genebrardus allegat ea Eusebij verba, *Iacobum fratrem Domini ab Apostolis primum fuisse constitutum Episcopum & Liturgum*, in versione Christophorsoni ad Græcum Codicem exacta, haud ita habetur, sed hoc modo. *Iacobus frater Domini, Ecclesiæ administrationem vnà cum cæteris Apostolis suscepit* Quo pacto, locus ille nihil Genebrardi causam promouet. Idem

Sectio I I. Caput II.

ex Epiphanio hæc verba refert. *Mysteriorum & sacrificij dux inter Apostolos Iacobus.* Sed hæc verba apud Epiphanium non compàrent; Tantúmque apud eum legitur, Apostolos fuisse mysteriorum duces, eum S. Iacobo primo Hierosolymorum Antistite. Quod autem S. Iacobus Hierosolymis primum Episcopum egerit, non probat ei delatum esse munus primò sacrificandi. Nam aderat plenarium Concilium Apostolorum, ipséque vertex Ecclesiæ S. Petrus; in quorum præsentia, prærogatiuæ Ordinarij non habebant locum. Quid quod S. Iacobus, in Pentecoste nondum erat consultutus Episcopus Hierosolymorum, vt notauit Tirinus in Chronico sacro c. 50. post Baronium anno 34. si igitur S. Iacobus tunc nondum erat Episcopus Hierosolymorum, quod postea per S. Petrum, de assensu cæterorum Apostolorum est consecutus, teste Chrysostomo hom. 87. in Ioan. imbelle est argumentum, pro vendicanda illi prima sacrificatione, peritum ea eo quod ipse esset loci Ordinarius, cui id ex officio & peculiari prærogatiua competeret.

Nec plus vrgent, quæ pro ea prima sententia adduci possunt, ea prima Liturgia S. Iacobo adscripta, vt videre est apud Bosium l. 13. de signis c. 3. Inde enim tantùm habetur, S. Iacobum celebrasse Sacrum ministrante sibi S. Stephano, quod affirmat adductus ibi S. Ignatius Epistola ad Heronem, & Epistola ad Trallianos. Sed quid hoc ad præsentem causam? Indidem quoque habetur S. Iacobum scriptis commisisse formulam Liturgicam, quam agnoscunt Synodus Trullana can. 32. S. Proclus libello de traditione diuinæ Liturg. & Nicolaus Methonensis l. contra hæsitantes, passimque alij. Et sunt qui addant, S. Iacobum fuisse primum qui huiusmodi Liturgicam formulam conscripserit, vt habere Synodum Constantinopolitanam 227. Episcoporum, refert Genebrardus, adducens item Chrysostomum, agentem contra Hydroparastas. Sed quæ sit illa Synodus Oecumenica Constantinopolitana 227. Episcoporum, me latet. Alium quippè numerum Antistitum, in omnibus Conciliis Oecumenicis Constantinopoli celebratis, signatum lego. Verisimile tamen est, adduci à Genebrardo Synodum Constantinopolitanam in Trullo habitam, de cuius autoritate, & Antistitum in ea numero, variant sententiæ. In ea verò tametsi traditur id quod Gratianus tetulit de consecr. distinc. 1. c. *Iacobus*, nempe S. Iacobum scripto commisisse Liturgicam formulam, non tamen habetur, eum fuisse primum qui talem formulam scriptis commiserit, prout à Genebrardo allegatur. Sed neque id habet S. Chrysostomus ab eodem Genebrardo adductus, agens obiter contra Hydroparastas, homil. 83. in Matth. Nam ibi, ne meminit quidem Liturgiæ S. Iacobi. Videtur ergo Genebrardus, ea eo quod in Canone Trullano legisset allegatum S. Chrysostomum, moaque etiam reperisset memorari in eo Canone S. Iacobum, *cui primum Hierosolymitana Ecclesia thronus est creditus*, scripto tradidisse formulam mystici sacrificij; commiscuisse per incogitantiam ea loca, quasi eodem spectarent; in quo certè falsus est: in eo item deceptus, quod censuit, & apud Chrysostomum, & in Synodo Constantinopolitana, asseri S. Iacobum primùm fuisse qui Liturgiam scripto commiserit, quod neutrobique habetur, etiam si fortassis sit verum. Nam quod S. Proclus l. de tradit. diu. Liturg. primo loco inter Scriptores Sacræ Liturgiæ, recenset S. Clementem Rumanum, fortassis factum est ob prærogatiuam Romanæ sedis, qua Clemens potiebatur; etiamsi scripserit post S. Iacobum, qui à Proclo numeratur secundo loco. Quanquam cum S. Clemens à B. Petro edoctus, non nisi quæ à Magistro acceperat scriptis commiserit; fortassis S. Proclus per Clementem insinuare voluit S. Petrum, à quo acceptisse ordinem Liturgiæ ipsum S. Iacobum, scribit Baptista Scortia l. 1. de Missa *ipso initio*. Vt vt verò ista se habuerint, id est siue S. Iacobus fuerit primus qui formulam Litutgicam scripris tradidit, siue non fuerit primus, nihil hoc ad probandam, quòd primum Sacrum celebrauerit in Pentecoste.

Secunda sententia statuit, primum qui in Pentecoste sacrificauit, fuisse S. Petrum. Ita latè Democharcs l. a. de sacrif. c. 5. Inde argumentatus, quod nemo sit Apostolorum, cui aptiùs & conuenientiùs ea prima sactificatio tribui possit, quàm S. Petro Apostolici cœtus coryphæo. Quis verò ei, prærogatiuam tam diuini muneris primo loco obcundi, ipse ausus esset præripere? Idem S. Petrus, plerumque ab antiquis denominatur *radix Hierarchia Ecclesiastica, & fons ordinis Sacerdotalis*. Et fuerunt qui dicerent, Sacerdotalem ordinem post Christum à S. Petro cœpisse. Signaui in eam sententiam antiquorum dicta, in Corona aurea super Mitbram, in Epilegomenis subnotatione 2. veritate 11. Vbi legitimum illorum dictorum sensum, non indiligenter exquiro. Et quanquam verisimilius est, qui ita fuit locuti, non intendisse per ea verba arrogare S. Petro primam sacrificationem in Pentecoste; tamen non inuerisimiliter dicitur, S. Petrum tanquam Sacerdotalis ordinis fontem, debuisse primum obire Sacerdotalia munera, quorum præcipuum & summum est sacrificare. Quare secunda hæc sententia, pro qua Democharet certat, est valdè probabilis. Eique adscribitur Ioannes Antonius Pallota l. 1. de Missa c. 2. allegans S. Clementem Epist. 2. & Isidorum l. 2. de Officiis cap. 13. sed apud hunc non agitur de prima Missæ celebratione per S. Petrum, sed de confectione formulæ ex qua esset sactificandum, quam adscribit S. Petro primo autori, non absque cæterorum Apostolorum suffragio, vt visum quoque est Thomæ Valdensi Tomo 3. tit. 4. cap. 28. Nobis autem hoc loco sermo est non de confectione & concinnatione primæ formulæ ea qua peragendum esset sactificium, sed de prima ipsa sacrificatione, quam S. Petro adscribendam duximus.

Tantum videtur opponi posse, narratio quam habent Volaterranus Card. l. 11. Geograph. Petrus Canisius l. 5. de B. Virgine c. 33. Fercolus Locrius l. 3. Mariæ Augustæ c. 1. & Hippolitus Marraccius in Opere de Pontificibus Marianis c. 1. & in Apostolis Marianis c. 2. Referunt ergo hi Aurores, S. Petrum ex veteri traditione Tripolitanorum, primum apud ipsos

ipsos fecisse Sacrum *Antaradi* in Syria, qui oppido nunc est nomen *Tortosa*. Ibi ferunt esse sacellum, quod B. Petrus omnium primus B. Virgini excitauit. Ecclesiolam vocat, & eius cum elogio frequentium inibi miraculorum, meminit Iacobus de Vitriaco in Histor. Orient. c. 44. Si igitur primum Sacrum factum est Hierosolymis in Pentecoste, & S. Petrus primùm sacrificauit Antaradi in Syria post digressum ab aliis Apostolis; non potuit ipse esse, qui sacrificauit absolutè primus inter Apostolos. Hæc tamen difficultas facilè elidi potest. Nam quod S. Petrus primus sacrificarit in eo sacello ad bouotem Deiparæ excitato, non obstat quominùs primus quoque sacrificauerit Hierosolymis in Pentecoste. Itaque S. Petrus primus in petuetusto illo sacello sacrificauit, per comparationem ad cæteros, qui deinceps ibi sacrificarunt non tamen iucœpit ibi sacrificare absolutè, seu ita vt uullibi antea iuasset diuina hostia. Sicut accipimus quod de primo S. Petri sacrificio Romæ peracto in templo S. Prudentianæ, vbi etiamnum & locus & ara vbi primùm ille sacrificauerit ostenduntur; verba sunt Lindani in Apologia pro Liturgia S. Petri c. 16. Et eodem etiam modo accipimus quod alij referunt de primo S. Petri Sacrificio Neapoli peracto in eo loco qui exinde dictus est *S. Petrus ad Aram*, in templo Canonicorum Regularium, cuius loci tanta est religio, eam maximè ob causam peracti primùm inibi à S. Petro Sacrificij, vt anno Iubilæi iisdem cæremoniis ac ritibus & sacris fauoribus frui ibi liceat, quibus Romæ vt scribit Ludouicus Majoranus l. 3. de vero Dei cultu cap. 35. Multa etiam de eo Sacro loco habet Liudanus c. 17. citatæ Apologiæ. Omnia ista (vt dixi) accipienda sunt de prima ils locis sacrificatione per D. Petrum comparatione facta cum aliis qui ibidem postea sacrificarunt, quamuis anteriùs S. Petrus alibi sacrificauerit, ac primùm omnium absolutè, Hierosolymis.

An similiter elidi possit, quod ait Hugo Victorinus l. 2. de Sacr. p. 8. c. 14. & Remigius adductus à Valdensi t. 3. cap. 28. num. 7. viderint alij. Asserunt Hugo & Remigius, S. Petrum primò celebrasse Missam Antiochiæ. Quod fortassis valere potest de Missa certo ritu celebrata, qualis ab illis Autoribus describitur: refragante Valdensi, qui fabulam esse ait, quod ferebatur de ternario orationum præfectipto in eo ritu. Eodem autem iure insimulari potest falsitatis tota narratio, cum nullius antiqui & idonei testis suffragatione nitatur. Sed si placeat narrationem illam admittere, temperanda est modo prædicto; vt scilicet S. Petrus, ex certa illa formula Liturgica primùm sacrificarit Antiochiæ: quamuis ex alia formula de qua postea, iam sacrificasset Hierosolymis. Sanè S. Petrus, vt notat Eusebius in Chronico, Antiochiæ sedere cœpit anno Tiberij vltimo: hoc est Christi trigesimo nono, ad quem annum idem confirmat Baronius. Quis autem credat, Apostolum per tot annos abstinuisse sacrificio?

Tertia sententia, ita admittit secundam proximè propositam, vt tamen addat, non solum S. Petrum sacrificasse ritu Christiano in Pentecoste, sed vnà cum eo alios quoque Apostolos, idem sacrificium peregisse: sicut videmus in nouorum Sacerdotum inauguratione, Episcopum simul cum Sacerdotibus tunc sacerdotio initiatis, sacrificare. Similiter ergo S. Petrus, in prima Sacri celebratione, veluti auspex & ductor erat: alij verò Apostoli aderant vt cooperanti ad obeundam eandem sacrificij actionem. Videri possit hoc voluisse Hesychius, adductus Sect. 1. cap. 2. Affirmat enim Apostolos in Pentecoste sacrificasse, nec definitè ait hunc aut illum id munus obiuisse, sed indistinctè id tribuit omnibus. Vt autem singuli, seorsim quisque ab alio sacrificarint, fuerintque eodem tempore 12. sacrificia incruenta circa diuersas materias, non coheret cum ea ordinata ab vno auspicatione, quam in rebus minoris momenti seruatam liquet.

Quis primus Apostles Christianus.

Quid si verò ex hoc S. Petri facto, manauit vsus Romanæ Ecclesiæ, vt Sacerdotes noui, omnes in sua inauguratione cum Episcopo consecrent? Incommodè enim aliqui, nioni eam esse imitationem celebrationis Christi coram Apostolis in suprema cœna. Hoc liquet dici non posse, cum tunc solus Christus consecrauerit: Apostoli autem tantùm participarint de pane & calice à Christo consecratis. Igitur non incongruè illius ritus origo repetenda videtur à facto S. Petri in Pentecoste, cum ei coryphæo & auspici primi Sacrificij, affuerunt cooperantes reliqui Apostoli. Et quamuis vsus ille quo plures simul eandem materiam consecrant, nonnullis pateat implexitatibus Scholastici minuuloquij propriis, in quibus extricandis minùs feliciter operam posuit Petrus Soto lect. 13. de Euchar. tamen vsus est sanctus, quem omni reprehensioni contra Durandi temeritatem, meritò subducunt Vasquez 3 vp. d. 218. & Suarez t. 3. 3. p. disp. 61. Sect. 4. Verisimile igitur est, id nunc in primo Sacro Sacerdotum recèns initiatorum vsurpari, quia ita factum est à S. Petro & cæteris Apostolis, in prima celebratione Sacrificij Christiani. Nec sanè difficilè fuit Spiritui Sancto, ita moderari omnium Apostolorum pronunciationem in eo primo Sacro, vt nullus alterum anteuerteret; quod offecisset validitati consecrationis per alios; sicut nunc fetè obstat, quominus noui Sacerdotes in sua initiatione reuera consecrent cum Antistite. Cauent enim sollicitè; ne illum anteuertant; & vix possunt eum hoc subsequi, atque adeò nihil efficiunt. Antistes quippè verbis prægressus, executionem consecrationis anteoccupauit. At Spiritus Sanctus qui scientiam habet humanæ vocis, & linguæ gubernacula conuenientes ad scopum sibi propositum moderator, facilè potuit hoc incommodum in SS. Apostolis cum B. Petro primùm sacrificantibus præcauere. Non occurrit quod vsquè hanc tertiam sententiam quatiat.

Sectio II. Cap. III.

CAPVT III.

Quo externo Sacrificantis apparatu, peragi a primi incruenti Sacrificij celebratio in Pentecoste?

CIrca hoc adiunctum, quæri tantùm posse videtur, quibus vestibus indutus sacer minister, obierit munus primò Sacrificandi: an scilicet id executus sit cum profana & communi veste, an contectus Sacro aliquo indumento, quod extra Sacrificium vsui non esset. De externo autem apparatu, non ipsius Ministri, sed altaris seu mensæ Sacræ, vix aliud dici potest, quàm omnia decenter se habuisse, vt par erat in re tanta religiosissimos summorum mysteriorum choragos se gerere. Nominatimque videntur adhibuisse lumina. Nam vsus eorum in sacris, & apud Hebræos & apud Ethnicos quoque, religiosè vigebat: vt monstrat Baronius anno Christi 58. ac Stephanus Durantus l. 1. de ritibus c. 8. & Martinus à Roa l. 2. singular. à c. 14. Iure igitur supponimus, eum vsum non fuisse ab Apostolis in primo Sacro prætermissum. Reliqui autem apparatus, mensam Sacram spectantis, tametsi mentio est apud Clementem Romanum Epistola 2. ad Iacobum Fratrem Domini; ideóque dubitare non liceat quin sit antiquissimus, illustrationem hîc non tento, quoad primi Sacri in Pentecoste celebrationem. Tantum de veste Sacra, quæ ipsius Sacrificantis operimentum & ornamentum est, pauca subiicio.

Adhibitam esse ab Apostolis ad hoc primum sacrificium, vestem Sacram à profana distinctam, negabant Hugo de S. Victore l. 2. de offic. c. 11. ac Vvalfridus l. de rebus Eccles. c. 24. quibus visum est, Apostolos sacrificasse indutos quotidianas & communes vestes. Si enim ita se habuerunt Apostoli passim, quanto magis in primo sacrificio? solent enim semper initia esse incultiora & informiora. Contrarium tamen vsum Apostolorum, per multum saltem tempus posterius, agnoscit ipse Hugo, vt mox referam, & idem habetur ex Clemente 8. Constit. c. 16. vbi Puntifex & Sacerdotes, iubentur ad altare accedere induti vestem λαμπρὰν, ex decreto Apostolorum. At ea vestis splendida, non erat haud dubiè vestis communis & quotidiana; quam qui induunrut, in domibus Regum sunt. Erat igitur vestis Sacra, ad vsum dumraxat Sacrificij: quam adhiberi minimè mandassent Apostoli, nisi ipsimet quoque eam adhibuissent, ad arcendam profanitatem, & religionem in sublimi illo munere externa specie præferendam. Et ita Postulat decorum, cui Spiritus Sanctus, qui est *ipsum decens*, (sic Pithagoræi Deum nominabant,) semper & vbique seruit. Quàm enim despicabiles sunt Poppæ Caluiniani, iisdem vestibus vtentes inter peragendam cœnam Domini, (scilicet), quibus in macello, & culinâ, aliisque sordidioribus locis amiciuntur? Reges sanè & Magistratus inferiores in publicis actibus aliter vestiti prodeunt, quàm passim alibi, in vita communi. Itaque haud dubiè Apostoli vestes Sacras adhibuerunt ad vsum Sacrificij, vt honestati & decoro consulerent. Eáque ratio suader, adhibuisse huiusmodi vestem, etiam ad primum Sacrificium. Sanè Aaron sacrificans, vestem Sacram indutus est, etiam primo sacrificio, fuitque ea in parte figura Apostolorum in Pentecoste sacrificantium, vt expendit Hesychius l. 2. in Leuit. Vt ergo figura respondetet veritati; par fuit, Apostolos etiam in primo sacrificio, amiciri veste Sacra. Ipsi Rabbini, agnoscunt tertium templum, de quo Ezechiel cap. 40. esse templum Messiæ; & Ministros ibidem Deo seruituros, fore Sacerdotes Ecclesiæ Christianæ, quod nomen Apostolis quadrauit, etiam quoad primum Sactum. Atqui de illis templi tertij Ministris, sic præcipitur eo c. 40. *Lotos aqua, indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi.* Num primum ministerium Apostolicum ad altare exhibitum, postetioribus de dignitate concessit? aut opetosum Spiritui Sancto, fuit. Sacrum amictum in eo primo ministerio ex flagrantissima Ministri primarij & quotumuis astantium pietate obeundo prondete, né cultu profano obsolesceret prima & maximè solemnis diuinæ victimæ apud Christianos immolatio? Hoc igitur generatim ratum esto, Apostolos veste Sacra ad sacrificij Christiani vsum peculiariter adhibita, ministerium suum honestasse, idque decus primo sacrificio non negasse, quamuis Chtistus, (vt Isaac in Inuectiua contra Armenos c. 8. notauit,) peragens incruentum sacrificium, nulla veste Sacra sit vsus, quia sub cœnam vsualem & communem sactificauit.

Cuiusmodi verò ea vestis Sacra fuerit, exprimere determinatè non possumus, quoad primum præsertim sactificium. Non enim occurrit, qui vestes Sactas in eo adhibitas signatè expresserit; tametsi de Apostolorum vestibus, progressu temporis in Sacro ministerio vsurpatis, nonnulla leguntur. Sic Hugo Victorinus l. 2. de Sacram. parte 4. cap. 13. parum cohærenter ad ea quæ alibi tradit, vt supra retulimus, memorat collobia Apostolorum, quæ adiectis postea manicis in Dalmaticas transierunt. Thomas Valdensis Tomo 3. cap. 29. num. 12. adducit locum ex Actis S. Sylucstri, quibus proditur Euphrosium Pamphyliæ Episcopum, vti solitum ad sacrificandum, collobio candidissimo, quod aiebat fuisse S. Iacobi Apostoli. Eiusdem S. Iacobi Apostoli Poderem & superhumerale seu Pontificalem stolam Hierosolymis ad annum vsque 870. honorificè asseruatam à Theodosio Hierosolymotum tunc Antistite, cum aliis sactis munetibus transmissam ad S. Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum in huius Sancti viri Actis asserirur. De veste Sacra sancti Ioannis Euangelistæ, quâ inter sacrificandum vtebatur, ad sanctum Gregorium magnum transmissa, meminit Ioannes Diaconus l. 3. vitæ Sancti Pontificis cap. 59. Ageus enim de particulis vestis Sacræ B. Ioannis Euangelistæ, loci brandetum per Pontifices posteriores transmissis, ait eo nomine donati Romæ solitos binas vestes, vnicam scilicet atque Dalmaticam in Basilica Constantiniana sub altari S. Ioannis asseruati solitas, quarum ibi multa miracula describit.

describit. Et Dalmaticam quidem censet fuisse Paschasij Diaconi S. Gregorio 4. dialog. laudati. Tunicam verò tribuit S. Ioanni. Siquidem [Euangelista qui tot annis post passionem Domini, Pontificium gereos Missarum solemnia frequentissimè celebrabat, sine Sacerdotalibus esse oequaquam vestibus potuit.] Nimirum etiam si initio, tes alicui possent videri fuisse infames iuxta præclaram Tertulliani obseruationem de ruditate initiorum l. de vel. virg. c. 1. Tamen quin paulo post sint expolitæ, nemo verisimiliter dat inficias. Atque ita S. Ioannes qui diu post primam Missam solemniter celebraram superstes fuit, & frequentissimè ritu Christiano sacrificauit, haud dubiè sacra veste peculiari vsus est ad Sacrum Ministerium de S. Petri planeta Patistos Aotiochia ad templum S Genouefæ, mentio est in vita S. Hugoois Cloniacensis. Sed & S Stephani protomartyris Sacram tunicam, qua induebatur ministrans B. Iacobo Apostolo in tremendo Sacrificio, vt B. Ignatius Martyr prodidit, Theodosius iunior Imperator cum sacris reliquiis Beati illius ptimicerij martyrum tepertam ad Bisuotinos sacrum munus transmisit, vt scribunt nonnulli. Chiffletius tamen 2. p. historiæ Vesontionensis cum de S. Chelidonio Archiepiscopo eius Vrbis XV. Theodosium iuniorem misisse ait Vesontionem S. Stephani brachium, silens de Dalmatica. Imo ibidem inferius ait Dalmaticam S. Stephani missam esse Vesontionem à S. Helena, quæ eam vestem vnà cum sanguine B. Protomartyris acceperat à Macario Hierosolymitano & ad S. Stephani ædem Vesontione olim abs se constructam, postea transmisit. Id quod eundem Scriptorem & doctum & accuratum notare memini in Hilario V. Archiepiscopo cum eam sanguinis transmissionem tunc factam describeret. Et mox etiam addit Berouinom Archiepiscopum Caroli Magni æqualem partem illius Dalmaticæ S. Stephani in maiori altari Ecclesiæ S. Ioannis conclusisse, quæ nunquam ex eo tempore inducta fuerit. Audio verum doctissimum Andream Saussayum libro de variis S. Stephani translationibus de ea sacra S. Stephani tunica disseruisse more suo pererudite. Sed eum librum necdum videre licuit, etsi ab Autore allegatum memini in Opere de mysticis Galliæ Scriptoribus, Tractatione de pallio Archiepiscopali cap. 1. Ex quo oprima in rem nostram confirmatio peti potest pro veste Sacra sacerdotali S. Iacobi, & reliquorum illius temporis Liturgorum. Nam si Camillus io Sacro ministerio cooperarius sacram tunicam indutus est inter ministrandum, nec eum profana & communi veste Sacro ministraoit, quanto magis par fuit. ipsum sacerdotem in eo diuino opere conficiendo, Sacris & non communibus vestibus amiciri, vt de S. Iacobo cui S. Stephanus ministrasse prodirut, consignarum literis reliquit S. Ignatius, scribeos ad Trall. De Sancto itaque Petro, idem statuo, nihil moratus sanna Nicolai Alemannij, qui vsum Planetæ, atque adeò reliqui apparatos sacrarum vestium. Apostolis & Apostolicis viris, nominatimque à S. Petro, fuisse adhibitum, ait omnibus doctis improbari, & explodendum esse vt pertidiculum. Ita ille in dissertat. de Patrinis Lateranens. cap. 9.

Externus ad primam Missam apparatus.

Fuerunt etiam qui existimarent, penulam de qua Apostolus 2. Timo. 4. fuisse vestem sacram, quam vulgo *planetam*, aut *casulam* dicimus. Idque Græcis significare vocem φαιόλιον aut φελόνης, quam Interpres vertit *penulam*, notauit Baronius anno Christi 59. & Ludou à Cetda in Aduersariis sactis cap. 36. num. 12. Quanquam ego quidem ægrè adducor, vt penulam Paulinam ad hoc negotium aduocem. Nam tametsi admitto, S. Paulum habuisse sacras vestes ad vsum sacrificij, quæ iuxta solemnem D. Augustini regulam, sunt traditionis Apostolicæ, cum earum vsus vninet salutet in Ecclesia vigeat absque initij posterioris designatione: Tamen eam penulam de qua Paulus ad Timotheum scribebat, fuisse vestem communem, habeo persuadissimum. Nam disertè Tertullianus cap. 6. Apolog. *penulam* sumit pro lacerna itineraria, imbri ac frigori arcendo accommodata; io qua etiam notione vsurpatur vox *penula* apud Lampridium in Alexandro, & apud Spartianum in Adriano. Nec desciuit ab ea *penulæ* notione, idem Tertullianus l. de orat. c. 12. quem Corocilius 1. Timot. 4. censet, penulam Paulinam habuisse pro veste sacra ad vsum sacrificij. Haudquaquam ita est. Ibi namque Tertullianus, tantùm ait, ridiculos esse qui de more Gentilium, de quo libro 4 de virtutibus num. 274. adorabant positis penulis: nisi si Paolum putarent, Troade posita penula orantem, oblitum esse post orationem penulam resumere ptiusquàm Troade digrederetur. Hæc Quomodò ad sacrao Pauli vestem pertinere dicantur, sanè non video. Apud autorem Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ Tacito adscripti, mentio est Oratorum penulatorum, com, expressione formæ eiusdem vestis. [Quantum (inquit) humilitatis putamus attulisse eloquentiæ penulas istas, quibus astricti, & veluti inclusi, cum Iudicibus fabulamur?] Quo pertinet illod *è penulatorum*. Esto, non fuisse id petpetuum, eiuncant quæ habet Polletus l. 1. fori Romani c. 8 *sub finem*. Potuit igitur tahs aliqua vestis ab Apostulo significari, cum penulam Troade relictam poposcit; nec est quod suadeat, significatam eo nomine vestem sacram ad vsum solius sacrificij, quamuis non dubitem, quin D. Paulus vestes a profana & communi distinctas, ad vsum sacrificij adhibuerit.

Itaque dissensio hac in parte, non modò à Baronio, qui Pauli penulam Troade relictam censuit esse vestem sacram, quæ nunc Planeta siue Casula dicitur, sed etiam ab Octauio Ferrario l. 1. de re vestiaria cap. 36. qui admittit eam Pauli penulam fuisse vestem sacram, ab antiqua tamen Planeta siue Casula diserepantem; eo quod antiqua planeta, rogà esset non penula, vt intelligere licet ex forma veteris planetæ seu casulæ quam exhibent Acta S. Menouerci Paderbonensis Episcopi anno 1336. tumulati cum casula quæ per trecentos quadraginta annos sactum corpus obuoluit incorrupta. Sic eoim ea Acta describunt illam casulam quam etiam pallium nominant. [Pallium hoc sacrum ex albo Damasceno confectum, nostris quibus hodie

Sectio II. Cap. III.

vtimur, admodùm dissimile est. Nam ante, & retrò, & in vtroque latere clausum & Integrum: lustra, amplum, rotundum, & apertum, ad imos pedes demissum: supra, foramen per quod extrere sese hominis caput possit, habens. Fimbrias quoque habet à fronte & à tergo aureis lineris, verùm exoleiescentibus, intextas.] Hæc de illius veteris casulæ forma in præludiis ad Acta S. Meinwerci. Vnde benè confirmatur quod præmittebam, veterum planetam togam potius fuisse quàm penulam. Planeta enim cuius olim vsus, vestis erat laxa, rotunda, circumclusa, totum inuoluens corpus, & vtrimque à lateribus in scapulas reiicienda. Quæ omnia togam redolent non pennlam; quæ pro more reliquorum palliorum apertæ erat, & fibula in humeris aut cerulee nectebatur. Annumeratam quippè fuisse palliis penulam, habetur ex veteri Interprete Petisij, à quo penula definitur, *pallium cum fimbrys longis.* Hinc autor proximè adductus, statuit contra Baronium, penulam Pauli Troade relictam, & ab eo Romæ expetitam, non fuisse planetam antiquam; agnoscit tamen fuisse vestem sacram, quod mihi non probatur. Neque enim video idoneum fundamentum, affirmandi eam penulam aliud fuisse quàm penulam. At penulæ simpliciter dictæ, inter sacras vestes locus non fuit; nisi quis dicat quæ nunc vocamus pluuialia, penulas esse, & ex eo genere fuisse Pauli penulam. Hoc tamen friuolum esset, nec cohæreret eum forma penulæ, quæ angusta vestis erat, & corpori appressa: eam tamen quæ dicuntur pluuialia, amplitudine & laxitate commendentur. Quod si tempore Apostolorum, in sacris non erat vsus vestis peculiaris & sacræ, vt Autor cum quo agimus affirmat libro illo 1. cap. 38. sanè sicut non fuit eot tunc planetæ, ita multò minùs pluuialia. Nam multo verisimilius esset, Apostolos & Apostolicos sacerdotes, veste sacra & non profana vsuros ad sacrificium, quàm ad quodvis aliud sacrum ministerium. At proinde ii absque planeta, quæ est sacrificij propria vestis, sacrificarunt, multo magis absque pluuiali obiuerunt ministeria ad quæ potest vsui esse pluuiale. Vnde ergo potest hic autor habere, penulam Paulinam, aut quamcunque aliam, inter sacras vestes fuisse, vt capite illo 36. admittit?

CAPVT IV.

Ex qua formula Liturgica celebratum sit primum incruentum sacrificium in Pentecoste.

DE formula Liturgica ex qua Apostoli consecrarint, pugnantia quorumdam Patrum dicta difficultatem ingerunt: quæ non minus facessit negotium circa celebrationem primam in Pentecoste, quàm citra posteriores. Proferam vnum è Græcis, & è Latinis alterum.

S. Proclus in libello de tradit. diuinæ Liturgiæ, præfatus nonnulla de quibusdam Liturgiarum sacrarum autoribus, Clemente Romano, Basilio, atque Chrysostomo, addit de Apostolica Liturgia. [Postquam seruator noster in cœlum assumptus est, Apostoli priusquàm per orbem terrarum dispergerentur, conspirantibus animis ad toto die orandum conuertebantur, & cum multam consolationem in mystico illo Dominici corporis sacrificio positam inuenissent, fusissime & longa oratione Liturgiam decantabant. Hæc enim diuina, vnà cum docendi ratione coniuncta, cæteris rebus anteponenda existimabant, atque maiori & alacriori terum diuinarum & sacrificij sacrosancti studio ac desiderio flagrabant, & illud prolixè atque lectabantur, quod in memoria semper haberent illud verbum Domini dicentis; *Hoc est corpus meum: & hoc facite in meam commemorationem*; & *, qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.* Quare & contrito Spiritu multas preces decantabant, diuinum, numen impensè orantes. Enimuerò tam ex Iudæis, quàm ex gentibus, eos qui recèns illuminati erant, iis quæ ad gratiam consequendam faciebant, assuefacientes, quæque ante donum gratiæ omittenda, docentes, cùm ipsi essent vmbra gratiæ, piè informarunt Per has itaque preces, Spiritus Sancti aduentum expectabant, vt qui diuina præsentia, propositum in sacrificium panem, & vinum aquæ permixtum, ipsum illud corpus & sanguinem seruatoris nostri Iesu Christi efficiat. Qui quidem religiosus ritus, obseruatus ad hoc vsque tempus, & ad finem vsque sæculi manebit.] Aduentus Spiritus Sancti, quem Apostoli iuxta S. Proclum per longas preces expectabant, non est aduentus solemnis qui accidit in Pentecoste. Nam ibidem S. Proclus, præmittit plerosque ex Iudæis & Gentilibus, opera Apostolorum ad Christum accessisse, & baptismo initiatos esse; quod contigit duntaxat post Pentecosten. Aduentus ergo ille longis precibus expectatus, non alius est quàm aduentus ad peragendam consecrationem, eum proferrentur verba consecrationis: quem aduentum Græci in suis Liturgiis, sæpè postulant, & olim non rarò exteinis aliquibus signis proditus legitur. Ex adducto itaque S. Procli loco, liquet Apostolos de S. Procli sententia, ex longissima formula Liturgica Sacro operatos esse: cuius prolixitatis fastidium declinaturi, deferuescente primo fidei ardore, posteriores Patres, longitudinem illam accideriut: seruientes imbecillitati fidelium.

E contrario S. Gregorius l. 7. Epist. 63. respondens querelis quibus pulsatus fuerat ob mutationes quasdam in formola Liturgica, & nominatim quod iussisset Orationem Dominicam mox post Canonem in sacro recitari, sic scribit. [Orationem Dominicam idcircò mox post precem dicimus; quia mos Apostolorum fuit, vt ad ipsam solummodò orationem, oblationis hostiam consecrarent. Et valdè mihi inconueniens visum est, vt preeem quam scholasticos composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam orationem quam Redemptor noster composuit, super eius corpus & sanguinem faceremus.] Quem S. Gregorius dixerat *Canonem* mox vocat *precem*, non quod duntaxat ex precibus strictè dictis sit contextus, aut

aut quasi olim formula consecrationis quæ Canone continetur, esset deprecatiua vt aliquis nuper insulsè nimis effutiuit: sed Canonem vocauit *precem*, eodem loquendi genere, quo alij quidam Patres verba consecrationis vocarunt *preces*, quia sunt verba sacra. Quo item modo S. Leo, formam absolutionis quam fides docet esse & semper fuisse iudicariam, non propriè ac strictè deprecatiuam; vocat *preces & supplicationes Sacerdotum*. Quod autem addebat S. Gregorius, Apostolos ad ipsa solummodò orationem Dominicam consecrasse, non est ita intelligendum, quasi Apostoli prætermitterent verba consecrationis, quod esset contra Christi institutionem, & veritatem consecrationis excluderet: Est ergo intelligendum, de apparatu & adiunctis præcibus; quarum nullus tunc vsus fuit, præterquàm orationis Dominicæ. Vnde Hugo Victorinus lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 11. ait Apostolos Missam auxisse, [Dum super panem & vinum, verba quæ Dominus dixerat, & orationem Dominicam dixerunt.] Sic complanato S. Gregorij loco, nemo non videt, quantoperè Sanctus hic Pontifex absit ab asserenda prolixissima formula Liturgica, quam S. Proclus Apostolis tribuit, præsertim per prima Ecclesiæ initia. Affirmat enim è contrario S. Gregorius, ex maiorum traditione de qua item testatur Vvalfridus l. de reb. Eccles. cap. 22. & Honorius lib. 1. Gemmæ animæ cap. 86. Apostolos præter verba formæ essentialia, orationem tantùm Dominicam in Sacro recitasse: cui breuitati nulla vnquam in vllis fotmulis Liturgicis par fuit. Nec obest, quod legantur Petri, Iacobi, & Marci Liturgiæ satis prolixæ. Potuerunt enim eas Liturgias conscribere, & vsurpare, cum per tempus & occupationes licebat, quod infrequentius erat: tametsi vt plurimum, iidem ac cæteri Apostoli, ex ea perbreui formula quam S. Gregorius retulit Sacrum peragerent. Et idem dicam de gentium Apostolo, si admittere libeat eum scripsisse Liturgiam, vt affirmat vir doctissimus Andreas Saussayus l. de mysticis Galliæ Scriptoribus, ritu. 1. & videtur annuere S. Augustinus Epist. 59. q. 5. vbi tractans locum Apostoli mandantis 1. Timo. 2. fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones, agnoscit in eo Apostoli mandato ordinem Missæ. Sic enim scribit. [Eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, vel penè omnis frequentat Ecclesia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione Sacramentorū, antequam illud quod est in Christi mensa incipiat benedici: Orationes cum benedicitur & sanctificatur & ad distribuendum comminuitur: quam totam actionem, ferè omnis Ecclesia, Dominica oratione concludit, &c. Interpellationes, vt vesti Codices habent, postulationes, fiunt, cum populo benedicitur: Tunc enim Antistites velut Aduocati, susceptos suos per manus impositionem, misericordissimæ offerunt potestati. Quibus peractis, & participato tanto Sacramento gratiarum actio cuncta concludit, quam etiam in iis verbis vltimam commendauit Apostolus.] Æquè in his verbis Missæ ordinem tradi, agnoscit creditus Anselmus 1. Timo. 2. & insinuat Gennadius de Eccles. dogm. cap. 30. ac Prosper. 1. de vocat. Gent. cap. 4. Potuit per otium Paulus huiusmodi formulam Liturgicam confiere, quamvis initio vt ab Apostolis factum prodidit S. Gregorius, ex ea alia bteuissima formula sacrum peragereret. Ambiguum porrò reliquit S. Gregorius, an Apostoli præmitterent consecrationi Orationem Dominicam, an verò eam postponerent. Ipse quidem S. Gregorius, postponi insti iudicans absurdum vt Oratio Dominica super Christi corpus & sanguinem non recitatetur, super quæ funderentur aliæ preces sacri Canonis; à Scholastico ideò erudito & eloquenti Scriptore concinnatæ. Non ait tamen Sanctus Gregorius, Apostolos dixisse orationem Dominicam super corpus ac sanguinem Christi, sed tantùm ait, eos ad ipsam solummodò orationem Dominicam, oblationis hostiam consecrasse: quæ verba potiùs sonant? Apostolos consecrationi nihil aliud præmisisse quàm Dominicam Orationem, & hanc fuisse totum apparatum quem sacrificaturi adhibebant. Et verò si singulæ petitiones, profectantur quo par est affectu & sensu pietatis, non est dubium, quin hæc oratio possit esse instar cuiusvis apparatus preeatorij; & quin fuerit maximè accommodata primis illis Ecclesiæ initiis, & magno operi quod Spiritus S. per Apostolos in Pentecoste mollebatur. In eam rem iuuat coniectare, quæ S. Petrus in die Pentecostes hanc orationem ad sacram mensam profundeus, in consecrationis prolusione, atque procinctu sublimissimæ illius operationis, ad singulas petitiones cogitaret, vt reliquiæ cogitationis diem festum agant nobis. Et quamvis tantum à S. Petri sensibus absum, quantum ab eius sanctimonia & flagrantissima charitate; tamen vel ipse conatus assurgendi ad eius cogitata in illo articulo, non poterit non esse fructuosissimus, & cœlestis suauitatis refertissimus. Cogitemus igitur sic profantem ex diuinis Christi præceptis & institutione S. Petrum, audientibus omnibus illic congregatis & attentissimè astantibus, tacitaque suffragatione applaudentibus.

Quæ prima formula Liturgica

PATER NOSTER QVI ES IN COELIS.

Hæc compellatio ad Deum directa provet est nomen tribus personis diuinis communè, insignem in Apostolo gustum excitabat dulcedinis illius, quam Christiani omnes persentiunt, eo ipso quod filij sunt & nominantur. Faitque hæc compellatio, tunc præsertim, sapidissima. Erat enim maximè propria temporis, quo legi gratiæ initium fiebat. Iudæis enim qui in statu seruorum degebant; non erat congruum, vocare Deum Patrem: sed id proprium fuit legis gratiæ, quæ inuexit statum adoptionis filiorum, in quo clamamus *Abba pater*. Id ergo petuadens penitissimè S. Petrus, non potuit ad illatum vocum pronunciationem, non colliquescere insigni ac præculci affectu pietatis, qui illi cas Cyrilli Hierosolymitani voces excuderet, quæ leguntur Catech. 5. Mystago. [O maximam Dei benignitatem, his qui defecerant ab illo, & in extrema inciderant mala, tantam præ-

Sect. II. Cap. IV.

stitit malorum oblivionem, & gratiæ participationem, vt patrem sese appellari voluerit, *Pater noster qui es in cœlis.*]

Nec ea dulcedo mioor, quam suaviatur & lambit in illorum verborum cortice Cassianus collat. 9. cap. 18. [Vniuersitatis Deum ac Dominum, pattem esse voce propriâ confitentes, de conditione seruili in adoptionem filiorum nos profitemur ascitos : adiicientes deinde, *qui es in cœlis* , vt commemorationem vitæ præsentis quàm io hac degimus tetra, velut peregrinam, atqoe à nostro patte nos longissimè separantem, toto hottore vltantes, ad illam potiùs regionem, in qua patrem nostrum commotari fatemur, summo desidetio ptopetemus, nihdque admittamos eiusmodi, quod indignos nos bac nostta ptofessione & nobilitate tantæ adoptionis efficiens, & hæteditate paterna quasi degenetes ptiuet, & itam not faciat iustitiæ eius ac seueritatit incutrere. Io quem filiotum ordinem gradúmque prouecti, illa continuò quæ est in bonis filiis, pietate flagtabimus, vt iam non pro nostris vulitatibus, sed pro nostri patris glorià totum impendamus affectum.]

Quod si cogitemus, compellationem propositam, esse ab Apostolo directam ad Christum, quem specialitet agnoscebat Patrem: haud dispati sensu pietatis, perfusus fuerit. Memineiat enim patetnostrum Christi erga se beneficiorum, & iutelligens se tali patre spoliatum, quoad ptæsentiam visibilem ob eius subuectionem in cœlum, adibat flagtantissimo affectu & quàm officioso studio ftequentabat, quem coram colere & venerari prohibebatur. Nec se otphanum & à Patre derelictum lamentabatur, cui esset in cœlis Pater, sedens ad dexteram Dei: nec minùs potens inde tegere ac iuuare filios dilectissimos, quàm si præsens corpore adesset. Itaque sensu complacentis sibi in Patris optimi commodis, non autem dolentis de sua ad tempus locali abionctione, interpellabat suauissimè Patrem amantissimum ad cœlos euectum, simúlque soeios inde vtgebat ad gratitudinem, & vitam omni ex patte compositam, iuxta Chrysostomi ex eo verbo adbortationem homilia decima nona in ad Rom. oee dissimiliter Chrysologns.

SANCTIFICETVR NOMEN TVVM

Hoc potest accipi dictum ab Apostolo, vel de sanctificatione nominis Iesv Christi, vel de sanctificatione nominis Dei. Sanctificatio nominis Christi, appositissimè postulabatur eo tempore. Erat enim Christi nomen vbique fœtens, & Iudæis quidem scandalum & maledictum, oam apud eos maledictus omnis qui pender in ligno; Gentibus autem stultitia. Nomen itaque adeò probtosum, & execrationi omnium patens, sanctificati, id est sanctum quale reueta erat innotescete; iustissima & piissima erat petitio, quæ eò ardentiot ab Apostolorum Principe fundebatur, quò flagrantior erat eius erga Christum Charitas, ae etiam erga mortalts, quorum omne bonum eum ea numinis Christi sanctificatione nexum esse, optimè petspiciebat Apostolus. Neq; enim ignotabat, quod alio loco diserè professus est, non esse aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, præter nomen Dumini Iesv, ab inimicia quidem ptosciissum & ptobtis omnibus oneratum; Electis autem supra omoem æstimationem pretiosum, & penetrabile. Iuxta hunc igitur propositæ petitiouis sensum, expetebat Apostolus, sanctitatem nominis, id est claritatem famæ Chtisto debitam, ad omnes omnino mortales diffundi, vt sic familia eius ctescetet, & libeti moltiplicatentur, iuxta eam notionem vocis *nomen*, qua in Scripturia ptogeniem & filios denotat. Loca accumulant Petrus Fabet io Dodecam. c. 1. & Martinus à Roa l. 3. singul. c. t 4. Accipit in hoc sensu petitionem propositam Cassianus Collat. 9. c. 18.

At potuit etiam Apostolus, orationem ditigere ad poscendam sanctificationem nominis Dei, siue petendo vt nomen Dei ab omnibus hominibus sanctum haberetur, siue vt in ipsomet Apostolo otante ae sociis, Diuus quidem Augustinus l. 2. de sermo. Dom. in monte cap. 6. censuit peti, [Vt nomen Dei sanctum ab hominibus habeatur; & ita illis innotescat Deus, vt non existiment aliquid sanctius quod magis offendere timeant:] Iuxta quem petitioois illius sensum, orabat Apostolus, vt nomeo Dei sanctum esset apud omnes homines. At iuxta sensum traditum à S. Gregorio Nysseoo otat. 3. in Otat. Domin. & à Tertulliano l. de Orat. cap. 3. precabatur Apostolus, vt nomen Dei, io ipsomet precante ac sociis sanctificatetur, collatis de cœlo vbertimis donis Spititos, quibus enadetent in operatios ineonfusibiles, pet quos nomeu Dei apud omnes sanctum esset ae venerabiles: non vt iis accidit operariit, per quos nomen Dei blasphematur, de quibus est iustissima Dei expostulatio Isaïæ 52.

ADVENIAT REGNVM TVVM.

S. Nilus l. de Orat. cap. 55. priotem petitiouem de Spiritu Sancto; hanc verò de Filio accipit. Ait enim. [*Sanctificetur nomen tuum.* Id est Spiritus Sanctus, & Filius tuus Vnigenitus. Hoc enim docuit, cum dixit, *In Spiritu & veritate adorari oportere.*] Quæ verba ferre videntur, poici aduentum tegni Christi in hac secunda petitione. Idem namque sooat, poscere regnum Dei quod est Christus ipse; atque poseere vt Christus Rex, sempet & vbique tegnet: & ab omnibus cum plena subjectione agnoscatur, constituius Rex super Sion montem sanctum Domini. Subiecit huuc sensum isti petitioni Rupertus lib. 5. in Matth. Nec dubium quin auidissimè id deposceret Apostolus, cui tam erat cordi, Christum mirificari io terris, & substerni pedibus eius omnem contrariam potestatem.

Non minus tamen temporti appositæ, & Apostolo congruens erat, illa apud Græcos crebra huius petitionis expositio, de Spiritu Sancto qui est tegnum Dei. Eius quippè intetuentu, Deus in nobis tegnat, subactis & tepressis affectibus quibusvis hostilibus, Dei in nobis tegnum interturbantibus. Idque fuisse imperium ae tegnum quod Dauid sibi exposcebat Psal. 85, dicens, *da imperium tuum puero tuo*, censuit Richardus Tract. 5. de statu

inter.

inter. hom. c. 15. negans Dauidem ambitiosè affectasse regnum temporale, sed asserens captasse regnum Dei quod intra nos est; Spiritum inquam Dei Sanctum, in animæ throno regnantem. De quo regno pulchrè Hilbertus Epist. 56. Itaque iuxta hanc expositionem (quæ est S. Germani in rerum Eccles. Theoria), petebat Apostolus aduenire Spiritum Sanctum: quæ erat illi tempori mirè opportuna postulatio. Facit huc perbellè, quod Nyssenus Orat. 3. in Orat. Domin. insectans ex hac petitione Macedonianos, ait illos atrociter blasphemasse, deiiciendo Spiritum Sanctum ad statum seruilem: cum tamen hoc loco, nomine *regni* decoretur. Nam apud Lucam, pro eo quod nos habemus, *Adueniat regnum tuum*, legi ait verbis conceptis; *Aduenmat Spiritus Sanctus tuus super nos, & purificet nos.* Et quanquam ea lectio nullibi nunc comparcat, tamen oportuit cum eam scriberet Nyssenus, extare alicubi. Perelegans huius petitionis ecphrasis, submiuistrata ab eodem Nysseno, apprimè quadrabit Apostolo oranti. [Rumpatur acies opposita: deleatur alienigenarum phalanx, dirimatur bellum carnis aduersus Spiritum: ne corpus animæ hostis, arx & receptaculum sit, appareat mihi regius potentatus, Angelica manus cohortes regentium, legio à dextris assistentium, vt cadant ex opposita parte pugnantium decem millia. Numero pollet ac vehemens est aduersarius, sed tuo auxilio destitutis, acer & inuictus, sed quamdiu solus fuerit is, qui bello petitur: cùm autem tnum regnum apparuerit, recedit dolor, tristitia & gemitus: atque in eorum locum vita, pax & exultatio succedunt,]

Optimus ille quoque petitionis propositæ sensus, & Apostolo precanti valdè congruens, quem suppeditat Ioannes Geometra in Catena Corderij ad cap. 11. Lucæ num. 18. [*Adueniat regnum tuum*; Vt aboleatur omnis principatus, & potestas & vis, insuper & omne regnum mundi, & quod regnat in mortalibus nostris corporibus peccatum; in omnibus autem illis regnet Deus, quasi dicat. Præsta nobis Domine conuersationem imitari cœlestem, vt quæcunque tu vis, nos etiam velimus. Confirma voluntatem laborantem, & cupientem quidem facere quæ sua sunt, sed corporis infirmitate prohibitam. Porrige manum iis qui currere conantur, sed claudicare coguntur. Prompta quidem est anima, sed eam eam aggrauat caro. Agilis illa est ad cœlestia, sed deprimit hæc ad terrena. Verùm si tuum adfit auxilium, etiam poterit illa, quæ valdè impossibilia videntur.]

FIAT VOLVNTAS TVA SICVT IN COELO, ET IN TERRA.

Id est (iuxta D. Augustinum cap. 115. Enchir.) pareamus tibi Domine plenè ac integrè, regnesque, & in Spiritu & in corpore nostro, & vtraque pacificè seruiant tibi. Conseruntur sanè in nobis cœlum & terra, Spiritus origine cœlestis & limus terrenus; anima spiritualis & corpus ex terra & luto. Itaque vt ait Tertullianus l. de Orat. cap. 4. [Ex interpretatione figurata carnis & Spiritus, non iumus cœlum & terra.] Et hac ratione, per hanc petitionem, poscitur virtusque illius partis nostræ, plena ad Deum subiectio. Nec potuit ea postulatio, à mente & affectu Apostoli hanc orationem fundentis aliena esse. Et potuit quoque sic postulans, eò collimare quò Tertullianus c. illo 4. hæc verba direxit. [Est & illa (inquit) Dei voluntas, quam Dominus administrauit, prædicando, sustinendo. Sic enim ipse pronunciauit, non suam, sed patris facere se voluntatem: sine dubio quæ faciebat, ea erant voluntas patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt & prædicemur, & operemur, & sustineamus ad mortem vsque, quæ vt implere possimus, opus est Dei voluntate.]

Quæ prima formula Liturgica.

Poscebat iuxta hæc Apostolus sibi & sociis, vt alacriter ac plenè collaborarent Euangelio, implentes ministerium ad quod accingebantur, vt salus omnium consequeretur iuxta eam voluntatem quam Apostolus in Deo circa omnium salutem agnoscit ac celebrat. Quæ est de hac petitione interpretatio Cassiani, Apostolo precanti valdè accommodata. [Voluntas Dei, (ait ex persona Abbatis Isaaci Cassianus Collat. 9. cap. 10.) Salus omnium est, secundùm illam Beati Pauli sententiam, *qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* De qua etiam voluntate Isaias Propheta ex persona Dei patris. *Et omnis*, inquit, *voluntas mea, fiet.* Dicentes ergo ei, *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*, hoc Deum aliis oramus verbis, vt sicut hi qui in cœlo sunt; ità omnes qui in terra consistunt, tua pater agnitione saluentur.]

Nec ille sublimissimus sensus eiusdem petitionis, quo nullus eodem Cassiano iudice potuit esse orationis altior terminus, ab affectu Apostoli ex incensissima charitate precantis abhorruit; postulando. [Vt homines fiant similes Angelis, & sicut voluntas Dei ab illis impletur in cœlo, ita etiam hi qui in terra sunt, non suam sed eius vniuersam faciant voluntatem.] Eodem tecidit quod Isidor. Pelus. lib. 1. Epist. 85. postulari ea petitione censuit, pacem cœlestium virtutum, omnia dissidij expertem, qua omnes Dei voluntates perficiuntur in illis. Et hoc quoque à Deo poposcisse Apostolum, vt scilicet sanctis qui sunt in terra eius, mirificaret omnes voluntates suas in eis, iubens annuo. Omnium ad tem nostram appositissimè Chrysostomus hom. in Orat. Dom. vnlr petitionis huius sensum esse, quem Apostolo in tali temporis articulo maximè accommodatum agnosco. *Fiamus Spiritus hos quoque, accepto Spiritu Sancto.*

PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM DA NOBIS HODIE.

Panis hic communis, (Cyrillus Hierosol. cat. 5. mystago.) non est ἐπούσιος id est supersubstantialis. Panis verò iste sanctus, supersubstantialis dicitur, eò quòd substantiam animæ confirmet. Panis hic, non in ventrem descendit, & in secessum emittitur, sed per te totum, ad corporis & animæ vtilitatem distribuitur. *Hodiè* autem dicit, pro *quotidie*: sicut & Paulus: *Donec*, inquit, *hodiè cognominatur.*]

Itaquè

Sectio II. Caput IV.

Itaque hæc petitio, in eo sensu, gravibus plerisque Patribus probato, apud Valdensem Tomo 2. cap. 238. num. 1. & 2. erat maximè accommodata tempori quo dabatur initium iugi sacrificio, perseveraturo in finem vsque sæculi, ad quotidianum, ac si fieri posset, nunquam intermittendum vsum fidelium. Vnde quod rectè aduertit Abbas Isaac collat. 9. cap. 21. hic idem panis, & *supersubstantialis* dictus est, & *quotidianus* iuxta varios Euangelistas. *Supersubstantialis* quidem, [ob illam nobilitatis ac substantiæ eius qualitatem, quâ super omnes substantias est; atque omnes creaturas, sublimitas magnificentiæ eius ac sanctificationis excedit.] *Quotidianus* autem dictus est, ob perpetuam eius necessitatem, ad spiritualis vitæ subsidium. Hæc interpretatio istius petitionis, Apostolo in procinctu ad consectationem orandi optimè quadrat: potestque fundari in Tertulliano l. de Orat. & in Augustino Epist. 121. cap. 2. reuoluiturque in eam S. Anastasius l. de Incarn. Christi, tametsi pro *quotidiano*, legit *futurum*, seu *crastinum*; & hunc panem quo speramus nos in futuro cibandos, exponit Spiritum Sanctum. Sic enim scribit. [Alibi, Spiritum Sanctum, appellat panem cœlestem; *panem nostrum ἐπούσιον da nobis hodie*, Docuit enim nos, vt posceremus in precibus nostris in hoc sæculo, panem ἐπούσιον hoc est, *futurum*, cuius primitias habemus, quia in communionem corporis Dominici admissi sumus; quemadmodùm ipse dixit, *Panis quem ego dabo, pro mundi vita est*: Spiritus enim viuificans, est caro Domini, quoniam ex Spiritu viuificante concepta est. Quod enim ex Spiritu nascitur, Spiritus est.] Titus Bostrenus in c. 11. Lucæ plane subscribit, Vides autem cur dixerim, hanc panis expetiti interpretationem de Spiritu Sancto, reuolui in proximè adductum, & cum ea necti, ita vt petatur aduentus Christi in mysterio, ad plenè percipiendum Spiritum Sanctum; quod accommodatissimum erat tempori de quo agimus, & negotio in quo S. Petrus versabatur.

Neque tamen planè repudio expositionem de pane Verbi Dei, ab Isidoro Peluseota adhibitam l. 2. Epist. 281. [Oratio ea (inquit), quam Dominus discipulos suos docuit, nihil terrenum habet sed omnia cœlestia, & ad animæ vtilitatem tendentia. Non enim imperium, non opes & copias, non pulchritudinem, non robur, non aliud quicquam ex his quæ citò flacceseunt, postulare docet. Nam à quibus, etiam cùm præstò sunt, abstinere iubemur, iis cùm absunt, vt fruamur postulare, superuacaneum. Quin hoc etiam ipsum quod paruum esse atque in sensum cadere videtur, potissimùm de diuino sermone (qui animam corporis experiem alit, atque in ipsius essentiam quodammodo miscetur, & manat: vnde etiam *supersubstantialis panis* dictus est, substantiæ nimirum vocabulo, animæ potiùs quàm corpori congruente;) intelligendum esse, doctis viris placuit.] Hunc animarum cibum, & per eum depulsionem famis orbem vniuersum pridem prementis, consequanee ad negotium quod moliebatur, ritè poscere potuit Apostulus.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS.

Debita nostra sunt peccata, iuxta S. Cyprianum l. de Orat. Domin. qui de more expressit Tertullianum libro eiusdem argumenti cap. 7. Spiritus verò sanctus, & remissio omnium peccatorum, vt habet Collecta Ecclesiastica. Et in oratione S. Chrysostomo valdè probata homil. 10. in Epistolam ad Colossenses poscitur à Deo, vt Spiritum Sanctum emittat in remissionem peccatorum. Itaque S. Petrus, exposcens debitorum relaxationem, apprecatur sibi & omnibus qui aderant, Spiritum Sanctum, cuius aduentu infunderetur gratia copiosa; peccatorum (si adessent) expugnatrix valida. Omnes quidem qui aderant, sancti erant, & experies mortalis culpæ, quæ non cohæsisset cum gratia sanctificante ab illis per Christi baptismum parta, & nitore eius tetento in tam sancta societate: nec item cohæsisset cum iugibus flagrantissimæ in Deum charitatis actibus. Aderat nominatim Virgo Deipara, quæ nulli vnquam vel leuiculæ peccatorum labi subiacuerat, quod de peccatis actualibus, etiamsi minutis, fide sanctum est. Et nihilominus S. Petri oratio accommoda erat, quia pro toto corpore indefinitè fundebatur: ita vt iis qui egerent, remitterentur peccata, & abstergeretur leuis quilibet puluisculus, ei qui eorum cuipiam à terrena conterione adhæresceret: iis verò qui tali remissione non egerent, ne quoad atomos quidem & festucas peccatorum, fieret accrementum gratiæ, per quam in subiecto capaci & indigo, remitti possent peccata grauia, & eradi minora, diuinæ condonationis extinsecæ accessu. Quia verò nihil æquè poterat Deum ad nos deuocat, mutua concordia & offensarum ab aliis illatarum remissio, genuinum synceræ charitatis argumentum; propterea addit Apostolus contestationem exquisitæ illius concordiæ, quæ inter vnanimes in domo absque offensa degentes, celebratur Psalmo 132. ab insigni suauolentia velut fragrantissimi vnguenti in capite, quo sunt delibuti primates fidelium, præstantissimique fortissimi omnium duces Apostoli, per barbam expressit.

ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

Hoc est quod Christus Matth. 26. & Lucæ 22. in magnis angustiis petendum monuerat, dicens *Orate, vt non intretis in tentationem.* Vt autem rectè viderunt S. Hieronymus ad caput 26. & Abbas Isaac collat. 9. cap. 13. & ex quodam Sanctorum Ioannes Moschus c. 209. Limonarij, ac Isidorus Pelus. Epist. noua 226. *intrare in tentationem*, non est vtcunque ab ea contingi, sed et succumbere, eiusque cassibus irretiri. Martyr sanè qui pro confessione nominis Christi vndecunque tentatur; quamdiu perstat, non dicitur in tentationem intrare; sed is tantùm, qui appetitus tentatione

tione turpiter deficit, factus Diaboli præda. Præscius ergo Apostolus quàm multæ à Satana, mundo, & carne, iuratis Dei hostibus, sibi ac sociis Dei pattiariis tentationes imminerent, apprecatur virtutem Spiritus Sancti: qoa communiti, nulli tentatioui, vel consentirent decepti, vel cederent afflicti. Qua ratiooe scutum bonæ voluntatis Dei, hoc est Spiritus S. inrerprete S. Cyrillo l. 9. in Ioan. c. 45. expoſcitur aduersùs omne genus tentationum ad bina illa capita pertinentium, consentaneè ad S. Basilium hom. in illud, *destruam horrea mea*, & ad S. August. Ep. 121. cap. 12. & earum scilicet, quæ per prosperа inescant atque decipiunr, iuxta illud S. Honorati iute laudatum ab Hilatio in panegyrico, & vsurpatum à S. Bernardo, non vno loco, *delectas hac vita, sed decipis*: Et earum præterea, quæ animom per incommoda frangunt, ac violenter euerrunt. Quibus totius mali ostiis validè præclusis, certa perseuerantia & coofitmatio in gratia Apostolis in Pentecoste concessa expetebatur, ne visitati diluculo, subitò probarentur; die in noctem, teotationis turbine versa, & cœlo in infernum commutato, quod iis accidere qui tentationi ad tempus obsistunt, postea cedunt, monstrat S. Gregorius 8. moral. cap. 20. & lib. 10. cap. 12.

SED LIBERA NOS A MALO.

Hæc clausola iuxta Tertullianum l. de orat. cap. 9. exponit quid sit, *ne nos inducas in tentationem. Malus*, ὁ πονηρὸς cum articulo, qui *malum* antonomasticè sonat Satanam maximè insinuat. Sicut etiam Matth. 5. quod amplius est supra simplicem assertionem, dicitur esse à malo: id est à Sarana, veri mali, hoc est peccati primario autore ac iocentore indefesso; ob quam causam à Psalte dictus est. *Omnis iniquitas.* Iuxta interpretationem Gregorij Nysseni Tractatu priore in titulos Psalmorum c. 8. quæ fert, in cœlo deoique impiendum esse illud Psalmi, *omnis iniquitas oppilabit os suum*, id est Satanas cessabit vltra tentare, & negotium facessere Hac ratione, sensus Apostoli poscentis liberationem à malo, fuit, coërcere Satanam. [Ne permittas nos à Diabolo tenrari supra id quod possumus, sed cum tentatione & exitum da, vt sustioere possimus.] Glossa est Cassiani collat. 9. cap. 13. & suffragantur Tertollianus l. de orat. cap. 8. & 9. Nyssenus orat. in Orat. Domin. Chrysostomus hom. 20. in Matth. & Gregor. 3. mot. cap. 3. Possumus etiam vnioersè, *malum* de omni malo accipere, cum S. Augustino Epist. 121. cap. 11. & 12. Qua tatione mens Apostoli fuerit, petere cuiusvis mali auerruncationem; nectendo cum omnis ború petitione antetiùs præmissa, depulsionem omni mali & incommodi, vt Deus pro sua benignitate ac prooidentia regeret nascentem Ecclesiam, & ab erroribus ac diuersitatibus vniuersis, secutam misericordi pietate præstaret.

En igitur, verbis foris sonantibus perbreuem, admodumque subtrictam formulam Liturgicam; quoad apparatum formæ consecrationis à S. Petro præmissum, de S. Gregorij sententia: quam tamen sensibus & sanctis affectibus fuisse diffusissimam, nemo ex dictis non videt. Quæ fortassis esse potest non inidonea ratio conciliandi S. Gregorium cum S. Proclo: quem vidimus SS Apostolis admodùm prolixam Liturgiam adscripsisse. Potest enim accipi de mutriloquio interno concomitante; vel certè de antecedente, subsequente, breuissimam illam formulam Litnrgicam à S. Gregorio assignatam. Sic enim SS. Apostolos, cum per tempus & occupationes licebat, sacrificio præmisisse & subiouxisse prolixissimam cum Deo consuetudinem, nullus dubito. Repudio autem quod videtor significare Lindanus in Notis ad Lirurgiam S. Petri eum ex tali formula iam ab initio celebrasse, quam malim cum Francisco Tutriano l. 3. de dogm. charact. agnoscere Romæ ab Apostolo, cum tanto post illuc appulit, fuisse conscriptam. *Quæ prima formula Liturgica*

CAPVT V.

Qui primo incruento Sacrificio in Pentecoste celebrato affuerint, & de eo participarint.

QVi Sacro assistunt & præsertim si supra sistentiam participes sint altatis, sacrificant suo modo: Nam & tarum habent, quod Sacerdos qui est principalis sacrificans, facit: & eo ipso quod adsunt Sacro opetanti, complent eius legationem ad Deum, vt alibi diligentiùs expono. Vnde assistentes Sacto, dicuntur sacrificate & offetre, non modò à S. Leone Epist. 81. cap. 2. & à Petro Damiani Opusc. 11. cap. 8. Sed etiam in Canone Missæ, quem errore vacare, fide sanctum est. Ibi quippè de assistentibus dicitur, *vel qui tibi offerunt*, Igitur post tractatam priocipalis sacrificantis operam in primo incruento sacrificio, restat attingendum, quinam ei primo astiterint, & victimæ in eo oblatæ participes fuerint communicando.

Astiterunt sine dubio illi ferè 20. quos S. Locas collationi Spiritus Sancti interfuisse memorat. Nam cum Actor. 1. dixisset, conuentum fidelium qui præside B. Petro egerant de Matthiæ iubrogatione in locum Iudæ, numerum prædictum expleuisse, subdit continenter initio capitis secundi: *Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.* Hoc est in illomet cœnaculo, in quo peracti fuerat Matthiæ electio, iuxta ea quæ habétur c. 1. Sicut ergo ea verba *in eodem loco*, exprimunt cœnaculum, de quo proximè actum erat; ita illud, *erant omnes pariter*, vt rectè expendit Boudinus l. de Christi charitate & gloria cap. 18 pertinet ad illosmet ferè 120. qui proximè dicti erant conuenisse, & in Matthiæ suffectione interfuisse ex condicto, iamque in cœnaculo fuisse, priusquàm aduenirent Spiritus Sanctus. Tuoc quippè *Erant* ibi omnes illi, atque adeò non aduenruor exciti sono repentè facto de cœlo, vt insinuarur illis verbis S. Paulini de principe Verbo, Natali 9. S. Felicis, quibus describit missũ à Christo in Pentecoste, *Spiritum*

Sectio II. Cap. V.

Spiritum ab vnigena sanctum & Patre procedentem.
Qui Deus ipse Deo veniens, licet adsit vbique,
Conspicuo tamen allapsu ruit igneus illuc
Pubis Apostolica concors vbi cœtus agebat:
Moxque nouo sonitu, multis ex vrbe coactis
Omnis ex gente viris, sedis quasi flamma per omnes.
Et simul cunctis spiramine dissonus vno
Vt Lyricas facilis modulatus pectine chordas
Diuiduis eadem cecinit præconia linguis
Incutiens varias humana per organa voces.

Insinuati (vt dicebam), à Paulino videtur, solos Apostolos fuisse in cœnaculo: & excitos sono Spiritus vehemētis reliquos, eò aduocasse, quod tamen est contra seriem narrationis D. Lucæ, ad quam vt restatur S. Paulinus, dicendum est, illa verba *moxque nouo sonitu*, nectenda esse: cum verbo *sedit* nec interiacentia significare; excitos esse per sonum viros ex vrbe, sed insedisse iam congregatis, Spir. Sanctum, vt flammam. Non me latet, Theodorum Bezam Actorū 2. hac in parte sugillare picturas Catholicorum, & illud *erant omnes pariter*, ad solos Apostolos restringere. Apostolos quippè tanquā Ecclesię duodecim Patriarchas, decuit peculiari aliqua forma diuinitùs consecrari. Eorundem proprius fuit Apostolatus, cui instruendo, necessarius erat Spiritus. Peculiaritet item promissio de mittendo Spiritu Sancto, facta erat Apostolis. Et ijdem soli memorantur locuti linguis, stupente turbâ. Ex his ergo colligit Beza, quamvis alij discipuli, ac etiam religiosæ fœminæ, conuenisse rectè dicantur, vt patet ex cap. 1. Actor. Tamen quo tempore descendit Spiritus Sanctus, solos vndecim fuisse simul in cœnaculo; & ridiculè Catholicos in picturis illius historiæ, exhibere Mariam Deiparam in medio Apostolorum vt eam Apostolici Collegij principem faciant tanquam Reginam cœli, Ecclesiæ, quę regnum cœlorum dicitur, curâ oneratam. Sic Beza merito confutatus à Molano l. 4. de Imag. c. 15. Series enim contextus Lucæ, apertè fert, omnes de quibus in electione S. Matthiæ actum fuerat, qui multò plures erant quàm vndecim Apostoli, affuisse in cœnaculo, cum descendit Spiritus Sanctus. Nec dubitamus quin affuerint inter eos qui conuenerant, etiam è molliore sexu iuxta Ioëlis Prophetiā aliquæ, & maximè Virgo Deipara, cuius nominatim mentio facta fuerat cap. 1. Actorum Apostolicorum. Quamvis non idcirco eam agnoscamus fuisse caput cœtus Apostolici; & Præsidem Ecclesiæ Christi, vt gratis sibi fingit Nouator.

Petro igitur ex speciali Spiritus Sancti afflatu primùm operaturo sacris Christianis, dic omnibus dicta, non sunt passi illi ferè 120. suam præsentiam desiderari ad rem tantam, & spectaculum adeò admirabile, quod facit vt terra nobis sit cœlum, iuxta Chrysostomum homil. 24. in 1. ad Corinth. Erant quidem iam nunc multò plures fideles. Nam Christus post resurrectionem visus est plusquàm quingentis fratribus simul, teste Apostolo 1. Corinth. 15. Sed fortassis non erit visum Apostolis, tantum cœtum ex condicto colligere intra vrbem. Nam ea ad quingentos Christi apparitio, facta est seorsim à populo, in monte Galilææ, iuxta ea quæ habet S. Hieron. q. 7. ad Hedibiam. Tantam autem multitudinem intra vrbem cogi, consultum non erat: ne Indæi iam satis æstuantes animis, per suspicionem tumultus efferarentur. Itaque minor multitudo conuenit.

Quo porrò feruore, & quanto sensu pietatis, fideles astiterint illi passionis Christi memoriæ, quam tunc primùm ex perpetuo Christi edicto recolebant Apostoli, facilius sit conjectare, quàm eloqui. Statuebant enim sibi ob oculos, dulcissimum Redemptorem, transfixione clauorum sanguine vacuatum, ac vitæ expertem, quantum quidem est ex fotmali & directa efficacia verborum, quibus hinc corpus seorsim, inde anima cum sanguine effuso, seorsim item posito, extrusa è corpore exhibebatur. Hunc noui & æterni Testamenti sanguinem in diuino poculo vsurpantes oculis, recordabantur paupertatis Christi, & transgressionis, ac fellis; & vt recordarentur mandanti per Hieremiam Christo reponebant singuli medullitus, & ex intimo pectore, *memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* Itaque ascitabant ad huiusmodi factum, neque nauseabundi fastidiebant Sacram Liturgiam; sed non secus atque ad aram ipsam Caluariæ, hærebant sancto stupore defixi, recogitantes qualem Pater optimus sustinuisset à peccatoribus contradictionem; & cuiusmodi fuissent viscera misericordiæ Dei nostri, sic diligentis mundum, vt filium suum Vnigenitum daret; bonam ouem malis cocis permittens, ait Chrysostomus orat. de pass. Dom. vt malè consultis seruis, æternum alioqui perituris consuleret.

Quia verò in tanto tunc æstu fidium nondum obtepserat tepor ille, in quem conclamat S. Chrysostomus homil. 3. in ad Ephes. nimirum assistendi Sacro, & non communicandi: propterea pono vt indubitatum: omnes qui tunc adetant fideles, communicasse. Admitto, Missas illas in quibus solus Sacerdos communicat, sanctas esse: nec quod Sectarij obgannientes dicunt, *priuatas* appello, cum omnia in eis sint publica, & à Sacerdote vt publica persona, pro publico totius Ecclesiæ bono peragantur. Ptopugnant Missarum sic celebtatarum sanctitatem, contta sectatiorum delitamenta, Durantus 2. de rit. c. 4. Suarez lib. 2. defens. fidei cap. 6. Bellarminus lib. 2 de Missa c. 9. & 10. Srapleto orat. 15. Academica *circa tertiam sententiam.* Petauius ad S. Epiphanij expositionem fidei *à pag.* 353. & passim Hæreseologi, post Tridentinam Synodum sess. 22. cap. 6. Hoc igitur non reuoco in dubium. Quis tamen dubitet, quin suauissimum, & perquàm volupe fuerit fidelibus omnibus, ad appositam Agni cœnam epulari, & immortalitatis alimoniam iam ex hac vita prægustare? Communicarunt igitur diuino cibo omnes: & nominatim B. Virgo, quæ adetat, & postea cum aliis perseuerasse dicitur in fractione sacti panis. Perseuerasse autem dicta est, quia cœperat cum aliis communicare in Pentecoste. An tamen B. Virgo tunc primùm communicatit, qnod affirmat Antonius Molina in Sacerdot. Instruction. Tractat. 3. capite 2. pendet ex dubio alibi discusso,

an

an B. Virgo in nocte cœnæ, participarit diuino cibo.

Modum quo beatus ille cœtus Angelorum terrestrium communicauit, & diuinum carbonem excepit, hunc mihi effingere non inuerisimiliter videor. Astabant omnes circum sacram mensam, in qua Petrus litabat diuina hostia, ibi antiquum communicandi ritum ab eis primò vsurpatum, cogitare licet. De Maria Ægyptiaca scribit Sophronius, priusquam communicaret, dixisse sanctum fidei symbolum & Dominicam orationem, eáque expleta, pacis osculum porrexisse Zosimæ Sacerdoti qui diuina ad ipsam mysteria attulerat. Nihil fuit hîc necesse vt communicaturi orationem Dominicam dicere, quam à Petro sacrificante audientes, taciti dixerant subiungentes sese recitanti Petro elicuisse egregium actum fidei, & contestatos esse fidem suam quoad cardinalia mysteria & nominatim quoad veritatem diuinæ Euchatistiæ, nullus dubito. Pignus pacis, osculum sanctum intetueniisse, quid prohibet. Sic aptati manibus in Crucis formam compositis, Crucifixi corpus susceperc. Eam quippè externam communicantium dispositionem, ex vsu primæuo ab Apostolis ipsis inducto, & frequentato, iudicit sexta Synodus cano. 101. memorantque Cyrillus Hierosol. erudiens Neophytos Catech. 5. Mystag. & Damascenus 4. fid. c. 14. Nec dubito vsurpatum. quoque fuisse ab iis de quibus agimus, quod Cyrillus & Damascenus ibidem referunt fieri olim solitum; vt scilicet communicantes excepta manibus decussatis diuina hostia, sanctificatent primùm diligenter oculos & labia, cœleste margaritum suauiari gestientia, ac fronte cernuas; auidè & defixis sancto stupore felicíque bortore mentibus, contuentes quæ desiderant Angeli prospicere: Et dum esset adhuc humiditas in labiis à libato sanguine, attingentes ea manibus, & oculos, & frontem, & reliqua sensuum organa consecrarent.

Sic participantes diuino cibo, spirituale viuicomburium persenserunt; maximè Delpara, & pro suæ dispositionis proportione cæteri. Omnes tamen experti sunt, quod dixit tantò post creditus Cyprianus serm. de cœna Domini. [Panis iste Angelorum, omne delectamentum habens virtute mirificâ, omnibus qui dignè, & deuotè sumunt, secundùm suum desiderium sapit; & ampliùs quàm manna illud eremi, implet & saciat edentium appetitûs, & omnia carnalium saporum iritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quomodò his qui Christi commemorant passionem, intra sacta officia, quasi per quosdam canales, de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur: quantam suauitatem animæ inquirenti vbi sit Deus suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procellosæ tempestates deponunt, ros matutinus est de cœlestibus stillans; & quasi vnctio spiritus, mentem deliniens.]

Quod Iacobus Peres de Valentia, Tractatu in Canticum Deiparæ, *ad versum quartum, dignitate septima*, in tèporis articulo de quo agimus, existimat Deiparam & Apostolos, vidisse tran-

seuntes diuinam essentiam, non puto admittendum. Est enim contra multas Scripturas, alibi prulatas, quæ fetunt, hominem in hoc vita Deum videre, nisi *procul*, vt est apud Iobum, id est, abstractiuè tatùm, & non intuitiuè. In quam tem diffusè disputatum est agendo de præcipua Sanctorum beatitate 1. p. Hæterocl. Spirit. Quare sufficit affirmare, quod certum est ac extta controuersiam, Apostulos, & cæteros qui participes facti sût diuini panis, suptáque omnes Deiparam, notitiâ infra intuitiuam prorsus insigni fuisse collustratos & commenso ei lumini ardore fuisse succensos in eo temporis articulo: ita enim oportebat eos aptari ad excipiendum Spiritum Sanctum. Eósque imitatione exprimunt qui Pentecosten suam ritè celebtant, vt alias cum Origene dico. Cullucent enim & deflagrant atque ardent, vnde delectatlunum Dei vbertas consequens actus illos.

Quo primo Sacro astterint.

Procul ista ab animalibus hominibus; qui aliquando (vt idem Autor mox subdit) petrã lambunt, sed inde neque mel, neque oleum sugunt. [Atque vtinam, (transferam enim huc non incommodè, verba Nysseni ex calce Orationis de Pentecoste), vtinam inquam, ipsi quoque degustent hoc mustum, & vinum hoc recens expressum ac flnês ex torculari, quod per Euangelium Dominus calcanit, vt nobis tanquam tacemi, proprij corporis sanguinem ptopinaret. Vtinam & ipsi replrãtur hoc nouo vino, quod mustum appellauerunt, quud aquæ commixtiune à cauponibus non fuit deprauatum. Implerentur Spiritu, quo quidem seruentes crassam, limusámque perfidiæ spumam ex animis suis effunderent, & abiicerent. Sed mustum susciperc nequeût isti, qui veterem adhuc vtrem circumferunt: qui cùm huiusmodi vinum continere non possit, hæretica opinione disrumpitur. Vos autem fratres, (vt ait Propheta) venite exultemus Domino. Bibamus pietatis dulcedinem, vt Esdras præcipit. Gaudeamus in Apostolorum & Ptophetarum chotis. Munere Sancti Spiritus exultemus, & lætemur in hac, die, quam fecit Dominus.] Bibent sanè, & ipsi hanc dulcedinem, si celebrent suam Pentecostem, quod facere qui eum Maria & discipulis ascendunt in cœnaculum, & ibi collecti hærent expectantes muuus Spiritus, dixit Origenes, laudatus supta c. 19. Atque vtinam comprobetur in nubis quoque ea sobria inebriatio, quam sibi deposcebat S. Paulinus Natali 9. Sancti Felicis, dicens de Apostolis in Pentecuste.

Talis vbi lectas impleuit crapula mentes,
Rapuere sacras seuo gutture laudes,
Ebria corda Deo. Quis me miseratus ab isto,
Flumine potabit, quod sobrias ebrietates?

CAPVT VI.

Quomodò ad prædicta se habuerit solemnis demissio Spiritus Sancti?

Videbant, imò continebant intra semetipsos cœlestia Sacramenta, pauperes spiritu: & hoc vno contenti seculo, intetiùs & exteriùs rubricati, omnes mundi huius delicias aspernabantur, solam esurientes & sitientes iustitiam. Bellè enim hunc eadete video eam

Sectio II. Cap. VI.

crediti Cypriani laciniam, ex sermone de Cœna Dom. Vix autem attenta tanti beneficij recogitatione, & ipsius Dei præsentia, pauetant ac saginanetant animas, cum dutante adhuc hota diei tertia, (quam ideirco solemni sacrificij celebrationi deinceps addictam fuisse ait Rupertus lib. 10. de Offic. cap. 18.) vel certè ea hora vix finita, & moralirer perstante facto ritu, ipsa die qua complebantur dies Pentecostes; id est qua die explebatut quinquagena dierum à die oblationis manipuli, cum ipse dies quinquagesimus aduenisset; omnibus quiete in cœnaculo vbi communicauerant tesidentibus, facta est gratia super grariam. *Factus (inquam) est repentè de cœlo sensus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & replenit totam domum vbi erant sedentes: & apparuerunt illis dispertita lingua, tanquam ignis, seditque supra singules eorum; & repleti sunt omnes Spiritu Sancto.*

Vox *sedentes*, Græcè καθήμενοι, non est exigenda ad rigorem cotticis Latini vocabuli. Etiamsi enim, genuflexi, (vt est sanè verisimilius), cum Deo suauissimis affatibus ageterent, dici tamen potuerunt *sedentes*, id est tranquillè hærentes: sicut de igne cœlesti dicitur, quod sederit supra singulos eorum: id est quod hæserit. & pacificè inextiterit. Et Iudic. 6. *sedere sub quercu* dicitur, pro eo quod est ibi commorari ac degere. Sedentibus igitur, id est quocunque demum situ hærentibus in cœnaculo, & ptæ æstu intetno quem à diuino carbone excipiebant, in cœlestes flammas quadantenus abeuntibus, in ipsa diuini sacrificij consumptione, cum solent piæ animæ pet attactom sactarum specietum cœlesti sponso copulari affectu & atdore vehementissimo, superfusus est facto illi cœtui Spiritus Sanctus, & flamma accessit ad flammam; extetna ad internam, vt eo symbolo significaretut, eequis esset in fidelibus sacrum illum cœtum conflantibus, fututusque deinceps per eos esset in Ecclesia vniuersa effectus promissi à Christo, & tune teapse transmissi Spiritus Sanctis ignito nimirum & inflammatto omnium.

Sic accipiendum censeo quod his verbis legitur apud S. Birgittam l. 6. reu. c. 86. [Quidá Sacerdos in die Pētecostes, celebrauit primam Missam in quodam monasterio. Tune autem in ist ipsa eleuatione corporis Christi, vidit sponsa ignem descendere de cœlo pet totum altare; & in manu Sacerdotis vidit panem, & in pane agnum viuum, & in Agno faciem quasi hominis inflammantem. Et tune audiuit vocem dicentem sibi. Sieut nnne vides ignem descendere in altare; sic per simile Spiritus meus sanctus descendit in Apostolos meos tali dte sicut hodie inflammans corda eorum. Panis verò per Verbum fit agnus viuus, ideſt corpus meum: & facies est in Agno, & Agnus in facie, quia Pater est in Filio, & Filius in Patre & Spiritus Sanctus in vtroque.] Etiamsi Spiritus S. in Pentecoste descendit ea specie qua obuersatus est ignis descendens in elenatione corporis Christi, tamen non descendit in Apostolos in consecratione prima per Sacerdotem in die Pentecostea, sed Apostolis insedit cum participatunt sacrificio.

Pono Spiritum Sanctum aduenisse in elausula Sacri & communionis fidelium, quia tnne fuerunt maximè aptati ad excipiendam pluuiam voluntatiam, hæreditati Dei segregatam. Et nisi hoc tempus aduentui Spiritus Sancti assignatemus, non suppeteret tempus, quo in die Pentecostes potuisset sacrum peragi, quod tamen peractum asse, satis euicimus Sect. 1. Nam statim atque fideles afflati sunt Spiritu Sancto solemniter ac extraotdinariè superfuso, illico tanquam Leones ignem spirantes (quod Chrysostomus hom. 61. ad populoptabat, ex mensa Eocharistiea digressi, conceptum sermonem velut mustum absque spiraculo tenere vltra impotentes, propulsi sunt ad annuneiandum quod de Christo prædicandum susceperat. [Spiritus Sanctus, (inquit creditus Cyprianus serm. de Spiritu Sancto,) superfusus est intus atdentibus, extra loquentibus: & complectebantur se dilectio & verbum; & de calore Spiritus, sermo ferocbat ignitus. Iam omni timore excluso, obedite se Deo magis quàm hominibns profitebantur; & videbatur eis glotia, si pro Christo iniuriam paterentut.] Illico itaquè ab excepto Spiritu Sancto, qua data porta tuerunt, & erupetunt in publicum concionabundi, & ad pœnitentiam ac Christi filij Dei agnitionem vrgentes, cum eos qui ad Ctucem illum popoſcerant, tum omnem nationem quæ sub cœlo est, eo tempote Hierosolymis congregatam per festi solemnis occasionem. Quare nisi dicetemus, sacri celebtationem præcessisse solemnem Spiritus Sancti illapsum, eqtè postea suppeteret tempus sacri ea die peragendi & communicandi. Quia tamen in ipsius saeti consummatione, & sacro moraliter dutante, contigit descensus Spiritus Sancti; ptoptetea Hesychius ad c. 9. Leuit. ait. [Sine dubio agentibus eis sanctum ministetium, & Dominicam cœnam celebtantibus, aduenit Spiritus.] sicque docet impletum esse illud typicè de hoc mysterio præsignificatum; *facies*, & appatebit gloria Dei in nobis, id est sacrificate in die Pentecostes & consummantes sacrificium, accipietis Spititum Sanctum qui est gloria à Patte.

Vidētur plerique DD. annuere. Nam in c. 9. Zachariæ locum planè insignem de Apostolis in die Pentecostes impletis Spititu Sancto, & indutis virtute ex alto, nectunt cum sumptione Eucharistiæ. Ad Apostolorum armaturam in Pentecoste iuxta Rupertum & plerosque eo loco spectant illa ex ettato capite: *Et ponent te quasi gladium fortium, & Dominus Deus super eos videbitur, & exibit vt fulguriaculum eius. Et Dominus in tuba canet & vadet in turbine Austri Dominus exercituum protteget tos & deuorabunt & subijcient lapidibus funda & bibentes inebriabuntur quasi à vine & replebuntur vt phiale, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa vt gregem populi sui, quia lapides sancti eleuantur super terram eius.* In his verbis eorúmque superficie, magnam Euangelicæ gtatiæ superficiem latete ait Rupettus. Continent enim cœtus Apostolici tanquam gladij diuidentis & pacem exscindentis missionem per orbem vniuersum. Illis siquidem prædicantibus & Domino coruscante mitaculis ac confirmante ptædicationem eorum insonnit tuba indicij venturi in homine, in quo statuit, vrgente impetu Spiritus Sancti:

quo

quo animati Apostoli in Pentecoste non erubuerunt Euangelium, sed decorare cœperunt populos; eosque in corpus Ecclesiæ traiecerunt, & gentilitatem duram quasi lapidibus subiecerunt, inebriati musto nouo Spiritus Sancti & impleri vt phialæ, hac facti fortes & validi vt cornua altaris. Minimum enim contingentes terram vt lapides rotundi, motum acceperunt ex voluntate eius qui consuoluit eos mandauit per vniuersum orbem docentes ac baptizantes, quod in die Pentecostes feliciter sunt auspicati: Addit post proposita verba Zacharias: *Quid enim bonum est & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines?* Particula causalis *enim* monstrat nexum esse inter præcedentia quibus mysterium diei Pentecostes contineri vidimus, & pulchrum bonúmque Dei quod est frumentum electorum & vinum germinans virgines, id est sumptio diuinæ Eucharistiæ in sacrificio Christiano. Displicet enim quod Rupertus frumentum Domini ait esse verbum Domini, & vinum ait esse spiritum; quia sicut frumento visibili expellitur fames corporis, & vino extinguitur sitis simulque vegetatur calor naturalis: ita verbo Dei anima vluit, & dulcedine Spiritus Sancti prouocatur mens ad amorem Dei. Hoc etiamsi verum est, tamen non quadrat Zachariæ qui bonum & pulchrum Dei id est quod Deus habet selectissimum & optimum voluit exprimere. At talis est Eucharistia, non autem doctrina diuina: cuius item non est adeò proprium ac Eucharistiæ, esse frumentum electorum ac vinum germinans Virgines. Itaque haud dubiè Zacharias eo versu quem expendimus expressit Eucharistiam, vt etiam statuunt S. Hieronymus, Haymo, Lyranus, Cornelius, Ribera, Castro & alij ibidem, ac Paschasius l. de corp. & sang. Dom. cap. 11. Itaque apertè Zacharias causam tor mirabilium quæ Apostoli pleni Spiritu Sancto patrarunt in die Pentecostes; & porrò perrexerunt patrare, refert ad vsum diuinæ Eucharistiæ tunc ab illis inchoatum.

Insigne verò documentum hinc eruimus, quis sit in Dei Ecclesia fons Spiritus. Rectè Sanctus Macarius homilia trigesima secunda aiebat: [Spiritus duntaxat à Spiritu, & ignis ab igne.] Diuinè prorsus, ac dignè homine hypermistico. Quid enim Christus in Eucharistia, nisi Spiritus & ignis? videsis Onomasticum nostrum Eucharisticum V. *Spiritus oris nostri*, & Verbo *Ignis diuinus*. Ab hoc ergo Spiritu manauit in Ecclesiam Spiritus Sanctus. Et qui deinceps volent Spiritus Sancti participes effici, fontem hunc Spiritus adeant frequenter, & læti bibant sobriam ebrietatem Spiritus. Non aliunde sanè expectanda est riuulis, cuiusmodi nos sumus, fluentorum Spiritus affluentia, quàm vnde ipsimet fontes Israël, (nomenclatio est Apostolorum Psalm. sexagesimo septimo) eam hauserunt. Atqui hauserunt ab Eucharistiæ vsu, vt monstrauimus: Et confirmat Dauid Psalmo vigesimo primo, vbi Arias verba illa; *Apud te laus mea in Ecclesia*, ad Apostolos in Pentecoste pertinere pronuncians, originem abundantiæ Spiritus, qua ea die sunt instructi, & quam deinceps consequi volent qui eorum imitatione erunt pauperes Dei, ad vsum Eucharistiæ refert, vt quæ sequuntur apud Dauidem perspicuè ferunt. Subdit enim. *Vota mea reddam in conspectu timentium eum* (vota Christi esse Eucharistiam dixi in Onomastico Eucharistico: *Edent pauperes & saturabuntur & laudabunt Dominum qui requirunt eum, viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium*, &c. *Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ, in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.* *Missa, & missio S. Spiritus comparata.*

Quæ omnia grauissimi Patres suo loco prolati ad Eucharistiam accommodant. Ab eius igitur vsu dimanat in Ecclesiam Spiritus gratiæ, quo viuunt corda nostra in sæculum sæculi, & reminiscimur officij, ac conuertimur ad Dominum. Hæc enim quæ in Pentecoste fuit origo plenitudinis Spiritus Apostolis collatæ, est item origo continuati in posteros profluuij cœlestis Spiritus, viram & pinguedinem, hoc est habitum animæ bonum & robur ac vires internas adotantibus & manducantibus conferentis.

Si Rupertum audimus hanc ipsam doctrinam à Dauide habemus, diffusè & explicatè Psalmo quarto, vt apud eum videre est libro sexto de Oper. Trinitat. à capite decimo tertio. Præmiserat ibi cap. 9. 10. 11. & 12. Psalmo primo connneri Christi conceptionem; secundo passionem per fremitum & inania quæ meditati erant populi, Tertiò resurrectionem ac euigilationem à somno & ascensionem in cœlum. His præmissis cócludit capite decimo tertio Psalmum quartum esse de Pentecoste, in qua orantibus & inuocantibus Apostolis atque discipulis & in tribulatione positis, ac cœnaculi sepro conclusis, dilatarum est os & cor lingua, contestantibus mirificatum esse à Domino sanctum suum, & adhortantibus vt irascerentur in seipsos concipientes pœnitentiam de immani scelere vitæ Autoris interfecti. Super ipsos enim signatum esse lumen vultus Dei, & datum in eorum corde lætitiam: id est Spiritum Sanctum, interprete præeunte Rupertum Ambrosio libro primo de Spiritu Sancto cap. octauo & decimo septimo. At vnde hæc affusio & signatio luminis vultus Dei, vnde hæc in discipulorum corde lætitia? Non tacet hoc Dauid, subdens multiplicatos esse fideles à sui frumenti & vini & olei fructu, quibus iuxta graues Interpretes manifestè exprimitur efficacitas Sacramentorum Christianorum, ipsiúsque imprimis Eucharistiæ, cuius fructus & vsus fuit Apostolis in Pentecoste origo vbertatis Spiritus. Indidem ergo ab istorum hominum filiis (vt Psaltes alibi Interprete Tertulliano appellat) hauriendæ est diuini Spiritus copia.

Sic assequitur Christus intentum suum efficiendi homines carneos, illud quàm sunt ex vi generationis corporeæ, nempe Spiritus; quo colllmasse Incarnationis mysterium ex Origene & Chrysostomo alibi doceo; Idcirco enim Deus qui Spiritus est, vniuit se carni iuxta illos Patres, vt cum Deus fieret caro.

Sectio III. Caput I.

homo fieret Spiritus, non qualiscunque, sed diuinus, quantum id homini potest obtingere. Non conuenius autem Christus ea præuia diuini Spiritus communicatione quæ fit nobis in Baptismo, quo primùm efficimur Spiritus, quia ex Deo patre Spiritnum non ex carne nascimur; adiungi voluit augmentationem & accretionem eius in nobis per cibum & potum spiritualem; verum inquam corpus & sanguinem suum ad modum Spiritus impattibiliter sub speciebus locatum, vt perfectè Spiritus euadamus comedentes ac bibentes Spiritum, quod voluit Nyssenus hom. 8. in Eccles. ad illud *tempus amandi* cum dixit. [Qui quod bonum est & honestum amauit, ipse quoque erit bonus & honestus, bonitate eius quod est in ipso, eum qui accepit in seipsum transmutante. Propterea nobis seipsum comedendum proponit is qui semper est, vt cum ipsum in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus quod ille est. Dicit enim, *caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus suæ carnis, & qui in hunc sanguinem est affectus, mundus erit à sensibili sanguine. Caro enim Verbi & sanguis qui est in hac carne, non vnam habet gratiam, sed est & suauis iis qui gustant, & appetendus iis qui desiderant, & iis qui diligunt amabilis.] An hoc est quod toties Scripturæ, toties Patres, Christi carnem in Eucharistia ad esum nobis propositum dunant nomine Spiritus? Varia loca annumeraui in Onomastico Eucharistico Verbo *Spiritus.* Et illustris prætet cætera est locus ex Hebr. 10. vbi Apostolus intentat horrenda supplicia ei qui Spiritui gratiæ contumeliam fecerit, quem Spiritum gratiæ Dionysius Alexandrinus Epistola contra Paulum Samosatenum. Cyrillus libro quarto pentabibli, Chrysostomus & Theophilactus ad eum Pauli locum de carne Christi Spiritus speciem in Sacramento sortita intellexerunt. Vnde tantus ille amor vitæ Angelicæ, & horror spurcitiarum carnis, quem Patres ex adhæsione nostra ad Christi carnem, in Sacramento perceptam deriuari docent. Aliquus adduxi in Candelabro septiustri Sect. 4. c. §. 4. Per affectum igitur & amorem huius carnis in modum Spiritus exhibitæ, transmutamur nostro modo in eius naturam, accrescitque in nobis communicatio diuini Spiritus, tum demum perficienda cum absorptum fuerit quod in nobis mortale & carneum est à vita & Spiritu Dei nobis per Eucharistiam beneficè collato, & adaucto.

SECTIO III.

De Missa secundùm quid prima, & secundò prima.

HIcTVM hactenus est, de Missa absolutè prima inter Christianos. Nunc attingenda est, prima Sacerdotis cuiuscunque Missa. Huc pertinet congrua ad eam ritè celebrandam aptatio, & eiusdem repetita memoria post exactam in eo exercitio, annorum quinquagenam, pro vsu in his oris recepto, etiam in sactis cœtibus optimè constitutis, & solidam pietatem consectantibus. Alia verò quæ prætet aptationem debitam, iniriando inesse debeat, petenda est ex *Titulo de qualitate Ordinandorum*, vbi fusè Iurisperiti.

CAPVT I.

De prima Missa cuiuscunque Sacerdotis.

IN primo puncto, nemo satis explicet, quantia accuratio necessaria deposcatur à Sacerdote recèns initiato, vt se conuenienter aptet ad suam primam ouis Christianæ (vt cum S. Augustino loquar,) immolationem, siue primam eius Missam. Si enim nefas fuerit, ad functionem quamcunque pntè humanam alicuius momenti, tumultuatiè & inparatum aggredi, quanò magis reprehensioni obnoxium esset, & à culpa non immune bomulum indispositum, nec conuenienter aptatum se accingere ad functionem inter mortales supremam; à qua & ipsius Sacerdotis, & orbis vniuersi salus pendet: Est ianè Sacerdos pèt huius functionis exercitium, Christi coöperarius, & adiutor in euucilianda homini salute, vt est apud Blesensem serm. 47. Nam quamvis Deus, in ptima creatione, neminem admiserit adintorem, vt suam in nos beneficentiam expromerer: tamen ad instaurationem salutis humani generis, fœdè collapsi, beneuolè accinit Sacerdotes suæ in nos beneficentiæ adiutores, qui sacrificantes Agnum Dei, abstergerent adhibito eius sanguine, labem mundi, & nnmini violato littum condignum pro nostra exsolutione appenderent; id quod abundè præstatur pet hostiam placationis ac laudis, cuius offerendæ munus, Sacerdotibus est concreditum, vt Blesensis scitè disserit.

Ex his pancis summa Christianî Sacerdotij sublimitas liquidò & solidè colligitur: simúlque apertè infertur, cum quanta attentione, & cum quanto horrore, & cum sancto pauore, sit obeundum adeo eminens exercitium.

Videbor ieiuniùs in vberi argumento versari, cum potuissem, sublectis variorum lucubrationibus de dignitate Sacerdotum, banc tractationem locupletare. Eiusmodi lncubrationem, habemus apud S. Ambrosium, nisi potuis fit S. Anselmi cuius veriùs stylum redolet. Verè tamen ea scriptio cuiuscúque demum sit, nihil ad præsens negotium attinet: cum in ea non agatur de presbè dictis Sacerdotibus, provt in corpus Christi teale conficiendum, & immolandum, & offetendum possunt incumbere, sed tantùm agatur de Episcopis, qui sunt summi Sacerdotes, & potestatem prætetea obtinent (id est iurisdictionem spiritualem) in corpus Christi mysticum obtinent. Itaque opus illud quod extat apud Ambrosium *de dignitate Sacerdotum*, aliò spectat quàm ad præsentem causam. Quod item dicendum est, de opere S. Chrysostomi sex libtis comprehenso

prehenso *de Sacerdotio* ; hoc est de Episcoparu vel subeundo ; vel refugiendo , differentis cum Basilio Seleuciæ. Aptiùs sublegi potuissent qui de Sacerdotio præsbè dicto, illúdque consequeuntur dignitate , scripsiones emiserunt : cuiusmodi sunt, Dionysius Richelius , Christophorus Schencelle, Petrus Scbelinus , Antonius Sabellicus , Marcus Mantua, Ioannes Host , Ioanues Mersingus , Petrus Bessæus , & alij quibus meritò antetulerim S. Ephrem, cuius extat Tomo primo sermo egregius , de Sacerdorum præcellentia : Et Theophareu Nicenum Epist. 3. ac S. Franciscum in Opuseulis nuper à Vvadingo vulgatis.

Sed quid opus est varia ex Autbutibus luculenter in eo argumento versatis eorrogare; cum citra verborum phaleras , per se liqueat, quanta sit eminentia potestatis quæ Sacerdoti competit, ad Corpus Christi reale conficiendum , & immolandum , ac offerendum? Penes confectionem Corporis Christi , Sacerdos Beatam Virginem æmulatur , Quinetiam præterea Sacerdotis potestas extenditur ad efficiendam vnionem hypostaticam , & transubstantiationem panis & vini : atque potestas Deipatæ non pertigit. Neque enim ista inuoluuntur in coneursu materno quem solum Deiparæ erga Christum assignare tenemur. Et quamuis aliqui decorum B. Virginis studiosi, tu fluenta quoque eius in vnionem hypostaticam agnouerint, tamen id non nisi piè dicitur, & multis refragantibus , vt visum est lib. 3. de Cbristo sect. 2. c. 4. Quod verò de Sacerdote diximus , est communiter ratum , & gravibus nititur firmamentis. Ex quo perspicuè infertur , dignitas Sacerdotis penes Christi effectionem. Penes immolationem, Sacerdos respondet Christo , qui in Sactificio Cbristiano immolat seipsum pro nobis , quamuis agnus Dei sic immolarus, viuus permaneat, vt S. Andræas affirmabat. Vnde Sacerdos tenens locum Christi , eius verbis vtitur & in eius persona loquitur , induitúrque vestibus Christum in passione referentibus. Penes oblationem verò Christi , Sacerdos agit legatum pro vniuerso orbe, dicitúrque *missus* siue legatus , & eius Sacrificium dicitur *missa* siue *legatio* , vt fusè dictum est in Candelabro Sancto , & attigit S. Cbrysostomus hom. 6. in primam ad Timoth. Quis ergo non borreat, imparatus temerè irruere in functionem tantæ dignitatis , quæ meritò deposcat manum solari radio splendentiorem , vt dixit S. Chrysostomus hom. 83. in Matth.

Hanc tantam Sacrificij Christiani eminentiam, & exquisitæ pietatis mensuram ad Christi confertionem , in Sacerdote depoſcentem, multi Sancti Dei homines benè perspectam habentes, refugerunt initiari Sacerdotio : alij verò qui illud admiserunt , curarunt sollicitissimè vt benè exculti , & ritè comparati quantum patitur humana fragilitas ad tam sublime ministerium aggrederentur. Refugerunt Sacerdotium innumeri pij Anachoretæ & Monachi , imitatione sancti Pauli, primi Eremitæ , & Magni Antonij , ac S. Hilarionis, & aliorum quibus multi annumerant S. Benedictum , vt Petrus Blesensis Epist. 123. causam suam agens. Cum enim homo grandæuus, & sapientiæ laude clarus , ptidem adscriptus Ecclesiasticæ militiæ, vrgeretur à Richardo Londonensi Episcopo vt Sacerdotio initiaretur: E contrario Blesensis , suam Sacerdotij recusationem , prolixè dicta Epistola tuetur. Rursúsque ep. 86. agens eum Alexandro Carrusiano , qui Carrusiam fastidiebat , ea nominatim de causa , quod tunc temporis Cartusiani, per leges suas , aut diuturnum vsum , non sinerentur quoridie ritu Christiano sacrificare; Blesensis vacillationem Cartusiani ei causæ nixam , valdè improbat : vtgens præsertim graue discrimen in tanti muneris exercitio; quod proinde satius sit , tarò capessere , quàm veniendo ad illud absque aptatione debita, obnoxium se reddere grauissimis incommodis. Nec omittit exemplum S. Benedicti Monachorum patris , qui idcirco refugit initiari Sacerdotio [Scis (inquit,) quia Monacborum pater & sacri Ordinis institutor, nec etiam Sacerdotij gradum attigit , expersque Missarum, multo tempore etiam in die Paschæ , verum Paschalis esset solemnitas ignotanit , Paulus, primus Eremita, & Antonius, Petrus & Paulus Apostoli atque cæteri , quorum laus est in Euangelio , non leguntur , singulis diebus salutis hostiam immolasse? Frequentia contemptum parit : Et ex ipsa raritate , crescit reuerentia Sacramenti; Peccamus quidem assiduè, & vbi continuantur peccata, continuum oportet esse peccati remedium : verumtamen mundi pretium impretiabile , communemque humanæ salutis hostiam , nisi in spiritu humilitaris , & eurde contrito immolare non licet. Mors in olla est, nisi Elisæi farinula condiatur. Olim anima , quæ certis temporibus afflicta non erat , exterminabatur de populo suo : nec celebrabatur agni Paschalis sacrificium , nisi in amaritudine agrestium lactucarum. Magnum est Sacramentum , & nunquam nisi corde contrito & humili est celebrandum. Magnum est , dicit Apostolus, Sacramentum hoc pietatis , manifestatum quidem in carne, iustificatum in spiritu , apparuit Angelis, prædicatum est gentibus , creditum est mundo , assumptum in gloria. Teste Ambrosio nunquam nisi puro corde , & mundis manibus & contritione deuota offerenda est hostia , in qua est salus mundi. Tua verò sententia est , vt tibi Christum incorpores singulis diebus non dijudicans corpus Domini. Propter hoc multi imbecilles dormiunt in peccatis. Verbum Sapientis est, cum sederis ad mensam diuitis , appone cultrum guttuti tuo , vt inter cœlestes cibos & laïcos siue communes deuota veneratione discernas. Vide , ne Dominus dicat de te. *Ecce manus tradentis mecum est in mensa.* Et illud. *Dederunt in escam meam fel.* Prohibet siquidem Dominus , ne de agno Paschali comedat aduena vel immundus. Nec pouendus est Christus nisi in Sindone munda, & in monumento nouo; quia panis viræ non est recipiendus , nisi conscientia munda & corde sincero. Hostia enim indigne accepta suscipientem damnat , non saluat, inquinat, non emundat. Propheta enim dicit quid est , quod dilectus meus facit scelera multa in domo mea nūquid carnes sanctæ auferunt malitias eius , in quibus gloriatus est ? Et alibi. Tu qui credis

De prima Missa cuiuscunque Sacerdotis.

Sectio III. Cap. I.

mundari per hostias, scito quod non mundaberis, sed amplius polluetis.]

Ex hac Blesensis oratione, manifestum est in quanto versentur periculo, qui temerè irruunt ad altare, non satis æstimantes tanti mysterij dignitatem; nec satis pensantes cum quanta accuratione & attentione, veniendum sit ad Sacerdotij exercitium. Quod porrò vtroque loco propositò assumit Blesensis, S. Benedictum non fuisse Sacerdotem, tametsi dissidentibus sententiis agitatur apud Haipheneium, prolegomeno 18. ad librum 2. dialogorum S. Gregorij, (qui liber est de vita S. Benedicti) & paragrapho 1. illius Prolegomeni aliquos Authores recenset pro Sacerdotio S. Benedicti: tamen prolatis in contrarium §. 2. duobus supra vigintì testibus, statuit denique, longè probabiliùs esse, S. Benedictum non fuisse Sacerdotio initiatum, præ sancto pauore ne defiteret debita præparatio ad exercitium Sacerdotij. A quo item tanræ sublimitatis gradu, abhorruit Dei seruus pauper & humilis, S. Franciscus Assisias; quibus ridiculè Erasmus in eo colloquio, cui titulus est *Concio* siue *Medardus* adiungit S. Dominicum, Ordinis Prædicatorum Authorem, quem extra dubium est, fuisse Sacerdotem.

Itaque de prætequisita aptatione & congrua dispositione in Sacerdote primùm sacrificante, necessaria, dubitare non licet. Si enim ad posteriora Sacra cum iam moliti sunt aditus, ea Sacerdotis aptatio omnino prærequiritur; quantò magis ad primam litationem, cum adhuc feruere par est ignem Sacrum, in pectus Sacerdotis ex eius consecratione demissum? Aptationis porrò huius necessitatem, praxi sua firmatunt, S. Sacerdotes quotquot ad primam suam litationem veniisse leguntur & insigne est quod in Societatis Iesv historia annotatur de nonem primis Patribus recèns Sacerdotio initiatis non eiiim prius ausi sunt ad illa, vt Græci vocant horrenda, mysteria celebranda aggredi quàm diligenter se ad ea aptassent per longiusculam secessionem & Sacras in ea commenrationes non absque multiplici corporis macerratione per inedias & aspera quæque in eis vltrò suscepta. Ipse vero Societatis parens Ignatius annum solidum in ea sui aptatione ad primum sacrificium impendit, vt scribit in eius vira Petrus Ribadeneira lib. 2. cap. 11. Perspiciebant enim homines à magistro optimo Spiritu Sancto in schola cordis optimè eruditi non ago de immolatione ouis ciuiuspiam in macello ad fanis corporeæ depulsionem, sed agit de oue Nani Testamenti quæ Christus est, vt præclarè dixit S. Augustinus in honorem Dei iugulanda adacto cultro verborum. Ex Sacerdotis ore profusorum iuxra Christi primarij Sacerdotis institutionem atque præscriptum quodque magistri Spiritus sæpe ingeminant non prius sacrificandam sibi adeo nobilem hostiam arbitrabantur; quam se ipsos Deo immolassent eo mystico modo, quem S. Chrysostomus aperit in Psalm. 95. & hom. 20. in ad Romanos, necnon Chrysologus serm. 108. Tantæ molis opus, in quo salus mundi vertitur, perfunctoriè aggredi, ac sine debita aptatione, qua non sorderet labe? Præsertim in recenti & tunc primùm obito, adeò supetnaturalis potestatis exercitio. Homines igitur, dignitatis tam cœlestium munerum nequaquam rudes, ac tam *pretiosorum magnorumque donorum*, (vt S. Petrus appellat,) æqui æstimatores, perpurgato corde, & perpoliti animo, veniendum sibi esse ad tantæ dignitatis functionem, extra dubium ponent non modò vt pulchri ad pulchrum accedant, (quod sibi Socrates præstandum, cum ad Agathonem cœnaturus accederet in Platonis Conuiuio confirmauit.) Sed etiámne minùs puri, operis sanctissimi nitorem, ex parte sua contaminarent, quod foret omni impietate referendum.

Præclarè admodùm in hanc sententiam disserit Gregorius Theologus, sub finem Apologiæ, inde deducto argumento, quod ad legis antiquæ minutiora quæque sacra, nemini parerer aditus, nisi exquisitè perpurgato & aptato, quamuis ea sacra, præ Christiano Sacrificio quod absolutè *sacrum* denominatur videri possent æquiuocè sacra nec nisi nomine tenus. [Hæc igitur, (inquit Theologus), cum ego nossem, illudque insuper, neminem magno & Deo, & Sacrificio, & Pontifice dignum esse, nisi qui priùs seipsum Deo hostiam viuentem, sanctam, exhibuerit; ac rationabile obsequium, gratum atque acceptum ostenderit, ideóque Sacrificium laudis, ac spiritum corritum obtulerit; (quod solum Sacrificium, is qui omnia dedit, à nobis exposcit) quo tandem modo, externum illud Sacrificium, illud magnorum mysteriorum antitypum, ipsi offerre auderem? aut quo modo Sacerdotis habitum & nomen, subire?] Non sapiunt ista, temeritarem in sancta nostra irruentem; sed pauorem illum & horrorem omni securitate optabiliorem, immolationi ac esui agni antitypi congruentem, de quo scriptum legimus *comederit festinanter*. Hoc est, vt habet alia interpretatio, *cum pauore & extasi*. Mulri in hanc rem sunt Patres, apud Durandum 2. de Rit. cap. 55. à num. 9. & apud Bellarminum 4. de Euch. cap. 18. nominatim verò Chrysostomus Hom. 83. In hac meta iuuat monere vulgarem esse persuasionem indulgentias concessas iampridem esse omnibus qui primæ Sacerdotis cuiusþiam Missæ astiterit. Sed hoc vereor an satis solidè asseratur, tametsi iure nupero quoad Religiosos Paulus V. Religiosis qui astiterint sacro primo Religiosi Sacerdotis, concesserit Indulgentiam plenariam. Ita habetur Constit. 21. Paulina num. 9. Sed vt liquet, hæc concessio non spectat omnes assistentes cuiuis primæ Missæ, sed tantùm Religiosos assistentes primæ Missæ alicuius Religiosi, quæ est magna Indulgentiæ illius arctatio. Mandat verò Pontifex, vt qui huius Indulgentiæ participes esse voluerint, siue confessi & sacro pane refecti: vel in die sacro opertentur: quo item est alia concessionis eiusdem arctatio. Aliam Indulgentiam pro hoc negotio esse concessam negauit qui omnia in Lucernis scrutatus est Romæ ad S. Petrum Pœnitentiarius R. P. Antonius Richeomus, rogatus in id inquirere.

CAPVT

CAPVT II.

De repetita Missæ secundùm quid primæ, memoria; post annorum quinquagenam.

HAne simpliciter primam Sacerdotis cuiuscunque Missam, excipit altera, quam *secundo primam* liceat dicere; eaemplo ducto ea Sabbatho, quod Hebræis duplex erat: nempe & quod absolutè ac simpliciter *primum* dicebatur; & quod denominabatur *secundò primum* vt supra dictum est sect. 1. cap. 5. vbi notio & notatio illius vocabuli est patefacta.

Post exactam ergo annorum quinquagenam à prima litatione, ex vsu est (in his quidem oris,) etiam in benè constitutis Religiosis cœtibus recepto, Sacerdotem perinde ac si tunc primum initiatus esset; offerre Deo Sacrificium, adhibita eadem externa solemnitate, qua in prima simpliciter Missa, ab eo oblatum fuerat. Cuius vsus aliquot afferri possunt probabiles rationes eaque imprimis, vt gratiæ exhibeantur Deo pro continuata per tot annos sacra Liturgia: vnde tantus honor Deo obtingit, & tantus fructus in Ecclesiam ipsúmque Sacerdotem celebrantem derivatur: Quod est laudis & gratiarum actionis argumentum sanè luculentum. Enimverò si Deus ad conuenientem pro quouis insignioti beneficio Deus Hebræis festa S. indixit quibus pro pro tali bono gratiæ pendetentur vt videre est apud Toletum in c. 7. Ioannis in exercitatione de festis Hebræorum eandemque, ob causam Spiritus Sanctus Author fuit Apostolis & Ecclesiæ rectoribus vt instituerent festos dies ad recolenda Cardinalia fidei nostræ mysteria & congruæ gratitudinis pensum pro eis exhibendum: Quidni pro tam singulari beneficio quod cuiuis Sacerdoti per initiationem collatum est constitui gratiarum actio solemnis post certum denique tempus collationis tantæ potestatis, constitui inquam sin minus vniuersali Ecclesiæ decreto quod nullum est at saltem priuata pietate voluntarie sacrificante ad modum prædictum & confitente nomini Domini quouiam bonum est? Mensuram verò temporis quo ea grata repetitio exhiberetur Deo à quocunque in Sacerdotem inaugurato neque nimis protensam statui oportuit, ita vt via ad eam posset pertingi ptæ humana caducitate & dictum nostrorum, vt Psaltes appellauit palmarium breuitate Quotus enim eam mensurtam expleisset si sæculum integrum ad hanc primi sacri quasi instaurationem fuisset designatum? Neque item oportuit eam temporis mensuram esse adeò breuem, vt negotium præpropera recordatione vilesceret, sed decuit eius vsum præ annositate veluti maturuisse, & multo antiùs Sacerdotem demeruisse: cuiusmodi annorum terminus, valdè accommodatus, videri meritò potuit annorum quinquagena; quam adamarunt qui primi Iubilæum contraxerunt, & ea centenario fecere quinquagenarium. Ita sanait Clemens Sextus anno 1350. vt constat ex eius extravagante *vnigenitus*. Aliæ verò Iubilæi contractiones, puta ad annos triginta tres, ob memoriam annorum vitæ mortalis, Christi Domini, quam contractionem indixit Vrbanus Seatus, vt notat Benzonius lib. 1. de Iubilæo cap. 6. & alia vltima, ad annum 25. quam induxit Paulus secundus anno 1470. edito ea de re diplomate cuius initium est *Ineffabilis prouidentia*, ea ratione motus, vt omnis ætas posset fructum tanti beneficij percipere; hæ inquam aliæ Iubilæi contractiones, non habent locum in negotio de quo agimus, ob disparem rationem per se manifestam. Ob proportionalem ergo rationem Iubilæi ad annos 50. redacti, rectè ac prouide terminus repetendæ memoriæ beneficij in prima liratione collati, constitutus est annorum quinquagena.

De prima Missa cuiuscunque Sacerdotis.

Ratio alia solemniter repetendi memoriam sacri pridem celebrati, peti potest, ex voluntate satisfaciendi Deo pro culpis admissis in tanto munere negligentiùs exercendo; & pro detergendo puluere, quo inde facilè respergi potuit Sacerdos vellitur autem autis Sacerdoti, vt hoc repetitione quinquagenatia (quam verisimile est postremam & vnicam fore,) eacutiar eas maculas, si fortè obrepserint, & deinceps, sciens quia modicum tempus habet, getat se fervientiùs in eiusdem muneris exercitatione. Quæ Bongus in opere de numeris, & alij, de quinquagenarij prærogatiuis addensant, non est consilium huc aduocare, habens prædictos vnde ea petant, quibus ea minutalia artiserint.

CAPVT III.

Neotheſiæ meæ repetita memoria.

TAli diuinæ erga me beneficentiæ tote petfusus, ad quinquagenam inquam inaugurationis meæ in Sacerdotem, & litationis primæ perductus; hoc ipso anno 1663. ætatis meæ 78. initæ societatis 60. vsui receptio eessi, & sacrum secundò primum post quinquagenam à sacrificatione prima, cum pompa apud nos adhiberi solita celebraoi. Voluntaria oris mei beneplacita sue Domine, & sic fiat sacrificium meum in conspectu tuo, vt placeat tibi Dies recolendo tam denso beneficiorum imbri, & euntracto pulueri exeuriendo, delecta est dies sacra Epiphauiorum quam diem impij quoque, habuerunt pernenerabilem; vt de Iuliano adhuc personato Christiano, affectu autem iam Ethnico, scribit Ammianus libro 21. & de Valente Arriano Nazianzenur in S. Basilij Munodia. Neuter enim illorum, passus est in dic Epiphaniæ, desiderari præsentiam suam in cœtu Christianorum alioqui visi essent à Christianis eatores, si tam solemni die abfuissent ab Ecclesia, & congregatione Christianornm. De eiua dici majestate ac dignitate, fusè Petrus Simonis iusto Tractatu. Nos item eam illustratam dedimus in Diptychis parte 1. puncto 8. à num. 14. Stabilitis varjis eius teste decoribus apud nonnullos nitentibus. Tam nobilis ergo dies, delecta est instaurationi memoriæ

Sectio III. Caput III.

riæ litationis meæ primæ ; repetita pompa qualis in illis adiunctis vsurpatur.

De loco , nec fuit anceps disceptatio: Nam cum adhuc præessem Parthenico Sodalitio maiori , cuius sacellum & amplum latus, & per se admodùm ornatum est , in eiúsque sacelli ara, primitias Sacerdotij mei pridem Deo obtulissem ; non est suscepta cogitatio , de alia sede ad repetendam Neotheliæ meæ memoriam; præsertim cum id vtgerent, sex Æditimi , optimè erga me animati Ioannes Gregoire , Ioannes Lyonnet , Manginos de Loëllie , Benedictus Coral, Bartholomæus Benuengn, & Raphaël Rousset , qui auidè hanc occasionem sui erga me affectus expromendi arripuerunt, vrgentes instantissimè ne hanc celebritatem aliò translatam vellem ; se quidem officio non defuturos, & curaturos vt pateret , quàm illis cordi esset , hac in parte diligentiam probare. Verba amica, factis prolixè expressetunt, nulli per dies non paueos parcentes studio, labori nulli ; ac etiam nullis sumptibus , vt sacellum exquisitè niteret , & celebritas non adeò frequens , (eo certè loco nunquam visa , & cum illis adiunctis , tarò deinceps videnda) splendidè ac magnificè exigeretur. Ac vt quaqua versum per vrbem rei notitia spargeretur, exorata à maioribus facultate, tormentorum minoria modi , vim non modicam , displodi curarunt, parietes aulæis magni pretij, & picturis non vulgariter conuestiti ; Ingens vis cereorum lucem affundebat omnino magnam. In summa , nihil ad sacelli ornatum , & celebritatis splendorem , desiderari sunt passi.

Dixit suò Sacrum , de huius pompæ argumento, veteranos Orator, doctus & pius , ac facundiæ laude per potiora quæque huius oræ pulpita clarus , R. P. Stephanus Gerin Sanctæ Theologiæ Doctor , qui in suo Minorum Obseruantium Ordine, honores tulit præcipuos, Dixit autem per horam plenam , quam dictionis sacræ mensuram legitimam præscribebat S.Franciscus , eò flectens illud Euangelicum *dabitur vobis in illa hora.* Per illud spatium , eximius Orator , suam facundiam simul & pietatem ac doctrinam, testatam insigniter fecit, magna insignis frequentiæ approbatione , plausu omnium magno. Curas, tempus præsertim matutinum , & reliquam diem vniuersam , in Sacello densa frequentia honestando consumpsit. Exposita in eo erat diuinissima Eucharistia, quam sodales per totam diem in classes varias distributi , laude perpetua sunt prosecuti , ad vesperam vsque: in qua, adhibita solemni benedictione , concentu musico egregio aures ac pectora mulcente , conclusum est pij ritus exercitium.

Me præteriit , quæ tamen prætereunda non est alterius sacri Tractatoris , Ludouici Bonicelli facundia simul & pietas , domi probata, in cœtu plurimorum è tribus Lugduni Societatis sedibus Aduocatorum sodalium ; necnon lectissimorum amicorum, D.Caroli Grolierij, D. Rogerij Consiliarij Regij , D. Ioannis Arthaud Scabini Lugdunensis , D.Leonardi Bateon , D. Pothini , siue Amabilis Perdrillonij , quos amicorum gemmas iure nuncupauerim , & aliquot aliorum ; quibus supta corporeas dapes quibus interim vescebantur , sapuit dicentis & eloquentia & iudicio illustris pietas. Veramque dictionem sacram, pro limbo huius opellæ repræsentatum venio. Et quidem primam , eo ipso idiomate vernaculo quo à Tractatore exhibita est, ne per interpretationem (quod facto facillimum esse notauit S. Hieronymus Epist. 101. & in Præf. ad Chronicum Eusebij ac ad Eustochium præfatione in Ezechiel:) dicentis genio minùs seruiretur , & sapor elegantiæ eius, obtunderetur sic habet.

SERMON

SERMON PRONONCE',

Le 6. Ianuier 1663. dans la Chapelle de la grande Congreg. de N. Dame, au grand College de Lyon: Le R.P. THEOPHILE RAYNAVD, de la Compagnie de IESVS, ayant celebré sa seconde premiere Messe:

Par le P. ESTIENNE GIRIN, Religieux Cordelier de l'Obseruance de Saint François.

Obtulerunt ei munera Aurum, Thus, & Myrrham. *Matth.* 2.

IL n'est point de Solemnité dans l'Eglise plus feconde en merueilles que celle de ce iour. Elle nous est en singuliere veneration pour trois grands miracles, qui en comprennent vne infinité d'autres. IESVS-CHRIST baptisé au Iourdain, le changement de l'eau en vin aux Nopces de Cana, la manifestation du Verbe Incarné aux Gentils. Celuy-cy est le principal des trois, & fait par sa grandeur que l'on ne s'apperçoit presque pas des deux autres. Vn Dieu dans vne créche, qui le croiroit? Trois Roys fléchit le genoüil deuant le fils d'vn Charpentier, qui n'en seroit surpris? Mais trois Roys venus de loin, & chargés de magnifiques presens, pour luy faire, diroit-on qu'ils soient sages, & que le nom de Mages leur conuienne bien. Cependãt ce sont autant de veritez, desquelles il ne nous est pas permis de douter, & qui me fourniroient de riches matieres pour vous entretenir, si vn autre sujet ne se presentoit pas, & qui n'est pas moins auguste. Vous sçauez quel est celuy de cette illustre Assemblée, & à quel sacrifice vous estes venus assister. Ce n'est plus de l'or, ce n'est plus de l'encens, ce n'est plus de la myrrhe presentée à IESVS-CHRIST: C'est IESVS-CHRIST mesme offert à son Pere, & par les mains d'vn Prestre, qui a cét auantage depuis plus de cinquante ans. Ainsi ie n'ay pas à vous parler des Roys, mais des Prestres, de leur excellence, & de leur dignité. Apres que i'auray dit:

AVE MARIA.

Vous n'apprendrez rien de nouueau quand ie vous diray que les presens des Mages enferment de grands mysteres. Il n'est point de Pere qui dans ce sentiment n'ait tâché de les découurir, & fait effort pour penetrer dans la veritable signification de cét or, & de cét encens, & de cette myrrhe. Aussi n'y ont-ils pas trouuillez inutilement. Cela les a obligé à nous dire tant de belles choses, qu'il est impossible de n'en estre pas satisfait. Or ce que i'y ay trouué de plus beau, & à mon sens de plus veritable, c'est que le Fils de Dieu s'étant incarné, & aysnt appellé à soy les Iuifs, & les Gentils en la personne des Pasteurs, & des Roys, qui ont visité sa Créche: Nous allions auoir vne Religion acheuée, la consommation, & la fin de toutes les precedentes Religions.

Theoph. Raynandi Eucharistica.

L'acte le plus essentiel de la Religion, c'est le Sacrifice, & dans le Sacrifice l'on obserue trois choses. Dieu qui le reçoit, le Prestre qui le presente, la victime qui est sacrifiée. Parmy les Gentils les Sacrifices estoient autant de sacrileges, parce qu'ils n'estoient pas presentez au vray Dieu; parmy les Iuifs le vray Dieu receuoit les Sacrifices, neantmoins leurs Prestres, & leurs victimes n'étant encore que des figures, l'on ne peut pas dire que leurs Sacrifices fussent parfaits. Nous trouuons en IESVS-CHRIST la verité de ces trois choses; & les Mages nous en asseurent par les mysteres de leurs presens. L'or est le symbole de la Diuinité, ils le luy donnent donc comme en protestant de ne plus reconnoistre d'autres Dieux que luy, de ne plus sacrifier aux Idoles. L'encens marque le Sacerdoce, & le reconnoissans cõme le grand, & souuerain Prestre, ille luy mettent entre les mains. Enfin ils luy presenterent la myrrhe, & pretendent de declarer par là qu'il est encore l'vnique victime à estre efficacement immolée pour nous. *Obtulerunt ei, &c.* Ainsi le Sacrifice de la Loy de Grace, a l'auantage sur tous ceux de l'antiquité, qu'outre qu'il est fait au vray Dieu, c'est encore vn vray Dieu qui le fait, & vn vray Dieu qui en est la victime. IESVS CHRIST sacrifie, le voilà en qualité de Prestre; Il se sacrifie soy-mesme, *semetipsum offerens*, le voilà en estat de victime. Il se sacrifie soy-mesme à son Pere, auec qui il conuient de Diuinité, le voilà en titre de Dieu qui reçoit le Sacrifice.

Or IESVS-CHRIST, apres auoir acheué l'ouurage de nostre Salut, se retirant dans la gloire, ne nous a pas supposé vn autre Dieu à qui sacrifier, ny vne autre victime pour estre sacrifiée que luy-mesme; Mais sans se defaire de la qualité de Souuerain Prestre, laquelle il veut garder eternellement. *Tu es Sacerdos in æternum.* Il n'a pas laissé de se choisir d'autres Prestres entre les hommes, à qui par l'impression d'vn charactere tout Diuin il communique tout son pouuoir, & toute son authorité. Nous verrõs ce que ce diuin

charactere donne au Prestre, & ce que le Prestre doit donner à son charactere. C'est l'ordre de ce discours.

Premiere partie. Tout ce que le charactere de Prestrise donne au Prestre se termine à vne elevation, laquelle ne se peut bonnement concevoir. Laquelle aussi sur les de positions de l'Escriture a exercé l'esprit, & épuisé l'eloquence de tous les Peres; & fait encore aujourd'huy l'admiratiõ des saintes Ames, & doit obliger tout le monde au respect & à la veneration. Il retire le Prestre du commun des hommes, ce n'est rien dire; Il l'éleve au dessus des Testes Couronnées, c'est dire trop peu: Il le fait aller d'égalité auec les Anges, ce n'est pas assez: estre Mere de Dieu, c'est vne dignité en MARIE qui luy fait surpasser les Anges, & les hommes; ie ne sçay si le Prestre luy doit ceder: peut-estre s'éleue-t'il à la hauteur de Dieu, ce peut estre à ses taisons & son fondement, & iusques où ne faut-il donc pas que l'esprit se donne l'effort pour penser dignement de l'elevation d'vn Prestre?

Le Prestre asseurement est pris d'entre les hommes, l'Apôtre le dit, & du costé de la nature nous ny voyons nulle difference; Il est vray pourtant que par le merite de son charactere, il s'éleue à vn Ordre superieur, & lequel n'a plus rien de si rampant, & de si ravalé que l'homme? Quelque auantage qu'ait l'humanité elle est au dessous du Sacerdoce, puisque le Sacerdoce, au iugement de S. Ignace le Martyr, est, *omnium bonorum quæ in hominibus sunt apex.* Les Prestres sont hommes, de sorte, dit Philon, que la Republique humaine n'est plus digne d'eux, quoy que Citoyens du monde, ils surmontent toutes les choses sensibles, ils passent dans le monde intelligible, & prennent domicile dans la republique des idées dégagées de la matiere & exemptes de corruption.

Nous pouuons iuger de cette realité par la figure. Il est defendu dans l'Exode d'oindre la chair de l'homme de l'onguent qui a serui à l'unction du Prestre, *Caro hominis non ungetur ex eo.* Ne sembleroit-il pas par l'expression de cette defence, que la chair de l'homme, & la chair du Prestre ne sont plus vne mesme chair, & que le Prestre du moins pris dans cette qualité n'est plus homme? Il est encore dit dans le Leuitique, que le Pontife entrant dans le Sanctuaire nul homme n'y entre. Ny a-t'il pas lieu de conclurre par cette façon de parler, qu'il faut donc que le Pontife ne soit pas homme? Non certes, amplifie S. Cyrille, il n'est pas homme, soit qu'il n'ait plus qu'vn mesme esprit auec le Seigneur; soit que par vne espece de gloire comme celle de la Resurrection, il se trouue de l'ordre des Esprits, il n'est pas homme.

I'ay ananeé, que dire cela du Prestre ce n'est rien dire. I'ay mesme ajoûté, que c'est trop peu de porter son elevation au dessus des Testes couronnées. L'on a souuent mis en parallele les Prestres & les Roys, & de l'onction cõmune aux vns & aux autres dans l'ancienne Loy, Philon conclud qu'ils ont vne majesté pareille, & qu'ils meritent vn mesme honneur. *Liquet iuxta legis Iudicium Sacerdotes æquiparari honore & maiestate Regibus*, selon la remarque de Lyra, la Tribu Royale & la Sacerdotale se pouuoient mêler par alliance, & ce priuilege leur fut accordé *propter nobilitatem vtriusque*: dit ce sçauant Interprete.

L'on a mesme remarqué que chez plusieurs Nations le Roy, & le Prestre n'estoient pas deux personnes differentes. Vn mesme Melchisedec fut Roy de Salem, & Prestre du Tres-haut. Le Mercure des Ægyptiens fut appellé trois fois Grand, parce qu'il estoit grand Philosophe, grand Roy, grand Prestre. Il est certain que Iethro estoit Prestre des Madianites, & selon quelques-vns, il estoit encore leur Roy. Dans vn endroit de l'Escriture, il se trouue vne Royauté Sacerdotale, & dans vn autre vn Sacerdoce Royal. Mettre donc le Roy, & le Prestre en égalité, reconnoistre dans vn mesme sujet deux qualitez si illustres, c'est vn sentiment que la nature a donné mesmes aux moins éclairés d'entre les hommes.

Ceux qui ont mieux conceu la grandeur de la dignité Sacerdotale en parlent plus magnifiquement: Ils reconnoissent du Roy au Prestre la mesme subordination, que de la Lune au Soleil. Innocent III. l'écriuoit à l'Empereur de Constantinople, Dieu a fait deux grands luminaires; mais l'vn plus grand, & l'autre plus petit; le plus grand qui preside au iour, le plus petit à la nuict; Le iour & la nuict, sont l'ame & le corps: l'vne lumineuse, le corps tenebreux: le Prestre preside à l'ame, & le Roy au corps. Le plus grand luminaire est donc le Prestre, & le Roy le plus petit; mais le plus petit luminaire est soûmis au plus grand, il est de sa dependance, titez la conclusion. Ce raisonnement prend sa force de ce principe, que les dignitez sont plus ou moins nobles selon la noblesse des sujets, sur lesquels elles s'exercent, *imperare paucis & miseris nulla dignitas*, auoir peu de sujets, & tous miserables, ce n'est presque pas vne dignité. La dignité des Roys ne regarde que le corps, celle des Prestres va à l'ame: La dignité des Roys est limitée sur la terre, celle des Prestres monte au Ciel: La dignité des Roys est pour le temps, celle des Prestres pour l'éternité: La dignité des Roys connuist des choses humaines, celle des Prestre des diuines: De toute la hauteur donc que les choses diuines surpassent les humaines, l'éternité le temps, & l'ame le corps. De toute cette mesme hauteur, les Prestres s'élevent au dessus des Roys.

Aussi voyons nous dans le Leuitique que la victime immolée pour le Prestre estoit plus noble, que celle que l'on presentoit pour le Roy, vn veau pour celuy-là, vn Bouc pour celuy-cy. *Tam procul abest à Sacerdotali dignitate*, dit Theodoret, que Aaron est nommé deuant Moyse, & cela par preference, à cause, commente de Lyra, qu'il deuoit estre le grand Prestre de la Loy, & que Dieu l'auoit choisi à cette dignité. Les Prestres de la Loy de grace sont des realités dont ceux de la Loy écrite n'estoient que les figures; ne trouuons donc pas étrange ce que nous lisons de S. Martin, qu'estant à la table de l'Empereur Maxime, & la coupe d'or luy ayant esté offerte, il la prit & y bût, puis la donna pour boire au Prestre son compagnon, auant que de la presenter à l'Empereur. Il sçauoit bien qu'il n'est point de si petit Prestre, particulierement dans la nouuelle alliance, lequel par son charactere ne doiue estre estimé grand; mais d'vne grandeur à l'emporter sur les plus grands Roys, & les plus puissans Monarques. N'en dire que cela, c'est trop peu dire, disons-en donc quelque chose de plus.

Appeller.

Appeller les Prestres des Anges c'est parler apres l'Escriture, le Prestre est l'Ange des armées du Seigneur dans le Prophete Malachie, où le Psalmiste dit, que l'homme à mangé le pain des Anges. S. Bonauenture l'entend du pain des Prestres. Le Prestre ordonne aux femmes de se voiler dans l'Eglise, à cause des Anges, c'est à dire à cause des Prestres selon S. Thomas. Le mesme Apostre écrit aux Galates, de ne pas croire mesme à l'Ange du Ciel qui leur annonceroit vne doctrine contraire à celle qu'il leur a preschée: Pourquoy expressément l'Ange du Ciel *Angelus de cœlo*; s'il n'y a pas des Anges en terre? & qui seroient ces Anges en terre si les Prestres ne le sont. C'est la belle reflexion de S. Chrysostome.

Le Prestre est vn Ange, non pas en nature, mais en office, & en dignité. L'Ange assiste incessamment deuant le thrône de la diuinité, & le Prestre ne bouge guere d'auprés de l'Autel. L'Ange preside aux Cieux & aux Elemens: Le Prestre à l'Eglise & au peuple. L'Ange comme ministre de la colere de Dieu afflige quelquefois le genre humain de guerre, de peste, de famine: le Prestre en cette mesme qualité lance souuent sur les pecheurs, les foudres de l'excommunication, de la suspension, de l'interdict. Les actes Hierarchiques de l'Ange sont, purger, illuminer, perfectionner: Le Prestre purge par les Sacremens, illumine par la sainte parole, & perfectionne par la priere. Le Roy de Gloire est porté sur l'Ange, comme sur vn char triomphant, *Currus Dei multiplex millia lætantium*: & il est entre les mains du Prestre, comme sur vn throne digne de sa Maiesté. L'Ange en des Encensoirs d'or presente au Seigneur les prieres des hommes: le Prestre dans le mystere du Calice, offre les sacrifices, & les noms des Chrestiens.

Auec tout cela le Prestre a des auantages que l'Ange n'a pas. Tous deux annoncent les volontés de Dieu aux hommes, il est vray: mais l'Ange aux hommes de la nation Iuifve seulement, le Prestre aux hommes de toutes les Nations. Saint Chrysostome l'a obserué à la gloire de S. Paul: *Paulus ad Gentes missus est*, dit-il, *Angeli ad circuncisionem; qui maiorum sit Euangelista hoc ipso maior est*. La consequence est bonne. D'ailleurs où trouuerez vous dans les Anges le pouuoir de lier, & de délier; de condamner, & d'absoudre. L'Ange est habitant du Ciel, il semble pourtant que le Ciel n'ait pas pour son authorité la même déference qu'il a pour celle du Prestre, qui n'est qu'habitant de la terre, *qui terram incolunt*, dit, comme par admiration, S. Gregoire, *disponunt ea quæ sunt in cœlo*. Où il y a lieu d'auancer que les Anges dans le Ciel ne disposent pas si absolument de la terre: que les Prestres sur la terre disposent du Ciel. Quel honneur pour les Prestres! Mais qu'elle consommation d'honneur (pour parler auec le Cardinal Pitre Damian.) *Consummatus honos in terris positum cœlo imperare*.

Si nous adjoûtons donc maintenant le pouuoir que les Prestres ont sur le precieux Corps de IESVS-CHRIST, ô mon Dieu! & de combien ne les verrons nous pas eleués par dessus les Anges. Estre mere de Dieu, ie le disois, est vne dignité en MARIE à l'emporter presque infiniment sur les Anges, & sur les hommes; mais ie ne sçay si par cette consideration le Prestre luy doit ceder. Vierge adorable ie reconnois en vous vne saintetê, vne abondance de graces, vn amas de priuileges, vne plenitude de benedictions; par laquelle il n'est rien de creé apres l'humanité de IESVS-CHRIST qui ne vous soit inferieur. Vous estes la mere d'vn Dieu, il s'est Incarné dans vostre sein, vous l'auez conceu, vous l'auez enfanté, vous l'auez reposé dans vne créche, vous l'auez enueloppé de langes, vous l'auez tenu entre vos bras, en faut-il dauantage pour vous mettre dans vne eleuation à ne reconnoistre plus que ce mesme Dieu au dessus de vous? Cependant, l'oseray-ie dire, il n'est point de Prestre qui ne s'éleue à cette hauteur, si mesme il ne la passe. Que l'on prenne bien ma pensée, ie n'auanceray rien de moy, ie ne parleray qu'apres les Peres.

Vn Dieu s'est incarné dans le sein de MARIE: ce mesme Dieu s'incarne tous les iours entre les mains des Prestres. S. Augustin l'a dit, *in quorum manibus Dei filius velut in utero Virginis incarnatur*. Elle l'a conceu par la prononciation de ces paroles *fiat mihi secundum verbum tuum*: & le Prestre n'en fait pas moins en prononçant celles-cy. *Hoc est corpus meum*. Elle l'a enfanté en Bethleem, & le Prestre l'enfante dans l'Eglise: Elle l'a reposé dans vne créche, & le Prestre le repose sur l'Autel: Elle l'a enueloppé de langes, & le Prestre des especes sacramentelles: Elle l'a porté entre ses bras, le Prestre le tient entre ses mains. Tout cecy se prêd de Pierre Damian, de S. Chrysostome, de Theodoret, de l'Abbé Guarricus, &c. Et l'Eglise n'a pas d'autres sentimens. Puisque la raillerie que faisoient les Begards de ce mystere estoit d'appeller les Prestres *Deifices*, raillerie de laquelle elle ne s'est pas offencée, au contraire elle en a rendu à Dieu de plus profondes adorations, le benissant d'auoir donné vn tel pouuoir à l'homme. Voila certes des conuenances à ne nous pas faire penser moins hautement des Prestres que de la Mere de Dieu.

Mais que sera-ce? si nous obseruons que cela n'est arriué à MARIE qu'vne seule fois, & dans vn seul lieu, & que le Prestre en a l'auantage en tous les lieux & toutes les fois que bon luy semble. Que sera ce de cette difference, que MARIE nous a produit vn IESVS-CHRIST passible & mortel, au lieu que le Prestre nous le donne immortel, & impassible: que conceu de MARIE, Il a eu toutes les infirmitez de la terre; au lieu que consacré par le Prestre, Il a toute la Gloire du Ciel. O sainte Dame, à Dieu ne plaise que ie veüille tirer vne consequence qui vous soit iniurieuse, ny qui aille à diminuer vos grandeurs. Mais quand i'apprens de l'Histoire que S. Nicolas celebrant vous estes descenduë du Ciel, non seulement pour assister à sa Messe, mais encore pour la luy seruir, ne faites vous pas bien vous-mesme connoistre ce qui en est? Si vous ne reconnoissez que Dieu au dessus de vous, pourquoy deferez vous de si grands honneurs aux Prestres? est-ce que le charactere de Prestre le met de pair auec Dieu? Ie l'ay auancé tantost, mais auec vn peut-estre; & i'ay aioûté que ce peut-estre auoit ses raisons, & son fondement.

Ce fondemẽt quãt à la denominatiõ n'est autre que l'Escriture, elle ne se contente pas de nõmer les Prestres des Anges, elle les nomme encore des Dieux. La cõmune interpretatiõ de ces paroles de Moyse, *Diis non detrahes*, est qu'il ne faut point médire des Prestres, les médisances qui se font des Prestres passent dans l'énormité du blaspheme, selon S. Paul, *blasphemamur & obsecramus*, & vous

sçauez que le blasphemе s'en prend directement à Dieu. Le grand Prestre de la Loy ancienne portoit le grand Nom de Dieu escrit au front, pensez-vous que ce ne soit pas de la mesme façon que Babylone y porte le sien dans l'Apocalypse? pour cõclurre que le vray nom du Prestre est le nom de Dieu, & que le Prestre ne porte le nom de Dieu que parce qu'il est Dieu, dit Saint Greg. Thaumar. *Deus est, aliesque Deos efficu.*

En effet ce seroit peu au Prestre de porter le Nom de Dieu, si d'ailleurs il n'imitoit pas Dieu de prés, s'il n'entroit pas dans vne excellente participation de ses grandeurs, s'il ne communiquoit pas auec luy d'authorité & de puissance. D'authorité, puisqu'il est iuge, & iuge des consciences. Il semble que Dieu se soit reserué le cœur de l'homme, de sorte qu'il ne veut pas que nul autre que luy entre dans ses secrets, ny le tienne sous sa iurisdiction: Cependant il n'en exclud pas les Prestres; & le tribunal de la confession n'est estably dans l'Eglise, qu'afin qu'ils connoissent de tout, mesme du fond des ames, & qu'ils prononcent sur les pensées aussi bien que sur les paroles, & sur les actions. Cette authorité ne se trouue en nul des hommes, pas mesme dans les Roys ny dans les Anges; ie l'ay déja dit. Sainte Vierge elle n'est pas l'vn de vos appanages, elle n'est qu'en Dieu, & dans le Prestre; & quoy qu'en Dieu elle soit souuerainement, & principalement, & dans le Prestre comme dans le ministre; cela n'empesche pas que par la communication qui luy en est faite, il ne s'éleue aucunement à la hauteur de Dieu. Mettons icy les belles paroles de Pierre Damian ser. 26. Il fait comparaison de Pierre auec le Sauueur, & osa dire que *prædicti Petri sententiâ sententiam Salvatoris*, que la sentence du Sauueur est comme infirmée par celle de Pierre, *quis nescit quod Christus hoc ligat Petrus, sed quod Petrus hoc ligat Christus.* Ce que IESVS-CHRIST lie Pierre ne le lie pas, mais ce que Pierre lie, IESVS CHRIST s'est obligé de le lier. *Judicat Petrus, & Petri judicia confirmat omnipotens, & est in manu Petri manus altissimi.* Oüy Pierre iuge d'vne authorité si absolië, que le tout-Puissant confirme ses iugemens, sa main & la main du tres-haut, ne sont pas deux mains differentes; mais vne mesme main de iustice & d'authorité.

Le Prestre communique de puissance auec Dieu. Dieu peut tout, & il est peu de chose que le Prestre ne puisse. La puissance vniuerselle de Dieu est connuë de tous les hommes, la puissance vniuerselle du Prestre ne doit du moins pas estre ignorée des Chrestiens. L'eau entre leurs mains introduit les fidelles dans l'Eglise, l'huyle qu'ils ont benit donne force pour le martyre, le pain qu'ils ont consacré sert de viatique à la gloire, leur parole nourrit pour vie spirituelle, leur souffle chasse les mauuais esprits, leur salive remplit le cœur des lumieres de la sagesse, par limposition des mains ils sacrent les ministres de l'Autel, par les censures ils bannissent les obstinés, par les clefs ils ouurent le Ciel & le ferment; est-on menacé de sterilité? leur benediction tend les campagnes fertiles; le temps est-il mauuais? ils coniurent la malignité des influences, & dissipent les tempestes; les demons se ioüent-ils de nos infirmitez? ils les font fuir par la vertu des exorcismes: enfin on ne les sçauroit mieux nommer que les organes de la Toute-puissance de Dieu *Omnipotentiæ Dei Organum*, dit vn Pere.

Mais voulez-vous voir le Prestre dans vne participation encore plus acheuée de la Toute-puissance de Dieu? prenez garde comme il en communique auec le Pere, auec le Fils & auec le S. Esprit; Le Pere de toute eternité produit son Fils, le produisant il le reçoit en soy-mesme, parce que son action est immanente, & l'enuoye aussi hors de soy pour l'operation de nostre salut, *misit Deus filium suum in mundum*, sçauons-nous imaginer vne plus parfaite imitation de cette puissance que lors que nous voyons le Prestre produire ce mesme fils dans l'Eucharistie, le tenoit en soy-mesme par la communion, puis le distribuer aux fideles. Le Fils repare le Monde, appaise la colere de Dieu, détruit l'Empire de Sathan, & ouure la porte du Paradis que nos pechez auoient fermée, & cela par le Sacrifice qu'il fait de soy-mesme sur l'arbre de la Croix. Est-ce que le Prestre ne continuë pas le mesme Sacrifice quoy que d'vne maniere non sanglante dans le mystere de l'Autel? Est-ce que ce Sacrifice continué, ou reïteré par le Prestre, n'a pas la mesme vertu & la mesme efficacité? Le S. Esprit éclatte dans la distribution de ses dons, des graces & des vertus infuses de leurs actes qui sont les beatitudes, & les fruicts? Le Prestre n'éclatte-il pas par le mesme endroit, distribuant la saincte Eucharistie qui est l'arbre d'où se cueillent, tous les fruits, toutes les beatitudes, toutes les vertus, toutes les graces, & tous les dons du S. Esprit.

Que ne deuons-nous donc pas penser maintenant de la puissance des Prestres. Hazarderons-nous trop de dire qu'elle va presque d'égalité auec celle de Dieu, qu'elle en est vne communication acheuée. Ce qui me surprend, c'est que Dieu dans toutes les merueilles de son infinie Puissance ne dispose que de soy-mesme: Au lieu que le Prestre dispose de Dieu, & en fait comme à sa volonté. Il commande, & Dieu obeït, *obediente Deo voci hominis.* Cela n'a esté vray qu'vne fois de Iosuë, quand par ses ordres le Soleil s'arresta, Mais il est vray des Prestres tous les iours, lorsque par la vertu de ces grands mots, *hoc est corpus meum*, ils font descendre du Ciel, le Soleil de Iustice, & l'obligent de se voiler des especes du pain, & du vin. Quelle puissance! quelle authorité! quelle dignité! *O Sacerdotes incruenta sacrificia mittentes, ô Illustriores animarum custodes, ô magnum Dei figmentum in manibus vestris gestantes, ô Deum hominibus conciliantes, ô mundi fundamenta, vitæ lumina, Christianæ fidei columna, immortalis vitæ Doctores, Christi fori.* Ce sont les beaux eslans de S. Gregoire de Nazianze meditant sur les grandeurs que les Prestres tiennent de leur Charactere.

O hommes ne vous y trompez plus, ils ne sont plus hommes, ils en peuuent encore auoir les foiblesses, mais ils en surpassent la dignité, leur elevation va par dessus celle des Roys: les nommer des Anges ce n'est pas exprimer tout leur merite; adorable MARIE vous les auez iugez dignes de vous voir à leurs pieds. Encore vne fois (Chrestiens) ne vous y trompez plus, les Prestres sont des Dieux, non pas des Dieux par essence, il n'y en peut auoir qu'vn; mais des Dieux par vne excellente participation de l'authorité, & de la puissance de Dieu. O que ne les regardez-vous incessamment par cét endroit, ô que vos mepris cesseroient bien, & vos médisances; vous vous rapporteriés de leur mauuaise vie aux iugemens

mens de Dieu, comme le grand Constantin; vous ne leur parlerés iamais que de genoux, comme saincte Françoise; dans cette posture vous leur demanderiez la benediction, comme S. Antoine; vous les prefererés aux Empereurs, comme S. Martin; vous les saluëriez plustost que les Anges, comme S. Francois, vous feriez gloire de les servir à l'Autel, comme la glorieuse MARIE. Du moins feriez-vous vne serieuse reflexion sur ces paroles de S. Ignace *qui aduersus Sacerdotium fuerit, non hominem ignominia afficit, sed Deum, & Christum eius primogenitum, qui natura solus est primus Sacerdos Patru:* Les ennemis des Prestres sont ennemis de Dieu, & de CHRIST, qui seul par nomination est le Souuerain Prestre. Apres cela mes freres, à quoy nostre Charactere ne nous eleue'til pas? Mais que ne luy deuons nous point pour toutes les grandeurs à quoy il nous eleue?

Ie le dirois dans l'autre partie de ce discours, si ie ne me trouuois en necessité de la supprimer, de crainte qu'il n'aille à vne estenduë ennuyante, & de laquelle asseurement vos patiences se trouueroient enfin lassées. Et puis quel besoin de m'arrester à ce que les Prestres doiuent à leur charactere, en ayant vn deuant les yeux qui s'est si dignement acquité de tous ces deuoirs. L'exemple de nôtre Illustre celebrant fera icy plus d'effet que toutes les raisons que l'Escriture & les Peres me pourroient fournir. Les deuoirs des Prestres en general s'abbregent par ces paroles, *viuant vt numina, loquantur vt oracula.* Et certes estans des Dieux au sens que ie l'ay expliqué, il leur seroit bien honteux s'ils ne menoient pas vne vie diuine, & puisqu'ils sont les organes de la diuinité, que doiuent-ils prononcer que des Oracles?

Vne vie donc qui ne tient rien de la foiblesse, & des langueurs de l'homme, où la raison exerce vn empire plus absolu sur les passions, & les conuoitises, que ne l'est celuy des plus puissants Monarques sur leurs sujets. Vne vie continuée dans vne actiuité pareille à celle des Anges, toute pleine de vertus, toute consacrée à Dieu, toute éclairée de ses lumieres, toute brûlante de son amour, toute employée pour sa gloire. Vne vie ferme dans les persecutions, intrepide dans les perils, infatigable dans les trauaux. Vne vie que le vice ne peut déreglet, que les iniures ne peuuent aigrir, que la calomnie ne peut decrier. Vne vie de science & d'erudition, qui parle par tous ses mouuemens, & toutes ses demarches, qui ne fait rien, & ne dit rien qui ne soit l'instruction, & l'edification des ames; c'est à peu pres la vie à laquelle les Peres, & entre autres S. Hierôme exhortent les Prestres *viuant vt numina.* Mais ce n'est que le foible crayon de celle que nous auons deuant les yeux depuis tant d'années en la personne de nostre celebrant. Il n'est pas neccessaire que i'en faisse le detail, elle est assez connuë. L'on ne verroit pas icy vne si celebre assemblée, vne telle foule de si beau monde, si sa vertu, & l'honneur qu'il rend à son charactere, n'estoit de la force des parfums de l'Espoux pour luy attirer les filles de Hierusalem, c'est à dire, tout ce qu'il y a d'ames fideles. Ie sçay d'autre part que le Sage, comme dit vn Pere, *cùm laudatur in facie percmitur in mente.* Il faut épargner sa modestie, & ne le pas faire rougir de ses propres perfections.

Mais mon tres Reuerend Pere, ie n'ay pas le cœur de me faire à mesme-temps vne double violence. Estre reduit à effleurer seulement vne vie toute diuine, c'en est déja trop pour l'inclination que i'ay à louer la vertu heroïque; Ma retenuë est à bout, ie n'en sçaurois plus auoir pour vos Oracles, *loquantur vt Oracula.* Ie ne sçaurois m'empescher de crier, auec vne infinité de grands hommes, & les plus grands de nostre siecle, que vous estes d'vne erudition consommée, vn homme tout de lumiere, le flambeau des meilleurs esprits, la gloire des Orateurs, les delices des Muses, l'Anere des Theologiens parmy les tempestes de l'Escbole, le dompteur des Monstres qui osent s'éleuer contre l'Egliſe. Ces eloges sont trop iustes pour les supprimer, on les doit à cette profonde science qui ne laisse rien à deueloppet dans la nature ny dans la grace, à cette lecture prodigieuse à laquelle nul Autheur n'est échappé, à cette quantité de merueilleux liures, où l'eloquence est si forte, & si fleurie, la pieté si vniuerselle & si touchante, où l'esprit se remplit de tant de belles choses, où il se remet de tous ses doutes par la netteté des decisions, où il se delasse par la diuersité, où il s'asseure par la solidité: Liures qui confondent l'erreur, qui appuyent la verité, qui deffendent l'Egliſe, qui reglent les mœurs, qui abbatent le vice, qui establissent la vertu; Liures aussi qui font auiourd'huy l'empressement de tous les curieux, de tous les deuots & de tous les doctes, qui ne déplaisent qu'aux heretiques & aux mauuais Chrestiens.

Il me semble, Messieurs, de lire dans vos cœurs vne saiute alteration, vne soif Cbrestienne, de les voir tous sortir du Cabinet qui en enferme encore la plus part, le temps vous dure, & à vostre auis les Presses vont trop lentement, de quelque empressemét que vous tâchiez de les haster: Il vous tarde de voir au iour ces doctes, & deuots traittez à l'honneur de MARIE la Patronne de vostre Congregation. Vous sçauez que nul autre Autheur n'en parla iamais si dignement, ne mit iamais en si beau iour la verité de sa Conception immaculée, ne tria iamais mieux les veritables sentimens que l'on doit auoir de cette Sainte Dame, d'auec les superstitieux qu'vne mauuaise deuotion a introduit, & ne recueillit iamais plus exactement tous les titres, que l'Egliſe & les Peres luy ont données, vous le sçauez, dis-je, & ce sont les fruits que la sainte parole partant de sa bouche a si souuent produits dans vos ames, & vous ne voulez pas que ce Soleil soit pour vous seuls, vous voulez qu'il porte par tout de si belles & si fideles lumieres, que les Nations les plus barbares en soient éclairées, & que les grandeurs de MARIE, soient reconnuës vniuersellement. Que ces desirs sont reglez? que ce zele est iuste? que ces empressemés sont saints? ô digne Prestre quel honneur n'auez-vous pas fait au Sacerdoce, & par la saintetè de vôtre vie, & par les Oracles que vous auez prononcez & escrits! O que ie suis foible d'expression pour parler icy dignement de vostre Charactere, & de vostre personne. Cependant finissons, &c.

ELOGE
Du R. P. THEOPHILE RAYNAVD
de la Compagnie de IESVS:

Composé,

A L'OCCASION DE SA NOVVELLE MESSE, en la cinquantiéme année de sa Prestrise.

PAR LE P. LOÜIS BONIEL
de la mesme Compagnie.

M. R. P.

SI l'Eglise qui triomphe dans le Ciel a esté attentiue à la ceremonie sacrée de vôtre Feste; si les Anges ont regardé V. R. auec des yeux d'amour, & de respect, & si Dieu mesme a ietté de son thrône sa veüe sur vous, pour verser dans vostre cœur vne nouuelle abondance de l'esprit du Sacerdoce Chrestien, dont IESVS-CHRIST receut la plenitude lors que son Pere l'établit Prestre selon l'ordre de Melchisedec. Ne dois-ie pas inuiter l'Eglise qui combat sur la terre à ioindre ses actions de graces aux vostres? puisqu'elle a receu de V. R. des lumieres, & des exemples de vertu, dont elle conseruera la memoire, tant qu'elle aura des Autels à conseruer, tant qu'elle aura des erreurs à dissiper, tant qu'elle aura des flambeaux viuans à allumer, des mœurs à regler, des peuples à instruire, des foibles à fortifier, des affligez à consoler, des rebelles à dompter, des arrogans à humilier, des innocens à defendre, & des ennemis à combattre.

Ie n'entreptens pas mon R. P. de faire vn iuste Eloge de vos merites, il est au dessus de mes idées, & la plus forte eloquence n'y sçauroit fournir. Aussi pour grandes que soient les choses que i'ay à dire, ou de vostre doctrine, ou de vos vertus, il n'est pas besoin que i'employe l'artifice de la Rhetorique, puisque ie ne parle pas à des personnes à qui vous soyez estranger, il faudroit aller bien loin pour en trouuer.

Il n'est aucun de cette saiote, & illustre assemblée, qui ne connoisse la sublimité de cét esprit que vous auez receu de Dieu, qui semble plûtost inuenter les sciences que les apprendre. Cét esprit, dis-je, naturellement si lumineux, qu'il n'y a point de profondeur dans les mysteres de la nature, & de la grace, qu'il ne sonde; point de hauteur, où il n'atteigne; rien de si obscur, qu'il n'éclaircisse; rien de si confus, qu'il ne demêle; rien de si éloigné, où il ne porte son iour. Les plus sçauans de l'Europe ont admiré les lumieres que vous auez répanduës auec tant de profusion, & de clarté, qu'il semble que les thresors de la science de Dieu vous ayent esté ouuerts, que vous ayez puisé les veritez dans leur source, & qu'il n'y ait point eu de lieu de reserue pour vous dans le Sanctuaire. Et n'est-ce pas ce qui vous auoit mis si auant dans l'esprit du Pape Innocent X. qu'il ne croyoit quo vous rendre iustice, lors qu'il disoit que vous auiez esté choisi du S. Esprit pour écrire. N'est-ce pas encore ce qui vous a merité tant d'estime aupres de son successeur Alexandre VII. qu'il donne à vos ouurages les plus cheres heures de son loisir. Ces glorieux témoignages, mon R. P. vous sont quelque chose de plus honorable qu'vn Panegyrique, & ils ne vous valent pas moins qu'vne Apotheose. Apres quoy ie passe sous silence les sentimens du grand Cardinal de Lugo, & de cent autres personnages, eminens par leur charactere, venerables par leur pieté, & celebres par leur science, qui ne se sont expliquez touchant vostre Doctrine qu'auec des termes d'admiration.

Mais quand ie n'aurois pas ces éclattantes preuues de vostre gloire; ces 19 grands Volumes qui doiuent bien-tost paroître au iour, & sur lesquels les païs les plus reculez du lieu où vous estes, ont de si grandes pretensions: Ces ouurages dis-je seront les monumens eternels, qui porteront vostre reputation au delà des bornes de l'Europe, qui ietteront vn eblouissant éclat, lors mesme que vous ne brillerez plus; qui vous rendront present dans le monde, d'où vous serez sorti,

sorti, qui vous feront prononcer des Oracles dans les assemblées où vous n'assisterez pas; Qui representerõt la subtilité des plus épurez esprits, la solidité des plus iudicieux, la facilité des plus habiles à écrire; Qui donneront des resolutions presque à tous les doutes, des remedes presque à tous les venins, des regles à toutes les conditions, & des instructions à tous les siecles: Ces monumens, dis-je, seront assez capables de montrer à tout le monde les ornemens que vous auez ajoûtez à la gloire de la Compagnie, comme vn ruisseau qui rend illustre sa source, comme vne fleur qui honore sa tige, comme vn rayon qui illumine le corps dont il a tiré sa splendeur, comme vn miroir qui refléchit tous les beaux feux qu'il a receus.

Si l'étenduë de vos connoissances, mon R.P. est le sujet de nos Eloges, vous estes l'objet de nostre veneratinn, pour les auoir fait descendre dans vostre volonté, qui les a fait passer dans vos actions. A parler selon les regles de la plus saine Philosophie, c'est la vertu qui fait l'excellence de l'homme, & qui luy communique vne clarté solide au lieu d'vn éclat passager: Il est vray que la science humaine est à la vertu ce que l'or est au diamant, ce que la beauté du corps est à l'ame, & qu'elle n'est iamais si éclatante, ny si pompeuse qu'auec cét ornement: Mais d'autant que le diamant est plus precieux, & plus brillant que l'or, d'autant que l'ame est plus noble que le corps, d'autant aussi la Vertu est plus excellente que la Science. Il ne faut pas seulement que les Docteurs de l'Eglise soient des Cherubins terrestres, c'est à dire, comme parle S. Denys, des vases regorgeans de lumiere: Il faut encore qu'ils soient des Seraphins, c'est à dire des esprits d'amour; des amours brûlans, des amours éclairans, des amours parlans, des amours agissans: Des amours brûlans, mais dont Dieu doit estre le feu; des amours éclairans, mais dont Dieu doit estre la lumiere; des amours parlans, mais dont les loüanges de Dieu doiuent estre l'objet; des amours agissans, mais pour le salut des hommes, pour la destruction des vices, pour le regne des vertus. Oseroit-on dire, que c'est la seule lumiere qui fait nõmer le Soleil, le flãbeau de Dieu, la ioye de l'Vniuers, l'Espoux de la nature, l'amheur des richesses, la gloire du Ciel, & l'ame du Monde? Qui ne sçait que les fleurs dont il pare nos jardins, les saueurs dont il assaisonne les fruits, les odeurs dont il parfume les vergers, les moissons dont il enrichit les campagnes, les metaux, qu'il engendre dans les mines, les secretes influences dont il fait pousser les bourgeons, les viures qu'il appreste aux hommes, & aux animaux; sont les raisons qui nous obligent à luy donner de si beaux noms: Ce n'est pas la seule lumiere des sçauans Orthodoxes, qui les fait appeller les Maistres des Nations, les Astres de l'Eglise, les Interpretes de ses Oracles, les distributeurs de ses richesses, les depositaires des secrets diuins; les colomnes qui la soûtiennẽt, les nuës qui l'arrosent, & les vents qui dissipent ses broüillards; Ils doiuẽt encore par leurs soins, & par leurs vertus donner l'éclat, & la fraîcheur aux fleurs qui naissent dans son iardin, semer ses pepins, nourrir ses plantes, & enrichir toutes ses beautez.

N'est-ce pas pour cela, mon R. P. qu'en puisant vos lumieres dans le sein de Dieu, vous auez appliqué vostre cœur à son cœur, comme les Augustins, les Bonauentures, les Thomas, les Suarez, & les Bellarmins, & que vous l'auez allumé au feu qui est sorti du sien? & n'est-ce pas ce feu qui a imprimé dans vostre ame, ce que vôtre plume a couché sur le papier? n'est-ce pas ce feu qui a fait monter vos actions au Ciel comme la fumée du sacrifice de l'encens en odeur de suauité? qui vous a fait estre la bonne odeur de IESVS CHRIST pour les étrangers, & vn parfum eternel pour la maison de Dieu? N'est-ce pas ce feu qui vous a conseruë vne integrité si reconnuë, vne fermeté si inébranlable, & vne innocence si éprouuée dans les temps perilleux, qu'elle peut faire vn des beaux endroits de vôtre vie. N'est-ce pas luy qui vous a inspiré vne pieté, qui n'est ni lâche, ni vaine, ni farouche, ni scrupuleuse, qui vous a rendu toûjours ioyeux sans legereté, condescendant sans foiblesse, illustre sans vanité; N'est-ce pas luy qui vous a fait considerer sans orgueil vostre science, comme vn rayon de la science de Dieu, qui doit retourner au principe d'où il est émané, & non pas s'arrester au sujet qu'il éclaire.

Ie loüeray toûjours Dieu, d'auoir peu estre le témoin, d'vne chose merueilleuse, mais bien rare; de vous auoir vû modeste, dans vne si haute reputation; humble, dans de si sublimes connoissances; & attaché à la gloire de Dieu, parmi tant d'objets d'éclat, capables d'enerver la vigueur de vostre ame, semblable aux Cherubins de l'Arche, qui au milieu des dorures, & des parfums, ne detournoient iamais les yeux de dessus le Propitiatoire. Que ne puis-je écrire auec les rayons du Soleil, cette exactitude dans la Discipline religieuse, éloignée de toute sorte de singularitez, & cét amour de vostre vocation si constant, & si genereux que iamais rien n'a esté capable de l'ébranler. Nous sçauons que les enuieux de la gloire de la Compagnie tâcherent autrefois de vous arracher de son ciel, comme vn de ses plus beaux Astres, par des offres éclattantes, & magnifiques, mais ils trouuereot en vous vn Daniel, dont le cœur estoit fermé à tous les vents qui pouuoient éteindre le feu que Dieu y auoit allumé. Nous sçauons encore qu'ils exciterent apres des orages pour vous abbatre, mais vous estiez hors de leur portée; pareil au Cedre du Liban, dont la teste s'esleue au dessus des foudres, & des tempestes, & se porte au delà des fumées que la terre peut exhaler.

Ie ne perdray iamais le souuenir de cette inuincible charité, qui ne se répend pas auec moins d'inclination sur la bure, que sur le satin; ie veux dire sur les pauures que sur les riches. C'est vn spectacle bien agreable aux Anges, de vous voir quitter auec tant de facilité la conuersation des SS. Peres, & de tous les grands hommes du temps passé, pour vn objet de misere qui vous appelle; Il ne faut qu'vn seul coup de cloche, & cét esprit si glorieusement occupé, ce corps dont la santé est si precieuse, malgré toutes les incommoditez de l'âge, se porte auec vne promptitude merueilleusement édifiante, au lieu où les pauures vous attendent: soit qu'ils soient venus pour receuoir le soulagement de leurs miseres que vous leur auez procuré, soit qu'ils desirent seulement de verser leurs afflictions dans vostre sein, & vous faire le depositaire de leurs secrets malheurs; soit qu'il veüillent dépoüiller le vieil homme entre vos mains, & se reuestir du nouueau, sortie

des

des tenebres de la vie passée, & receuoit de vous des armes de lumiere. Aussi ne les voyez-vous pas auec les yeux du monde, qui ne les considere, que comme la plus deshonorable partie d'vne Republique, mais auec les yeux de l'Euangile, qui les regarde, dit S. Augustin, comme l'heritage, & la couronne du Fils de Dieu, comme les objets de sa ioye, & de ses delices, comme ses enfans aisnez, & les Roys legitimes du Royaume eternel; & c'est ainsi que les Basiles, les Athanases, les Chrysostomes, & les Ambroises les ont considerez. Aussi puis-je dire que c'est la voix des Pauures, qui est montée iusqu'au rhône de Dieu, pour obtenir à V. R. cét occideur lumineux, ou sa viuacité n'est point éteinte; car d'où pourroit venir que dans cette vieillesse, qui est l'âge d'vne honeste oisiueté, vous ne sçauez ce que c'est de repos, la foiblesse de vostre corps, n'est point contagieuse à vostre esprit, & la fin d'vn trauail ne semble estre pour vous que le commencement d'vn autre. Certes quand ie ne conterois vos merites que par soixante deux années consacrées au seruice de Dieu, aprés quinze autres passées dans le siecle auec vne singuliere innocence, la neige de vostre teste sous laquelle vous auez conserué vn si beau feu, vous seruiroit d'vne couronne plus glorieuse que tous les lauriers de la terre.

Enfin, mon R. P. pour dire tout en peu de mots: Comme la vertu iointe à vne eminente science, consacre à l'Immortalité les noms des grands Hommes; & apres auoir confié à l'Histoire leurs belles actions, donne au bronze mesme cette muette Eloquence, qui dispute contre les efforts du temps, la conseruation de leur precieuse memoire. Ce seront vos vertus, & les rares productions de vostre Esprit, qui vous conserueront toûjours le riche thresor de la renommée; elles seruiront de flambeaux pour vous montrer au temps auenir, & il ne sera point de Posterité si reculée, qu'elles n'instruisent de vos merites, & sur qui elles ne facent rejaillir l'éclat de vos lumieres.

R. PATER LEOPOLDVS MANCINVS, Vir in Societate IESV celeberrimus, ac in Bauarica Aula magni nominis, hoc Elogium Theophilo, audita eius morte depanxit.

R. P. THEOPHILVS RAYNAVDVS is fuit, cui penè vni defuit, quod porrò disceret: cúmq; iam, quod celeberrimus Scriptor absolueret, videret nihil, præter vnam viuendi periodum, ac mortem, rerum vltimam lineam; & has quoque, clausis demum oculis, felicissimè absoluit: ac tumulo secum condidit Scientiarum propè omnium locupletissimam Bibliothecam. Benè sit piis magni Viri Manibus.

DE

DE COMMVNIONE PRO MORTVIS,

A R. P. THEOPHILO RAYNAVDO, SOCIETATIS IESV THEOLOGO.

Correctus iuxta monita Sanctæ Congregationis Indicis.

AC RECVDI PERMISSVS.

DE COMMVNIONE PRO MORTVIS.

1. CESSERAM ad officiosæ salutationis munus exhibendum Nobilissimo & Reverendissimo D D. ABELI DE SAVTEREAV, BISCAVDVNENSI ABBATI, Viro vndecunque Ornatissimo, & speculo insigni prærogatiuarum illarum, quibus Philo Iudæus l. quos rerum diuin. hæres, & de more ex Philone S. Ambrosius l. 1. de Abraham cap. 9. senectutem bonam definiunt, eximiæ inquam prudentiæ, & vitæ integerrimæ, quæ Christianum illum Nestorem exquisitè commendant. Aderant viri graues & honesti complures, & ex sacra quadam familia arctioris Instituti, religiosissimi Patres duo. Nomina excidérunt, sed eorum vnus, non minùs externa specie, quàm sanctimonia, B. Hilarionem, qualis à D. Hieronymo iam maturus describitur, præferebat. Sub sermonem de rebus piis, fuit qui regustaret verbulum, præter expectationem, (vt aiebat,) à se exceptum in matutina sacra dissertatione nostra, de vso Sacramentorum. Cum enim obiter dictum à nobis esset, Sacramenta nonnisi sumentibus proficere, atque adeò attenta vi & efficacitate Sacramenti, prout Sacramentum est, inutilem esse abusionem, communicare pro mortuis: Ingessit hoc is quem dixi matutinus Auditor in colloquium, suámque anteriorem præsim ex piorum & eruditorum hominum doctrina, communicandi in gratiam defunctorum, ingenuè est professus. An vt illorum quos memorani Religiosorum Patrum studium acueret, in propugnandu quem ab iis hauserat vsu? Non est sanè spe sua falsus, si id captanit. Alter quippe eorum, & ætate maior, & nbiris inter suos monetibus clarior, alacriter ac copiosè pro pio illo vsu ionandi per communionem mortuos disputauit. Cúmque collisis inuicem vt assolet, rationibus, lux veritatis, velut ignis ex attritu dissiliret, (quæ est disputationis vtilitas à Boëtio 3. de consol. prosa 12. scitè notata;) præsidium suo illi vsui quæsiuit ab autoritate duorum è nostris qui editis piis quibusdam lucubrationibus, hunc fructum ionandi defunctos, omnibus aliis sacræ communionis effectibus prætulerunt. Prolata ac perlecta sunt horum Autorum loca, nec guria guttæ similior vita, tam iisdem vterque verbis suam expressit mentem, & fideliter ex eis allegatam à religioso concertatore sententiam; in qua agi de fructu illo commonionis quem *ex opere operato* nominant, perspicuum est; alioqui non esset iste præstantissimus omnium perceptæ Eucharistiæ effectuum, sine res collata spectetur, siue conferendi modus, vt vel perfectoriè consideranti liquebit: planéque hoc sensu, & Autores prolatos accipiebat & mentem suam exprimebat, concertator, Qui insurer cum aliis eiusdem vsus patronis, inde extollebat hoc subsidium defunctorum, quod eius efficacitas non periclitetur à labeculis venialibus, quæ in aliis subsidiis per nudum opus operantis constitutis, quasi muscæ morientes, perdunt plerunque suauitatem vnguenti: subsidiúmque reddunt malum & nullum ac mortuo inutile. Id verò clarè fert, opus operarum Sacramenti.

2. Differi potrò non licet, quin apud alios tem permoltos idem vsus communicandi pro mortuis increbuerit. Notus mihi est paganus Apostolici zeli concionator, qui vicos & castella infatigabili studio circumiens, non alio magis incentino ad sacram Synaxim vrget Auditores, quàm subsidij ac leuaminis per communionem sacram conferendi animabus illis quæ emendatoriis ignibus sordes in vita contractas dehicant. Exhibet enim pié ac potenter, miserimum statum animarum illarum, & quantæ sit charitatis aliqua eis opitulatione præsto esse, demonstrat graui ac forti oratione: quam obsignat suggestione variorum modorum iuuandi afflictissimas animas; sed præsertim vt sacrificij per Sacerdotes, ita communionis per alios. Id quippè vnicum ferè est huius vsus fundamentum, apud eius buccinatores. Tametsi in eorum gratiam, varia quæ fortasse non obseruarunt; (ab aliis certè non proferuntur;) adducere placet, quibus confirmari posse videtur, sanctam & salubrem esse cogitationem, communicare pro mortuis.

Qua videantur, communionem pro mortuis ex opere operato vtilem suadere.

3. Videri igitur possit suffragatus huic vsui Gerso parte 3. Epistola de pia memoria defunctorum, *sub finem*. Ibi amico quem adiuuandos Christianè mortuos informat diligenter commendat, vt inter assistendum sacro, quo tempore Sacerdos Christum Patri offert, & defunctos generatim, & notos, iuuet apud Deum ex nomine. Tum subdit. *Quotiescunque*

cunque etiam ad perceptionem corporis Christi te præparas & perceptum tecum habes; esto quajo memor fidelium defunctorum. & imprimis tamen ardentius memor eorum quanto certius virtutes in te pignus æternæ redemptionis. Clariùs idem præfertur verbis quæ ex Scoto quodlibeto penultimo, adducit & approbat Ioannes Nider ad 7. decalogi præceptum cap 9. *litera*. Cum enim dixisset, & S. Gregorij autoritate confirmasset, oblatione.n altaris, super omnia defunctorum subsidia illis proficere; addit *Et dicitur hic oblatio altaris indifferenter, vt dicit Scotus, sive sit consecratio sive perceptio Eucharistiæ.* Ipsissima sunt Scoti verba, quo vno suffragio continentur innumera. Quem enim latet, quàm multi & eruditione & pietate præstantes, in Scoti sententias iurent? Nec immeritò. Nam Scotus vt subtilitate & acumine inter scholasticos facilè Princeps, ita doctrinæ vbertate & sollicitate nulli secundus, inter patricias scholæ familias vnam cum primis populosam & nobilem ductat, haud impar assectis.

4. Quid quod Thomas in 4. d 45. q. 1. art. 3. quæstiunc. 1. ad 3. consentire apertè videtur? Cum enim obiecisset; videri baptismum ac cætera Sacramenta posse suffragari mortuis, æquè ac Sacramentum Eucharistiæ, respondet: *Ad tertium dicendum quod Baptismus est quadam spiritualis regeneratio. Vnde sicut per generationem non acquiritur esse nisi generato; ita Baptismus non habet efficaciam nisi in eo qui baptizatur, quantum est ex oper. operato: quamvis ex opere operante vel baptizantis vel baptizati, possit aliis prodesse sicut & cætera opera meritoria. Sed Eucharistia est signum Ecclesiastica vnionis, & ideò ex ipso opere operato, eius efficacia in alterum transire potest quod non contingit de aliis Sacramentis.* Quid clarius? Nam Eucharistiam, etiam provt Sacramentum est, esse symbolum Eucharisticæ vnionis nemo in dubium reuocat. & apertè asserimr à S Dionysio cap. Eccles.Hierar.part.2.& à S.Cypriano epistol. 6. quos assectamus est S.Augustinus lib.7. de Baptismo cap.45. & tract.26. in Ioan. & optimè serm. ad infantes qui habetur apud sanctum Fulgentium in calce libri de Baptismo Æthiopis. Præclarè item compactionem materiæ huius sacramenti è pluribus & granis & acinis in vnum adunatis, ad insinuandam animorum vnitatem ex hoc mysterio, proponunt Cyprianus & Augustinus locis allegatis. S. Chrysostomus hom.24. in 1. ad Cor. ad illud. *vnus panis multi sumus* Euchar.homil.5.de Pasch.& Autor sermonum ad fratres in eremo serm.18. Optimè idem intelligitur ex vsu veterum mittendi Eucharistiam in signum concordiæ. Sic enim apud Eusebium 5. histor.cap.24.legitur in fragmento epistolæ sancti Irenæi ad Victorem Papam. Et idem habetur in prato spirit.c.29. Et alia loca addensat Espencæus l 2. de Euchar. cap.4. contendens, in hunc finem & non tantùm ob ægrotos, asseruari iam olim solitam Eucharistiam. Multa præclarè de Eucharistia vnitatis fidelium symbolo Petrus Lombardus in cap. 11.prioris ad Corinth. Subnecto Dino Thomæ Nicolaum Cabasilam, Thessalonicensem Antistitem longè doctissimum. Nam etsi contra S.Thomam ex professo scripsit, in hoc tamen puncto consentit, vt videre est in expositione Liturgiæ cap.41.43.44. & 45 Quibus locis ex instituto confirmat non modò Missæ sacrificium defunctis prodesse cum pro eis offertur, sed etiam communionem. Eadem habet Hieremias Constantinopolitanus in Censura Orientalis Ecclesiæ cap.13. *in fine*, vbi cùm præmisisset, Eucharistiam vt sacrificium prodesse defunctis; vt autem communio est, ac diuini cibi participatio, non prodesse nisi comedentibus, subdit. [Quid igitur dicet aliquis? Propterea̅ne nec sanctificeantur hac sanctificatione quæ prouenit ex participatione, & deteriori sunt in hac parte conditione mortui, ipsis viuentibus? Minimè. Nam & his siquidem Christus se communicat eo modo quo ipse nouit. Qui item vt vobis clariùs innotescat, vt & cætera alia multa ad hanc rem pertinentia, ex ipsa interpretatione sacræ Liturgiæ, & hoc & alia multa discere poteritis.]

5. Inter Patres S. Augustinus videri possit astipulatus lib.6.confess. cap. 2. Vbi refert vsum illius temporis afferendi ad memorias Sanctorum, (hoc est loca sacra eorum cultui dicata, in quibus fideles tumulabantur,) pultes, ac panem, & merum; iuxta illud Tobiæ, *panem tuum, & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue*; erogandum stillicet in pauperes, aut in sacros ministros in defunctorum ibi humatorum subsidium. Ex eo vsu apud Africanos celeberrimo, sanctam Monicam matrem suam, caniſtrum cum solemnibus epulis intulisse in defunctorum memorias, scribit eo loco S.Augustinus: addens, cùm S. Ambrosius Mediolani ad abusus præcidendos ea quasi gentilium parentalia aboleuisset, piam fœminam *abstinuisse se libentissimè, & pro canistro pleno terrenis fructibus, plenum purgatissimis votis pectus afferre doctam; & vt quod posset daret egenis, & sic communicato Dominici corporis illinc celebraretur.* Vtique in bonum defunctorum illhic tumulatorum, quorum leuamini omnis illa epularum appositio addicebatur. Quid clarius in rem nostram? Apud S. Athanasium q. 34. ad Antiochum, iuxta fidelem ex Græco interpretationem, habetur quod in hanc rem meritò allegetur: Nam interpretatio quæ circumfertur, mentem Autoris nequaquam repræsentat, vt monstrat Gretserus l. 3. de funere Christiano cap. 1. Sic ergo ibi proponitur quæstio. [An non animæ peccatorum hinc profectæ, sentiant ea beneficia (*seu bona opera.*) quæ pro illis suscipiuntur, cuiusmodi sunt synaxes, & eleemosinæ, ac prosuhoræ?] Hoc postremo nomine, designantur sacrificia Christiana. Responsio ad hanc quæstionem, ista subiicitur. [Nisi aliquid beneficij ex hoc perciperetur, non fieret eorum in oblatione τῆ τῶν μυστηρίων commemoratio. Sicut vitis floreſcit extra in agro, & odorem eius sentit in vase conclusum vinum, simúlque & ipsum floreſcit; ita etiam cogita peccatorum animas, fructum capere ex incruento sacrificio pro ipsis oblato, & eleemosinis in egenos distributis.] Et scilicet etiam ex synaxibus, vt responsio sit adæquata, cadátque in tria quæsiti membra; quorum primum à tertio ad sacrificium attinente distinctum, spectabat synaxim, id est communionem. Clarè igitur hic Autor, stat pro fructu communionis defunctis applicatæ. Sed & Petrus Cluniacensis lib.1. miracul. cap.11. *in fine*, testatur animam Bernardi Grossi, expetiisse adiuvari Sacramentis Cluniacensium; non aliis sanè quàm Eucharistiæ subinde à singulis perceptæ: quæ subsidia, negat Petrus Cluniacensis, fuisse expetitnram piam illam animam in ignibus emendatoriis decoquentem labeculas peccatorum, nisi efficacia ad subueniendum esse perspexisset.

6. Accedunt diuina visa, & praxes Sanctorum. Apud Blosium in Monili spirit cap. 6. sic habetur. *Anima cuiusdam defuncti, cuidam Dei amico in flamma ardoris immensi apparens, dixit se ea sola de causa tam duris cruciatibus torqueri, quod circa Dominici corporis perceptionem fuisset negligentior; addidit que, si vel semel venerabile Sacramentum devotè*

pro

pro se accipere dignaretur, se mox liberandam. Quod cum ille Deo amicus feciſſet, ſequenti die anima eadem Sole fulgentior atque micantior apparuit, unica illa dignissimi Sacramenti huius perceptione ab intolerabilibus pœnis liberata, atque ad cœlum & æternam beatitudinem erecta. In vita B. Ioannæ a Cruce c. 7. narratur eam ex ipſius Chriſti mandato pro vna anima in Purgatorio detenta communicaſſe, inque eam rem accepiſſe ab Angelo Euchariſtiam. De B. Gertrude l. 3 diuin. inſinuat. cap 58. *ſub finem* ſcribitur eam à Chriſto expetiiſſe inter communicandum, vt vi perceptionis ſacræ Euchariſtiæ, tot animas è Purgatorio riperet, quot eſſent particulæ, in quas ſacræ ſpecies, ſeu panis exuuiæ ori illatæ diuiderentur; annitente ſtudioſè pia Virgine, vt in quàm plurimas particulas dearticularet ſacram hoſtiam. Ratam habuit Chriſtus Dominus, (vt ibidem additur,) petitionem ancillæ ſuæ; tametſi ſupra votum, eius ſe deſiderio reſponſurum, & multo plures animas vi communionis vnius per eam obitæ, quàm ipſa ſignaſſet, erupturum è piacularibus flammis ſpopondit.

De Ioanne Ximenes temporali adiutore Societatis noſtræ, homine religioſis virtutibus excultiſſimo, teſtatur Ludouicus Pontanus in vita Patris Baltaſaris Aluares cap. 45. §. 2. eum inuandis animabus in Purgatorio detentis fuiſſe addictiſſimum: & in eam rem omnia ſua opera bona conferre ſolitum, ſed nominatim communionem ſacram, quod eſt operum bonorum optimum. Itaque non contentum diebus duntaxat Dominicis participare diuinis myſteriis pro more cæterorum domeſticorum, aliis præterea feſtis diebus exorare ſolitum ad ſacram meuſam acceſſum; quem etiam priuſquàm ad ſupetiorem adiret, in miſerarum illarum animarum bonum offerebat Deo. Quod ſtudium procedente tempore ſemper in eo auctius fuit, & diuino viſo admonitus, annis compluribus ante exceſſum è vita, diligentiſſimè excoluit. In hoc teſtimonio non modò boni illius Ximenij ſenſus attendendus eſt, tametſi Deus qui non reſpicit perſonam hominum & cum ſimplicibus agit familiariſſimè, diuinarum rerum peritia, præ multis ſapientibus ac ſcribis, & huius ſeculi conquiſitoribus eum nobilitarit: ſed ſpectandus inſuper eſt ſenſus ſcriptoris, Ludouici à Ponte, hominis & doctrina & pietate præcellentiſſimi, diuinis verò illuſtrationibus ſupra communem modum elari. Apertè enim vſum communicandi pro animabus Purgatorij, ratum habet, & ſuper omnia bonorum quorumuis operum iiſdem applicabilium ſubſidia effert.

7. Aptè vſurpabo hoc loco quæ in ſimili de ſuo eum aduerſariis candore S. Chryſoſtomus homil. 7. in epiſtol. ad Philip. *Videte quàm ego ingenuè, & æquo animo, ea quæ ab aduerſariis dicuntur, afferam. Tunc enim demum ſplendida ac redundans victoria parta erit, cum illorum argumenta quæ aliquid roboris videntur habere, minimè abſconderimus. Abſcondere enim, potius dolus eſt, quàm victoria.* Hoc decus, eo iuſtiùs vindicare mihi poſſum, quod non modò ea non abſcondi quæ aduerſarij pro ſe proferunt: (præter æquiparationem enim Sacramenti & ſacrificij, & decus auctius Sacramenti, maioremque eius frequentationem hinc ſecuturam, vix aliquid proferunt: ſed etiam quæ eorum cauſam promouere videri poterant, nec cogitantibus ſuggeſſi. Nunc iuxta B. Euſtathij monitum, ſub incudem diſputationis de Engaſtrimytho, propoſitis difficultatibus ſubnectenda acies contraria eſt, & quanti alterius partis firmamenta eſſe debeant conſiderandum: ſic enim veritas, & pietatis ſoliditas cui hæc diſputatio addicitur, multo faciliùs abactis offuciis effulgebit.

Sententia contraria, probatur auctoritate.

8. Contraria ergo ſententia, quæ communionem pro mortuis in ſenſu de quo agimus, hoc eſt ita vt ei profit ex opere operato & vi ſacramenti, habet pro explorata abuſione, mihi certa eſt. Tradit eam S. Thomas 3. p. q. 79. art. 7. Ibi enim explicatiſſimè docet, Euchariſtiam quatenus ſacramentum eſt, ſoli ſuſcipienti prodeſſe. Idem S. Thomas lect. 6 in cap. 6. Ioan. *in ipſe ſine*, habet inſignem locum in rem præſentem qui ex editione Romana anni 1570. & ex Lugdunenſi anni 1562. deſcribendus eſt. Nam in nupera editione Antuerpienſi, fœdè corruptus eſt, omiſſione aliquot vocum, & præſertim particulæ negantis. cuius ademptione, & commutatione in cauſalem particulam, ſenſus planè contrarius ei quem S. Thomas intendebat, inductus eſt in eum locum. Sic igitur habet is locus ex ſana & antiqua lectione. *Notandum eſt, quod aliter eſt in iſte Sacramento* Euchariſtiæ, *& aliter in aliis. Nam alia Sacramenta habent ſingulares effectus, ſicut in baptiſmo, ſolus baptizatus ſuſcipit gratiam. Sed in immolatione huius Sacramenti, eſt vniuerſalis effectus: quia non ſolum Sacerdos efficitur conſequens, ſed etiam illi pro quibus offert, & Eccleſia tota, cum vinorum quorum mortuorum. Cuius ratio eſt, quia continetur in ipſo ipſe omnis vniuerſalis omnium Sacramentorum, ſcilicet Chriſtus. Nec tamen ſi laicus ſumat hoc Sacramentum, prodeſt aliis quantum eſt ex opere operato, inquantum conſideratur vt perceptio, quamuis ex intentione operantis & percipientis poſſit communicari omnibus ad quos exigit ſuam intentionem. Ex quo patet, quod laici ſumentes Euchariſtiam pro his quæ ſunt in Purgatorio, errant.* Nupera editio quam allegabam, vel ab aliquo ſciolo vt abuſioni quam exagitamur, allegaretur, meditatò eſt interuerſa, vt perſpicuè factum eſt in eadem editione circa locum ex 11. ſ. diſt. 44. q. vnica, artic. 3. ad 3. vbi S. Doctor conceptionem Deiparæ ab originali culpa immunem agnoſcit in omnibus antiquis editionibus: Vel per oſcitantiam emaculatoris Typographici, turpiter deformata eſt. Nam poſt illa verba, *ſcilicet Chriſtus* ſic legit. *Nam ſi laicus ſumat hoc ſacramentum, prodeſt aliis*, quæ eſt manifeſta textus corruptio, pugnans cum D. Thomæ inſtituto, & vniuerſa eius ratiocinatione eo loco. Syncera ergo & antiqua lectio, eſt quam retulimus; ſicque emacularus locus ille, ipſis ſolis radiis conſcriptus in rem noſtram videtur. Quod autem abſolutè ait errare laicos communicantes pro animabus Purgatorij, cum tamen videatur admittere communionem ex opere operantis poſſe ad defunctos dirigi expedietur infra num 58. Nunc ſatis ſit Doctorem Sanctum pro re in qua nunc verſamur, eſſe à nobis apertiſſimè.

9. Sed quid D. Thomam teſtem produco, quaſi non idem fuerit omnium retrò Doctorum & antiquorum Patrum ſenſus? Nam paucos illos qui ſuperiùs pro abuſu in quem agimus adducti ſunt infra nullo negotio expeditam, monſtrabóque ſenſiſſe omnia alia. Et mirum eſt è tam multis, qui de Euchariſtia, déque adiumentis animarum Purgatorij, omnibus Chriſtianis ſeculis, pleraque ſcriptis mandarunt tam paucos fuiſſe, qui vel in ſpeciem ſteterint pro aduerſariis, cæteri verò ad vnum omnes ſubſidium quod nunc tantopere extollitur, nullo

modo agnouerint. Imo cum Lutherani scripsissent, Catholicos arbitrari Eucharistiæ vsum iuuare defunctos ex opere operato, meram hanc esse calumniam, & nemini Catholicorum id vnquam in mentem venisse, contestatus est Bellarminus, in iudicio de libro concordiæ Mendacio Lutherano 58. Innumeri quidem Patres & Scholastici, fructum sacrificij incruenti erga defunctos, accuratè & perspicuè demonstrant. Videsis Patres quos adducit Damascenus orat. pro defunctis, & qui prostant apud Gratianum 13. q. 2. necnon apud Durantum l. 2. de ritibus cap. 43. & apud Thyræum l. de locis infestis cap. 82. ac denique qui appenduntur in Gareij & Coecij collectaneis, passimque apud Hæreseologos, Scholastici idipsum vnanimiter & latè confirmant in 4. d. 45. Sic igitur vno ore Patres & scholastici omnes, de vsu sacrificij Missæ, ad iuuandos piè defunctos in Purgatorio hærentes pronunciant. At sacramenti Eucharistiæ ad eundem vsum adhibendi, nusquam & nunquam meminerunt; si paucules illos initio adductos excipias, qui id in speciem dixisse sunt visi; reuera autem omnia alia voluerunt, vt infra dilucidè monstrabitur. In re autem omnium calamis & sermonibus protrita, neminem antiquorum reipsa iuisse in eam sententiam, argumento peridoneo esse videtur, non esse nobis serò sapiendum. De recentioribus alicuius nominis aut momenti auctoribus, idem pronunciare licet. Nominatim verò Onuphrius Panuinius l. de ritu sepel. Christian. cap. x. recensens varia ad subleuandos defunctos subsidia, de communione ne verbum quidem habet.

Video hoc esse argumentum ab autoritate negatiua, quod non esse vsquequaque validum, in confesso est. Tamen in hoc negotio apud cordatos quinque magni esse momenti debet. Nam de fructibus & effectibus Sacramentorum, cùm non aliunde ortum habuerint quàm ex Christi Domini voluntate, scripturis sacris vel Ecclesiasticis traditionibus expressa, nihil affirmare solidè possumus, præter ea quæ firmantur sacra testificatione, saltem maiorum scriptis prodita, vel apud omnes rata; vsu perantiquo per manus tradito, probante Ecclesia, cui quantum sit in sacramentorum negotio deferendum, tradit egregiè sanctus Fulgentius l. de Baptismo Æthiopis cap. 10. Igitur cùm vsus quem exagitamus, nulla vspiam extent apud antiquos vestigia, nulla per manus iam olim tradita assertio proferatur; tam altum silentium argumento est admodum valido, vsum recens inductum, & fructum sacramenti de nouo iactatum, soliditate destitui. Eúmque disertissimè abrogat Gabriel serm. 3. de Euchar. §. *est tamen*. Optimè quoque, hæc nostra allegans atque confirmans Gabriel de Enaho disput. 53. de Eucharistia adducens num. 57. suffragantem nobis Franciscum Amicum in explicatione Bullæ Cruciatæ tractatu & cap. 3. per tres sectiones. Sed & Franciscus Bardi. in eiusdem Bullæ explicatione, sententiæ huic nostræ planè inhæret; & tam solidis inniaam esse rationibus atque autoritatibus, confirmat in scripto Romam transmisso, anno 47. vt non modò eam sententiam planè tutam præstet, sed ne in dubium quidem verti posse confirmet; adducens insuper eiusdem sententiæ assertorem, Franciscum Scorsum, illum ipsum, qui Theophanem Ceramæum Latio donauit, & notis vberibus illustrauit.

Item ex antiquo vsu fidelium.

10. Affine est argumentum quod ducitur ex praxis & vsu fidelium. Videmus enim ex vsu antiquissimo ab ipsis Apostolis tradito, seruari in Ecclesia Catholica, vt cum quis viuorum, animæ suæ consultum vult, prospiciat sibi; curans vt in subsidium animæ suæ cùm à corpore digressa fuerit, peragantur sacrificia, siue ad id rogãdo superstites, vt factum à S. Monica scribit D Augustin. 9. confess. c. 11. siue statuendo in eam rem centum aureum: Alij largam stipem, in sacras personas vel paupetes erogandam prouident, vt faciant sibi amicos de mammona iniquitatis à quibus recipiantur in æterna tabernacula. Sunt qui sibi piorum satisfactiones, vel è thesauro Ecclesiastico litrum apptecentur, & priusquam è vita excedant obtestentur suos, ne horum & aliorum Catholicorum subsidiorum erga ipsos sint parci, cum morte defungi contigerit. Idem studium est cognatis circa cognatorum animas, & liberis piis erga parentes vita functos. Nominatim verò cùm cadauer exanime humo inferendum est, conueniunt noti & propinqui ad exequias, quarum pars præcipua, vno aut multiplici pro mortuis sacrificio continetur. Admodum verò frigeret eorum charitas in defunctos, si ad sacrificia quæ leuandis suorum vita functorum animabus meritò curant, non adiungerent quoque communionem suam. At id esse cõtra vsum omnium regionum, nemo non videt.

Nec est quod irritas obtendatur mœror, & turbatio cognatorum in suorum obitu. Multi enim non adeò mœrent quin satis dispositi sint ad Eucharistiæ perceptionem. Vnde sicut qui sacerdotes sunt, etiamsi ob suos vita functos mœrent, tamen pro eis litare diuina hostia nequaquam prætermittunt, séque ad id dignè præstandum, aptant & disponunt vt possunt; Ita qui sacerdotes non sunt, tametsi ob suorum excessum mœsti, deberent pro eis communicare, & quanta per mœrorem liceret dispositione, aptare se ad hoc subsidium charorum suorum animabus suppeditandum. Qui verò præ luctu essent ad præstandum suis hoc beneficium prorsus inepti, stultè planè facerent, etiam ex hoc capite, quod fraudarent eos quibus benè volunt, magno leuamine. Nemo tamen vnquam vitio vertit mortuorum cognatis, vel amicis superstitibus, quod luctu absorpti, & plus iusto laantes mœrori habenas, ineptos se redderent ad iuuandos perceptione Eucharistiæ vita functos. Sed Patres, & Christiani tractatores, qui in exagitando nimio ob defunctos mœrore multi sunt, tacito prorsus hoc capite quod ineptum reddat ad communicandum pro defuncto, alia omnia vrgent, ac nominatim inutilitatem quoad mortuos, & nocumentum non leue ipsorum lugentium. Videsis Chrysostomum tomo 5. Græcol. serm. 28. & homil. 41. in 1. ad Cor. & homil. 4. in ad Hebr. & homil. 3. in ad Philipp. Basilium orat. in S. Iulittam, Fulgentium Epistola ad Gallam, & alios quos profero l. 5. de virtut. à n. 125. tractans patientiam in morte charorum. Quicquid verò sit de iis qui præ luctu essent inidonei ad communicandum per seipsos, possent tamen ac deberent, saltem per alios curare defunctis suis hoc subsidium, sicut curant sacrificia & preces. Nam etiam non sacerdotum suffragia pro defunctis currogantur, porrecta plerunque in eum finem stipe non modica. Nemo autem vnquam auditus est communiones pro mortuo curare, factis ad id impensis, datóque antidoto pecuniario, vti assolet quoad preces & sacra.

11. No

11. Novitas itaque cui euellendæ operam damus, sollicitat vsum in Ecclesia ab omni ævo receptissimum, abstinendi vsurpatione sacramenti Eucharistiæ ad effectum leuandi defunctorum animas tantúmque non damnat supinitatis & ociantiæ Pastores ac Doctores omnes, qui de iuuandis hac ratione defunctis per tot secula siluerint. Nec abest tacita Vniuersalis Ecclesiæ sugillatio, quasi in re tanta, támque afflictissimis animabus commodatura, aut aduertenda dormitauerit, aut proponenda fidelibus & commendanda torpuerit. Quod vel in cogitationem admittere, immane foret sacrilegium: cum exploratissimum sit Catholicis, Ecclesiam à Spiritu sancto edoctam omnem veritatem, institutà à Christo iuuandis defunctis subsidia, & exponere & vtgere studiosè solitam; quod diligenter exequor ea tractatione, cui titulus est, *Iusta & suffragia piis manibus*, qua inquito in vnam de Purgatorio doctrinam, asserentem ad perfectionem spectare, nolle iuuari, aut iuuare mortuos, vt diuinæ Iustitiæ sit locus. Et habui sanè Ecclesiæ typum Respha illa filia Aia. 2. Reg. 21. quæ inuigilauit iuuandis defunctis, donec roraret super eos aqua de cœlo iuxta perelegantem ac piam interpretationem Brachary epistol. ad Ianuar. & Thomæ Cantipratani l. 2 Apum cap. 53. num. 1.

12. Tantùm porrò abest, vt vsus antiquus probante Ecclesia tulerit communicare pro defunctis, vt potiùs ab antiquissimis temporibus, nulla in sacro pro defunctis facta fuerit astantium fidelium communio, vt habetur ex S. Dionysio cap. 3. & 7. Eccles. hierar. notanitque ex Dionysio Ioannes Cochlæus Philipp. 7 cap. 14. Eáque causa fuit, cur olim Energumeni ac Pœnitentes qui à communione arcebantur, ad sacrificium Missæ non admitterentur, nisi cùm offerebatur pro defunctis. Nimirum quia in aliis Missis populus communicabat, vel communicare poterat: Vnde Energumeni ac Pœnitentes, quia prohibebantur communione, excludebantur ab huiusmodi sacris: admittebantur autem ad sacrificium pro defunctis, quia in eo non administrabatur communio. Et hanc esse germanam causam, cur non detur pax in Missis defunctorum, affirmat idem Cochlæus, Philippica illa 7. contra Melanchthonem c. 14. & annuit Ianssonius expositione in Canonem Missæ, cùm enucleat primam orationem ante communionem, *pag. mihi* 174. Addens, eandem ob causam, in quibusdam ordinibus prætermitti in sacro apprecationem pacis, quoties abstinetur perceptione Eucharistiæ per alios à Sacerdote. Ea enim pacis apprecatio, disponit ad Eucharistiam quæ cum sit *signum vnitatis & panis concordia*, vt loquitur D. Augustinus tract. 26. in Ioan. nihil habet alienius, quàm animorum disiunctionem. Vnde illa per Diaconum inclamatio sub tempus communionis apud Clementem Romanum 2. Const. cap. 44. *Nemo contra aliquem, nemo cum simulatione; vt si in nonnullis controuersia reperiatur, conscientia perculsi precentur Dominum, vt fratris reconcilientur.* Eodem spectabat amplexus quo fideles sub tempus communionis mutuo se stringebant, teste Chrysostomo homil. 51. ad popul. Tunc item osculum pacis figebatur, vt ex multis Patribus tradit Durantus l. 2. de ritibus c. 54. Toties quoque hanc ipsam ob causam in mysteriis pax repetitur addito responso, *& cum spiritu tuo*, vt S. Chrysostomus notauit homil. 3. in ad Colost. *in fine*. Fortèque etiam inde factum, vt sacramentum Eucharistiæ nomine *pacis* insignitum sæpè legatur apud S. Cyprianum & alios, quibus idem est *dare pacem alicui*, ac præbere Eucharistiam. Apud Ignatium quoque Epist. 14. ad Epes. Eucharistia vocatur *pax Christi*. Eidémque Tertullianus c. 39. Apolog. nomen *Agapes*, à dilectione & pace quam præfert & confert, tributum docet.

13. Cùm igitur tanta sit communicaturo pacis cum omnibus sequendæ necessitas, meritò in mysteriis cùm communicandum erat, externa pacis signa præberi & apprecationem pacis fieri, institutum est, vt omnes astantes ritè & congruè ad communionem aptarentur: ne quod proditor Iudas fecit, dulces cibos caperent amaro animo, provt D. Augustinus in psal. 54. illud Christi improperium est interpretatus, *qui simul mecum dulces capiebat cibos*. At quia in sacro pro defunctis, abstinebatur communione; idcirco in huiusmodi sacro vsus tulit, vt pacis apprecatione abstineretur, quod deinceps semper in Ecclesia seruatum est. Adducto diuino viso id confirmat Cantipratanus l. 2. Apum cap. 53. n. 13 Scio alias præterea vsus illius causas proferri à Turrecremata cap. *ea em*, de consecr. dist. 2. & à Durando in Ration. l. 7. cap. 15. à n. 30 & l. 4. cap. 51. passimque ab aliis qui de Missæ ritibus scriptiones edidere. Verùm causa ex Cochlæo prolata, appositissima videtur. Ex ea verò aperte habetur, Ecclesiam non censuisse perceptionem sacramenti Eucharistiæ prodesse defunctis, cùm in sacris quæ ad eorum leuamen fiebant, abstinentiam à communione ratam habuerit, & ab huiusmodi sacris, ritus ad communionem aptantes præcidi iuserit contrarium planè curatura, si Eucharistiæ perceptionem per superstites, posse defunctis prodesse existimasset.

Prima ratio, ex eo quòd Sacramenta sint Medicina.

15 Venio ad meæ sententiæ stabilitionem, & contrariæ impetitionem ex ratione, quam adducam duplicem. Nimirum vnam petiram ex generali ratione sacramenti, alteram ex speciali ratione sacramenti Eucharistiæ. Priori formandæ prolubo, præmittens sacramentis omnibus commune esse. & ad eorum genericam rationem spectate, quod sint Medicinæ. Cùm enim tot tantæque sint in hac vita ægritudines nostræ, vt earum numerus iniri nequeat, quod optimè prosequitur Gregorius Nyssenus initio Epistolæ Canonicæ ad Latoium Mitylenensem Antistitem. & ibidem Balsamon; necnon Hugo Victorinus l. de Medicina animæ *sive unctio*, & Hildebertus epistola ad quendam Præsulem, quæ admista Fulberti Epistolis, est numero 116. Cùm inquam tot tantæque sint animorum in hac vita ægritudines, sapientissimè ac prouidentissimè Christus Dominus, quem scitè Pisidas in Cosmop v. 1349. nominat *Galenum Maximum*, secundarios nobis Medicos & Pharmacopœos. seplasiáraque pharmacis in rem nostram conficiendis prouidit. Luculenter in hanc rem differit Origenes homil. 8. in Leuit. vocans Ecclesiam *stationem medicinæ*, Sacerdotes autem sacramentorum Ministros, *Medicos* curandis animorum morbis præfectos. Nempe secundarios Medicos sub Christo Archiatro. vt idem loquitur homil. 1. in Psalm 37. Aut vt dixit Nazianzenus orat. 1. num 55. tanquam Medicinæ per Christum exhibitæ administratores, & Christi principaliter curantis aditores. Ab iis secundariis Medicis & Pharmacopœis, cum alia ad curandos morbos nostros malagmata apparantur, de quibus plenè inter tractandum de Christo Medico; tum illa præterim ex infuso ac velut immisso certis rebus cor-

poteis Christi sanguine, omnino efficacia, quæ vocamus sacramenta. Eorum multiplicem rationem multiplici corporum medicinæ proportionalem, pulchrè præter cæteros aperit Altisiodorensis lib. 4. summæ cap. *de Sacramentis nouæ legis in communi.* Agnoscit quoque frequenter eam sacramenti & medicinæ analogiam, Gulielmus Parisiensis in Opere de Sacramentis, & S. Thomas in 4. dist. 1. & 2. ac perpulchrè autor altercationis Synag. & Eccles. cap. 8. *sub finem.* Sigillatim verò Eucharistiam habere rationem medicinæ, sæpè iterat apud S. Cyprianum Autor sermonis de Cœna Domini, & Albertus Magnus serm. 21. de Euchar. & aliquot seqq. vulgo creditus S. Thomas opusc. 58. cap. 21. & seqq.

Prosunt ergo soli sumenti.

15. Ex his eruitur ratio valida in rem nostram, monstratúrque, vsum Eucharistiæ quam viuens vsurpat, non posse ab eo referri ad sublevationem defuncti. Nam medicina (cuiusmodi esse diximus Eucharistiam eo ipso quod est sacramentum:) Medicina inquam, nemini prodest præterquam sumenti. Si enim vt D. Chrysostomus homil. 1. & 7. ad pop. scitè dixit, ridiculus esset, qui vno quopiam membro corporis malè affecto, medicinam faceret alteri membro; v. g. qui curaturus lippientes oculos emplastrum talo aut cruribus admoueret: multo magis desipere censendus est, qui inter sqhiecta multo minus connexa quàm sint inter se corporis membra, communitatem velit esse medicinæ: ita vt vnum curetur, facta alteri admotione pharmaci. Igitur inane prorsus est, & contra genericam sacramenti rationem frivolè excogitatum, quod perceptio Eucharistiæ per viuentem, possit defuncto esse proficua. Nam totus sacramenti fructus, datur ex opere operato, quod situm est in passiua receptione, & immediata admotione rei illius cui Christus facultatem & vim conseruit, impertiendi ipsa applicatione, effectum sacramentalem. Itaque ei duntaxat prodest Eucharistiæ perceptio, qui illam per seipum ac immediatè percipit, & non alteri.

Et sanè cùm omnia nouæ legis sacramenta habeant rationem medicinæ, & omnibus æquè commune sit, instituta esse à summo animarum Archiatro, & ab eius sanguine intra illa concluso vim agendi sortiri: profectò si vnum aliquod eorum (puta Eucharistia) posset extra subiectum cui admouetur, fructificare; atque adeò vtiliter à viuente suscipi pro defuncto, in quem fructus sacramenti à viuente percepti per vltroneam ipsius cessionem transunderetur; nihil afferri posset, quominus de aliis item Sacramentis affirmare idipsum liceret. Non contendo, cætera sacramenta vel dignitate & rei contentæ maiestate, vel sacramentalis effectus causandi vi, æquare Eucharistiam. Primum enim, is duntaxat admiserit, qui cum Iuda Iscarioth Sacramentariorum primicerio, Christum in Eucharistiæ Sacramento verè præsentem, impacta Christo ipsi mentione diffiteatur: quod est spiritui gratiæ; Christo inquam ad modum spiritus in Eucharistia abdito, & per tam bonæ gratiæ sacramentum exquisitissimos gratiarum sensus meritissimò sibi à nobis exposcenti, contumeliam facere; vt Apostolus asseruit. Alterum autem, negat & feracitatem gratiæ maiorem, agnoscit in Eucharistia D Thomas 3. p. q. 65. artic. 3. tametsi lis est sub Iudice, ob frequentem Eucharistiæ iterabilitatem. Hoc igitur non contendo; sed salua sacramentorum quoad dignitatem & efficaciam inæqualitate & disparitate; ipsóque dignitatis & ad eximios effectus præstandos potestatis veluti vertice, Augustissimæ Eucharistiæ vendicato (iuxta illud Clementis 7. Constit. c. 37. *Eucha istia sua magnitudine omne beneficium operuit*) confitmo, quia modus operandi sacramentorum omnium est, vt per modum medicinarum producant effectus suos, consequi apertè; vt non nisi immanenter, & per applicationem ad subiectum cui fructificant, operentur. Proindéque quisquis de eorum vno admittit quod agere possit transeunter, ita vt effectus eius prosiliat extra subiectum cui admouetur; non habet vnde inficias eat, similem vim proficiendi alteri quàm proprio receptiuo, ad alia quoque sacramenta pertinere. Quare fatendum erit aduersariis, alia sacramenta nouæ legis, posse suscipi pro sublevatione defunctorum, sicut dicunt posse in eum finem suscipi Eucharistiam.

16. Dicant igitur similiter, fas esse eniptam baptizari pro mortuis: non modò in eo sensu quem Apostolus approbat 1. Cor. 15. nimirum sumendo Baptismum pro corporis afflictatione, & opere pœnali ac satisfactorio, sed etiam insulso illo modo quo Gnostici apud S. Epiphanium hær. 28. & Marcionitæ apud S. Chrysostomum homil. 40. in 1. Cor. suscipiebant Baptismi sacramentum, nomine eorum qui inexpiati sacro lauacro excessissent è vita, rati eam intinctionem quam vinus ac superstes susciperet, prodesse mortuo; quod quàm falsum & fatuum sit, nemo non videt. Dicant similiter aduersarij, & vt ad praxim reuocetur satagant, fas esse accedere ad sacramentalem Confessionem, pro defuncto. Quidni enim sacramentum ad peccatorum abstersionem factum, possit itidem applicari fructuosè iis defunctis in quibus reliquiæ peccatorum eradendæ supersunt, & rubigo scelerum quoad culpam iam abstersorum. defricanda manet quoad reatum temporarium? Hortentur denique aduersarij, ad receptionem Confirmationis & Ordinis, in gratiam defunctorum & scilicet ad ineundum coniugium Christianum, magnúmque illud in Christo & Ecclesia Sacramentum pro animabus Purgatorij celebrandum. At nemo has lamiæ turres & pectines solis, vel infantulis inter somni difficultates occinere, hactenus sustinuit. Igitur neque Eucharistiæ perceptio per superstitem, potest esse vi applicationis sacramenti & ex opere operato fructuosa defunctis, si ad eos sublevandos referatur à suscipiente: sed sicut aliorum sacramentorum susceptorum fructus qui ex opere operato appellatur, est inabdicabilis à suscipiente, nec potest in alium transfundi ita similis fructus sacramenti eucharistiæ, soli percipienti immanet, nec huius fontis gratiæ lacices derivantur foras.

Nullus Eucharistiæ effectus defunctis tribuendus. Non gratia.

17. Hinc aperitur via ad aliam planè idoneam & validam probationem veritatis pro qua pugnamus. Nam fructus vniuersus ad quem conferendum sacramenta nouæ legis instituta sunt, continetur gratia sanctificante mortale peccatum ac pœnæ æternæ reatum excludente, ac eiusdem gratiæ parandæ aut fouendæ suppetiis; auxiliis inquam actualis gratiæ: vel abstersione culparum leuium, ac reatus è peccatis dimissis residui. Omnes hi effectus, non sunt omnibus sacramentis communes, nec qui inter eos eucharistiæ competunt, possunt pro voluntate communicantis transferri ad defunctum. Gratiam sanctificantem, eucharistia per se ac vi institutio

institutionis suæ auget, & vt fert probabilis aliquorum sententia, interdum quoque, tametsi per accidens) eam primò confert, & mortale peccatum remouet; supposita recipientis bona fide, qui suum illud impedimentum ad tanti Sacramenti dignam perceptionem, absque noua culpa non aduertit, & inuincibiliter censet se sufficienter dispositum.

Hic tamen effectus Sacramenti Eucharistiæ, est apertè inabdicabilis à suscipiente Eucharistiam. Nam dempto Christo, nemo alteri gratiam sanctificantem elargitur, quia *gratiam & gloriam dabit Dominus.* Neque Deus à quo quæcunque sunt, ordinata sunt, potestatem hominis fecit inordinationis illius, quæ summa cerneretur in ea verè prodiga & verè stulta translatione gratiæ ad alios; quos homo præceptum charitatis transgrediens, non sicut seipsum, sed supra seipsum diligeret, vt benè ratiocinatur Cassiodorus lib. de Am cit. cap. 38. passimque tradunt DD. 1. 2. q. 26. art. 4. exponentes ordinem charitatis. Æquè prohibemur transfusione iuris ad certa auxilia cuius ferax est sacramentum. Ob nexum enim auxiliorum illorum cum gratia sanctificante cuius sunt incentiua aut fumenta, iubemur ea nobis retinere; & rogantibus, *date nobis de oleo vestro*, respondere tenemur, *ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis*; vt scitè dixit Bunderius in compendio concertat. tit. 14. artic. 21. Quid quod defunctus neque gratiæ nouæ sanctificationis, neque auxiliorum quibus foueatur aut muniatur, capax est, cum extra viæ scamma sit constitutus; ea autem gratiæ sanctificantis accretio, vel per auxilia tuitio, solius viæ sit propria? Itaque penes hos Eucharistiæ effectus, inanis planè & cassa est, communio viuentis pro defuncto.

Non venialium remissio.

18. Nec aliter statuendum est de illo alio huius sacramenti effectu, quem agnoscere videtur Tridentinum sess. 13 cap. 2. nempe de remissione venialium, facta per hoc Sacramentum ex opere operato, interueniente tamen aliquo peccatorum illorum dolore, sine quo Deus nunquam condonat actuale peccatum; vt homo qui per illud sponte à Deo auersus est, sponte quoque ad Deum regrediatur per dolorem aliquo tandem modo cadentem in peccatum admissum, vt propterea displiceat quod Suares t. 3. 4. p. d. 65. s. 2. 0. vt hic Eucharistiæ effectus exurgat, contentus sit solo defectu complacentiæ actualis erga peccata venialia per hoc Sacramentum oblitetanda; quo admisso, dandum consequenter erit, omnem dignè communicantem absque actuali peccato veniali planè mundari à cuiusuis peccati labecula, quod idem Suares meritò negat t. 4. 3. d. 12. s. 1. *in fine.*

Vt vt sit, effectum propositum Sacramenti Eucharistiæ probabiliter inuehi, haud grauatè concedo, sed si agatur de solo recipiente Eucharistiam. Nam cùm effectus ille spectet nitorem animæ, & remotionem fuliginum quibus decor internus infuscatur, nemo sapiens alium ea in parte sibi præposuerit. Et sicut vel si fractum orbem illabi oporteret, cauenda esset perpetratio minimi peccati venialis, cuius admissione tanta clades auerti posse supponeretur, vt habet certa D. Anselmi doctrina l. 1. cur Deus homo. cap. 21. ita nullius alieni boni captatio, honestare posset voluntatem permanendi in peccato veniali, vt par alterius labes remoueatur. Itaque effectus ille Eucha[illegible], est inabdicabilis à suscipiente Eucharistiam, nec illicitè tantùm faceret qui id tentaret, vt monstrat ratio proposita, sed etiam inualidè. quia Deus non fecit homini potestatem sic prodigendi bona propria, quæ ad completum animæ nitorem & remotionem ab iis quæ Deo ipsi displicent. pertinere liquet. Accedit quod defunctus qui est in Purgatorio, non est capax huius effectus Eucharistiæ ad se transferendi per superstites communicantes. Nam iuxta veriorem sententiam, peccata venialia hinc exportata, dimittuntur animabus iustis in puncto mortis extriuseco viæ, vt tradunt D. Thomas, Bonauentura, Richardus, in 4. d. 21. & benè Dur. ibidem d. 45. q. 1. num. 5. Quare frustra superstites accedent ad Eucharistiam, vt remissionem venialium quoad maculam concilient alicui defuncto, etiamsi effectus ille transfundi in alium posset, qui adhuc sorderet venialibus labeculis.

Non absterso reatus.

19. Restat effectus remittendi debitum pœnæ temporalis ex peccatis quoad culpam ablatis residuæ quod videntur maximè spectare, qui communionem pro defunctis suadent aut vsurpant In his enim alienis debitis ad se transferendis, quamuis quis non exoluatur propriis durante vita & capacitate eorum a[illegible]te obitum dissoluendorum, potest exerceri charitas erga alium: & Deus eam transfusionem prudenter factam, cùm inter viuos, tum inter viuos ac defunctos ratam habet, vt suppono ex doctrina longè communissima, quam rectè præter cæteros tradit Adrianus quodl. 8. artic. 2. conclus. 3. Quod ergo circa translationem propriarum satisfactionum, atque adeò remissionem temporarij reatus per eas obuenientem, passim conceditur: videntur ij cum quibus disceptamus, existimasse æquè concedi posse, quoad translationem huius remissionis, per Eucharistiæ perceptionem cansabilis. Verùm hæc est aperta & multiplex hallucinatio. In primis enim supponunt, Eucharistiam prout Sacramentum est, expungere debitum pœnæ temporalis. At hoc negat D. Thomas 3. p. q. 79. artic. 5. *in corpore*, ea ductus ratione, quod Eucharistia quatenus Sacramentum est, non sit ad satisfaciendum, & pœnam obliterandam instituta. Ideóque Ioannes Turrecremata qui tract. de Sacramento Euchar. cap. 10. *effectu quinto*, visus erat concedere Sacramento Eucharistiæ vim remittendi debitum pœnæ temporalis è peccatis ablatis residuæ, tandem exponit se de remissione ex opere operantis, ob affectus concomitantes Eucharistiæ susceptionem.

Nec si Baptismus omne debitum pœnæ ex opere operato relaxat, vt scitè tradit S. Diadochus l. de perfect. cap. 89. & S. Ambros. l. de Salom. cap. 5. & benè ex vsu antiquo totum baptizatum intra lauacrum mergendi, colligit Abelardus serm. de circuncis. Non inquam si Baptismi Sacramentum quod ignobilius est, effectum illum præstat; necesse est idem tribuere Eucharistiæ quatenus sacramentum est: cùm aliud sit nobilitas & dignitas sacramenti, aliud efficacitas eius ad certum quendam effectum. Eucharistia ergo ratione Christi in ea substantialiter contenti, supra omnem comparationem præcellit quibusuis aliis sacramentis: quoad effectum tamen de quo agimus, cedit Baptismo: qui cùm sit secunda hominis natiuitas, & velut eductio prima è diuina figlina, vt habetur ex D. Chrysostomo homil. catechet. ad baptizandos, dignum fuit vt hominem planè nitentem & illimem redderet, nec tantum à peccati macula, sed etiam ab omnibus pec-

cati

cati consectariis, cuiusmodi est reatus pœnæ temporariæ, liberum redderet eum qui Baptismo initiatur, etiamsi Eucharistia id non præstet. Videndus qui late in eam rem disserit Cabasilas l. 4 de vita in Christo. Imò cùm Baptismus sit initerabilis & primitias diuinæ erga hominem largitatis supernaturalis inferat animæ; non immeritò ambigitur, an copiosiorem gratiam sanctificantem conferat quàm Eucharistia, quæ ad quotidianum vsum est instituta. & anteriorem Dei beneficentiam in Baptismo exprompt m supponit.

20. Esto verò; demus Eucharistiam provt Sacramentum est abstergere ex opere operato atqoe directè, reatum pœnæ temporariæ peccatis ablatis debitæ, qood teneri dicere qui ei tribuont vim remittendi peccata, affirmat Vasques 3. p.q.79. ad articulum 5. (an rectè, nunc non motor:) Hoc tamesi gratis dare placeat quoad ipsum communicantem, tamen negandum est eum fructum posse ad alios transfundi. Ea quippe duntaxat vis satisfactiua potest ad alios transferri, quæ est germen operum vestrorum provt libetorum, & proprietas illis ex natura rei adnascens; de qua proinde tanquam domini possimos disponere: cuiusmodi non est vis remittendi reatum pœnæ temporariæ ex opere operato. Quis enim vnqoam audioit tentatum ab aliquo esse, etiamsi sob tempus martyrij baptizaretur, nec ob remissionem alij factam, tribulationem ipse passurus esset; vt vim vniocrsalem Baptismi ad abstergendom reatom pœnæ, transfunderet in alium? Quare efficacia illa, per sacramenta quibus competit, non nisi immanentet exeritur. nec quantacunque voluntate eius qui sacramentum sosipit, permanat ad alios. Nullus itaque est effectus Eucharistiæ vt Sacramentum est, qoem is qoi Eocharistiam percipit, possit ad defunctos transferre: Atque adeò vanum est. in eum finem communicare vt mortui sublevenini, vel ad eam benignitatem mortuis præstandam excitare superstites.

Ratio altera nostræ sententiæ, ex speciali huius Sacramenti natura, quæ est, esse cibum.

21. Argumenta hactenus proposita, pertinent ad generalem rationem Sacramenti, ex qua monstratur, inutile esse communicare pro defuncto, ad hoc vt ea perceptio iuuet defunctum ex opere operato. Nunc argumentandum est ex speciali ratione sacramenti Eucharistiæ, vt initio recepi. Specialis itaque ratio sacramenti Eucharistiæ est, esse cibum, non quidem corporis, sed animæ; propterea que exhibetur sub cibi specie: quem non dari ad alendum corpus, inde colligit Gelasius Cyzicenos lib. de duabus naturis, quòd non magna specierum moles, sed perexigua conferatur communicanti, & tamen ex tantula specierum quantitate saginati dicimur à Tertulliano lib. de resurrect. carnis cap. 8. nempe quia non corpori ad quod satiandum spectatur cibi quantitas, sed animæ quantitate destitutæ, addicitur huiusmodi esca. Sertè quoque Goffridos Vindocinensis serm. 8. inde colligit, Eucharistiam cibum esse non corporum, sed animarum, quod primùm porrecta sit post corporalem cœnam, fauris iam corporibus. Quia tamen cibat animas, meritò instituta est sub speciebus alimenti corporei. Cibat autem augendo vt muniendo gratiam sanctificantem præhabitam, sine tantam redamandi Christi materiam ingerendo, vt philosophatur S. Anselmos l. de corp. & sang. Dom. cap. 8. monstrans summum hîc in nos Christi amorem, de quo item perpulchrè Chrysolog. hom. 45 in Ioan & hom. 55. ad pop. A tanto autem amore extorqoetur redamatio vnde charitatis nutritio; accretione gratiæ, atque adeò etiam charitatis, & collatione iuris ad auxilia fouentia charitatem & eius velut ignitabu a.

22. In hanc tem, diuinè planè philosophatur Autor sermonis de cœna Domini apud Cyprianum. *Panis iste communis*, (inquit) *in carnem & sanguinem mutatus, procurat vitam & incrementum corporibus: ideòque ex consuete rerum effectu, fidei nostræ adiuta infirmitas, sensib. li argumento edocta est, visibibus Sacramentis inesse vitæ æternæ efficium, & non tam corporali quàm spirituli transfitiene, Christo nos vniri. Ipse enim & panis, & caro, & sanguis; idem cibus, & sic stamina, & vita factus est Ecclesiæ suæ, quam corpus suum appellat, dans ei participationem spiritus.* Et paulò post. *Panis itaque hic azimus, cibus verus & syncerus pro specierum & Sacramentum, nos tacin sanctificat, fide illuminat, veritate Christo conformat. Et sicut panis communis quem quotidie sumimus, vita est corporis, ita panis iste supersubstantialis, vita est animæ, & sanitas mentis.* Nec istum effectum inferiùs abregat boic sacramento, & fidei, vel Christi verbis tribuit, cum ait. *Petus & esus ad tandem pertinet rationem, quibus sicut corporea nutritur substantia & viuit & incolumis perseuerat, ita vita spiritus hoc proprio alimento nutritur, & quod est esca carni, hoc anima est fides: quod cibus corpori, hoc verbum spiritui; excellentiori virtute peragens æternalitter, quod agunt alimenta carnalia, temporaliter & finaliter.* Non inquam ista addens hic Autor, fidei sumentis vel verbo Christi Eucharistiam instituentis, tribuit effectum illum cibandi animam, quem meritò anteriùs assignarat sacramento: sed tantùm indicat, vnde hæc efficacia cibandi animam, speciebus Christum continentibus adoenerit; nempe ex Christi institutione verbis Euangelicis expressa; Itemque cuiusmodi dispositionem ad huius Sacramenti perceptionem adhibere qoisque reneatur vt eo refici ac cibari quoad animam possit: Nempe fidem vjuam, qua si qois sciens & volens destitueretur dum sacras species ori & stomacho iofert, animæ fames non depelleretur, ob infidelitatis vel mortalis peccati obicem, gratiæ fontes obstruentem.

Autor ergo quem protulimus specialem rationem sacramenti Eucharistiæ cibatione animæ contentam. ritè expressit, consentanee ad verba Christi, qui vt accuratè proseqoitur Henriques lib. 8. c. 15. proprium huius Sacramenti monus, frequenter exponit per analogiam ad cibom corporeum: qui sicut non confert primò vitam, sed eam iam præsuppositam fouet & auget extensiuè, ita cibus Eucharisticus vitam animæ primò non confert. (saltem per se & vi suæ institutionis;) eam tamen anget ac fouet. Vnde sicut cibus corporeus, metonymicè dicitur *vita hominis*, ita etiam scriptura, Eucharistiam *vitam nostram*, aliquando nominat. Et eodem spectantes Puniei, teste D Augustino l. 1. de peccat. merit. c. 24. sicut absolutè & absque addito, Baptismum vocabant *salutem*; ita Eucharistiam vocabant *vitam*, ita vt accessurus ad sacram mensam, non diceret, *eo ad sacram synaxim vel communionem*, sed *eo ad vitam*. Eóque alluait idem D. August. serm. 1. de tempor. cum agens de accessuro ad Eucharistiam *in qua vita nostra consistit*, addit: *Manet ergo vitam qui ad accipere vitam. Nam si non manet vitam, ad indecimum accipiet vitam.*

22. Eam

23. Eandem ſpecialem rationem ſacramenti Euchariſtiæ per analogiam ad cibum corporeum, agnouerunt & egregiè expoſuerunt antiqui Patres, quorum nonnullos adducit Turrianus lib. 1. de Euchar. cap. 17. Nec prætereundus D. Auguſtinus qui l. 17. Ciuit. cap. 20. illud Prouerb. 9. *Derelinquite inſipientiam, & viuatis, & quærite prudentiam, vt habeatis vitam*, interpretatus de cibo Euchariſtico, quo animæ vita propagatur, æquè ac cibo corporeo fouetur & propagatur vita corporum; ſubdit ad eandem animæ cibationem per Euchariſtiam, ſpectare illud Eccleſiaſt. 5. *Non eſt bonum homini, niſi quod manducauit & bibit.* Quod enim ſapiens ad epulas corporum non reſpexerit, monſtrat Auguſtinus prolatis locis ex cap 7. Eccleſiaſtis, quibus carnales epulæ depreciantur, dicitúrque inſipientium eſſe ad tales epulas cor apponere: Tantum abeſt, vt de tali cibo dicatur non eſſe bonum homini niſi quod manducauerit bibcritve. Nec diſſimiliter Olympiod. in cap. 5. Eccleſiaſtæ, de hoc cibo accipiendum docet, quod ibi ait Salomon, vt iam ex Auguſtino retulimus. Splendidè inter poſteriores Scriptores, ſpecialem hanc Sacramenti Euchariſtiæ rationem in ſpirituali cibatione animæ ac ſupernaturali nutritione ſitam, exponunt Guillelmus Pariſ. tract. de Sacram. Euchar. cap. 1. & 3. ac Nicolaus Cabaſilas l. 1. & 4. de vita in Chriſto, & Interpretes paſſim ad illud Ioan. 6. *Caro mea verè eſt cibus*, item Scholaſtici vnaniniter in 4 d. 12. Benè quoque Albertus Magnus ſermone 6. ex triginta duobus de Euchariſtia. Ipſe enim eſt autor, (vt hoc obiter moneam,) maléque id opus adſcriptum eſt Diuo Thomæ, numeratúmque inter Opuſcula, ordine quinquageſimum octauum, & diſtinctum capitibus triginta duobus; cui tamen cuiuſlibet capitis initium, & thematis præfixo euincat eſſe conciones, non capita libri cuiuſpiam. Vidit Temhemius quod dico, & Alberto rectà inſcripſit eos ſermones, adducto initio prologi iis præfixi, *De ſacroſancto corpore Domini*, quod initium ſeu prologus legitur in noſtro Codice ſatis antiquo, Alberti Magni nomine prænotato.

Iuuat ergo ſolum ſumentem,

24. Propoſui & illuſtraui ſpecialem rationem Sacramenti Euchariſtiæ, in eo ſitam quòd ſit nutrimentum ac cibus animæ quoad vitam ſupernaturalem; quia inde ſuppeditatur argumentum efficax, ad probandum Euchariſtiam prout Sacramentum eſt, ſoli ſumenti prodeſſe; nec eius fructum poſſe ad defunctos transfundi. Nam nutritio eſt actus vitalis, atque adeò prodit à principio intrinſeco, nec poteſt proſilire extra ſubiectum cui cibus applicatur. Quis enim manducat pro alio à ſe prorſus abjuncto? Atqui Euchariſtiæ Sacramentum, eſt alimentum, inſtitutum ad fidelium animas inſpiritualem vitam nutriendas. Igitur Euchariſtia prout eſt cibus Sacramentalis, non poteſt habere effectum ſuum extra communicantem, quantuncunque ipſe id intendat, cupiátque cibationem qua fruitur, nutrire alterum.

Et quamuis fieri poſſet, vt qui adhuc ſupereſt aleretur ac nutriretur, alio à quo planè abinnctus corpore ſit, aſſumente cibum: Tamen in præſenti negotio, ſiue reſpectu defunctorum, eſt ſpecialis ratio ob quam id dici nulla ratione poteſt. Nimirum quia defuncti, ſicut corpore non aluntur aut nutriuntur, eo quod ceſſet in eis cibationis & nutritionis neceſſitas: Ita neque egent ſpirituali cibatione, cum vita eorum, non vltra periclitetur ex reſolutione & deperditione calidi innati: cum inquam non impendeat vltra periculum charitati & gratiæ, à tota natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna. Monet ſapiens Eccleſ. 14. non eſſe apud inferos inuenire cibum; quod ad animarum cibum ſpectare, nemo non videt. Non inuenitur autem animarum cibus apud inferos, quia non eſt ibi locus ſpirituali cremento, aut fomento vitæ ſupernaturalis, quæ in eo ſtatu ceſſat imperi à contrariis: vnde non eget cibo ſuffulciente & inſtaurante quæ vis inimica depaſta fuerit: qui ſunt effectus gratiæ de nouo partæ, adiunctorúmve ei auxiliorum, proportionales effectibus quos cibus præſtat corpori ad quod alendum adhibetur. Nam minùs itaque inſulſus haberi debet vſus communicandi pro defunctis, quàm abuſus antiquus alicubi olim receptus, communicandi ipſos defunctos, vt videre eſt can. 63. Trullano, & can. 12. Concilij Antiſſiod. ac can. 6. tertij Concilij Carthaginenſis; quem abuſum prædicta Concilia repreſsére, eo nominatim argumento, quod mortui nequeant comedere: Verè autem addere poſſumus, neque per manſum ab aliis cibum nutriri, vllíſve cibi effectibus potiri poſſe. Ac proinde qui pro mortuis communicant, ſi ſolius operis operati rationem habeant, operam ludunt.

Laudata, vnius ex Aduerſariis ſubductio.

25. Auditis his noſtris argumentis, vnus eorum quorum autoritate granatam primùm opinationem noſtram de inutili pro mortuis communione retulimus ſententiam retexuiſſe, ſéque ab eius placiti abſurditate ſubduxiſſe dicitur, ea operis ſui editione quam poſtea adornauit. Librum quartò vel quintò tefectum, atque adeò non iam ſecundis, ſed quaternis vel quinis curis ac nominatim in parte, emendarum, ipſe non vidit: ſed qui vidêre teſtea locupletes ac fide digni, ſic retulerunt. Laudo docilitatem, ex qua et am Dionyſius Alexandrinus eo fragmento quod ex eius priore libro de promiſſis deſcripſit eſt ab Euſebio l. 7. hiſtor. c. 19. aliàs 22. commendat Nepotianos, quòd audita Dionyſij diſputatione aduerſus ipſorum errores, non adhæſiſſent mordicùs anterioribus placitis, *ſed vbi poſtebat ratio, ſententiam mutare & docentis aſſentire iudicio, eos non pudiſſet: ſed conſcientia integra, ſynceracogitatione & puris erga Deum ac ſimplicibus animis, ea qua erant firmis rationibus & teſtimoniis à ſacris literis depromptis confirmata, admodùm approbaſſent.* Meritò autem ſingulatim celebrat ingenuitatem, ac docilitatem eius qui cæterorum fuerat anteſignanus, cuius ob hanc cauſam elogiolum non præteribo, quia perbellè cadit in rem noſtram. *Huius* (inquit) *doctrina Princeps & Dux Coracion, omnibus fratribus qui aderunt audientibus, palam confeſſus eſt, nobiſque atteſtatus; neque ſe vello deinceps (quandoquidem aduerſariis rationibus ſe putabat ſatis abundè conuictum,) illi dogmati animum adhibere, neque de eo differere, neque mentionem facere, neque aliquando illud vſquam docere.* Iure hanc mutandæ ſententiæ comperta veritate facilitatem commendat Dionyſius. *Sicut enim laudabile eſt à vera ſententia non moueri, ita culpabile perſiſtere in falſa; quam nunquam tenere prima laus eſt, ſecunda mutare: vt aut ex initio vera permanoat, aut mutata falſa, vera ſuccedat.* Iudicium eſt D. Auguſtini l. 3. contra Creſconium cap. item 3. A quo non abludit illud Caſſiani l. 1. de Incarn. cap. 4. de Leporio ad ſanam mentem & palinodiam adducto. *A nobis admonitus,*

monitus, à Deo emendatus, ita malè conceptam perſuaſionem, magnificè condemnauit, vt non minus penè admiranda ſit correctio illius, quam illaſa multorum fides: quia primum eſt errorem penitùs non incurrere, ſecundum verò repudiare. Hic igitur fuit ſenſus noſter, audito quod columna vna ſententiæ falſæ, cui concertator initio adductus nitebatur, ſubduxiſſet ſe ſe. Placuit verò id non tacere, vt concertator, ſi fortè necdum reſipuit, ſecutus errantem, ſequatur emendatum; nec vltra putet nos grauandos ea auctoritate quam aduerſum nos vrgendam putauit. Quanquam erat ea autoritas huiuſmodi, vt ſi ſalua illi eſſet, haud difficile fore videretur exolui ea ſarcina, tranſlatis in rem noſtram illis Holkoti verbis in 1. q. 3. *litera EE* ad 8. principale *Dice quod argumentum ſtat in pondere autoritatis* N *Ideò videtur, quod facile eſt homini volanti illo onuſto pondere ſeipſum deoneare, negare illam autoritatem.*

Triplex aliorum effugium, præcluditur.

26. Nonnulli verò aduerſariorum, vt hallucinationem anteriorem quoquo modo tegerent, perſtarétque fructus præſertim intentus; nimirum illiciendi pleroſque, (ſed præſertim pleraſque quatum tenc riora pectora promptiùs hoc miſerationis erga afflictiſſimas animas ſenſu malcentur;) ad frequentem Eochariſtiæ vſum tanquam animabus illis valdè proficuum; Reſponderunt primò, idcircò laudare ſe & commendare communionem pro mortuis, quod oratio tempore communionis fuſa, ſit admodum feruens, ac proinde valdè ſatisfactoria, qui fructus tranſferri poteſt in defunctos. Eodémque reduci videtur quod nuper ſcripſit Ioannes Sanches diſp. 25. ſelecta num. 12. nempe animas Purgatorij non leuiter ſubleuari per Euchariſtiæ perceptionem à fidelibus factam; quia cogitare poſſunt, quod fideles inde feruentes redditi, ipſas meliùs iuuare poterunt. Fuerunt ſecundò alij inter aduerſarios, qui adderent, communionem prodeſſe mortuis ob adiunctam communioni ex Pontificis conceſſione indulgentiam plenam, vita functis per modum ſuffragij applicandam: profeſſique ſunt aliud ſe nunquam intendiſſe hortando ad communionem pro mortuis, quàm vt fideles per communionem optimè diſpoſiti, aptiores fierent ad iuuandos defunctos ea indulgentiæ applicatione. Denique fuit tertiò qui diceret eatenus communionem viuentis poſſe eſſe defuncto fructuoſam, quatenus ſumptio Eochariſtiæ, & eius per os ſtomachum traiectio ſiue manducatio, opus noſtrum eſt: quod provt imperatorium & ſatisfactorium, in alterius commodum transferri poteſt ex voluntate operantis.

Primum, de ſola communicantis oratione addicta defunctis.

27. Hæ reſponſiones defunctorum ſunt difficultate impeditorum, nec reuera rationes propoſitas eludunt, aut facinnt ad inſtitutum, quod perſpicuum erit, vbi diſcuſſerimus ſingulas, eodem ordine quo ſunt adductæ. Quod ergo oratio inter communicandum fuſa (de qua erat primum effugium,) poſſit defunctis eſſe fructuoſa, extra controuerſiam eſt. Sed ea oratio eſt communio; nec qui per orationem iuuat defunctum, dici idcirco poteſt illum iuuare per opus operatum Sacramenti, merè concomitanter ſe habens ad orationem. An Lexica omnia refingenda erunt, vt ab audientibus *communionem* doceatur intelligendam eſſe *orationem?* Benè de ſimili nominum interuentione Tertullianus lib. de carne Chriſti cap. 13. *Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm ſunt, & amittere quod ſunt, dum aliter accipiuntur, ſi aliter quàm ſunt cognominantur. Fides nominum, ſalus eſt proprietatum.* Idem l. contra Praxeam. cap. 9. *Vtique omnia quæ vocantur hoc erunt, & quod erunt hoc vocabuntur? & permiſcere ſe diuerſitas vocabulorum non poteſt omnino, quia nec rerum quarum erunt vocabula. Eſt, eſt; Non, non; Nam quod amplius eſt, hoc à malo eſt.*

Itaque cum D. Baſilio ſicum ſicum dicamus; orationem inquam ne vocemus, *perceptionem Euchariſtiæ*, ſed quod reuera eſt, orationem. Falſum porrò eſt, orationem eſſe leuamen omnium maximum, quod animabus Purgatorij impendere poſſimus: cum ſine controuerſia ſint alia longè potiora, vt poſtea attingam. Imponitur ergo ſimplicibus, cum iactatur, *communionem*, id eſt, *orationem fuſam inter communicandum*, eſſe omnium ſubſidiorum quibus iuuare defunctos poſſumus præſtantiſſimum.

28. Fateor quidem orationem tunc temporis fuſam eſſe vtilem defunctis, vt mox dicebam, quia fructuoſior eſt tunc, quàm regulariter ſit quouis alio tempore, cum tunc honor ſic in optimo ſtatu ad precandum, tum ratione augmenti gratiæ ſuſceptæ vi ſacramenti, vi cuius eius opera digna euadunt, tùm quia feruentiùs quis tunc orare ſolet Deum ſuum ſpeciali modo ſibi præſentem alloquens, & quodam modo complectens; tùm quia major tunc eſt ſpei locus orationes noſtras exaudiendas eſſe. Cæterum communio ex opere operato & formaliter vi ſacramenti ſemper inutilis eſt defunctis. Vnde reſponſio hæc prima licet ſufficiens ad retinendum vſum inductum communicandi pro mortuis, tanquam iis ſuffragantem ſimpliciter, eſt tamen inidonea, ſi fructus ex opere operato & vi ſacramenti intendatur.

An defuncti gaudeant de viuorum communionibus.

29. Quod verò ad calcem primi illius reſponſi referebatur ex Ioanne Sanches, friuolum omnino eſt, præterquàm quod ad rem non pertinet. Nec enim autor ille qui diſp. 33. *in fine*, notat ſe à Diana vocari *doctiſſimum & acutiſſimum*, adeò doctrina ſua & acumine excidit, vt cenſuerit communionem mortuis prodeſſe ex opere operato, quod in præſenti diſputatione exagitandum ſuſcepimus: ſed tantùm voluit, ſolarium animabus Purgatorij accreſcere, ex eo quod fideles ſuperſtites, etiamſi non cogitantes de mortuis, accedunt ad Euchariſtiam: eo quod piæ illæ animæ, agnoſcunt viatores fideles ab Euchariſtiæ vſu feruorem & auctiorem charitatem adeptos, facilè eruppturos in opera ſatisfactoria, quibus ignes Purgatorij ipſis miteſcant, vel etiam extinguantur: Itémque eo quod animæ Purgatorij, agnoſcunt in communione repræſentari paſſionem Chriſti, quam ſunt expertæ tam in hac vita quàm in alia.

Hæc autor ille, quæ vides à ſcopo præſentis controuerſiæ aliena eſſe. Addo autem nec eſſe vera, vel admittenda. Nam animæ Purgatorij, iuxta veram ſententiam alibi ſtabilitam, nullius formalis conſolationis ſunt capaces, ob præoccupatam ſummi cruciatibus eorúmque ſenſu, vniuerſam voluntati capacitatem. Deinde quamuis eſſent alicuius conſolationis capaces, quomodò eam poſſent haurire ex fidelium communione quam ignorant? Vt autem

Angeli

Angeli dicantur revelare animabus Purgatorij omnes communiones fidelium viatorum, incredibile est, cum sint tam multæ & locis & temporibus disjunctissimæ. Itaque cum non possit dari ratio, cur hanc potiùs quam illam communionem revelent, è tam multis quæ quotidie fiunt absque directione formali & in actu signato ad levandas has animas, vnde tamen consolationem eis accedere censet Sanches; existimandum potiùs est, si alia causa non vrgeat, nullam revelari. Quare totum illud solatium animarum Purgatorij ex communione viatorum fidelium, evanescit.

30. Nec fulcitur per agnitam ab his animabus repræsentationem passionis in communione. Nam communio non repræsentat Christi passionem, sed sacrificatio; quia Christus exhibetur specie agni immolati; sepositis ab invicem quantum esset ex vi verborum corpore & sanguine. Vnde quæ S. Cyrillus Epistola vltima ad Nestorium *à medio*, habet de Eucharistia repræsentante mortem Christi: Item quæ Eucherius homil. 5. de Pasch. *sub finem*, & Rupertus l. 3. de operibus Spir. sancti cap. 20 piè dixerunt de ingeniosissimo divinæ sapientiæ inuento in Eucharistia instituenda, vt perpetuaretur exhibitio passionis & mortis Christi; quæ item Damascenus epistola de corpore Christi non ita pridem edita, adducit de analogia Sacramenti Eucharistiæ cum cruce & passione Christi, & huius per illud repræsentatione, non sunt accipienda de vsu Eucharistiæ, sive de communione. Quin etiam si agatur de plena exhibitione & repræsentatione, non debent accipi de ipsamet Eucharistia, provt in communione extra sacrificium porrigitur sub vnica specie, sed tantùm de Eucharistia, provt est sacrificium in facto esse, & vi consecrationis Christus sub duplici specie in statu immolati proponitur. Quatenus; aotem communio vtcunque exhibet clausulam passionis Christi, sive sepulturam, vt piissimè attigit Nyssenus orat. 1. de resurr. & Aogust. l. 1. qq. Euang. q. 7. æquè id verum est de communione sacrilega, ac de religiosa & sancta. At nemo finxerit, accedere animabus Purgatorij solatium, ex communione sacrilega. Quid denique idem Autor voluerit, cum ait, *animas Purgatorij gaudere de representata passione Christi, quam sunt experta, tam in hac vita, quàm in alia*, fateor me non percipere. Suspicor irrepsisse lacunam. Primum igitur effugium propositum, validè præclusum est.

Secundum effugium, de captata tantum assecutione indulgentiæ pro defunctis.

31. Nec magis firmum est quod secundo loco proponebatur; nimirum inuitari fideles ad communicandum pro mortuis, vt eis prosint interventu indulgentiæ quam consequentur fundendo certas preces post perceptam Eucharistiam, quo tempore maximè sunt apti ad opitulandum defunctis per indulgentiæ applicationem. Hoc inquam effugium, æquè infirmum est ac primum & eodem modo præcluditur. Lucrari enim indulgentiam defuncto, non est communicare pro eo. Vt quid igitur aduersarij hortantur fideles ad communicandum pro defunctis, non autem ad applicandas illis Indulgentias? Deinde cuinis communi non est adiunctum Indulgentiæ beneficium: nec quoties fit potestas communicantibus, adipiscendi indulgentiam conceditur eo ipso vt talem indulgentiam lucrentur defuncti. Imò Sixtus IV. & Leo X. aliique Pontifices, quorum declaratione tutum est inter Catholicos, Indulgentias posse defunctis pro desse, disertissimè tradiderunt, nullas Indulgentias defunctis prodesse, nisi quæ ad illos expressè fuerint extensæ à concedente: quæ facultatis ad iuuandos per Indulgentiam defunctos porrectio, non in adeò multas Indulgentias cadit, Ferè autem obtingit tantùm, interventu icuncularum sacrarum vel rosariorum, aut granorum, placularium, quibus Pontificia largitas defunctis applicabilis annectatur. At pauci communicantium, huiusmodi Pontificiæ concessionis tesseras habent. Et tamen aduersarij, omnes indiscriminatim hortantur ad communionem pro mortuis, proposita spe sublevationis eorum, per huiusmodi medium.

32. Quod verò aiunt, tempus communionis esse maximè aptum ad subleuandos defunctos per Indulgentiam, ob optimum tunc statum hominis, quippe quem carbo de altari acceptus purgarit; nouam aduersariorum hallucinationem continet, quatenus fructum Indulgentiæ ad mortuos per Pontificem extensæ, bona dispositione lucrantis Indulgentiam metiuntur. Eáque ratione prodont, si non satis dispexisse naturam & rationem Indulgentiarum, quas in defunctorum bonum conseqm datur. Ratum quippe est apud Theologos, Indulgentias nouj prodesse defunctis per modum absolutionis, seu per modom iudicij; sed tantùm per modum suffragij, sive solutionis. Hoc est, Ecclesiam per potestatem diuinitùs acceptam circa erogationem communis thesauri, promere ex eo communi depositorio tantum satisfactionum, quantum necesse est, vt misera anima in purgatorio obærata, exoluatur debitis, & reatus in ea residuus amoueatur. Solutionem eam è communi thesauro petitam, Ecclesia in pretium iustum debitorum ac pœnarum à defuncto fideli subeundarum exhibet Deo; qui ea oblatione & exhibitione pretij facta, remissionem reatus residui concedit per seipsum. Aliter verò contingit, cum reatus temporalis residuus remittitur viuentibus, beneficio Indulgentiæ Nam tunc (loquor regulariter, & attento vsu recepto, non moratus quod posset à Pontifice de absoluta, vt ita dicam, potentia fieri;) Tunc inquam dispensator Ecclesiasticus, nomine Dei cuius vice fungitur & participata autoritate potitur, remittit reatum homini sibi subdito; non absque pretio quidem. (illud enim exhibet ex communi thesauro;) sed tamen interveniente sententia & absolutione lata per hominem iudicem, in eum circa quem pollet iurisdictione quoad illud quoque negotium.

Hinc porrò fit, vt quia Indulgentia viuentibus confertur per modum iudicij & absolutionis, necesse sit eos esse in gratia cum indulgentiam lucrantur; & quo meliùs affecti ac nitentes sunt; eo sint ad percipiendam Indulgentiam accommodatiores; quia remissio pœnæ, vt habeat subiectum aptum præexigit nitorem à culpa & maculæ cuius reatus abstergendus est, depulsionem. At Indulgentiæ quam vioens defuncto lucratur, longè alia est ratio. Nam quia tali viuenti indulgentiam defuncto lucranti, nullus reatus remittitur; propterea non est necesse, nisi vt opus præscriptum exequatur: quo præstito. sive ipse sit gratus Deo, sive mortalis peccato sordeat; & sive bene ac optimè, sive negligenter & inaccuratè, aut etiam pessimè sit dispositus; Pontifex per modum piæ subuentionis, applicat defuncto ex thesauro communi pretium quo egot, vt sublevetur; quæ est doctrina Theologis re-

ceptissima. Ita enim Gabriel addit ad lectionem 57. in Canonem, adducens sanctum Thomam atque Richardum. Idem habet Corduba l. de Indulg. q. 26. Suares t. 4. 3. p d. 53. s. 4. n. 6. Filliucius tract. 8. n. 213. & Bonac. disp. 6. q. 1. p. 6. n. 11. Ex quo liquet, quàm vanum sit, quod adnectari) comminiscuntur de tempore communionis iuuandis per Indulgentiam defunctis maximè idoneo, ob optimum tunc statum hominis.

Effugium tertium, de solo opere operantis, defunctis attributo.

35. Tertia denique euasio, facilè præcludetur. Admitto enim manducationem in qua situs est vsus Eucharistiæ, præter opus operatum sacramenti, siue merita Christi quibus veluti fœta est, habere communes fructus bonorum quorumuis operum nostrorum, atque adeò esse meritoriam, satisfactoriam & impetratoriam. Nego tamen inde firmari communionem pro mortuis in sensu proposito. Cur admittam vires morales propositas cerni in manducatione, non est obscurum. Non enim ex eo quod Christus Dominus actui alicui libero hominis conferuerit ac immiserit merita sua. eúmque homini fructuosum tetdiderit ex opere operato; æquum est adimi illi actui dotes, quibus alioqui colluceret, nisi prærogatiua operis operati ditatus esset. Atque ita inxta veram sententiam, contritio quæ in peccatore accedente ad sacramentum pœnitentiæ, compingit illud Sacramentum vt pars eius materialis & intrinseca, habet sibi respondentem peculiarem gratiæ mensuram in ratione partis sacramenti, distinctam ab ea quæ æquè rependeretur eidem actui, si extra sacramentum pœnitentiæ eliceretur: quia iustum non est, vt actus ex eo quod adhibeatur ad sacramenti compactionem, defraudetur eo fructu gratiæ, cuius ferax esset, si absque accessu absolutionis sacramentalis prodiisset à voluntate libera, præuenta & adiuta diuinitùs Et quanquam Bonacina disp. 1. de sacram. q. 4. p. 3. *in fine*, neget idem esse de attritione, eo quod attritioni, si à peccatore eliceretur semota vsurpatione ad confectionem sacramenti, atque adeò spectato in ea nudo opere operantis, nulla gratiæ portio responderet: Tamen inppositá ea assumptione attritionis ad compingendum sacramentum, idem reipsa de ea dicendum esse quoad feracitatem peculiaris gratiæ ex opere operantis rependendæ, ac id de contritione asseritur; rectè agnoscit Suares l. 12. de gratia cap. 28. num. 14. & inde liquere videtur, quod sicut contritioni in posteriori natura debetur gloria, quia per gratiam vi illius actus in priori naturæ congruè aduectam, homo iam est iustus; quod sufficit vt eodem temporis momento, in posteriore naturæ instanti mereatur gloriam condignè & propriè: Ita attritioni peccatoris, eo ipso momento quo assumitur ad compingendum sacramentum; (cùm scilicet formatur accessu absolutionis) debetur gratia ex opere operantis, in posteriori naturæ quo subiungitur operi operato sacramenti. In eo quippe posteriore naturæ instanti, est actus hominis iusti, cui debetur gratia; dependenter quidem à gratia ex opere operato collata atque adeò in secundo tantùm instanti naturæ; sed tamen illo ipso instanti temporis quo ea gratia vi sacramenti confertur, verèque differens ab ea: quia ista respondet actui provt est actus hominis iusti ex gratia operantis, illa verò respondet actui vt forte meritis Christi, & compingenti Sacramentum. Hanc porrò duplicem vim causandi gratiam in actu qui est materialis pars sacramenti pœnitentiæ, esse distinctam & separabilem; patet, quia si actus ille esset venialiter malus, nullam gratiam ex opere operantis conueheret, nec tamen fraudaretur gratia debita ex opere operato, quam sola mortalis culpa intercludit.

34. Et quod dictum est de vi meritoria gratiæ ex opere operantis, concomitanter iuncta feracitati gratiæ ea opere operato, in actu suscipientis sacramentum pœnitentiæ, æquè dicendum est de vi satisfactoria & impetratoria eiusdem actus: quas dotes ex naturâ rei adiunctas actui sic elicito, nihil est quod eidem actui adimat; idcirco quod ex Christi institutione copulata ei fuerit vis producendi gratiam ex opere operato. Itaque omnibus illis dotibus æque potitur, ac si solitarius esset, nec pœnitentiæ sacramentum compingeret. Et idem est de actibus compingentibus substantialiter Sacramentum Matrimonij: hoc est de consensibus externo signo expressis, qui sub ratione traditionis & acceptationis, sunt sibi mutuo proxima materia & forma Sacramenti Matrimonij. Nam præter prærogatiuam ad quam à Christo subuecti sunt, conferendi scilicet gratiam ex opere operato, cui non officit labes venialis fortè interueniens, etiamsi actibus illis interna, eúsque vitians; illud insuper habent, si supernaturales ac vndecunque boni sint, iustóque & sancto subiecto aduenientes, vt gratiam peculiarem eidem concilient; sintque fructus satisfactorij & impetrationis feraces, non minus quàm si abiuncti ab opere operato sacramenti illius conserto, & eliciti fuissent à persona iusta & sancta, ex supernaturali motiuo, vndecunque nitentes. Notauit hoc Gabriel lect. 57. in Canonem *littera G.*

Agnoscuntur fructus communionis ex opere operantis

35. Hinc manifestè habetur, actum manducationis, qui est non quidem pars essentialis, vt malè censuit Aureolus in 4. dist. 8. q. 1. artic. 1. sed vsus & perceptio Sacramenti Eucharistiæ, (cui perceptioni adiunctum est ex Christi institutione opus operatum huius sacramenti;) cùm sit actus humanus, possitque supernaturalis & vndecunque bonus esse, non priuari iure omnibus iustorum actibus communi: ac proinde si eas conditiones habeat, quæ deposcuntur ad opus condignè meritorium, (vt sanè perfacilè ac frequentissimum est vt eas habeat,) conuehere percipienti Eucharistiam, peculiare munus gratiæ, respondens operi operantis; itémque satisfactorium, & impetratorium esse, eo modo quo omnes nostri actus supernaturaliter boni. Et quamuis gratia sanctificans, quæ homini Eucharistiam percipienti accedit per actum illum quatenus actus eius est, necessariò immaneat recipienti Sacramentum, æquè ac gratia collata vi sacramenti provt continentis merita Christi, siue ex opere operato; Tamen vis satisfactoria actui manducationis adiuncta itémque vis impetratoria potest in alterius bonum cedere de consensu operantis, iuxta receptissimam de suffragiis & Christiana communione doctrinam, cui immeritò vnus vel alter superiore seculo obstrepuit. Manifestè verò ex his efficitur, actum manducationis in ratione satisfactorij & impetratorij, posse applicari animabus Purgatorij si ita fuerat voluntas manducāris & percipientis Eucharistiā, forèque his animabus fructuosum. Et ita disertè Gabriel lect. 57 in Can. *lit. G.* Ioseph us Angles in 4. q.

de

de suffragijs art.2.difficult. . & Suarez t.3.3.p.d.63. s.10. *in fine*. Hoc lubens admitto. Et nihilominus nego, quod hinc tertiò inferebatur; nempe vllum esse in hac veritate perfugium abusui quem nunc exagitamus circa communionem pro mortuis: quod primùm vniuersè, tum sigillatim expensis duabus illis manducationis viribus moralibus, satisfactiua & impetratoria, monstratum eo.

36. In primis igitur nihil hîc seritur aut metitur aduersarijs, quos vidimus agere de opere operato sacramenti Eucharistiæ; quod autem hic adducitur, est opus operantis. Saltat autem extra chorum, qui in causa operis operati, profert opus operantis, quæ sunt distinctissima, & causis ac proprietatibus seiunctissima.

Inanitas euasionum propositarum, concluditur.

42. Omnia igitur effugia quæ captabantur aduersùs rationes à nobis propositas contra communionem pro defunctis, sufficienter videntur præclusa: secutéque concludere posse videmur, ineram hallucinationem & abusionem fuisse, qua aduersarij communionem pro mortuis, tanquam præsentissimum eorum subsidium celebrarunt, rati eam ex opere operato defunctis prodesse: Vt vt nunc aliqui, eam hallucinationem nitantur tegere, interuentu excusationum quas proximè proposuimus, & discussimus.

Ad probationes contrarij placiti, initio adductas. Scholastici exponuntur.

41. Sic confirmata veritate, veniendum est ad ea dissoluenda quæ initio proposita sunt pro contraria abusione, ducto principio à firmamentis ex autoritate. Adducebatur ergo in primis Gerso, cuius autoritas tametsi non est ineluctabilis, nec possit negari quin interdum eius doctrina nævis aliquibus scateat: (asperiùs etiam in eam loquitur Victoria relect. 4. propos.2. & 5.) tamen hac in parte, nihil continet non verum. Commendat enim duntaxat preces fidelium pro defunctis præsertim sub tempus communionis, cùm homo maximè feruet. At preces, siue proximè antecedant, aut subsequantur communionem, siue ei comitentur, non sunt communio. Et quidem preces illas iuuare defunctos, extra dubium est: quia sic Christus videtur esse precanti pro ramo oleagineo quo misericordia commemorari Regibus apud mortales solet, cum post exacerbationem placandi suscipiuntur, vt piè admodum disserit sanctus Chrysostomus homil. 3. contra Anomæos, & orat. de sancto Philogonio. Eadémque est vox cæterorum Patrum quos produco in opere cui titulus, *Iusta & inferiæ pijs manibus*. At communionem, id est, Eucharistiæ perceptionem precibus illis præmiam, aut subiunctam, vel concomitantem, quatenus sacramentum est nobis admotum, accommodatum esse leuandis defunctis subsidium, Gersoni ne per somnium quidem in mentem venit: de quo prouoco ad prudentem lectorem, qui vel perfunctoriè adductam ex eo Epistolam legerit.

Ioannes Nider qui postea proferebatur, apertè à me est. Disertè enim capite illo 9. *litera E*, allegatis S.Thoma atque Durando in 4.d.12.& in 3. præceptum 12. *litera K* adducto S.Thoma, Eucharistiam sit vel considerari vt sacramentum, vel vt sacrificiū. Priore modo, soli recipienti proficere docet. Posteriore autem, & viuis & defunctis pro eorum diuersa dispositione & capacitate. Verba autem quæ ex Scoto panlò ante protulerat, admittens perceptionem Eucharistiæ super omnia valere defunctis, non pertinent ad Eucharistiæ perceptionem, prout est merus vsus sacramenti Eucharistiæ iam confecti: sed ad actionem qua Christus viua victima in altari immolatur. Sunt enim & iam olim fuerunt variæ sententiæ de actione in qua situm est substantialiter sacrificium Christianorum incruentum: id est, de actione quæ est vera & præcisa Christi sacrificatio in nostro altari. Et nonnulli quidem partim in consecratione, partim idque magis, in vocali oblatione subsequente verbis illis comprehensa, *offerimus præclaræ maiestati tuæ*, sitam esse voluerunt rationem sacrificij incruenti, vt Echius lib.3. de Missa c.9 Henricus 8. in assertione sacramenti Eucharistiæ & in eiusdem assertionis defensione, Roffensis. Alij sacrificationem incruentam non in prædictis duntaxat actionibus collocarunt; sed etiam maximè in communione, & consumptione oblatorum. Sic Soto in 4.d.12.q.2. & Bellarminus lib.1. de Missa cap. vltimo. Non defuit qui in absolutam sacrificationis incruentæ rationem, etiam hostiæ fractionem ac tinctionem exposceret. Ita Canus 12 de locis cap.12. Tandem alij actionem sacrificij incruenti constituunt, agnouerunt esse solam consecrationem geminam quod perspicuè tradit S.Thomas 3.p.q.80.art.1..ad 3. & 3.2 q.8..art.c.4. Suarez t.3 3.p. d.75. s.4. Alanus l. de Missa cap.15. & alij quos hi proferunt, nósque suo loco recensemus

44. Cùm ergo tot sint & iam olim fuerint de incruenta sacrificatione sententiæ; noluit Scotus, eiue subscribens Nider, pronunciare extra locum, quænam earum vera esset, atque adeò quæ actio Sacerdotis vt ministri publici haberet rationem oblationis, siue immolationis Christi, hostiæ puræ ac immaculatæ: sed quæcunque tandem sit ea sacerdotis actio, cui competit esse talem Christi oblationem siue sacrificationem, eam Scotus annuente Nidero, ait esse præcipuum defunctorum subsidium & verè ait. Vnde si vera esset sententia quæ asserit perceptionem Eucharistiæ per Sacerdotem, (de tali quippe perceptione agunt Scotus & Nider, non de ea quæ fit extra sacrificium.) esse veram sacrificationem; admittunt prædicti autores, dicendum consequenter fore, nullum esse vtilius mortuis subsidium quàm sit ea perceptio. Verùm tunc in eandem perceptionem Eucharistiæ concurrerent duo, diligentissimè secernenda: Nempe immolatio siue sacrificatio incruenta, & vsus Sacramenti Eucharistiæ per sacerdotem. Tametsi autem vsus ille, prout esset merè vsus sacramenti, nihilo plus prodesset defunctis quàm eùm laicus communicat & vtitur sacramento; tamen in ratione immolationis, prodesset defunctis supra quæcunque alia Christiana pro eis subsidia.

Cæterum iuxta veram sententiam de actione sacerdotis qua sacrificium constituitur, cessat omnis ambiguitas. Neque enim Christiana sacrificatio incruenta, consistit in consumptione vel vsu sacramenti Eucharistiæ per sacerdotem, sed in gemina consecratione, qua Christus gladio verbi Dei statuitur in statu separationis animæ à corpore, quantum est ex vi verborum, ita vt Nyssenus orat.1. de resurr. appellet consecrationem à Christo factam in cœna vltima, anteoccupationem violentæ mortis à Pilato posteà illatæ: quibus similia habet

Hesychius lib. 2. in Leuit. cap. 8. & S. Leo serm. 7. de passion. Iuxta hanc igitur sententiam fusiùs confirmatam tractando Christi sacerdotium, tollitur ambiguitas illa quæ affectaretur sententiam collocantem substantiam incruenti sacrificij in consumptione sacramenti Eucharistiæ per Sacerdotem; dispellitúrque caligo, quæ ex prætermissa diiudicatione illius sententiæ offusa videbatur dictis Scoti & Nideri: quasi amplexari essent doctrinam de communione extra sacrificium defunctis vtili, quod illis in mentem non venit, & conceptis verbis à Nidero reiicitur, vt notaui.

45. Diui Thomæ autoritas, (de qua postea,) perperam obtenditur abusioni quam impugnamus. Nam præterquàm quod disertè ac perspicue pluribus locis ex eo supra notatis, negat Eucharistiæ sacramenti perceptionem, prodesse defunctis ex opere operato, in illa ipsa solutione ad tertium quæ inter argumentandum pro contrario placito est adducta, nihil renera habet, veritati aut traditæ illis aliis locis doctrinæ repugnans. Illud ergo tertium argumentum, debet sumi vt seiunctum primo ac secundo argumento quibus probatum fuerat mortuos subleuari per altaris sacrificium. Diuus itaque Thomas pro more argumentando primùm contra se, probat non tantum Eucharistiam, (vtique provt tantùm est sacrificium,) sed alia quoque Sacramenta, videri idonea ad subleuandos defunctos, cum Eucharistia id possit. Respondet autem disparitatem esse, penes vnum quod monuerat attendendum esse in subsidiis defunctorum; nempe habitudinem cum communione mutua & charitate: quæ est optima ratio cur Eucharistia sub aliqua ratione, nempe sub ratione sacrificij sit à Deo addicta iuuandis defunctis, quamuis id non habeat sub omni ratione sub qua est signum vnionis. Non enim id habet spectata præcisè sub ratione sacramenti, quamuis etiam sub ea ratione dicat habitudinem ad mutuam inter nos charitatem, quam & significat & procreat, vt rectè assumptum est inter argumentandum; & multis illustrat VValterus Corna 3. c. 55. Ipsum *communionis* nomen, id apertè fert vt pulchrè notauit Damasc. 4. fid. c. 14. *sub finem*, post S. Dionysium c. 3. Hierar. Eccl. *initio*. tametsi Isidor. Pelusi. l. 1. epist. 228 nomen *communionis* ad nostram cum Deo coniunctionem, per hoc maximè sacramentum concilietur, censuit pertinere.

46. Locus deinde ex Nicolao Cabasila allegatus, parum momenti habet. Et idem statuendum est de loco adducto ex Hieremia Constantinopolitano, qui hac in parte non est censendus autor diuersus à Cabasila; cùm duntaxat illum exscripserit, vt benè monuit Socolouius in Notis ad caput illud 23. Itaque vna & eadem responsione, satisfieri vtrique poterit. Aio ergo, Cabasilæ locum quem Hieremias exscripsit, parui momenti esse censendum. In primis quia is fuit Cabasilas, cui nihilo plus deferendum ex necessitate sit, quàm rationibus ab eo prolatis extorqueatur. Fuit enim Schismaticus, vel etiam hæreticus, cùm quoad Spiritus sancti processionem à solo Patre, tum quoad alios articulos in quibus Græci nbsitmatè a Romana Ecclesia dissident. Eóque ipso opere de quo agitur, cap. 29. & 30. turpiter impegit circa consecrationis efficaciam, & transubstantiationem vi verborum solius Christi: quod Hermetus interpres, in præmia ad Lectorem admonitione notauit, & copiosè confutauit Petrus Arcudius lib. 3. de concordia Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ circa sacramenta cap. 28. addens eiusdem operis lib. 2. cap. 21. fœdè item hallucinatum Cabasilam circa Confirmationis iterabilitatem, & vim characteris in Baptismo impressi, aliáque de quibus ibi illum insimulat. Itaque in hac quoque causa, non Cabasilæ autoritas attendenda est, sed eius argumentatio, quæ tametsi esset efficacissima, nihil tamen nos remoraretur in præsenti negotio, quippe nullo modo ad illud pertinens. Neque enim contendit Cabasilas, Eucharistiæ pro defuncto perceptionem per superstitem, prodesse defuncto ex opere operato, quod est punctum cui diiudicando insistimus: sed asserit, ipsum per se defunctum, participare sanctificationem ex corpore & sanguine Domini; non quidem interuentu substantialis manducationis, quæ non peragitur nisi in corpore, & per corpus; sed inuisibili & arcana participatione, quam Deus nouit. Hoc vides ad rem nostram non facere, nec negotium communionis pro mortuis quod discutimus, promouere; possetque hîc à nobis tacitum præteriri, cùm ad institutum non referat.

Age tamen, vt appareat quàm nostra sententia, vt autoritate, sic argumentis a Cabasila in scopum quem habuit propositum intortis, minimè graueturr; consideremus quàm solide illam per defunctos sanctificationem, à participato arcanum in modum quem Deus nouit, corpore & sanguine Domini, stabiliat atque confirmet. Inde enim liquebit, ne per proportionem quidem, argumentationes Cabasilæ aptari posse ad muniendum abusum quem excogitamus; communionis scilicet superstitum pro mortuis, tanquam eis proficuæ vi sacramenti, siue ex opere operato. Argumentatur ergo Cabasilas, vt probet arcanum illum suum modum sanctificationis defunctorum, ex immediata, sed inuisibili & non substantiali participatione Eucharistiæ per ipsosmet defunctos; supponens ante omnia, sanctificationem per sacramentum, non obtingere ex eo quod ore sumantur sancta, & Christus visibilibus speciebus obtectus comedatur atque bibatur. Quam multi enim ad eum modum accipientes Christum, non sanctificantur, quin potius inquinantur magis & iudicium sibi manducant & bibunt, corpus Domini non diiudicantes? Causæ igitur sanctificationis per sacramentum, indice Cabasila sunt, quas his eius verbis ex cap. 42. appendo. *Anima purgatio, in Deum dilectio, fides, desiderium mystery, alacritas ad participationem, feruens appetitio, sitientes currere. Hæc sunt quæ hanc sanctificationem attrahunt*, subdit mox Cabasilas. *Sed hæc omnia non sunt corporalia, sed dependent à sola anima. Nihil ergo prohibet, etiam animas hoc posse mortuorum, sicut & vinorum. Si ergo anima quidem ad suscipiendum mysterium sunt parata & prompta, is autem in cuius est potestate sanctificare, & perficere, vult semper sanctificare, & seipsum semper impertiri desiderat; quid est prohibiturum hanc participationem? Nihil omnino.* Quod si hinc infetas sequi, posse vinos frui sanctificatione per sacramentum, absque substantiali perceptione corporis Christi in stomachum, per manducationem demissi; Respondet Cabasilas eodem cap 42. negandam esse consequentiam, si suppetat reipsa facultas sumendi specialiter abditum intra species corpus Christi. Tunc enim vt sanctificatio possit per sacramentum obuenire, adhibenda est sumptio realis. Si tamen desit facultas vsurpandi substantialiter Christum per os corporis, (vt sanè deest defunctis, & nonnullis eremi accolis ab omnium mortalium consortio & vsu sacramentorum remotissimis, qui proinde non nisi spiritualiter commu

communicant, ſicut defunctorum animæ;) tunc confertur per ſacramentum ſanctificatio, abſque reali ſuſceptione ſacramenti, & intra illud oſtreum abditæ margaritæ corporis Domini, vt ſcitiſſimè dixit Anaſtaſius Sinaïta orat. in nouam Dominicam, apud Damaſcenum orat. 3. de Imag. Quia ergo non ſtat per defunctos, quominùs Chriſti corpore ſubſtantialiter per os. corporis hauſto fruantur, merito eius ſanctificatione non excluduntur. Er ſanè ſi Deus homini corpus corruptibile, geſtanti, conceſſit vt incorruptibile Chriſti corpus participaret, & inde ſanctificaretur quanto magis cenſendus erit voluiſſe, vt anima purè immortalis & corpore ſoluta, magiſque in dies nitens & apta ad huius beneficij vſuram, vt monſtrat cap. 45. participaret ſuo modo corpori & ſanguini Domini, indéque hauriret ſanctificationem? Collegi fideliter quicquid alicuius ſucci oceurrit in vniuerſa Cabaſilæ diſputatione, pro ſua illa arcana Euchariſtiæ participatione per defunctos, inde haurientes ſanctificationem.

Ex hoc porrò eius breuiculo apparet, nihil ex ea, ne per analogiam quidem, accommodari & transferri poſſe ad viuentium communionem mortuis vtilem ex opere operato, & vi ſacramenti. Ipſa verò Cabaſilæ diſputatio planè inanis eſt, nec fermenti reprobi admiſtione libera. In primiſque ſupponit, ſacramenta ſanctificare non ſumentes: quod falſum eſt, nec rectè à Cabaſila confirmatur ex ſpirituali tantùm communione Anachoretarum. Neque enim verum eſt, eam communionem prodeſſe ex opere operato, & vi ſacramenti; cùm tantùm proſit ratione operis operantis, ſiue deſiderij quod eliciunt qui communicare vellent, nec poſſunt. Ar ſanctificatio ex opere operantis, non cadit in defunctos: quia quod ad illos attinet, venit nox in qua nemo poteſt operari. Sanctificationem ergo ex opere operato per ſacramentum Euchariſtiæ, Chriſtus alligauit ſubſtantiali perceptioni corporis ſui, cuius defuncti non ſunt capaces. Supponit deinde Cabaſilas defunctos poſſe ſanctitatem ſuam augere, quod item falſum eſt. Nam ex quo animæ tranſgreſſæ ſunt limitem viæ, nullum vltra cremenrum ſanctificationis, ſiue per ſacramenta, ſiue aliter poſſunt ſuſcipere. Nec iuuat quod hæc dicantur fieri arcano modo. Non enim effutienda ſunt paradoxa, quæ cum exponi & componi cum ſacra doctrina nequiuerint, velis ſtabilire per arcanos & ſoli Deo peruios modos. Vt optimè contra Monophytas quoſdam, arcanam Deitatis & humanitatis identitatem, ſalua formali & reali vtriuſque naturæ diſtinctione inuehentes, diſputat Theodoretus Opuſc. 10. & 12. ac 19. ex 20. perperam tributis ſancto Athanaſio, & nos aut indiligenter lib. 1. de Chriſto ſect. 2. cap. 6. Sunt qui ſimili arcano modo, poſſibilem Deo omnium contradictoriorum conſociationem tueantur, & eo nomine affectent audire hypermæſtici, quæ mihi occulta (quod volunt,) Philoſophia & aperta deliratio videtur.

Nihil apud Patres, pro Aduerſariis.

47. Quòd ſanctus Auguſtinus (qui poſtea in contrarium eſt adductus,) de matre ſua ſancta Monica, ad loca in quibus fideles mmulabantur communicante, ſcriptis prodidit; non eſt ad rem. Neque enim ibi agitur de communione pro mortuis, ſed de communione ad ſepulchra ſanctorum Martyrum in eorum honorem: quatenus ea perceptio ſacramenti, prout eſt actus noſter à religionis virtute profectus, poteſt in ſanctorum Martyrum culmm cedere, ex deſtinatione operantis. Idcircò etiam ſpecialiter captari potuit vſus Euchariſtiæ eo in loco, vt maiori cum ſenſu & fructu pietatis vſurparetur, ob præſentiam ſanctorum corporum, quæ imitatione paſſionis Dominicæ per Euchariſtiæ ſacrificium exhibitæ, (vt ibi ait ſanctus Auguſtinus,) fuerant immolata. Accedit quod ad eum modum communicans B. Monica, videri potuit optimè atteſtata ei præclariſſimo Euchariſtiæ effectui quem prodidit ſanctus Cyprianus epiſt. 54. nimirum roborandi martyres ad agonem illum duriſſimum; qui Euchariſtiæ eximius effectus à grauiſſimis Patribus agnitus eſt: ita vt cenſuerit ſanctus Cyprianus, ineptum eſſe ad martyrium qui per Euchariſtiæ ſumptionem non præmunitur ad prælium; quia *mens deſicit, quam non recepta Euchariſtia roborat & accendit*. S. item Auguſtinus tract. 27. in Ioannem *ad finem*, immotam S. Laurentij in vincomburio conſtantiam, reuocat ad vſum Euchariſtiæ: indidémque deriuatam tantam ſancti Vincentij in acerbiſſimis cruciatibus fortitudinem, obſeruat ſerm 13. de Sanctis.

48. Eò igitur dirigebatur à ſancta Monica, communio ad tumulos ſanctorum Martyrum; non autem ad ſubleuationem defunctorum ibidem tumulatorum. Vt enim hoc Mediolani factum concedam, vbi hæc ſanctæ Monicæ communio peracta eſt; (quamuis aliis pleriſque locis, ne Reges quidem intra ſacra Martyrum corporibus loca tumularentur, vt notaui in opere de Martyr. p. 4. c. 6. n. 7.) annúmque verum eſſe, fideles in ea ciuitate & alicubi apud alios, tumulari ſolitos intra ædem ſacram in qua iacebant Martyrum pignora, ſuadet epitaphium ſancti Satyri conſcriptum à ſancto Ambroſio, qui teſtatur ſe condidiſſe fratris corpus ad latus ſancti Martyris, vt ſacri ſanguinis humor, finitimas penetrans exuuias, eas ablueret; ſimiliáque leguntur apud ſanctum Paulinum carm. de obitu Celſi infantis de filiolo ab ipſo ſancto Paulino patre condi iuſſo intra baſilicam ſanctorum Martyrum Complutenſium. Quamuis igitur Mediolani, & alibi quibuſdam ſaltem locis, verum ſit fideles ſepulturam nactos eſſe intra ſacras ædes in quibus ſanctorum Martyrum corpora iacebant; Tamen S. Monica in illis ædibus communicans, non ſpectauit ſubleuationem defunctorum per ſuam communionem, ſed maniem ſuæ pietatis inter communicandum excitationem ex præſentia ſanctorum Martyrum, itémque religioſum eorum cultum ex pia ſacrorum myſteriorum vſurpatione inibi facta.

49. Et eodem referebantur epulæ in eundem locum illatæ à S. Monica. Nam cùm dapes ſuper fidelium ſepulturam inferebantur ad eorum ſubleuationem, non participabantur ab inferentibus, ſed cedebant in vſum pauperum ac ſacrorum Miniſtrorum, qua de re plenè, tractando legitima & illegitima defunctorum ſubſidia, in opere cui titulus, *Iuſta & inferia piis Manibus*. Epulæ igitur à S. Monica illatæ, quibus eam ſubriè participaſſe ſcribit S. Auguſtinus, ſpectabant cultum Sanctorum, & religioſam hilaritatem veſcentium, ex priſco vſu primùm à Patribus inducto ad abolendas ſacrilegas Gentilium epulas in honorem Deorum, & mulcendam rudem plebem tunc primùm Chriſto aggregatam, conceſſione diuina epulandi in honorem Sanctorum; vt habetur ex ſancto Paulino Natali 9. ſancti Felicis, ac Nyſſeno in vita Thaumaturgi, & aliis quos protuli in opere de Martyr. p. 4. cap. 6

num. 14. Nec pauca etiam in eam rem Gretserus l. 3. defuncto Christiano c. 5 Nihil ergo epulæ illæ, eisque præmissa à S. Monica communio, ad sublevationem defunctorum.

Locus crediti Athanasij, facillimè expeditur. Non enim si dixit, synaxes pro defunctis suscipi, sensus est, pro eis communionem extra sacrificium; quia quamuis apud plerosque, *accedere ad sacram synaxim*, sit accedere ad diuinum epulum, & participare diuinam escam, vt fiebat in synaxibus Christianorum post sacrificium, vnde inxta multos orta extensio, vocis *synaxis*, ad communionem; tamen ex sua notione, vox *synaxis* sonat conuentum & adunationem in cœtum; qualis adunatio fiebat à Christianis ad orandum pro defunctis, & ad sacrificandum pro eis, quo vtroque modo iuuabantur, etiamsi non præcisè per communionem vt malè affingebatur credito Athanasio, quem ex S. Ephrem profeciſſe, atque adeò alium esse à Magno Athanasio, insinuat similitudo vini & vineæ florentis adhibita à sancto Ephrem, cumulata etiam duarum ceparum similitudine, vt videre est in eius Testamento.

50. Petrus Venerabilis qui postea subiungebatur, cùm dixit Cluniacenses iussu S. Hugonis inuisse animam defuncti, Sacramentis; per *Sacramenta*, manifestè intelligit sacrificium Missæ. Ibidem enim referens mandatum sancti Hugonis, quo edixit animam illam quæ apparuerat, & se iuuari experiebat, subleuari adhibitis remediis quæ rogauerat sibi suppeditari; addit ea remedia fuisse eleemosynas, & sacrificium incruentum; nec meminit communionis extra sacrificium. Itaque quod eodem loco habet, animam illam petiisse iuuari Sacramentis, & iisdem adiutam fuisse iubente sancto Hugone, accipiendum est de nomine *Sacramentorum* inxta antiquum morem vsurpato. Quia enim ad sacrificium duplex exigitur consecratio, & qualibet consecratione vnum numero sacramentum efficitur, materialiter distinctum ab eo quod alteri consecrationi respondet, salua formali & specifica vnitate, ducenda ex analogia ad integram & plenam refectionem corpoream esculenta & poculenta comprehendentem; propterea non ratò apud antiquos, sacrificium incruentum vocatur nomine *Sacramentorum*, vt manifestum est ex opere sancti Ambrosij de sacrificio Missæ, cui titulum fecit *de Sacramentis*. Similitérque libnm sancti Gregorij de ritu Missæ & orationibus super sacrificium recitandis, antiqui Codices inscribunt *librum Sacramentorum* eóque nomine allegatur in Micrologo cap. 60. Alij *Sacramentarium* inscribunt, sed corruptè. extat item liber *Sacramentorum*, Grimoldi Abbatis, & liber *Sacramentorum* autore Alcuino, eiusdem omnes argumenti: hoc est de Missæ sacrificio, & tamen inscripti de Sacramentis. Idem aptè fert quod c. *Sabatho* de consen. d. 3. ex innocente 1. epistola ad Decennium dicitur. traditionem Ecclesiæ habere, vt feria 6. in Parasceue, & Sabatho sequenti, *Sacramenta penitùs non celebrentur*. Id est ne fiat sacrificium corporis & sanguinis Domini. Quod aliqui minùs aduertentes, extendernnt ad communionem laicam existimantes prohiberi duobus illis diebus etiam communionem. quod tamen est falsum. & contra vsum piorum multorum ac peritorum. Itaque cap. *Sabatho* agi de solo sacrificio certum est, & benè illustratur à Scorra l. 1. de Missa c. 5. num. 9. Et ita intelligitur quod dixit Petrus Venerabilis de adiumento demortui per Sacramenta, hoc est per sacrificium Missæ. Estque id sacrificij Christiani apud veteres nomen adiungendum ad ea quæ latè cumularunt Pamelius ad epistol. 63. S. Cypriani num. 49. & ad librum Tertulliani de cultu fœmin. cap. 1. Valterus cœna 3. c. 45. Socolouius ad cap. 13. censuræ Hieremiæ Constantinopolitani; Sanctesius in præfatione ad Græcorum Liturgias cap. 5. Matthæus Galenus cap. 1. de sacrificio. Græci eodem sensu vocant Missam, *mysteria*, vel cum addito *tremenda mysteria*. Imo apud Chrysostomum homil. 18. in 2. Cor. & l. 3. de sacerd. dicuntur *horrendissima mysteria & omnium maximè horrenda, verendáque*. Quare quod animam defuncti sacramentis Cluniacensium adiutam dixit Petrus Venerabilis, non est accipiendum de adiumento per vsum sacramenti Eucharistiæ, sed per celebrationem sacrificij Missæ. Nec plura de argumentis pro sententia contraria, petitis ab autoritate Doctorum & Patrum.

Ad diuina visa, & facta, dictáve Sanctorum.

51. Argumentum ex visis diuinis, ac reuelationibus, quibus sancti aliqui & sanctæ accepisse feruntur, communionem viuorum, Eucharistiæ in eum finem participantium, defunctis prodesse; facilè elideret Sibyllanus, qui descripto latè Henrico de Assia, valde elcuat fidem huiusmodi reuelationum, sexui molliori exhibitarum, vt apud ipsum Sibyllanum videre est in opere peregrinarum quæstionum decade 1. cap. 8. q. 6. nec multo aliter Franciscus Picus l. 9. de prænotione cap. 2. & Canus l. 11. de locis cap 6. qui ex pugna inter reuelationes ex quibusdam piis mulieribus circa Deiparæ conceptionem iactatas, argumentatur. Mihi salua reuerentia quæ personis cum Deo familiarissimè agentibus debetur maxima, dicendum videtur; ex iis quæ in libris huiusmodi reuelationum produntur, non peti argumentum certum vel ineluctabile ad aliquid stabliendum: præsertim si vrgens ratio, vel Doctorum autoritas, sit in contrarium. Addit Caietanus t. 1. opusc. tract. 23. q. 2. ad 2. quæ multo magis huiusmodi argumentationes ex illis reuelationibus ductas infirment. Nec negari potest, personas sacris visis & reuelationibus assuetas, ea interdum habere pro diuinis visis & reuelationibus, quæ reuera à Deo non didicerunt, sed ex proprio ingenio sunt commentæ. *Sciendum*, (inquit S. Gregorius homil. 1. in Ezech.) *quod aliquando Prophetæ sancti, dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi, quædam ex suo spiritu proferunt, & se hæc ex Prophetia spiritu dicere suspicantur*. Luculentum in eam rem est exemplum Nathani 2. Reg. 7. quod Diuus Gregorius non omisit. Nam Dauidi, voluntatem suam de templo ædificando aperienti, respondit tanquam in spiritu Dei, placere Deo Regis consilium: & tamen compertum postea est, Nathanum non ex Dei spiritu oraculum Dauidi prompsisse, sed humani aliquid passum, cogitationem suam à vero alienam, pro diuino responso dedisse.

52. Cùm igitur fortissimæ rationes superiùs propositæ, & Doctorum in Dei Ecclesia omni exceptione maiorum testimoniis, constet communionem sacram à fidelibus extra sacrificium perceptam, nihil defunctis proficere ex opere operato; cogimur dicere, si quæ reuelationes habent, diuinitùs monstratum esse piis aliquibus personis, præsertim è sexu infirmiore, communionem vi sua leuare defunctos, id non ex afflatu Spiritus sancti, sed ex ingenij humani negotiatione manasse. Id quod æquè

dicere

dicere cogimur, de nonnullis placitis circa animas Purgatorij, quæ eædem sanctæ quarum hîc autoritate grauamur, minùs consentaneè ad doctrinam Theologicam tradiderunt. Vt dico in tractatione de subleuatione defunctorum. Fortassis etiam per catachresim, aut vocum ampliationem vel laxationem, adiuncta communionis & perceptionis Eucharistiæ, vocarunt *communionem*. At adiuncta illa esse plerunque defunctis fructuosissima, extra controuersiam est.

Ea etiam ratione delui potest, quod obiiciebatur ex factis dictiúe Sanctorum, qui aliquando leguntur communicasse pro defunctis, talémve communionis finem probasse, quod præter adductos inter argumentandum vix vlli fecerunt. Dissimulo verèque qui res gestas Sanctorum conscripserunt ea locutionis seueritate adhibita aliquid in hoc genere ab illis factum expressérint, quo id ipsi sancti ore tenus prodiderant, vel in adnotatis & schedia retulerant, vnde concinnata sunt acta Sanctorum. Sanè Canus 11. de locis cap. 6. pleroque in hoc genere, indignè, ac vt ille etiam contendit malignè versatos, allatrauit atque momordit. Aliorum verò esto iudicium, quàm procul absint ab ea indignitate in quam Canus genuinum infixit, qui hîcce diebus, Sanctorum historias ea ratione conscribunt, vt quicquid verisimiliter excogitare possunt ab eis factum dictúmve, tanquam reipsa gestum ac dictum chartis committant. Dum enim dilatant phylacteria & magnificant fimbrias narrationum, paucas inquam pagellas iam olim syncerè ac simpliciter conscriptas, satagunt diffundere in iustum volumen, rhetoricari coguntur non historicos agere[1], & ea sanctis affingere quasi ab eis verè facta dictáve, quæ non nisi mentis & facundiæ scriptorum partus sunt, nec reipsa ad sanctos attinent. Is tractandi modus innoxius haberi potest inter declamandum, vt notat Guerricus Abbas serm. 2. de Assumpt. in Historico autem, præsertim sacro, non est ferendus, tametsi à non nemine, hoc tempore adhibetur. Quid si ergo eiusmodi est, quod alicubi, quanquam infrequentissimè tegitur; sanctos, vel sanctas quaspiam, communionem defunctis vsurpasse, eúve profuturam pronunciasse?

Prima aduersariorum ratio, ex Sacramenti & sacrificij proportione, exploditur.

53. Non sunt denique omittendæ rationes istas, quibus aduersarios sententiam suam firmare solitos, superiùs attigi. Prima ducitur ex æquiparatione sacramenti Eucharistiæ & sacrificij. Nam si sacrificium Missæ tantoperè fructuosum est defunctis ex opere operato, quidni etiam Sacramentum, quo idem Christus hostia viua fidelibus viuis & defunctis impensa continetur? Secunda petitur ex auctiore honore Sacramenti Eucharistiæ, ac Christi speciorum exuuiis obtecti. Erit enim hoc sacramentum venerabilius, si inter eius effectus hic numeretur. Nec est verisimile Christum qui sacrum hoc suæ charitatis pignus tam multis modis prodesse viuentibus voluit, ab eius largitatis participatione arcuisse fideles vita functos, eadem nobiscum charitatis necessitudine coniunctissimos. Tertia demum ratio inde ab aduersariis promitur, quod sententia de fructuosa mortuis communione, potens illicium continere frequentandæ communionis. Pro eo enim affectu, quo humaniori quisque, fertur ad subleuationem eorum quos charos habuit, vel quo indiscriminatim afflictissimas animas iuuandi desiderio incenditur, potentissimè inducetur ad frequentem sacri panis participationem, non minore suo commodo, quàm defunctorum; quibus vt ipsa communio non prodesset, adiuncta tamen maximè proderunt.

54. Nulla harum rationum est reuera idonea. Sed prima quæ præsertim in fraudem egit aduersarios, merus est iusciuiæ partus. Quanta enim est rerum sacrarum ignoratio, sacrificium cum sacramento componere; & quod de vno dicitur, ad alterum transferre? Sanè quidem sacrificium incruentum fideles defunctos iuuare, dubitare Catholico non licet. Iuuare autem ex opere operato & infallibiliter, quicquid Canus 12. de locis cap. 14. ad 9. secus senserit, rectè affirmant Petrus Soto lect. 7. de Euchar. Vasques 3. part. d. 228. à num. 29. Bellarminus l. 2. de Purgat. cap. 8. Matthæus Galeus libro de sacrificio cap. 16 sub finem. Sicque accipio quod ex variis Patribus tanquam traditionem Apostolicam testatissimum facit Pamelius Tomo 1. Liturg. Latin. seculo 1. à pag. 77. de indubia fidelium defunctorum subleuatione per sacrificium. Imo non tantùm iuuari applicatione incruenti sacrificij fideles defunctos, quod Patres illi vt certum tradunt; sed etiam eo maximè subsidio iuuari, nullúmque mortuorum subsidium esse cum isto conferendum, rectè pronunciat Gabriel lect. 57. in Canon. & Tyræus l. de locis infestis cap. 8. Nec dubitauit Demochares[1]. de Missæ sacrificio pro mortuis, pag. mihi 6. diserte profiteri Scholasticos Doctores vniuersos in 4. d. 45. vno ore contestari, defunctos potissimùm iuuari Missæ sacrificio in eorum bonum oblato, id quod Tridentina Synodus oraculo suo firmatum dedit sess. 25. decr. de Purgat. Plenè in hanc sententiam dissero, tractans legitima defunctorum subsidia.

55. Est igitur sacrificium interuentum, de grauissimorum Patrum sententia, ipsiúsque Ecclesiæ iudicio, potentissimum subsidium ad leuandos vita functos. Id verò cùm inaudissent aduersarij, nec satis introspexissent sacrificij & sacramenti discrimen, eo deuenere insulsitatis, vt dicerent perceptionem quoque Eucharistiæ præsentissimum esse defunctorum in Purgatorio laborantium adiumentum. At consideratum oportuerat, sacramentum esse medicinam & cibum, atque adeò non nisi immanenter agere, quia non prodest nisi applicetur; sola autem sumptione applicatur. Sacrificium verò est actio ex natura sua, publica; & Deo, non sacrificantibus tantùm, sed & aliis propitiando addicta: applicatur porrò per oblationem pro aliquo. At oblatio illa potest terminari ad non sumentem. Quod aliter dixit sanctus Bonauent. in 4. d. 45. *dub.* 3. *circa literam*, sacramentum esse actum in personam, qui actus requirit personam actu existentem & præsentem. Sacrificium autem esse actum pro persona, qui etiam ad præteritos & futuros dirigi potest, vt probat ex cruento Christi sacrificio in ara crucis. Erut indidem S. Bonauenturæ planè appositissimè ad rem præsentem, cur Eucharistia provt sacramentum nullo modo iuuet defunctos, sicut etiam cætera sacramenta sunt eis inutilia; Eucharistiæ autem sacrificium, sit illis subleuandis accommodatum. Hinc prima aduersariorum ratio satis superque diffecta & contrita videri debet.

Reiicitur secunda ratio, ex ampliore Sacramenti venerabilitate.

57. Secunda nihilo fortior est, Deus enim & venerabilitas sacramenti ex veris eius fructibus non ex fictitiis desumenda est. Non sanè parum honorifici erga Christum in Eucharistia abditum, fuere Patres omnes atque Doctores: quamuis nunquam Eucharistiæ sacramentum à vano hoc effectu, & fictitio per illud mortuorum leuamine celebrarint. Suppetunt innumera & solida decora, quibus hanc *omnium Sacramentorum consummationem*, (sic Eucharistiam de Magistri sui sanctissimi, siue Pauli, siue Hierothei sententia nominat S Dionysius cap. 3. Eccles. hierar.) exornare, & celebrare ad veritatem liceat. Fructus verò eius, tanti támque vberes & multi sunt, (contra quam blasphemabant Messaliani apud Theodoretum 4. hist. cap. 15. neque vilem neque damnosam Eucharistiæ sumptionem affirmantes,) vt verè Gabriel lect. 85. in Canon. pronunciauerit; neminem mortalium dignè & plenè enoluere tantam vbertatem fructuum posse. Gulielmus item Paris. tract. de sacram. Euchar. cap. .. vim huius sacramenti esse *virtuosissimam*, (retineo barbaram, sed emphaticam vocem,) probat ex insignibus effectibus quos Deus per S. Ioannis Euangelistæ vestem, per baculum S. Petri, per ossa, capillos, & alia ex Sanctorum corporibus minutalia, per fimbriam vestimenti Christi præstare dignatus est. Addit virtutes inditas terrestribus animalibus, piscibus, gemmis, ligno vitæ, herbis variis, atque lapidibus; Tum concludit, si hæc ita sunt, & Dei sapientia tam eximiis virtibus exornauit res prorsus à se abiunctas, *quomodo Verbum per quod omnia facta sunt, carnem suam quam pro salute animarum assumpsit, non omnibus virtutibus gloriæ suæ congruentibus in parte illa, & animarum saluti expedientibus illustrauit? Propter hæc omnia & alia innumerabilia mirabilium ipsius, quorum nos aliqua mera prolixitatis transimus, alia verò nec nosse nec numerare sufficimus, meritò dicimus, sentiendum esse amplissimè & magnificentissimè de virtuositate tanti támque venerandi sacramenti.*

In tanta numerositate fructuum eximiorum huius sacramenti, quid attinet illi ex fictitiis effectibus decora augere, & quasi non satis per se niteat, fucum illi ascititium appingere? Huiusmodi commenta decorum vertuntur in probra. Vt enim rectè censuit Cassianus l. 2. de Incarn. cap. 2. *non minoris erroris est, Domine* Iesv *Christo impropria addere, quàm propria derogare. Quicquid enim de illo non ita dicitur vt est, etiam si honor videatur, iniuria est.* Pari insulsitate, benè multi hac ætate, quasi honor Reginæ indicium non diligeret, vt monuit iam olim S. Bernardus epist. 174. dum B. Virginis gloriam frivolis & ementitis titulis diffundere & augere satagunt; quasi sanctuarium Dei inopia vel parcitate solidorum decorum laboraret, Deiparæ honorem pro quo improuide sunt sollicti, reuera deterunt: se autem effusè ridendos propinant, qua de re plenè in Diptychis Marianus.

Ad rationem tertiam, vt maior sit Eucharistiæ frequentatio.

58. Vltima pro aduersariis ratio, sordet indignitate non ferenda. Quasi enim non habeamus plus satis illiciorum & incentiuorum ad frequentationem Eucharistiæ, adornatur pia fraus, & obiecta escâ falsi fructus inuitantur fideles ad crebram sacræ mensæ additionem. Non eget Christiana pietas his commentis, nec admittit huiusmodi tectoria, syncerias & veritas. Semper Catholica Ecclesia, strophas etiam prætextu promouendæ pietatis, est detestata: & eos qui vel confictis miraculis vel excogitatis reuelationibus, piæ plebi imposuisse sunt deprehensi, malè multatos reiecit: non aliud magis sibi cordi esse, in Tridentina aliisque Synodis contestata, quàm vt Deo qui summa veritas est, ablegato omni falsæ pietatis fermento, in summa syncerritate, puro ac velut azymo cultu seruiatur. Sunt in hanc rem iustissimæ querelæ Ludouici Viuis l. 5. de trad. discipl. & Melchioris Canii lib. 12. de locis c. 6. imo piorum & proborum omnium. Itaque facessant conficta pietatis erga Eucharistiam incentiua; & cùm libuerit ad frequentem communionem multos pellicere, solida ac syncera quæ suppetunt frequentationis illius inuitamenta proponantur. Vrgeatur tanti sacramenti ad eximios in nobis effectus, summa vtilitas. Prædicetur inde prouenies firmitas & roboratio charitatis. Celebretur retusio motuum concupiscentiæ, & restinctio originalis incendij, etiam in iuuenibus, vt à S. Bernardo ad suos agente factum serm. de cœna Dom. & à S. Cyrillo l. 4. in Ioan. cap. 17. necnon à Petro Damiani Opusc. 47. cap. 2. Non prætereatur suauitas plusquàm mellea, & pinguedo huius panis præbentis delicias regibus. Demùm explicetur in quo sensu defunctis fructuosa esse possit sacra communio.

Quàm alia proponant Patres, excitandis ad Eucharistiæ vsum fidelibus.

59 Quis verò apud Patres finis est encomiorum quæ huic Sacramento solidè sine falsitatis mixtura contexunt, dum satagunt pro fidelibus ad hunc cibum illiciendis? *Participa* (inquit S. Ephrem serm. de natura Dei cunctè non scrutanda) *immaculatum corpus & sanguinem Domini tui, fide plenissima, certus quod agnum ipsum integrè comedas. Ignis immortales sunt mysteria Christi, caue ea temerè tractare, ne in ipsorum participatione comburaris. Abraham Patriarcha cœlestibus Angelis terrenos cibos apposuit, illique eos comederunt. Ingens sanè miraculum est, cernere spiritus incorporeos, in terra carnium cibos manducantes. Sed hoc profectò omnem excedit admirationem. Sed hoc profectò omnem excedit admirationem, omnem mentem, omnémque sermonem, quod nobis fecit vnigenitus filius, Christus Saluator noster. Ignem quippe & spiritum manducandum atque bibendum præstitit nobis carne vestitus, corpus videlicet suum ac sanguinem.*

Nec minùs suauiter simul ac potenter Nyssenus homil. 8. in Ecclesiastem ad illud, *tempus amandi*, his præter cætera. *Alia sunt verò bona, quæ etiam ipsa sunt pulchra & honesta, & talis faciunt eos qui sunt participes. Quale enim est naturâ id quod participatur, in id etiam necesse est simul transmutetur id quod participat; vt benè olens fit os eius qui ore accepit aromata; & rursus malè olens, eius qui comedit allium, aut aliud aliquid quod est fœtidius. Quoniam ergo fœtida quidem est omnis sordes peccati, contrà autem virtus est bonus odor Christi, amandi autem virtus est bonus odor Christi, amandi autem habitudo naturaliter efficit conuenientiam eius ad id quod amatur; quod dilegimus per amorem, per illud efficimur Christi bonus vel malus odor. Qui enim quod bonum est & honestum amauit, ipse quoque erit bonus & honestus, bonitate eius quod est in ipso, eum qui accepit in seipsum transmutante. Propterea nobis seipsum comedendum proponit is qui semper est, vt eum ipsum*

ipsum in nobis ipsis acceperimus, illud fiamus quod ille est. Dicit enim Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. *Qui ergo hanc amat carnem, non est amicus sua carni; & qui in hunc sanguinem est effectus, mundus erit à sensibili sanguine. Caro enim Verbi, & sanguis qui est in hac carne, non vnam habet gratiam, sed est suauis iis qui gustant, & appetendus iis qui desiderant, & iis qui diligunt amabilis.*

60. Autor sermonis de cœna Dumini apud Cyprianum, vbiuis facundus iuxta ac pius & doctus, in hoc argumentu & inducendis potenter ad vitalem hunc cibum fidelibus propositio eius multiplici fructu & commodo, superior seipso videtur. Exiguum ex eo centonem paucis plagulis decerptis hinc inde, & adunatis, contexo. *Panis iste supersubstantialis, & calix solemni benedictione sacratus, ad totius hominis vtam salutémque profi is, simul medicamentum & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates existens, &c. Panis iste non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia Verbi factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas videbatur, & latebat diuinitas; ita sacramento visibili ineffabiliter diuina se infundit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio & ad veritatem cuius corpus & sanguis sacramenta sunt, syncerior pateret accessus, vsque ad participationem spiritus: non quod vsque ad consubstantialitatem Christi, sed vsque ad societatem germanissimam eius, hac vnitas perueniret, &c. Nobis itaque pro quibus sanguis Christi oblatus est in cruce, & quos reconciliauit Deo omnes excedtus victimas hoc sacrificium singulare, ipse Christus pincerna porrexit hoc poculum, & docuit, vt non tantum exteriùs hoc sanguine linirentur, sed & interiùs aspersione omnipotenti, animâ nutrirentur; & penetrans omnia tanti medicamenti virtus, quicquid esset intus ibi d rum effugaret, & renouaret sanaretque quicquid morbi carni vel spiritui vsteria vitæ adlinierat corruptela, &c. Mansio nostra in ipso, est manducatio; & potus quasi quadam incorporatio, subiectis obsequio, voluntatibus inuictis, affectibus vnitis. Esus igitur tanus huius, quadam auiditas est, & quoddam desiderium manendi in ipso; per quod sic imprimimus & eliquamus in nobis dulcedinem charitatis, vt hæreat palato nostro & visceribus super dilectionis infusus, penetrans & imbuens omnes anima corporisque recessus, &c. Quàm præclarus est calix iste, quàm religiosa est huius potus ebrietas, per quam excedimus meo, & qua verò sunt obliti, ad anteriora extendimur, non habentes sensum huius mundi; sed diuitis purpurati delicias contemnentes, crucis hæremus, sanguinem fugimus, & intra ipsa Redemptoris nostri vulnera figimus linguam; quo interiùs exteriùsque rubricati, à sapientibus huius seculi iudicamur amentes, &c. Qui manducat ex hoc pane, vltra non esuriet; qui bibit, vltra non sitiet; quoniam mystery huius sic sapit gratia, sic reficit intelligentia, vt cuicunque tanta rei innotuerit plenitudo, omnis consummationis fine inuento, Christi baiulus ipsum ferat in pectore, ipsum gerat in mente, & omni tempore habitatori suo, dicta & facta, inhabitatione consona laudes resonent, & gratiarum actiones decantent. Hæc ebrietas, non accendit, sed extinguit peccatum: in hoc vino non est luxuria, nec monetur ad ludum post hunc potum lasciuia. Cum sopiti oblitio cuncta carnis ludibria, mira sunt quæ sentit, magna quæ videt, inaudita quæ loquitur quem agnus iste Paschalis inhabitat, cuius animam meri huius fortitudo hilaritate inexplicabili lætificat & delectat, &c. Vident hæc Sacramenta pauperes spiritu & hoc vno contenti sæculo, omnes mundi huius delicias aspernantur: & possidentes Christum, aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iustitiam, cùm saturati fuerint, vide quod agant, intelligere quæ loquantur, quàm sancti odoris sit quicquid illa eructat plenitudo: verbum bonum moresque compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior syncerit as vbique diffundit, ita vt post odoramenta ista gratia huius comparticipes discurrant, & mutuus ad inuicem affectibus complectantur, & quibus vnus est panis, vnum est corpus, & omnium vnum cor & anima vna, vni Christo adhærens cætera omnia quasi fermentata respuens in vnius azymi syncerit ate lætatur, &c. Panis iste Angelorum, omne delectamentum habens, virtute mirifica, omnibus qui dignè & deuotè sumunt, secundùm suum desiderium sapit & emplius quàm manna illud vetus, implet & satiat edentium appetitus, & omnia cæralium saporum irritamenta, & omnium exuperat dulcedinum voluptates. Vide quomodò hi qui Christi commemorant passionem, intra sacra officia quasi per quosdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectetur: quantum suauitatem anima inquirenti vbi sit Dius suus, suspiria contemplationis eliciant. Non illos imbres procellosa tempestatis reponunt. Ros matutinus est cœlestibus stillans, & quasi vnctio spiritus, mentem delinicns. Gemitus illos pietas excitat, & inter diem & noctem vetere & a se se affectio intuens inter dita ordinatio si. iundens, gratias agit tam veteris beneficy largitori, & se sanctam, & sanctificatam agnoscens, fletibus se ablui, & lachrymis si baptizat, &c. Hanc Dei gratiam recolens quis de sacro calice bibit, amplius sitit & ad Dominum erigens desiderium, ita singulari fame illo vno appetitu tenetur vt deinceps fellea peccatorum horreat pocula, & omnis sapor delectamentorum carnalium sic ei quasi vaticinium adinsque palatum acuta mordacitatis acetum. Ad hæc inter sacra mysteria, ad gratiarum actiones conuertitur, & inclinato capite mundissa cordis adepta se intelligens consummatum, veteratoris peccator sanctificatam Deo animam quasi depositum custoditum fideliter reddit, & deinceps cum Paulo gloriatur, & lætatur dicens, *Viuo iam non ego, viuit verò in me Christus.*

61. Chrysostomus in ornandu & celebrandò augustissimu hoc mysterio, non modò frequens, sed penè perpetuus est. Verùm nihil attinet ex eo seligere flosculos non absque iniuria locorum prætermittendorum, cum diligens in paucis, planèque accuratus, & de huius mysterij gloria optimè meritus scriptor, Claudius Sanctesius in Syntagmate ad triginta capita diffuso, quod Græcorum Patrum Liturgiis & Collectancis de Eucharistia attexuit, selectissima quæque de hoc sacramento à Chrysostomu variis locis tradita digesserit, tanto studio & felicitate, vt supernacuum videatur, vel plura ex Chrysostomo in hanc rem conquirere, vel alibi frui tam sedulæ apis laboribus. Quare adeatur Sanctesij defloratio; & præstu, nihil ad plenam & solidam tanti mysterij gloriam, desiderandum à prudente æstimatore.

Hæc & alia quæ apud Patres passim prostant Augustissimi sacramenti decora quisquis attenderit, nun erit quod ad excitandam eius auiditatem, ad falsos titulos & cmentitos effectus confugiat, inani spe proposita imandi defunctos ex eius perceptione, sicut iuuantur per incruentum sacrificium. Habebit enim plusquàm satis verorum & solidorum incentiuorum, quibus animæ palatum quantumlibet fastidiosum, ad diuini cibi cupiditatem excitet.

Solida

Solida defunctorum subsidia, spuriis ablegatis, amplectenda.

6. Cùm item subleuare fideles vita functos placuerit, ne nobis & illis falso hoc & inani subsidio vsurpando illudamus, sed veris mediis à Christo institutis adhibendis, debitam erga eos charitatem & commiserationem prodamus. Tale est super omnia sacrosanctum Missæ sacrificium, vt vidimus. Talis in suo genere ac ordine est oratio, vt D. Chrysostomus homil. 21. in Acta, & homil. 41. in 1. ad Cor. & sæpè alibi confirmat. Quod fecisse Pammachium scribit sanctus Hieronymus, rigentur eleemosynarum balsamis, ossa & fauillæ fidelium vita functorum. Ne corporum afflictationibus parcatur, fructu satisfactorio quo abundant, in has egentes animas transfuso, exemplo Danidis Abnerem lugentis 2. Reg. 3. & Hebræorum in Saülis demortui gratiam se se macerantium ac ieiunantium, vt 1. Reg. vltimò legimus. Septenarium eiusmodi solidorum subsidiorum hoc versiculo comprehensum,

Fle, pete, ieiuna, vigila, da, redde, celebra.

multipliciter illustrat Cantipratanus l. 2. Apum cap. 53. num. 15. Et plenè quoque ac luculenter de iisdem idoneis piè defunctorum adiumentis Thyræus in opere de locis infestis a cap. 74. ad 82. Contulimus & nos symbolas nostras non indiligenter tractato eo argumento, in opere cui titulus. *Iusta & inferia pijs Manibus*, adueisus nouitiam heterodoxiam pietatis, qua asseritur, quamuis si quis suffragari defunctis velit, vere illis sit prosuturus, vt fide sanctum est; præstare tamen, & ad perfectionem spectare, nolle suffragari, ne diuinæ iustitiæ leges temerentur, & leues culpas non curantium licentia foueatur, amoto fræno quo coerceri potuissent; nempe exsoluendatum integrè vsque ad nouissimum quadrantem pœnarum, illis labeculis ab vltore iusto reponendarum. Quàm imperfectus & nullus sit hic pro Dei iustitia & peccatorum coercitione zelus, euincitur multipliciter in prædicto opere, subnectiturque series idoneorum subsidiorum, quibus ex magna perfectione & charitate iunari possunt fidelium defunctorum animæ. Ab illis idoneis subsidiis procul abest cùm commonio, attento opere operato sacramenti, tùm alia pleraque falsa & vana ibidem discussa, de quibus iure, repetito principio, illa Innocentij 111. vsurpabo.

Falsa sunt abiicienda remedia, qua veris sunt periculis grauiora.

Et illud Augustini l. de mendacio c. 21. *Ad sempiternam salutem nullus ducendus est, opitulante mendacio.* Quod confirmat l. contra mendac. c. 1.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM OMNIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, *ORDINE ALPHABETICO DISPOSITVS.*

A

Ω Christus, quomodo. pag. 550
Abel de Santerean laudatus. 633
Abscondituscordis homo, quis, 555
Acarhistus. quid. 475
Accidentia sensibilia panis & vini perstant post consecrationem. 77
Eorundem perfectas. ibid.
An occulta accidentia perseuerent, problema. 78
Accidentium Eucharistic. actio. 81
Accidentia Eucharistica variis epithetis designantur à Patribus. 412, 413, 414, 415
Accidentia insensibilia, si quæ dentur, destruuntur cum substantia. 428
Accidentia Eucharistica, neque inhærent Christo, nec ipsi hypostaticè vniuntur. 434
Accidentia realia nulla remanere in Eucharistia, eroncum, & hæresi proximum, 455, 456
Acediæ descriptio, eiusdem per Eucharistiam expulsio. 180
Actuitas specierum. 81
Adami cum Eua matrimonium, typus Eucharistiæ communionis. 35
Adam docuit suos sacrificare. 548
Adam nomen commune. 559
Adam sacrificauit. 547
Adeps frumenti Eucharistia. 193
Adipis notitio in libris sacris. ibid.
Adeps oblatus pro peccato. 194
Adeps & vinum, Eucharistia. 193
Adorare, quid. 481
Adoratio in spiritu per Eucharistiam. 156
Adoratio, admotio ad os, & qualis. 511
Adoratio Christi in Eucharistia. 568
Adulteratio Monetæ quantum scelus. 600, 601
Ægyptij Monachi, quo situ orarent. 527
Ænigmata mysteriorum Eucharistia. 194
Æternitas dies vnus. 545
Affluentia omnis Sacrosanctorum charismatum, Eucharistia. 194
Agape. 227
Agape Eucharistia aliquando. 637
Agar Arabibus mons Sina. 141
Aggæi locus de templi gloria expensus. 479 & seq.
Agnus Paschalis typus Eucharistiæ. ibid.
Agnus Dei tollens peccata mundi incruente immolatus, Eucharistia. 194
Agnus Deus, Agnum abigens, Eucharistia. 195
Agnus Paschalis typus Eucharistiæ. 91
Agnus Paschalis. 195 in eius comestione ritus. ibid.
Agni comestio Euchar, certam repræsentat. 181
Agni specie cur apparuerit Christus. 393
Agnus Paschalis in crucifixi formam assumebatur. 497
Agnus Paschalis cur de nocte comedendus. 533
Alæ ignis, quæ. 583, 584
Alexandri Imperatoris calamitas, vndes 485
Alimentum spirituale animæ, Eucharistia. 195
Eiusdem typus manna & potus spiritualis. ibid.
Alimentum Vitale, Eucharistia. 527
Alimonia Cœlestis, Eucharistia. ibid.
Alimonia immortalitatis, Eucharistia. ibid.
Alimonia regalis Eucharistia. ibid.
Alimonia spiritualis, Eucharistia. ibid.
Alimonia vitalis, Eucharistia. ibid.
Altare mensa solis. 181
Altare Christus in Eucharistia. 197
Altare cur locus sanctus. 540
Altare manus Diaconorum, Theodoreto. 603
Altare collatum cum præsepio Bethleemitico. 990
Amaritudo ingesta per spiritum Dei. 598
S. Ambrosius, graniter affirmat nihil falsum, in Eucharistia admittendum esse. 435
Amen. quare à communicantibus dictum. 145
Amen, tessera credulitatis. 97
Amen cor in Missa dicatur 145
Amor debitus Deo ob Eucharistiam. 40
Amor Christi in Eucharistia. 31
Quo sensu dictus sit dilectio in finem. ibid.
Eiusdem dulcedo summa in Eucharist. institutione ex tanta tunc acerbitate in Christi pectore. 33
Amoris contentio in incarnatione & Eucharistia 18
Præfertur Eucharistia. ibid.
Amor est vnitinus. 557
Amplexus sub communionem. 637
An probabile sit Eucharistiam in Empyreo per æternitatem asseruatum iri. 321
Anaphora, quid. 488
Anaphora Eucharistia. 197. Notatio huius vocis ibid.
Anaphora, seu eleuatio Christus in Eucharistia. 198
Anastasius Papa, author epistolæ aliis suppositæ. 504
Andreas Sanssagus laudatus. 607
Andronicus Commenus peierans per Eucharistiam 186
Angeli assistunt sacrificanti & Christo in Eucharistia

Index.

tistia. 16, & 18
Angeli assistunt sacro. 490, & seq. 494. & seq.
Angeli in templo frequentes. 484
Angeli & quidem duplici modo ministrant Sacerdoti. 494, 495
Anima, sedendo fit prudens. 477
Animæ Purgatorij incapaces consolationis. 639
Anselmus S. in Missa sedens. 476
Antaradense in Syria templum Deiparæ. 604
Antithesis Christi ac Satanæ in Eucharist. & primo vetito. 98
Antidotum quo liberamur culpis quotidianis & à peccatis mortalibus præseruamur Eucharistia. 198
Antidotum mortis, pharmacum immortalitatis Eucharist. 198
Antitypa corporis & sanguinis Domini Euchar. 198
Eorundem explicatio multiplex. ibid. Exibitus cultus, à S. Gorgonia. ibid. Christus in Eucharistia typus & antitypus sui 200
Antitypum passiuè sumptum pro Euchar. figuris adumbrata. 199
Antrum quomodo cœnaculum Sion. 542
Apostoli quando baptizati. 219
Apostoli quid fecerint post Pascha vsque ad Pentecosten. 532
Apostoli, Iudices orbis in Pentecoste. 549
Apostoli quando sacerdotes creati. 530
Apostoli, tintinnabula sacra. 591
Apostolorum perfectio, in Pentecoste. 552, 553
Apostoli an confirmati in Pentecoste, 593
Apostoli non sacrificarunt ante Pascha, an statim in paschate id fecerint. 530, 531
Apostoli quando baptizati. 562
Apparitio dexteræ in celebratione sacra. 89
Apparitiones in Eucharistia mirabiles. 394. 1.2
Aqua, Eucharistia. 201
Aquariorum error. ibid.
Aqua vino immissa an immediatè transeat in sanguinem Christi. 276
Aqua vino mixta in Eucharistia. 115
Aquæ vino admixtæ significatio. 35
Aqua crassa Nehemiæ, quid. 564
Aqua feruens, iniecta mysteriis. 514
Aquæ impietatis & erroris, multiplices. 550, 551
Aquæ in vnum congregatæ in Pentecoste. 510
Aquæ, materia mundi. ibid.
Aquarij, siue Hidreparastæ aqua sola vtentes ad confic. Euchar. 201
Aqua symbolum Eucharistiæ, & cur. 202
Ara piorum, incruenta. 578
Aragonius Regia corona ex spicis frumenti fabricata Romæ donari voluit. 307
Aranea vindex blasphemiæ in Eucharistiam. 125
Arca fœderis Euchar. 203
Arca Mosaica hyperbolum Euchar. 230
Arca Noëtica, typus Ecclesiæ. 561
Arca fœderis siue testamenti, Eucharistia. 401.
Arca testamenti figura Eucharistiæ. 203. Ritus ferendi Eucharistiam in arca. 203
Arcanum mysterium vocatur à Dyon. 323
Archetypus verus typici Paschatis, Eucharistia. 203
Archontes quantæ autoritatis. 570. 571
Ardaburij milites puncti. 483
Aries secundus, Eucharistia. 204
Aries secundus explicationis, quis. 527
Arma non gestanda in templo. 482
Arrhabo æternæ vitæ, Eucharistia. 404. Arrhabonis & pignoris distinctio. 404
Arsclinus falso traductus tanquam de Eucharistia male sentiens. 336
Ascensio & Pentecostes, vna celebritas. 592
Assignare orationem, Tertulliano, quid. 505
Assistentium sacrificio immodestia. 130
Assistentes sacro, sacrificant cum Sacerdote. 489
Assistentium primo sacro, quis numerus. 613
Assistentes sacro sacrificant. ibid.
Assueti magnificentia, typus Eucharistiæ. 100
Assumptio, Eucharistia. 180
Asyli ius in templo. 483
Atrium gentium in templo, vbi. 479
Attritio sacra mentalis an ferax gratiæ ex opere operantis. 644
Auari tenebris obuoluuntur. 172
Auaritia superata per Eucharistiam. 172
Auditio Missæ præscripta omnibus religiosis. 488
Auenionense B. Mariæ Templum, à quo dedicatum. 481
S. Augustinus sub typo lucernæ expressus. 220
Augustino suppositus locus. 490
Augustinus, flumen sapientiæ. 582
Auxilia multa & magna per Eucharist. conferuntur. 186

B

Baechica nostra, Eucharistia. 206
Bacchica siue orgia Ethnicorum. ibid.
Baptizandi in Ecclesia stabant. 517
Baptismus quare præmittendus communioni. 219
Baptismus à postolorum. 219
Baptizati dicti, perfecti, & Baptismus perfectum. 220
Baptismus adultorum cur differretur. 402
Baptismi Christiani necessitas, ex quo tempore. 576
Baptismus Christi, cur in igne. 564
Baptismus mundi, per diluuium. 562
Baptismus quando conferri cœptus. 533
Baptismus & omnem reatum detergit. 639
Baptismi & Eucharistiæ effectum, comparatio. 634
Basilicæ multæ, & inter eas San-Dyonisiana ab ipso Christo, consecratæ. 480
Beati in cœlo, num omnis motus localis expertes futuri sint. 515
Begardorum vesania. 517
Bella, post placatum numen suscepta. 592
Benedictio Eucharistia. 205
Huius typus in Iacobi benedictione. 206
Benedictio beatifica, Eucharistia. ibid.
Benedictio dulcedinis, Eucharistia. ibid.
Benedictio mystica, Eucharistia. 207
Benedictio viuificatina, Euchar. 208
Benignitas quasi bona igneitas. 33
Berengarij error de præsentia tantum mystica & non reali Christi in Eucharistia. 18
Berengarius volens nutrire sola Euchar. tabescit. 433
Berengarij varios sectatores refutantur. 344
Berengarium obiisse Catholicum scribunt aliqui. 337
Berengarij Sectarij duo Bruno Andegauenßis & Abelardus. 338
Bernardi S. meditatio, de dieb. 10. ab Ascensione. 591
Bernardus Grossus aduitus à Cluniacensibus. 634
Bertami error qualis fuerit. 338
Bestiæ terræ, dæmones. 570. Item peccatores. ibid. & seqq.
Bethel, domus Dei. 481
Bethleem, Ecclesia Christiana. 490
Bisuntinorum in sacris sessio. 503
Beatæ Bindæ historia, quæ in conuiuio filij occisi cor appositum fraudis ignara comedit, & odium illico in filij occisores deposuit. 292
Ballus, author opinionis asserentis nulla dari in Eucharistia

Index.

charistia accidentia realia. 440
Bonum, Eucharistia. 208
Bonum, & pulchrum Dei. Euchar. ibid.
Botrus Cypri quomodo vinum & panem Euchar. designet. 209
Bissonius reiectus. 511
Buccella panis, Euchar. 209

C

Caietani locus in absonam consequentiam. 462
Calcatorum abiectio in templis. 585
Calculus candidus Euchar. 210
Calix admirandus, Euchar. 211
Calix benedictionis, Euchar. ibid.
Calix ex vase quod meretrici in vsu fuerat diuino miraculo repulsus. 357
Calix inebrians, Euchar. 211
Somnus mysticus ex ea ebrietate. 212
Calix quam præclarus, Euchar. 213
Calix noui & æterni Testamenti, Euchar. 214
Calix salutaris, Euchar. 215
Calumnia in christianos quasi humano sanguine sancirent fœdera. 179
Caminus in Hierusalem, quid. 485
Candelabri sacri calami 2. Sphærulæ 3. Sciphi 3
Candelabri sancti literalis expositio, pag. 1. eius partes & structura, ibid. eiusdem Physiologica explicatio de cœlo. 4. De homine. 5. De Deo 6. Tropologica de viris misericordiæ 7. De sactis Doctoribus 7. De viro patiente & forti 8. Allegorica de Ecclesia, Deipara & S. Ioan. Baptista 8. De Christo maximè crucifixo 11. De Euchar. generatim 14. Sigillatim 19. ad finem.
Candelabrum Apollini Palatino sacrum. 170
Candelabra olim coronabantur circumpositis floribus. 191
Candelabrum à Verre surreptum. 333
Candidatus aqua Spiritus sancti, quis dictus. 591
Canon Missæ cur dictus oratio. 608
Canticum nouum immissum in os nostrum carmen Deo nostro, Euchar. 215
Copula an idem cum penula Paulina 607. forma veteris copulæ. 608
Caput in templo apertum. 483
Capus tostus homo Platonis. 554
Caranacensis crucis historia. 392
Carbo diuinus, Euchar. 216. in carbone Isayam inaugurante figuratus. 210. forceps quis. ibid.
Carò non est ad imaginem Dei. 557
Carnis illunies maximè cauenda communicaturo. 54
Caro noua Resurrectionis, Eucharistia. 217
Castitas Christi in Euchar. 114
Carnalium voluptatum fastidium & cœlestium appetitum ingenerat, Euchar. 164, & 165
Carnotensis ritus circa nouos Sacerdotes. 535
Carolus Fiander Martyr. 515
Cathecumeni bona fide communicantes an nutrirentur Euchar. 220
Cathecumeni à sacro, & sacrorum contuitu in Ecclesia prohibiti. 211
Cathecumeni non intererant sacrificio, S. initiati eum sacris mysteriis 391
Cathecumeni catelli. 404
Cathedra S. Petri, quod festum. 541
Cathedra Episcopi, quid. 600
Cauæ riditatis & reporis etiam post Euchar. sumptionem. 184
Causa physica Euchar. solus Deus. 87
Causa Resurrectionis primæ, Euchar. 217
Celebratio pietatis, Euchar. ibid.
R. P. Theophili Raynaudi Eucharist.

Cellarium continens in se omnium Aromatum præstantiam & virtutem, Euchar. ibid.
Ceremoniæ dedicationis templi, aptatæ sanctificationi. 580
Chagani fœdifragi molitio. 473
Charitas Apostolorum in Pentecoste. 595
Charitatis sacramentum, Euchar. 149
Charitatis perfectio, vi sacramenti 149 ex specie operantis ibid. erga Deum ibid. erga proximum. 150
Charitatis symbolum, missitatio, Eucharistiæ & panis Benedicti. 152
Chistletius laudatus. 607
Chori Angelorum remorantes Christum. 591
Christiani, Pisciculi. 576
Christus sub vmbra candelabri sancti descriptus 11. crucifixus, 13
Christus impassibilis intrinsecè in Eucharistia etiam transfixa, perfossa, & sanguinante. 122
Christus an sit infinities totaliter sub quauis hostia vel semel tantum, 66
Christus in Eucharistia localiter immobilis est ab agente corporeo. 23
Motis speciebus quomodo moueatur, ibid.
In Eucharistia Christus bonus scilicet pastor sub vmbra fidei reficit, & carne suâ pascit. 145
Christus qualem satisfactionem Deo Patri reddiderit. 157, 158
Christus an acceperit corpus & sanguinem suum cum Apostolis. 19
Christus in Eucharistia, typus & imago beatitudinis cœlestis. 313
Cur Christus in exsuscitandis mortuis non solum imperio vsus sit, sed etiam carnem suam quasi cooperatricem nonnunquam adhiberit. 303
Christus sub diuersis formis subsistit. 400
Christi sensus de reuerentia templo debita. 478, & seq.
Christus ipse cum sacerdote simul offert Missæ sacrificium. 489
Christus nobiscum vsque ad consummationem quomodo. 496
Christus rediuiuus, non communicauit. 533
Christus Viator communicauit. 549
Christus solus, Dei imago. 559
Christus bestias sylvæ deposit. 572
Christi, qui vt Christus viuunt. 552
Cibi cœlestes, Eucharistia. 217
Cibus compositus, Euchar. 218
Cibus & conuiua, Euchar. ibid.
An Christus in extrema cœna communicauerit. ibid.
Cibus credentium, Euchar. 219
Cibus Dominicus, Euchar. 220
Cibus grandium, Euchar. ibid.
Cibi dulces, Euchar. ibid.
Cibus incomparabilis & ineffabilis, Eucharistia. 222
Cibus inconsumptibilis, Euchar. ibid.
Cibus melle dulcior, Euchar. 223
Cibus mysticus, Euchar. ibid.
Cibus paratus, Euchar. ibid.
Cibus & potus immortalis, Euchar. ibid.
Cibus & potus spiritualis, Euchar. 224
Cibus pietatis, Euchar. ibid.
Cibus potusque nouæ salutis, Euchar. ibid.
Cibus sanctus, Euchar. 225
Cibus satietatis, Euchar. ibid.
Cibus verè, Euchar. ibid.
Cibus vitæ, Euchar. ibid.

Index.

Cibus vitæ æternæ Eucharistia. 216
Cibus vinificus, Euchar. ibid.
Cibus perfectus, Spiritus sanctus. 534
Ciborium sacrum, area lucis. 140
Ciborium componitur ex voce cibi, id est, area, & otium, id est, lumen Dei. 218
Cineres pinguedo terræ. 575
Circulus duplex sanguinis Columbi cuiusdam dorsu inscriptus quid portenderet. 403
Clamoris mysterium, quid. 478
Claudius Sanctesius laudatus. 651
Clibanus, Virginis uterus. 538
Clodouæus coronam suam ad sancti Petri conditorium transmisit colorandam. 194
Codicilli testamenti Christi. 529
Cœlum cum septem Planetis in candelabro septilustri adumbratum. 14
Cœlum Verbi in æternum. quid. 615
Cœna Dominica, Eucharistia. 226
Cœna veritatis, Eucharistia. 227
Cœna Dominicarum carnium, Euchar. ibid.
Cœnaculum locus castus. 602
Cœnaculi Sionis, mira ibid.
Collecta, Euchar. 227. Cœnaculum. 668
Collectæ, varia acceptio. 227
Collobia Apostolorum pro sacco. 606
Collybytæ in templo. 479
Colonus in terra Christus. 574
Columba tertiò emissa, bis tantùm reuersa, quid. 391
Columba capiti Pauli II. baptizati insidens quid exprimeret. 403
Columna nubis & ignis, Eucharistia. 227
Columna Iudæis præuia, quotuplex. 143
Columna dux Hebræorum ignis, & nubes. 289 fuit de die, & de nocte, vnica. ibid.
Columna ignea, Spiritus sancti imago. 289
Columna symbolum diuinitatis. ibid.
Columnæ tabernaculi confirmatæ, quid. 391
Combustio ad fœcunditatem agri. 574
Comessantium, post comm peccatum. 373
Commemoratio propitians Deum hominibus, Eucharistia. 227
Communicantes sacrilegè. Christum crucifigentibus comparati. 368
Communicantes sacrilegè cũ Heróde cõparati. 368
Communicantes animam ita Deo præparare debent, vt Regibus hospitium instruitur. 362
Communicantes sacrilege Iudam imitantur. 366
Communicantis puritatem quantam requirat Chrysostomus. 372
Communicatio dicitur 2uchar. quia fideles omnes cum Christo & inter se vnit. 150. & 151
Communicantium gestus antiquus. 615
Communio Euchar. expressio quædam Trinit. 36
Communionis & Incarn. comparatio & differentia. 36
Communio Euchar. est imitatio & participatio inexistentiæ personarum diuinarum in Trinitate, 39
Communio etiam præterita, frænum peccati. 34
Communio indigna. 116
Cum peccati lætalis conscientia, lætalis & deicidium est. 116
Communio infantium ante vsum rationis per aliquot sæcula fuit in vsu in Ecclesia. 189
Ad Communionem accedentibus inclamabant olim Diaconi, sancta sanctis. 363
Eucharistiæ Communio & tactus cur catechumenis prohibebatur. ibid.
Communio verba turpia reprimit. 370
Communio etiam præterita frænum peccati. 371
Cõmunio reprimit, conuiuationes in solennitatib. 373
Cõmunio Christi cur dicta merè sacramentalis. 529
Completorium in lecto. 514
Compositio nominis Dei, quorsum. 550
Concio an sedendo audienda. 478
Conciones astantibus auditæ. 504
Conciones Patrum breues. 478
Concomitanter producta per vtramuis formam consecrationis. 96
Conductum exitus de Ægypto, 2uchar. 230
Confessionis necessitas ante com. ibid.
Concomitantia in quo sensu, Christum collocet. 530
Confessio ante communionem est præceptum vel Apostolicum vel diuinum 369. 2uchar. probatio est. 368
Confirmationis sacramenti fructus. 595
Confirmationis sacramentum spectat militiam. ibid.
Coniecturæ an Christus subsit peregrinis speciebus diuturnis & omnibus obuersantibus. 400. & 401
Contadi ex contactu Euchar. digitorũ splendor. 80
Conscientiæ puritas necessaria dispositio ad fidei nostræ dignitatem cognoscendam. 382
Consecrandi potestatem habere fœminas malè commentus est Lutherus. 348
Consecratio bina an necessaria. 24
Consecratio an potuisset fieri in triduo mortis Christi. 550
Consecrationis verba variè depranantur. 339
Conseruatorium ad resurrectionem vitæ æternæ, Euchar. 230
Consiliorum Euangelicorum exemplar, Christus in Eucharistia. 132
Constantinus Magnus mortuus die Pentec. 616
Consuetudo Christianorum præmittendi amplexus oscula, & verba pacis ante communionem. 509
Consummationis dies, Pentecoste. 540
Contrariorum mirabiles simul & naturales coniunctiones. 32
Conuersio Pauli secundi ex visione Christi in Euch. eiusdem sanctitas vitæ, & mors miraculis clara. 387
Conuersio peccatorum cum in profundum scilicet deuenerunt. 390. 2
Conuersio Romanorum adorantium. 511
Conuiua, & conuiuium, Eucharistia. 230
Conuiuium cœleste, Eucharistia. ibid.
Conuiuium inspectionis, 2uchariſtia. ibid.
Conuiuium mysticum & immortale, 2uchar. 231
Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ pinguium medullatorũ, vindemiæ defœcatæ, 2uch. 231
Deæ vitiplacæ conuiuia Euchar. ab Ethnicis. 240
Copula nuptiarum cœlestium, 2uchar. 231
Corda SS. aliquot variè figurata. 406
Corona, Eucharistia. 232
Quæ corporis compositio deceat orantes. 506
Corporis Christi præsentiam & realitatem asserentes rationes. 339
Christi præsentiam in 2uchar. probant miracula. 340
Christi præsentiam in Eucharistia probat praxis Ecclesiæ. 342
Christi præsentiam in Euch probant Patres. ibid.
Corpus Christi in nocte cœnæ quo sensu corruptibile, & incorruptibile. 111
Corpus σῶμα, 2uchariſtia. 231
Corpus Dei, Eucharistia. 234
Corpus Domini, Euchar. ibid.
Corpus sanctum, honoratum & vitale, 2uchar. ibid.
Corpus vitæ, Eucharistia.
Corpus vinificum atque sacratissimum, 2uch. 235
Corpus Christi, quantum debeamus. 492
Cosmus ex arce euolans, quid. 566
Cosmopœia mystica in pentecoste. 545

Cosmo-

Index.

Cosmopœiæ septidium aptatum vitæ Christi. 549
& septem domus Spiritus sancti. ibid. & iustificationi peccatoris. ibid.
Creatio noui hominis in Pentecoste. 558
Creatio mundi noui. 549
Crucis humilitas, & humilitas Eucharistia 113. patientia. 18
Crux Christi in candelabro Moysi. 13
Crux multorum corpori diuinitus inscripta. 405
Cruciata per Spiritum sanctum instituta. 592
Cubitale precatorium. 477, & 511
Cyprianus S. Machæra Christi. 593

D

DAccharus quid sit. 3
Dalmatica S. Stephani. 299, & 607
Damasus, S. Hieronymi hortatu, clausulam in honorem SS. Trinitatis singulis Psalmis apponit. 513
Dapes Saluatoris nostri Eucharistia. 235
Dauid calum mutans, & in stulti assimulatione sapiens, Typus Christi in Eucharistia. 32
Debita nostra, peccata. 612
Dedicatio templi Iudaici multiplex. 481
Dedicatio templorum per Christum. ibid.
Dedicatio domus Dei, quando facta. 580
Dedicatio Ecclesiæ per immissum Spiritum sanctum. 585
Deffensaculum contra incentiua vitiorum & carnalis concupiscentiæ, eucha. 235
Definitiuus modus essendi sacramentalis, Angelico & entitatiue supernaturalis. 64
Deletio hominis. quid. 566
Delibatio panis futuri, eucharistia. 215
Desertum absque homine, quod. 570
Dei per septem principes Intelligentias, prouidentia, sub Typo candelabri ex septem lucernis compacti. 3
Deus formarum auctor sine deceptione. 402
Deus ipsum docens, Pythagoras. 478
Dei substantia communicatur iustis. 556, & seqq.
Deipara sub specie candelabri Iudaici delineata. 10
Desiderium prospiciendi in Angelis, quid. 502
Diaboli mensa, cum Christi mensa comparatur. 98
Diabolus sub Christi forma apparens an adorandus. 599
Diabolus initium peccati. 551
Diaconi vox sub tempus communionis. 179, & 180
via peregrinantium, eucharistia. 215
Dies nouorum, qui. 582
Dies primus, dictus vnus. 549
Dies sine, & dies vbi. 548
Differentia veteris ac noui Testamenti. 545
Digitus Dei Spiritus sanctus. 547
Digni communicantes. 140
Dignitas eucharistiæ, quanta. 185
Dignitas hominis. 555
Dilatio sacrificij, quæ laudanda. 533
Diluuium Noëticum, Typus effusi Spiritus sancti. 563, & seqq.
Diluuium, orbis Baptismus. 562
Directè & concomitanter produci sub vtrauis specie quid sit. 93
Directè posita vi verborum per primam formam. ibid.
Directè producta vi verborum secundæ formæ. 95
Directè producuntur corpus & sanguis prout indifferentia ad vitam aut mortem. 96
Diuitiæ Dei, eucharistia. 235
Diuitiæ indefinentes quæ cœlorum nobis regnum conciliant, eucharistia. 31
Doctores sacri per Candelabrum sanctum atque eius lacernas, & oleum expressum. 236
Doctrina sacra panis. 537
Dominica dies natale mundi. 552
Dominica die, sacrificandum. 531
Dominica die genu non flectimus. 599
Dominici Loricati, pietas. 515
Dominicus S. excalceatus ad disputandum de fide. 483
Dominicum, eucharistia. 236
Hæc vox, pro templo sumpta, tum pro incremento sacrificio. ibid.
Domus Dei, quæ. 579, & seqq.
Domus Ioannis Euangelistæ, an locus primæ Missæ. 602
Donum Dei inenarrabile, eucharistia. 236
Donum omnium summum, eucharistia. 97
Donum transcendens omnem plenitudinem, eucharistia. 236
Dona immaculata, eucharistia. ibid.
Dona intemerata & diuina, eucharistia. ibid. illustratur hic locus insigni historia. ibid.
Dona pretiosa, ineffabilia, immaculata, gloriosa, reuerenda, diuina, eucharistia. 237
Dona viuifica, eucharistia. ibid.
Dulcedo dulcedinum, eucharistia, probatur illustribus miraculis. ibid.
Dulcini hæresis. 481
Dunstani S. festina vindicta. 600
Duæ Christi naturæ, expressæ in panibus primitiarum. 538
Duos in tres, & tres in duos, quid. 572
Duplicitas hominis. 555
Durandus censuit, materiam panis non destrui. 438

E

ECclesia cum primariis suis membris sub imagine candelabri Mosaici proposita. 8
Ecclesiæ Senonensis titus in festo Paschæ. 177
Ecclesia cœlum ac etiam supra illud. 481
Ecclesiæ aduersantes, insolentissime insani. 478
Ecclesias cum armis non licet ingredi. 482
Ecclesiarum in aditu, olim fontes erant, & quorsum. 482
Ecclesia, domus Dei. 579, & seqq.
Ecclesia Ciuitas Dei. 567, & seqq.
Edmundi S. pietas. 509
Eductio ex Ægypto, typus Christianæ libertatis. 589
Effectus eucharistiæ. 237
Effectus eucharistiæ vt Sacramentum est. 182
Effigies Dominicæ immolationis, eucharistiæ. 238
Effusio sanguinis in nocte Cœnæ. 519
Effusio Spiritus, quid. 562, & 563
Elepeias genua flecteus. 516
Elenatio Hostiæ supra caput Sacerdotis malè improbata. 208
Elenatio Hostiæ, & Calicis quid significent. ibid.
Eliæ situs inter oranoum, qualis. 514
Eliæ duplex Spiritus, quis. 556
Eliæ, allati panes, & carnes, typus eucharistiæ. 540
Elizabethæ Turingæ pietas. 509
Emissiones, ἀναβολαί. 553
Emmaunte Christus non sacrificauit. 578
Encæniorum vtriusque Testamenti consensio. 546
Ephobi ethnici, in sacro reuerentia. 511
Episcopalis thronus in templo. 500
Episcopi Pompatici eucharistiæ ferentes in ecclesiam reprehensi.

Index.

reprehensi. 203
Episcopis solùm sedere in ecclesia concessum erat. 500
Episcopi aliqui *arriani*. 508
Episcopi natale, quod. 545
Epulæ vitales Angelorum, eucharistia. 238
Epulum incorruptum, eucharistia. ibid.
Error Belæ circa materiam euchar. 335
Errores in contrarias abeunt extremitates. 419
Eruditio ab igne. 281
Esca lætissima, euchar. 238
Esca omni carni, euchar. ibid.
Esca salutaris, euchar. ibid.
Esca Sanctorum, euchar. ibid.
Esca spiritualis, Euchar. 259
Esca vitæ & poculum æternitatis, euchar. ibid.
Essentia sacrificij in quibus consistat. 15
Ethnici erga templa, quales. 485
Ethnici in suis sacris, quales. 498
Eucharistia sacrificium simul & sacramentum. 19
Sacramentum charitatis. 40
Meritorum disputatio & applicatio. 47
Cur sub ratione cibi? 101. Cur sub speciebus panis & vini. 50
Eucharistia 159. huius vocis significatio. ibid.
Eucharistiæ Christianæ cum eucharistia Ethnica similitudo 240
Eucharistia an sit medium necessarium ad salutem. 282
Cum Eliæ pallio comparatur. 289
Vocatur à SS. Patribus sacramentum quod omnium virtutem in se contineat 313
Varia nomina & epitheta sortitur à SS. Patribus. 311, & 314
Eucharistiæ probatio est confessio sacramentalis. 368
Eucharistiæ usus, statim à Baptismo suscepto. 532
Eucharistiæ usus, in cœlo nullus. 533
Eucharistiæ usus primus in Pentecoste. 534
Eucharistia adumbrata in panibus Primitiarum. 538 & seqq.
Eucharistia, panis & caro. 540
Eucharistia, panis à Hierusalem. 542, & 601
Eucharistia quomodo liberet à peccatis. 48
Per Eucharistiam transformatus in Deum homo spem magnam sumit. 148
Euchar. pignus beatitudinis tribuit animæ & spem resurrectionis. ibid.
Eucharistiam ad se invicem mittebant veteres episcopi in signum concordiæ. 152
Eucharistia dat prudentiam & intellectum illuminat etiam infantes, hoc est, peccatores. 153
Docet nos & proximo & nobis ipsis ius reddere. 159
Eucharistia panis vitæ & intellectus reparat mortem & ignorantiam, quam intulit cibus primorum parentum. 154
Victores effecit Martyres qui antequam se tyrannis sisterent, sacro se pane muniebant. 162
Etiam extra martyrium contra dæmonum tentationes, tanquam scutum cordis, corroborat. 163
Ex ferocioribus mites facit dum agnum manducandum præbet. 164
Eucharistiam vitiorum tenebras & satanam expellere multis probatur testimoniis. 167, & 168
Eucharistia expellit peccata. 169
Aduersus peccata præmunit animam. 170
Eucharistiæ lux pellit tenebras superbiæ. 171
Expellit tenebras anaritiæ. 172
Abigit tenebras luxuriæ. 173
Eucharistiæ refrigerantis aquam feruentem miraculum. 174
Discutit caliginem gulæ. 175
Eucharistiæ splendor contra invidiæ tenebras. 176
Contra Acediam. 180, & 181
Eucharistiæ secunda sumptio successivè & sine morali interruptione percepta an novum gratiæ fructum conferat. 187. & seq.
Moraliter non physicè confert gratiam. 190
Christianis pro Paulo, moriturus, olim immissa in os mortuorum, 233
Euangelium potentiæ. 55
Eusebius Alexandrinus, quis. 503
Eutropius eunuchus, cui pœnas dedit. 483
Excalceatio, nota demissionis. ibid.
Exemplum Goderani, vomitam à leproso eucharistiam, resorbentis. 224
Exempla insignis pietatis erga Missæ sacrificium, 495, & 496
Exemplar victimæ immolatæ in cruce, sine corporis & sanguinis Domini, eucharistia. 240
Exemplar mortificationis, euchar. ibid.
Exequiæ quotidianæ Salvatoris nostri, euchar. ibid.
Exinanitio Christi in euchar. 206
Exinanitio Dei, euchar. 240
Expiamentum placabilis sacrificij, euchar. ibid.
Explicatus in locis duris de euchar. 50
Excreatus Missam turbantes. 476
Extensio magnifica euchar. 241
Extinctio Spiritus, quæ. 557

F

Fabula de denario miraculorum domus sanctuarij Hierosolymitani. 215
Fabula gigantum ex Angelis progenitorum. 135
Faces ignis in fœno, Apostoli. 595
Facere, pro sacrificare. 541
Fanus cum melle euchar. 241
Fel datum in escam, quid. 529
Fercula excellentissimum, euchar. 241
Ferina species, deposita. 575
Ferrum ad nitorem. 512
Festum stantium. 475
Festum Baptismi. 545
Festum corporis Christi, cur eo tempore. 534
Festa Christiana in conuersione peccatoris. 578
Festa, non obstant publicæ vindictæ. 601
Festum hebdomadarum, quod. 556
Festum Pentecostes quo sine celebratum Iudæis, 544
Fex vini an consecrari possit. 25
Fidelis sancta David, Euchar. 242
Fidei materia, exercitium, monimentum & mysterium, euchar. 53
Fidei necessitas circa euchar. 90
Fidei perfectio per euchar. ex opere operantis. 144
Fidei professio in communione. 145
Fidei perfectio per euchar. vi sacramenti. 146
Fidei sacramentum, euchar. 143
Fides per actus intenditur etiam in peccatore dum communicat. 145
Fidei quæ magis congruunt sunt afferenda, non quæ intellectu faciliora. 454
Figmentum magnum Dei, euchar. 141
Figura corporis & sanguinis Christi, eucharist. ibid.
Hic motus loquendi non excludit realitatem Christi in euchar. contra sacramentariorum hæresim. 143
Figura quid sit? & non directè significata per vocem

Index.

cem corporis, raras quid ? & an recte significata per vocem corporis, densitas quid ? & an recte significata per vocem corporis. 94
Finis Eucharistiæ plena illuminatio fidelium. 138
Finis religionis nostræ. 384
Firmamentum in terra in summis mentium, zuchar. 245
Flagellationis religiosæ vsus nullus ante tempora Petri Damiani. 390
Flores, sancti. 548
Flumina, horti Christi. 582
Fluuius. ex Edem Spiritus sanctus. 558
Fœdera sanguine hausto confirmata. 177
Fœminæ à sacris mysteriis prohibendæ. 358, & 359
Fœminæ Philocosmæ. 476
Fons donorum cœlestium super quem Christus sedet, &c. Euchar. 145
Fons sacratissimus sanguinis & spiritus, eucharistia. ibid.
Fontes altaris admirabiles ex quibus alumni pietatis nutriuntur, zuchar. ibid.
Fontes spirituales, zuchar. 246
Fons immortalitatis, zuchar. ibid.
Fontes in Ecclesiarum aditu. 482
Fontes Iustitiæ, cælites. 476
Fons ascendens de terra, singulare pro plurali. 554
Fontes Israël, Apostoli. 581
Forma Dei & serui quidnam sit ? 107
Formas quas vidit Paulus II. non reales, sed imaginariæ. Motatione item facta in eius oculo vel phantasia. 396
Formarum illarum diuersarum Deus auctor non dæmon. 398
Fortitudo Christiana ab Euchar. 162
Fortitudinis aggredientis & sustinentis perfectio per Euchar. 160
Fortitudo Apostolorum in Pentecoste. 594. & seqq
Fractio panis. zochar. 246
Fractio panis per Apostolos, vsus Euchar. 535
S. Franciscus diuino miraculo Eucharistiam sumit. 182
Francisci Iunij, exercatio. 475
Francisci sancti pietas. 509
Francisci sancti breues conciones probabat. 478
Frigus idololatriæ. 549
Fructus dulcis gutturi sponsæ, zuchar. 247
Fructus Eucharistiæ quanti. ibid.
Fructus Eochar. quanti sint quoad vnicam sumptionem. 186. quoad multiplicem sub vtraque specie vel sub eadem. 187. problema est maiorem gratiam produci vel æqualem per communionem sub vtraque specie quam sub vna tantum. 189
Frugum nouarum acerus. 594
Frumentum Electorum & vinum germinans Virgines, zuchar. 174
Frumentum, zuchariſtia. 247
Frumentum Electorum, zuchar. 248
Fundamentum fidueiæ, zuchar. ibid.
Fundatio ciuitatis Dei, facta in Pentec. 569. & seqq.

G

GAianitæ hæretici. afferebant corpus Christi in Eucharistia conuerti in diuinitatem. 434.
Garzonis Monachi pietas. 515
Gaudium ex Eucharistiæ mysterio. 41
Gedeonis milites, quorum typus, 591, 593
Genebrardi hallucinatio. 604
Genetiodiuina. 176
Generatio hominis, scriptio. 566
Genu vtrumque flectendum orando. 556
Genuflectebant, initiandi Sacerdotio. 517
Genoflexio, Ethnicis quoque recepta in sacris. 581
Genuflexio, situs probatus. 515. & seq.
Tempore Paschali, vetita. 516
Genuflexio cur omissa tempore Paschali. 527. & 599
Germanorum Regnum barbarus mos. 278
Gehsematis vallis adipea, sine pinguissima. 194
Gigantes tres diaboli, obliuio, ignauia, & ignoratio. 43
Gladius Domini Christus. 593. item sancti, ibid.
Gloria Dei, zuchar. 249
Gloria maior domus nouissimæ, vnde. 480
Gloria Domini spiritus 540, 541
Gorgoniæ sororis Nazianzeni erga Euchar. confidentia. 192
S. Gorgonia ægritudine liberatur per zuchariſt. contactum. 198
S. Gorgoniæ pietas erga Euchar 250
Gratia sanctificans quanta respondeat Eucharistiæ sumptioni incertum est. 187
An Gratia in prima vel in secunda sumptione successiua Eucharistiæ detur pro vtraque specie. 189
Gratia, Eucharistia. 249
Gratia bona, zuchar. ibid.
Gratia corporis Christi, zuchar. 250
Gratia Eucharistiæ, Eucharistia. 250
Gratia super gratiam, zuchar. ibid.
Gratia, essentia hominis interni. 556
Gratitudo debita zuchariſtiæ. 203
Gula per Eucharistiam compressa. 275

H

HAbitatio Dei in templo, cuiusmodi. 481
Hæreditas Christi, zucharittia. 251
Hæreditas Christi caro eius. 529
Hæreticorum classes contra Eucharistiam. 338
Hastile Candelabri sacri. 1
Hebdomas virtutum. 510
Hebdomadarum festum, quod. 536
Heli caligans oculis nec valens videre lucernam Dei. typus luscioſorum circa Eucharistiam. 338
Henricus septimus Imperator veneno interfectus. 116
Herba fullonum Spiritus sanctus. 561
Hermæ pastor, quisiibet. 505
Hieronymi Varlemij, hallucinatio. 492
Hierurgia, Eucharistia. 258
Historiæ fidem facit vnus testis. 390
Hædi sacrificans ritus. 595
Hædus cum agno immolandus cur. 296
Holocaustum salutis, Eucharistia. 251
Homo cum septem facultatibus cognoscendi sub candelabro septemplici figuratus. 5
Homo cur dictus sit Enos, idest oblitioſus. 42
Homo, quid. 554
Homo exterior & interior. 555
Homo à virtute dicitur. 571
Homo duplex. 555
Homo non est Dei imago, sed ad imaginem. 559
Hominis nomenclatio probrosa. 572
Honoran S apophegma. 613
Honor pro sacrificio. 313
Honos Eocgartistiæ exhibitus & latriæ cultus. 113
Honos summus exhibitus Deo per Eucharistiam. 114
Hortus conclusus, Euchar. 255

Index.

Hostia incruenta, Euchar. 252
Hostia laudis, Eucharist. ibid.
Hostia munda. Euchar. 253
Hostia immunda respuit à sacro ministerio. ibid.
Hostia omnium Sacerdotum, Euchar. ibid.
Hostia passionis Christi Euchar. ibid.
Hostia placationis, Euchar. ibid.
Hostia propitiationis, Euchar. 114
Hostia salutis mundi, Euchar. ibid.
Hostia Vitalis, hostia totius mundi, Euchar. ibid.
Hostia sacrificij Eucharistici est ipse Christus. 19
Ab huius hostiæ ratione panis & vinum excludunt; 20
Eiusdem immolatio essentialiter sita est in duplici & separata consecratione Corporis & Sanguinis quæ vi verborum directè sub disiunctis speciebus constituuntur. 23
Hostia vnica & perfecta Ecclesia fide æstimanda, non specie, Euchar. 154
Hostiarum veterum varietas in Eucharistia vnita. ibid.
Hostiæ parandæ modus. 286
Hostiæ plures, æquivalenter Christus. 547
Hugo Victorinus molliculus. 512
Hugo templi contemptor, contemptus. 483
Humilium cibus Eucharistia. 113
Humilitas Christi in Eucharistia dum superiores sibi statuit impios. 109
Humilitas Christi maior in Eucharistia quàm in incarnatione 110. Quam in cruce. 111
Humilitas Christi in Eucharistia & eius actus. 103
Humilitas Christi in Eucharist. 250
Hydriæ Gedeonis, quid. 593
Hyems describitur. 549
Hyems antiquæ legis. 548
Hymnus acathistus. 475
Hyoschyamus quid significet. 5

I

Iacobus S. an primus sacrificarit. 604. eius forma Liturgica. ibid.
Iacobi in lecto prophetia. 514
Iacoponi iudicium serium. 498
Idololatriæ tantùm & causæ progressus. 383
Ieiunium Apostolorum post acceptum Spiritum sanctum. 594
Ignatius S. sedens orabat. 477
Ignis diuinus, Eucharistia. 255
Ignis exiliens ex arca Eucharistica. 256
Ex Hostia & Calice. ibid.
Ignis ex victimis. Spiritus sanctus. 581
Ignis, typus Spiritus sancti. 563
Illuminare Euchar. probatur Patrum testimoniis. 155
Imago participationis Christi, Euchar. 257
Imago passionis Christi, Euchar. ibid.
Imago & similitudo corporis & sanguinis Christi, Euchar. ibid.
Hic loquendi modus non officit veritati Christi in Euchar. ibid.
Imbeciles, possunt super sacrum sedere. 512
Imbres ad instar gurgitum in Pentecoste. 581
Immobilitas Beatorum, reiecta. 513
Immolatio incruenta, an supponat Christi vitam. 550
Immortalitas, Euchar. 258
Immortalitas solius Dei, quæ. 558
Impanatio primum à Berengario tradita. 537
Impanatorum error, & eius confutatio. 345
Imparati SS. sacramentum sensibiliter recipiunt sub horrendis speciebus. 385, & 386
Imperatores & Magnates infideles à contuitu sacrorum mysteriorum exclusi, & cognitione. 392
Imperator in templo. inermis. 482
Impetratio per Eucharistiam, quanta. 185
Quàndo æquè posset pluribus prodesse ac vni. ibid.
Incarnationis participata extensio, 34
Incarnationis & natiuitatis memoria in Eucharistia. 44
Incarnatio iteratur in Missa. 492
Incorruptibilitas Christi sub speciebus corruptibilibus. 69
Indecens est sedere tempore sacrificij. 499
Indignitas ministri non officit Eucharistiæ, nec eius effectibus. 361
Indui virtute ex alto, quid. 592
Indulgentiæ plenariæ & Iubilæi discrimen. 588
Iudumentum maximum Euchar. 338
Indumentum regale, Euchar. 259
Inermes in palatio, omnes. 485
Infamia nonnullorum sacerdotum castigata. 354
Infantibus olim cum fructu cibus lachrymis communicatus. 122
Infantes non statim ac vsum rationis attigerunt ad Euchar. sumptionem admittendi. ibid.
Infantibus data Eucharistia. 532
Infidelis ad sacra nostra qua ex causa admitti possit. 392
Inhærentia accidentium, qualis. 79
Inhonesta corporis, quæ Apostolo. 498
Initium diuinæ in nobis substantiæ Eucharistiæ. 259
Insitum, Eucharistia. ibid.
Inspicere desiderant Angeli. 502
Institutio sacrificij Christiani. 527
Insufflatio Christi, quorsum. 558
Intrare in tentationem, quid. 612
Intus sumus, quid. 555
Inuentio artefactorum. 526
Inuidia demissa per Euchar. 176
Inuidia cerbero comparatur. 377
Inuinatorum error. 345
Ioachimo Abbati. tributus error. 581
S. Ioannes Baptista in Candelabro figuratus. 10
Ioannis Scoti error. 316
Ioannes Betsius, quis. 490
Ioannis Baptismus, frigidus. 563
Iræ, discussio per Euchar. 177
Iræ descriptio & deformitas sub tenebrarum allegoria. ibid.
Eiusdem expulsio per Eucharistiam illustratur ritu ethnico faciendi fœdera sanguine hausto.
Confirmatur ex consuetudine antiqua præmittendi oscula & amplexus, atque verba pacis ante communionem, item ex formulis liturgicis, exemplo irati qui non potuit videre sacram hostiam; & immemoris iniuriarum, qui vidit ante mortem chirographum peccatorum deletum, 178
Iracundiæ extinguendæ materia. ibid.
Irreprehensibilis quis dici possit. 404
Irreuerentia in sacrificio & templo. 119
Iter quo ostenditur salutare Dei, Euchar. 210
Iubar splendificum, Euchar. ibid.
Iubilæus, vnde dictus 585, 586
Iubilæum Apostolorum in Pentecoste. 588
Iudæorum & hæreticorum blasphemiæ, & cunniæ

Index,

in Eucharistiam. 451. pœnæ iis delatæ. 225
Iudæi erga templum, quales. 584
Iudæi post Christum, quales. 510
Iudaïca sacrificia arctata Hierosolymis. 547
Iudicium internum, sedendo obitur. 477
Iugum suaue, lex Christi. 590
Iuonis sermo, malè tribuens Fulbert. 580
Instrumentum per templum, Iudæis quale. 478
Iustitia inter homines, & Deum per Eucharistiam. 157
Iustitiæ erga proximum perfectio per Eucharistiam. 156
Iustitiæ præcipui actus per Euchar. 157
Iustitiæ sacrificium & esca, Eucharistia. 156
Iustitia erga seipsum per Eucharistiam. 159
Iustitiæ, omne tempus aptum. 604

L

Lac rationabile sine dolo, Eucharistia 260
Lac spirituale, Eucharistiæ. 178
Laicus potest in Extrema necessitate Eucharistiam ægro in Viaticum dispensare. 360
Lampas ardens ante Eucharistiam. 114
In Lapidem versa Euchar. alibi in serpentem. 395
Lapidis inunctio eius iniriatio. 481
Lapis ex homine quando. 549
Lapides Rationalis. 584
Latria, Eucharistia. 261
Latria, quis cultus. 503
Latera aquilonis, quæ. 569
Latus non transfixum Christo viuo 534
Laurentij S. fortitudo ab Euchar. 496
Laus Dei ab Euchar. ingens. 502
Legatio Sacerdotis pro hominibus, Euchar. 261
Missa, id est legatio. ibid.
Legatus apud Deum sacerdos. 352
Leontius, quæ Eudocia poposcerit. 502
Lex Christiana omnibus data 383
Legis nouæ promulgatio quando facta. 542
Lex data in Sina. ibid.
Lex intra gratiam tota in medio rotæ. 536
Lex nona iugum suaue. 590
Lex vetus importabilis. ibid.
Liber Pastoris, canonicus non est. 505
Liberalitas Christi in Eucharistia. 352
Liberatorium cuiuis mortalis generis proprium Eucharistia. 261
Libertas per iubilæum significata. 587
Lignum vitæ, Eucharistia. 262
Lilia candelabri sacri. 1
Linguæ ignis in Pentecoste, quorsum. 514
Litteræ commendatitiæ Christianis peregrinantibus pro largo viatico labantur. 328
Liturgia, Eucharistia. 262
Liturgiæ S. Iacobi. 532
Liturgia S. Pauli. 609
Locus pascuæ Eucharistia. 262
Longobardorum abusus in communione. 364
Lotharius Rex Francorum periurium susceptione Eucharistiæ firmans. 126
Lucernæ candelabri sacri, quandonam arderent. 1
Luciano S. Petrus pro altari. 603
Lucianus Martyr suo pectore vsus pro ara. 86
Ludouici XII. Regis Gallorum pietas. 191
Ludouici IX. pietas in Euchar. 515
Lumen in primo sacrificio. 606
Lumen super nos signatum, quod. 578
Tres lusciosorum circa Eucharistiæ mysterium classes. 335
Lutheranorum mendacium. 636
Lux, Eucharistia. 261
Lux Eucharistiæ in caligine. 142
Lux intelligibilis ex Eucharistia promicans. 137
Luxuria per Eucharistiam domita. 253
Lychnuchi idest gestatores Eucharistiæ. 349

M

Macarij abstinentia à sputis. 476
Magica sacrilegia in abusione Euchar. 125
Magistri est, sedere. 502
Magistri spiritus præproperi taxantur. 583
Magnificentia & liberalitas quatenus conueniant. ibid.
Magnificentia Christi in Eucharistia. 92
Magnus dies Sabbati quis. 537
Mahumetani an pagani. 477
Maiores natu Presbyteri nostri. 540
Malachiæ de nouo sacrificio vaticinium. 561
Mologranata vestis Aaronicæ. 591
Malus absolutè Satan. 615
Manducatio corporalis tantum non spiritualis in peccatore. 239
Manducatio non est pars Eucharistiæ. 624
Manna, Eucharistia. 263
Manna absconditum, Eucharistia. 264
Manna cœleste, Eucharistia. ibid.
Manus ablutæ ante ingressum in templum. 482
Manus binæ Dei, quæ. 559
Manus pro altari. 603
Manipulus figura Christi. 527
Manipuli spicarum oblatio. 536
Margarita immaculata corporis Christi Eucharistia. 264
Margarita pretiosa, Euchar. ibid.
Maris eremita, sacri sitientissimus. 495
S. Martini sacrificantis splendor. 140
Martyrum corpora cur sub altari condita. 162
Martyrum sustinentia ab Eucharistia. 324
Materia candelabri Mosaici. 1
Materiæ reparatio corruptis speciebus. 74
Materiæ reparatæ triplex specimen potentiæ. 76
Materia necessaria ad Eucharistiam conficiendam quæ. 193
Medicamentum immortalitatis, Eucharistia. 265
Medicamentum simul & holocaustum, Eucharistia. ibid.
Medicamentum salutare, Euchar. ibid.
Medicina, Euchar. ibid.
Medicinæ statio, Ecclesia. 637
Mel, Euchar. 266
Melchisedec Sacerdotium. 88
Sacerdos in æternum Christus. ibid.
S. Mellitus denegat Eucharistiam non baptizatis. 219
Membra dominicæ occisionis, Euchar. 266
Membra cœlestia, Euchar. ibid.
Membra immaculata ouis, Euchar. ibid.
Memoria passionis Christi, & sacrificij crucis, Eucharistia. ibid.
Memoria mirabilium Dei, Euchar. 267
Memoriale præcipuorum gratiæ beneficiorum. 110
Memoriale, mirabile, ac stupendum, Euchar. 268
Mendicabula olim, extra Ecclesiam. 482
Mensa Eucharistia. 269
Mensa Domini, Euchar. ibid.
Mensa mystica, Euchar. 270
Mensa nutrix animarum & vinifica, Eucharistia ibid.

Index.

Mensa pacis, Eucharistia. 270
Mensa parata aduersus eos qui tribulant nos, Eucharistia. ibid.
Mensa plena visceribus misericordiæ, Euchar. 271
Mensa potentis Eucharistia. ibid.
Mensa rationalis, Eucharistia. 272
Mensa regalis, Eucharistia. ibid.
Mensa sacra, Eucharistia. ibid.
Mensa salutis, Eucharistia. 271
Mensa sapientiæ Eucharistia. ibid.
Mensa spiritualis Eucharistia. ibid.
Mensa venerabilis, Eucharistia. ibid.
Mensa viuens Eucharistia. ibid.
Mensæ solis descriptio 241
Mensæ in templo à Christo disiectæ, quæ. 479
Mensura fructuum Eucharistiæ prouisa sacrificij. 285
Messalianorum de vsu Eucharistiæ blasphemia, 60
Michael Siculites damnatus in Synodo 491
Ministerium in quo est præcipua salus Christianorum. Eucharistia. 274
Ministerium sanctum, Eucharistia. 279
Missa pro defunctis absque fidelium communione. 648
Missæ pro mortuis dictæ coram energumenis 637
Mortuis an communio prosit ex opere operato. 628
Mortuorum sinistra vota. 642
Mortuorum causa concessæ indulgentiæ. 643

N

NAtale Ecclesiæ. quod. 269
Natale Ecclesiæ Christianæ, Penteceste. 541
Natalitius dies, incrementus. 578
Negotiatores electi à Christo ex vilissima tribu parte. 479
Neophytorum recens baptizatorum cõmunio. 129
Nerous nostræ salutis Eucharistia. 282
Nestorij error, circa Euchar. 314
Nexus sacrificij & religionis. 530
Nexus susceptionis Spiritus S. & Eucharistiæ. 532
Nicetæ Pectorati error. 534
Nicolai Tribuni Romani, facinus. 592
Nicolaus Aicmannus, reiectus. 607
Noë mundi requies 151. typus Christi. 561
Nomen cur infidelibus ad fidem conuersis mutandum. 404
Nomen sibi non imposuit Adam, & cur. 519
Nomina mutatis rebus perstantia. 586
Nominis Dei duplicatio, quorsum. 510
Nonnæ S. in templo abstinentia à potus. 476
Nonna S. mater Sanctorum. 510
Nona, eo nomine, non debent statim repudiari. 464
Nona omnia in Pentecoste. 90. 129
Nouum sacrificium quando. 535
Noui cœli Apostolici & iusti omnes. 551
Noui hominis productio. cur creatio. 559
Nouorum sacerdotum vsus Carnoti. 531
Noui sacerdotes cum Episcopo consecrantes, vnde, 605
Nouatiani schisma intramento per corpus, & sanguinem Christi obsirmantes. 216
Nouandi cupiditas, vnde oriatur. 466
Nouitas nouium nouitatum, eucharistia. 283
Nouitates fugiendæ. 466
Nouitas non semper reprobata etiam in sacris. 478
Nouitas quoad res Christianas quando licita. 526
Nubes Apostoli. 564
Nuces Aaronicæ symbolum regni Christi, 590
Nudipedes templa subeunt 483
Numeri extremi sæpè omittuntur. 523
Numisma Iudæa. 13

Nummularij in tempio. 479
Nuptiæ in ætate perfecta inemdæ. 583
Nutrimentum spirituale, eucharistia. 284
Nutritio animæ per eucharistiam. 649

O

OBlata eucharistia. 284
Oblatæ & oblationarij notio. ibid.
Oblatio munda, eucharistia. 287
Oblationis Eucharistiæ mundities quomodo curanda. 287
Oblatio noua noui Testamenti, Eucharistia.
Oblatio perpetua Redemptoris, eucharistia. ibid.
Oblatio benedicta adscripta, rata, rationabilis, acceptabilis, Eucharistia. ibid.
Oblatio sanctissimi mysterij eucharist. 288
Oblatio spontanea, quæ. 537
Oblatio primitiarum multiplex. 536
Oblatio panum, typus Euchar. 538
Obligatio sacrificandi qualis. 533
ab Obscœnis verbis debet abstinere qui accedit ad Eucharistiam. 171
Obsessi cur sit grauæ, Euchar. 288
Octana quid notet. 599
Octauæ dies Pentecostes. 540
Odium fratris, quo modo homicidium 479
Odor suauissimus, quem Sanctorum corpora aliquando afflant an realis, an tantum apparens. 405
Offerre, idem quod sacrificare. 489
Oleum carnem immutans quod. 583
Oliuetum bizantinum igne rigatum. 575
Omnis iniquitas Diabolus. 613
Onagrorum grandium pascua gregum quid. 573
Oportunitas dominici corporis, qua vescitur prodigus reuertens, Euchar. 288
Opis Dea, sacra 510
Opus diuinum, notissimum futuræ felicitati indicium ac diuinæ miserationis præsagium certum, Eucharistia. 289
Opus Dei summè admirandum C. 2.
Opus operantis communionis vtile defunctis. 644
Opus operatum vtile operi operantis. — ibid.
Opus seruile quod. 587
Ora vestimenti vnguento delibuta. 583
Oraculum pro templo. 486
Oratio in templo consecrata, potior. 485
Orationis domus, templum. 479
Oratio. vbinis benè funditur. 482
Oratio assignata, id est accepta. 505
Oratio quatenus vtilis defunctis. 642
Oratio Dominica tota Apostolorum liturgia quomodo 609. expensio eius in S. Petri persona ibid. & seqq.
Orbis mystici productio. 550
Ordo seruatus in cibo doctrinæ tradendo. 537
Ordo item cum Sina. 542
Origo & via qua Spiritum sanctum participamus, & Deo vniri sumus, eucha. 289
Ornamentis fabula. 141
Os Apostoli regium ærarium. 582
Ossa Ecclesiæ Apostoli. 580
Oscula liminibus templi fixa. 483
Osculum fidelium sub communionem. 178
Ostijs templorum apensa vela. 484
Osualdi, historia mirabilis, qui grandem hostiam semper sibi porrigi volebat. 437
Otho Imperator diuino miraculo Eucharistiam accipit, 582
Ouis expiationis nostræ, Eochar. 289
Ouis & hostia nostra Christus in Missa. 497

Ous

Index.

Quo strangulatur blasphemus in Eucharistiam. 115

P

PAchumij conuersio ex visione in Eucharistia. 389
Pagani zelus pro mortuis. 633
Palatium, vnde maximè glorioſum. 480
Palatia Regum, quanta reuerentia colerentur ab antiquis. 478
Pallium à Christo nobis relictum, Euchar. 289
Panis, vinum non sunt hostia in Euchar. 120
Panis vino perfusus licitè consecrari non potest. 24.
validè consecrari potest separata forma verborum ab ea per quam vinum consecratur. ibid.
Panis & vinum nec confusa inter se, nec seiuncta, consecrari possunt validè per vnicam formam. ibid.
Panis sacer ex multis granis constatus vnitatem fidelium indicat. 151. & 152
Panis fermentatus & benedictione initiatus vnde & quando in Parœciis dari solitus. 153
Panis forcium Euchar. 160
Cur panis denominetur. 289. & 290
Panis Angelorum. ibid.
Quomodo Angeli hunc panem edant. 291
Panis benedictus, Euchar. & quomodo differat à pane vtrumque benedicto. 21
Cur panis benedictus die dominica, & festis, post Missam distribuatur, & mos apud Græcos 291
Panis cor hominis confirmans, ideſt, corpoream vitam sustentans, & varia huiusce veritatis exempla. 292
Panis Dominicus quo Saluatoris corpus ostenditur. ibid.
Panis concordiæ quem, qui sumunt non litigant, Euchar. 292
Panis vitæ æternæ, & calix salutis æternæ, Euch. ibid.
Panis vitæ, & intellectus, atque cibus illuminans, Euchar. 553
Panis de pane cæleſti. 293
Panis Dei, panis Diuinus, panis Domini, panis eductus de terra, panis Eucharistisans. ibid.
Panis facierum, panis fœnus, panis inconsumptibilis, panis mirabilis sine agricultura. 293
Panis pinguis præbens delicias Regibus. 294
Panis qui de cœlo descendit, & vbi fermentatus vbi decoctus &c. 294
Sybillæ Babylonicæ de Eucharistia oraculum. ibid.
Panis quotidianus. 295
Panis sanctus vitæ æternæ, panis sanctificatus, panis secundum mysterium, panis simul & cæto. ibid.
Panis substantialis, ad totius hominis vitam salutémque proficiens, ideſt, corporis etiam vitam fouens, & exempla varia. 296
Panis supersubstantialis. ibid. & seq.
Panis superuenturus, panis substantiuus, panis iusti. 297
Panis verbi omnipotentia caro factus, siue verbum pro Diuina intelligatur persona, siue pro Dei locutione. 298
Panis verus, à tribus veri panis effectibus; eiusque cum manna collatio. ibid.
Panis vitæ & præclara Ambrosij verba. ibid.
Panis vitæ æternæ qui animæ nostræ substantiam fulcit, panis vinum. ibid.
Cur panis vitæ dicatur. ibid.
Panis supersubstantialis vocatur à Damasceno. 322
Panis odore permulti nutriti fuere. 433
Explicatur quomodo destructio panis & vini, non sit annihilatio. 438
Psnis acceptus ab Hierusalem, quis. 542
Panis quotidianus, quis. 615
Panes primitiarum, cuius symbolum. 537
Panes primitiarum quando oblati 536
Papilla spiritualis, participatio, & sacramentum Dei benedictum, Euchar. 299
Paradisus in terra. 512
Partes, Eucharistia. 299
Participatio, & sacramentum Dei benedictum, Euchatistia. ibid.
Pascha nostrum Christus, & cur. 188
Pascha nostrum 300. & 101
Pascha authenticum, Pascha nouum, Eucharistia. 301
Pascha in regno Dei, quod. 533
Pascha sine passione non dicitur. 527
Pascha, transitus. 545
Paschatis elogia. 599
Passio Domini per calicem salutarem Eucharistiæ designatur. 215
Passio Domini. 301
Passio repræsentata per Eucharistiam. 663
Passio Christi in sacrificio Missæ 498
Passibilis an Christus in Euchar. 120
Pater sancti Greg. Naz. æget in templum ad sanctificandum perductus, derepente sanatur. 324
Patres quo sensu dicant, in Eucharistiæ Sacramento sensus falli. 451
Patres contra sessionem in sacro. 103. & sequenti
Patres mystici, perfectæ ætatis. 583
Pater homini Deus, non sola lege gratiæ. 609
Patientia Christi in Eucharistia. 115
Patientia Christi in Eucharistia. In iniuriis externis ferendis. 117
Patientia Christi in Eucharistia & cruce Germana, & compas 119. & in nocte Cœnæ 121. & 338. In illa nihil intrinsecè patitur Christus. 118
Patientia Christi in Eucharistia imitanda. 532
Patriæ gentium, quæ. 547
Pauli V. de pileo super sacrum, responsio. 499
Paupertas Christi in Eucharistia auctior paupertate præsepis. 138
Pax Christi, Eucharistia 302. & 637
Peccatum mortale recipientis an Christum expellat ea Eucharistia. 128
Peccatum veniale quantum malum 639
Peccata pelluntur per Euchar. quatenus est sacrificium, ac sacramentum. 169
Peccatorum præuentio per Eucharistiam. 170
Peccata, & peccatores tenebræ. 166
Peccata venialia per Eucharistiam obliterantur. 186
Peccatum, vnde dicatur mortale. 558
Peccati status, hyems. 548
Peccatores in scriptura infantes appellati. 153
Peccator bestia. 567. & seqq. est infra, bestia. 572
Pectus pro altari. 603
Pecuniæ forma. 233
Pentecoste gemina & vtriusque correspondentiæ. 541
Pentecoste imago æternitatis. 599
Pentecoste, quid. 536

Pentecoste, symbolum resurrectionis generalis 549
& indicij vniuersalis. ibid.
Pentecostes elogia. 193, & seqq.
Penula Pauli, quid. 607 non fuit vestis sacra. 608
Peregrinus Christus in Euchar. 56
Perfectio perfectionum, Euchar. 302
Permistio Dei cum homine. 555
Perpetuitas inconsumptibilis & liberalis Eucharistiæ. 99. & 100
Persuasio per Christum, quàm valida. 568
Pedis elatio post creationem. 581
Petrus Aragonius ex spicis frumenti coronatus. 306
Petri Ioannes de S. Francisco, error. 381
Petri S. Missa, quando edita. 623
Petrus sanctus ad aram quis locus. 605
Petrus sanctus an primus sacrificauerit. 604
Primus confecit liturgicam formulam. ibid.
Pharmacum immortalitatis, Euchar. 301
Pharmacum Vitale, Euchar. ibid.
Philosophiæ hæretici, qui dicantur à S. Anselmo. 427
Philosophus supra hominem. 571
Pietatis nomen, quid sonet? 313
Pignus resurrectionis secundæ, & nostrum corpus sit particeps incorruptionis, & immortalitatis per communionem cum immortali corpore, &c. 302. & 303.
Pignus salutis æternæ, pignus vitæ, pignus Christi absentis, Euchar. 304
Pignus fusile absentis sancti Epiphanij Diuinefigmentum est. ibid.
Plotus cur tenebris addictus. 172
Pluuia voluntaria. 934
Poculum quo Christi sanguis in potum, & in medelam dispensatur, Euchar. 304
Pœnæ inflictæ indignè communicantibus. 369
Pœnitentia interna & externa ad Baptismum adultorum dispositio. 402
Polydorus de rerum inuentoribus. 326
Poma sponsæ species Christi in Euchar. 15
Pontificalis fructus quis sit. ibid.
Porta cœli Ecclesia, cur. 484
Postulatio Christi de qua Psalmo 7. quid. 592
Potentia diuina in Eucharistiæ mysterio. 114. corollaria ex ea deducta. 86
Potentia in Euchar. mysterio. 55
Potestas fœminea, quæ. 483
Potestas duplex in Sacerdotio nostro. 530
Præcinctio Christi apud Psaltem, quid. 593
Prædicatio inhibita vsque ad Pentecosten. 540
Præferuntur eucharistiæ Pontifici peregrè proficiscenti. 329
Prælia post sacrificium. 592
Præmonstratensium ordinis ritus. 456
Præsentia Christi perennis in Euchar. & visibilis præsentiæ in propagandis fructibus perpetuatio, specimen est diuinæ sapientiæ. 41.
Præterentes sibi, blasphemant. 493.
Prandium, pretium nostræ redemptionis. pretium nostrum prosphora, pulchrum Dei, pulmentum vitale incarnatæ Deitatis, Euchar. 105
Pretiositas Eucharistiæ. 98
Prima secunda Missa post annos quinquaginta. 621
Primas Diœceseon Papa, quomodo. 334
Primitiæ lectissimæ in Euchar. 329
Primò primum sabbatum, quod. 536
Primus dies, cur dictus vnus. 540
Probatio communioni præmittenda. 368
Productio Christi in Euchar. specimen potentiæ illustrius incarnatione. 56
Prolixitas Missæ improbata. 476
Promulgatio vtriusque legis facta proportionaliter. 542
Προσευχὴ oratio inter communicandum. 533
Proportionalia montis Sinai & Sion. 542
Prosphora quid. 482
Prostratio, lingua de toto corpore. 514
Protectio super omnem gloriam Spiritus sancti. 591
Protosedentes qui. Tertulliano. 477
Prudentiæ virtus ab Euchar. 258
Non prudentiam solùm, sed gustum & delectationem animæ infundit. 156
Psalmus 4. de Pentecoste expositus. 578
Pseudo-Apostolorum somnia. 482
Psyathij vius multiplex. 476
Pu chrum Dei, Eucharistia. 305
Pulmentum vitale incarnatæ Deitatis, Eucharistia. ibid.
Purgatio Sacerdotum per Christum. 561
Purpura dominico sanguine tincta, Euchar. 305

Q

Quadragena dierum à Paschate ad Pentecosten reiecta. 536
Quando effectus sacrificij Eucharistiæ conferatur. definitur clausula substantialis secundæ consecrationis. 182
Quando effectus sacramenti Eucharistici producatur. ibid.
Non perficitur quandiu Christus perstat in stomacho. 183
Non continuatur in toto aliquo tempore. 363.
nos in primo non esse mandatorium. 184. Vera sententia proponitur & explicatur. ibid.
Quando producatur gratia in communicante sub vtraque specie. 189
Quantitas Christi in Euchar. sine extensione. 62
Quantitatis penetratio in Euchar. 63
Quantitas naturaliter impenetrabilis. 64
Quantitas panis & vini Christo præsente alteratur sine nouo miraculo & est subiectum accidentium. 53
Quantitas specierum per se stat sine subiecto mutata reductione in creationem & subiectum caeterorum accidentium. 78
Quarta pars Hin. quid. 538
Quasi ingens arbor virentibus referta foliis, Eucharistia. 305
Quæ doctrina Gersonis. 633
Quies corporis sedentium, an sessioni faueat. 515
Quinam effectus Eucharistiæ ad extra. 640
Quingentis cur extra nubem visus Christus. 614
Quinquagena, tota à Paschate, dicta. Pentecoste. 549. & 591.
Quinquagenarius, est numerus remissionis. 587
Quinquaginta exordij rerum nota. 560
Quomodo cibus prandium, Euchar. 227
Quotidianus panis, quis. 618

R

Rabbini quid de Hostia munda Malachiæ. 479
Rabbinorum crassus error. 551
Radix nostra secunda Eucharistia. 305
Ramiri Aragonij tintinnabulum. 591

Realis

Index.

Realis & vera Christi præsentia in Eucharistia stabilitur authoritate & varia loca scripturæ explicantur. 339. Miraculis confirmatur. 340. Item ex praxi Ecclesiæ. 341. denique suffragio SS. Patrum. ibid.

Realitas corporis Christi in Eochar. visione nobili probata. 393, & 394

Reatum pœnæ temporalis delere, proprium est Eucharistiæ. 158, & 159

Recapitulatio in Christo. 560

Recordatio sacrificij crucis, Enchar. 346

Regiæ reuerentia. 481, & seq.

Regnum Dei, Eochar. 306

Regnum Dei aduenturum, Christus. 610

Regressus ad peccatum post communionem. 128

Religionis nostræ doctrina vitiosis stolta cur appareat. 382

Religionis Christianæ Deus author per Christum. 384

Religionis ac sacrificij, oeyus. 531

Religiosi exemplar Christus in Eucharistia. 136

Remedia immortalium sanitatum, remissio peccatorum, replicatio memoriæ passionis Christi, 308.

Requies beatorum, res diuinæ, res mirabiles, Eucharistia. 308

Remissio peccatorum, Enchar. ibid.

Remissio peccatorum Spiritus sanctus. 612

Renatorum iobar, & columna viatoria, Eucharistia. 139

Replicatio memoriæ passionis Christi, Eucharistia. 308

Replicatio Eucharistiæ & eius modus. 61

Replicationes variis attributæ. ibid.

Reproduci potest Christus physicè à seipso præexistente & à Sacerdote, 56

Reproducitur Christos in Enchar. à Deo physicè, per Sacerdotes moraliter. 57

Requies Beatorum, Eucharistia. 308

Res diuinæ, Enchar. ibid.

Res mirabiles, Eochar. ibid.

Reipsa typus Ecclesiæ pro defunctis sollicitæ. 637

Res Sacramenti, Eucbar. 26

Resurrectio generalis, expressa in Pentecoste. 549

Reuerentia, quid sit. 507. item quos actus includat. ibid.

Reuerentiæ, in templis exhibitæ varia exempla. 509

Reuerentiæ signa variis locis varia. 513

Ritus in sacris literis. 119

Ritos Medorum, Scytharum, Saracenorum & Romanorum faciendi fœdera haosto sanguine. 176

Ritus professionis Religiosæ ex regula sancti Benedicti. 136

Ritus veterum in coronandis candelabris circumpositis floribus. 187

Robertus Francorum Rex Leuterico Senonensi Archiep. malè de Eucharistia sentieoti silentium imponit. 316

Roboratio Apostolorum in Pentecoste, 582

Robur ad aggrediendum & constantiam ad patiendum mioistrat, Eucbar. 160. 161. & seq.

Robur panis, Eucharistia. 309

Romanis, natale vrbis solemne. 569

Rota in medio rotæ, quid. 536. & 588

Rubus portans incendiom. 570

Ruperti sententia, de Christo in Eocharistia omoi vitæ actu destituto, defensa; spectato præcisè statu sacramenti. 186

R. P. Theophili Raynaudi, Eucharist.

S

SAbathi requies, cuios rei typus. 586

Sabarhismus populi Dei. 552

Sabathum secundò primum, 536. 537

Sabathom charitatis. 549

Sabathom magnom, quod. 316

Sabathum, honor dierum. 581

Sacerdotes nondum liberati de sanguinibus non debent tractare sancta sanctorum. 319

Sacerdotes initio Ecclesiæ sont instituti. 348

Sacerdotes Iyehnnchi dicuntur, & cur. 349

Sacerdos prout sacrificans quanta quantitate fulgere debeat. 349

Eiosdem nitor & à peccatis immunitas. 162

Idem legatus apud Deum. 374

Quantus ex vtroque illo manere. 313

Sacerdoti Christiano cauenda. 361

Sacerdos Minister Christi confeerans in eius persona. 186

Sacerdotis perfectio quanta esse debeat. 152

Sacerdotum impietatem reprehendit Hugo de Folieto egregio loco. 314

Sacerdotes im; ij ignem alienom cur accendant Domino. ibid.

Sacerdotes Iosepho comparati. 555

Sacerdos præparans se ad Missam cur Abrahamo comparatus. 160

Sacerdos qui dispensat in mortali peccat mortaliter. 361

Non solus Sacerdos censendus est offerre sacrificium verum etiam qui astant. 489

Sacerdotes Deifices. 490

Deus in Sacerdotum manibus incarnatur. Cmins verba sinc. ibid.

Sacerdotes prolixiores qoibusque velis prosequatur Guillelmus Parisiensis, aliiqoe. 476

Sacerdos Legatus ad Deum. 487

Sacerdotales functiones, ad qoid referantur. 475

Sacerdotiom quando Apostolis collatum. 510

Sacerdotum eminentia. 602

Sacerdotes noui, niteotissimi. 561

Sacerdotum dignitas. 618. & 615

Sacerdos Legatus Dei. 618

Erasmi error de non Sacerdotio sancti Dominici. 620

Saberdos comparatus cum V. Maria. 616

Sacerdotalem dignitatem ministerij sublimitas demonstrat. 350

Sacra Bachi & Cereris obire 205

Sacramentalis contritio ferax gratiæ ex opere operantis. 644

Sacramentum Eucharistiæ est signum practicum sanctificationis per modum conoioij spiritualiter reficientis. Idem est signom speculatiuum dominicæ passionis, Incarnationis, &c. ioxta Lanfrancum. 16

Sacramenti Eucharistici ratio & essentia materialiter ex speciebus & Christo, formaliter verò ex verbis constat. 30

Sacramentum memoriæ, & memoria mirabilium Dei, Euchar. 42

Sacramentum Eucharistiæ non consistit in vsu 106

Sacramentum spei, Euchar. 147.

Sacramentum charitatis. 149

Sacramentum pacificationis Dei, Euchar. 177

Sacramenti fructus quandonam conferantur in manducatione. 181

Index.

Non datur in toto aliquo tempore. 183, & 184
Sacramenti fructus non confertur in primo esse manducationis. 184
Sacramenti Eucharistiæ fructus confertur in primo non esse manducationis incepta. 184. & 185
Sacramentum altaris, Sacramentum benedictionis, sacramentum charitatis. 309
Sacramentum corporis Christi, Sacramentum corporis Christi mystici, ideſt, Ecclesiæ. 309
Sacramentum egregium, & super omnia excellens. Sacramentum fidelium. 310
Sacramentum magnum in Christo, & Ecclesia. ibid.
Sacramentum magnum pietatis, Euchar. 311
Sacramentum magnum supra omnem est imitationem, sacramentum memoriæ, Euchar. 315
Sacra, sacramentum panis, sacramentum passionis Christi, sacramentum præcelsum & venerabile, sacramentum propitiationis, sacramentũ quo subfugatus est mundus, sacramentum singulare, Euchar. 318
Sacramentum societatis Ihsv. ibid.
Sacramentum vitale, Eucharistia. 313
Sacramentum viuificum ac cœleste, Eucharistia. ibid.
Sacramentum vinum corporis & sanguinis filij Dei, Eucharistia. ibid.
Sacramenta; Eucharistia. ibid.
Sacramenta æterna, Eucharistia. ibid.
Sacramenta consummantia, Euchar. ibid.
Sacramenta humilitatis Christi, Euchar. ibid.
Sacramenta inaudita atque tremenda, Eucharistia. ibid.
Sacramenta passionis & mortis, Euchar. ibid.
Sacramentorum consummatio, Euchar. 650
Sacramenta soli suscipienti prosunt. 633
Sacramenta quibus animæ firmatur substantia, Eucharistia. 315
Sacramenta sancta & impolluta, Euchar. 314
Sacramenta medicinæ. 637, & 649
Sacramentorum vtilitas. 384
Sacrificatio, munus primarium sacerdotis. 528
Sacrificandum Deo, eique soli. 546
Sacrificium Eucharistiæ dictum passio Christi, & quomodo item cum sacrificio crucis formaliter, licet diversum physicum. 116
Sacrificium Eucharistiæ quo sensu figura & imago crucis. 118
Eucharistia cui dicta sacrificium institiæ. 157
Sacrificium Eucharistiæ supremum æterno Patri cultum impendit, 158
Sacrificium principaliter opus Christi. 180 ideo non dehonestatur indignitate magistri. ibid.
Sacrificium Missæ & omnia Christi opera sunt infiniti valoris. 185
Effectus sacrificio Missæ infinito respondentes non sunt infiniti. 185
Sacrificium Eucharistiæ impetratio, satisfactio, & fructus finitus. 195 eiusdem valor & dignitas infinita. ibid.
Sacrificium explicationis, Euchar. 314
Sacramentum formidandum & admirabile, Eucharistia. ibid.
Sacrificium laudis, Eucharistia. ibid. Fabula Rabbi haccados de hoc sacrificio. ibid.
Sacrificium magnæ hostiæ, Euchar. 315
Sacrificium mysticum vitæ. Eucharistia. ibid.
Sacrificium nostrum incruentum, Euchar. ibid.
Sacrificium panis, Euchar. ibid.
Sacrificium plenum, horrorem afferens, Eucharistia. ibid.
Sacrificium pretij nostri, Euchar. ibid.
Alia sacrificia fuere egena & vacua, hoc verò plenum. ibid.
Sacrificium sempiternum & vespertinum. 316
Sacrificium verissimum & singulare. ibid.
Sacrificium rationale incruentum & mysticum, Eucharistia. 315
Sacrificium sanctum & divinissimum, Eucharistia. 316
Sacrificium sempiternum, Euchar. ibid.
Sacrificium vespertinum, Euchar. ibid.
Sacrificium vnum verum & singulare, cuius vmbræ fuerunt omnia piorum genera sacrificiorum, Eucbar. ibid.
Sacrificium Missæ magnæ sublimitatis est. 350
Sacrificium incruentum æquivalet omnibus antiquis. 487
Sacrificij incruenti locus non minori dignus reuerentia, qua domus Nazareth, quam præsepe Domini, mons Calvariæ, & sacrum sepulchrum 492, & 493
Sacrificij incruenti author Christus. 526, & 527
Sacrificia in omni gente & ætate. 546
Sacrificij ac religionis coniunctio. 552
Sacrificium duplici consecratione constat. 528
Sacrificium Christianum omnibus antiquis æquipollens. 582
Sacrificium explicationis, quod. 539
Sacrificium in mundi initio. 561
Sacrificium Christi in cœna quomodo propitiatorium. 529
Sacrificij Eucharistici & sacramenti discrimen. 649
Sacrificij incruenti pro mortuis vtilitas. 645
Sacrificij decentia ex naturæ lumine. 547
Sacrilegium indignè communicantium. 364
Sacrilegè communicantis cum Iuda proditore comparatio. 366. eiusdem supra Iudæ excessus. 367
Sacrum sacrorum & dulcedo omnium dulcedinum, Euchar. 317
Sacrum Anthonomasticè, Missa 475, & 526
Sagarolli error. 482
Salomonis magnificentia, typus Euchar. 100
Salus animarum nostrarum, Eucharistia. 317
Sancta, Eucharistia. ibid.
Sancta Sanctorum, Euchar. 318
Sancta sanctis, 522
Sancti flores. 548
S. Chrysostomi de Euchar. flores. 651
Sanctificatio, Euchar. 319
Sanctificationis Apostolorum figura. 339
Sacrificatio nominis Dei, quæ. 610
Sanctitas necessaria communicanti. 362
Sanctuarium sanctuariorum. 318
Sandionysianum templum à quo initiatum. 481
Sanguis fluens ex imagine. 223
Sanguine pacta inita. 278
Ex pane diffecto. 125
Sanguis Christi in Eucharistia incorruptibilis. 159
Sanguinis missio in fœderibus sanciendis, 588
Sapientia Christi in institutione Eucharistiæ. 50
Sapientiæ domus, quæ. 579
Sapor vitalis Eucharistiæ 116
Sapor cœlestium & insulsitas voluptatum ab Eucharist. 165
Sara & Agar duorum testamentorum typi. 541
Saraceni in sacris, qnales. 510
Satan omnis iniquitas. 613
Scabellum pedum Domini. Euchar. 320

Ioannes Scotus damnatur à Synodo Vercell. 536
Scriptura nominis quid. 566
Scriptura non habet omnia fide credenda. 530
Scutum bonæ voluntatis Dei. quid. 613
Secreta omnium in se mysteriorum summa continentia, Euchar. 310
Secretarium, quid. 499
Secretarium, qui locus fuerit in Ecclesia. 509. ibid.
Pastoforia quid significent.
Sectarij circa Eucharistiam luscioſi. 334
Sedere de genuflexis. 332, & 616
Sedere pro misereri ac lugere. 498
Sedes, cuius rei symbolum. 503, & seq.
Sellularij & sedentarij, viles. 503
Semen est ex quo genus Christianum propagatum est. 320
Senex errans circa Euchar. 509
Quos sensus debeat in animis excitare præsentia corporis Christi in Euchar. ex Chrysostomo 492
Sententia non sedentis. irrita. 477
Septem mulieres pro vno viro, quid. 589
Septenarij prærogativa. 585, & 586
Sepulchrum. domus hominis. 498
Seruile opus, quodnam. 587
Seruitus incruenta atque hostia non carnalis, sed mentis, atque spiritus, Euchar. 320
Seruitus peccati, quanta. 590
Sessimonium Vox Varroniana. 178
Sessio Beatorum. 477
Sessio in templo quando innoxia. 500
Sessio de nota imperij, aut indicij. 502
Sessionem in templo, num indulgeat nitor vestium. 512
Sexus fœmineus, Philolosmus. 477
Michael Sicidites falsò asserit Christi sanguinem in Eucharistia esse corruptibilem. 434
Sidus synagogæ typus Euchar. 15
Signum crucis fugat dæmones. 169
Signa venerabilia per quæ Christus sumitur & signatur, Eucbar. 310
Signum vnitatis, Euchar. ibid.
Signum fœderis inter nos ac Deum, Euch. ibid.
Quod apud quosdam populos signum est honoris, idem apud alios contumeliæ. 499
Signacula mysteriorum diuinorum Euch. 311
Silentiariorum munus. 484
Simeonis Stylitæ, genuflexiones. 503
Similitudo carnis & sanguinis, Euchar. 321
Similitudo mortis Christi, Euchar. ibid. & 240
Similitudines non quadrant vndecunque. 574
Sinarum in regiam, reuerentia. 489
Sinensium pileus Sacerdotalis. 499
Sina mons Arabiæ Agar. 542
Sinæ religiosa frequentatio. ibid.
Sion & Sina quando coniuncti. 601
Situs corporis magis idonei ad orationem prostratio, geniculatio, statio. 514
Sol in clypeo Christus in Euchar. 135
Sol in clypeo expressus apud Persas. ibid.
Sol mittiras Persis dictus. 141
Sol Iustitiæ Christus. 578
Solitudo, Gentilitas. 574
Species Eucharistiæ venenu infectæ & mors per illas illata. 125
Species sacramentales nec vniuntur verbo, nec vniri possunt hypostatiè vlli substantiæ. 44
Species sacrament. cum apparent sub aliena forma, an comburi debeant, vel asseruari. 400
Species Eucharisticæ, sunt pars Sacramenti. 419
Speciebus Eucharisticis quis cultus debeatur. 446
Specierum nomine quid significetur. 420
Species Eucharisticas esse accidentia realia, probatur autoritate Concilij Constantiensis. 442
Species Eucharisticæ, post annos 300. Barchinone, reperiuntur illæsæ. 446
Pietati, quæ in speciem fauent non ideo statim vt vera approbanda. 452
Speculum & ænigma per quod nunc videmus Deum. 329
Spes, anima fidei. 247
Spinarum euulsio ex agro Ecclesiæ. 575
Spiritus gratiæ, est penetrantior omni gladio, Eucharistia. 321
Spiritus sanctus anima vinificans, quomodo. 557
Spiritus extinctio, qualis. ibid.
Spiritus sancti susceptio vera cum susceptione Eucharistiæ. 538
Spiritus sanctus gloria Domini. 548
Spiritus sanctus Vicarius Christi. 556
Spiritus sanctus effectus mirabilis. 558
Sputorum illuuies in templo, sæpe à dæmone 476
Stare pugnantis est. 477
Stantes concionem audire non est apud orientales. 501
Statio, quid. 516, & seq.
Stemus honestè, vox Diaconi. 47
Stellæ mysticæ Apostoli. 544
Stephanus Camillus sancti Iacobi 604
Sufflatio secunda quæ. 559
Sumendæ Eucharistiæ incentiua 649.
Superbia tenebras inducit menti. 171
Superordinatio testamenti, mutatio. 589
Superstitio Iudæorum in synagogis 510
Suppellex orbis mystici quæ. 553, 554
Supplementum vinificum dominici corporis vocatur ab Aug 322
Sylnæ mysticæ concrematæ. 75
Symbola diuinorum sacramentorum ibid.
Symbola nostræ resurrectionis à Concilio Nicæno. 323
Symbola purgationis perfectæ aqua & ignis. 564
Symbolum Apostolorum præmissum communioni. 615

T

Tabella de sacrificio laudis à Rabbi Aceados conficta. 314
Tabernacula cur dicta columna nubis. 590
Tabularum per Mosem contractio. quid 566
Templorum Christianorum cum Hierosolymitano collatio. 481
Templorum Christianorum quanta sit dignitas ex sacrificio ibi oblato. 478, 479
Eorundem dignitas ex corporali Christi præsentia. 480
Fidelibus olim templi limen deosculari mos erat. 483
Templorum foribus cur olim vota appenderentur. ibid.
Ius asyli, templis Paganorum attributum. 485
Templa Christianorum à multis, olim dicta inueniuntur oracula. 486
Templum Ierosolymitanum Macellum. 478
Templum. Oraculum. 510
Templi natale. 541
Tempus restitutionis omnium, quodnam. 616
Temupha, Hebræorum. 518
Theatra adeuntium post communionem labes. 522
Thelesbar Regis Æthiopum pietas. 191
Theodorus Bezæ explosus. 614

Index.

Theodoxia filia matri venenum propinat. 127
S. Theoctista petit ad se afferri Eucharistiam à Venatore. 237
Theologorum vnanimis consensus quanti sit ponderis. 444, & 455
Theophili pœnitentis inter communicandum splendor. 140
Theophili Rainaudi laudes. 619
Thesaurus liberalitatum diuinarum, aucharistia. 172
Thesaurus vniuersus benignitatis Dei, Eucharistia. 316
Thesaurus in agro absconditus, Euchar. ibid.
Throni Dei homines. 591
Terra flocns lac & mel à S. Gaudentio vocatur. 324
Terra mater Deorum. 510
Terra cœlum ob Eucharistiam. 494
Terra Antichion, quæ. 569
Terra cœlum facta in pentecoste. 518
Tertulliani locus discussus. 505
Testamentum nouum vocatur à Dynn. 325
Testamentum vitæ & salutis nostræ, Eucharistiæ. 326
Testamentum nouum quando conditum. 518
Testamenti vtriusque discrimina. 515
Tintinnabula vestis Aaronicæ, quot. 591
Transitus pascha. 545
Transubstantiario fit per incompossibilitatem moralem terminorum ratione veritatis verborum. 84
Transubstantiatio non fit per solam adductionem vel vnionem ad species sed per reproductionem eo.
Transubstantiatio opus solius diuinæ omnipotentiæ. 172
Transubstantiatio vox antiqua & vsu recepta. 81
Transubstantiationis admirabilitas, nouitas, raritas. ibid.
Eiusdem duo termini extremi & tertium commune. 84
Transubstantiatio explicata. 385
Transubstantiationis veritas, non patitur remanere vllas substantiolas in auchariſtia 460
Tres in duo, & duo in tres, quid apud Lucam. 572
Triduum post quod data est lex, quale fuerit. 542
Triduum & trinodium Christi in corde terræ, quale. 527
Trinitatis memoria in Eucharistia. 41
Tropicorum & vmbraticorum hæresis. 536
Tunica sancti Stephani, bisuntina. 607
Turcæ domum sui Imperatoris cur portam appellent. 484
Tutela fidei & typus salutis. 26
Tutela vrbis Deo cuipiam attributa. 569
Turris & turricula pro sancto ciborio 567
Tutela fidei, Eucharistia. 226
Typus passionis, Eucharistiæ. ibid.
Typus salutis Eucharistia. ibid.

V

Valdenses erga templa, quales. 486
Valor Eucharistiæ, quantus. 185
Vasa argentea, ab aliis æuea, stannea, vitrea & lignea religiosè adhibita. 213
Vasculum farinæ non deficiens, Eucharistia. 328
Vbertas gratiæ collata in Pentecoste. 563
Vela in honoris ad honorem secreti. 485
Velamen, Eucharistia. 326
Venceslai S. Religio. 485
Vepres in vniuersa terra. 570
Verba formæ essentialia proferuntur à Sacerdote recitative & significatiuè atque formaliter. 86
Verbum Dei, flosculus ex Edem. 553
Veritati, per falsa fidem astruere absurdum est. 448.
Vesontionensium munera à Theodosio & Helena. 607
Vestis Beatorum problema. 476
Vestes Palatinorum Christi. 482
Vestes in primo sacrificio cuiusmodi. 606, & seqq.
Vestis Pontificia plena mysteriis. 590
Vetustissima veterum, Eucharistia. 326
Vi verborum quid pœnatur in Eucharistia. 95
Via noua & viuens, auchariſtia. 317
Viaticum, Eochar. ibid.
SS. Petrus & Ioannes Apostoli, sanctum Ioannem Chrysostomum viatico instruunt. ibid.
De Viatici sumendi studio miracula & exempla. ibid.
Viaticum peregrinationis & æternæ vitæ pignus, Euchar. 328
B. Maria Oegniacensis vno hoc viatico reficitur, & desiderium æternæ vitæ temperat. 329
Viaclefii blasphemia in species sacramentales 417
Victima incruenta rationalis, Deo suauis, Eucharistia. 326
Victima sancta qua delectum est chirographum. Euchar. ibid.
Victoria insignis per B. Virginem. 475
Victori secundo venenum propinatum. 126
Vigilia Pentecostes an olim ieiunatum. 594
Vinculum charitatis, Eucharistia. 329
Vinum, Eucharistia. ibid.
Vinum concretum consecrari posse validè, problema est. 23
Vinum germinans virgines, Euchar. 329
Vinum & lac, Eucharistia. 330
Vinum lætitiæ, Eucharistia. ibid.
Vinum sobrietatis Eucharistia. ibid.
Vinum oouum in regno Dei bibendum, quod. 533
Vini comburium spirituale communicantium. 615
Violatorem immunitatis templorum puniti. 483
Virga Aaron & Hieremiæ Sacerdotij Christiani & Eucharistiæ figura. 13
Virgo Æcathista, quæ. 475
Virtutes Theologiæ per Eucharistiam. 143
Virtutes cardinales per Eucharistiam. 153
Virtus Eucharistiæ. 651
Visu admiranda in SS. Sacramento & alia mira. 385
Visum Euthymij Abbatis dignè & indignè communicantes exprimens. 361
Visum illustre digoè, & indigne communicantium. 139
Visus puer in Euchar. 247
Vitæ supernaturalis proportio cum naturali. 146
Vita diurna, Eucharistia. 508
Vita hæc delectat, sed deelpit. 615
Vita vinificans, quæ. 558
Vita diuina à Spiritu sancto. 557
Vitulus saginatus dicitur à D. Chrysost. 332
Vmbella Ecclesiæ Spiritus sancti. 618
Vmbra Christi, Euchar. 332. hic modus loquendi non aduersatur veritati Christi in Euchar. ibid.
Vmbra fidei, Eucharistia. 146
Vna dies pro prima. 575
Vnus dies pro primo cur dictus. 549

Index.

Vnctio tesseræ initiationis. 481
Vnda salutaris æternæ vitæ, Eucharistia. 333
Vnguentum in capite. 583
Vnio hominum inter se per Eucharistiam. 35
Symbolum vnionis, Euchar. 644
Vnio Christi cum singulis hominibus per Euchar. 34. qualis & quanta sit 36. non est physica 37. non est parè effectiua. ibid.
Vnio cum Deo per Euchar. summa. 39
Vnio specierum cum Christo moralis tantum est, non substantialis. 44
In Eucharistia quæ fiat vnio animæ cum Deo. 149
Vnio moralis Christi, cum speciebus quamdiu censenda sit perdurare. 436
Alanus vnionem quasi hypostaticam admittit, inter Christum & accidentia Eucharistica. 414
Vnitio Dei nobiscum. 577
Vnitas specifica & numerica Sacramenti Eucharistici vnde sumatur. 323
Vltima pars hostiæ sanguini commiscenda nomine Regni vocatur, cur. 306
Vocabulorum intelligentia quanti. 487
Vocatur à Concilio Ephæsino incruenta seruitus. Euchar. 520
Voluntas Dei quam fieri expetimus, quæ. 611
Voluptates corporis Eucharistiæ delicias impediunt 218
Vota Christi reddita coram timentibus eum, Eucharistia. 315
Votum nostrum, Euchar. ibid.
Vota Christi, Euchar. 578
Vox super aquas, & reliquæ quando factæ. 567
Vox Domini super aquas in Pentecoste. 547
Vrim, & Thummin. 584
Vsus sacrificandi à mundi initio. 545
Vterus Virginis clibanus panis sancti. 598

Z

ZElus Christi pro templi nitore. 479
Zelus Apostolorum in Pentecoste. 504
Zelus Pagani pro mortuis. 633
Zona stabilitatis symbolum. 593
Zorobabelis templum, non Salomonis subiuniit Christus. 400

FINIS.